SILESIOGRAPHIA RENOVATA

Nicolaus Henel von Hennenfeld

Digitized by Google

Austr.
62-1

Henelius

Digitized by Google

<36609328780018

<36609328780018

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

7 dum bibl. reg. Monac.

Digitized by Google

a ab a.o 1693. b ab a.o 1672, eiusdemq; Ecclesiæ Decanus ab a.o 1721.

. . . . . ætas ante obitum, quæ sit, dicere nemo potest.

SILESIOGRAPHIAE HENELIANAE RENOVATAE

PARS PRIOR.

Christophorus Otto Comes et Dnis in Schallenberg, Præpositus Constantiensis a et Canonicus Augustanus b. natus a.o 1655, 6.a Junii, horâ 8.â matutinâ in Hagen prope Linzium Austriæ Superioris, Patre, Comite Christophoro Ernesto &c. Matre, Christinâ, natâ Baronissâ Schiferin denatus a.o 17. . . .

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Hcîc magni facies veneranda videtur HENELI:
Sic nitet ingenuæ frontis amœnus honor.
Si Pietas, Sophie, diffusa scientia rerum,
Et bona communi præstita mille Bono,
Hac pariter sculpi possent spectanda tabellâ;
Pulchrior in patrio non foret ulla solo.

Bernhardus Guilielmus Nussterus.

Digitized by Google

NICOLAI HENELII
AB HENNENFELD,
Sac. Caes. Maiest. Consiliarii, JCti &
Syndici olim Wratislauiensis,

SILESIO-GRAPHIA RENOVATA,

NECESSARIIS
SCHOLIIS, OBSERVATIONIBVS
ET INDICE AVCTA.

WRATISLAVIAE & LIPSIAE,
APVD CHRISTIANVM BAVCHIVM, Bibliopolam.
ANNO MDCCIV.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Digitized by Google

Staats... MÜNCHEN

SERENISSIMO AC REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO FRANCISCO LVDOVICO,

D. G. ADMINISTRATORI SVPREMI MAGISTERII IN PRVSSIA, ORDINIS TEVTONICI PER GERMANIAM ET ITALIAM SVPREMO MAGISTRO, EPISCOPO VVORMACIENSI ET VVRATISLAVIENSI, PRAEPOSITO ET DOMINO ELVVANGENSI, COMITI PALATINO RHENI, BAVARIAE, IVLIAE, CLIVIAE ET MONTIVM DVCI, COMITI IN VELDENTZ, SPONHEIM, MARCHIAE, RAVENSBERG, MOERS, DOMINO IN RAVENSTEIN, FREVDENTHAL, ET EVLENBERG, SAC. CAESAR. REGIAEQVE MAIESTATIS PER DVCATVM VTRIVSQVE SILESIAE SVPREMO CAPITANEO,

DOMINO

DNO. SVO CLEMENTISSIMO,

NEC NON

SERENISSIMIS, CELSISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS, ILLVSTRISSIMIS, PERILLVSTRIBVS, PRÆNOBILIBVS, NOBILIBVS, AMPLISSIMISQVE

INCLVTIS D. D.

PRINCIPIBVS,

PROCERIBVS ET STATIBVS

VTRIVSQVE SVPERIORIS ET INFERIORIS

SILESIAE,

DOMINIS MEIS CLEMENTISSIMIS, GRATIOSISSIMIS, ET OMNI HONORIS CVLTV PROSEQVENDIS,

OPVS HOC HISTORICVM

AC SVAS QVALESCVNQVE IN ILLVD ANNOTATIONES

OFFERT

MICHAEL IOSEPHVS FIBIGER,
AD S. MATTHIAE VVRATISLAV.
MAGISTER.

SERENISSIME AC REVERENDISSIME

PRINCEPS,

D. D. CLEMENTISSIME,

SERENISSIMI, CELSISSIMI, EXCELLENTISSIMI, ILLVSTRISSIMI, PERILLVSTRES, PRAENOBILES, NOBILES, AMPLISSIMIQVE

INCLVTI D. D. PRINCIPES,

PROCERES ET STATVS,

DOMINI MEI CLEMENTISSIMI, GRATIOSISSIMI ET OMNI HONORIS CVLTV PROSEQVENDI.



Vm ante aliquot annos amore historiae patriae penitius cognoscendae incensus monumenta etiam nondum edita excuterem, hoc, quod ex editione mea in nostrorum manus peruenturum spero, HENELII *opus ab amica manu mihi fuit oblatum. Vehementer*

ter iſtud me etiam prima lectione rapuit: quo autem accuratius euoluerem, eo maiori ſuauitatis nectare animum ad ruminandum inuitauit. Nondum enim quisquam ad hunc diem repertus inter noſtros, qui iudicio defaecatiori, ordine magis concinno, fide maiori, ac tanto ſtyli nitore hiſtoriam patriae complexus eſſet, quam HENELIUS, *Vir non minus eruditione, quam officii dignitate nobilis, &, ſi quis alius, veri ſtudioſus, ac rerum patriae gnarus. Placuit etiam iſtud vehementer, quod tetrico illo, & admodum inhumano affectu, qui in multis eius contribulibus regnat, & animos ita confundit, vt non niſi aegris oculis geſta Catholicorum aſpiciant, & maligno ore, & calamo dogmata ac ritus exponant, vacuum offenderem, vtpote optime gnarum, cauſam Catholicorum ſuo arbitrio nec ſtare, nec cadere. Inter illuſtria etiam Viri huius decora non poſtremo loco illud commemorandum, quod ne verbulo quidem fidem Auguſtiſſimae Domus Auſtriacae (quam DEus Sileſiae ſeruet, & Sileſiam Caeſari!) debitam temerarit, ſed Iura eius magna pietate vbique tutatus ſit. Non commemorabo grauiſſimarum rerum copiam & varietatem; illud vnum addo, quod nulla in parte melius mereatur de legentibus, quam quod ſalutaribus ſubinde immiſtis epiciſibus eos facere bonos conetur. Quas ſcripti* Heneliani *dotes cum liberius ſubinde praedicarem, Viri toga, & ſago eruditioneque illuſtres mihi ſubinde aurem vellicarunt, vt Additamentis quibusdam neceſſariis auctius illud redderem, & ex tenebris, in quibus hactenus delituit, in lucem vindicarem. Inter concatenatos officii labores manus admotae ſunt operi, nihilque a me*

prae-

praetermiſſum, quod quidem ad noticiam meam (multa autem non peruenisse ingenue agnosco) peruenerit, quod ad res patriae delineandas & illustrandas faceret, ex animo optans, vt, quibus maior vis ingenii & orationis est, haec mea rudi penicillo delineata ita apte, ita affabre, ita concinne eleganterque verbis tanquam coloribus exprimant, vt non tantum describere, quam oculis lectorum subiicere videantur. Ego vero HENELII hoc scriptum, measque in illud notas, Tibi Serenissime & Reverendissime PRINCEPS &c. caeteriq; Serenissimi atque Celsissimi Duces, & Incluti Ordines, volui esse sacrum. Nec praefari quidem hic vsitato more libet, ne infelix adulatio ad limen veritatis admittatur. Familiae Tuae, Serenissime ac Reuerendissime Princeps, splendorem, ac inter Principes eminentiam stupet Europa, nec est gens vlla tam fera, tam a cultu hominum remota, quae non Comitum Palatinorum Virtutes heroicas suspiciat. Tuam, PRINCEPS OPTIME, pietatem Catholici in Episcopatu celebrant. Tuam vigilantiam & prudentiam in gubernanda Silesia Augustissimus Noster agnoscit, Principes amant, tota reueretur Silesia: Inuicti animi robur Illustrissimus Ordo Teutonicus in TE admiratur: Ego cum meis clementiam, & gratiam intimo animi cultu prosequor: ac posteritatis interest, vt in Annalibus tanquam in arrha ac sede immortalitatis virtutes eiusmodi celebrentur, ac ne quicquam de Virtute Tua imitationi subtrahatur, quamuis apud Te, & posteros ingenii mei temeritatem deprecer. Nec mihi,

vt

vt cum HENELIO *loquar, Serenissimi & Celsissimi Duces Inclutiq; Ordines, &c.* ratio reddenda, cur libellus iste ad Vos viam affectet. Quorum enim auspicio aut tutius aut libentius a Silesio de Silesia conscriptus lucem aspiciat, quam eorum, quos Silesia Patres Patriae multo meritissimo agnoscit, & adpellat; quorumq; adeo siue generis claritudinem ac nobilitatem ab aliquot seculis repetendam, siue ditionum amplissimarum potentiam, siue religionem, prudentiam, iustitiam, aequitatem, clementiam, aliasque laudatissimas virtutes, siue denique egregia in Rempublicam merita, suo quaeque respectu, aestimemus, tam illustria sunt decora, vt, si ab illo splendore vel strictura aliquam tenui huic & obscurae per se scriptioni, vel adversus maleuolorum obtrectationes, quas, vt tempora & mores sunt, vix defuturas mihi, incedenti videlicet, vt ille ait, per ignes suppositos cineri doloso, modo satis praeuideo, tutelam ac patrocinium quaesitum eam, rite & ordine facere optimo cuique videri queam. Equidem haud sum nescius, in tam excelso fastigio positos non sine religione adiri a me debere. Verum mola salsa litat, qui thura non habet: nec vlli fuit vitio DEos colere, quoquo modo posset. Neque diffido ego, quin quod vestri nominis honori non solum lubens merito, quae antiqua est votorum formula, sed & venerabundus consecro donarium, volentes ipsi ac propitii sitis acceptura: Cuius licet per se exigui, oblatio tamen exigua videri non poterit, si magis mei animi, qui in cultum vestri deuotissimus, quam sui pretii aestimatione pendatur.

Sed

Sed & pietas illud in patriam, maiorem illam, & antiquiorem parentem, cuiusque cultu & amore nihil mihi secundum coeleſte Numen charius, commendauerit: quam certe ſtudium mihi fuit ornandi, & quam praeclaras atque eximias DEi conceſſu ac munere habeat dotes, quibus ſe aliis quibusdam regionibus, ſi non praeferre (hoc enim ſit fortaſſe nimis magnificum, & ſuperbum, atque inuidioſum) at conferre ſaltem poſſit, breviter demonſtrandi.

Praeterea redundat etiam in Auguſtiſſimi Caeſaris atque Regis Noſtri, ac Veſtrum, PRINCEPS *Serenisſime ac Reuerendisſime, ceterique Duces Sereniſſimi & Celſisſimi, & Incluti Sileſiarum Ordines &c. decus, Sileſios ingenio ac artibus in orbe nobilitatis imperare*, eo *enim* acrius, *vt cum nonnemine loquar*, ad parem virtutem enitentur poſteri, vbi viderint, Maiorum facta condigno monumento honorari: nam maxime durabilis eſt Virtutis fructus, quem poſteritas laeta commemoratione rependit, quando caetera temporum iniuria aboleuit. *Atque hinc neminem reperire licet, qui non expreſſas in hiſtoria ſuorum virtutes conſpicere gaudeat, neminem, qui non ſuos aliquando in ea praedicari ambiat.*

Vtinam vero illud mihi a natura tributum fuiſſet ingenium, aut ea ſcribendi facultate pollerem, quae magnitudinem rerum deceret, & amorem in charisſimam patriam aequaret, ſine dubio mitius de Sileſiis fa-

ſtuoſi quidam Cenſores inter exteros iudicarent, ac virtutes noſtrorum ſugillare impoſterum dediſcerent.

Qualecunque vero fuerit hoc opus, vt benigniſſimo illud cultu & gratia ſuſcipiatis PATRES PATRIAE, humillime rogo. DEus omnia veſtra conſilia hiſce exvlceratis temporibus Patriae iubeat eſſe ſalutaria! Ego DEum ſupplex venerabor, vt ſub his bellorum fluctibus, quibus Europa miſere iactatur, Sileſiae halcyonia praeſtet, pacis naufragia clementiſſime auerruncet, & pace laete florente ſub imperio LEOPOLDI MAGNI Imperatoris AVGVSTISSIMI, laete floreat patria noſtra, ac Vos aeterna eiusdem Ornamenta: ita vouet, ita precatur

SERENISSIMI ac REVERENDISSIMI PRINCIPIS

SERENISSIMORVM, CELSISSIMOR. ILLVSTRISSIMOR. PERILLVSTR. PRAENOB. NOBIL. AMPLISS. INCLVT. DD. PRINCIP. PROCERVM, ET ORDD.

Scrib. Wratislauiae d. 6. April. 1704.

Deditiſſimus

MICHAEL IOSEPHVS FIBIGER,
ad S. Matthiae Magiſter.

SO iſt mein Wunſch erfüllt! doch meiner nicht allein/
Ein ieder Schleſier / ſo Witz im Buſen heget /
Wird/Gnädiger/mit mir dir höchſtverbundē ſeyn/
Weil deine Fauſt diß Werck hat an das Licht geleget.
Das werthe Vaterland / der Sitz gelehrter Welt /
Den ſich der Muſen Fürſt hat zum Pallaſt erkohren /
Wird hier in ſchöner Pracht zum Wunder dargeſtellt /
Als Fürſtin aufgeputzt und gleichſam neugebohren.
Was Schickfus / was vor ihm Curäus hat gethan /
Iſt gut / doch ſchmeckt es faſt zu ſtarck nach ſelbten Zeiten/
Und ein gelehrter Geiſt trift viel darinnen an /
So man mit gutem Fug als irrig kan beſtreiten.
Zwar findet man daſelbſt auch manchen Edelſtein /
Doch iſt er unpolirt und noch in rohen Schalen;
Hier aber ſieht man ihn mit recht vollkommnem Schein/
Und frey von allem Wuſt in reinem Golde pralen.
Du haſt diß ſchöne Werck aus Aſch und Staub geſucht /
In dem dich Witz und Fleiß an ſeltne Bücher treiben;
Du biſt nicht von der Art / die alles bald verflucht /
Was Ariſtoteles und Thomas nicht beſchreiben.
Und eben dieſes iſt / was dich zum Wunder macht /
Denn diß verſtehſt du auch / was jene Lichter lehren;
Allein du kanſt noch mehr / und ſinneſt Tag und Nacht
Auf Sachen / die man nicht kan in den Schulen hören.
Den Grund der Wiſſenſchaft hat jener Stein gelegt/
Du aber baueſt ihn durch ungemeines Leſen:
Glückſeelig / wer ſo viel / als du / im Kopfe trägt /
Ach wäre man doch auch vor dieſem ſo geweſen.
Balbinens edles Buch wird billich hochgeſchätzt /
Weil er ſein Vaterland / ſo viel er kan / geprieſen;
Drum wird mit Fug dein Ruhm in Gold und Stein geätzt/
Weil du dem deinigen haſt gleiche Treu erwieſen.
Wolan! Es ſol mein Reim dich preiſen ohne Scheu /
Doch nein: ich mercke ſchon / daß dir mein Lob zu wieder/

Drum leg ich dieſes Blat aus ungefärbter Treu
Und mit demſelbigen zugleich die Feder nieder.
Vielleicht wird Gryphius Krafft ſeiner Poeſie
Durch ein gelehrtes Lied auf deinen Ruhm gedencken;
Auf! werthen Schleſier / befleißt euch dieſe Müh
Durch ein beſtändig Mahl der Ehre zu beſchencken!

Mit dieſen wenigen Zeilen wolte ſeine Schuldigkeit gegen den vortreflichen Hn. Verfaßer derer über das gelehrte Henelianiſche Buch noch gelehrteren Anmerckungen offentlich darſtellen

Chriſtian Anton Knorr von Roſenroth.

KOmmt/ werthe Schleſier/ komt/ ſetzt ein Denck-Altar/
Führt Pyramiden auf/ baut Ruhm- und Ehren-Tempel/
Folgt/ wo ihr weiſe ſeyd/ dem löblichen Exempel
Des klugen Alterthums/ das höchſt befliſſen war
Die tugendhaffte Müh/ krafft der die Länder leben/
Und Königreiche blühn/ nach Würden zu erheben.

Seht wie zu eurem Preiß ein trefflicher **Prälat**/
Was **Henels** kluge Hand vor dieſem aufgeſchrieben/
Aus Aſch und Moder zieht. Iſt irgend was beklieben/
Was eurer Söhne Witz vorhin verfertigt hat/
So wird ein ſchönes Werck um ſo viel beſſer grünen/
Das dieſer Sonnen-Glantz mit neuer Krafft beſchienen.

Was Oſt und Weſt beſitzt/ was Rom und Griechenland
In ſeiner Schos verbirgt/ ſtrahlt hier mit hellem Lichte.
Ich ſchau Italiens und Franckreichs ſchöne Früchte
In vollem Wachsthum ſtehn; Es iſt kein Kinder-Tand
Mit dergleichen Tracht Eliſien zu zieren/
Und unſer Vaterland ſiegprangend auffzuführen.

Es ſchien genung zu ſeyn/ wenn **Henels** kluges Buch
Sich der gelehrten Welt allein gezeiget hätte;

Itzt

Itzt aber deckt man ihm ein neues Ehren-Bette /
Und die gelehrte Welt macht billich diesen Spruch:
Wer der Lebendigen und Todten Ruhm vermehret.
Ist würdig / daß ihn Welt und Nachwelt hoch verehret/

Wo des Verfaßers Hand / die längst vermodert ist /
Nicht alles aufgesetzt / und irgend was vergessen /
So sucht ein hoher Sinn es häufig zuzumeßen /
Doch also / daß er nur die klügsten Ding erkist.
Diß heist den Purpur-Rock mit Gold und Seide stücken /
Und einen Königs-Krantz mit Diamanten schmücken.

Mich deucht / ich seh im Geist / **Genädiger Patron** /
Wie unser Schlesien / das den gelehrten Zeilen
So viel zu dancken hat / dein Ebenbild auf Seulen
Von Alabaster stellt; diß ist der Ehren-Lohn /
Diß setzt dich / trotz dem Hohn der tollen Splitter-Richter /
Bey die berühmtesten und klärsten Weißheits-Lichter.

Fahr also ferner fort / und laß dis theure Werck /
Wie du verheißen hast / in unsrer Sprache prangen /
So wirst du allererst den rechten Zweck erlangen /
Wir Deutschen lieben auch den edlen Musen-Berg.
Es hat die Wissenschafft sich in die dürre Knochen
Der alten Grächer nicht gantz und gar verkrochen.

Doch wo gedenck' ich hin! Mein Kiel ist viel zu schwach
Der ungemeinen Kunst / die sich in diesen Schrifften
Auf ieder Zeile zeigt / ein Ehrenmahl zu stifften.
Ein herrlicher Pallast braucht kein geringes Dach.
Drum wil ich meine Pflicht vielmehr mit tieffem Schweigen
Und Ehrerbietigkeit / als leeren Worten zeigen.

Bey dem hochwürdigsten Außfertiger der mit ungemeiner Gelehrsamkeit erläuterten Beschreibung Schlesiens / seinem genädigen Herrn / suchte seinen gehorsamsten Glückwünsch ehrerbietigst abzulegen

Christian Gryphius.

Sonnet.

)o(

Sonnet.

Geliebtes Schleſien! dein Tacitus erwacht/
Dein Sohn/ dein treuſter Sohn/ den ſein gelehrtes Wiſſen/
Sein ungemeiner Geiſt/ den wir verwundern müſſen/
Zu deinem Meiſter-Stück/ und zum Prälaten macht.

Beglücktes Schleſien! du wirſt ans Licht gebracht:
Dein Ruhm vermehret ſich; doch iſt noch ſchwer zu ſchlüſſen/
Ob du/ ob dieſes Buch/ wird gröſſers Lob genüſſen/
Weil man euch beyderſeits vor was beſonders acht.

Du biſt an Seegen reich/ und ein Begriff von Schätzen:
Dis Buch muß alle Welt zu den Gelehrtſten ſetzen.
Beglücktes Schleſien! und recht beglückte That!
Der Fleiß Henelii lag ſchon in letzten Zügen/
So muß ein gröſſrer Mann vor deine Ehre ſiegen/
Und zeugen/ daß dein Ruhm viel weitre Gräntzen hat.

Seinem Gnädigen Patron ſolte hiermit den ſchuldigſten Reſpect bezeugen

Gottfried Klaunig/ Med. D. & Pr.

Typographus Lectori Salutem.

I.

QVae tam diu communibus omnium votis expetita fuit SILESIOGRAPHIA RENOVATA HENELIANA, ea nunc tandem post impedimenta non pauca, publico sese orbis litterarii conspectui sistit, & Scholiis quidem Reuerendissimi in Silesia Praesulis illustrata. Quum ergo expectanda nobis sint variorum hominum de isthac editione iudicia, breuibus omnino praefandum duximus, cum de aliis Historiae Silesiacae Auctoribus, tum praecipue de operis Heneliani fatis atque excellentia.

II. Inter Scriptores, qui Patriae nostrae in aliarum prouinciarum descriptione non obliti fuerunt, exteri quidam sunt, quidam in ipsa Silesia nati. Exteri iterum vel in vniuersum de orbis noticia egerunt: quales sunt ex Chronologis *Caluisius, Alstedius, Krentzhemius*, ex Geographis *Munsterus, Ortelius, Cluuerius, Bandrandus, Cellarius*, ex Historicis autem stricte sic dictis innumeri, qui euentus rerum memorabiles & regnorum fatales periodos litteris tradiderunt; vel etiam particulares quasdam Prouincias descripserunt, cuius propositi pertractatio vix quidem absque nostrarum rerum commemoratione institui potuit. Tales sunt ex Scriptoribus Polonis *Kadlubko, Dlugossius, Miechouius, Cromerus, Lubienscius, Neugebauerus, Starouolscius, Hartknochius* gente Prussus: ex Bohemis *Hagecius, Sandelius, Dubrauius, Pontanus, Boregkius, Goldastus*, natione Francus, *Crugerius, Balbinus*, & alii plures: neque enim omnes enumerare instituti nostri res est. Et Poloni quidem, cur Silesiam silentio

non praeterirent, eam rationem habuerunt, quod haec Patria noſtra olim Prouincia ſiue pars Poloniae fuit: Bohemi autem, quod Seculo poſt Chriſtum natum decimo & quarto Sileſia omnis, iniuriarum a Polonis ſibi illatarum pertaeſa, Bohemiae ſub Ioanne Lucelburgico & Carolo quarto Regibus, clientelari iure acceſſit, quod Regnum poſtquam haereditatis titulo ad Auguſtiſſimam Domum Auſtriacam peruenit, Sileſia quoque Archiducalium poſſeſſionum numerum auxit, non alio tamen nomine, quam vt Prouincia cum Bohemia in perpetuum vnita atque, vti vocant, incorporata.

III. Ex Ciuibus noſtris, qui res patriae ſuae ſtylo conſignarunt, aliorum labores vel adhuc manuſcripti ſeruantur, vel typis impreſſi ſunt. De quibusdam ineditis Hiſtoriae Sileſiacae ſcriptoribus epiſtolas tres hiſtoricas Wratislauiae 1693. & 1694. publicauit *Gothofredus Rhonius* Wratislauienſis; in quarum Prima 1.) Vita D. Hedwigis Sileſiae Principis Religioſiſſimae; 2.) *Orangi* Canonici Res Sileſiae ac Tabulae Ducum Sileſiacorum genealogicae; 3.) *Wenceslai Cromeri*, Martini Epiſcopi Wratislauienſis Secretarii Hiſtoria Sileſiae; 4.) *Anonymi* Hiſtoria Epiſcoporum Wratislauienſium Rhythmica; 5.) *Ioannis Longini* Canonici Cracouienſis Senioris Chronica de Epiſcopis Wratislauienſibus; 6.) *Tobiae Fiſcheri a Croſchwitz* Medicinae Doctoris, Annales Sileſiae; 7.) *Nicolai Henelii* noſtri Sileſiographia Renouata; 8.) *Eiusdem* Breslographia Renouata; 9.) *Eiusdem* ſeries ſiue Catalogus Epiſcoporum Wratislauienſium ex variis auctoribus & collatis inter ſe tam cuſis quam manuſcriptis Catalogis congeſtus; 10.) *Eiusdem* Sileſia Togata; 11.) *Eiusdem* Genealogiae Principum; 12.) Diarium Sileſiticum *Henrici Wenceslai a Neudorff & Mertzdorff*, Ducis Monſterbergenſis Principis Auerſpergenſis Conſiliarii atque Deputati ad Conuentus publicos Wratislauiae; in Secunda 1.) *M. Petri Eſchenloeri* Noribergenſis, Secretarii Wratislauienſis, Chronicon Wratislauienſe de rebus ſui temporis; 2.) Hiſtoria Petri Dani, Comitis Scrinnenſis, auctore *Chriſtophoro Manlio* Gorlicenſi Luſato; 3.) *Anonymi* breuiſſima miſerrimae cladis Bicinenſis adumbratio; 4.) *M. Friderici Holſtenii*, Parochi Boleslauienſis Annales Boleslauienſes; 5.) *Anonymi* Annales Jauraeni;

ni; 6.) *Caſparis Conradi* Poetae & Medici Wratislauienſis Proſopographia Melica Epiſcoporum Wratislauienſium; 7.) *Samuelis Neugebaueri*, Ordinum Ducatus Bregenſis Syndici, Diarium obſidionis Bregenſis; in Tertia 1.) *Anonymi* Chronica rerum geſtarum Sileſiae; 2.) *Danielis Rappoldi* Iurisconſulti Hiſtoria de Ducatu Sileſiae; 3.) *Franciſci Fabri Cockritii* Secretarii Wratislauienſis Sileſia; 4.) *Eiusdem* Origines Wratislauienſes, curate recenſentur. Plures adhuc manuſcripti codices in Bibliothecis priuatorum hominum paſſim per Sileſiam latent, ex quibus etiam praeſtantiorum noticiam cum litteratis communicaſſet Rhonius, niſi clariſſimum & hiſtoriae patriae amantiſſimum hunc ciuem praematura mors anno 1695. d. 1. Sept. e viuis abſtuliſſet. Merentur autem in illum cenſum referri 1.) *Franciſci Fabri Cockritii* SABOTHVS, quod laudatiſſimum poema heroicum, quo res Sileſiae primarias protulit, ex MSS. antiquiſſimis, tum aliis, tum Germanicis, quibus praefuit, per IX. annos elaboratum, quamuis poſt auctoris anno 1565. defuncti mortem, apud Baſileenſes anno 1592. typis, ſed incurioſe admodum deſcriptum prodiiſſe Henelius *in Sileſia Togata Lib. VII. num. 6.* & Hanckius *in Antiquitatibus de Sileſiorum Nominibus Cap. V. §. 7. pag. 22.* memorent, pauciſſimi tamen norunt, & vix vnus hercle aut alter in vniuerſa Sileſia vidit, vt adeo multi de ipſa impreſſionis veritate adhuc dubitent. Exemplar autem manuſcriptum atque haud paucis in locis correctum, (an ipſius Fabri manu, de eo non conſtat,) in diuerſarum Bibliothecarum codicibus, ſigillatim apud Wratislauienſes, habetur, cuius maxima etiam pars, ob dignitatem & ſimilitudinem materiae, ab Illuſtriſſimo Dn. Scholiaſte notis inſerta legitur, & mereretur doctiſſimum poema, vt integrum aliquando cum nonnullis aliis eiusdem genii vel argumenti, ſub titulo *Deliciarum Sileſiacarum* in lucem publicam exponeretur. 2.) Schleſiſches Land-Recht/ wie ſolches im XIV. Seculo auff Befehl Königs Ioannis Lucelburgici von den Schleſiſchen Ständen und Deputirten zuſammen getragen worden: Extat in Bibliotheca Eliſabethana Wratislauienſi *Repoſitor. II. cod. 35.* 3.) Anonymi demonſtratio luculenta, quod Oppauiae Ducatus a quingentis annis Sileſiae pars fuit. Ibidem *Repoſitor. II. cod. 26.* 4.)

Georgii Schoenborneri Libera Viadri in Oceanum Nauigatio, laudata in Scholiis *ad Cap. VII. §. 37. fol. 132.* Manuſcriptum habetur in eadem Bibliotheca *Repoſitor. II. cod. 79.* 5.) Priuilegia Eccleſiae Cathedralis Wratislauienſis, ibidem *Repoſitor. II. cod. 95.* 6.) Monumenta & Inſcriptiones praeſtantiores totius Sileſiae, ſpeciatim Monumenta Wratislauienſia, Lignicenſia, Goldbergenſia, Olsnenſia, Monſterbergenſia, Francoſteinenſia, Glacenſia, Suidnicenſia, Laurauienſia, Leobergenſia, Boleslauienſia, Hirſchbergenſia, Strigenſia, Reichenbachenſia, Griſſana, Bolkenhainenſia, Landshuttana, Suibuſienſia, Bregenſia & Tſchirnenſia. Ibid. *Repoſitor. II. cod. 127.* 7.) *Martini Hanckii* Rectoris Eliſabethani celeberrimi Opus de Vitis Sileſiorum ſcriptis in publicum editis clarorum, quod *in Orationibus ſuis num. VIII. p. 156. ſeq.* promiſit, laudatum exhibuimus in Scholiis *ad Cap. VI. §. 11. fol. 692. 693.* quo ipſo etiam in loco 8.) *Ioannis Henrici Cunradi* Sileſia Togata metrica, ſiue Elogia Clarorum Sileſiorum ſingulis diſtichis expreſſa, in memoriam reuocata a nobis fuit. 9.) *Eiusdem Cunradi* Sileſio-poliographiam ſaepenumero Cap. VII. in vrbium deſcriptione citatam inuenimus, & quae Fridericus Lucae in Chronico maiori adduxit, potiſſimam partem ex ſchedis Cunradinis didicit, quae auctor an. 1673. cum illo per aliquod tempus communicauit, id quod in ipſa praefatione operis ſui fatetur. Pervenerunt volumina haec MSCta in manus Ampliſſimi & doctiſſimi Ciuis noſtri, Dan. Rimeri, L. V. D. & Syndici grauiſſimi, cui quod ipſius beneuolentia Scholiis Henelianis ex iſtis ſchedis quaedam acceſſerunt, in gratiis referre habemus. 10.) *Martini Hanckii* modo laudati LYGIVS ſiue liber, quo oſtendit, Quados & Lygios, quanquam Sileſiorum nomen aſſumentes, quanquam Slauorum regimen ſubeuntes, diu preſſos, nunquam oppreſſos, ab ipſomet in Tractat. *de Sileſiorum Maioribus cap. XXI. §. 27. p. 130* promittitur. Et eundem eſſe hunc librum cum Exercitationibus *de Sileſiorum rebus ab anno Chriſti 550. ad annum 1170.* non variis coniecturis auguramur, quas praelo paratas eſſe & Typographi operas poſcere, magnopere gaudemus, vitamque & incolumitatem auctori litteratiſſimo ex animo vouemus. 11.) *Caſparis Sommeri* diſſertationes de Antiquitatibus Marcomanno-

manno-Quadicis ipſe auctor *in Animaduerſionibus ad* Lichtenſterns Schleſiſche Fürſten-Krone/ *pag. 14.* & alibi laudat, dignas omnino, quantum ex aliis eius obſeruationibus coniicere poſſumus, quae lucubrationum huius generis amatoribus non diutius ſubtraherentur. 12.) *Caſparis Schifordegheri* ſcriptum de Bohemia haereditaria Celſiſſimae Domus Auſtriacae prouincia, Henelius infra *Cap. IX. §. 46. pag. 883.* citauit: quorſum autem peruenerit id manuſcriptum, aut vbinam lateat, nondum reſciuimus. 13.) Alius eiusdem *Schifordegheri* Tractatus de extrinſeca & intrinſeca bonitate veteris monetae in Sileſia, quem *Lib. III. Commentariorum ad Fabrum Tractat. XXIX. quaeſt. 3. fol. 432. b.* nec minus liber de ſingulari Iure Feudorum Sileſiorum, quem ibidem *quaeſt. 9. fol. 444. b.* ipſe allegat, cum aliis doctiſſimi huius viri foetibus, fortaſſe iam dudum tineis & blattis aut ſacro igne, cui deuouendos publicae ingratitudinis ergo cenſuit, abſumti ſunt. 14.) *Georgii Thebeſii* I. V. D. & Ciuitatis Lignicenſis Syndici, Annales Lignicenſes a prima vrbis origine ad noſtra vsque tempora deductos, quorum Tomus I. complectitur Antiquitates capitibus LXVII. deſcriptas vsque ad Fridericum I. qui in Palaeſtinam peregrinatus eſt, Tomus alter & praeſtantior vitas Ducum Sileſiorum, praecipue autem Lygio-Bregenſium exhibet, worinnen die bißherigen greulichen Jrrthümer (verba auctoris recitamus) der Schleſiſchen Zeit-Bücher/ ſonderlich des neuen ſo genannten Lichtſterns/ durch unverwerffliche alte Urkunden gezeiget und widerleget werden/ in Scholiis Henelianis ad *Cap. VII. §. 83. pag. 291.* & in *Chriſtiani Stieffii* Vrnarum Lignicenſium deſcriptione *pag. 3. & 4.* laudatos lector offendit: quando autem prodituri ſint in lucem publicam, id cum ignariſſimis nouimus. 15.) *Ephraim Ignatius Naſo a Lewenfels*, ICtus & Poeta celebratiſſimus, praeter Phoenicem Rediuiuum Ducatuum Suidnicenſis & Iaurouienſis, Hiſtoriam Sileſiticam pleniorem in illius proœmio pollicitus atque molitus fuit, ad eumque conatum ex diuerſis Curiarum Dicaſteriorumque archiuis magno labore adparatum maximum conquiſiuerat: an vero ad finem deductum ſit opus, & quorſum poſt mortem Nobiliſſimi auctoris deuenerit, itidem ignoramus, vide Scholia *ad Cap. VII. §. 15. pag. 56. 57.* Plura huius gene-

ris anecdota illi recenſere poſſunt, quibus arcana Bibliothecarum nota ſunt: neque enim in patria vnquam defecerunt litterati homines, qui ad eius laudem calamum arriperent, & ſcriptionem ad poſteros tranſmittendam meditarentur.

IV. Qui typis imprimi curauerunt labores ſuos, varia perſequuti ſunt argumenta. Atque in Theologico-Eccleſiaſticis, vt aliquos nominemus, egregiam operam praeſtitere Reuerendiſſimus & Celſiſſimus Princeps & Epiſcopus MARTINVS, qui Cathedralis Eccleſiae Wratislauienſis Statuta Synodalia antiqua, acta item & conſtitutiones Synodi Dioeceſanae Anno MDLXXX. menſe Septembri Wratislauiae habitae, ibidém anno 1585. typis in forma quarta exſcribendas curauit. *Caſpar Schifordegher* in Vindiciis pro Epiſcopatu Wratislauienſi, quae inter Commentarios ad Antonium Fabrum *Lib. III. Tractat. XXX.* leguntur. *Godofredus Buckiſius* in Recenſione Actorum Eccleſiaſticorum, quae tamen maximam partem in ſchedis adhuc deliteſcunt. In Iuridicis elogia ſua merentur Eques *Wentzkius* in opuſculo de Iure & Iudicio Equeſtri Sileſiorum; *Schifordegherus* in Titulis Memorialibus de Iurisdictione, quae olim in Sileſia fuit; quos *Libro III. Commentariorum ad Fabrum Tractatu XXIX. fol. 429-444.* & inde extractos in Scholiis Capitis X. Heneliani ad calcem ſubiunctos legimus; *Henelius* in Commentario de Iure Dotalitii & Communione bonorum inter Coniuges, Lipſiae 1660. 4. *Cap. XI. Sileſiographiae* §. *58.* memorato; *Thomas Schroerus*, Scabinatus Wratislauienſis Secretarius, in Inſtitutionibus Tutorum & Curatorum, Francofurti 1666. 4. excuſis; *Caſpar Franciſcus Eques a Sannig* in Annotationibus doctiſſimis ad Sanctionem Pragmaticam Caeſareo-Regiam Leopoldinam circa Fatalia Appellationis in Ducatu vtriusque Sileſiae obſeruanda, quae ad finem Capitis XI. in Scholiis Henelianis locum inuenerunt, & *Cap. VII. in* §. *de Niſſa, pag. 368.* laudantur; *Ioannes Iacobus Eques de Weingarten*, qui in Faſciculis diuerſorum iurium Noribergae 1690. fol. editis, Librum ſecundum Iuribus & Priuilegiis Sileſiacis impendit. In Medicis magnum nomen conſequuti ſunt *Ioannes Crato, Laurentius Scholzius, Martinus Weinrichius*, & alii bene multi, qui in Conſiliis, Epiſtolis, & aliis opuſcu-

opuſculis Medicis, Sileſiaci argumenti obſeruationes paſſim interſperſerunt, quibus nos Hiſtoriam morborum Wratislauienſium, maxime Seculo XVII. exeunte, Wratislauiae anno 1701. typis in 4to ab Academicis Naturae curioſis in lucem emiſſam adiungere omnino debuimus. In Phyſicis nominandos habemus *Caſparem Schwenckfeldium*, Plinium Sileſiorum, cuius Theſaurus Pharmaceuticus, Hiſtoria Thermarum Hirſchbergenſium adiuncta vtendi methodo, Botanica Sileſiaca, Liber de Foſſilibus & Mineralibus Sileſiae & Theriotrophéum Sileſiae omnium manibus teruntur. *Philippum* item *Iacobum Sachſium a Lewenheimb*, qui in Ampelographia & Gammarologia ſua, Sileſiae quoque, quantum ſcilicet argumenti ratio permiſit, non oblitus eſt. Maxime autem *Academiae Naturae Curioſorum Leopoldinae Collegas Wratislauienſes*, qui Ephemeridibus illius Societatis typorum ope vulgatis multas de phaenomenis & rebus phyſicis in Sileſia memorabilibus obſeruationes addiderunt, & nouas quotannis adhuc addere non tergiuerſantur. In Antiquitatibus ſtudia ſua haud inglorie poſuerunt *Martinus Hanckius*, cuius de Sileſiorum Nominibus & Maioribus duo Tractatus doctiſſimi proſtant. *Gothofredus Rhonius*, qui exercitationem hiſtoricam de Numis Ioannaeis Wratislauienſibus anno 1693. 4. publicauit, & integrum opus de Re Numaria Sileſiorum meditatus eſt. *Georgius Vberus*, cuius de Vrnis Trebnicenſibus epiſtola in Laurentii Scholtzii Volumine legitur, & *Chriſtianus Stieffius*, cuius de Vrnis in SileſiaLignicenſibus & Pilgramsdorfienſibus ad Reuerendiſsimum atque Illuſtriſsimum huius Sileſiographiae Scholiaſten epiſtola his menſibus typis exſcripta fuit. De Re litteraria vocandi ſunt ad partes *Caſpar Cunradus*, qui in tribus millenariis Proſopographiae Melicae Sileſiorum multorum laudes contexuit; *Andreas Calagius* in Natalibus Virorum Illuſtrium; *Georgius Schoebelius* in Germano Wratislauiae Decore. Priuilegia Ducatus Glogouienſis *Andreae Gryphio*, Diſtrictus autem Gurauienſis *Ionae Sculteto*, ICtis celeberrimis, in acceptis refert Sileſia, quae in *Weingartenii* Faſciculis diuerſorum Iurium parte II. etiam leguntur, ſed nominibus auctorum, qui ea primi publicarunt, neſcio qua ratione, omiſſis. Quid in Genealogicis

gicis praeſtiterint *Eleazarus Tiliſch*, Principum Teſſinenſium Secretarius, cui Ducum Teſſinenſium Genealogiam, circa initia Seculi XVII. typis editam, ſed multum ab aliis auctoribus differentem, atque a Bohuslao Balbino & Caſpare Sommero paſſim locorum commendatam debemus; *Daniel Zepko*, qui Gynaeceum Sileſiacum Lygio-Bregenſe praelo ſubmiſit Lipſiae 1626. fol. excuſum; *Dauid de Schweinitz*, Capitaneus Ducatus Lignicenſis, in Genealogia Schweinitziorum, Lignicii 1661. fol. edita; cordatiores iudicent: quando nobis in hac quidem praefatione de iis omnibus prolixius diſſerendi occaſio propter ſpacii ac temporis anguſtiam praeripitur.

V. Ad illos igitur digredimur, qui vniuerſalem Sileſiae noſtrae noticiam poſteris reliquerunt, ex quibus nominandi inprimis ſunt *Ioachimus Curaeus*, *Nicolaus Henelius*, *Iacobus Schickfuſius*, & *Fridericus Lucae*, ſalua interim laude, quam *Naſo Lewenfelſius* Phoenice Rediuiuo Ducatuum Suidnicenſis & Iaurouienſis, *Polius* Hemerologio Wratislauienſi & Hiſtoria Incendiorum, atque *Fechnerus* Syluis Elyſiis publicatis ſibi acquiſiuerunt. *Curaei* Annales Gentis Sileſiae, ſi recte meminimus, prima vice anno 1571. Wittebergae in folio prodierunt, quos ex latino idiomate in germanicum tranſtulit Henricus Raetelius Conſul Saganenſis, & Ordinibus ac Statibus Sileſiae d. 29. Martii 1585. dedicauit, Doctor autem Laurentius Muller, Conſiliarius Principis Curlandiae, in compendium contraxit, ibidem 1587. 4. excuſos. P. Bohuslai Balbini de Curaeo iudicium, in Miſcellaneis hiſtoricis Regni Bohemiae Decad. I. Lib. III. Cap. VI. fol. 48. 49. legitur; aſt aliter de eo iudicat Henelius in Sileſia Togata Lib. IV. n. 14. qui *primus*, inquit, *hiſtoriam patriae, quam nominauit Gentis Sileſiae Annales, adminiculis licet haud multis adiutus, iudicio graui ac ſermone luculento deſcripſit Curaeus: quae licet fortean omnibus numeris perfecta non ſit, vel ideo tamen auctori, quod veſtigia reliquit nobis, quibus hodie commodum inſiſtere poſſumus, laus ſua conſtat.* *Schickfuſius* Annales Sileſiae Curaeanos inſigni acceſſione a ſe locupletatos, Ienae 1625. fol. publici iuris fecit, ſed quibus non parem ab omnibus gratiam promeruit. Errores a Schickfuſio paſſim, ſed in priuilegiis praecipue allegandis & verbotenus recenſendis commiſſos multi animad-

animaduerterunt, in quorum largam messem, cui nonnemo ciuium nostrorum sese adparat, falcem idcirco non immittimus. *Fridericus Lucae* sub *Lichtsternii* larua anno 1685. 8. Francofurti ad Moenum edidit Schlesische Fürsten-Krone/ oder eigentliche warhaffte Beschreibung Ober- und Nieder-Schlesiens in XX. Discursen abgehandelt/ cui anno 1687. *Caspar Sommerus* sub ficto *Curiosi Silesii* nomine Animaduersiones uñ Anmerckungen uber diese Fürsten-Krone opposuit, Weissenfelsae in forma octaua impressas, quo sane libello ultra 300. errores Lichtsternianos ostendit atque correxit. Quod ipsum quum deprehenderet Fridericus Lucae, nouum opus idque satis prolixum contexuit, & adposito proprio nomine, sub titulo: Schlesiens curieuse Denckwürdigkeiten / oder vollkommene Chronica von Ober- und Nieder-Schlesien in VII. Haupt-Theilen vorgestellet/ Francofurti 1688. 4to euulgauit: vbi quidem multa prioris editionis errata correxit, multa etiam egregia & curiose conquisita ac compilata adiunxit, ea tamen, quae historiographis vtplurimum communis est, infelicitate, vt multoties sibi ipsi contradixerit, & in vastis commentariis vastum quoque errorum numerum coaceruarit, atque opus istud adeo noua plane censura indigeat.

VI. Quod ad *Henelium* nostrum attinet, ad quem postliminio quasi reuertimur, operae precium duximus, cum de eius studiis ac vita, tum de scriptis ac Silesiographia praesertim Renouata hoc loco quaedam praefari. Natus est Neostadii minoris ad Prudinicam fluuium circa annum 1584. atque hinc corrigendus est Abrahamus Ortelius, qui in Theatro Orbis Terrarum, ex Comitatu Glacensi prodiisse & Francosteinii natum esse Henelium prodidit. Vide *Caput VII. Silesiographiae* §. *100. pag. 328. 329.* Absolutis triuialibus in patria rudimentis Wratislauiam concessit, nactus ibi in Gymnasio Elisabethano commilitonem Paulum Hoepfnerum ciuem suum, Medicum dein Doctorem & Consiliarium Caesareum, cuius elogium Silesiae Togatae, *Lib. VII. num. 49.* scriptum reliquit. Ex Gymnasio ad altiores scholas profectus Ienam inuisit, vbi praeter multos alios Matthiam Biliczerum a Bilicz studiorum socium habuit, cui etiam in Athenis Heluetiorum Doctoris in vtroque Iure

titulum adepto, Academicum hunc honorem elegiaco carmine gratulatus eſt. Ipſe Vlyſſea peregrinandi cupidine flagrans, Germaniam omnem, Belgium, Galliam peragrauit, cumque Lugduno per Sabaudiam, Ducatum Mediolanenſem ac Longobardiae partem Patauium proficiſceretur, itineris eius comitem habuit Generoſiſſimum Equitem Sileſiū, Sigiſmundum a Niebelſchütz, quocum per totam ibi hyemem ſubſtitit, amboque Conſiliorum publicorum Nationis Germanicae participes fuere. vid. *Sileſiograph. Cap. VIII. p. 707.* Reuerſus ex Italia, & ab Academia Rauracenſi Doctoris in Iure inſignibus decoratus patriam repetiit, in quam redux factus, quum fama virtutum & eruditionis eius indies magis ac magis inclareſceret, nec ipſe vitam per obſcurum tranſmittere vellet, publico vindicatus, diuerſisque functionibus admotus fuit, in quibus etiam, licet turbulentiſſima fata Sileſiam noſtram adfligerent, qua publice, qua priuatim ita locum ſuum tutatus eſt, vt Procancellariatus munere in Ducatu Monſterbergenſi & territorio Francoſteinenſi mactaretur, & breui poſt non ſolum ab Sereniſſimo Principe Lygio-Bregenſi, ſed & ab Auguſtiſſimo Imperatore in Conſiliariorum numerum adſcriberetur. Poſt autem quam belli furor patriam omnem infandis miſeriis involueret, & Francoſteinenſes lares, exuſta maiori vrbis parte, ipſum deſerere, ac Wratislauiam commigrare iuſſiſſet, ab Illuſtri Senatus Wratislauienſis Collegio collatum in ſe grauiſſimum Syndici munus ſuſcepit, eique ad vitae vsque finem, qui anno 1656. d. 23. Iulii obtigit, laudatiſſime praefuit. In receſſu Wratislauienſi dum viueret, remiſſa tempora & ab negociis publicis feriata, libris veterum ruminandis ſuauiter impendit, indeque natae ipſi ſunt Obſeruationes Variae, quas *Otium Wratislauienſe* nuncupatas, & Ienae 1658. 8. excuſas filius Chriſtianus Fridericus Henelius ab Hennenfeld Georgio Frantzkio, Cancellario Gothano, inſcripſit. Excepit illas lucubrationes alius *de Iure Dotalitii* Tractatus, & *de communione bonorum inter Coniuges* commentatio, de qua paullo ante meminimus, nec non *Sileſia Togata*, *Series Epiſcoporum Wratislauienſium*, *Genealogiae omnium paene Sileſiae Ducum*, *Chronicon Ducatus Monſterbergenſis & Territorii Francoſteinenſis*,

nenſis, Tractatus Euchariſticus, Sermones Soterici, Chriſtus Patiens, Pſalmorum paraphraſes poeticae, Volumen denique Carminum & Farrago Epiſtolarum, quae tamen omnia in ſchedis adhuc deliteſcunt, & editorem praeſtolantur. Mirum autem videtur, qui factum, vt in hac ſcriptorum Henelianorum Sylloge, quam Filius in praefatione ad Otium Wratislauienſe nobis dedit, eiusdem Henelii *Commentarius de Veterum Iureconſultis, e quorum legibus Iuſtitiae Romanae templum exaedificatum eſt*, qui Lipſiae 1641. 8. praelo fuit ſubmiſſus, non memoretur, quod ipſum tamen opus magnam auctori laudem conciliauit.

VII. Primus autem eius labor, quo famam ingreſſus eſt, fuit *Sileſiographia* Capitibus nouem, & *Breslographia* capitibus ſex delineata, Francofurti etiam anno 1613. 4. in lucem emiſſa. Hinc enim *prudentis & docti ſcriptoris* titulum apud Schurtzfleiſchium in lemmatibus hiſtoricis ad Sileſiam pertinentibus, apud Balbinum autem, immortalis memoriae ſcriptorem Bohemum, *in Miſcellaneis hiſtoricis Decad. I. Lib. III. Cap. VI. §. 1. fol. 48.* ſequens elogium meruit: *Henelius Neoſtadienſis Sileſius, (quem ipſum aliquando Camencii apud Abbatem Simonem Ridiger, Praelatum incorruptae & integerrimae mentis, Anno 1654. vidi & familiarem habui) omne tulit punctum, & quamuis Schickfuſio antiquior, omnes illos ſimplicitate, candore, veritate, caeterisque hiſtoriae dotibus vicit; quae laus maior euadit, quod duos tantum libellos (quod ſciam) ad Sileſiae hiſtoriam pertinentes vulgarit, Sileſiographiam & Breslographiam, vtramque Francofurti editam anno 1613. in ipſo flore Bohemiae & Sileſiae: nam ſequentibus annis omnia mutari vidimus; praeter alias igitur hiſtoriae dotes laudem etiam ſummam breuitatis Henelius eſt conſequutus, ex quo praecipua de Sileſia adferemus.* Quum vero doctiſſimus auctor non pauca animaduerteret, quae vel perperam a ſe dicta eſſent, vel melius dici potuiſſent, quam in illo feſtinationis calore dicta fuerant, adhaec frequens ipſi cum ſummis Viris intercederet conſuetudo, qui multis in locis meliora eum edocebant, & varia adminicula, quibus opera adfecta inſtruere ac locupletare poſſet, ſuggerebant, manus huic operi denuo admouit Henelius, & vtrumque ſcriptum

praeſtantiſſimum Curis ſecundis plurimum auxit, morte autem praeuentus, filium de edendis illis habito cum amicis paternis conſilio, ſerio cogitare in extremis tabulis iuſſit. At enimuero, quae iniqua virorum litteratorum vtplurimum ſors eſt, quamuis de Sileſiographiae Renouatae & Sileſiae Togatae ſuppreſſione cordati quique ciues maximopere dolerent, & Patronum librariumque, qui de illarum editione ſerio ſolliciti eſſent, votis omnibus ardenter optarent, iacuit tamen theſaurus iſte inter priuatorum quorundam manus & ſcrinia ſpretus atque neglectus, & ad piper aut ſcombros amiciendos damnandus aliquando videbatur, niſi Excellentiſſimus Vir, *Chriſtianus Helwich*, Philoſophiae ac Medicinae Doctor & Academiae Leopoldinae Naturae Curioſorum Collega, dum Bibliothecam aliquam excuteret, inter reiectamenta inuentum, ab iniqua ſeruitute eripuiſſet. Quum autem Nobiliſſimus iſte litterator ob labores clinicos, quibus quotidie immerſus eſt, & aliorum adminiculorum defectum, de procuranda eius editione ſpem omnem abiiceret, quam tamen vtilem Sileſiae ac glorioſam fore facile intellexit, de alio cogitare habuit, qui ſucceſſu maiore obſtetricias manus Heneliano foetui admoueret. Adiit ergo Reuerendiſſ. atque Illuſtriſſ. Dominum, Dn. MICHAELEM IOSEPHVM FIBIGERVM, Sacri ac Militaris Ordinis Crucigerorum cum Rubea Stella Supremum per Sileſiam & Poloniam Magiſtrum, & quod ſummo Illum in ſtudia omnia, & patriae ſigillatim hiſtoriam amore ferri, omnibusque iis praeſidiis, quibus Henelianum opus indigebat, inſtructum nouit, ad ſuſcipiendam in ſe τῶν ἀνεκδότων Heñelii, velut poſthumae ac orbae prolis curam exorauit. Inuenerunt locum iuſtae preces, & Praelatus ille laudatiſſimus vix mentem ab Helwichio ſibi expoſitam perceperat, vbi prolixe omnia ſpondere, & manibus pedibusque id agere coepit, ne vel ad ſalſamentarios & myropolas ſcriptum relegaretur, & muribus blattisque eſca olim ſcederet, aut igne fortuito in fauillas redactum, vel furtiuae manus polium iniquitate fatorum fieret. Coemtos ergo codices manuſcriptos Bibliothecae Ordinis ſui ad D. Matthiae apud Wratislanienſes vindicauit, qua certe in angenda & exornanda omnibus ſuis

Ante-

Anteceſſoribus palmam praeripuit. Mox autem ne intra hos quidem cancellos doctiſſimi Praeſulis feruor ſubſtitit, ſed adgreſſus αὐτόγραφον Henelianae Sileſiographiae, (vbi, vt Suetoniana phraſi vtamur, deleta erant multa, & inducta, ac ſuperſcripta, characteribus ſaepe ita minutis atque obtuſis, vt lyncei ad illos dignoſcendos oculi requirantur) ingenti labore, inter tot grauiores Magiſterii ſui curas, ſua manu, ſumma fide totum deſcripſit, capita in numeros ſiue paragraphos diſtinxit, ſingulis ſuas ſummulas & argumenta annexuit, & quae ab auctore neglecta vel ignorata arbitrabatur, Scholiis neceſſariis & accuratis ſuppleuit. Equidem Reuerendiſſimi Domini Praelati pudor atque animi moderatio non concedit, vt *in laudes* ipſius exſpaciemur, vinoque generoſo ac vendibili hedera non opus eſſe in prouerbio dicitur, rei tamen veritas & gratus, quem illi vniuerſa Sileſia debet, animus laudes eius intactas praeterire non permittunt. Vtut enim in Henelio ſtudium veritatis, tractationis breuitatem, & ſtyli decorem laudare omnino nos oportet, fatendum tamen eſt, Renouatam ab eo fuiſſe Sileſiographiam ab anno ſuperioris ſeculi trigeſimo fere ac tertio & quarto, flagrante adhuc bello tricennali, & Sileſia noſtra ab igne, a peſte, a bello miſerandum in modum foedata; multas autem poſt ſcriptionem Henelianam ad umbilicum deductam rerum mutationes contigiſſe, atque Familias quasdam Excelſiſſimas naturae legibus, a quibus ne Principum quidem purpura liberatur, deletas, nouas vero variis iuribus ac titulis ſurrogatas fuiſſe. Florebant illo tempore inter Sileſios Principes Piaſteae Regiae ſtirpis Surculi, qui noſtra aetate in Georgii Guilielmi Ducis Lygio-Bregenſis vltimi funere, poſt nouem Seculorum decurſum, emarcuerunt. Id ergo in Scholiis Illuſtriſſimus Ordinis ſui Magiſter egit, vt, vbi Henelius deſiit, euentus rerum memorabiles ad noſtra vsque tempora compleret, vt Ducatuum & Dynaſtiarum viciſſitudines poſt Henelii fata oſtenderet, vt Monaſteriorum clariſſimorum origines & biatum ſucceſſiones ex Archiuis illorum produceret, vt Epiſcoporum vitas ex aliis ſchedis Henelianis deductiore ſtylo adponeret, vt Ciuium quorundam Obſer-

vationes ſelectiſſimas inſereret, quales ſunt de agris laetandis, de equis dignoſcendis, de metallifodinis, de officinis ferrariis, de fluuiis ac montibus, de Vrnis ſepulchralibus, de obſeruationibus ad ſanctionem Pragmaticam Leopoldinam circa fatalia Appellationis Iudiciariae, de Iurisdictione veteri in Sileſia, de Indictionibus tributorum & aliae plures. Et profecto ſi nihil omnino ſcholiis acceſſiſſet, ideo tamen aeternas grates Reuerendiſſimus Dominus Scholiaſtes meruit, quod ex *Sileſia Togata* Henelii, Opere toties laudato, toties a Ciuibus & exteris expetito, maximam partem elogiorum poſt vrbium deſcriptiones & Familiarum Illuſtrium memorias, capitibus maxime ſeptimo atque octauo, concinna breuitate ſubiunxit, & ſitim adeo noſtram egregie reſtinxit. Parentatum hac ratione fuit ſcripto publico tot Principibus, tot Heroibus, tot Maecenatibus, tot litterarum ſtatoribus aeque ac cultoribus, quorum merita ac nomen nulla nunc quidem oblitterare poterit oblivio aut ingrati ſeculi iniquitas, quando cineres illorum veneratione poſteritatis ſic quaſi expoſiti & ab orco reuocati ſunt. Hac igitur veſte noua exornatum Henelium non ſibi ſoli retinuit Illuſtriſſimus Praelatus noſter, ſed, quod neminem in omnibus omnia vidiſſe aut opus numeris omnibus abſolutum fabricaſſe nouerat, cum viris doctiſſimis, qui eius lectione ante typos flagrabant, lubenter communicauit, in eo etiam laude ſua nequaquam defraudandus, quod ſumma moderatione, quam vbique prae ſe tulit, aliorum monita excepit, lapſus memoriae aut calami, a quibus nemo liber eſt, ab aliis animaduerſos diligenter correxit, & eo tandem collineauit, vt, quantum per temporis ſpacium, per ſcriptorum aliorum fidem atque auctoritatem licuit, opus luce publica dignum aliquando prodiret. Quum igitur Praeſulem noſtrum iis ſtudiis vacare, & celebratiſſimorum Abbatum Conradi a Lichtenau Vrſpergenſis, Rheginonis Prumienſis, Ioannis Trithemii Spanheimenſis &c. veſtigiis laudabiliter inſiſtere increbuiſſet, famaque horum laborum per omnium ora celerrime volitaret, non diutius cunctandum duxi, ſed ſumtus in editionem erogare, atque, vt eo nitidius prodiret, Lipſienſibus typis codi-

codicem exſcribendum curare promiſi. Quibus pollicitationibus meis vt ſtarem, his nundinis Paſchalibus RENOVATAM SILESIOGRAPHIAM HENELIANAM neceſſariis obſeruationibus ac ſcholiis, & Indice luculento illuſtratam, publico orbis litterarii conſpectui, ac deſideriis inprimis Ciuium Sileſiorum fauſtis auibus ſiſto. De adplauſu omnium, quem opus tot curis euigilatum, tot memoriis rarioribus auctum, tanta fide, tanta ſtyli caſtimonia ſcriptum meretur, ſubſequuturo nulli dubitamus: neque enim ullum eius generis vllibi proſtare ſanctiſſime aſſeueramus, in quo pari modo neque accurationi, neque ſumtibus parcitum fuerit. Habebit in eo Theologus exempla pietatis & innocentiae, Iureconſultus normas legum, Medicus plantas ſalutiferas, Philoſophus ratiociniorum argumenta, Phyſicus rerum naturalium phaenomena, colonus agrariae rei inſtitutiones, Geographus veterum incolarum migrationes atque limites. Inueniet Princeps regiminis feliciter exerciti, Heros virtutis ac fortitudinis inuictae, Litteratus eruditionis compenſatae, ciuis obſequii inculpati exempla. Nihil itaque reſtat, quam vt libro cenſores cordatos & benignos, (ab omnibus enim mendis liberam eſſe hanc Sileſiographiam non pronunciamus, & quotusquisque mortalium eſt, qui hanc ſibi praerogatiuam in opere hiſtorico atque per abſentiam auctoris apud exteros publicato temere arrogare velit?) patriae autem noſtrae Sileſiae Felicitatem Temporum, in Romanorum Numis ſaepe celebratam, optemus. Cuius voti ſi compotes fortuna nos fecerit, non iterandam tantum poſt diſtracta primae publicationis exemplaria editionem, verum & BRESLOGRAPHIAM RENOVATAM HENELIANAM eadem methodo in Capita & paragraphos diſtinctam, ſcholiisque neceſſariis inſtructam, litterato orbi pollicemur, ad quod ipſum inſtitutum Reuerendiſſimo Domino Praeſuli noſtro adminicula, vires, ocium atque conſtantiam ex animo adprecamur. Vale Lector, & his conatibus faue! Scribeb. Wratislaviae exeunte Martio Anni MDCCIV.

SYLLA-

SYLLABVS CAPITVM SILESIOGRAPHIAE.

CAPVT I.

SILESIAE INCOLAE. NOMEN. ETYMON. 1.

CAPVT II.

SILESIAE SITVS. POPVLI FINITIMI. PARTITIO. 118.

CAPVT III.

SILESIAE VBERTAS, QVA FRVCTVVM TERRA NASCENTIVM, QVA MINERALIVM. 215.

CAPVT IV.

SILESIAE ANIMALIA, FERA ET DOMESTICA. RES PECVARIA. VOLATILIA. 382.

CAPVT V.

PRAECIPVA SILESIAE FLVMINA. LACVS. PISCINAE. PISCIVM GENERA. THERMAE. 538.

CAPVT VI.

INGENIA ET MORES SILESIORVM. CORPORVM HABITVDO. EDVCATIO. STVDIA. SCHOLAE. REI FAMILIARIS CVRA. VICTVS ITEMQVE VESTITVS RATIO. HOSPITALITAS. MERCIMONIA. IDIOMA. 676.

CAPVT VII.

VRBES. OPIDA. ARCES. MONASTERIA ET PAGI SILESIAE. 805.

CAPVT VIII.

STATVS HOMINVM, SIVE GENERA ET ORDINES, QVIBVS SILESIARVM INCOLAE INTER SE DISTINGVVNTVR.

CAPVT IX.

MAGISTRATVS SILESIAE SVPERIOR.

CAPVT X.

MAGISTRATVS SILESIAE SVBORDINATI.

CAPVT XI.

IVDICES AC IVRA SILESIAE.

CAPVT XII.

DE COMITIIS SILESIAE, NEC NON CVRIA FISCALI.

CAPUT I.
SILESIÆ INCOLÆ, NOMEN & ETYMON.

SUMMARIUM.

Henelii:	Scholiastæ:
§. 1. *Propositum Autoris vera scribendi.*	§. 1. *Cogitationes de dulci patriæ amore.*
§. 2. *Vetustissimæ hujus provinciæ incolæ Germani bellis contra Romanos strenue gestis conspicui.*	§. 2. *Marobodui & Arminii gloria celebratur, præsertim ex Francisci Fabri poëmate.*
§. 3. *Rhenus & Danubius antiquitus quasi limites Rom. Imperii.*	§. 3. *Vetus Germania caruit scriptoribus, qui egregia facta posteris indicarent.*
§. 4. *Germanorum origo, nomen vetus & recens.*	§. 4. *Idem continuatur.*
§. 5. *Varia de gentis etymo opiniones.*	§. 5. *Plures Germani nominis origines.*
§. 6. *Unde Alemani dici cœpti?*	§. 6. *Alemanorum Etymon aliud.*
§. 7. *Quare Slavis Niemcy audiant Germani?*	§. 7. *Nemetes ubi, & qui fuerint?*
§. 8. *Divisio Germanorum ex Julio Cæsare.*	§. 8. *An Cæsar Marcomannos pro Suevis habuerit?*
§. 9. *Divisio veterum Germanorum ex Tacito.*	- - - - - - - - -
§. 10. *Divisio veterum Germanorum ex Plinio.*	§. 10. *An Bastarnæ & Prucini Walachi?*
§. 11. *Suevi unde dicti, & quales?*	§. 11. *Plura de Suevorum gloria.*

§. 12. *Suevorum ſedes tempore Taciti.*

§. 13. *Suevorum nationes variæ.*

§. 14. *Quadorum, qui Sileſiam incoluiſſe vulgo creduntur, facinora.*

§. 15. *Lygiorum, quorum tribus Elyſii, nomen celebre.*

§. 16. *Quados & Lygios in Sileſia habitaſſe, negat Cluverius.*

§. 17. *Cluverii ſententiam ex Tacito probat Henelius.*

§. 18. *Gothinis adſcribit partem Henelius.*

§. 19. *Oſis quam partem aſſignet Henelius?*

§. 20. *Marſigni quam partem incoluerint?*

§. 21. *Quam partem Burii habuerint in Sileſia?*

§. 22. *Semnones ubi ſederint?*

§. 23. *Cluverii ſententiam amplectens Henelius, qui populi hanc provinciam inhabitarint, determinat.*

§. 24. *Suevis ſucceſſere Slavi diverſa habentes nomina.*

§. 25. *Slavi unde dicti?*

§. 26. *Slavi quando advenerint?*

§. 27. *Slavorum duces Czechus & Lechus.*

§. 12. *An Suevi Quadi ad Helvetiam migrarint?*

§. 13. *Taciti de Suevorum multitudine ſententia.*

§. 14. *Marcomannorum, Quadorumque etymologia, & an Quadi noſtrorum Sileſiæ ſup. incolarum progenitores? an Germani? quo migrarint? quæ bella geſſerint?*

§. 15. *De Lygiorum ſedibus Taciti ſententia.*

§. 16. *Cluverio contradicitur.*

§. 17. *Cluverius refutatur, & Lygii, Quadique vindicantur Sileſiæ.*

§. 18. *Boiorum pulſorum putantur eſſe reliquiæ.*

§. 19. *Alium ſitum Oſi accipiunt.*

§. 20. *Marſignorum origines.*

§. 21. *Alia Buriorum chorographia.*

§. 22. *Semnonum religio & multitudo.*

§. 23. *Aliter antiquis Sileſiis ſedes diſponit Scholiaſtes, & veterum Germanorum ponit ſchema chorographicum.*

§. 24. *An Slavi Venedi recte dicantur Wandali? quas provincias occuparint?*

§. 25. *Plures Slavorum etymologiæ.*

§. 26. *Autores de eorum adventu ſcribentes.*

§. 27. *Czech & Lech an ab Eliſa deſcendant?*

§. 28.

§. 28. *Lechus Polonorum Conditor.*

§. 29. *Slavi late dominantes tandem Germanorum imperio ſubjecti.*

§. 30. *Polonia Imperio Germ. tributaria.*

§. 31. *Idem probatur ulterius - -*

§. 32. *Sileſia, & ipſa quoque Polonia, Germanis Victoribus cultum debet.*

§. 33. *Sileſia nomen quando ceperit? an Ditmari pagus Silenſis?*

§. 34. *An Sileſia derivetur a Taciti Elyſiis?*

§. 35. *Sileſii an a Sleſo fluvio dicantur?*

§. 36. *Aliorum alia de hujus nominis etymo opiniones.*

§. 37. *Cromeri ſententia placet Henelio, a confluxu populorum hoc nomen in lingua Slavica derivantis.*

§. 28. *Polonorum etymon, eorumque deſcriptio ex Fabri Sabotho.*

§. 29. *Slavi Germanis cedere coacti.*

§. 30. *Fuſius idem oſtenditur.*

§. 31. *Idem continuatur.*

§. 32. *Poloni non omnes cultum negligunt.*

§. 33. *Pagum Silenſem eſſe Sileſiam, contra dubitantem Henelium aſſeritur, & varia hujus nominis torſiones afferuntur.*

§. 34. *Derivatio ab Elyſiis ſtatuitur.*

§. 35. *Num Sleſus fluvius noſter Elſa ſit, dubitatur.*

§. 36. *Plura de hoc nomine ſomniata & cur Hagecio Catiſcha dicatur?*

§. 37. *Germanorum in Sileſia confluxum, eorumque cum Slavis miſtionem deſcribit Faber: & Sileſios ab Elyſiis derivari, concludit Scholiaſtes.*

§. 1.

Propoſitum Auctoris vera & utilia ſcribendi.

SIleſiam optimam, dulciſſimamque patriam (a) (talem enim habere me diis, hominibusque volentibus glorior) per certa capita memoriæ & intelligentiæ juvandæ gratia

ſummis duntaxat coloribus delineare, dum ſecundis curis aggredior, an Inſtitutum hoc meum omnibus probaturus ſim, nec ne, anceps hæreo, ita meæ mihi mediocritatis conſcius ſum, niſi ſi quis animum, veri amantem, a fuco & fallaciis alienum probandum putet; hunc certe ut eo magis & probare lectori, & præſtare poſſim, conſilium non eſt ea omnia, quæ in laudem patriæ dici aut ſcribi poterant, exequi: ſed ea duntaxat, quæ & ad intuendum apta, & ad imitandum idonea, eaque veriſſima eſſe non vanis mihi argumentis perſuadeo, figmenta & fabulas cane pejus & angue peroſus. Nobilitas & ſplendor gentis cujusque nulla re æque, ac veritate commendantur: nec committam adeo, ut falſis ornamentis conquiſitis atque aſſutis illorum fidem, quæ vera & certa ſunt, labefactem, geographos hac parte imitatus, quorum tabulæ extremum terræ, marisque loculum incognitæ oræ nomine præſcribunt tanto prudentius, quam ſi incomperta & inoperta pro certis, exploratisque adferrent.

(a) Dulce ſolum patriæ, non vulgo duntaxat, ſed & ſapientibus, & heroibus; id quod Poëta dulci expreſſit carmine de Ulyſſe:

Non dubia eſt Ithaci prudentia, ſed tamen optat
Fumum de patriis poſſe videre focis.
Neſcio, qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducat, & immemores non ſinat eſſe ſui.

Convenienter ad rem divinus Plato: *Patria major*, inquit, *debetur honos, quam matri, vel patri, & omnibus parentibus: illis enim omnibus præſtantior & ſanctior eſt, & in majori habetur autoritate apud deos, & homines ſapientes: majori etiam reverentia colitur, magis etiam cedere, & blandire oportet patriæ moroſæ & iracundæ, quam patri.* Hinc recepta paſſim

paſſim doctrina, parentem, hoſtem patriæ, aut reipublicæ proditorem, aut in necem Principis conſpirantem, (ſi alia ratione conciliari patriæ, aut Principi nequeat) etiam accuſari a filio, imo & occidi impune poſſe: quoniam bonum privatum cedit bono publico, & plus patriæ debemus, quam patri.

§. 2.

Antiquiſſimi Sileſiæ Incolæ fuere Germani, bellis contra Romanos ſtrenui.

Quam quidem ob cauſam in prologo quoque, ut ita dicam, hujus ſcriptionis, cum vetuſtiſſimorum hujus provinciæ incolarum memoria denſiſſimis tenebris, partim etiam fabulis ſit involutá, neque quicquam adeo certi nos hac in re magis ſperare poſſimus, quam reliquæ gentes, quæ perinde nobiscum in magnis tenebris & inſcitia verſantur: curis nimis ſolicitis me non miſceo; ſed id ſat habeo dixiſſe, quod fidenter a plerisque poſitum, nec minus conſtanter creditum, idque conjecturis minime refragantibus: regionem nimirum hanc, quæ inter Bojohæmum & Poloniam ſita vulgari nomine Sileſia dicitur, antiquitus, ac Roma præſertim florente, a Germanis habitatam fuiſſe, ea nimirum gente, cui ſapientiſſimus Seneca (*a*) hujusmodi teſtimonium perhibere non dubitavit: Germanis quid eſt animoſius? quid ad incurſum acrius? quid armorum cupidius? quibus innaſcuntur, innutriunturque? quorum unica illis cura eſt, in alia negligentibus. Quid induratius ad omnem patientiam? ut quibus magna ex parte non tegumenta corporum proviſa ſunt, non ſuffugia

adverſus perpetuum cœli rigorem. Ea ipſa, inquam, gente, quæ (*b*) Maroboduos, quæ (*c*) Arminios dedit, quæ Romana arma nunquam victa, nunquam profligata, nunquam domita tot annos vel ſuſtinuit, vel fregit, atq; adeo irruptione in Italiam multoties facta ipſam tandem Romam ſub Honorio Imperatore per Gothos occupavit: (*d*) tantum abeſt, ut ab illis devinci, aut edomari ſuo in ſolo potuerit. Qua de re teſtē audire operæ pretium omnium judicio probatum: (*e*) Sexcenteſimum & quadrageſimum annum Urbs noſtra agebat, cum primum Cimbrorum (*f*) audita ſunt arma, Cæcilio, Metello, ac Papirio Carbone Coſſ. Ex quo ſi ad alterum Imperatoris Traiani conſulatum computemus, ducenti ferme & decem anni colliguntur. tamdiu Germania vincitur. Medio tam longi ævi ſpatio, multa invicem damna. non Samnis, non Pœni, non Hiſpaniæ Galliæve, nec Parthi quidem ſæpius arma admovere. quippe regno Arſacis acrior eſt Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis, quam cædem Craſſi, amiſſo & ipſo Pacoro, infra Ventidium dejectus Oriens objecerit? At Germani Carbone, & Caſſio, & Scauro Aurelio, & Servilio Cepione, M. quoque Manlio, fuſis vel captis, quinque ſimul Conſulareis exercitus populo Romano, Varum, tresque cum eo legiones etiam Cæſari abſtulerunt. Nec impune Cajus Marius in Italia, Divus Julius in Gallia, Druſus ac Nero, & Germanicus in ſuis eos ſedibus pepulerunt. Mox ingentes C. Cæſaris minæ in ludi-

ludibrium verſæ. Inde otium, donec occaſione diſcordiæ noſtræ,& civilium armorum, expugnatis legionum hibernis, etiam Gallias affectavere: ac rurſus pulſi inde proximis temporibus triumphati magis, quam victi ſunt.

(a) *lib. 1 de iræ.*

(b) *Maroboduo Marcomannorum, Quadorum* aliorumque in his noſtris provinciis tunc habitantium *Suevorum* Regi Vellejus Paterculus vol. poſt. hanc tribuit laudem: *Maroboduus genere nobilis, corpore prævalens, animo ferox, ratione magis, quam ratione barbarus - - - - finitimos omnes aut bello domuit, aut conditionibus juris ſui fecit. Corpus ſuum cuſtodia, tum imperium perpetuis exercitiis pene ad Romana diſciplina formam redactum brevi in eminens, & noſtro (id eſt, Romano) quod timenduu produxit faſtigium; gerebatque ſe ita adverſus Germanos, ut neque bello nos* (Romanos) *laceſſeret, ſed tamen oſtenderet, ſi laceſſeretur, ſupereſſe ſibi vim ac voluntatem reſiſtendi.* Vide Bucherium in Belgio Romano Lib. 1. cap. 21. ubi inter cætera notatu digna venit, eum tertio ante Chriſti nativitatem anno cum ſuis a Mœno moviſſe in Bohemiam, ibique finitimos, id eſt (ut Strabo eos nominat) Lugios, Semnozumos, Gothonos, & ſecundum Tacitum etiam Longobardos (quos populos hic citatos Bucherius Moravos, Seleſios, Luſatios, Miſnios, Brandenburgicos partim, partim etiam Polonos occidentaliores, ſeu Cis Viſtulanos exiſtimat) ſibi adjunxiſſe, atque ab anno ætatis ſuæ 28 ad an. 40 toto prope infantiæ Chriſti, Janique tertium ab Auguſto clauſi tempore, imperium ſuum in eminens faſtigium extuliſſe, donec ab Arminio Cheruſcorum Principe impeteretur, ac Regis nomine inviſus, Hercyniæ latebris defenſus, proditor patriæ, ſatelles Cæſaris incuſaretur, ac denique biennio poſt a Catualda juvene Gotone regno pelleretur, quod annos jam 26 totos obtinuerat. Fuit nimirum Maroboduus noſter (ut cum præclaro patriæ noſtræ Poëta Franciſco Fabro loquar)

\- - - - - *Mavortius ille*
Marbothus, qui forte puer nutritus in aula
Terrarum Dominæ, fatis retrahentibus exul*
In patriam retulit bellique, togæque parata
Conſilia, atque animos, tum qui cognovit avaræ

* Romæ educatus.

Cona-

Conatus Romæ, & ſubigendi totius orbis
Obſirmatum animum. Dii quam populique patrumque
Applauſu acceptus, fama compleverit Arctoa
Adventu, decoriſque ſui! Quippe hunc fore, qui res
Erigat afflictas, patriis quique arceat hoſtem
Limitibus prope inhærentem: nec defuit ardens
Virtuti fortuna comes: namque impiger olim,
Quas exul fremitu ingenti conceperat iras
Exſeruit, preſſasque metu ſub luce videndas
*Protulit. Haud aliter * Sonipes præſepibus altis*
Incluſus ſemper ſubrectis auribus adſtat,
Hinnitumque premit; ſed mox ubi carcere greſſus
Extulit, adſultat crebrum, multoque rotatu
Succumbit frano, perceptis donec habenis.
Liberius pedibus caput abdat, humique ſupinum
Deſpectans equitem, curſu irretinendus anhelo
Seque fatigato per plana, atque avia fertur:
Haud aliter noſter rediens Marbothus ab urbe,
Cæſareoque metu excuſſo, bella undique bella,
Magnorumque animo ſpirans conamina rerum,
Sæpe ſuos lævibus populares præparat armis,
Et campis Martem exercens præludit apertis:
Nunc denſare acies, lituoque reducere laxas,
Signa ſequi, Ducibuſque docet parere, gravemque
Militiam ferre, & veris aſſueſcere pugnis.
Nimirum hæ juvenem ardentem noctesque diesque
Exercent curæ, huc dudum vocat amula virtus
Romulidum, & puero ſpectati ſæpe triumphi:
Inprimis urunt tracta ad Capitolia Gentis
Agmina Germanæ, quam mox ferus enſe cruentam
Diſtractor cupiat vindictam! Aſt conſcius iram
Comprimit imbellem, invituſque in idonea differt
Bella minans, odio interea meditatur acerbo
Italiam, quicquid contra pote, tum ſubit ingens
Gloria, ſi qua recens Arctoo ſurgere Cælo
Se Duce fama queat regni, quo maxima Roma
Et Cæſar trepidet; quamvis adſpiret eodem

* Quadrupes.

(c) Ar-

(c) Arminius *voto, paribusque assurgat in armis:*
Hæc sedet, hæc animis hæret sententia, & uni huic
Constituit fortunam omnem, atque impendere vitam.
Ergo ea dum molitur: eunt, quæ proxima gentes
Accoluêre loca, & vicinia tota Quadorum
Sub juga sponte obeunt, prædæ, & dulcedine rerum
Sub venandarum, inprimis terrore, odioque
Nominis Augusti, prono quocunque vocaret
Perpulit assensu, patriâque ut denique spretâ
Emigraturos traheret, quo proxima Boji
Deseruêre juga Herciniis circumflua silvis:
Hæc etenim cœptis, Regnique accommoda sedes
Visa novis, unde loco tutus tam parta tueri,
Quam facile in fines aliorum irrumpere possit:
Hinc adeo invisam Veris terroribus Urbem
Concutere, irata, & si res olim ferat, armis
Arma lacessitus manifesto opponere bello
Viribus haud impar: tum quo sua fortior ille
Muniret, plerosque ultro vel in æqua recepit
Fœdera, quique recusassent, parere cœgit
Vique, metuque instans secum ardua quæque subire.

At non arma tantum tractare, sed arva quoque arare, aut colere sub Maroboduo didicere primi illi hujus provinciæ incolæ, copiose tunc confluentes felicitate novi Maroboduani imperii allecti: sic enim Poëta noster prosequitur:

Dumque ea Magnanimi volitaret fama per Arctos
Exulis, & rumor longe, lateque recentis
Gliscceret Imperii, & populos, gentesque propinquas
Undique contraheret, nostris qui pascua lucis
Quæsitum adveniens pecori magalia pastor
Exerat, atque tuis, qui in littoribus desertis,
Odera, piscator peregrino retia lino
Texta lavit, Ducis accurrens nova regna secutus,
Addidit haud parvum tanta ad molimina robur.
Ex illo post emersum fatalibus orbem
Fluctibus hunc primum Ligios, Buriosque Lutosque,
Sidones, Cognos, aliosque e gente Quadorum

Confluere, & nemora, & ſilvas lucare frequentes,
Et putre vepretis, dumiſque horrentibus arvum
Vidimus excolere, & vaſtas proſcindere lamas,
Parcaque proſciſſis primis ſua credere ſulcis
Semina vix alio ſegetem paritura novali;
Tum paſſim quo quemque animus, fortuna, ſolique
Commoditas invitarat, ſeu gratior amnis,
Decurrensque alto diffuſam monte rigaret
Planitiem fluvius, vaſto liberrima campo
Bellator poſitis erro tentoria plauſtris
Compoſuit, tugurique egeſtum ceſſite culmen
Erigere, atque caſis birtam prætendere ſepem.

Arminius vero maxime, quod in votis habuit, in rem etiam ſtrenue redegit: hic enim (uti apud Ulricum Huttenum in dialogo *Arminius* proclamatur in campis Elyſiis a Mercurio) *Cheruſcorum liberrimus, Invictiſſimus, & Germaniſſimus, filius Sigimeri bellica virtute clariſſimus*, & quemadmodum ex multis colligitur, *Antiquorum Saxonum Dux*, vel, ut Tacitus eum vocat, *Liberator haud dubie Germaniæ &c.* Octavo Auguſto Cæſare rerum Romæ potiente Varum Quintilium Romanorum Ducem tanta clade affecit, ut Romanorum quinquaginta circiter millia occiſa fuerint, nec, teſte Paterculo, ulla poſt Craſſi in Parthis cladem in externis gentibus gravior Romanis calamitas illata ſit. Romani, Floro teſte, more pecudum trucidati a Germanis, præcipue tamen Cauſarum Patroni crudeliſſime ſunt habiti, quorum aliis oculi eruti, aliis manus ſunt amputatæ, unius os ſutum, reſciſſa prius lingua, quam in manu tenens Germanus dixerit: *tandem vipera ſibilare deſiſte.* Auguſtus ipſe hac Variana clade tantopere perculſus ſcribitur, ut excubias diu, noctuque per urbem indixerit, metu, ne Germani victoria freti Romam contenderent, eamque diriperent; Ad hæc barbam, capillosque per continuos menſes ſubmiſerit, ac caput interdum foribus illiſerit, vociferans: *Quintili Vare! redde legiones!* diemque cladis mœſtum quotannis habuerit, ac lugubrem. Incidit hæc Germanorum victoria in annum a Chriſto nato forte undecimum. Ejus autem Victoriæ gaudium non fuit diuturnum apud Germanos: nam, ut Strabo l. 7 Geograph. ſcribit, *graves pœnas paulo poſt ſub Germanico Juniore dederunt*; imo ipſum Maroboduum inter, & Arminium novum, & quaſi inteſtinum exarſit bellum: Enimvero *quidquid in altum*, ut Tragœdus ait, *fortuna tulit, ruitura levat. Maroboduum* (loquor

quo: cum Goldaſto l. 1. c. 5.) *dum nimis fovet, ita ſtultum fecit, ut dominationem abſolutam inſtituere cum animo ſuo agitaret; Et tamen veritus, ut hoc Germani, a quibus liberis ſuffragiis, & voluntaria ſubjectione ad ſummum Imperii faſtigium evectus fuerat, non paterentur fœdus cum Romanis initum, contra quos erat in Imperatorem electus, inviſus eſſe Germanis cœpit, ab eisque pedetentim deſeri, donec Harminio Cheruſco, quem in ejus locum ſuffecerant, prævalente imperio pariter Germanico, & Regno Bohemia hereditario exutus eſt. Cæterum Arminius* (inquit Tacitus) *abſcedentibus Romanis, & pulſo Maroboduo regnum affectans* (dominationem nimirum etiam abſolutam) *libertatem popularium adverſam habuit, petituque armis. cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit: liberator haud dubie Germaniæ, & qui non primordia populi Romani, ſicut alii Reges, Ducesque, ſed florentiſſimum imperium laceſſieris, præliis ambiguus, bello non victus.* Fuſius iſta ex Paterculo, Tacito, Aventino Goldaſtus l. 1. c. 5. & 6. &c. Item clarius Bucherius in Belgio Rom. l. 3. c. 1. de clade Variana. Noſter autem Poëta, dum horum heroum interitum ſub trutinam revocat, Quadorum quondam Sileſiæ partem inhabitantium, atque tunc temporis dictorum heroum imperio parentium, excurſionibus bellicis, quibus orbem fatigarunt, deſcriptis, Maroboduum, atque Arminium contra ſeſe fuiſſe concitatos fingit ſequenti carmine Heroico:

Sed redeo ad Veteres, quos diximus hæc ſola primum
Tentaſſe, ac primis domuiſſe ligonibus arva,
Quosque aliunde petita rudi Cerealia terra
Semina vix ductis auſos committere liris
Vidimus, hæc rurſus male culta relinquere: quippe
Res anguſta domi, durique in rebus egeſtas
Permovit facile, abjectis ut falcibus enſes
Mutarent, iterumque ad deſita bella redirent,
Quocunque eventu; ſic acta ferocius urſa
Latrantum morſu, ſylvis ſeſe abdidit altis,
Feſſaque delituit; ſed tum jejunia longa
Pertulit, erumpit quovis ſecura periclo,
An cadat, aut caſſes perrumpat, hiansque malignam
Expleat eſuriem, unius nec ſanguine præda
Siſtitur ingluvies, donec ſaturata quieſcat,
Aut rictu immoriens impacta veruta cruentet:

Effera ſic bellis, raptoque aſſueta juventus
Agrorum abjecto cultu, per & aqua, & iniqua
Circumquaque ruit, longeque excurrit, & amens
Obvia quaque petit: noſtros ſenſere Liburni
Illyricique Quados, ſenſitque Oenotria tellus,
Qua ſe Penninas vallis porrecta per Alpes
Marcomana extendit retinens memorabile nomen.
Quid Rhetos dicam, Dravumque, Savumque petitum
Cladibus? atque iſtinc ferri undique, agique rapinas,
Externumque errare pecus ſub montibus iſtis
Indolui, & vidi, & vidiſti has vulturi praedas,
Inſuper Helvetia vaſtis in ſaltibus auſos,
Non duraturas armatos figere ſedes.
Fama fuit, quid? non ipſam formidine Romam
Ingenti implerunt, ſolis ut Caſar ab Urbe
Ritibus averti externis potuiſſe putarit
Luſtrata extremas clades, ſupremaque fata?
Atque ea diverſis Quadus, ut regionibus arma
Circumfert, orbemque injuſto Marte fatigat,
Siſtite, ait Nemeſis, Vindex ea Diva ſuperbos
Compreſſis hominum faſtus remoratur habenis:
Siſtite, ait, dudumque artes meditata nocendi
Infremuit, ſimul & lava Rhamnuſia franos
Concuſſit ceu quadrupedem domitura rebellem,
Arminium digreſſa petens tum forte ferocem
Atque recenſentem ſpolia ampla, & funera Vari:
Marbothum inde parem fortuna, opibuque noviaque
Fidentem adgreditur regnis, utrumque juventa
Commotu facilem, ſpectantesque inſuper arma
Quoslibet ad Motus, ſeu forte domeſticus obſtet
Imperiis, ſive externus procul ingruat hoſtis;
Unde pares animis, tum quos pridem amula Virtus,
Infelixque odium ſtimulis armarat acerbis,
Commiſſos facile implicuit civilibus armis.
Ergo in pugnam itur ſummo diſcrimine gentis,
*Exitioque, utriusque Ducis: Namque ille * Ravenna*

Exitio

* Marbothus.

Exitio ſenuit, longoque inglorius ævo
Polluit obſcuro præclarum funere nomen.
*Iſte * propinquorum inſidiis, & fraude Quiritum*
Inter magnarum cecidit molimina rerum.
Fortunati ambo, ſive acria bella gerenda
Conſilio, fortique manu, ſive inter agreſtes
Conſtituenda æqui ratio legesque tuendæ.
Fortunati ambo, ſi tam Germania Vates
Priſca bonos tulerit, quam fortiter arma Virosque
Tractarit, ſtudioque pari memoranda putarit
Et facere, & benefacta obliviſcentibus annis
Scribenda aſſerere, & ſeclis ſacrare futuris.

Plura de Arminio, Veterumque Germanorum bellicis hiſtoriis lecturienti ſuadeo, adeat Nobiliſſimi noſtri Poëtæ Caſparis a Lohenſtein Arminium, ſummi partum ingenii, quem in duas diſpeſcit partes, ibique Germanorum contra Romanos bella ſtrenue geſta ordinate & ornate enumerat; attamen maturum ad hujus lectionem judicium, atque præviam in Germaniæ Noſtræ hiſtoriis, præſertim ſeculi proxime præteriti, notitiam adferat, neceſſe eſt. An ſtatua illa *Irmſeul*, aut, ut *Ditmarus* habet, *Irmenſuel*, (quod Idolum alii in oppido Saxoniæ Mersburgo, in monte Eresbergo, alii Mersburgi in Weſtphalia erectum fuiſſe putant,) monumentum hujus Arminii, an vero alterius illius Hermanni longe antiquioris, quem una cum ipſius filio Marſo poſteri eorum, ab Hermanno Hermiones dicti, ut DEOS coluere, imago fuerit, in ejus honorem more Romanorum, aliarumque Gentium conſecrata, non definio: præſertim cum Krantzius lib. 2. c. 11 de Saxon. hanc ſtatuam non Arminii, ſed Mercurii, qui Hermes dicitur, vel quaſi *Idermanſuel*, id eſt, commune profugium, & aſylum omnium fuiſſe ſcribat. Hanc ſtatuam, Idolum, aut fanum Carolus Magnus in bello contra Saxones ſubvertiſſe, eoque in loco poſtea templum Divo Petro ſacrum conſtruxiſſe dicitur. Vide Ditmarum Ep. Mersb. Erat vero, ut ſcribit citatus Krantzius, *armati toto corpore effigies, cujus in dextra ſignum militare, præferens roſam, cujus breve momentum, & facilis ortus, & interitus, ita eventus prœliorum: in ſiniſtra libram expandit, dubiam pugnantium ſortem, facile huc ac illuc inclinantem: pectus inerme urſum præferebat imperterritum bellatorum animum inſinuans: in clypeo, qui beſtiis imperitat, invictum ad fortia facta impetum*

* Arminius a ſuis ſcelerate interfectus.

monſtrat. Floribus conſito campo, in quo ſtabat, quod nihil jucundius ſolet videri fortibus, quam in acie virtutem oſtendere.

(*d*) Hæc fuit illa Romanæ Urbis occupatio per Alaricum facta, de qua tam multi, etiam ſacri Hiſtorici, ſanctique Patres, ac præſertim S. Hieronymus, S. Ambroſius, S. Auguſtinus, Oroſius aliique ſcripſere. Legatur S. Hieronymi Epiſtola 8. 16. & 154. Initium lib. 3. Expoſitionis in Ezech. Præfatio lib. 7. in Ezech. Item præfatio lib. 8. in Ezech. Item S. Auguſtinus de Civitat. DEI lib. 1. c. 1. & 7. & alibi. Oroſius lib. 7. c. 39. &c.

(*e*) Tacitus de moribus Germanorum parte poſteriore c. 10. Erat hic in Gallia Belgica, oder Niederlanden / Præfectus, & vixit 120 annis circiter poſt Chriſti nativitatem.

(*f*) De Cimbris, eorumque migrationibus, bellis contra Romanos geſtis paſſim multi leguntur, quos inter popularis noſter D. Joannes Daniel Major ante annos novem eruditum edidit tractatum, quem vocat: das bevölckerte Cimbrien.

§. 3.

Rhenus & Danubius antiquitus quaſi limites Rom. Imperii.

Enimvero Romana felicitas eo usque progreſſa, ut ſpatia terrarum ac maris ampliſſima, quanta in nullo priorum aut poſteriorum imperiorum fuere, obtinuerit, & florem adeo Aſiæ, Africæ, Europæ virtute, atque armis ſibi parere coëgerit. At illud tamen, quicquid eſt ultra Danubium, Rhenumque Boream verſus, ſui penitus juris facere haudquaquam valuit.

Utraque Romuleo prætenſa hæc flumina Regno.

Hi velut limites Romani Imperii ad ſeptentrionem, terminique fatales Victoriarum Romanis fuerunt, quos excedere haud multo magis, quam Parthicum, Perſi-

Perſicumque poſſent. Et ſane duos hoſce populos Romanorum hoſtes plerumque pingi videas. Ab hoſtibus captis, ut puta a Germanis, & Parthis, & ſervus eſt hoſtium, & poſtliminio ſtatum recuperat priſtinum, ait Ulpianus noſter, itidemque Virgilius:

Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum.

Et in numis victoria clypeo palmæ appenſo inſcribens cernitur modo VIC. GER. modo VIC. PAR. (*a*) Quidquid ergo ultra utrumque, quem dixi, fluvium armis id tenebatur, ac ditione Germanorum: quibuscum perpetua (*b*) Romanis bella, excurſiones quotidianæ, variæque Martis ἄλλο πρὸς ἄλλα vices: ut ob id perpetua ad eas ripas legionum præſidia diſpoſita haberent, caſtella etiam, & ſpeculas locis opportunis impoſitas, & his Magiſtratus Præfectos.

(*a*) Victoriam in clypeo ſcribentem ſæpe nummi Romanorum exhibent, viderique poſſunt ſimiles tam apud Patinum, quam apud Begerum in Theſauri Brandenburgici parte 2. &c.

(*b*) *Admodum difficile eſt* (inquit Bilibaldus Pirkheimerus in explicatione brevi Germaniæ) *Veteris Germaniæ ſtatum, ac conditionem explicare, non ſolum ob priſcorum ſcriptorum incuriam, ſed quia ſero tandem tota peragrata, & cognita eſt: Etenim cum Veteres Germani bellis potius quam literis operam impenderint, nil mirum, ſi res præclare ab eis geſtæ intercideriut, aut minus fideliter ab exteris relatæ ſint ſcriptoribus. Cui Germano non moveat ſtomachum,* inquit Munſterus Coſ. l. 3. p. 28. *quod apud Majores noſtros nullus fuit in Germania, qui nationis ſuæ egregia facta excepiſſet, indicaſſetque poſteris, quam viriliter athletæ illi tamdiu Romanis reſtiterint armis! cogimur hic fidem dare majorum noſtrorum hoſtibus, qui procul dubio ſæpe falſa pro veris ſcripſerunt, ut eſt ingenium omnium hominum ſua detorquere, ne dicam depravare in hunc finem, ut majorum ſuorum mereantur favorem, & gratiam, adverſariorum autem etiam benefacta extenuare, aut penitus in nihilum redigere.* Nimirum

felices

felices Veteres illi heroes fuiſſent, ſi (ut ex noſtri Fabri Sabotho heroicos verſus jamjam citatos, huic argumento peraptos, repetam)

tam Germania Vates
Priſca bonos tulerit, quam fortiter arma, virosque
Tractarit, ſtudioque pari memoranda putarit
Et facere, & bene facta obliviſcentibus annis
Scribenda aſſerere, & ſeclis ſacrare futuris.

§. 4.

Germanorum Origo, nomen vetus & recens.

De origine gentis quid dicam? Eam ſane ad primum usque mortalium Adamum referri poſſe, idoneis, ſatisque certis monumentis eruditi demonſtrarunt: Adami quippe filius Seth, hujus Enos, hujus Cainan, hujus Mahalaleel, hujus Jared, hujus Henoch, hujus Mathuſalem, hujus Lamech, hujus Noë, hujus Japhet, hujus Gomer, hujus Aſcenez: Hic univerſæ gentis Celticæ Pater (*a*) & conditor anno a terrarum inundatione circiter CXXXVI. a mundo condito CIↃIↃCCXCII. ex Aſia, ab ædificatione Urbis Babylonicæ poſt linguæ primævæ confuſionem in Europam deductæ, ac in plures poſtea nationes diviſæ. Quum enim Aſceneti, qui unus omnibus patrio jure & poteſtate velut Rex ſubjectis præfuit, dum vixit, complures eſſent filii, nepotesque, & pronepotes, ex quibus univerſæ gentis (*b*) ſyſtema conſtructum, quinque filiis natu majoribus in hæreditatem reliquit omnem Celticam: unde in quinque potiſſimum gentes, ac toti-

totidem adpellationes univerſæ terræ facta partitio, *Hiſpanorum* nimirum, *Gallorum*, *Britannorum*, *Illyriorum*, & *Theutiſcorum*: qui poſterius vocabulo peregrino ipſique Genti inuſitato dicti *Germani*: *vocabulo* (uti ait probatus cumprimis Romanorum ſcriptor, qui de moribus Germanorum anno poſt Chriſtum natum centeſimo libellum edidit) *recenti*, & *nuper addito*: (c) antiquo nempe haud alio, quam quo in hanc usque diem pro varia dialectorum ratione inferioribus Germanis Gallo-Franciæ proximis de Duytſchen/ ulterioribus, quos communi nunc vocabulo Saxones nuncupamus, de Düdſchen/ & Düdeſchen/ſuperioribus die Teutſchen/& Deutſchen/ ſeptemtrionalibus de Tydsver/Italis & Hiſpanis Tedeschi appellantur. Id, quod cum aliunde, tum vel maxime colligere licet ex vocabulo *Tuiſco*: quem vetuſtiſſimorum Germanorum DEUM fuiſſe, ac tanquam Originem gentis, Conditoremque una cum filio Manno, carminibus antiquis celebratum idem Tacitus prodidit. Eum vero quia terra editum exiſtimabant Germani, noſtri Seculi homines vetuſtatis ratione ducti, eundem eſſe arbitrantur, qui D. Moyſi in ſacra hiſtoria dicitur Aſcenez, ſive ut ipſi legunt Aſcenes, Noachi pronepos. Sed quorum ſententiam Philippus Cluverius, æternum Gedani ſui, imo univerſæ Germaniæ Decus, diligentiſſimus ille omnis antiquitatis perſcrutator, & ſcriptor ſic refutat, ut

ſub Tuiſcone, ſive Tuitone, aut Teutone (ſic enim legendum eſſe putat) vetuſtiſſimam apud omnes gentes ſupremi illius, æternique Numinis, ac cœli, terræque, & omnium conditarum in iis rerum Creatoris appellationem *Theuth*, ſub *Manno* autem primi ab eo conditi mortalis nomen Man (quod noſtra lingua virum ſignificat) abſconditum latere erudite probet: etſi in hoc tamen longius aberrarint, quod non primum hominem gentis ſuæ originem, ſed ipſum DEUM, a quo homo originem invenit, terra editum crediderunt. (*c*)

(*a*) De origine Celtarum variæ ſunt opiniones: Michael Praun, Utriusque J. Doctor, Com. Pal. Cæſ. Princip. Bad. Durlacenſ. Conſiliarius in ſuo, quod ante quindecim annos publici juris fecit, opuſculo: der alten deutſchen Reiche-Sachen Antiquitäten/ conſideratione tertia de Germanæ gentis origine fuſe, & exacte tractans, rejectis opinionibus eorum, quorum alii gentem Celticam a Perſis, ut Picartus, Profeſſor famoſus Altdorffinus: alii a Trojanis, ut Valeſius, ſcriptor Gallicus: a Græcis alii exortam eſſe docent, ſuam tandem profert ſententiam, ſtatuitque, Celtas a Phœnicibus trahere originem, eosque ex Aſia, non via terreſtri, uti quidam ſcribunt contra Tacitum, ſed mari ex Aſia in Angliam, Hiſpaniam, Galliam, & Germaniam adveniſſe, id quod ex Tacito probat dicente: *nec terra olim, ſed claſſibus advehebantur, qui mutare ſedes quærebant.* Neque objici ſibi, aut Tacito poſſe ait Praunius, veteribus illis navigandi artem fuiſſe incognitam, cum Phœnices hujus artis etiam diu ante Argonautas gnari fuiſſe credantur ſecundum illud Poetæ:

Phœnicum regio eſt: hi rubro gurgite quondam
Mutavere domum, primique per æquora vecti
Luſtravere ſalum, primi docuere carinis
Ferre cavis orbis commercia.

Confirmat dictus Auctor hanc de Celtarum navigatione ſententiam, dum pagina 166 ex Tacito aſſerit, a Suevis (qui in his noſtris provinciis ſuas habuere ſedes, &, ut ille putat, Phœnicum illorum, aut Carthaginen-

ginenſium fuere colonia) in lucis ſuis liburnam navim diis fuiſſe conſecratam, quam unam ex illis fuiſſe judicat, in quibus per mare in hanc regionem ex Phœnicia pervenerunt. Taciti verba, quibus hæc probantur in lib. de M. G. part. prim. c. 9 ſic ſonant: *Pars Suevorum & Iſidi ſacrificat. Unde cauſa, & origo peregrino ſacro, parum comperi, niſi quod ſignum ipſum in modum liburnæ figuratum docet advectam religionem.* Ex his ultimis Taciti verbis arguit Praunius ipſam etiam Suevorum gentem navi fuiſſe advectam. Sed quomodo ſalvabitur hic illud Taciti aſſertum, quo initio ſtatim ſui libelli de German. ſub ſecundi capitis principium *Ipſos Germanos indigenas credit, minimeque aliarum gentium adventibus, & hoſpitiis mixtos*, & quomodo porro intelligendi erunt verſus illi, quos Conradus Celtes canit:

Gens invicta manet toto notiſſima mundo,
Solis & ardoris patiens, durique laboris;
Quæ nequit ignavam vitæ tolerare quietem
Indigena: haud alia ducens primordia gente,
Sed cœlo producta ſuo?

Si igitur Germani indigenæ: ſi aliarum gentium adventibus minime mixti: ſi cœlo producti ſuo; quomodo navi advecti in Europam? Reſpondeo, ſolutionem hujus dubii patere ex ſequentibus Andreæ Althameri verbis: *Sunt enim*, inquit ille in ſcholiis in hunc locum, *qui Suevorum & Saxonum originem ad Macedones* referant: Francorum & Sicambrorum ad Græcos & Trojanos: bona pars nobilium noſtrorum ad Romanos refert initium; verum nos mittamus iſtas nugaciſſimas nugas, & anile commentum. Cornelio noſtro, utpote vetuſto & recepto Auctori, potius fidem dabimus: qui Germanos vere Germanos, id eſt non alienos aut adventitios, ſed *γνησίους* affirmat. quibus Auctor docere videtur, Tacitum, ejusque ſequaces, dum Germanos indigenas, autochthones, cœlo productos ſuo, ſcribunt, nihil aliud voluiſſe, quam quod *ex Aſia* quidem *ab ædificatione Urbis Babylonicæ poſt linguæ primævæ confuſionem* (ut noſter loquitur) *in Europam* profecti fuerint; ſed proprio Marte, non autem per Macedones, nec Phœnices, nec Trojanos, nec Romanos, nec Perſas deducti; quando vero? qua via? an terreſtri? an maritima? divinent alii, quibus vacat, & placet in gentium origines, & antiquitates altius deſcendere.

(b) Syſtema Celtarum, præſertim Germanorum, exhibebimus infra, quando Suevorum mentio fiet.

(*c*) Quærunt nonnulli Scriptores, cur Tacitus nomen *Germanum recens, & nuper additum*, ſeu, ut alii legunt, *nuper auditum* eſſe dicat, cum tamen centum, & pluribus annis ante Tacitum Julius Cæſar frequentiſſime Germanorum meminerit, & *Belgas quosdam circa Germanici nominis gloriam ambitioſos fuiſſe* teſtatus ſit, imo quidam cum Beato Rhenano *Germaniæ nomen vetuſtiſſimum, & multis ante Julium Cæſarem ſeculis auditum* contendant? Profecto, & ego cum quibusdam, & hos inter cum Suffrido Petro Friſiorum Originem ſcribente magnum illum hiſtoricum, de Germania alioquin optime meritum, erroris arguere non fuiſſem veritus, acutis nominati Suffridi argumentis perſuaſus, niſi Joannes Philippus a Vorburg in hiſtoria ſua Romano-Germanica, volumine I. pag. 34 Taciti autoritatem muniiſſet ſequentibus verbis. Nec eſt, quod aliquem, ſicut Suffrido Petro contigit, hoc verbum *recens, vel nuper additum*, ſive *auditum* torqueat: quoniam nimirum illud *aut recens, aut nuperum* exiſtimat, quod non *ſit tam Vetus, ac Gallicum, Hiſpanicum, aut Italicum* erat. Ipſemet enim illud ante Cæſarem & ortum, vulgatumque ſcivit, & pronunciavit, quando expreſſe aſſeruit: *Sexcenteſimum & quadrageſimum annum Urbs noſtra agebat, cum primum Cimbrorum audita ſunt arma, Cæcilio Metello, ac Papirio Carbone Coſſ.* & quo intelligatur illum de Germanis loqui, addit clare: *Ex quo ſi ad alterum Trajani conſulatum computemus, ducenti ferme & decem anni colliguntur, tamdiu NB. Germania vincitur.* Mox proſequitur apertius: *At Germani Carbone, & Caſſio, & Scauro Aurelio, & Servilio Cepione, M. quoque Manlio fuſis, vel captis quinque ſimul conſulares exercitus populo Romano objicere poſſunt.* Et ut Suffridus Petrus animadvertat, eum Julii Cæſaris res contra Germanos geſtas optime calluiſſe, ſic claudit: *Nec impune C. Marius in Italia, Divus Julius in Gallia, Druſus ac Nero, ac Germanicus in ſuis eos ſedibus perculerunt.* Hæc & plura pro Tacito Vorburg, Præpoſitus Monaſterii Grandis Vallis, & Conſiliarius Herbipolenſis, & Moguntinus, R. Patri Bohuslao Balbino eruditus ſcriptor, ſed ab eodem quotiescunque citatus per errorem, neſcio an Typographi, an ipſius Autographi, ſemper Vohburg dictus, quo nemo hactenus (meo quidem judicio) antiquas res germanicas diligentius, nemo accuratius, nemo fuſius (duodecim quippe grandia ſunt volumina) conſcripſit.

(*d*) Erraſſent omnino primi illi Theutiſci, ſi per Tuiſconem DEUM, per Mannum vero primum ab eo conditum mortalem intellexiſſent; ſed putant nonnulli non poſtremæ notæ Scriptores non *Tuiſco*, ſed *Tuit-*

Tuitſon eſſe ſcribendum, & hoc vocabulum ex *Tuit*, vel *Theut* (quod Deum ſignificat) & ex Son aut Sohn (quod eſt filius) compoſitum, ac proinde per *Tuitſonem* primum hominem, tanquam filium DEI, (GOttes Sohn/ GOttes Kind) intellectum. Veriſimile eſt, quod Teutones illi a ſuis progenitoribus de DEO, de mundi, primique hominis creatione audiverint, & tam illum, quam ſemet ipſos ab eo progenitos Teutſones, filios DEI nominarint; per Mannum autem, ejusque tres filios, quorum meminit Tacitus, Noachum, & tres ipſius filios intellexerint.

§. 5.

Varia de Gentis Etymo opiniones.

Geminum ergo, ac proprium gentis nomen *Teutiſci* ſive Teutones: ſed a ſcriptoribus tamen, minus uſurpatum, poſtquam nimirum Germanorum nomen invaluit, a Gallis primum antiquis in ipſa Gallia inventum, & a Guerre, vel Gerre (pro quo Itali guerra, quæ nec latino in carmine refugit Baptiſta Mantuanus, atque ita nos ipſi werren/ quod eſt contendere, pugnare, & weren defendere) indubie deductam: ut ſit German, quaſi Gerreman, idem nimirum, qui nobis ein Kriegsmann/ & nonnullis agreſtibus maxime hominibus ein Krieger/ hoc eſt, bellator, ſive miles. Inventum fuit, ut dixi, a Gallis, iisque Teutiſcis, qui primi Rhenum transgreſſi fuere, inditum ob metum, quia Galli arma, dextrasque pugnaces adventantium expaveſcentes, Germanos adventare, atque agros ſuos irruere inter ſe conclamabant. Sic enim hiſtoriarum ille Pater: *Quoniam, qui primi Rhenum transgreſſi Gallos expulerint, nunc Tungri, nunc Germani vocati ſint, ita nationis nomen, non gentis evaluiſſe paulatim,*

tim, ut omnes primum a Victore ob metum, mox a ſe ipſis invento nomine Germani vocarentur. Sed ubi tamen non *a ſeipſis*, ſed *a re ipſa* legendum viri docti ſuaſerunt. A Gallis poſtmodum id nomen, in Trans-Rhenanis quoque omnibus jam uſurpatum, habuere Romani, a Romanis autem Græci acceperunt: haud ſine ſingulari quidem (ita videtur) fato: uti gens nihil in omni vita niſi arma, bellaque ſpirans, etiam apud exteros populos, orbis terrarum dominos, & acerrimos hoſtes ſuos, tam nobile, tam præclarum, tamque excelſum nomen adipiſceretur, quo gratius ipſo, magisque cupitum nullum unquam invenire potuiſſet. Et (huic quidem) ſententiæ multo lubentius accedo, quam ut Strabonis opinionem, etſi Joanni quoque Iſacio Pontano, Viro alioqui pererudito, allubeſcentem, amplectar; Teutiſcis nimirum Germanorum nomen ab Romanis ob id inditum, quod eſſent corporum proceritate, ac lacteo colore, nec non moribus, ac reliquo vitæ cultu inſtar fratrum Germanorum ac γνησίων Gallorum perquam ſimillimi. *Regionem*, inquit, *trans Rhenum ad ortum vergentem Germani colunt, perparum a Gallica natione recedentes: nam & feritatis immanitate, & proceritate corporum, & colore flavo quam maxime ad Gallos accedunt: forma vero & moribus, & vivendi ratione ſunt iidem. Idcirco jure mihi Romani hoc illis nomen videntur indidiſſe.*

Cui

Cui accedit, quamvis non omnino, Conradus Celtes his verſiculis ſuam explicans opinionem:

Germanos vocitant Itali, Græci ſed Adelphos,
Quod fratrum ſoleant inter ſe vivere more.

Sed vanum eſt, & nullis Autoribus nixum, Germanos apud Græcos vocari Adelphos, cum æque Græci ac Latini uno nomine Germanos vocarint. Neque vero multo fortaſſis meliores ſunt eorum originationes, qui aut a Charitate & affectu germano, aut a germinando, quod nimirum in Germania maxima ſit hominum frequentia, & populi immenſi, qui in alias terras frequenter ſeſe exonerarint, aut ex eo etiam, quod gererent immania, dictos putent. Sicut nec illa Eraſmi conjectura, qui, cum Germanum idem ſit, quod γνήσιον (hoc eſt genuinum) cujus contrarium τὸ νόθον (hoc eſt adulterinum) haud abſurdum eſſe putat, ſi cui Germani hinc appellati videantur: *quos ſi cum reliquis conferas nationibus, minimum fuci, plurimum antiquæ ſinceritatis, ac fidei, & ruſticanæ, ut dici ſolet, veritatis obtinent.* eo nimirum, quod abſurdum ſit, ac pene incredibile Teutonas, deſerto nomine proprio & gentili, peregrinum a Romanis ſibi nomen petiviſſe, atque id eo tempore, quo vix, qui Romani eſſent, Germani cognoſcere potuiſſent. (a)

(a) Fugiſſe videtur memoriam Autoris opinio illorum, qui nominis Germani etymon ex ipſa Germanorum lingua quærentes, *German* a *Gar & man*, *Garman*, id eſt, *prorſus vir*, πάνυ ἀνδρεῖος, eadem ratione, qua & Alemanni, ab alle & man/ ob notam ſcilicet Germanorum virtutem,

tem, & fortitudinem dici volunt. Et ſane hanc derivationem non carere fundamento, licet alii aſſertores deeſſent, abunde mihi probaret ſagaciſſimus ille antiquitatum Indagator Laurentius Begerus, Sereniſſimi Regis, & Electoris Brandenburgici ab antiquitatibus, & bibliothecæ Conſiliarius, qui præter alias antiquitatum raritates ex Cimeliarchio Electorali, nunc Regio, in opere ſuo, quod *Theſaurum Electoralem Brandenburgicum ſelectum* indigitat, p. 1 pag. 305 huic rei probandæ producit numum, ex cujus una parte Equus libertatis ſymbolum, nullo ſeſſore gravatus, ſed liberrime ſaltans cum epigraphe: COMMIOS, (qui fuit heros ex Germanis, uti ibidem probatur, oriundus, olim, Julio Cæſare rerum Romanarum potiente, acerrimus libertatis Germanicæ contra Romanos vindex, cujus ipſe Cæſar in ſuis libris frequenter meminit) ex altera vero ipſius Commii Imago cum inſcriptione: GARMAN, exhibetur ſpectanda. Cujus numiſmatis genuinam ſignificationem pro re noſtra fuſius explicatam apud dictum Dominum Begerum lector invenire poterit. Ad confirmationem vero dictorum adducere lubet autoritatem Andrei Althameri in Commentariis de Taciti Germania contendentis, vocabulum *Germania* non Græcam, non Romanam, nec Gallicam, ſed meram Teutonicam dictionem eſſe a *Ger* & *man* conflatum. *Ger* veteres Germanos dixiſſe, quod nos *Gar*, id eſt *totum*, *prorſus*, *plane*. Inde eſt *Gerhardus*, *prorſus durus*: *Gerbrechtus*, *totus celebris*: *Gervicus*, *homo plane ſtrenuus*: *Gertrudis*, *prorſus amabilis*: *Gerbaldus totus celer*: & *Man* virum ſignificat: hinc *Germanus totus* vir, *prorſus virilis*, *plane Mannus*. Valde namque majoribus noſtris arriſerunt a Manno compoſitæ voces: hinc veniunt: Mannlich / mannbar: Lehenmann / Edelmann / Hauptmann / Amptmann / Biedermann ꝛc. Voſſius lib. 1 putat hoc vocabulum ex Aſia prodiiſſe, ubi dicitur: Turcoman, Ottoman, Soliman &c. Imo Hiſpanicum *maneco*, latine *dextre*, germanice manirlich / & germanicum Menſch / quaſi diceres männiſch / a manno quidam deducunt: vide Morhofium c. 7, de voce *man* ſcite philoſophantem. Suffridus porro de origine Friſiorum l. 1. c. 14. nomen *German* quidem etiam a *Ger* & *man*, ſicut Althamerus, derivat: paulo tamen poſt aliam hujus nominis originationem ſibi præplacere his verbis indicat: *Sed Tacitus interim Germanici nominis etymologiam deduxit ex gentis actis, rectius eam deducturus ex gentis Conditore, cui nomen Germa fuit. Sed Tacitus qui Moyſen, ut apparet, non viderat, & in Beroſi catalogo, ubi Tuiſcones, Mannos, Ingevones, & ceteros Ethnarchas legerat, Germam non reperit, hunc juſta*

ratio-

ratione ignoravit. Et infra: *esse enim nomen Germa, unde olim Germanen dicti ejus proprium, qui una cum Tuiscone conditor nationis Germanicæ fuit, ex Moyse discimus, qui Japheto filio Noë primogenitum filium Gomeram, Gomero tres filios assignat, quorum primus Ascenez, secundus Riphath, tertius Thagorma dictus fuit, ex quorum singulis & domos, & colonias suas fuisse fundatas mediocris historiarum lectio deprehendit. Nos autem ex Thagorma germanos esse, & ex ejus nomine rejecto articulo* Gorma, *& O in E mutato,* Germa *fieri dilucide jam alibi docuimus, - - - nixi suffragatoribus cum aliis viris doctissimis, tum etiam Hadriano, Junio, & Reinero Reineccio. Deprehenso igitur ad hunc modum germanicæ gentis Conditore, apparet, non ab eventu aliquo, ut quidam opinati sunt, qui Strabonem & Tacitum Autores sequuntur, sed ab illo ipso Conditore, cui* Germa *nomen fuit, etymologiam ejus esse repetendam, & proinde Germanos non aliter a Germa, quam Hebræos ab Hebræo, Græcos a Græco, Latinos a Latino dictos esse. Unde consequitur, ab eodem etiam Germa tum Germaniæ, tum etiam Germanicæ linguæ nomenclaturam dependere.* Talia Suffridus. Quæ, cum contra Tacitum, Germanorum nomen recens esse asserentem, militent, supra laudatus Vorburg, acerrimus Taciti autoritatis defensor, una cum aliis hic adductis Germani nominis notationibus rejicit, tandemque suam, quam defendendo Tacito judicat esse convenientissimam, de Germaniæ vocabuli etymologia dicit sententiam sequentibus: *Durior,* inquit, *post citatam Althameri notationem, videtur sententia, etsi eandem sequantur Beatus Rhenanus, Willichius, Carolus Stephanus, Hubertus Thomas: aliique fere passim, veluti, quæ originem a toto vel integro viro deducit, cum potius in re ipsa, ut Lipsius legit, nimirum in victoria, & obmetum eorum, a quibus ea relata est, investiganda sit. Id vero in Germaniæ vocabulo quomodo reperiemus, nisi ad dictionem* Ger, *jam ex Althamero explicatam, & verbum* meum *recurramus, ut primi heroës illi victoria potiti, ad eorum, qui adhuc vincendi erant, terrorem magnifice jactarint, omnia sua esse, nempe* Germein, *aut, ut veteres loquebantur,* Germyn *eodem modo, quo, quem vinco, dico, meum esse,* er ist mein/ *& cum nihil dubito,* er ist ger *vel* gar mein/ *usitata etiam hodie loquendi formula: eamque, quoniam bellicosi advenæ, sive dum inclamarent, sive dum caperent hostes, sæpe repeterent, & Galli horrere inciperent, tantum voluisse credamus, ut postremo hi populi se vel* Garmynos *vel* Germeinos, *id est, victores, veluti qui vincendo & sternendo omnia sua facerent gloriose pro militari jactatione & ferocia, dixerint. Illud etiam considerari*

 posset,

posset, annon hac vox Germein *primorum Rhenum transeuntium tessera fuerit, & ob partam strenue victoriam grata, & sæpius repetita in gentis demum nomen conversa sit. Sin cuidam hæc notatio asperior videtur, alteram sequi potest, quam in quodam anonymo de nominibus propriis Germanorum legi sequentibus: Nec mirum est linguam ab imperitis depravari: nam nos vicissim regnante barbarie latinam linguam egregie corrupimus. Eadem ignorantia credo corruptum esse ipsum capitale nomen nationis nostræ, scilicet* Germania. *Verisimile est enim, latinos historicos falsos esse in litera H, & eam pro G inspexisse, & legisse, vel etiam auditu non satis discreviſſe, cum fortis aspiratio h propinque sonet literæ g. Igitur* Hermanniam *puto nostram nationem olim dictam, sicut & ille præstantissimus Dux, qui Augusti legiones cecidit, perperam* Arminius *ab Italis dicitur, cum sit revera* Herman, vir exercitus, *seu* Dux belli: *Heer enim exercitus seu bellum est, unde dicitur:* Heerfart, *id est, expeditio bellica; inde* Hermanni, Hermannia, *id est:* bellicosi, bellicosa.

Hucusque Vorburg, qui ultimam ex anonymo sumptam derivationem, non minus quam suam, sibi placere tandem concludit. Atque hæc a me adducta sufficiant, quæ Henelio nostro plurimæ ceteroqui lectionis viro ignota, aut nota quidem, sed vana, fortean fuisse videntur; alias procul dubio ab eodem etiam in medium hic adducta forent. Ego pro nulla harum opinionum fero sententiam, sed de cujusque valore judicium relinquo formandum lectori, qui, quam probabiliorem judicaverit, sibi seligere poterit.

§. 6.

Unde Alemani dici cœpti?

Dicti sunt iidem alio nomine Alemani sive Alamanni; ut maxime namque Alemanni veteres prima origine non Germani, sed Germanorum potius finitimi fuerint, ii, puta, qui non modo intra Mœnum amnem, Danubium ac Rhenum, sed ultra etiam Mœnum, Boream, & occasum versus, sedes tenuerunt: propria tamen ejus nationis origo longinquitate temporum

rum ſic obſcurata ac pæne ſepulta fuit, ut non ſolum ipſi pro genuinis haberentur Germanis, ſed & ex fama nationis bellicoſiſſimæ tota Germanorum gens exteris populis dicta fuerit Alemannia. idque vocabulum hodieque apud multos Europæos, maxime vero apud Franco-Gallos durat, quibus la haute de la paſſe Alemaigne dicitur, quæ nobis ſuperior, & inferior Germania: Nomen ipſum Germanicum eſſe, nullus dubito; quippe ab alle/ id eſt, *omnes*, & Manne/ id eſt, *viri* compoſitum: ut nimirum aut omnes intelligantur fortes, aut ſtrenui, quomodo jure quoque feudali Saxonico Vaſalli ſimpliciter Manne vocantur, vocabulo ipſo virilitatem & animum ſtrenuum indicante: aut, ut Goropius & alii volunt, viri collectitii, quaſi Allerleymanne. (a) Quo quidem indubie Aſinius Quadratus apud Agathiam alludit, cum collectitiam fuiſſe Alemannorum gentem ſcribit, rem ipſam quaſi præferente nomine.

(a) Pluresoriginationes inveniuntur apud Henricum Bebelium oratione de Germaniæ laudibus. Ubi temere hallucinari dicuntur, qui Alemannos a *Lemano* fluvio, vel ex Aula, aut *Aula magna*, vel a *Limago* Helveticorum flumine derivant. Diſtinctio Germaniam inter & Alamanniam legatur in dedicatione, qua Moguntino Archi Epiſcopo Melchior Goldaſtus res Alamannicas, ſeu Scriptores nonnullos vetuſtos dedicat.

§. 7.

Quare Slavis Niemcy audiant Germani?

Sed & alia recentior adhuc appellatio eſt, Slavis uſitata; *Nemitzorum* puta, de qua apud Joannem

Zonaram, & Michaelem Glycam legitur, ἔθνος δὲ οἱ Νέμεζζοι Κελτικὸν, Nemetzi gens Celtica. Ubi Joannes Leunclavius ad Glycam annotavit, Teutonas Slavorum lingua Nemetzos vocari; & ſic Ditmarus quoque Merſeburgenſis lib. 7 Chronicorum de Urbe in pago Silenſi ſita: Ad Urbem, eo quod a noſtris (ſcilicet Germanis) ſit condita, *Nemetz* dictam. Nec ignotum adeo Bojemiæ oppidum illud, quod, quia a Germanis exſtructum, etiamnum Sclavice *Niemetzky brodo*, id eſt, Germanica Broda vocatur. Tametſi vero Marquardus Freherus, ac plerique alii id nominis putent a Nemetibus ſumptum, atque adeo, quod unius nationis proprium erat, omnibus in univerſum (a) Germaniæ nationibus tributum fuiſſe; magis tamen eſt, ut ipſe Cluverio ſubſcribam, rationem nominis ex lingua Slavica, quæ hodieque Germanos ſic indigitat, petendam ſtatuentis: ex eo nimirum, quod Slavis *Niemy*, Hungaris autem (quorum haud paucis permixtus eſt ſermo vocabulis Slavonicis) *Néma* dicitur, qui Latinis eſt *ſurdus* (mutus.) Unde Slavis Germanus dicitur *Niemiec*, & variante dialecto *Nemec* c. prolato ut ts, & Hungaris *Nemet*: plures autem numero Germani illis *Niemcy*, his *Nemetek*, ſcilicet quia lingua Slavorum Germani loqui neſciunt, nec intelligunt. Atque inde etiam procul dubio Turcico-Arabicum illud *Nemeza*.

(a) Nemetes alii in illo loco, ubi nunc Spirenſes, alibi alii habitaſſe ſtatuunt, ex Julii Cæſaris lib. 6 de bello Gallico ſcimus. *Hercyniam ſil-*

vam

dam ab Helvetiorum, & Nemetum, & Rauracorum finibus oriri. Goldastus in Comment. de Boh. & Prov. Incorp. l. 1. c. 3 scribit, *Nemetes inter veteres Hermiones inclutissimos fuisse, fortissimos, ab iisque initio Moraviam, & vicinas circum regiones habitatam, antequam Danubium & Rhenum transgressi, victricia arma in Germania, Gallia & Hibernia ponerent: quod ipsum nomen, quo Germanos nostro adhuc tempore Sarmatarum, & Scytharum soboles Bohemi, Dalmatæ, Poloni, Moschi, Tartari, Bulgari, ipsi etiam Ungari indigitant, satis ostendit. Nemetzki illud est: & Nemetum appellationem universo generi hominum Germanorum, sive Teutonum olim communem fuisse, viri docti asseruerunt.* Derivat illos Goldastus ex Aventino a nemen/ id est, rapiendo & prædando, quamvis Balbinus l. 3. c. 11. §. 1. pag. 274 eum propterea erroris arguat.

§. 8.

Divisio Veterum Germanorum ex Julio Cæsare.

Porro Germanorum Gentes, quod pro terrarum spatio necesse, fuere multiplices. Cæsar lib. 4 de bello Gallico in adversa Belgio-Rhenana ripa Sicambros tantum & Ubios agnoscit: iisque orientem versus, proximos Suevos, & hos quidem adusque Cheruscos Boreales pertinuisse: contra meridiem vero ac Danubium Marcomannis fuisse eosdem (*a*) Suevos conterminos: Tencteros autem, atque Usipetes junxisse se infra Ubios Sicambris; utpote rebus suis ob situs ac finium rationem perquam accommodis.

(*a*) Cæsar hic Marcomannos videtur distinguere a Suevis, cum tamen & Tacito, & plurimis aliis autoribus Marcomanni gens Suevorum sint, uti ex alterius dicendis apparebit. Sed forsan a ceteris tantum Suevis, quemadmodum facit Orosius & alii, discernit.

§. 9.

Diviſio Veterum Germanorum ex Tacito.

Tacitus deinde homo noſtrarum rerum apprimè callens poſt Cæſarem, imo & Strabonem tripliciter videtur hanc omnem Germaniam magnam partitus: in Occiduam videlicet, Orientalem, & Septentrionalem. Nam occidua parte præcipue ei intellectam, celebratamque Germaniam apparet, quam a Rheno occiduo prope Ubios adusque Borealem Oceanum, Viſurgimque definivit, comprehendentem præter Cattos, Uſipetes, Tenctheros, Bructerosque, etiam Chamaros, Angrivarios & Anſivarios, itemque majores præſertim Friſios adusque Chaucorum gentem: hoc enim limite Boreali, una cum Cheruſcis cis Albim, & Foſis, ac Cimbris clauſiſſe videtur: collocans loco tertio ortum verſus *Suevos*, eosque cis & ultra Albim, atque inde ingenti flexu ad usque Danubium faciens colore, propriis nationibus, nominibusque diſcretos, quanquam in communi Suevorum vocabulo notos. (*a*)

(*a*) Vide Syſtema vel tabulam poſt Suevorum deſcriptiones infra annexum, ubi ex Tacito, aliisque ſuus cuivis harum gentium locus aſſignatur.

§. 10.

Diviſio Veterum Germanorum ex Plinio.

Plinius denique alia via ingreſſus, uſusque antiquiſſimis appellationibus, quas origine germanicas eſſe,

esse, sonus & etymon indicant, (a) quinque Germanorum populos constituit: Vandalos, Ingevones, Istevones, sive Vistevones, Hermiones & Peucinos, quibus Bastarnas (b) conjungit.

(a) Vide Cluverii Introductionem Geograph. lib. 2. c. 2. & 3. pag. mihi 198. 199. 201. 202. Ubi inter ultimos, nimirum inter Hermiones, Suevos illos, qui in nostris terris suas habuere sedes, enumerat.

(b) Bastarnas, & Peucinos nonnulli Walachos, aut Poloniæ populos esse volunt; Tacitus tamen de illis, licet initio dubitet, Germanis an Sarmatis adscribat, sequentia addit: *quanquam Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, sermone, cultu, sede, ac domiciliis, ut Germani agunt, de Mor. Ger. circa finem.*

§. 11.

Suevi unde dicti, & quales?

Et Hermionum quidem præcipui fuere Suevi, sic haud dubie a Suevo fluvio (neq; enim novum est regiones a fluminibus nomina sortiri, (a) ut Iberi ab Ibero, Indi ab Indo, Alani a Lano, eo nimirum, qui ultra Danubium fertur) nuncupati: nisi quis ad obrussam lingvæ Germanicæ vocabulum revocans sic dictos esse velit, quasi errabundos: eò quod schweben / Germanis meare, ac vagari notet. (b) Eorum gentem *maximam, & bellicosissimam omnium* Dictator ille, idemque Orbis Monarcha, & Urbis ultro fatetur: nec hic tantum, sed ipsi etiam, qui tunc erant Germani Trans-Rhenani. Cum enim ab Rheno discedere Germanos missis Legatis jussisset Cæsar: Legatos vicissim illi misêrunt ad Cæsarem, referentes inter alia, *se neque priori populo Romano bellum inferre, neque tamen recusare,*

ſare, ſi laceſſerentur, armis contendere: ſeſe unis Suevis concedere, quibus ne Dii quidem immortales pares eſſe queant: reliquum in terris eſſe neminem, quem non ſuperare poſſent.

(*a*) Sequitur noſter Cluverium, & alios multos, contra quos ſupra laudatus Praunius veriſimilius eſſe dicit, ſi fluvius Suevus, & mare Suevicum (per quod ex Phœnicia hos populos huc advectos eſſe putat) a populis, quam populos a fluvio, nomen accepiſſe credatur; quemadmodum mare Britannicum, & Germanicum, & Fretum Siculum nomina ſua a populis, non populos a mari, ſortita fuiſſe ſcimus. Populos autem ipſos, Suevos nimirum, vel (uti noſter quoque inſinuat) a Germanico ſchweben/ quod forſan diutius, quam alii, in mari vagati vel circumjactati ſint, antequam ex Phœnicia (ſecundum Praunium) ad maris hujus littus appuliſſent: vel etiam ab Ethnarcha quodam ſuo, cui nomen Suevus, denominatos. Quod ultimum præfatus Praunius ex Beroſo, Tacito, & aliis fuſius oſtendere nititur.

(*b*) Qui perſpicua hac Henelii brevitate non contentus plura de Suevorum bellis ſtrenuis, migrationibus, & ſedibus variis, præclarisque laudibus ſcire cupit, adeat, ſi lubet, Julium Cæſarem de bello Gallico, & inveniet, qui & quales fuerint; legat, ſi habet, Vorburgi hiſtoriæ Romano-Germanicæ voluminis primi paginam 47, & videbit, quantum ſingulis annis eduxerint exercitum; evolvat, ſi præ manibus fuerit, Pauli Oroſii lib 1. c. 2 & mirabitur, tantam fuiſſe Suevorum amplitudinem, ut eorum omnium gentes quinquaginta quatuor ſint numeratæ. Conſulat, ſi vacat, complures alios, & plura de his alia audiet laudabilia. Ego in his referendis, quæ ad res noſtras Sileſiticas parum faciunt, otio non abutar, ne illa, quæ ab aliis bene & luculenter tractata ſunt, ſuccincte & compendioſe referendo, magis obſcurem, quam dilucidem.

§. 12.

Suevorum ſedes tempore Taciti.

Taciti ſane temporibus ab Albi ac Sala, Chaluſoque amnibus ad Viſtulam flumen usque inter Occaſum, Ortumque, inter meridiem vero ac Septentriones

nes a Danubio amne ad Oceanum usque glacialem extensi fuerunt. Quo quidem vasto terrarum spatio nostro nunc ævo comprehenduntur regiones, atque dominia varia: Sueviæ hodiernæ pars, qua oppida, Derbelspühel & Nördlingen/ Palatinatus superior, Voitlandia, Milnia, Saxonia superior, Bojohæmum, Austriæ pars trans-Danubiana, Hungariæ item pars ad montes usque Sarmaticos, Moravia, Silesia, Lusatia, Polonia Cis-Vistulana, Marchionatus Brandenburgensis, excepta ea parte, quæ cis Albim, Pomerellia, Cassubia, Pomerania, Mekelburgensis Ducatus; trans mare autem Suevicum, sive Sinum Codanum Daniæ partes, quibus nomina Bleking, Skane & Holland, inde Suedia, Norvagia, Bosnia Occidentalis, Finno-Marchia, Scritofinnia, Lappia, & Biarnea.

(a) Prudenter addit Henelius, has sedes Suevis fuisse *Taciti temporibus*: certum enim est, tam ante, quam post Tacitum pluribus ex his Suevorum nationibus alias etiam provincias habitatas, & adeo frequentes eorum fuisse migrationes, ut nonnulli nec ultra annum quidem uno in loco constanter hæserint. Sic enim de illis Julius Cæsar, *Neque longius*, inquit, *anno uno incolendi causa remanere licet, neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt, multumque sunt in venationibus.* Cum quo Strabo concordat his verbis: *Commune omnium est, qui in istis locis degunt, facilis & expedita soli mutatio ob tenuitatem victus, & quod neque colunt agros, neque fructus recondunt, sed in casis habitant, structura in unum diem constantibus.* Eutropius porro lib. 6 Iorum Romanarum Julium Cæsarem Biblio Consule debellasse scribit *Suados Helvetiorum*: ex quibus non inanis conjectura mihi suboritur, quod illo jam tempore, centum videlicet & pluribus ante Tacitum annis, Quidorum (qui Suevorum illorum fuere natio specialis, uti infra declarabitur) aliqua pars, domi prægravante multitudine, eo migraverint, & forsan in hodiernum usque diem nonnullæ eorum reliquiæ in Helvetia per-

permanſerint, cum præſertim mores hodiernorum Helvetiorum a moribus illorum Quadorum non diſcordent; quamvis Faber noſter in deſcriptione Excurſionum Quadicarum ſupra poſitarum §. 2 aſſerat, Quados in Helvetia non *duraturas ſedes fixiſſe*. Sed vero quis credit, modernos Helvetiæ incolas ſine ratione ab Italis vocari Suiceros. Goldaſto ſanè viro antiquitatum peritiſſimo l. 1. de Boh. c. 5 *Suevi, Suebi, Suabi, Sueones, Suedi, Sueci, Suiceri re & veritate* (ut ipſe loquitur) *ſub eandem derivationem cadunt, eandemque gentem, licet in regionibus & locis diverſis conſedentem, ſignificant. Inde adeo eſt*, pergit ille, *quod Sueci, qui nunc Suiceri, Helvetiorum populus montanus, & In-alpinus, & a quo univerſa illa natio nomen eſt ſortita, ut Suecia Suitia*, Schwitzer-Land *appelletur, ſeſe Suevos eſſe jactitent ex Svecorum* (forſan ſecundum dicta etiam Suevorum Quadorum) *in haſce Alpes traductos*, ut teſtantur Felix Malleolus C. in dialog. de Nobilit. & Ruſticit. c. 38. Petermannus Ettertinus in hiſt. Helv. Felix Faber l. 1. de geſt. Suevorum. Marr. Cruſius in Annal. Suevor. &c. Sed plura de Quadorum migrationibus infra adducemus ex Wolffgangi Lazii eruditiſſimo de Gentium migrationibus opere. Legatur Bucherius in Belgio Romano l. 1. cap. 20. & 21, ubi Suevorum in Belgiam & Bohemiam migrationes, Chriſto naſcente factas, fuſe & erudite deſcribit.

§. 13.

Suevorum Nationes Variæ.

Etenim vero cum multas Suevorum nationes (*a*) Tacitus commemoret, nempe Semnones, Longobardos, Reudignos, Aviones, Anglos, Varinos, Eudoſes, Suardones, Nuithones, Hermunduros, Nariſcos, Marcomanos, Quados, Marſignos, Gothinos, Oſos, Burios, Lygios, & qui hos inter valentiſſimi fuere, Arios, Helvecones, Manimos, Elyſios, & Naharvalos, Gothones, item Rugios, Lemovios, Suiones, Æſtios & Sitones; quænam ex iis Sileſiam noſtram incoluerint, non ſatis conſtat.

(*a*) De

(a) De Suevis in communi Tacitus de M. Germ. parte poſteriore c. 11 habet frequentia: *Nunc de Suevis dicendum eſt, quorum non una, ut Catterum, Tenſterorumque gens; majorem enim Germaniæ partem obtinent, propriis adhuc nationibus, nominibusque diſcreti, quanquam in commune Suevi vocentur &c.* Sed nec Tacitus, neque ex Tacito noſter, omnia illorum nomina recenſet, ſed præcipua tantum, cum ſecundum Oroſium jam ſupra citatum quinquaginta quatuor variæ, totidemque nominibus diſcretæ, fuerint eorum nationes.

§. 14.

Quadorum, qui Sileſiam incoluiſſe vulgo creduntur, facinora.

Plerisque ac vulgariter adeo creditum, partem ejus Lygiis, maximeque Elyſiis, partem vero, & quidem multo maximam, Quadis habitatam fuiſſe: genti ſane amplæ ac validæ, (a) Marcomanisque ut vicinæ & conterminæ, ita in provinciis Romanis depopulandis & occupandis ſæpe conjunctæ, & rerum præclare geſtarum ſociæ. Nec enim quicquam fere à Marcomanis laude, & gloria dignum patratum, cujus non partem certe magnam ſibi Quadi vindicarint. (b) Et ſane quam formidanda horum populorum fuerit potentia, vel graviſſimum illud bellum docet, quod imperante M. Aurelio Antonino, qui orbis terrarum conſenſu Philoſophus cognominatus, exarſit: cui nomen Marcomani principes fecere: cum Quadi præterea, & univerſa pæne Germania, & Sarmatia conjuraſſent; intripla initia incredibilis ejus apud Romanos exſpectatio, tum timor. Imperatores ambo, M. Aurelius & L. Verus, paludati ad bellum profecti, cum jam hoſtes

Aquilejam veniſſent; ſed cum Furius Victorinus præfectus prætorio periiſſet, maxima exercitûs parte ab hoſtibus deleta, Lucius Imperator reditum ſuaſit: illo tamen Altini correpto apoplexia, & mortuo in itinere, Marcus cœptum bellum proſequitur, Sacerdotes undique acciens, Romanas, peregrinasque ſuperſtitiones implens, eo tandem deſcendens, ut Alexandro cuidam impudentiſſimo homini de oraculo fidem haberet, quod geminos leones Danubio certis ritibus immittenti victoriam pollicebatur: atque ii quidem immiſſi in adverſam ripam enatarunt; Marcomani ignotas feras canum aut luporum vice æſtimantes, fuſtibus coërcuere. Romanorum contra, quam oraculum ſpoponderat, nihilo ſecius ingens cædes, cæſis viginti circiter millibus, ſecuta eſt. Poſt quinquennium tandem in eo bello poſitum victoria potitus Exercitus Romanus, Chriſtianorum militum precibus impetrata divinitus tempeſtate in Romanos ſecunda, hoſtibus exitiabili, Quadisque, qui poſtremi reſtiterant, ſummo prælio, magna accepta clade, ſuperatis. Marcus ſucceſſu lætus triumphum duxit, nec in provinciam tamen Marcomanos & Quados redigere, quod animo agitabat, potuit. Exſtat triumphi & victoriæ, quanti tunc habita ſit, monumentum etiamnum Romæ in inſigni illa columna Antoniniana, totius belli repræſentatrice: licet miraculum ibidem adulteratum imagine Jovis pluvii. Nec ignotum eſt ejusdem Marci dicterium

Am-

Ammiano Marcellino notatum: qui cum Palæſtinam tranſiret Ægyptum petens, fœtentium Judæorum & ſæpe tumultuantium tædio percitus, dolenter exclamavit: *O Marcomani! ò Quadi! ò Sarmatæ! tandem alios vobis inquietiores inveni.* Plura Scriptorum de bellica Quadorum virtute teſtimonia notata aliis: quibus addere licet B. Hieronymi epiſtolam ducentis amplius annis poſt bellum Marcomanicum ſcriptam, qua vir ſanctus gentibus Romanorum imperium incurſantibus Quados etiam & Marcomanos connumerat. *Viginti*, inquit, *& eo amplius anni ſunt, quod inter Conſtantinopolim, & Alpes Julias quotidie Romanus ſanguis funditur: Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Theſſaliam, Achajam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias, Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomani vaſtant, trahunt, rapiunt, &c.* Fuit autem Quadis, teſte Tacito, & hoc cum Marcomanis commune, quod Reges illis ex ſua ipſorum gente aliquamdiu, Taciti primum ætate, externos pati cœpere, quibus vis & potentia ex auctoritate Romana, corruptis jam tunc fractisque patriis inſtitutis, pecunia magis, quam armis Romanorum.

(4) De Marcomanis tam fuſe, quam ordinate Goldaſtus lib. 1. de Boh. c. 5. 6 7. 8. &c. ubi oſtendit, quod pulſis Bojis, Bohemiam habitarint, & quod Rhenanus, Pirkheimerus, Vadianus, Munſterus, Glareanus, Cuſpinianus, multique alii, fallantur, exiſtimantes Marcomanos eſſe Moravos,

Märer / nominis alluſione decepti. Pro quibus tamen calamum ſtringit præclarus Concivis noſter Martinus HANKIUS in erudito ſuo libro de Sileſiorum Majorum Antiquitatibus, ab orbe condito ad annum usque Chriſtianum 550, pio erga patriam, licet improbo, &, ut ipſe in præfat. fatetur, *non unius anni labore* deductis: ubi cap. 14 CLUVERII (contra quem mox in primordio canit claſſicum) inprimis argumenta, quibus MARCOMANNOS tempore Julii Cæſaris circa Rhenum hæſiſſe, nullamque in Moravia ſedem habuiſſe contendit, docte refutat. Deinde ſententiam illorum, qui Marcomannos, antequam ſub Maroboduo in Bohemiam commigrarent, jam in Moravia ſediſſe judicant, adverſus eumdem Cluverium feliciter defendit. Tandem vero contra illos, qui omnes omnino MARCOMANNOS ſub dicto Rege Maroboduo in Bohemiam tranſiiſſe, & poſt eorum tranſitum Moraviam incolis fuiſſe deſtitutam, perhibent, graviſſimis probat teſtimoniis, MARCOMANNOS a Maroboduo *non omnes* in Bohemiam translatos, ſed multos eorum in Moravia fuiſſe relictos.

Quænam autem ſit Marcomanici nominis origo? a literatis quæritur. Sunt, inquit præfatus Goldaſtus, *qui a Marcis deducant, quod fines & limites Germanorum contra Hungaros & Sarmatas tuerentur, quaſi limitanei homines*, Marckmänner/ Märcker: *quo nomine vulgo appellantur incolæ Marchiæ Brandenburgicæ. alii putant a Marco, id eſt, Mallio propter virtutem eorum bellicam ſic dictos, quorum opinio, ſecundum Goldaſtum, propius accedit ad etymi aliquam veriſimilitudinem. Namque Bohemia in medio Germaniæ ſita limes ejus eſſe non potuit; & jam olim pridem nomen illud obtinebant, quam in Bohemiam veniſſent.* Sed liceat meam etiam mentem de hoc etymo adſcribere, veriſimilius nempe mihi videri, ſi nomen Germanorum horum non latino *Marco*, aut *Mallio*, ſed potius ex germanico Marck / quod medullam ſignificat, derivetur, illique exinde Marckmänner/ rechtſchaffene Kernmänner / nuncupentur; Quamvis, ſi ſerio & penitius res conſideretur, derivatio illa, a Marcis ſive limitibus deducta, præ ceteris mihi probetur: licet enim ſecundum Goldaſtum in Bohemia habitantes homines limitanei non fuiſſent, fuerunt tamen quando, necdum pulſis ex Bohemia Bojis, ſecundum ipſius Goldaſti teſtimonium, expeditionem contra Julium Cæſarem, Gallias hoſtilibus armis devorantem, Germaniæque inſidiantem, juncti ceteris Germanis ſuſceperunt, Arioniſtumque electum Germanorum & Gallorum Imperatorem trans Rhenum

Rhenum in terram Galliam ſecuti, prælium cum Cæſare pariter conſeruerunt. Si vero, hanc gentem illo etiam tempore nomen Marcomanicum ob defenſos Germaniæ terminos meruiſſe, quis inficias iverit, dici tamen poteſt, illos ante dictam expeditionem in quodam forſan angulo Germaniæ pro varia illius tempeſtatis migratione conſediſſe, aut, ut multi volunt, in aliqua Moraviæ parte penes Quados cohabitaſſe, aut poſtmodum ſaltem fuiſſe limitum Germanicorum propugnatricem, quando Quadis non loco tantum contermina, ſed & armis & animis conjuncta contra Sarmatas, magis tamen contra Romanos, Germaniam diu & ſtrenue propugnavit. Belli eorum non tantum contra Julium Cæſarem, ſed & contra Octavium Auguſtum, Germanicum, Tiberium, Druſum, Claudium, Domitianum, Trajanum, Antoninum Pium, Marcum Aurelium Antoninum, &c. fuſe *Goldaſtus* enumerat loco cit. Sed relinquamus Marcomanos Bohemis, aut *Moravis*: *Nos* Sileſii

QUADOS,

(*b*) Quos Moraviam, & aliquam Sileſiæ partem incoluiſſe cum multis aliis infra citandis auctoribus Goldaſtus aſſerit, conſideremus, &

Primo quidem nominis *etymologiam*, quam (ſive *Quados*, ſive ex barbarorum corruptis codicibus *Quallos*, *Squallos*, *Squados* ſcribas) crebro citatus Goldaſtus l. 1. c. 12 explicans ait, *Quadum* Germanis notari eum, qui eſt alteri *infeſtus*, *infenſus*, *moleſtus*: & translate etiam pro *pravo* & malo accipi. Quadosque forſan a ſociis appellatos fuiſſe, quaſi aliorum maxime hoſtium *vexatores & oppreſſores*. *Quadi* die böſen Qvaden/ unverſöhnliche Schwaben/ interpretatur Spangenberg in Chron. Saxon. c. 13. Curæus noſter non repugnat, ſi quis dictionem Henetam ab *audacia & feritate* factam eſſe putet. quod Frid. Lucæ interpretatur: böſe Kerles/ nicht etwan ein laſterhafftes Leben beziehlende/ ſondern tollkühne/ hitzige/ zornige/ freche/ qvade oder böſe Köpffe/ die ſich tapffer herum ſchlagen/ wann man ihre Marck und Gräntz antaſtete. Et paulo poſt idem Frid. Lucæ *exclamationem* illam Antoninianam de Quadis noſtro hoc §. citatam ſe ſonuiſſe ſcribit: *O Quadi! Quadi! quam vos eſtis boni!* dicitque (in gratiam, credo, ſuorum conterraneorum) Imperatorem per hæc verba inſinuare voluiſſe, daß die Römer von Zeiten des Belli Punici her keinen böſen Qvaden/ das iſt/ ſo männlichen Feind vor ſich gehabt hätten/ als die Qvaden. quæ interpretatio qua autoritate fulciatur, neſcio, cum Antoninianum illud de Quadis dictum hoc ſenſu ſonuiſſe nuſpiam legerim.

Hene-

Henelius noſter prope finem hujus capitis nomen iſthoc non Henetum, ſed cum Goldaſto germanicum eſſe, & *improbum* ſignificare aſſerit. Idem ſentit Bucherius, qui dum in Belgio Rom. l. 10. c. 10 obſervat a Zoſimo Friſios confundi cum Quadis, ſequentia addit: *qui* (nimirum Friſii,) & Quadi ex malis ſuis effectibus vocari potuerunt. Derivatio vero illa, qua noſtri ſuperiores Sileſii nonnunquam *Quados*, *quaſi Deos* (Quadi Qua Dii) interpretantur, jocum tantum ſapit; Et vix jure gaudent, & gloriantur dicti noſtri cives, ſuperioris Sileſiæ incolæ, glorioſo Quadorum nomine, quaſi vero bellicoſæ illius gentis eſſent progenies: error hic eſt, & veteris hiſtoriæ ignaros ſe oſtendunt, qui Quados credunt hos Viadri accolas, cum tamen revera non niſi reliquiæ ſint Slavorum, aut Polonorum eorum, a quibus patria noſtra, cum adhuc pars eſſet Poloniæ, fuit habitata. Quadorum vero nomine hodieque non ob aliam rationem, meo quidem judicio, nuncupantur, quam quod veterum, verorumque Quadorum ſedes incoluerint, & etiamnum incolant. Id quod ſæpius fieri aſſolet, quod ſucceſſivus variorum populorum ejusdem regionis incolatus idem illis nomen pariat, & in hiſtoriis poſtmodum faciat confuſionem; ſic Vendi, aut Venedi nonnullis hiſtoriographis Wandali dicuntur; quod illi in horum locum ſucceſſerint, uti infra plura de his annotabimus: Sic Bohemiæ moderni incolæ a Veteribus Bojis, qui Galli fuere, & a Marcomanis expulſi ſunt, hucusque nomen retinent. Quod Poëta noſter in ſupra citato poëmate deſcribit ſequenti carmine:

Quis vero Bojos Belgarum finibus actos
Proxima Sudetum, & luna nemora abdita credit
Inſedisse? ſed antiqua veſtigia gentis
Et vetus obſervat vicina Bohemia nomen,
Bojorum tanquam dicas patriámve, domúmve.

Ne verò rem tantum aſſerere, non autem probare videamur, ſcire licet.

Secundo, Quados illos veteres *Gentem* fuiſſe *Germanam*, & ex Suevis ortam: quod R. P. Balbinus Decad. 1 l. 2 c. 4 *ſole meridiano clarius* exiſtimat, & Goldaſtus ex optimorum Scriptorum ſententia demonſtrat. *Videat, amabo, lector* (ſic pergit Balbinus) *Vohburgii hiſtoriam Romano-Germanicam, in qua omnia, qua docui, tanta autoritate* (*Vandalos, Marcomannos, Quados Germanos fuiſſe*) *probata inveniet, ut obſiſti nullo pacto poſſit. De Quadis eadem habent Cluverius, Meibomius, Spangenbergius, &, ut ſemel dicam, omnes, qui de Quadis egerunt, vetuſti juxta ac novi ſcripto-*

ſcriptores. Hæc Balbinus: cui Dreſſerum addo Iſagog. hiſt. ſequentia ſcribentem: *Quadi Suevi Germaniæ populi in parte Moraviæ, & Sileſiæ ad Niſſam, partemetiam Poloniæ, ubi nunc eſt Cracovia, tenuerunt.* Sunt quidem contra communem hanc aſſertionem nonnulli, Marcomanos, & Quados, eorumque Regem Maroboduum non Suevicæ, ſed Slavicæ gentis fuiſſe ſomniantes, quos inter Paprocius in ſpeculo Moraviæ, *tum* prope omne Moravorum vulgus (ut rurſum Balbini verbis utar) qui ob illuſtria Marcomanorum facinora certatim ſibi illud adoptant nomen, id geſtiunt, id triumphant, id ſibi glorioſum ad omnem memoriam ducunt, Marcomannorum appellationem pro virtutis maximæ titulo ſumentes; quibus nimirum Moraviæ, & Moravorum nomen immerito ſordet. Et, ut ad rem noſtram loquar, citatus Paprocius non Marcomanos ſolum inter Slavorum populos cenſet, ſed etiam Wandalos, etiam Quados, Vindelicios, *Herulos, imo* adeo ipſos Hunnos, nulla autoritate, ſed ſola conjectura, & nominum remotiſſima derivatione *Slavos* fuiſſe contendit. Sed argumenta pro hac nova opinione adducta tanquam nullius ponderis, ſicut Balbinus loco cit. merito explodit, ita ego, quæ huc ſcribantur, digna non judico, ſed concludo, QVADORUM illorum veterum, utpote Suevorum, adeoque Germanorum, progeniem non eſſe hodiernos, nominetenus tantum dictos Quados, cum iſti Slavonica, ſeu Polonica lingua loquantur, Germanicam autem ut plurimum ignorent. Si vero mihi non nemo objiciat, Slavis in has Regiones intrantibus nonnullos tamen Quados manſiſſe immixtos, & ab his aliquos ſaltem hodiernos Sileſios deſcendere, nomenque hereditario jure poſſidere: rationem petam ego, qua linguam Slavicam ita diſcere potuerint, ut Germanicam penitus dedidicerint? Quamvis hæc de Quadis opinio, illos aut poſteros eorum ſaltem aliquos Germanicam linguam tandem dedidiciſſe, etiam placuerit Fabro noſtro, Slavorum in has regiones irruptionem talibus canenti:

Ergo ubi Marcomanûm, veterumque acciſa Quadorum
Res ruere in pejus, melior vel caſa juventus,
Aut abducta procul, vaſtisque maneret in agris
Deſerti cultor ruris, deſertaque rari
Mœnibus incolerent pendentibus oppida cives,
Ebeu quam nullo facile irrumpentibus iſthac
Obſiſtente, omnis late, quam cernitis ora,
Slavanis oppreſſa gemens, invitaque ceſſit!
Scimus, ut infenſus quam te Viade, Odera, & Ola

Zonaram, & Michaelem Glycam legitur, ἔθνος δὲ οἱ Νέμεζζοι Κελτικὸν, Nemetzi gens Celtica. Ubi Joannes Leunclavius ad Glycam annotavit, Teutonas Slavorum lingua Nemetzos vocari; & ſic Ditmarus quoque Merſeburgenſis lib. 7 Chronicorum de Urbe in pago Silenſi ſita: Ad Urbem, eo quod a noſtris (ſcilicet Germanis) ſit condita, *Nemetz* dictam. Nec ignotum adeo Bojemiæ oppidum illud, quod, quia a Germanis exſtructum, etiamnum Sclavice *Niemetzky brodo*, id eſt, Germanica Broda vocatur. Tametſi vero Marquardus Freherus, ac plerique alii id nominis putent a Nemetibus ſumptum, atque adeo, quod unius nationis proprium erat, omnibus in univerſum (*a*) Germaniæ nationibus tributum fuiſſe; magis tamen eſt, ut ipſe Cluverio ſubſcribam, rationem nominis ex lingua Slavica, quæ hodieque Germanos ſic indigitat, petendam ſtatuentis: ex eo nimirum, quod Slavis *Niemy*, Hungaris autem (quorum haud paucis permixtus eſt ſermo vocabulis Slavonicis) *Néma* dicitur, qui Latinis eſt *ſurdus* (mutus.) Unde Slavis Germanus dicitur *Niemiec*, & variante dialecto *Nemec* c. prolato ut ts, & Hungaris *Nemet*: plures autem numero Germani illis *Niemcy*, his *Nemetek*, ſcilicet quia lingua Slavorum Germani loqui neſciunt, nec intelligunt. Atque inde etiam procul dubio Turcico-Arabicum illud *Nemeza*.

(*a*) Nemetes alii in illo loco, ubi nunc Spirenſes, alibi alii habitaſſe ſtatuunt, ex Julii Cæſaris lib. 6 de bello Gallico ſcimus. *Hercyniam ſilvam*

dam ab Helvetiorum, & Nemetum, & Rauracorum finibus oriri. Goldaſtus in Comment. de Boh. & Prov. Incorp. l. 1. c. 3 ſcribit, *Nemetes inter veteres Herminones inclutiſſimos fuiſſe, fortiſſimos, ab iisque initio Moraviam, & vicinas circum regiones habitatam, antequam Danubium & Rhenum transgreſſi, victricia arma in Germania, Gallia & Hibernia ponerent: quod ipſum nomen, quo Germanos noſtro adhuc tempore Sarmatarum, & Scytharum ſoboles Bohemi, Dalmatæ, Poloni, Moſci, Tartari, Bulgari, ipſi etiam Ungari indigitant, ſatis oſtendit. Nemetzki illud eſt: & Nemetum appellationem univerſo generi hominum Germanorum, ſive Teutonum olim communem fuiſſe, viri docti aſſeruerunt.* Derivat illos Goldaſtus ex Aventino a nemen/ id eſt, rapiendo & prædando, quamvis Balbinus l. 3. c. 22. §. 1. pag. 274 eum propterea erroris arguat.

§. 8.

Diviſio Veterum Germanorum ex Julio Cæſare.

Porro Germanorum Gentes, quod pro terrarum ſpatio neceſſe, fuere multiplices. Cæſar lib. 4 de bello Gallico in adverſa Belgio-Rhenana ripa Sicambros tantum & Ubios agnoſcit: iisque orientem verſus, proximos Suevos, & hos quidem adusque Cheruſcos Boreales pertinuiſſe: contra meridiem vero ac Danubium Marcomannis fuiſſe eosdem (*a*) Suevos conterminos: Tencteros autem, atque Uſipetes junxiſſe ſe infra Ubios Sicambris; utpote rebus ſuis ob ſitus ac finium rationem perquam accommodis.

(*a*) Cæſar hic Marcomannos videtur diſtinguere a Suevis, cum tamen & Tacito, & plurimis aliis autoribus Marcomanni gens Suevorum ſint, uti ex alterius dicendis apparebit. Sed forſan a ceteris tantum Suevis, quemadmodum facit Oroſius & alii, diſcernit.

§. 9.

Diviſio Veterum Germanorum ex Tacito.

Tacitus deinde homo noſtrarum rerum apprimè callens poſt Cæſarem, imo & Strabonem tripliciter videtur hanc omnem Germaniam magnam partitus: in Occiduam videlicet, Orientalem, & Septentrionalem. Nam occidua parte præcipue ei intellectam, celebratamque Germaniam apparet, quam a Rheno occiduo prope Ubios adusque Borealem Oceanum, Viſurgimque definivit, comprehendentem præter Cattos, Uſipetes, Tencteros, Bructerosque, etiam Chamaros, Angrivarios & Anſivarios, itemque majores præſertim Friſios adusque Chaucorum gentem: hoc enim limite Boreali, una cum Cheruſcis cis Albim, & Foſis, ac Cimbris clauſiſſe videtur: collocans loco tertio ortum verſus *Suevos*, eosque cis & ultra Albim, atque inde ingenti flexu ad usque Danubium faciens colore, propriis nationibus, nominibusque diſcretos, quanquam in communi Suevorum vocabulo notos. (*a*)

(*a*) Vide Syſtema vel tabulam poſt Suevorum deſcriptiones infra annexum, ubi ex Tacito, aliisque ſuus cuivis harum gentium locus aſſignatur.

§. 10.

Diviſio Veterum Germanorum ex Plinio.

Plinius denique alia via ingreſſus, uſusque antiquiſſimis appellationibus, quas origine germanicas eſſe,

eſſe, ſonus & etymon indicant, (*a*) quinque Germanorum populos conſtituit: Vandalos, Ingevones, Iſtevones, ſive Viſtevones, Hermiones & Peucinos, quibus Baſtarnas (*b*) conjungit.

(*a*) Vide Cluverii Introductionem Geograph. lib. 2. c. 2. & 3. pag. mihi 198. 199. 201. 202. Ubi inter ultimos, nimirum inter Hermiones, Suevos illos, qui in noſtris terris ſuas habuere ſedes, enumerat.

(*b*) Baſtarnas, & Peucinos nonnulli Walachos, aut Poloniæ populos eſſe volunt; Tacitus tamen de illis, licet initio dubitet, Germanis an Sarmatis adſcribat, ſequentia addit: *quanquam Peucini, quos quidam Baſtarnas vocant, ſermone, cultu, ſede, ac domiciliis, ut Germani agunt, de Mor. Ger. circa finem.*

§. 11.

Suevi unde dicti, & quales?

Et Hermionum quidem præcipui fuere Suevi, ſic haud dubie a Suevo fluvio (neq; enim novum eſt regiones a fluminibus nomina ſortiri, (*a*) ut Iberi ab Ibero, Indi ab Indo, Alani a Lano, eo nimirum, qui ultra Danubium fertur) nuncupati: niſi quis ad obruſſam lingvæ Germanicæ vocabulum revocans ſic dictos eſſe velit, quaſi errabundos: eò quod ſchweben / Germanis meare, ac vagari notet. (*b*) Eorum gentem *maximam, & bellicoſiſſimam omnium* Dictator ille, idemque Orbis Monarcha, & Urbis ultro fatetur: nec hic tantum, ſed ipſi etiam, qui tunc erant Germani Trans-Rhenani. Cum enim ab Rheno diſcedere Germanos miſſis Legatis juſſiſſet Cæſar: Legatos viciſſim illi miſerunt ad Cæſarem, referentes inter alia, *ſe neque priores populo Romano bellum inferre, neque tamen recuſare,*

ſare, ſi laceſſerentur, armis contendere: ſeſe unis Suevis concedere, quibus ne Dii quidem immortales pares eſſe queant: reliquum in terris eſſe neminem, quem non ſuperare poſſent.

(*a*) Sequitur noſter Cluverium, & alios multos, contra quos ſupra laudatus Praunius veriſimilius eſſe dicit, ſi fluvius Suevus, & mare Suevicum (per quod ex Phœnicia hos populos huc advectos eſſe putat) a populis, quam populos a fluvio, nomen accepiſſe credatur; quemadmodum mare Britannicum, & Germanicum, & Fretum Siculum nomina ſua a populis, non populos a mari, ſortita fuiſſe ſcimus. Populos autem ipſos, Suevos nimirum, vel (uti noſter quoque inſinuat) a Germanico ſchweben/ quod forſan diutius, quam alii, in mari vagati vel circumjactati ſint, antequam ex Phœnicia (ſecundum Praunium) ad maris hujus littus appuliſſent: vel etiam ab Ethnarcha quodam ſuo, cui nomen Suevus, denominatos. Quod ultimum præfatus Praunius ex Beroſo, Tacito, & aliis fuſius oſtendere nititur.

(*b*) Qui perſpicua hac Henelii brevitate non contentus plura de Suevorum bellis ſtrenuis, migrationibus, & ſedibus variis, præclarisque laudibus ſcire cupit, adeat, ſi lubet, Julium Cæſarem de bello Gallico, & inveniet, qui & quales fuerint; legat, ſi habet, Vorburgi hiſtoriæ Romano-Germanicæ voluminis primi paginam 47, & videbit, quantum ſingulis annis eduxerint exercitum; evolvat, ſi præ manibus fuerit, Pauli Oroſii lib. 1. c. 2 & mirabitur, tantam fuiſſe Suevorum amplitudinem, ut eorum omnium gentes quinquaginta quatuor ſint numeratæ. Conſulat, ſi vacat, complures alios, & plura de his alia audiet laudabilia. Ego in his referendis, quæ ad res noſtras Sileſiticas parum faciunt, otio non abutar, ne illa, quæ ab aliis bene & luculenter tractata ſunt, ſuccincte & compendioſe referendo, magis obſcurem, quam dilucidem.

§. 12.

Suevorum ſedes tempore Taciti.

Taciti ſane temporibus ab Albi ac Sala, Chaluſoque amnibus ad Viſtulam flumen usque inter Occaſum, Ortumque, inter meridiem vero ac Septentriones

nes a Danubio amne ad Oceanum usque glacialem extenſi fuerunt. Quo quidem vaſto terrarum ſpatio noſtro nunc ævo comprehenduntur regiones, atque dominia varia: Sueviæ hodiernæ pars, qua oppida, Derbelſpühel & Nördlingen/ Palatinatus ſuperior, Voitlandia, Milnia, Saxonia ſuperior, Bojohæmum, Auſtriæ pars trans-Danubiana, Hungariæ item pars ad montes usque Sarmaticos, Moravia, Sileſia, Luſatia, Polonia Cis-Viſtulana, Marchionatus Brandenburgenſis, excepta ea parte, quæ cis Albim, Pomerellia, Caſſubia, Pomerania, Mekelburgenſis Ducatus; trans mare autem Suevicum, ſive Sinum Codanum Daniæ partes, quibus nomina Bleking, Skane & Holland, inde Suedia, Norvagia, Boſnia Occidentalis, Finno-Marchia, Scritofinnia, Lappia, & Biarnea.

(a) Prudenter addit Henelius, has ſedes Suevis fuiſſe *Taciti temporibus*: certum enim eſt, tam ante, quam poſt Tacitum pluribus ex his Suevorum nationibus alias etiam provincias habitatas, & adeo frequentes eorum fuiſſe migrationes, ut nonnulli nec ultra annum quidem uno in loco conſtanter hæſerint. Sic enim de illis Julius Cæſar, *Neque longius*, inquit, *anno uno incolendi cauſa remanere licet, neque multum frumento, ſed maximam partem lacte atque pecore vivunt, multumque ſunt in venationibus.* Cum quo Strabo concordat his verbis: *Commune omnium eſt, qui in iſtis locis degunt, facilis & expedita ſoli mutatio ob tenuitatem victus, & quod neque colunt agros, neque fructus recondunt, ſed in caſis habitant, ſtructura in unum diem conſtantibus.* Eutropius porro lib. 6 Rerum Romanarum Julium Cæſarem Biblio Conſule debellaſſe ſcribit *Quados Helvetiorum*: ex quibus non inanis conjectura mihi ſuboritur, quod illo jam tempore, centum videlicet & pluribus ante Tacitum annis, Quadorum (qui Suevorum illorum fuere natio ſpecialis, uti infra declarabitur) aliqua pars, domi prægravante multitudine, eo migraverint, & forſan in hodiernum usque diem nonnullæ eorum reliquiæ in Helvetia per-

permanſerint, cum præſertim mores hodiernorum Helvetiorum a moribus illorum Quadorum non diſcordent; quamvis Faber noſter in deſcriptione Excurſionum Quadicarum ſupra poſitarum §. 2 aſſerat, Quados in Helvetia non *duraturas ſedes fixiſſe*. Sed vero quis credit, modernos Helvetiæ incolas ſine ratione ab Italis vocari Suiceros. Goldaſto ſanè viro antiquitatum peritiſſimo l. 1. de Boh. c. 5 *Suevi, Suebi, Suabi, Sueones, Suedi, Sueci, Suiceri re & veritate* (ut ipſe loquitur) *ſub eandem derivationem cadunt, eandemque gentem, licet in regionibus & locis diverſis conſedentem, ſignificant. Inde adeo eſt*, pergit ille, *quod Sueci, qui nunc Suiceri, Helvetiorum populus montanus, & In-alpinus, & a quo univerſa illa natio nomen eſt ſortita, ut Suecia Suicia*, Schweitzer-Land *appelletur, ſeſe Suevos eſſe jactitent ex Svecorum* (forſan ſecundum dicta etiam Suevorum Quadorum) *in haſce Alpes traductos*, ut teſtantur Felix Malleolus C. in dialog. de Nobilit. & Ruſticit. c. 38. Petermannus Ettertinus in hiſt. Helv. Felix Faber l. 1. de geſt. Suevorum. Mart. Cruſius in Annal. Suevor. &c. Sed plura de Quadorum migrationibus infra adducemus ex Wolffgangi Lazii eruditiſſimo de Gentium migrationibus opere. Legatur Bucherius in Belgio Romano l. 1. cap. 20. & 21, ubi Suevorum in Belgiam & Bohemiam migrationes, Chriſto naſcente factas, fuſe & erudite deſcribit.

§. 13.

Suevorum Nationes Variæ.

Etenim vero cum multas Suevorum nationes (*a*) Tacitus commemoret, nempe Semnones, Longobardos, Reudignos, Aviones, Anglos, Varinos, Eudoſes, Suardones, Nuithones, Hermunduros, Nariſcos, Marcomanos, Quados, Marſignos, Gothinos, Oſos, Burios, Lygios, & qui hos inter valentiſſimi fuere, Arios, Helvecones, Manimos, Elyſios, & Naharvalos, Gothones, item Rugios, Lemovios, Suiones, Æſtios & Sitones; quænam ex iis Sileſiam noſtram incoluerint, non ſatis conſtat.

(*a*) De

(a) De Suevis in communi Tacitus de M. Germ. parte posteriore c. 11 habet frequentia: *Nunc de Suevis dicendum est, quorum non una, ut Cattorum, Tencterorumque gens; majorem enim Germaniæ partem obtinent, propriis adhuc nationibus, nominibusque discreti, quanquam in commune Suevi vocentur &c.* Sed nec Tacitus, neque ex Tacito noster, omnia illorum nomina recenset, sed præcipua tantum, cum secundum Orosium jam supra citatum quinquaginta quatuor variæ, totidemque nominibus discretæ, fuerint eorum nationes.

§. 14.

Quadorum, qui Silesiam incoluisse vulgo creduntur, facinora.

Plerisque ac vulgariter adeo creditum, partem ejus Lygiis, maximeque Elysiis, partem vero, & quidem multo maximam, Quadis habitatam fuisse: genti sane amplæ ac validæ, (a) Marcomanisque ut vicinæ & conterminæ, ita in provinciis Romanis depopulandis & occupandis fere conjunctæ, & rerum præclare gestarum sociæ. Nec enim quicquam fere à Marcomanis laude, & gloria dignum patratum, cujus non partem certe magnam sibi Quadi vindicarint. (b) Et sane quam formidanda horum populorum fuerit potentia, vel gravissimum illud bellum docet, quod imperante M. Aurelio Antonino, qui orbis terrarum consensu Philosophus cognominatus, exarsit: cui nomen Marcomani principes fecere: cum Quadi præterea, & universa pæne Germania, & Sarmatia conjurassent; inter ipsa initia incredibilis ejus apud Romanos exspectatio, tum timor. Imperatores ambo, M. Aurelius & L. Verus, paludati ad bellum profecti, cum jam hostes

Aquilejam veniſſent; ſed cum Furius Victorinus præfectus prætorio periiſſet, maxima exercitûs parte ab hoſtibus deleta, Lucius Imperator reditum ſuaſit: illo tamen Altini correpto apoplexia, & mortuo in itinere, Marcus cœptum bellum proſequitur, Sacerdotes undique acciens, Romanas, peregrinasque ſuperſtitiones implens, eo tandem deſcendens, ut Alexandro cuidam impudentiſſimo homini de oraculo fidem haberet, quod geminos leones Danubio certis ritibus immittenti victoriam pollicebatur: atque ii quidem immiſſi in adverſam ripam enatarunt; Marcomani ignotas feras canum aut luporum vice æſtimantes, fuſtibus coërcuere. Romanorum contra, quam oraculum ſponderat, nihilo ſecius ingens cædes, cæſis viginti circiter millibus, ſecuta eſt. Poſt quinquennium tandem in eo bello poſitum victoria potitus Exercitus Romanus, Chriſtianorum militum precibus impetrata divinitus tempeſtate in Romanos ſecunda, hoſtibus exitiabili, Quadisque, qui poſtremi reſtiterant, ſummo prælio, magna accepta clade, ſuperatis. Marcus ſucceſſu lætus triumphum duxit, nec in provinciam tamen Marcomanos & Quados redigere, quod animo agitabat, potuit. Exſtat triumphi & victoriæ, quanti tunc habita ſit, monumentum etiamnum Romæ in inſigni illa columna Antoniniana, totius belli repræſentatrice: licet miraculum ibidem adulteratum imagine Jovis pluvii. Nec ignotum eſt ejusdem Marci dicterium

Am-

Ammiano Marcellino notatum: qui cum Palæſtinam tranſiret Ægyptum petens, fœtentium Judæorum & ſæpe tumultuantium tædio percitus, dolenter exclamavit: *O Marcomani! ò Quadi! ò Sarmatæ! tandem alios vobis inquietiores inveni.* Plura Scriptorum de bellica Quadorum virtute teſtimonia notata aliis: quibus addere licet B. Hieronymi epiſtolam ducentis amplius annis poſt bellum Marcomanicum ſcriptam, qua vir ſanctus gentibus Romanorum imperium incurſantibus Quados etiam & Marcomanos connumerat. *Viginti*, inquit, *& eo amplius anni ſunt, quod inter Conſtantinopolim, & Alpes Julias quotidie Romanus ſanguis funditur: Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Theſſaliam, Achajam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias, Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomani vaſtant, trahunt, rapiunt, &c.* Fuit autem Quadis, teſte Tacito, & hoc cum Marcomanis commune, quod Reges illis ex ſua ipſorum gente aliquamdiu, Taciti primum ætate, externos pati cœpere, quibus vis & potentia ex auctoritate Romana, corruptis jam tunc fractisque patriis inſtitutis, pecunia magis, quam armis Romanorum.

(4) De Marcomanis tam fuſe, quam ordinate Goldaſtus lib. 1. de Boh. c. 5. & 7. 8. &c. ubi oſtendit, quod pulſis Bojis, Bohemiam habitarint, & quod Rhenanus, Pirkheimerus, Vadianus, Munſterus, Glareanus, Cuſpinianus, multique alii, fallantur, exiſtimantes Marcomanos eſſe Moravos,

Märer / nominis allusione decepti. Pro quibus tamen calamum stringit præclarus Concivis noster Martinus HANKIUS in erudito suo libro de Silesiorum Majorum Antiquitatibus, ab orbe condito ad annum usque Christianum 550, pio erga patriam, licet improbo, &, ut ipse in præfat. fatetur, *non unius anni labore* deductis: ubi cap. 14 CLUVERII (contra quem mox in primordio canit classicum) inprimis argumenta, quibus MARCOMANNOS tempore Julii Cæsaris circa Rhenum hæsisse, nullamque in Moravia sedem habuisse contendit, docte refutat. Deinde sententiam illorum, qui Marcomannos, antequam sub Maroboduo in Bohemiam commigrarent, jam in Moravia sedisse judicant, adversus eumdem Cluverium feliciter defendit. Tandem vero contra illos, qui omnes omnino MARCOMANNOS sub dicto Rege Maroboduo in Bohemiam transiisse, & post eorum transitum Moraviam incolis fuisse destitutam, perhibent, gravissimis probat testimoniis, MARCOMANNOS a Maroboduo *non omnes* in Bohemiam translatos, sed multos eorum in Moravia fuisse relictos.

Quænam autem sit Marcomanici nominis origo? a literatis quæritur. Sunt, inquit præfatus Goldastus, *qui a Marcis deducant, quod fines & limites Germanorum contra Hungaros & Sarmatas tuerentur, quasi limitanei homines*, Marck-männer/ Märcker: *quo nomine vulgo appellantur incolæ Marchiæ Brandenburgicæ. alii putant a Marco, id est, Mallio propter virtutem eorum bellicam sic dictos, quorum opinio, secundum Goldastum, propius accedit ad etymi aliquam verisimilitudinem. Namque Bohemia in medio Germaniæ sita limes ejus esse non potuit; & jam olim pridem nomen illud obtinebant, quam in Bohemiam venissent.* Sed liceat meam etiam mentem de hoc etymo adscribere, verisimilius nempe mihi videri, si nomen Germanorum horum non latino *Marco*, aut *Mallio*, sed potius ex germanico Marck / quod medullam significat, derivetur, illique exinde Marckmänner/ rechtschaffene Kernmänner / nuncupentur; Quamvis, si serio & penitius res consideretur, derivatio illa, a Marcis sive limitibus deducta, præ ceteris mihi probetur: licet enim secundum Goldastum in Bohemia habitantes homines limitanei non fuissent, fuerunt tamen quando, necdum pulsis ex Bohemiâ Bojis, secundum ipsius Goldasti testimonium, expeditionem contra Julium Cæsarem, Galliasque hostilibus armis devorantem, Germaniæque insidiantem, juncti ceteris Germanis susceperunt, Arioniumque electum Germanorum & Gallorum Imperatorem trans Rhenum

Rhenum in terram Galliam ſecuti, prælium cum Cæſare pariter conſeruerunt. Si vero, hanc gentem illo etiam tempore nomen Marcomanicum ob defenſos Germaniæ terminos meruiſſe, quis inficias iverit, dici tamen poteſt, illos ante dictam expeditionem in quodam forſan angulo Germaniæ pro varia illius tempeſtatis migratione conſediſſe, aut, ut multi volunt, in aliqua Moraviæ parte penes Quados cohabitaſſe, aut poſtmodum ſaltem fuiſſe limitum Germanicorum propugnatricem, quando Quadis non loco tantum contermina, ſed & armis & animis conjuncta contra Sarmatas, magis tamen contra Romanos, Germaniam diu & ſtrenue propugnavit. Bella eorum non tantum contra Julium Cæſarem, ſed & contra Octavium Auguſtum, Germanicum, Tiberium, Druſum, Claudium, Domitianum, Trajanum, Antoninum Pium, Marcum Aurelium Antoninum, &c. fuſe Goldaſtus enumerat loco cit. Sed relinquamus Marcomanos Bohemis, aut *Moravis*: Nos Sileſii

QUADOS,

(*b*) Quos Moraviam, & aliquam Sileſiæ partem incoluiſſe cum multis aliis infra citandis auctoribus Goldaſtus aſſerit, conſideremus, &

Primo quidem nominis *etymologiam*, quam (ſive *Quados*, ſive ex barbarorum corruptis codicibus *Quallos*, *Squallos*, *Squados* ſcribas) crebro citatus Goldaſtus l. 1. c. 12 explicans ait, *Quadum* Germanis notari eum, qui eſt alteri *infeſtus*, *infenſus*, *moleſtus*: & translate etiam pro *pravo* & malo accipi, Quadosque forſan a ſociis appellatos fuiſſe, quaſi aliorum maxime hoſtium *vexatores & oppreſſores*. *Quadi* die böſen Qvaden/ unverſöhnliche Schwaben/ interpretatur Spangenberg in Chron. Saxon. c. 13. Curæus noſter non repugnat, ſi quis dictionem Henetam ab *audacia & feritate* factam eſſe putet. quod Frid. Lucæ interpretatur: böſe Kerles/ nicht etwan ein laſterhafftes Leben beziehlende/ ſondern tollkühne/ hitzige/ zornige/ freche/ qvade oder böſe Köpffe/ die ſich tapffer herum ſchlagen/ wann man ihre Marck und Gräntz antaſtete. Et paulo poſt idem Frid. Lucæ *exclamationem* illam Antoninianam de Quadis noſtro hoc §. citatam ſic ſonuiſſe ſcribit: *O Quadi! Quadi! quam vos eſtis boni!* dicitque (in gratiam, credo, ſuorum conterraneorum) Imperatorem per hæc verba inſinuare voluiſſe, daß die Römer von Zeiten des Belli Punici her keinen ſo Qvaden/ das iſt/ ſo männlichen Feind vor ſich gehabt hätten/ als die Qvaden. quæ interpretatio qua autoritate fulciatur, neſcio, cum Antoninianum illud de Quadis dictum hoc ſenſu ſonuiſſe nuſpiam legerim.

Hene-

Henelius noſter prope finem hujus capitis nomen iſthoc non Henetum, ſed cum Goldaſto germanicum eſſe, & *improbum* ſignificare aſſerit. Idem ſentit Bucherius, qui dum in Belgio Rom. l. 10. c. 10 obſervat a Zoſimo Friſios confundi cum Quadis, ſequentia addit: *qui* (nimirum Friſii,) & Quadi ex malis ſuis effectibus vocari potuerunt. Derivatio vero illa, qua noſtri ſuperiores Sileſii nonnunquam *Quados*, *quaſi Deos* (Quadi Qua Dii) interpretantur, jocum tantum ſapit; Et vix jure gaudent, & gloriantur dicti noſtri cives, ſuperioris Sileſiæ incolæ, glorioſo Quadorum nomine, quaſi vero bellicoſæ illius gentis eſſent progenies: error hic eſt, & veteris hiſtoriæ ignaros ſe oſtendunt, qui Quados credunt hos Viadri accolas, cum tamen revera non niſi reliquiæ ſint Slavorum, aut Polonorum eorum, a quibus patria noſtra, cum adhuc pars eſſet Poloniæ, fuit habitata. Quadorum vero nomine hodieque non ob aliam rationem, meo quidem judicio, nuncupantur, quam quod veterum, verorumque Quadorum ſedes incoluerint, & etiamnum incolant. Id quod ſæpius fieri aſſolet, quod ſucceſſivus variorum populorum ejusdem regionis incolatus idem illis nomen pariat, & in hiſtoriis poſtmodum faciat confuſionem; ſic Vendi, aut Venedi nonnullis hiſtoriographis Wandali dicuntur; quod illi in horum locum ſucceſſerint, uti infra plura de his annotabimus: Sic Bohemiæ moderni incolæ a Veteribus Bojis, qui Galli fuere, & a Marcomanis expulſi ſunt, hucusque nomen retinent. Quod Poëta noſter in ſupra citato poëmate deſcribit ſequenti carmine:

Quis vero Bojos Belgarum finibus actos
Proxima Sudetum, & luna nemora abdita credit
Inſediſſe? ſed antiqua veſtigia gentis
Et vetus obſervat vicina Bohemia nomen,
Bojorum tanquam dicas patriámve, domúmve.

Ne verò rem tantum aſſerere, non autem probare videamur, ſcire licet.

Secundo, Quados illos veteres *Gentem* fuiſſe *Germanam*, & ex Suevis ortam: quod R. P. Balbinus Decad. 1 l. 2 c. 4 *ſole meridiano clarius* exiſtimat, & Goldaſtus ex optimorum Scriptorum ſententia demonſtrat. *Videat, amabo, lector* (ſic pergit Balbinus) *Vobburgii hiſtoriam Romano-Germanicam, in qua omnia, quæ docui, tanta autoritate* (*Vandalos, Marcomannos, Quados Germanos fuiſſe*) *probata inveniet, ut obſiſti nullo pacto poſſit. De Quadis eadem habent Cluverius, Meibomius, Spangenbergius, & , ut ſemel dicam, omnes, qui de Quadis egerunt, vetuſti juxta ac novi*

ſcripto-

ſcriptores. Hæc Balbinus: cui Dreſſerum addo Iſagog. hiſt. ſequentia ſcribentem: *Quadi Suevi Germaniæ populi in parte Moraviæ, & Sileſiæ ad Niſſam, partem etiam Poloniæ, ubi nunc eſt Cracovia, tenuerunt.* Sunt quidem contra communem hanc aſſertionem nonnulli, Marcomanos, & Quados, eorumque Regem Maroboduum non Suevicæ, ſed Slavicæ gentis fuiſſe ſomniantes, quos inter Paprocius in ſpeculo Moraviæ, *tum* prope omne Moravorum vulgus (ut rurſum Balbini verbis utar) qui ob illuſtria Marcomanorum facinora certatim ſibi illud adoptant nomen, id geſtiunt, id triumphant, id ſibi glorioſum ad omnem memoriam ducunt, Marcomannorum appellationem pro virtutis maximæ titulo ſumentes; quibus nimirum Moraviæ, & Moravorum nomen immerito ſordet. Et, ut ad rem noſtram loquar, citatus Paprocius non Marcomanos ſolum inter Slavorum populos cenſet, ſed etiam Wandalos, etiam Quados, Vindelicios, Herulos, imo adeo ipſos Hunnos, nulla autoritate, ſed ſola conjectura, & nominum remotiſſima derivatione *Slavos* fuiſſe contendit. Sed argumenta pro hac nova opinione adducta tanquam nullius ponderis, ſicut Balbinus loco cit. merito explodit, ita ego, quæ huc ſcribantur, digna non judico, ſed concludo, QVADORUM illorum veterum, utpote Suevorum, adeoque Germanorum, progeniem non eſſe hodiernos, nominetenus tantum dictos Quados, cum iſti Slavonica, ſeu Polonica lingua loquantur, Germanicam autem ut plurimum ignorent. Si vero mihi non nemo objiciat, Slavis in has Regiones intrantibus nonnullos tamen Quados manſiſſe immixtos, & ab his aliquos ſaltem hodiernos Sileſios deſcendere, nomenque hereditario jure poſſidere: rationem petam ego, qua linguam Slavicam ita diſcere potuerint, ut Germanicam penitus dedidicerint? Quamvis hæc de Quadis opinio, illos aut poſteros eorum ſaltem aliquos Germanicam linguam tandem dedidiciſſe, etiam placuerit Fabro noſtro, Slavorum in has regiones irruptionem talibus canenti:

Ergo ubi Marcomanûm, veterumque acciſa Quadorum
Res ruere in pejus, melior vel caſa juventus,
Aut abducta procul, vaſtisque maneret in agris
Deſerti cultor ruris, deſertaque rari
Mœnibus incolerent pendentibus oppida cives,
Eheu quam nullo facile irrumpentibus iſthac
Obſiſtente, omnis late, quam cernitis ora,
Slavanis oppreſſa gemens, invitaque ceſſit!
Scimus, ut infenſus quam te Viade, Odera, & Ola

Non intellecto primum ſermone Polonus
Terruit; & Moravus quàm Theja frementibus undis
Dedidicit Veteres mores, Germanaque jura,
Et linguam! *ſua Bojemus neclatior Albis*
Flumina Riphais tribuit potanda Sorabis!
Hic iterum cultus alii, nova regna, novaque
Diſcenda leges, linguæ *mutandus, & oris*
Vivendique habitus &c.

Autor ſane Antiquitatum de Sileſiorum Majoribus ſupra citatus, cap. ult. ſive 21 adverſus illos, qui Lygios & *Quados* veteres ubicunque & quandocunque omnino fuiſſe deletos, ac proinde hodiernos Sileſios nec Lygiorum, nec *Quadorum*, ſed Slavorum eſſe progeniem, ſcribunt, provocat ad alium librum, in quo ſe oſtenſurum pollicetur, tum Lygios, tum QVADOS, cum eos gens Slavorum invaderet, adhuc in Sileſia fuiſſe fixos, eosque, quanquam Sileſiorum nomen aſſumentes, quanquam Slavorum regimen ſubeuntes, diu preſſos, nunquam oppreſſos.

Dubium etiam de modernis Sileſiæ ſuperioris Incolis, an Slavice loquentes QVADORUM, qui Germani fuerint, poſſint eſſe progenies? ex P. Balbino id negante (quem propterea non adeo benignam mereri cenſuram judicat) movet quidem, ſed non ſolvit, ſoluturus fortean in libro, quem pollicetur, ſcrupulos.

Tertio ad acquirendam rerum Quadicarum notitiam, etiam ſpectat conſideratio *ſedium & migrationum eorum*, quæ pro vario tempore vere fuere variæ, a nemine, mea quidem opinione, melius, quam a Wolffgango Lazio deſcriptæ. Ex illius igitur lib. 9 de gentium migrationibus nos quam breviſſime illa, quæ ipſe fuſius deducit, complectamur. Primam proinde Quadorum ſedem ex Ptolomæi tabula dicit fuiſſe ſub *ſilva Hercinia*, id eſt, ut probati Autores exponunt, in *Moravia*, *& aliqua parte Sileſiæ:* unde ad fines usque Hungariæ extenſa fuit, ubi adhuc *Quanſtad* & *Quahon* ad antiquæ gentis nomenclaturam alludunt. Secundam illis ſedem ſtatuit in *agro Trevirenſi:* & quamvis hic de Marcomanis loquens Lazius de Quadis expreſſe mentionem non faciat: ſubintelliguntur tamen etiam Quadi, qui illorum non tribus duntaxat, ſed & comites, & commilitones ſemper fuere; facta vero ad dictum locum fuit bina illorum migratio. *Primò Julio Cæſare imperante, Autore Arioviſto Suevorum Marcoma-*

comanorumque Rege: Secundo Tiberio rerum potiente, qui multa millia Germanorum, Suetonio teſte, in Galliam transportavit. Poſt expeditionem illam ſub Arioviſto contra Cæſarem Quadi (prout Goldaſtus l. 1 c. 12 opinatur) primo in Moravia ſuas ſtabilivere ſedes, & hoc circa annum Domini circiter quintum. Tertiam Quadis ſedem ad *Daciam* ponit, ubi modo Hungariæ & Tranſylvaniæ confinia ſunt: quod ex Tacito, Plinio, Marcellino probat. Inde vero pulſos a Gepidis putat, atque poſtmodum ad magnam Sileſiorum partem fuiſſe reverſos. Quartam ad *Pannoniam ſuperiorem & Valeriam* (id eſt Stiriam) collocat; in quem tractum (inquit ſæpe allegatus) quater hunc populum commigraſſe reperio: primo a Claudio eo transpoſitos, Tacitus lib. 12 memorat. Sub Marco deinde Cæſare, ut Julius Capitolinus ſcriptum reliquit, *Pannoniam ſuperiorem & Valeriam* Marcomani vi atque armis occupavere. Tertio Galienum Imperatorem, Marcomanorum Regi, ſocero ſuo Pannoniam ſuperiorem atque Valeriam dono conceſſiſſe, Sextus Aurelius refert. Denique & Valentinianum Imperatorem rem habuiſſe cum Marcomanis in Pannonia atque Valeria, multis locis Marcellinus teſtatur. Ab hoc expulſos arbitratur Lazius & in Noricum, vel Rhætias commigraſſe. *Manſerunt tamen* (inquit) *umbræ quædam Veteris habitationis: nam partem Stiriæ inferioris etiam nunc* in der Marck *appellant: & tot ſunt caſtra, pagique in iisdem finibus, quorum appellationes ad vocem Marcomanorum, eorundemque tribuum, Burios, Eburones, Sidones, Lygios, Arios, Quadosque accedere videntur.* Sic Lazius: qui (ut ſupra jam innuimus) de Marcomanis loquens, ſemper etiam eorum tribum Quados ſubintelligit: id quod teſtimoniis ex Tacito aliisque petitis expreſſe oſtendit, dum Vannii Quadorum Regis ſingulariter meminit. Vide Tacitum l. 12 Hiſtoriæ Auguſtæ. In illis temporibus & locis graviſſimum illud bellum Marcomanicum exarſit: de quo noſter Henelius ſupra, & nos infra quædam adhuc notatu digna referemus.

Sed ad *quintam* Marcomanorum Quadorumque habitationem (Lazius rurſum loquitur) venio, quæ fuit in Sileſia, Brandenburgenſique Marcha. Ex quibus locis poſtea magna Marcomanorum, Buriorum, aliorumque Suevorum pars ab Attila Hunnorum Rege abducta. *Sextam* ſedem acceperunt ſecus Rhenum fluvium, ſed nec ibi conſtanter perſeverarunt, quoniam alii militiam Romanam ſecuti, alii dicto Attilæ conjuncti, victoriis Attilæ & cladibus, maxime illa, quam ad Toloſam Galliæ urbem ab Aëtio Romanorum Duce ſibi illatam paſſus eſt, ita attriti, aut

diminuti, ut regiones noſtræ Marcomanorum & Quadorum paulatim vacuæ relictæ, Slavis ſubintrantibus facilem præbuerint aditum. Ab Attila autem, prius quam Hunnos ſuos, aliosque in Imperii Romani perniciem educeret populos, quicunque Carpatho vicini erant, domitos fuiſſe, ipſique Marcomanos, Quados & alios Suevos ſerviiſſe, aſſerit in Annalibus Sileſiæ pag. 23 noſter Joachimus Curæus, Balbino quidem *ſcriptor fabuloſus*, Schurtzfleiſchio vero accurato Critico, in diſp. de Sileſia, diligens & eruditus Annalium Sileſiæ Conditor. Tantum de Quadorum ſedibus & Migrationibus ex Lazio, quem tamen carpit noſter Hankius in ſupra-cit. Antiq. c. ult. quod ſæpe Populorum in peregrinam regionem *expeditiones*, quas ut præſentes bellatores ſuſceperunt, in *migrationes* converterit, quas ut futuri poſſeſſores peregerunt.

Sed quæret aliquis: ubinam Quadi, antequam in noſtras has migravere regiones, ſedes fixerint? Reſpondeo ex Lazio, qui primam Suevis Lib. 8 de Gent. Migrationibus ſedem aſſignat Liburniam, hanc etiam a Quadis noſtris, tunc temporis ſub communi Suevorum nomine deliteſcentibus, ab initio fuiſſe habitatam. Quamvis alii, ut ante indicavimus, opinentur, omnes omnino Suevos, quorum pars Quadi fuere, per mare Suevicum, ſeu Balthicum ad Germaniam devectos, Quadosque cum Marcomanis poſtmodum primo in Liburniam usque hoſtiliter excurriſſe; quo forſan etiam noſter Poëta collimat ſequenti Carmine varias Quadorum per Europam excurſiones exprimens:

\- - - - - - *Noſtros ſenſere Liburni,*
Illyricique Quados, ſenſitque Oenotria tellus,
Qua ſe Penninas Vallis porrecta per Alpes
Marcomana extendit retinens memorabile nomen.

Sed has excurſiones melius ex ſequentibus intelligemus, quibus *Quarto Reges eorum ſaltem aliquos & bella* deſcribemus ex Goldaſti lib. 12. Poſtquam igitur Quadi, Arioviſto, vel, ut aliqui ſcribunt, Arioniſto fugato, Maroboduo Romanorum fraude pulſo, Catualda in exilium miſſo, *Vannium* Regem accepiſſent, variæ ſub illo fuere fortunæ, a Tacit. lib. 12 relatæ: *hic enim prima imperii ætate clarus, acceptusque popularibus: mox diuturnitate in ſuperbiam mutans, & odio accolarum, ſimul domeſticis diſcordiis circumventus funditur prælio. quanquam rebus adverſis laudatus, quod & pugnam manu capeſſiit, & corpore adverſo vulnera. Caterum ad claſſem in Danubio operientem perfugit. Secuti mox Clientes, & acceptis agris in Pannonia locati ſunt*; a Romanis videlicet, a quibus

quibus etiam regnum accepiſſe ſcribitur. Regnum vero a Vannio relictum *Vangio & Siclo*, Vannii ex ſorore Nepotes, inter ſe partiti ſunt: qui duo Reges cum ſuis Quadis anno Chriſti nati 69 Veſpaſiano Romanorum Imperatori contra Vitellium ejus Æmulum adhæſiſſe produntur. Poſt hos duos ſecundum Tacitum externos Reges habuere: ſic enim ait de Mor. Germ. parte 2. c. 15: *Marcomanis, Quadisque usque ad noſtram memoriam Reges manſerunt ex gente ipſorum; nobile Marobodui & Tudri genus. jam & externos patiuntur.*

Sed bellis eorum ſub Trajano, Antonino Pio, tacite præteritis, ſæpe dictum Marcomanicum bellum Germanorumque cladem aut Romanorum contra eos obtentam victoriam denuo in memoriam revocare placet, cum hiſtoriæ dignitas id expoſcere videatur; hanc ergo (ſecundum Calviſium apud Vorburgum vol. 1. p. 410) anno poſt Chriſtum natum 174, Urbis vero 410, media æſtate Marcus Imperator conſecutus eſt, precibus Chriſtianorum adjutus, qui impetrarunt ſuis in maxima ſiti pluviam, & contra hoſtes fulmina: quam tamen victoriam Claudianus a Chriſtiana religione abhorrens, non Chriſtianis, ſed vel magiis, vel Marci virtutibus acceptam refert eleganti hoc carmine:

Laus ibi nulla Ducum: nam flammeus imber in hoſtem
Decidit: hunc dorſo trepidum fumante ferebat
Ambuſtus Sonipes: hic tabeſcente ſolutus
Subſedit galea, liquefactaque fulgure Cuſpis
Canduit, & ſubitis fluxere vaporibus Enſes:
Tunc contenta polo mortalis neſcia teli
Pugna fuit, Chaldæa mago ſeu carmina ritu
Armavere Deos, ſeu, quod reor, omne Tonantis
Obſequium Marci mores potuere mereri.

Sed victoriam hanc non magicis artibus impetratam teſtatur ipſe Marcus, quia magicis artibus ſe abhorrere ſcribit: nec precibus Marci impetrata fuit, ut Julius Capitolinus affirmavit: Sed precibus Chriſtianorum, ut teſtatur Tertullianus & Oroſius, qui ambo ad literas Imperatoris de hac re ſcriptas provocant. Ne vero Claudianus tanti miraculi ſeriem more poëtico finxiſſe videatur, audiamus ipſum etiam Dionem ſequentia ſcribentem: *Marco prælium acre, bellumque magnum cum iis, qui Quadi appellantur, fuit. Quo ex bello victoria præter ſpem, vel potius Dei beneficio feliciter conſecuta eſt, propterea, quod Romani, cum eſſent in prælio, atque in maximum periculum veniſſent, mirabiliter & ſane divinitus conſervati*

ſunt; quum enim intercluſi a Quadis in locis opportunis, confertim pugnarent fortiter, atque interim barbari differrent prælium ſperantes eos calore & ſiti perituros, quos circum occupatis locis omnibus ſic concluſerant, (erant enim multo plures) ut aquam habere nullo pacto poſſent. Quumque Romani in tantas difficultates incurriſſent, ut morbo, vulneribus, ardore ſolis, ac ſiti vexarentur, nec ob eas res pugnare poſſent, aut aliò ſecedere, ſed in acie ſtantes, atque iis in locis conſtituti arderent, multa nubes derepente ita coacta ſunt, ut maximus imber (aquæ) ceciderit non ſine DEI beneficio. Addit deinde Dio: Romanos, cum primùm pluvia caderet, omnes ſuſpexiſſe in cœlum, eamque in ora recepiſſe, deinde ſcutis, galeisque ſubjectis inde ſorpſiſſe largiter, equisque ad bibendum dediſſe, quumque Barbari in ipſos impetum facerent, eos ſimul bibiſſe & pugnaſſe, compluresque ſaucios ſanguinem fuſum in galeas ſimul cum aqua abſorbuiſſe. Hi Romani videlicet propterea gravia damna accepiſſent, urgentibus hoſtibus, quod magna ex parte in bibendo erant occupati, niſi vehemens grando, compluraque fulmina in hoſtes cecidiſſent, itaque videre licebat in eodem loco aquam, ignemque ſimul de cœlo cadere, atque ob eam cauſam valere alios & bibere, exurique alios ac prorſus interire. non attingebat ignis Romanos, aut ſi forte (interdum) cum eis miſceretur, extinguebatur ſubito: neque imber juvabat Barbaros, ſed eos non ſecus inflammabat, atque oleum, ut aquam requirerent, pluvia perfuſi: infligerentque pars ſibi vulnera, quo ignem ſanguine reſtinguerent; pars confugerent ad Romanos, quaſi illis tantummodo aqua ſalutaris eſſet, ita ut eorum Marcus etiam miſertus ſit, eoque facto a militibus ſeptimum Imperator appellatus; quod etſi admittere non conſueverat prius, quam eſſet decretum a ſenatu, tamen non repudiavit, quaſi id divinitus acciperet: de quo etiam ad ſenatum ſcripſit. Fauſtina quoque mater exercituum *appellata eſt.*

Igitur de hoc miraculo (verba ſunt Vorburgi Vol. 1. fol. 411) veluti, & a Paganis & Chriſtianis confirmato nullum dubium, ſed quinam ejus Autor fuerit, inter utrosque ſummum certamen eſt. Pagani enim contendunt (quos inter Dio) Arnuphim magum Ægyptium, qui cum Marco erat, Mercurium præſertim illum, qui in aëre eſt, aliosque damonas, quibusdam artibus magicis vocaviſſe, ac per eos pluviam elicuiſſe. Sed Chriſtiani ita inquiunt: (uti Xiphilinus habet) hæc quidem a Dione de his dicuntur; ſed is mihi mentiri videtur, volens, an invitus, neſcio: volentem mage arbitror, quum non ignoret, legionem militum, quæ fulminatrix *appellatur proprio nomine, (ejus enim mentionem facit in recenſione ceterorum) ex*

nulla

nulla alia cauſa (neque enim alia circumfertur) quam ex ea, quæ in iſto bello accidit, id nomen accepiſſe: quæ cauſa tunc etiam Romanis ſalutis, Barbaris exitii fuit, non Arnuphis ille magus, quum nusquam memoriæ proditum ſit, Marcum magorum ſocietate, aut præſtigiis fuiſſe delectatum. Quod igitur in hanc rem dico (pergit Xiphilinus) tale eſt: Quum Marcus legionem unam haberet ex militibus Melitenis (hi omnes Chriſtum colunt) ad eum Præfectus Prætorianorum venit neſcientem in illo prælio, quid conſilii caperet, timentemque toti exercitui, eique fertur dixiſſe, nihil eſſe quod ii, qui Chriſtiani nominantur, precibus impetrare non poſſint, *eſſeque in exercitu legionem unam hominum hujus generis. Qua re cognita Marcum ab iis petiiſſe ſubito, percuſſiſſeque hoſtes fulmine, ac Romanos pluvia recreaſſe. His rebus Marcum vehementer obſtupefactum edicto Chriſtianos honore affeciſſe, ipſamque legionem fulminatricem appellaſſe: atque his de rebus epiſtola Marci exſtare dicitur.* Atque hæc ſufficiant de prælio illo, quod Chriſtianæ religioni (ex Balbini Decad. 1. lib. 2. c. 3 hæc ſcribo) apud Romanos autoritatem maximam conciliavit, & Chriſtum Dominum Deumque noſtrum colendi attulit libertatem. Supervacaneum eſt deſcribere ulterius omnibus ſcriptoribus nota. Legatur Baronius. Id unum obſervare convenit, hoc prælium non apud Marcomanos, ut quidam volunt, ſed apud Quados (*in Quadorum finibus* ait Eutropius in Epit.) geſtum eſſe; Diſputationem autem de miraculo Chriſtianos inter & paganos ideo hic annectere placuit, ut lector orientia jam tum de religione certamina obſervet.

Quamvis autem Quadi hoc prælio a Romanis victi, non tamen ita domiti ſunt, ut poſtmodum bellis abſtinerent, aut ab illis ultionem non quærerent. Rurſus enim contra Maximinum, & Maximum Impp. inſurrexerunt circa annum Domini 236, uti Capitolinus in Maximo. Herodianus l. 5 hiſtor. (Curæus in annal.) Sileſiæ fol. 22, &c. Iterum ſub Gordiano II & Maximino Impp. Quadi cum univerſis propemodum Germanis confœderati electo Imperatore Argunthe, Mæſias & Thracias Romanorum provincias invaſerunt; uti Goldaſtus probat ex Aventino. Item ſub Valeriano & Gallieno Impp. Quadi cum Sarmatis ſociis Pannonias Romano imperio parentes depopulati occuparunt circa annum Chriſti 252, ut ſcribunt Oroſius, Euſebius, Eutropius &c. a Goldaſto citati l. 1. c. 13. Item circa annum 304 a Diocletiano, & Maximiano Herculeo Carpi, Quadorum natio, victi in Pannonia & translati ſunt in ſolum Romanum; ut teſtatur Sext. Aurel. Victor in Cæſaribus c. 34. Non tamen omnes illi

Carpi

Carpi translati ſunt ex Pannonia, cum poſtmodum tempore adventûs Attilæ adhuc Carpathum (qui nomen forſan ſuum ab illis obtinuit) incoluerint; hinc Poeta meus:

- - - Non tu quoque montibus Odera iisdem
Exoreris, quos Carpi olim, Gepidæ Valerique
Excoluere? haud dudum illi venientibus Hunnis
Ceſſerunt.

A Quadis porro ſub Conſtantio II & Juliano geſta ſunt, quæ Ammianus Marcellinus lib. 17 narrat: quod nimirum Sarmatis & Quadis Pannoniam, & Mæſiam incurſantibus, Romanorum exercitus ad Quadorum regna properaverit: qui ex præterito caſu impendentia formidantes rogaturi ſuppliciter pacem, fidentes ad Principis venere conſpectum. Inter reliquos autem ad Romanos advolarunt *Regales* cum ſuis omnibus *Arabarius, & Uſafer inter Optimates excellentes agminum Gentilium Duces, quorum alter Transjugitanorum Quadorum parti, alter quibusdam Sarmatis præerat, &c.* ex quibus Ammiani verbis, & reliquo contextu colligitur, Quadorum regnum tum temporis, nempe circa annum Chriſti 350, inter varios Reges fuiſſe diſtributum; *Arabarium* fuiſſe Ducem aut Regem, aut filium Regis (hoc enim videtur ſignificare *Regalis*) noſtrorum Quadorum, qui reſpectu Romanorum trans- reſpectu noſtrum vero cis- juga Carpathi ſuas illo tempore ſedes habuerunt: *Viduarius vero* Quadorum Carpenſium ad Granam fluvium, & *Uſafer* Jazygum Tranſylvanorum fuere Reges. Juliani porro temporibus teſte Zoſimo lib. 3. (uti refert Bucherius in Belgio Rom. l. 10. c. 10.) Quadi a Saxonibus in Romanum ſolum immiſſi, Pataviam occuparunt, Saliis inde expulſis. quam tamen, Ammiano teſtante, recuperavit. Sed nec dum finis bellorum Quadicorum.

Sub *Gabinio* namque Quadorum Rege, & ſub Valentiniano I & Valente Impp. Quadi in Romanos efferati, ſociatis Sarmatis, Pannonias & Mæſias miſerandum in modum depopulati ſunt circa Domini noſtri annum 370. *Valentinianus enim* (ſic cauſam belli ſcribit Ammianus lib. 29) *ſtudio muniendorum limitum, glorioſo quidem, ſed nimio ab ipſo principatûs initio flagrans, trans flumen Iſtrum in ipſis Quadorum terris, quaſi Romano juri jam vindicatis, ædificari præſidiaria caſtra mandavit.* Et mox ibid. *Gabinium Regem, ne quid novaretur modeſte poſcentem, ut aſſenſurus humanitate ſimulata cum aliis ad convivium conrogavit, quem digredientem poſt epulas hoſpitales officii ſanctitate nefarie violata, trucidari ſecure effecit.*

Cujus

Cujus rei tam atrocis diſſeminatus rumor illico per diverſas, & Quados, & gentes circumfuſas efferavit, Regisque flentes interitum in unum coactæ miſere vaſtatorias manus, quæ Danubium transgreſſæ, parum abfuit, quin filiam caperent Conſtantii cibum ſumentem in publica villa, quam appellant Piſtrenſem, quum duceretur Gratiano nuptura &c. Factum id anno Chriſti nati 373. Anno ſequenti, cum Valentinianus expeditionem novam in Quados pararet, Legati a Quadis mittuntur, qui pacem peterent, qui cum excurſiones ſuas in Romanas provincias in publico auditorio excuſare auderent, adeo excanduit Imperator, ut apoplexia tactus ſubito exſpiraverit: quod *Brigitione Quadorum* (in Pannonia oppido) factum memorat Paulus Diaconus in hiſtor. Rom. & alii. Malè vero illam eſſe *Brigam* noſtræ Sileſiæ interpretatur Cromerus l. 1, Rer. Pol. c. 12.

Tandem poſt bellum ſub Gratiano Imp. contra Romanos a Quadis initum, *inclinatiſque ſubinde Romanorum rebus* (inquit Goldaſtus l. 1. c. 13. ad fin.) *& Germanorum invaleſcentibus, Quados legimus obſequia ſua Radagaſto, Alarico, Godigiſilo, Attila, Ardarico, Odoacro, electis Germanorum Imperatoribus fideliter præſtitiſſe. Et poterat fieri* (rurſus verba ſunt Goldaſti l. 1. c. 8.) *ut a Theodorico Gotho Germanorum & Romanorum Rege in auxilium vocati* (Marcomani nimirum & Quadi) *eas ſedes Italiæ propinquas præ ſuis Bohemicis* (& Moravicis) *per Hunnos & Gothos miſerrime vaſtatis atque everſis incolendas elegerint. Namque eos ſub Theodorici imperio fuiſſe affirmat Curæus Archiater Sileſiacus. Equidem ſub iſto Theodorico Marcomanicum, & Quadicum nomen cœpit in Bohemia & Moravia extingui.* Bella Quadorum chronographice, & prolixiori quidem, ſed concinno deducit ordine noſter crebro memoratus Hankius in lib. cit. a c. 14. usque ad 21. ad quem lectorem invitamus.

Ceterum & *Quinto* quod Quadorum mores concernit, fuere quidem illi cum reliquorum Germanorum veterum moribus communes, à Tacito in libello de Germanorum moribus eleganter depicti, laudatique ſequentibus verbis: *Plus ibi*, inquit c. 19, *boni mores valent quam alibi bonæ leges:* (quod in alio loco hujus operis, ubi de moribus modernis tractabitur, conſiderabimus) ſpecialibus tamen aut propriis quibus jam notantur Veteres Quadi a nonnullis Auctoribus: & quidem inprimis a Dione Caſſio, qui inter alia de ipſis & Sarmatis tunc eorum ſociis ſcripta, *infidum Genus hominum* eos vocat, eo quod Marcum Imp. facta poſt miraculoſam victoriam pace decepiſſent, nihilque eorum, quæ legibus pacis continebantur, præſtitiſſent: quod tamen Vorburgus excuſat, dum de

Marcomanis, & conſequenter etiam de Quadis, ait, quod nimirum illis durum, & Germano pectori intolerabile fuerit avitam libertatem amittere. Marcellinus præterea l. 17 *ſimiles illos eſſe Sarmatis* ſcribit: ejus verba ſunt: *Auguſto inter hæc quieſcenti per hiemem apud Sirmium indicabant nuncii graves, & crebri, permixtos Sarmatas & Quados vicinitate, & ſimilitudine morum, armaturaque concordes Pannonias. Maſiamque alteram cuneis incurſare diſperſis &c.* Fortaſſis etiam hodierni Slavi Sarmatarum progenies, qui ſuperiorem Sileſiam incolunt, Quadi dicuntur, aut ſimul ac ſedes iſtas occuparunt, dicti fuerunt ideo, quod lingua licet diſtincti, cæteroqui tamen Quadorum Veterum mores referant. Herodianus porro libro 6 de Germanis illis, qui ſecus Danubium in confinibus Pannoniarum degebant, id eſt, de Marcomannis & *Quadis* ſcribit, quod *pecuniæ avidi* fuerint; *ſunt enim Germani*, inquit, *pecuniæ avidi, & nunquam pacem cum Romanis non cauponantur.* Quod ultimum verbum ab Herodiano mutuatus eſſe videtur Faber noſter in Sabotho, dum eosdem infelices exitus, quibus Maroboduus & Arminius Romanorum fraude circumventi perierunt, adſcribit eorum ſucceſſoribus Catualdæ & Vannio ſequenti carmine:

Ergo ſuos poſtquam infelix Germania Reges
Utraque ſubvertit, ſimiles habuere nepotes
Succeſſus rerum; nec enim Catualda, Quadusque
Vannius *Italicas cavit ſolertius artes:*
Barbara nimirum, & venalis prodiga vita
Simplicitas, turpi vilem mercede cruorem
Cauponatur, *& adverſis ſtultiſſima caſtris*
Armatura ſuos, contra ſe militat, hoſtes:
Sic robur gentis fractum, primoque ſub ortu
Marbothi regnum Romano concidit æſtu.

Senſus nimirum eſt Poëtæ: quod hi Germani pecunia corrupti pacem quidem cum Romanis inierint, ſed a Romanis per hoc contra ſemetipſos concitati ad inteſtina bella deſcenderint, adeoque ſimplices fuerint, ut non adverterint, tali modo ſeſe turpi mercede vilem *cauponari* ſanguinem. Quam quidem aſtutiam a Romanis fuiſſe exercitam ex ipſo Romano Tacito colligitur, dum de Moribus German. de Quadis expreſsè ſcribit: *Sed vis & potentia regibus ex auctoritate Romana* (tempore puta Taciti:) *raro armis noſtris, ſæpius pecunia juvantur.* & lib. 12 Annal. de Vannio Quadorum in Moravia Rege cap. 29 refert ſequentia: *Per idem tempus Vanni-*

Vannius Suevis a Druſo Cæſare impoſitus pellitur regno: prima imperii ætate clarus, acceptuſque popularibus; mox diuturnitate in ſuperbiam mutans, & odio accolarum, ſimul domeſticis diſcordiis circumventus Auctores Jubillius Hermundurorum Rex, & Vangio, ac Sido ſorore Vannii geniti. Nec Claudius Cæſar, quanquam ſæpe oratus, arma certantibus barbaris impoſuit, tutum Vannio perfugium promittens ſi pelleretur. Scripſitque P. Attilio Hiſtro, qui Pannoniæ præfidebat, legionem, ipſaque e provincia lecta auxilia pro ripa componeret, ſubſidio victis, & terrori adverſus Victores, ne fortuna elati noſtram quoque pacem turbarent. Conſideret prudens lector inprimis, quare Quadi adjuti dicantur Romanorum pecunia? non utique in bonum finem; ſed, uti conjicitur, ideo duntaxat, ut pacem cum Romanis quidem ſervantes Quadi, natura tamen inquieti, & bellicoſi contra ſemetipſos domeſticis diſcordiis inſurgerent, eo minus poſtea timendi Romanis, quo magis inteſtinis bellis fuiſſent debilitati. Prematur porro, quod Claudius domi certantibus arma interponere noluerit quanquam ſæpe oratus; delectatus nimirum fuit eorum domeſtico certamine, & ſecurior factus in ſuo imperio aſtute prævidens, quod domi compoſiti, & uniti futuri eſſent fortiores, & Romanis magis formidandi. Dum autem Imperator Vannio tutum promittit perfugium, ſi pelleretur, illudque (prout loco cit. teſtatur Tacitus) eidem a ſuis pulſo non tantum præſtitit, ſed agros etiam in Pannonia locaverit, hoſtes vero Vannii, Vangionem & Sidonem regnum inter ſeſe partiri (quos propterea ab egregia erga Romanos fide Tacitus ſæpe citatus laudat) permiſerit: quid fecit aut voluit aliud, quam ut regnum in ſe diviſum deſolaretur: Vannius vero reliquis Quadis, ſi forſan fortuna elati pacem Romanorum turbarent, opponeretur? Hæ fuere Romanorum artes, quibus uſus etiam Tiberius (quemadmodum habet in alio loco Magnus ille Politicus) dum Maroboduo a ſuis regno pulſo tutam, honoratamque ſedem in Italia promiſit, & præſtitit, dum Ravennæ poſtmodum habitus, ſi quando inſoleſcerent Suevi, quaſi rediturus Maroboduus in regnum oſtentabatur. Hæc lector conſideret, & advertat easdem nunc artes ludi a Turcis cum Fökelio, Hungaria pulſo.

Et hæc ſufficiant in hoc paragrapho de Quadis: qui plura de illis, ut puta, de veſtitu, armatura, haſtis, verutis & dolabris, thoracibus & ſcutis, inſtitutis, conviviis, conciliis, ædificiis, inſignibus eorum legere deſiderat, adeat Lazii lib. 9 de Gentium migrationibus hæc fuſe & exacte tractan-

tem; controverſia vero, an aliquando in Sileſia habitaverint, inferius tractabitur.

§. 15.

Lygiorum, quorum tribus fuerunt Elyſii, nomen celebre.

Neque vero minus celebre Lygiorum (*a*) nomen: ut mirum non ſit, ſi ſententiæ, quam poſuimus, amor ac ſtudium in patriam tot ſuffragia peperit: prout eſt in laudem, gloriamque ſuæ originis profuſa unaquæque deditaque natio. Cum præſertim e ſcriptoribus illam amplexi ſint neque pauci, neque obſcuri: Sebaſtianus puta Münſterus, Beatus Rhenanus, Joſephus Moletius, Joannes Dubravius, Andreas Althamerus, Jodocus VVillichius, Georgius Fabricius, Martinus Boreccius, Caſpar Peucerus, Daniel Rapoldus JCtus in hiſtoria de Sileſiæ Ducatu: nec non Joachimus Curæus, qui quidem Patriæ ſuæ annales diligentiſſime conſcriptos in lucem edere adgreſſus, quamvis eum humanitus peccare aliquando contingat, ut *nemo unus mortalium eſt, qui ſine vitiis vel vivat, vel ſcribat,* (*b*) non contumeliam, ſed laudem, vel ſaltem excuſationem mereri debet.

(*a*) De Lygiis ſcribit Tacitus parte altera c. 16 ſequentia: *Dirimit, ſcinditque Sueviam continuum montium jugum, ultra quod plurima gentes agunt. Ex quibus latiſſime patet, Lygiorum nomen in plures civitates diffuſum. Valentiſſimas nominaſſe ſufficiet, Arios, Helveconas, Manimos, Elyſios, Naharvalos.* Penultimos & antepenultimos igitur Auctores, non tantum a noſtro citati, ſed & alii quam plurimi in Sileſia ſedisſe ſcribunt: quod tamen (uti ulterius videbimus) noſter cum Cluverio negat: ego vero contra negantes affirmare & probare conabor.

(*b*) Qua-

(*b*) Quadrat huc Vopiſci, ſcriptoris (ut Acta Eruditorum de illo loquuntur in menſe Febr. anni 1701.) non obſcuri nominis ingenua confeſſio: *Neminem ſcriptorum, quantum ad hiſtoriam pertinet, non aliquid eſſe mentitum.*

§. 16.

Quados & Lygios in Sileſia habitaſſe negat Cluverius.

Ab iis vero omnibus ſeorſim ſentiens Philippus Cluverius, Sileſiam Taciti temporibus nec Quadis, nec Lygiis, (*a*) ſed partim Marſignis, Gothinis, Oſis & Buriis, partim quoque (*b*) Semnonibus inhabitatam fuiſſe, *pluribus*, iisque evidentiſſimis rationibus probat.

(*a*) Videtur vel Cluverio, vel his ipſis Henelii Curis ſecundis uſus fuiſſe Ingenioſiſſimus noſter Lohenſteinius in ſuo Arminio, qui ſimiliter Quados ex patria noſtra excluſit, & potiorem hujus partem a Marſignis habitatam fuiſſe credidit, Lygiis vero, ſicut noſter, & Cluverius, Wartam inter & Viſtulam fluvios locum aſſignavit.

(*b*) Equidem admitto tam Semnones, quam alios hic a Cluverio nominatos Sileſiæ fuiſſe Incolas; neque tamen totam ab iis provinciam adeo impletam fuiſſe, ut *Quadi* ex Superiori, & *Lygii* ex Inferiori Sileſia penitus excluderentur, prout infra videbimus. Sed audiamus rationes, quibus

§. 17.

Cluverii ſententiam ex Tacito probat Henelius.

(*a*) Quæ quidem ſententia ſua veriſimilitudine valde ſe mihi probat, diligentius præſertim verba Taciti expendenti, qui Marcomanorum, Quadorumque gentibus commemoratis, laudeque eorum, ac gloria decantata, de quatuor illis populis prioribus hunc in modum ſcribit: *nec minus valent retro Marſigni, Gothini, Oſi, Burii, terga Marcomanorum, Quadorum-*

que claudunt. Quibus in verbis nonne ſatis oſtenditur, nationes iſtas haudquaquam ad Danubii ripam aut in fronte Germaniæ, ſed retro Bojohæmum, quæ tunc vera Marcomanorum poſt pulſos Bojos ſedes fuit, Moraviamque hodiernam non a Marcomanis, ſed a Maro ſeu Morava fluvio ſic dictam, quam Quados cum proximis Auſtriæ, Hungariæque ad Danubium usque terris incoluiſſe certum eſt, & ſic in ea regione, quæ nunc Sileſia vocatur, poſitos fuiſſe. Pergit deinde Tacitus: *e quibus Marſigni & Burii ſermone, cultuque Suevos referunt, Gothinos Gallica, Oſos Pannonica lingua coarguit non eſſe Germanos: & quod tributa patiuntur; partem tributorum Sarmata, partem Quadi ut alienigenis imponunt. Gothini, quo magis pudeat, & ferrum effodiunt, omnesque hi populi pauca campeſtrium, caterum ſaltus, & vertices montium jugumque inſederunt. Dirimit enim, ſcinditque Sueviam continuum montium jugum: ultra quod plurimæ gentes agunt; ex quibus latisſime patet Lygiorum nomen in plures civitates diffuſum.* Quæ quidem poſteriora verba ſatis & ipſa evincunt, (*b*) Lygiorum omne ſolum ultra Germanorum nomen nunc a Polonis coli. Continuum namque montium jugum illud non aliud, quam quod in Poloniæ, hodie Hungariæ, Moraviæ, ac Sileſiæ confiniis a Sarmaticis, quos Ptolomæus vocat, montibus, juxta oppidum Tvvardoszyn initium ducit, continuoque procurſu ex meridie ſeptemtrionem verſus

ſus ſe extollens, primum ceu directa linea propter amnem ſolum ad opidum usque Olvviczzym Viſtulæ appoſitum, Sileſiam a Polonia dirimit; inde per ipſam Poloniam Wartæ fluvii dextram ripam ad usque oppidum Klodavva proſequens, hinc verſus oppidum Bydgotez, inde in occidentem converſum ad oppidum Kamien, & Stempelberg, atque iterum in ſeptentriones verſus fontem Brogicum, tandem juxta lævam Viperæ ripam ad mare Suevicum inter duo oppida, Slage & Tzanais, deponitur. Ptolomæus univerſum jugum appellat montem *Aſciburgium*. His igitur duobus lateribus ab ortu, & occaſu brumali prædictæ quatuor nationes in univerſum incluſæ fuerunt.

(*a*) Aggrediamur nunc curioſam hanc controverſiam: an nimirum Quadi & Elyſii jure a Cluverio, an injuſte hac regione pronuncientur extorres? Ac inprimis hanc provinciam, aut ſaltem partem ejus Quadis omnino caruiſſe, quis ſibi perſuadebit, cum & communis, ipſius etiam vulgi ab antiquis, immemorabilibus, & probabiliter illis Quadorum temporibus continuatus ſenſus, eruditiſſimorumque ferme omnium hujus rei ſcriptorum conſenſus novæ huic ſententiæ repugnent, adeo, ut Balbinus, egregius Bohemiæ Polyhiſtor, (quemadmodum vocatur Præclariſſimo D. Tollio in Epiſtolis ſuis itinerariis) *Sileſiam olim a Quadis habitatam, partim etiam a Lygiis, certum* eſſe perhibeat? Sed audiamus ipſum Cluverium, ponderemus rationes a noſtro ex Tacito productas: *Quadi* (inquit ille Introduct. Geograph. l. 3. c. 15.) *antiquitus inter Bojohamum, Danubium, & Marum flumen incoluerunt; poſtea vero nomen eorum ad Sarmatica usque juga, quæ ſunt in Hungaria, inter duo celeberrima oppida Erlam & Vaciam, protenſum fuit.* Hæc eſt aſſertio, probationes vero tam noſtri, quam Cluverii non aliæ mihi videntur, quam quod habitatione in hac provincia Oſis, Gothinis, Buriis, & Marſignis jam ſemel aſſignata, atque cuivis harum gentium minorum certo regionis tractu adſcripto, locus ubi Quadi habitaſſe dicantur, non ſuperſit. Verum enim vero concedamus

cedamus ex reverentia erga Henelium patriæ ocellum, erga Cluverium virum (ut loco cit. Balbino dicitur) irrefragabilem: concedamus, inquam, regionem, quam nunc Sileſiam dicimus, a quinque illis populis, Oſis, Gothinis, Marſignis, Buriis, & partim Semnonibus, habitatam fuiſſe: ſed premamus verba ab ipſo Henelio ex Cluverio initio ſtatim §. 16 poſita: *Taciti temporibus.* Quid ſi Taciti quidem temporibus, non autem Tacitum antecedentibus & ſubſequentibus annis Sileſia Quadis caruiſſet? Quidſi Gothini, ſi Oſi, quibus ſuperiorem Sileſiam ex Cluverio aſſignat, ſucceſſu temporis, ut fuere populi inſtabiles, & ob exiguam rei familiaris ſubſtantiam facile mobiles, migraſſent aliò, Quadisque, quorum amplitudo annis illis Tacitum ſubſequentibus, quemadmodum apud Vorburg. Vol. 1. pag. 409 legitur, crevit maxime, ſedes ſuas ceſſiſſent? quidſi (quod omnino mihi veriſimile videtur) Gothini, Oſique commixti Quadis fuiſſent? cum *conſentaneum ſit* (ex Curæo loquor pag. 16) *antiquiſſimis etiam temporibus, præſertim in his ſinibus vetuſtæ Sarmatiæ promiſcuas ſedes fuiſſe Germanorum, & Henetorum:* ego in ordine ad illa tempora priora dico: *Germanorum, Gallorum, & Pannonum:* harum enim fuiſſent nationum illi populi ſecundum Tacitum pro re noſtra ſcribentem ſequentia, etiam noſtro hic citata: *Gothinos Gallica, Oſos Pannonica lingua coarguit non eſſe Germanos, & quod tributa patiuntur, partem tributorum Sarmatæ, partem Quadi ut alienigenis imponunt. Gothini, quo magis pudeat, & ferrum effodiunt: omnesque hi populi pauca campeſtrium, cetērum ſaltus, & vertices montium, jugumque inſederunt.* Capiat amabo, Lector, hæc verba, & ruminetur illud, primo, quod *Gothinis*, quod *Oſis Quadi tributa impoſuerint:* ſecundo quod *impoſuerint tamquam alienigenis.* Tertio quod *omnes hi populi pauca campeſtrium, ſed ſaltus, & vertices montium inſederint.* Quarto, quod *Oſi & Gothini non fuerint Germani.* Quinto, quod *pudor Gothinis fuerit ferrum effodere.* Nunquid non ex his licet arguere, *Quados* fuiſſe in Sileſia ſaltem ſuperiori Dominos; *Gothinos* vero Gallice loquentes, ut *miſeras*, ſecundum probatos Auctores, pulſorum ex Bojohæmo *Gallicorum Bojorum reliquias*, nec non *Oſos* Pannonica lingua utentes, ut paucos *Pannonia exules* tanquam *alienigenas*, atque *inquilinos, ſervos, & ſubditos Quadorum?* nunquid non ex præfata Taciti deſcriptione colligi poteſt, *Quados* habitaſſe in *locis campeſtribus*; *Gothinos* vero, *vilem* quaſi *plebem* in ſaltibus *ferrum effodiſſe*, & *haſtas* forſan, verutas, ſcuta, ceteramque armaturam ferream pro Quadis fuiſſe fabricatos? Id quod Willichius mecum ſentire videtur, *Gothinos*,

Quado-

Quadorum operas, aut conductitias, aut quasi in *servitutem redactas* appellans. in Tacit. Germ. Observet, quæso, curiosus lector adhuc ex verbis e Tacito allegatis, quod omnes hi quatuor populi, nempe *Gothini*, *Osi*, *Marsigni & Burii, pauca campestrium, sed saltus & vertices montium insederint:* (hoc enim de omnibus quatuor populis intelligendum est, cum aliàs, si de Gothinis solis fuisset locutus Tacitus, non *omnes hi populi*, sed *hic populus* tantum fuissent vocati) hic ecce *quam clare* apparet, tam Henelium, quam Cluverium Tacito contradicere. Scribit hic illos habitasse in montibus, & ille, nimirum Henelius, (ut infra legemus) de *Osis* inquit, quod ad *utramque Viadri ripam satis late incoluerint: Pauca campestrium* iisdem assignat Tacitus, & nostet tam *Marsignis, quam Buriis meram ferme planitiem* (quemadmodum in sequentibus Paragraphis erit legere) habitatam fuisse asserit. Non vanum proinde formamus judicium, sensum Taciti nos melius assequi, si *Marsignos*, & *Gothinorum* partem in montibus Bohemicis, alteram vero *Gothinorum* partem, *Osos* & *Burios*, in *Moravicis* & *Ungaricis* (prout infra magis ostendemus) sedisse pronunciemus; *Quadis* vero cum Curæo, aliisque quam plurimis atque gravissimis scriptoribus, saltem partem Silesiæ superiorem relinquamus. Et licet Tacitus dicat: (hoc enim mihi objiciet aliquis Cluverio tenacius cum nostro adhærens) *nec minus valent retro Marsigni, Gothini, Osi, Burii, terga Marcomanorum Quadorumq; claudunt*; Responderi potest objicienti, verba illa, quod *terga Marcomanorum, Quadorumq; claudant*, stante mea sententia duplici modo salvari, vel primo hos populos simul sumptos vere post Marcomanos & Quados habitasse, licet aliqui eorum, puta *Gothini* & *Osi*, illis mixti fuissent: vel etiam secundo hos populos seorsim sumptos, nempe *Osos* & *Gothinos*, verè terga clausisse *Quadorum*, eorum videlicet, qui Moraviam & Pannoniam latissime inhabitarunt, & potiorem suæ gentis partem, a qua denominatio fieri solet, constituerunt.

Cæterum licet tam ex dictis, quam etiam ex supra descriptis Quadorum migrationibus abunde constet, Quados aliquando sedisse in Silesia: Unum tamen adhuc argumentum ex Marcellini libro 17 contra Cluverium, & in ejus verba quasi jurantem Henelium adducemus, illudque tale, quod vel solum sufficeret ad sedes Quadis in Silesia statuendas. Meminerit Lector eorum, quæ supra (ubi de bellis Quadorum egimus) ex dicto Marcellino citavimus, quod videlicet *Sarmatis*, & *Quadis* Pannoniam incursantibus circa annum Christi 350 Romanorum exercitus ad Quadorum regna properaverit; quodque Quadi ex *præterito casu* strage forsan illa, quam passi a Romanis sub Diocletiano & Maximiano fuerant, *impendentia formidantes, rogaturi supplici-*

 ter

pliciter pacem, fidentes ad Principis conſpectum venerint; item quod inter reliquos *Quados, Regales cum ſuis omnibus Arabarius, & Uſafer inter Optimates excellentes agminum gentilium Duces, quorum alter Transjugitanorum Quadorum parti, alter quibusdam Sarmatis præerat &c ad Romanos advolarint.* Hic conſideremus primo, reliquos inter Quados etiam fuiſſe *Transjugitanos* reſpectu nimirum Romanorum tunc in Pannonia degentium ſic dictos: perpendamus ſecundo, tantum parti Transjugitanorum præfuiſſe alterum ex Ducibus illis excellentibus, nimirum Arabarium. His conſideratis videbimus extra omnem omnino controverſiam Quados, (qui Romanis *Transjugitani* dicebantur) ſitu & loco noſtræ Patriæ conſiderato, vocandos eſſe *Cisjugitanos*, eosque cis montes Sarmaticos, ſive cis juga Carpathi in hac noſtra patria habitaſſe, & quidem tantam eorum, etiam *Transjugitanorum* (ut cum Marcellino loquar) fuiſſe amplitudinem, cui regendæ plures Duces, aut Reges præfecti fuerint. Legatur Cellarius in notitia Orb. antiqui pag. 487, Ratiboriam illorum incolatui tribuens. Et Hankius in Antiquitatibus de Sileſiorum Majoribus cap. 14; ubi probare nititur, QUADORUM ſedem fuiſſe intra Sileſiam jam Alexandri Magni tempore annis ante Chriſti nativitatem 333.

(*b*) *Quadis* igitur patriæ noſtræ vindicatis de *Lygiis* etiam, aut ſaltem de una *Lygiorum* tribu, quam Tacitus vocat *Elyſios*, dicendum eſt, illisque ſecundum promiſſionem a nobis factam incolatus in hac regione vindicandus. Tota noſtri Henelii ratio, qua Lygios exterminat ex Sileſia, conſiſtit in eo, quod Tacitus ſcribat, ultra continuum montium jugum, quod Sueviam ſcindit, latiſſime patere Lygiorum nomen: cum vero per jugum iſtud non tantum montes Moravicos & Hungaricos, ſed ſylvas etiam aut ſaltus omnes per Poloniæ planitiem protractos intelligat, neceſſe fuit, ut poſtquam tam Sileſiam potiorem, quam dictos montes & ſylvas gentibus illis quatuor, Marſignis nimirum, Gothinis, Oſis & Buriis, jam implevit, Lygios ad majorem usque Poloniam proſcriberet. Expendatur vero, qua autoritate noſter cum Cluverio ampliſſimam illam planitiem, quæ ex Sileſia per Polonica confinia ad interiorem Poloniam procurrit, atque ſecundum probatos Autores regno nomen dedit, ſupra dictis minoribus gentibus adſcribere poſſit, cum tamen Tacitus illas *pauca campeſtrium, ſed vertices montium*, jugumque inſediſſe teſtatur. Melius profecto illi mentem Taciti aſſequi mihi videntur, qui per continuum montium jugum Carpathum, montes Moravicos, & Bohemicos ſive Sudetos patriam noſtram orientem, meridiem, & nonnihil occidentem verſus munientes, Sueviamque illam veterem vere ſcindentes, aut dirimentes,

hos

hos inter vero Sabothum quoque noſtrum, quem Ptolomæi Aſciburgium eſſe credimus, intelligunt, atque in Sileſiæ planis campis ſat amplis Lygiorum latitudinem incepiſſe, & procul ad Poloniam, ea, qua plana eſt, parte, procurriſſe ſtatuunt. *Lygii vicini Quadis* (inquit Melanchthon in hunc locum Taciti) *non procul a Pannoniis abfuerunt; nam Tacitus ait* (lib. 12. Annal. c. 19) *Præfecto Pannoniæ mandatum fuiſſe, ut contraheret exercitum ad arcendos Lygios.* Ex quo Philippus Melanchthon ulterius arguit, *Lygios* præſertim *Elyſios* ſediſſe in Sileſia, cum præſertim *ſonus appellationis ad Sileſiæ nomen alludat.* Et Lazius de migrat. Gent. pag. 629 Quadis proximos fuiſſe *Elyſios* ſcribit; *His*, inquit, *proximi Elyſii fuere, hodie Sileſii, Ligii modo Lignitii*, & ſane ex verbis Taciti, quibus l. 12 hiſt. Auguſtæ *Ligium*, *Hermundurumque* populos commilitones fuiſſe tradit, non obſcure colligitur, illos etiam ſibi fuiſſe vicinos, ac proinde *Ligios*, Lignitios, *Hermundurorum*, in quibus Albis oritur, finitimos. Verum demus, quod Taciti tempore *Lygii* in hac regione non vixerint; adhuc tamen, uti ſupra pro Quadis, ſic etiam hic pro *Lygiis*, aut *Elyſiis* ſententia ferri poteſt, illos nimirum, ut gentes alias, in varias commigraſſe ſedes, & alio Tacitum vel antecedente, vel ſubſequente tempore ad hanc etiam regionem perveniſſe. *Lygios* certe Hungaris annumerat Raymundus Martianus, & Picus in Stauroſticho, ubi de Danubio loquitur, *Lygios* illum alluere dicit ſequenti carmine:

Alluit Elyſios, Ariosque, & Pæonis oram,
Et Lygios tandem raptu tumefactus aquarum,
Euxinum ingreditur bis terno gurgite pontum.

Mercator etiam atque Hondius fol. 84 Atlan. Elyſiis, & Ariis, Lygiorum populis ſitum prorſus alium, inter Danos ſcilicet, aſſignant. *Aria* die Inſul Arr (ſic ibi verba ſonant) lieget anderthalb Meyl von Elyſia (der Inſul Alſen.) Und wie es aus des Ranzovii Muſeo zu ſehen / ſo ſeynd die Inwohner dieſer Inſul von den Römern Elyſii genennet worden: Gleich wie die andern in der nechſten Inſul darbey Arii; welchen Nahmen ſie dennoch biß auff den heutigen Tag haben und behalten. Quæ omnia cum Taciti noſtri ſenſu non concordant, niſi dicamus, harum gentium aliquas migrationes, aut coloniarum factas fuiſſe emiſſiones ex una in aliam regionem. Quamvis ſint, qui illos *Lygios*, id eſt, *Jacentes* nominatos fuiſſe volunt, eo quod in ſede ſua conſtanter manſerint, & *Vandalis*, id eſt, (quia ſedem ſuam crebro mutarunt) *Ambulantibus* oppoſiti fuerint. Hankius in Antiq. cit. c. 10. Cæterum *Lygii* etiam ſcribuntur *Lugii*, & (ut Doctiſſimus Cellarius in Geographia pleniori recenter edita p. 480 inquit) haud dubii ſunt Zoſimi Λογίωνες, *Logiones*, quos l. 1.

c. 67 cum Burgundis, & Wandalis contra Romanos, ad Rhenum, Probo Romanorum Imperium tenente, profectos fuiſſe tradidit. Plura de *Lygiis* & *Elyſiis* inveniet aliquando Lector in Antiquitatibus Hankianis ſæpiſſime citatis cap. 10 & 11; quorum primo §. 3; ſtatuit, *Lygios* in Sileſia inferiore omnino habitaſſe, ab illis derivari *Lignitium* (de cujus etymo erudite diſcurrit) atque *Lignicenſis* Ducatus Incolas ab erudita Antiquitate *Ligios* non præter caulam fuiſſe compellatos.

In altero vero cap. ſive undecimo ELYSIORUM (quos *omnino* SILESIOS fuiſſe probat) peculiarem quærit originem, & Curæi, Schikfuſiique, illos ab Hebræorum Eliſa trahentium, aliorumque a Græcorum Elyſiis eos derivantium, opinionibus deſertis, Germanicum illis etymon invenit, quod nimirum a cæteris Germanis, ob auxilia ſæpius adverſum hoſtium vires opportuna, dicti fuerint Elliſer/ Erliſer/ id eſt, *Liberatores*. Quæ tamen derivatio magis ingenioſa, quam vera, nobis videtur, cum frigido tantum ſoni argumento fulciatur.

(c) *Moravia* (inquit Goldaſtus de Jur. Boh. l. 1. c. 11.) *nomen accepit non a Marcomanis, ut hactenus falſe & imperite Pirckheimerus, Vadianus, Munſterus, Althamerus, Willichius, Glareanus &c. neque a Maroboduo, ut Bonfinius; ſed a Maro, ſeu Moro flumine Moraviam ſecante, quaſi Moraw, id eſt, Moraugia, Slavis dicitur Morawa, & Morawskazemie, Germanis* Mähren/ *& Incolæ* Mårer/ *Slavis Moravane, & Morawsky, Latinis Moravi: qui tamen in variis ſcriptis Latinorum diverſimode variantur, puta: Marahenſes, Marachenſes, Margenſes, Margentes, Marsvi, Maravani, Meravi, Marchenſes, Marabani, Marachi, Marahabitæ, Marahbani, Mahrenſes, Marahunenſes, Marbitæ, Marabi, Maraci.*

Hæc dum ex Goldaſto exſcriberem, incidit mihi, quod apud Ammianum Marcellinum lib. 19 legi, quod cum Conſtantius Imperator *vallo prope Acuminem* (Pannoniæ inferioris locum) *locato, celſoq; aggere in ſpeciem tribunalis erecto - - - ex alto ſuggeſtu* Sarmatas, ſeu, ut ibi vocantur, *Limigantes* de tumultu ſuſpectos *ſermone leniſſimo, velut morigeros jam futuros alloqui meditaretur, quidam ex illis furore percitus truci, calceo ſuo in tribunal contorto, Marha! Marha! exclamaverit, eumque ſecuta incondita multitudo vexillo elato repente barbarico ululans ferùm in ipſum Principem irruerit*, atque illo quidem equo veloci ſe ſalvante, ſellam tamen regalem cum aureo pulvinari, nullo vetante, diripuerit &c. Ego exclamationem illam *Marha! Marha!* (quæ ſignum apud eos bellicum fuit teſte dicto Marcellino) conſiderans, & aliunde, præſertim vero ex ſæpe citato Marcellino notum perſpectumque habens,

bens, Quados illo tempore cum Sarmatis, seu Limigantibus mixtos contra Romanos mihtasse, & (ut Marcellinus habet l. 17.) Sarmatis adjumenta tulisse, non inepte argui posse credidi, a Limigantibus, seu Sarmatis *Marahenses*, seu *Marabos*, id est *Quados*, tum in Moravia primaria sua habentes domicilia, hoc signo bellico in auxilium vocari fuisse solitos, aut inclamatos, ut Marhas (quod equos apud illos significat) conscenderent, hostemque persequerentur. Et sane non desunt Auctores, qui *Maravos* a *Marhis* von den Mähren/ quasi regio hæc esset *equifera*, deducunt; quam tamen originationem Goldastus stupidam appellat, & Mercator in Atlante irridet. Historiam vero ex Marcellino modo relatam Frid. Lucæ pag. 28 aliter recitat, dum facinus illud non *Sarmatæ*, sed *Quadorum* cuipiam adscribit, & calceum non in tribunal tantum, sed in ipsum Imperatoris caput tortum, a Quadoque non *Marrha* clamatum, sed in verba sequentia: *nos Quadi non solemus ore, sed gladio pugnare*, proruptum; facinus autem istud a Principe cum risu exceptum fuisse memorat. Qui tamen majorem mereretur fidem, si Autorem, ex quo scripsit, citasset.

§. 18.

Gothinis adscribit partem Silesiæ Henelius.

(*a*) Gothinorum finibus nunc continentur Poloniæ particula, qua Oppida Twardoszyn, & Miedzyrzecz, & Silesiæ item pars, qua Oppida Jablakow, Skoczow, Bielsko, Telchen, Freystadt, Fridek: Item Moraviæ portiuncula, qua Oppida Mezyrzec, & Holisow.

(*a*) Hos aliqui volunt esse partem Gentis Gothicæ: *meminerint*, inquit Melanchthon in vocabulis Regionum & Gentium, *studiosi, circumfusas fuisse Gothicas gentes Vistulæ, & incoluisse utramq; Vistulæ ripam, quæ nunc habet Poloniæ nomen.* Sed si Gothi, ergo Germani: si Germani, unde lingua Gallica, qua loquebantur? verisimilius videtur (quod & Kirchmayero Profess. Witteb. placuit in Comment. de Germ.) quod Bojorum Gallorum Bojohæmo pulsorum fuerint reliquiæ, & magis in montibus Moraviam, quam Pannoniam, & Poloniam versus habitarint. Hankio nostro Gothini nec in Moravia nec in Silesia, sed in utriusque finibus, Lazio autem Cuttenbergæ in Bohemia, loco, quindecim lapidibus a Comitatu Glacensi distante, habitarunt. Verum caveat ille, ne, dum in Silesiæ finibus illos patitur, aliquos saltem eorum *Silesiæ* Majoribus annumerare cogatur: hic vero videat, an Cuttenbergi Bohemi

Bohemi *Marcomannorum Quadorumque terga* (ut Tacitus de Gothinis loquitur) *claudere possint.*

§. 19.

Osis quam partem assignet Henelius?

Osi Gothinis ab Septemtrionibus continuabantur ad utramque Viadri (*a*) ripam satis late incolentes; versus occidentem ad Marum usque Quadorum terminum, versus Orientem ad Vartam, & prædictum jugum Alciburgium, ultra quod Lygii. Continentur nunc hisce finibus Silesiæ pars, qua præcipua oppida, Oppeln / klein Glogau / Ratibor, Troppa, Pszyna, Rybnik, Bytom: dein Poloniæ oppida, Dlugoszyn, Mrzyglod, Olezlyn, Mslow.

(*a*) Jam supra ostendimus, *Osos* ab Henelio male reponi ad utramque Viadri ripam, sive ad planitiem; cedant præfati *Gothini* aliqua parte Pannoniam versus, & *Osis* illam relinquant, ut hi, cum Pannonice loquantur secundum Tacitum, non inter se duntaxat, sed cum vicinis etiam Pannoniæ incolis hoc idiomate uti valeant. Fuerunt autem, secundum aliquos scriptores, *Osi Aravisciis* similes, eodem cum illis sermone, institutis, moribus usi, ut propterea Tacitus Germ. 28. 5 dubitet, utrum Aravisci in Pannoniam ab *Osis* Germanorum natione, an *Osi* ab *Aravisciis* in Germaniam migraverint. De *Osis* porro, & *Aravisciis* Tacitus ait, *quia pari olim inopia, ac libertate, eadem utriusq; ripa bona, malaq; erant*, loc. cit. sed cujus utraque ripa fluvii? *Danubii*, respondent scriptores, qui Pannoniam tum separabat a Germania; Aravisços ergo ad unam Danubii ripam, nimirum respectu nostri, trans Danubium reponit, & sic cum Ptolomæo, qui eos lib. 2. c. 16 *inferiores Pannoniæ gentes* nominat, consentire videtur: *Osos* vero ad alteram Danubii ripam habitasse scribit Tacitus, ut lectori ipsius verba consideranti patebit. Ut proinde mirer, quomodo hunc populum, Osos videlicet, qui pauci fuere, & ob inopiam ignobiles, Henelius ad usque Viadrum nostrum extrahere, Cluverius vero Vistulam inter & Marum fluvios incolatum illis assignare, salva Taciti autoritate, potuerit. Nisi vindicari Osi Silesiæ, autoritasque dictorum virorum aliquomodo saltem salvari possint, si gentem hanc *inopem*, prout eam vocat Tacitus, a Danubio usque ad Silesiam per tenuem tractum, atque dispersim tantum usque ad dictos Gothinos habitasse dicamus: alias certe spatium imaginarium duntaxat *Osis* in hac regione assignaturi, §. 20.

§. 20.

Marſigni quam partem Sileſiæ incoluerint?

(*a*) Marſign proximi Marcomannis ad Viadrum usque: a Septemtrionibus magnæ Suevorum genti juncti, linea a vico Steinau Viadro adpoſita ad Bojohæmica juga, qua oppidum eſt Frideberg, ducta. Continetur hiſce finibus celeberrima Sileſiæ pars, qua oppida nobiliſſima, Neyß / Mönſterberg / Grottgau / Brieg / Olau / Schweidnitz / Striga / (*b*) Liegnitz / & ipſum totius Sileſiæ caput, Breßlau: prætereaq; Comitatus Glacenſis.

(*a*) Marſigni fuere Suevi: nominis originem a Marſo quodam Hermionum veterum Rege, filio Hermanni illius celeberrimi, a quo Hermiones dicti fuere, derivari nonnulli putant. Quem Marſum nec non Patrem ejus Hermannum poſt mortem illorum ut DEOS coluerunt poſteri, ſubditi ſtatuas illis erexerunt, victimas mactarunt, eorumque tanquam ſtrenuiſſimorum belli Ducum contra hoſtes ſuos auxilium & victoriam ſperarunt. Quamvis credam *Marſum* & *Martem* hic confundi, noſtrisque Germanis cum tempore, *Marſum* ac *Martem*, unum eundemque fuiſſe. Audiamus antiqvum de Germanorum Marte carmen non inconcinnum:

Primus honor Marti, clypeo Mars fulget & enſe,
Germanamque manu frameam tenet: illius aris
Victima prima cadit: gentis pater ipſe vocari
Gaudet, & Arctoo ſedem ſibi deligit orbe
Cernis, & Alciden, junctumque Tuiſcona Manno
Teutonico &c.

Marſignos putat Althamerus in ſcholiis ſupra Tacitum eſſe Ptolomæi Marungos, vel Marvingos, quod & mihi probatur, maxime ſi ſedes, quas tam Ptolomæus, quam Henelius hic illis attribuit, conſiderem; quamvis Willichius hoc non approbet, ſed quatuor hos populos, *terga Marcomannorum Quadorumque claudentes Marſignos, Gothinos, Oſos, & Burios*, omnes intra Carpathum & Sarmaticos montes ab ea Danubii parte (ubi Oſos in præcedenti paragrapho monſtrante Tacito invenimus) usque ad Viſtulam protendat.

(*b*) Nimis etiam hic extendit Henelius *Marſignos*, non utique in alium finem, quam ut *Lygios*, a quibus Lignitium ſecundum probatos Auctores ſuam

ſuam trahit originationem, ex Sileſia cum Cluverio proſcribat: ſed hoc infra diſputabimus. Trahamus ulterius funiculum diſtributionis, videamusque

§. 21.

Quam partem Buriis in Sileſia Henelius adſcribat?

Burii inter Marſignos ac Lygios medium jugi Aſciburgii adcoluere ab occaſu æſtivo, a vico Steinaw ad oppidum Szrzoda Vartæ impoſitum, linea ducta a Semnonibus, diſtincta a ſeptentrionibus Varta fluvio, a dicto Oppido Szrzoda ad Oppidum Krlo a Burgundionibus. (*a*) Comprehenduntur nunc hiſce finibus Sileſiæ pars, qua Oppida Prauſnitz, Schildberg, VVartenberg, Beraun, Brzeſznica, VVielun, Boleslaw, VVierus, Sieradz, Grabow, VVartei, Sadecz, Unienow, Kaliſz, Kolo, Konin, Kotecz, Kozmin, Jutroſzyn.

(*a*) Miror denuo Henelium, & Cluverium, quod *Buriis* alienas aſſignent ſedes. Malim ego Lygiorum nomini latiſſime patenti (ut inquit Tacitus) hanc Sileſiæ, Poloniæque partem aſſignare, *Burios* vero cum Ptolomæo illis coævo, ac proinde fide digniore usque ad Viſtulam reducere. Meminerit lector, a me ſupra *Gothinis* parum, *Oſis* vero tractum tantum tenuem in Hungaricis montibus fuiſſe conceſſum, quod ideo factum, ut locus ad caput Viſtulæ, quo Henelius *Gothinos* direxerat, *Buriis* remaneret, atque Ptolomæi verba, quæ lib. 2. c. 11 de his ſcribit, ſalvarentur.

Accedit, quod tali facta diviſione *Marſignis* nimirum ad Bohemicos, qui ſunt intra, & cis comitatum Glacenſem, atque Moravicos montes repoſitis, Gothinis partim ad Moravicos, partim Pannonicos, Oſis vero, Buriisque ad Carpathum, & fontes Viſtulæ directis, magis cum Tacito, qui hos quatuor populos *terga Marcomanorum, Quadorumque claudere* ſcribit, conveniamus, quam Cluverius & Henelius, qui, dum Burios ad inferiorem trans Oderanam Sileſiam trajiciunt, non utique *terga Marcomanorum*, ſed, Heneliano textu conſiderato, *terga Marſignorum* eos claudere faciunt. Quamvis, ut ſupra jam indicavi, *Marſigni* ſecundum meum Syſtema, nec quidem ad Lignicenſem, multo minus ad Wolavienſem ducatum, ſedes ſuas protraxerint.

§. 22.

§. 22.

Semnones ubi ſederint?

De Semnonibus ſic idem Tacitus: *Vetuſtiſſimos ſe, nobiliſſimosque Suevorum Semnones memorant. Fides antiquitatis religione firmatur. Stato tempore in ſilvam auguriis patrum & priſca formidine ſacram omnes ejusdem ſanguinis populi legationibus coëunt, caſoque publice homine celebrant (a) barbari ritus horrenda primordia. Eſt & alia luco reverentia. Nemo niſi vinculo ligatus ingreditur, ut minor, & poteſtatem Numinis præſe ferens, ſi forte prolapſus eſt, attolli & inſurgere haud licitum, per humum evolvuntur, eoque omnis ſuperſtitio reſpicit, tanquam inde initia gentis, ibi Regnator omnium DEUS, cetera ſubjecta, atque parentia. Adjicit auctoritatem fortuna Semnonum: (b) Centum pagis habitantur, magnoque corpore efficitur, ut ſe Suevorum caput credant.* Eosdem ab integritate, fortitudine, & gravitate tantopere Strabo collaudat, (c) ut eos quaſi σεμνὸς dici voluerit. Quos & reſpondiſſe huic nomini res maximæ, plurimæque domi, ac foris in mediis Galliis, in Italia, & alibi peractæ, ibidemque caſtra, & urbes exſtructæ, Coloniæque deductæ evincunt clariſſime. Continetur hodie illorum finibus Poloniæ minor pars inter Vartam, & Viadrum, atque in ea Urbs magnifica Poſnania: Sileſiæ pars, qua Ducatus Croſnenſis, oppidaque (d) celebria, Glogau, Sagan, Sprottau, Sorau: Luſatia:

Marchiæ Brandenburgenſis portiunculæ, qua Oppida Franckfurt / & Trevven, Breczen; itemque regio Sternbergenſis; Anhaltini Principatus: Saxoniæ item ſuperioris, & Miſniæ partes trans Albim.

(a) Hoc crudele ſacrificii genus multis aliis nationibus, etiam Græcis fuit uſitatum. Sic Agamemnon filiam Iphigeniam, ut Dianæ iram in navigatione placaret, ad aram mactavit, aut mactare voluit. Fuit & hæc conſuetudo olim Syris, Arabibus, Ægyptiis: & noſtris his ultimis ſeculis in Indiæ inſulis ſimiles idololatriæ inventæ ſunt.

(b) Centum pagi, id eſt, diœceſes, inquit Willichius in Tacitum; pagus autem, ſecundum Althamerum, non tantum villarum, ac domorum ruſticarum congeriem ein Dorff / ſed etiam tractum alicujus fontis, aut fluvii, hoc eſt, regionem ad rivum ſitam ſignificat ein Gau/vel Göw/ und Bach.

(c) Σεμνὸς, quaſi honeſtus, aut nobilis, aut venerabilis. Hi e Germania in Galliam venientes Senam, urbesque alias condiderunt. Quamvis nonnulli Auctores Senones Gallos ab his *Semnonibus* Germanis diſtingui putent. Vide Schopperi Chorographiam Germanicæ nationis.

(d) Semnones ex Sileſia contra Cluverium & Henelium proſcribit Hankius, eosque trans Albim ad Suevum, quem non Viadrum aut Oderam noſtrum, ſed Spream eſſe ex probatiſſimis oſtendit Autoribus, trajicit. Quibus tamen nos, cum pro ſuis centum pagis amplisſimo indiguerint ſpatio, partem etiam Sileſiæ favemus.

§. 23.

Cluverii ſententiam amplectens Henelius, qui populi hanc provinciam inhabitarint, determinat.

Atque hæc ex ſententia dicti aliquoties, ac dicendi Cluverii, quam ipſe quidem non hodie, aut heri, ſed jam pridem, vix triennio a prima hujus libelli editione elapſo amplexus fui, hujusmodi tunc ad amicum epigrammate ſcripto:

(a) *Sen-*

(a) *Senſi olim, ut ſenſere alii, quæ Sleſia jam nunc*
Dicitur, hanc veteres incoluiſſe Quados.
Nunc mutata mihi ſententia: ut arbitrer Oſos,
Marſignos, Burios, Semnonas, & Gothinos.
Exacta id ratione probat Cluverius, ille
Teutoniæ veteris primus in hiſtoria.
Communis nam, ut amat fieri, nos abſtulit error:
Nunc monitus, vero quæ propiora, ſequor.

Neque vero lectori ſubticere poſſum, eſſe penes me Commentarium de Sileſia ante annos centum & triginta circiter ſcriptum: Cujus Auctor Sileſiam olim & a Marſignis habitatam, & Marſignam dictam fuiſſe diſerte adfirmat, iisque ipſis Taciti verbis, quæ allegavimus, confirmat. Hac ergo ſententia tantiſper, dum ab aliis refellatur, ſtante antiquiſſimi, qua ſciri poteſt, Sileſiæ incolæ fuerint Suevi: iique non minorum plane gentium, nec minus, quam Marcomani, & Quadi valentes, quanquam non ſine colluvie aliqua alienigenarum, Pannonici nempe, & Gallici generis, quibus ob id hac conditione, ut tributa paterentur, ſolum id poſſidere permiſſum.

(a) Præclariſſimo noſtro Henelio, ſi mihi epigramma illud fuiſſet ſcriptum, ſequentibus reſpondiſſem:

Sentio, ut Hennelius: ſed ſicut ſenſerat olim,
Dum punctum, ſicut ſcribitur, omne tulit.*
Sentio cum multis aliis, quæ Sleſia jam nunc
Dicitur, hanc veteres incoluiſſe Quados:
Nec non Elyſios, Lygioſve, & Semnonas *olim*
Majorem patriæ partem habitaſſe meæ:

* Apud Balbinum.

Marſignos, Gothinos, Oſos, Buriosque *fuiſſe*
Paucos campeſtres, ſed tenuiſſe juga.
Hermundurorum *partem quis jure negabit,*
Olim de patria participaſſe mea?
Exacta id ratione probat Tacitus meus, ille
Teutoniæ veteris primus in hiſtoria:
Senſum ejus veterem veteri de Teutone laudo:
Verus, *ut eſt alibi, hic vix* Cluiverus *erit.*

Habes ergo hic, benigne lector, antiquos Sileſiæ Germanos incolas, quorum *Primis Lygiis*, (ac præſertim *Elyſiis*) populo latiſſime patenti cor quaſi, aut meditullium hujus regionis, id eſt, ſecundum noſtrum Syſtema Ducatus Lignicenſem, Schwidnizenſem, Wolavienſem, Wratislavienſem, Bregenſem, Oelſnenſem, partem etiam Glogovienſis & Jauravienſis, in planitie ſitam cum ipſo Jauravio, Dynaſtias præterea Militzchenſem, Wartenbergenſem, Trachenbergenſem adſcribimus; quam late vero Vartam inter & Viſtulam fluvios Lygiorum nomen in plures civitates diffuſum patuerit, non definimus: nec quando Ducatus aſſignamus, tam ſtricte intelligi volumus, ut hi accuratiſſimi fuiſſent termini, ultra, aut intra quos alii non habitaſſent: quis enim iſta divinet? perquam tamen eſt vero ſimile, eos has Sileſiæ partes incoluiſſe. An *Manimi*, qui Lygiorum fuere tribus, aut Civitas, ſedes ad Oderam (ut vult Curæus & Dreſſerus,) fixerint, non diſquirimus.

Secundis vero (*Quadis* nimirum) ex Moravia (ubi primarias habuere ſedes) in ſuperiorem Sileſiam cum Moravia contiguam extenſis, Oppavienſis, Carnovienſis, Niſſenſis, Teſchinenſis Ducatuum potiores partes: Opolienſem vero, & Ratiborienſem integros, cum Pleſſenſi Dynaſtia aſſignamus; non ſoliciti, an ulterius juxta Viſtulam ad aliquam minoris Poloniæ partem protenſi fuerint. Horum autem Quadorum pars *Sidones* a Birckheimero ad Ducatum Opolienſem collocati, a Quadorum Rege Sidone forſan dicti, item *Cogni* ab eodem Birckheimero ad Teſchinenſem repoſiti fuere.

Tertiis iisque Suevorum nobiliſſimis *Semnonibus* Ducatus inferioris Sileſiæ Croſnenſem, Saganenſem, Circulum Schwibuſienſem, & potiorem partem Glogovienſis, nec non aliquam Jauravienſis Saganum verſus ſitam concedimus, non inquirentes, ubi præterea numerum centum ſuorum pagorum compleverint?

Quartis porro *Hermunduris*, aut ſaltem nonnulli parti eorum cum

Tacito

Tacito montes illos Sudetos, in quibus Albis oritur, in Ducatu Jauravienſi attribuimus: non dubitantes, quin non Albis duntaxat, ſed & Zaci, Boberi, Quiſſi, Cattique fontes Hermunduri poſſederint; præſertim cum Tacitus ſcribat Albim in Hermunduris oriri, non vero in finibus Hermundurorum, indeque colligi queat, etiam ante Albis fontes hanc gentem habitaſſe. Quamvis enim Doctiſſimus Kirchmayerus, in Comment. in Tacitum, cum Cluverio conſtanter aſſerat, in Hiſtoria & Geographia ſapere ſoloeciſmum, ſi Hermunduri ad Sileſiæ montes Gigantæos usque Schmidebergam extendantur, eo quod Paterculus ſcribat *Albim Hermundurorum fines* præterfluere, ac proinde vel falſum fuiſſe Tacitum (quemadmodum etiam Cellarius in not. Orbis antiqui pag. 484 opinatur) vel per ortum Albis apud eum non ipſos fluvii fontes, ſed illam fluvii partem, qua ſufficienti fluit alveo, intelligendum; ego tamen hanc Kirchmayeri opinionem *legens illico* adverti, per verba Paterculi, quibus Albim Hermundurorum fines præterfluere ſcribit, non fines hos Sileſiam verſus, ſed alios, quibus *Semnonibus* fuere juncti, fuiſſe indicatos, uti tabulam geographicam conſideranti patebit. Cæterum Hermunduri etiam fuere Suevorum natio: procul dubio ab Hermionibus ſuam trahentes originationem. Celebrantur a Tacito ſequentibus: *Hermundurorum civitas fida Romanis, eoque ſolis Germanorum non in ripa commercium, ſed penitus, atque in ſplendidiſſima Rhetiæ provinciæ colonia paſſim ſine cuſtode tranſeunt, & cum ceteris gentibus arma modo, caſtraque noſtra oſtendamus, his domos, villasque patefecimus, non concupiſcentibus.* Sed quo celebriores tunc fuerunt, eo magis oblivioni nunc dati: nam quemadmodum Poëta meus de illis canit:

\- - - - - *ſuper æthera quondam,*
Nunc Hermunduri ſolo vix nomine noti.
Hos quoque Marcomanus, pluvium confinis ad Auſtrum
Submovit, ſeſeque illis ceu in tuta receptus
Saltibus inſinuat.

Tum vero Hermunduros a Marcomanis ſubmotos fuiſſe credo, dum hi Romanis *infeſti hoſtes*, illi *ficti* amici extitere.

Conringius de Antiq. Stat. Helmſt. p. 76 putat, tertio poſt Chriſtum ſeculo a Burgundionibus, & Suevis Hermunduros, ab his vero Cheruſcos ex Thuringia, fuiſſe pulſos: atque ab Hermunduris, qui Praunio iidem ſunt cum Thuringis, Thuringiam ſuum nomen eſſe ſortitam.

Quintis, iisque ſupra dictis *Marſignis*, ſecundum dicta, vix aliquid

de Jauravienſi, nonnihil tamen, maximè montes de Schwidnitzenſi Ducatu, Comitatum Glacenſem, Ducatum Mönſterbergenſem, potiorem Niſſenſem cum territorio Grotgovienſi tranſcribimus.

Sextis, *Gothinis* nimirum, montes Moraviam verſus, & aliquam Carpathi partem pro ferrariis officinis relinquimus.

Septimos, qui ſunt *Oſi* Pannonici, ad tenuem aliquem in dicto monte tractum.

Octavos tandem qui vocantur *Burii* ad Viſtulam in præfato monte ſcaturientem cum Ptolomæo, ſecundum ſuperius dicta conjicimus.

Ut autem hæc omnia, quæ de Veteri Germania, ejusque vetuſtis incolis hactenus diximus, melius mandentur memoriæ, ecce tibi, lector benigne, ſubjungitur

SYSTEMA VETERUM GERMANORUM:

Eorumque tam communia, quam ſpecialia nomina,

& variæ ſedes

Ex Plinio, Lazio, ac præſertim Tacito aliisque exſcribuntur.

Primi ergo ſunt

Celtæ

A Noë per Japhet deſcendentes, & poſt exitum ex Aſia diviſi in

Hiſpanos, Gallos, Britannos, Illyrios, & Theutiſcos:

Qui ultimi ſuam trahunt Originem

a Teutone, vel Tuiſtone, vel Theutſone,

Per quem vel ipſum DEUM, vel Adamum, vel unum ex filiis Noë intellexerunt.

Theutiſci,

Vel, ut loquitur Tacitus, recenti & peregrino vocabulo

Germani

Variis rurſum tum generalibus, tum ſpecialibus nominibus gentilibus inter ſe fuere diſtincti, & quidem ſecundum Plinium

Primo

Primo in Vindelicos, vel ut legunt alii, Vindalos, aut Vandalos, vel a Vandalo fluvio, qui eſt Viſtula, cujus fuere accolæ, vel ab inſtabilitate locorum, vom hin und her wandeln/ ſic nominati. Quibus annumerat Burgundiones, Varinos, Carinos, Guttones; quorum primi in aliqua parte majoris Poloniæ, ſecundi in Ducatu Meklenburgico, tertii in Pomerania, quarti in Pomerellia partim, partim vero in aliqua parte Pruſiæ, Viſtulam verſus, ſediſſe ſcribuntur.

Secundo in Ingævones, ſub quibus Cimbros, & Teutones ſpecialiter ſic nominatos, complectitur, iisque hodiernam Holſatiam, Jutland, ſeu Cimbricam Cherſoneſum aſſignat. Cimbri Taciti ævo *parva civitas, ſed gloria ingens.* Quod autem Cimbri illi aliquando in Sileſia ſederint, aut ſaltem per eam tranſmigrarint, Doctiſſimus Daniel Mercator in erudito tractatu ſuo, **das bevölckerte Cimbern**/ probare nititur ex ollis, quas mortuorum buſtis Cimbri olim implentes in nonnullis Sileſiæ locis recondidêre in ſui ſuorumque perpetuum monumentum. De quibus tamen fuſius, aptiusque cum Henelio noſtro alibi diſſeremus.

Tertio in Iſtævones, quos ad Rhenum reponit.

Quarto in Hermiones, quibus Germaniæ meditullium, ut puta hodiernam Sueviam, Franconiam, Saxoniam, Miſniam, Thuringiam, Bohemiam, Luſatiam, Sileſiam &c. aſſignare videtur. Hermionum vero præcipue Suevi fuere.

Quinto in Peucinos, & Paſtarnos, quorum limites ad Daciam usque producit, eosque in hodierna Podolia habitaſſe putat. De quibus tamen Tacitus, quin Germani fuerint, dubitat. Hucusque ex Plinio.

Tacitus vero

in libello de moribus Germanorum in hiſtoria ſpeciali, ſeu ſecunda libelli parte, ſingularum Germanarum gentium ſpecialia nomina & ſedes enumerans,

eas dividit

in Nervios & Treveros, qui ſecundum Tacitum Galli quidem ſunt, Germanicam tamen originem affectant; Nervi, vel Nervii ultra Moſam ad Occidentem ſiti, ubi hodie Tornacenſis Epiſcopatus. Cellarius pag. 364.

Vangiones, ubi nunc Epiſcopatus Wormatienſis. Cellarius p. 311.

Triboccos, a tribus fagis, antiqua religione conſecratis, quaſi Treybuchii nuncupatos: tractum Alſatiæ, ubi Argentoratum, habitarunt. Cellar. p. 299.

Nemetes

Nemetes ditionis Spirenſis cultores: quorum nomen olim latius patens omnes illos Suevos, qui in his noſtris regionibus ſederunt, complectebatur, Slavisque dedit occaſionem nos Germanos *Nemes* vocandi. vide Cellarium p. 305.

Ubios, qui Colonienſes fuere, & Romanorum colonia, adeoque Romani, libenter Agrippinenſes vocati apud Tacitum. Cell. p. 326.

Batavos, qui Cattorum gens, Hollandiam, ſeu Bataviam incoluere. Cell. p. 343.

Mattiacos, non procul Moguntia habitantes: partem Cattorum fuiſſe ſcribit Cell. p. 473.

Cattos, quorum finibus hodie Thuringia, & Haſſia, Abbatia Fuldenſis, & Franconiæ portio comprehenduntur. *Duriora genti corpora*, inquit Tacit. *ſtricti artus, minax vultus, & major animi vigor*, &c. quin Sileſiam aliquando incoluerint, dubito, licet Hagecius hoc doceat. Cæſar Suevos eos vocat. Cellarius p. 473.

Uſipios, nunc Clivenſes, ſcribuntur *Uſipetes*, *Uſipetæ*. Cell. p. 471.

Tenctcros, ad Rheni ripam prope Coloniam, laudantur a Tacito, quod boni fuerint equites, ſicut Catti boni pedites. Cell. loco cit.

Bructeros, Juliacenſis partem, Bergenſis, ac Clivenſis agri usque in Weſtphaliam incolentes. Cell. p. 468.

Chamavos, vel Chamanos inferiores Germaniæ populos, Cliviæ & Geldriæ partem incolentes.

Angrivarios, quaſi Angreiffer/ vel Anwarer/ Weſtphalorum gentem ad Viſurgim fluv. Angria Engern.

Dulgibinos, inter Saxones vel Weſtphalos numeratos.

Chaſvaros inter Paderbornam, & Viſurgim Cattorum partem.

Friſios, qui ad Amiſiam conſederunt.

Chaucos inter Amiſiæ & Albis oſtia utramque Viſurgis ripam colentes.

Cheruſcos, in quorum agris hodierni Luneburgenſes & Brunſvicenſes, Epiſcopatus Vehrdenſis, Hildeshemenſis, Halberſtadienſis, & Magdeburgenſis, cis Albim pars.

Foſos, inferiores Saxoniæ populum.

Cimbros, de quibus jam ſupra ex Plinio.

Suevos, de quibus in præcedentibus paragraphis jam multa. Sed ſubdividit Tacitus

Suevos

In ſequentes nationes:

in Semnones, de quibus §. 22. Longo-

Longobardos, quos, ut loquitur Tacitus, *paucitas nobilitat*. Saxoniam inferiorem cis Albim, ſecundum alios Brandenburgicam Marchiam, poſtea relictis ſedibus inſulas Germanici maris occuparunt. Poſtremo Italiæ partem, quæ hodienum ab ipſis Longobardia & Lombardia dicitur, expugnarunt.

Reudignos, Suevorum aliquam nationem obſcuram.

Aviones, Mecklenburgenſes aliis, aliis Donnenbergenſes.

Anglos, Saxonum populum, in Anglia ſedentem.

Varinos, de quibus ſupra ex Plinio.

Eudoſes, Vandalorum partem.

Suardones, etiam Vandalorum gentem.

Nuithones, qui per Pomeraniam usque in Pruſſiam conſediſſe traduntur.

Hermunduros, in Miſnenſium ora, & Bohemiæ, nec non ſecundum noſtrum ſyſtema, in Sileſiæ particula conſidentes. Conſule Cellarii not. Orb. antiq. pag. 483 &c.

Nariſcos inter Bojohæmum occidentale latus cum aliqua Norinbergenſis tractus, ſuperiorisque Palatinatus parte tenentes.

Marcomanos, de quibus ſupra.

Quados, hic fuſe diſputatos.

Marſignos, Oſos, Gothinos, *Burios* } de quibus in præcedentibus.

Lygios, quos non tantum ad Sileſiam ſecundum dicta, ſed ad Poloniam nobiſcum, imo & ad Luſatiam usque multi retrahunt, qui

Lygii

Rurſum ſubdividuntur a Tacito

in Arios, *qui præcipui fuere Lygiorum, & a Tacito deſcribuntur tanquam truces, qui inſitæ feritati arte ac tempore lenocinantur, nigra ſcuta, tincta corpora, atras ad prælia noctes legunt: ipſaque formidine, atque umbra feralis exercitus terrorem inferant, nullo hoſtium ſuſtinente novum, ac velut infernum adſpectum.* Uno verbo germanico: Sie ſehen aus als wie der Teuffel. Illos aliqui Auſtriæ & Hungariæ partes incoluiſſe volunt; ſed neſcio, quomodo Taciti, omnes Lygios ultra montes Sarmaticos reponentis, autoritatem ſalvent.

Helveconas: his etiam partes Auſtriæ & Hungariæ Moraviam & Sileſiam verſus aſſignantur: ſed idem, quod ante Ariis, etiam his ex Tacito objicitur.

Manimos, quos Curæus & Schikfuſius noſter ad Oderam in meditullio Sileſiæ ſediſſe volunt, Henelius tamen cum reliquis Lygiis ad Poloniam proſcribit.

Elyſios, quos nonnulli Selignos nominant; & non pauci pro Sileſiæ incolis habent, nec non nomen hujus provinciæ ab iis derivatum volunt, uti infra audiemus.

Naharvalos, apud quos, ût rurſum Tacitus, antiquæ Religionis lucus oſtenditur. Præſidet Sacerdos muliebri ornatu, ſed DEOS interpretatione Romana Caſtorem, Pollucemq; memorant &c. Sedes illis aſſignantur ad ripam Danubii Moraviam verſus. Sed repugnat ſæpe dictus Tacitus, niſi varia migratione varias acquiſiviſſent ſedes.

Lygiorum quidem fuere plures nationes, ſed eas tantum, quarum Tacitus meminit, ſcribere placuit.

Plures dein Germani in dicto Taciti libello numerantur, nimirum

Gothones, quos alii ultra Danubium ad fluminis Savi partem, alii vero, & aptius ad Pomeraniam locant. Vide Cellarii notitiam Orbis antiqui pag. 487.

Rugii, Oceani accolæ, qui poſt in Inſulam tranſgreſſi ſunt, quæ nunc Rugia, Rûgen/ appellatur.

Lemovii, Pomeraniæ cultores, ea parte, qua nunc Urbs Stettin, Wolgaſt, Gripswalda & Wiſmaria.

Suiones, item Sueones, nunc Suedi, vel Sueci.

Æſtios, aliis Pruſſi, vel Pruteni, aliis Angli.

Sitones, ubi modo Norwagii.

Has gentes enumerat Tacitus.

Cum vero nec Burgundionum, nec Francorum, nec Saxonum, nec Alemanorum, nec Sicambrorum, nec Gothorum, nec Herulorum in hoc ſuo de Germania libello ullam faciat mentionem eò, quod forſan illius ætate hæc nomina, aut ſub his nominibus Germani, nondum mundo innotuerint; nos hic ex Lazio, aliisque Autoribus quam breviſſime eorum meminiſſe volumus. Et quidem

Primo Burgundionum, qui ſecundum Lazium cum Wandalis primo in Scythia, poſt in Germania & (ut ſupra jam dictum) in aliqua parte Poloniæ hodiernæ ſederunt: hinc vero ad Rhenum, & inde in Galliam migrarunt, ibique regnum Arelatenſe fundarunt.

Secundo Francorum ſecundum Lazium a Cimbris originem trahentium. Galliam occuparunt ſub Honorio vix expulſi: poſt Hunnorum

norum tamen adventum Belgium & Galliam rurſus intrarunt. Putantur iidem eſſe cum Sicambris. Sub Clodovæo ab illis Alemanni ad internecionem cæſi fuere. Hinc Franci penes Rhenum aſcendentes, Mœnumque trajicientes Francofurto fortean nomen dederunt, atque in hodiernam Franconiam immigrarunt.

Tertio Saxonum, qui nonnullis Auctoribus nomen inde traxiſſe videntur, daß ſie gleichſam Saſſen heiſſen; weil ſie lange Zeit friedlich an einem Orte ſaſſen. Hos Tacitus per Chacos a juſtitia celebratos intelligere videtur. S. Hieronymo breviter & bene *Gens non tam lata, quam valida* dicuntur. Dux eorum fuit Arminius ſupra laudatus. Primam ſedem aliqui in Holſatia ponunt, unde longe, lateque fuere diffuſi.

Quarto Alemanorum, qui primum pars tantum fuere Germanorum, poſtmodum omnibus in communi Germanis nomen ſuum communicantes.

Quinto Teutonum, qui ſimiliter pars tantum Germanorum aliquando fuere, nomine illorum alias communicato omnibus Germanicis nationibus.

Sexto Sicambrorum, qui cum Francis iidem habentur.

Septimo Gothorum, qui Italiam, Hiſpaniam, Galliam immaniter devaſtarunt: orti vero creduntur ex Suecia, ubi etiamnum Gothlandia.

De Gothis, Viſigothis, Herulis, Tauriſcis, & aliis plura volens ſæpe citatum Lazium legat de Gentium aliquot migrationibus.

Atque hæc de Veteri Germania ſufficiant; fateor tamen, longe plura fuiſſe eorum nomina, & nonnulla forſan etiam a me perperam explicata, aut derivata; ſed excuſat hoc doctiſſimus Scholiaſtes ille, cui in Annotationibus ad Clariſſimi Cluverii Introd. Geogr. p. 198 *furoris potius, quam ingenii eſſe videtur, omnia antiquarum gentium nomina ad originem velle reducere:* cum Germani ex Aſia a ſpeciali Duce deducti varias, easque plurimas in Europa Regiones per varias migrationes ſucceſſu temporis occuparint, atque pro regionum, facinorum, morumque, limitumque varietate varia ſortiti nomina fuerint. Id quod Faber noſter affabre his verſibus effert:

Jam poſt confuſas linguas, ingentibus auſis
Liquerat eductam cælo Babylonia molem
Turba, Duces ſortita ſuos, jam ſparſa per Orbem
Terrarum, vacuas turmatim invaſerat oras.
Primus in Arctois loca vaſta Tuiſco pruinis

Occupat, atque nova poſiturus nomina genti
Incluſit prudens manſuras advena ſedes
Fluctivago Rheno, ripisque binominis Iſtri,
Baltica quaque petens fluit Hermundurius Albis,
Æquora, Carpati quaque Iſtula vallibus ortus
Vandalicas Codano properat miſcere paludes.
Principio, quam difficili primordia gentes
Progreſſu crevere hac in faſtigia rerum,
Utque ſuis tandem Germania finibus auctæ
Limitibus vix nota ſuis ſe effuderit, &c.
Nunc age, quis mihi majus opus, gratique laboris
Facturus pretium priſci de ſtirpe Tuiſci
Prognatas numeret gentes? & regna ſub Arcto
Diverſis erecta plagis? penitusque, brevique
Momento everſa, atque omnem cum nomine gentem
Exoleviſſe, ultroque ſuis regionibus actas
Digreſſasque alio, ſive has liquêre volentes,
Sive gravante domi turba, ſeu Martius ardor
Impulerit patriæ ſplendentibus ignibus atros
Externo prorumpentes e culmine fumos
Præferre, & dubias aliorum invadere ſedes,
Nempe Caledonios Germano ſanguine Pictos
Quis neget extremis ſeſe inſinuaſſe Britannis?
Quis Pyrenæas neſcit victoribus Alpes
Excitis gelido patuiſſe Aquilone Suëvis,
Et nunc incolere? Heſperiam conjunctus Alano
Cattus arat, quis io, quot Cimbrica Cherſoneſus
Effudit populos, numero comprenderit? & quas
Deſeruit, cepitque alias Gothus, & vagus oras
Vandalus? Hercinia quos Bructerus accola ſylva,
Quosque Cheruſci agros? quos & coluere Nariſci
Digreſſi ceſſere aliùs? quos Tungri? Ubiique?
Vangiones? Non tu quoque montibus Odera iisdem
Exoreris, quos Carpi olim, Gepida, Valerique
Excoluere? haud dudum illi venientibus Hunnis
Ceſſerunt, quibus & madidus ſeſe advena Saxo
Miſcuit, atque metalliferis in rupibus baſit, &c.

Quibus

Quibus verſibus Germanorum Veterum origines, limites, migrationes profecto perquam eleganter exprimuntur.

Sed ad noſtrum redeamus Henelium, qui

§. 24.

Oſtendit Suevis ſucceſſiſſe Slavos diverſa habentes Nomina.

Verum ut ſunt rerum humanarum viciſſitudines, eæque crebris ſubinde, & continuis motibus, atque mutationibus obnoxiæ, ita & Suevorum imperium imminutum tandem his in locis & fractum fuit, *ſedes, regionesque* ſuas cedentium, ac relinquentium *SLAVIS*, genti Sarmaticæ, ſive Henetæ, qui prægravantem domi multitudinem, apum more, quod Varro de Sabinis ſcripſit, ductis coloniis exonerare adgreſſi, ſive aliis de cauſis ſedibus ſuis paludi Mæotidi vicinis exciti, cum promotis ſubinde domiciliis, veteribusque coloniis ſenſim, ac ſucceſſive ſubmotis meridiem verſus per Thraciam, Myſiam, & Macedoniam, Bulgaros, Raſcios, item Servios, & Croatos, Dalmatasque diſſeminaſſent; verſus occaſum quoque tranſmiſſo Viſtula flumine omnem ad Albim usque, & mare Balthicum regionem, prioribus inquilinis vel ſponte ſua novas ſibi ſedes quæſitum digreſſis, vel propulſis, ac deletis, vel ſubactis, & in tutelam ſuam receptis ſui juris fecerunt: rebusque præclare hinc & illinc peractis per aliquot ſecula, diverſis licet nominibus Polonorum, Luticiorum, Talemincio*rum*, Obotritarum, (*a*) Vendorum, Vinulorum &c.

tenuerunt. (*b*) Id quod non modo oppidorum & pagorum nomina, quæ omnia fere iis in locis, ſi vetuſtiſſima, quæ ſunt, & recentiora exceperis, Heneta eſſe conſtat, qualia ſunt, v. g. Lipſia, Rochlitium, Chemnicium, Lucabroda, & alia. Verum etiam veſtigia nominis in ſex illis urbibus Henetis, quarum metropolis Lubeca, & in ditione Megapolitana das Fürſtenthum Wenden / in Pomeraniæ item Ducum titulo, Caſſubii, & Vendi, denique hærentes etiamnum ad ripas Albis in Luſatia, & alibi paſſim miſeræ reliquiæ teſtatum faciunt.

(*a*) *Ab imperito Hiſtoricorum vulgo* (inquit Goldaſtus de Boh. L. I, c. 9) *etiam vocantur Wandali*, qui terram Bohemiæ nunquam poſſedere, ſed partem maximam inferioris Saxoniæ, & Poloniam. Nimirum confundunt Wandalos, qui fuerunt Germani, cum Venedis, qui & Heneti, & Veneti, gente Slavica. Non negamus interim potuiſſe fieri, ut, ſicut Slavi Zechitæ occupata Bohemia inde nomen ſunt ſortiti, ita Slavi Lechitæ, id eſt, Poloni, occupata Wandalia Germanorum provincia inde nomen ſint adepti, ut Wandali, & corrupte Venedi, Vinedi, Vinduli, Winti, Windi, Wenden/ nuncupentur. His vero imperitis Hiſtoricis annumerantur a Goldaſto Joann. Annius Viterbienſis in Comment. in Beroſ. lib. 5. Franc. de Roſieres &c. Krantz, Althamerus, Glareanus, Bonfinius &c. quos propterea redarguunt Rhenanus, Goropius Becanus, Beutherus, Cromerus, Welſerus, Henr. Meibomius & alii multi, præſertim vero R. P. Balbinus, qui lib. 2. c. 10, 11, 12 Decadis primæ fuſiſſime & clariſſime oſtendit, Wandalos Bohemiam nunquam fuiſſe ingreſſos, eſſe gentem Germanicam, & Germanica uſos lingua, &c. Eandem hujus confuſionis Wandalorum cum Venedis cauſam cum Goldaſto adſtruit Chriſtophorus Hartknoch de Rep. Pol. L. I. c. 1. §. 5. memoratus vero P. Balbinus lib. cit. cap. 13 etiam vicinitatem *Venedorum* nimirum, & *Wandalorum* errandi occaſionem fuiſſe putat, eo quod ſcriptores aliqui, præſertim Itali procul a nobis poſiti, & linguæ tam Germanicæ, quam Slavicæ, *Wandalos* inter & *Wenedos* nullum fecerint diſcrimen. Hac confuſione deceptus

Jacobus

Jacobus Tollius noviſſime erravit in Epiſtolis Itinerariis Amſtelædami recenter editis, dum epiſt. 2 ad Joannem Georgium Grævium data de Sereniſſimo Electore Brandenburgico ſcribit, ſe nimirum inter alia notatu non indigna ab illo audiviſſe, *ſub illius imperio adhuc eſſe Wandalos* (*Venedos*, vel *Vendos* aut *Vindos* ſcribere debuit: Elector enim extra dubium Teutonice illos Wenden/ vel Winden/ non autem Wandaller oder Wandeler/ nominaverit) Sclavonica illos etiam nunc lingua uti (Slavonica ſcribendum erat) *Gentem eſſe leviſſimam, infidam, novarum rerum cupidam, ſeditioſam: pagos incolere frequentiſſimos quingentorum ſexcentorum patrumfamilias: Regem habere gentilem, ſed clanculum, cui nec corona deſit, nec ſceptrum, huic illos annuum in capita tributum conferre ſingulos ſeſtertios, illum ſibi Regem aliquando oculis viſum, juvenem corpore pariter & animo validum, quem cum attentius conſideraret, atque id cuidam ejusdem gentis ſeniori, & ſine dubio non minimæ autoritatis eſſet animadverſum, iſtum ſeniorem, ut ſibi, Principi Electori, ſuſpicionem illam demeret, Regi ſuo baculum impegiſſe, eumque ita velut vile mancipium abegiſſe, &c.* Tandem poſt alia addit, Electorem quoque dixiſſe, quod ideo in literis ſeu natalitiis diplomatibus vicinorum Germanorum diſertim addi ſoleat *illum* de quo teſtificantur, nec *Wandalum eſſe, nec contentioſum.* Sed (ut ſupra jam indicavi) male interpretatur Clariſſ. Tollius verba Electoris, & (ſicut Auctor annotationum ad illius epiſtolas bene animadvertit) non ſatis aſſecutus ſuit vim vocis Germanicæ, quæ eſt: Untadelhafft: *Sic enim in teſtimoniis publicis honeſti ortus, noſtratibus* Geburts-Briefen / *qua iſto in tractu* (*pergit annotator*) *& in Veſtofalia pro more illis, qui ad opificia diſcenda aſſumuntur, aliisque petentibus dari ſolent, ſæpius ipſe inſertum, & additum legi:* Daß er von keinem Wenden noch untadelhafften Leuten herkomme. Sed & Annotator, aut Scholiaſtes iſte Clariſſ. Henningius in hunc ipſum ſupra notatum errorem labitur, dum ſequentia addit: *quæ ſignificant: τὸν δεῖν non eſſe a Wandalis oriundum, nec ex ea gente, quæ opprobrio eſſe poſſit. Veſtigia hæc ſunt priſci Germanorum odii, quo ſubactos Vandalos proſequebantur. Eodem modo, ut Slavi alias gentile nomen, in ſervi & abjecti mancipii cujusvis nomen tranſiit.* In his, inquam, verbis etiam Henning errat, ſemper enim *Vendos* non *Vandalos* ſcribere oportebat.

Huc facit, quod Goldaſtus habet l. 4. c. 13, quod formulis teſtimonialibus legitimi Status a Principibus & Magiſtratibus Saxoniæ ſoleat hæc clauſula inſeri: Teutſch/ und nicht Wendiſch gebohren. Et non tantum

tantum in Saxonia, ſed in Sileſia quoque ejusmodi literis terminus, **Teutſcher Nation**/ frequenter inſeritur. Sed

Objiciet non nemo; Serenisſimum modernum Electorem Brandenburgicum felicisſime nuper in Regem inauguratum, *Regem* etiam *Vandalorum* ſcribi, cum tamen gens illa, quam ſub ipſius Imperio eſſe teſtatur Tollius, non Germanico, ſed Slavico utatur idiomate: ac proinde Viros illos literatisſimos, qui hodie in Marchia Brandenburgica ſcribentes *Vandalos* illos, Regem vero *Vandalorum* paſim nuncupant, auſu temerario erroris argui, ac imperito hiſtoricorum vulgo accenſeri: Cui reſpondeo, mihi omnino cum tantis viris, qui in Republica literaria Proceres audiunt, depræliari non eſſe animum; auſim tamen aſſerere, etiam illos ab hoc errore non eximi, niſi mecum fateantur, gentem illam Slavicam ideo duntaxat nobis audiri *Vandalam*, aut nomen iſthoc uſu tantùm receptum eſſe: quia in ſedes, quas olim Vandali Germani tenuere, commigrarunt.

(*b*) Quas autem provincias (ait Hartknoch de Republ. Polon. L. I. c. 1. §. 5) *Venedi* ſeu Slavi Germanis ademerint, optime nos edocet Adamus Bremenſis, ſeculi XI ſcriptor, (in lib. I. Hiſt. Eccleſ. c. 10. p. 63 & ſeqq.) & integro ſeculo Adamo inferior Helmoldus, Presbyter Boſovienſis, l. 1 Chron. Slav. c. 2. Hi enim præter Polonos, Moravos, Bohemos, aliasque Slavonicas gentes numerant in Germania: 1. *Pomeranos*, 2. *Lebuſios*, *Stoderanos*, & *Wilinos*, qui hodie ſunt Berolinenſes, & Brandeburgenſes, 3. *Britzanos*, id eſt Brignicenſes, & Perlebergenſes, 4. *Havellanos*, *Helveldos*, & *Hevellos*, quos Havelbergenſes fuiſſe ipſa illa nomina teſtantur. 5. *Sidinos* id eſt Stetinenſes. Deinde memorati Autores enumerant *Wilzos*, qui & *Luticii*, & *Velatabi* dicuntur, & ſunt quatuor generum. Nimirum 6. *Circipani*, qui hodie Wolgaſtenſes, Sundenſes, Domminenſes, Wilſnacenſes, eſſe putantur. 7. *Kyſſini*, in quorum locum ſucceſſerunt Guſtrovienſes, & Grypswaldenſes. 8. *Redarii*, *Ridarii*, *Riadari* ſunt Stolpenſes, & Anclamenſes. 9. *Tollenzii*, hodie Neobrandeburgenſes dicti. Hactenus *Wilzi*, quos ſeqvuntur. 10. *Warnawi*, *Warini*, *Heruli*, *Werli*, *Wendi*, id eſt *Roſtochienſes*, *Buzovienſes*, *Guſtrovienſes*. 11. *Obotriti*, hodie Mechelburgenſes, & Suerinenſes. 12. *Polabi*, *Polavi*, ſunt Ratzeburgenſes. 13. *Wagrii*, quorum ſedes jam tenent Lubecenſes, & Aldeburgenſes. 14. *Rani*, qui & *Rugiani*. 15. *Lingones*, *Lini* hodie Luneburgenſes eorum nomina referunt. 16. *Sorabi*, *Serbi*, putantur eſſe Serveſtani, Luſati, Miſnenſes. His populis Slavicis ab aliis adhuc accenſentur 17. *Uchri*, ſive *Ueri*, qui ſunt Ukranæ Marchiæ incolæ. 18. *Dalemincii*

mincii, qui ſunt pars hodiernorum Miſnenſium. Leguntur etiam 19. *Licikavi*, qui fortaſſis in hodierna Luſatia ſedes ſuas habuere: & 20. *Suſi* ſive *Sliuſi*, qui ſunt hodierni Sileſii. Videatur de his Henricus Bangertus in Notis ad Helmold. lib. I. Chron. Slav. cap. 2. pag. 9 & ſeqq. Cromerus lib. I de ortu & Reb. geſt. Pol. Phil. Cluverius in Germania antiqua l. 3. c. 46. Melchior Goldaſtus in Prolegomenis ad hiſtor. Goth. Wandal. & Longobard. Bohuslaus Balbinus in Epitome Rer. Boh. L. I. c. 10. pag. 68. ſeqq. Joachimus ab Hirtenberg Paſtorius de Originibus Sarmaticis, & alii.

§. 25.

Slavi unde dicti?

Nomen ipſum, quod Gens illa adfectavit, ſatis ſuperbum: ſiquidem *Slavvny* proprie (*a*) nobilem denotare dicitur. Quod autem nunc (*b*) quemlibet ſervum *Sclavum* certatim appellant Germani, Galli, Itali, Hiſpani (Sclave/ Eſclave, Schiavo, Eſclavo) inde profectum cenſent, quod ea gens ultima in ſervitutem a Chriſtianis redacta fuit: quemadmodum etiam in devictis Gentibus Getas, Dacos, Syros &c. ſuos cognominabant ſervos antiqui.

(*a*) Nomen ſibi *Slavorum* a Slawa (inquit Hartknoch L. I. c. 1. pag. 13.) quod famam & gloriam notat, impoſuiſſe videntur. Idcirco *Slavi*, quos etiam alii *Slavinos* vocant, iidem ſunt, qui *glorioſi*, & *laudabiles*: id quod etiam ex aliis nominibus Slavonicis compluribus elucet. Sic enim, ut quædam hic exempla ſubjiciamus, *Uladislaus* dicitur quaſi *gloriam habens a potentia*; *Wenceslaus*, id eſt, *major gloria*; *Mieceslaus gloriam gladio quærens*. Sic etiam Ditmarus Mersburgenſis ſeculi XI ſcriptor Germanicus lib. 4. hiſt. pag. 83 de Boleslao Chobri loquens: *Boleslaus*, inquit, *qui major laus non merito, ſed more antiquo interpretatur*. Quamvis etiam hic ad latinum vocabulum *laus* reſpexiſſe Dithmarus videatur. Antiqui nonnulli ſcriptores Slavos, Slavacones, Slavonos, Slavinos (his enim nominibus gens eadem ſemper intelligitur) a Slowo, quod verbum ſignificat, quaſi *Verboſos* dictos eſſe volunt.

Martinus Cromerus contendit, Slowos, ſeu Slowacos, quaſi *Veraces*, & dictorum, promiſſorumque tenaces fuiſſe appellatos: quod nunc etiam apud Polonos & Bohemos inprimis probroſum ſit, promiſſum, bono verbo factum fefelliſſe, l. 1. Rer. Pol. c. 13. Id quod objici poteſt verbis illis nimium (meo judicio) duris, quæ Goldaſtus l. 2. c. 1 ſcribit, ubi, poſtquam narraſſet, Slavos in Bohemia, & alibi tandem victoribus Germanis cedere debuiſſe, jugumque Teutonicum ſuſcepiſſe, tributum etiam de terris occupatis annuatim ſolviſſe, addit: fidem tamen eorum nunquam tutam & firmam fuiſſe usque quaque, quin ſubinde minima quaque occaſione rebellandi arrepta ad perfidiæ ſcelus perpetim relaberentur, bella ex bellis ſererent, quietem Imperii Germanici turbarent, & officia debita, & obſequia eidem detrectarent adeo, ut *fides Slavica* apud majores noſtros in proverbium abierit pro *fubleſta*, & *fallaci*. Quam vero gentem ſuam R. P. Balbinus ab hoc opprobrio, ſeu (ut ille loquitur) ab hac calumnia contra Goldaſtum egregie vindicet, fuſe & jucunde legitur in Ejusdem Miſcell. Hiſt. l. 3. c. 22. §. 1. 2. 3. Ubi apparet, quam durum ſit, ſingulis illud ferre, quod objicitur omnibus. At non ſuis tantum verbis, ſed aliorum etiam Auctorum gravium teſtimonio illud opprobrium Goldaſtus ſtabilire conatur, dum ſequentia ſuperaddit: *hinc Rudolphus Presbyter, & Conventualis Fuldenſis, Vir apprime doctus, & pius in Annalibus Fuldenſib. anno 871 ſcribit:* Slaviſco more fidem mentitus, & juramenti ſui oblitus, &c. *Et Dithmarus ex Comitibus Walbecenſibus Antiſtes Merſeburgenſis l. 6. Chron. fol. 226.* Regnat ibidem (*in Bohemia*) perjurium cum fraude ſocia. *Inde adeo factum fuiſſe opinor (ſic Goldaſtus continuat) ut Zigeneri fallax hominum genus a Gallis Bohemi indigitentur.* Hucusque Goldaſtus. Verum enim vero aliam Slavis laudem ſcribit Procopius de Bello Gothico: *Callidi tamen*, inquit, *ſive malefici minime ſunt*; & in alio loco: *A vafritie, ac malitia remoti & hac ipſa innocentia Hunnis ſimiles.*

(*b*) *Slavos, non Sclavos* (verba ſunt Balbini Dec. I. l. 2. c. 5.) *appellari invictis argumentis pridem demonſtravere Miechovius, Poſtellus, Decius, Bibliander, Borek & a Sudetis &c. ac denique Goldaſtus, qui poſtremus, ſi hanc etymologiam Sclavorum vel probabilem eſſe credidiſſet, non prætermiſſet caput hoc, nimirum lib. I. de Boh. c. 9. unde calumniæ argumentum tam facile petere potuiſſet.*

§. 26.

§. 26.

Slavi quando advenerint?

Tametſi autem de Slavorum adventu perquam difficile eſt certam epocham conſtituere, & quo tempore, qua occaſione & modo haſce occuparint oras, firmi quid adducere; haud improbabilis tamen videtur Martini Cromeri, rerum Polonicarum ſcriptoris accurati, multiplex ad Attilæ ævum derivata ratiocinatio: niſi credibilius, terrore illo populorum, generis humani flagro, diro, barbaro, immani, demum *extincto*, cum unius regni interitu multa paſſim nova orirentur, Sarmaticis primum in Germaniam irruptionibus viam patuiſſe. Quod utro modo habuerit, cum alterutrum accidiſſe oporteat, in tam obſcura vetuſtate neque adſeverare ſe, neque in magno ponere diſcrimine, nobiliſſimus Welſerus ait rerum Boicarum libro ſecundo.

Conſulatur Hartknoch de Rep. Pol. l. 1. cap. 1 hoc tractans, Balbinus, & alii; item Goldaſtus, ex cujus lib. 1. c. 9. §. 3 noſter hunc ſuum §. mutuatus eſt.

§. 27.

Slavorum Duces Czechus & Lechus.

Duces porro Genti Slavicæ duo præcipui memorantur, (*a*) *Lechus & Czechus:* quorum iſte campos Hercynia ſylva incinctos, quos Boji a Sigoreſo inde ante annos plus minus ſexcentos, his autem extruſis Marcomani a Maroboduo Duce eo ducti tenuerant, occupavit, ac multitudini ſuorum (qui ab eo

patria quidem lingua Czechii vocati, quomodo ipſi quoque dici malunt, & a Slavice loquentibus, imo & ab Hungaris ſic appellantur; noſtra vero & Latina nomine veteri ſervato Bojemi, die Böhaimben/ ſive Böhmen/ ut terra ipſa in lingua Heneta Czeßkazeme/ id eſt, terra Czechi dicta, in hunc usque diem Bojemia nuncupatur) incolendos diſtribuit.

(*a*) Martinus Cuthenus Bohemus in Catalogo Ducum Regumque Bohemiæ de Czecho ſequentia:

Illyrico profugus primum dat jura Bohemis
Czechius: hinc nomen gens trahit illa ſuum.

Czechum & Lechum Matthias a Michow Canonicus Cracovienſis lib. I de Sarmat. Europ. c. 12 ab Elyſa filio Javan deducit, ſicut noſter Curæus Lygios & Elyſios. Verba illius ſunt: *Fuerunt Sclavorum Principes, Lech & Czech, bini fratres, Javan nepotes de femore Heliſæ ex mari Jonio deſcendentes, &c.* Quam fabuloſam originem, ſecundum Goldaſtum l. 1. c. 9, primus finxiſſe perhibetur Joannes Merignola Epiſcopus Florentinus, eique ſuppar Magiſter Przibik Pulkawa, Rector Scholæ Pragenſis ad S. Ægidium, quorum uterque ſub Carolo IV Imp. vixit, & ab eodem hiſtorias Bohemicas componere juſſi ſunt; miratur Goldaſtus Hagecium, Dubravium, Sandelium, quod fabulam hanc ſecuti ſint, detectam, & exploſam jam pridem ab Ænea Sylvio, Archigrammateo Colonienſi, Rhenano, & aliis graviſſimis Auctoribus in tanta literarum luce tam aniles fabulas irridentibus.

§. 28.

Lechus Polonorum Conditor.

Lechus autem omnem oram illam latiſſimam, quæ exinde Polonia generali nomine, etſi incerto etymo, (nonnulli ſiquidem a Lecho ſeu Lacho Duce Polachos quaſi poſteritatem Lachi vocatos eſſe, alii vero a Polo, Aquilonio nimirum, (*a*) cui regio ſubjecta, ſive

ſive potius a Pole, quod vocabulum planitiem & venationem ſignificat, eo quod plana majori ex parte, & venationibus opportuna ſit provincia, eandem adpellatam volunt) dici cœpit, & in ea hanc quoque majorem noſtrorum patriam ſubjugavit. Ita ſane gentis utriusque ſcriptores; ſed qui tamen in circumſtantiis recenſendis immane quantum variant; (*b*) quibus curis nimium ſolicitis me non immiſceo.

(*a*) Vicentii Kadlubkonis Commentator (qui in principio ſeculi XV ſub Uladislao Jagellonide ante Joannem Dlugoſſum vixit) dum nomen hoc etiam deducit a polo Arctico, citat in hanc ſententiam hymnum de S. Stanislao, in quo ita canitur: *ut res geſta proteſtatur, verax nomine eloquatur, a polo Polonia.* Hoc autem nomen Polonis (ait Hartknochius lib. 1. c 2.) a Carolo magno inditum eſſe referunt alii, & quidem ſequenti occaſione: *Cum Hiſpaniam Saracenorum, & Italiam Longobardorum ſervitute Carolus liberaſſet, in Germaniam reverſus multorum populorum habuit ſibi congratulantes legatos, & in his etiam Polonos. Hos cum menſa ſuæ adhibuiſſet, ultro citroque collatis pluribus ſermonibus Poloniam a Polo, ſtellisque fulgentibus appellavit, cum etiam ab Heſpero Hiſpaniam, Tauricam vero Cherſoneſum a Tauro cœleſti ſigno, cui ſubjacet, dictam meminiſſet, ut habet Chriſtophorus Varſevicius in dialogo de origine Gen. & Nom. Pol. pag. 54.* Deinde ſunt etiam, qui a *Pole* caſtro in finibus Pomeraniæ olim ſito dictam eſſe putant Poloniam. Alii a Pola Urbe Colchica, unde Lechus progreſſus nomen his gentibus dediſſe fertur, ut ſcribit Stanislaus Sarnitius lib. 1 de Ortu & reb. geſt. Pol. c. 13 & 15. Sunt præterea qui a Polizna, Slavoniæ oppido, ex quo Polonos ortos eſſe volunt, nomen Polonorum deducant. Probare etiam hoc nituntur ex eo, quod oppidum illud inſignia Ducatus Lithuaniæ ſortiatur, teſte Varſevicio in Dialogo citat. pag. 52. Sed nulla harum etymologiarum placet Hartknochio, qui loco citato arbitratur, hoc nomen Sarmaticæ genti cuidam antiquiſſimæ adhæſiſſe etiam ante tempora Ptolomæi, antequam campeſtrem hanc ingrederetur. Habitarunt enim teſte Ptolomæo ad Viſtulam amnem Bulani, gens Sarmatica, quod idem eſſe nomen cum Polonis, haud invitus largietur, qui apud antiquos Germanicos Scriptores legerit, Polo-

nos appellari Bolanos, vel Bolanios, ut eſt apud Wiponem, aliosque.

(*b*) Id quod nec ego faciam, cui Slavorum res geſtas legenti, & cum his ſcriptis Henelianis conferenti, occurrerunt, quæ annotanda forent, plurima quidem; ſed quorum copia me fecit inopem, & longioribus ſuperſedere juſſit additionibus: vel ideo maxime, ne rem actam agerem, cum paſſim hac de re integri tractatus, & libri ſcripti reperiantur: quos inter non antiqui tantum, puta, Helmoldus Presbyter Boſovienſis, & cui ſupplendo operam impendit ſuam Arnoldus Abbas Lubecenſis, Crantzius, Chytræus, Cromerus, cui hic plurimum fidei habendum judico, & alii; ſed recentiores quoque ſeculi proxime præteriti Scriptores, e quibus mihi maxime ſatisfecere inprimis quidem Clariſſimus Vir Goldaſtus in Bohemiæ &c. Jura commentans. Deinde celebris Polyhiſtor pereleganti, ſuccinctoque ſtylo laudem non mediocrem adeptus, Schurtzfleiſchius in diſputatione de rebus Slavicis anno 1670 in lucem edita: Item ſagaciſſimus Polonicarum, aut Sarmaticarum antiquitatum Indagator Joachimus Paſtorius ab Hirtenberg in diſſertatione de Originibus Sarmaticis; nec non concivis noſter, & Teutonicorum Poëtarum facile Princeps Martinus Opitius in Variarum Lectionum libro; præcipue vero diligentiſſimus Bohemiæ Scriptor, R.P. Bohuslaus Balbinus, qui in inquirendis originibus, in diſtinguendis migrationibus, in aſſignandis ſedibus, terminis antiquis Slavorum in Czechi, Lechique ortu, adventu, ætate, & omnibus, quæ in hoc argumento poſſunt occurrere, rebus ſcitu neceſſariis notatu dignis ſane indefeſſus omne tulit punctum, per integrum ferme librum, qui in Miſcellaneis ejus hiſtoricis in decade prima ſecundus eſt, totus in rebus Slavicis verſatus. Ad quos ſcriptores lectorem plura de Slavis lecturientem remittimus, plura hic ex illis non ſcripturi, ſed noſtri Poëtæ gravem cothurnum, quo per origines, adventus, mores, ſedesque Slavorum incedit, ſine tædio noſtros oblectantem oculos ſpectaturi:

Vaſta Boryſthenidas inter Thanaiſque fluenta,
Riphaas utraque nives, & Hyperboreum Rha
Terra jacet Scythicum longe curvata ſub axem,
Qua maris, & ſpatia exurrens latiſſima Taurus
Terrarum, tractu ingenti mutavit Imao
Nomina, & Euxini dorſo jam mitior undas
Proſpicit, indigena immenſos ubi Sarmata campos
Europaque, Aſiaque colit, quos Moſchus & acer
Roxanes, Ruſſique habitarunt, nomine ſolo

Diverſa

Diverſa an fuerint cognata ſanguine gentes,
Ambiguum, ſiquidem ut cœlo ſepoſita remoto
Gens ignota aliis, ſic hic tantum ſua norunt
Jugera, clara domi tamen, & præſtantibus armis
Addere juſtitiam, & rectum dignoſcere curvo
Natura didicere rudi, aſſiduoque Juventus
Venatu durata, quibus vel cominus urſos
Ludere, & arreptis immanes cornibus uros
Audaci domuiſſe manu, & conſtringere loro.
Hos DEA tum reſides, altaque in pace quietos,*
Excitat, illapſos animis abolere penates
Incipit, objectans Scythiæ illætabile frigus,
Et cœli, & terræ inſpirat melioris amorem:
Unde recens emigrandi natalibus ardor
Montibus, atque animi ignotas inquirere ſedes.
Ergo ruunt, quo fata vocant, nec inhoſpita quenquam
Objectu freta, nec diverſo in littore gentes
Ultro occurſuræ, poſitusque in limite miles
Terruit audentes, totis quin agmine facto
Confeſtim excîti rebusque animisque feruntur,
Vique, armis eluctati, qua maximus Iſter
Incinctam biſido diviſus gurgite Peucen
Influit Euxinum, ſeptemque per oſtia dulces
Mutaturus aquas, ſalſa ſe proluit unda,
Pars Thracum ſcopuloſa juga, & quos Myſus uterque
Aut veteres olim montes habuere Triballi
Occupat, atque illis noſtra hac ætate ſuperſtes
Dalmatiæ Scythicus montoſa Sarmata terris
Hæret, & æternum nomenque genusque propagat.
Diffuſi, qua ſors cuiquam, quaque arbiter enſis
Obtulit ejectis placidos cultoribus agros,
Aut populi ignoti incuſſus, terrorque, pavorque
Deſertas profugis liquiſſet civibus urbes,
Cumque tot oblatos ferrent ex hoſte triumphos
Haud expectatos, nec ſors inopina petito
Falleret eventu, poſituri ignobile nomen
Mutavere novo, & factis præſtantibus aptant

* Divina Nemeſis. *Slavorum,*

Slavorum, belli, quod ſcilicet inclyta virtus
Nominis hæc decora, & titulos mereatur honores:
Quamque alii patrio dictos ſermone loquaces,
Verboſosque putent; ſed quid, quo nomine quisquam
Dicatur, refert? humiles efferre Penates
Virtute, & factis præclaram accendere famam,
Hoc opus Heroum eſt, fortunatique laboris:
Hæc etenim, nemo invideat, gens barbara cœlo
Egreſſa obſcuro, magnum ſuper æthera nomen
Extulit, & triplicis late confinia mundi
Implevit, paſſimque ſui monumenta reliquit.
Finitimos tandem, quos frigidus Iſtula campos
Tranſcurrit prior, atque alios, quos Vandalus ante
Adveniens, vix dum primum conſeverat agros,
Armata cepere manu, tantoque ſuperbi
Succeſſu poſuere iterum nova nomina genti,
Namque a campeſtri ſeſe voluere Polonos
Planitie dici, apricis quod libera campis
Gaudeat, includique putent munimine valli
Turpe viros, ne ſi qua animoſa licentia peccet,
Cogatur juri parere coërcita muris.
Illius ergo omnes odio execrantur amaro
Everſasque velint munitas mœnibus urbes:
Hinc rarâ a priſco videas fundata Polono
Oppida, nec ſtructas altis in collibus arces;
Sparſa ſed agreſti vix tigno hærentia tecta.
Primores habitare equites, ſtabulare ſub uno
Paupere cum verna Dominum, pecudesque, hominesque
Atque indiſcreto porcos grunnire cubili.
Sive hunc a Scythicis ducat gens aſpera morem
Ritibus, ut molles contemnat maſcula plumas,
Et ſola forti ſperent defendere dextra
Quod gladio peperere ſolum, nec turribus ullis
Fidere, non rectè includi Mavortia muro
Corpora.

Hæc de Slavis Faber noſter, qui paucis interjectis eorum in has terras immigrationes deſcribit ſequentibus:

Ergo

Ergo ubi Marcomanûm, veterumque excisa Quadorum
Res ruere in pejus, melior vel cesa juventus
Aut abducta procul, vastisque maneret in agris
Deserti cultor ruris, desertaque rari
Mœnibus incolerent pendentibus oppida cives,
Eheu quam nullo facile irrumpentibus istbac
Obsistente, omnis late, quam cernitis ora
Slavanis oppressa gemens, invitaque cessit!
Scimus, ut infensus quam te Viade, Odera, & Ola
Non intellecto primum sermone Polonus
Terruerit! Moravis quam Theia frementibus undis
Dedidicit veteres mores, Germanaque jura,
Et linguam! sua Bojemus nec latior Albis
Flumina Riphæis tribuit potanda Sorabis!
Hic iterum cultus alii, nova regna, novaque
Discenda leges, lingua mutandus & oris,
Vivendique habitus. Quin ni pia cura Deorum
Obstiterit, tota hac vocitata Polonia tellus
Verterit, & linguam, & ritus, & nunc quoque plaustris
Sarmata transferret campis tectumque, laremque,
Nullum aut cingendi muris, aut legibus Urbis
Ornanda studium, mentes subiisset agrestes,
Nullaque Marcomanûm, aut veterum monumenta Quadorum
Viderit hæc ætas, patriæ dulcedine capti
Ni reduces aliquot, bellique e clade receptas
Relliquias evastatis servarit in agris.
Nil ea spes, aut expectatio vana fefellit:
Mox etenim duræ duris industria rebus
Emersit gentis, nec tam virtute paternas
Hostibus in mediis sedes, sed & utilis aulæ
Consiliisque potens famam, invitumque favorem
Magnatum obtinuit, primasque in rebus agendis
Primaque dicendi emerint subsellia Juris.
Connubiis tandem, & longa propagine mixti
In populum gens multa simul concrevimus unum,
Et vix alterius generis discrimina noris,
Utcunque observes: longe confusius ipsum

Plurimus immiſcens ſe noſtræ convena turbæ
Reddidit antiquæ gentis nomenque genusque,
Ut non tam populi prompte internoſcere priſci
Stemmata, quam poſſis nomen regionis avitum
Dicere, &c.

§. 29.

Slavi late dominantes, tandem Germanorum imperio ſubjecti.

Illud ex hiſtoriarum monumentis certo, non arbitrario conſtat, contentos haudquaquam Slavos terrarum amplitudine (ut eſt inſatiabile hominis ingenium, & habendi cupido,) ſed magnitudine animi, victoriarumque frequentia elatos ex iſtis oris & locis negotium ſubinde, & indeſinenter (*a*) finitimis Thuringis, Francis, Saxonibus, faceſſiviſſe, & periculoſa ipſis, ac veluti propria bella intuliſſe, qui pugnaciſſimi hujus populi vim ac potentiam ægre ſæpe (*b*) ac difficulter ſuſtinuerunt, usque dum imperii axiomate ad Germanos translato fracti paulatim ac domiti, partim domicilia ad Hercyniam, ad Salam, ad Albim conſtituta deſerere, miſeræve ſervitutis jugum ſuſcipere coacti, partim vectigales imperio facti, partim denique amicitia & fœderibus conjuncti fuerunt.

(*a*) Quas provincias Slavi Germanis ademerint, jam ſupra §. 24 ex Hartknochio ediſſeruimus.

Slavos usque ad mare Balticum fuiſſe dominatos, oſtendere conatur Balbinus Decad. I. lib. 2. c. 6 ex Adamo Bremenſi, & aliis.

(*b*) *Eſt quidem ita :* (ſic incipit Goldaſtus lib. 2. c. 1 de Bohemia) *maxima molis erat, Slavicam in Bohemia domare, ac ſubigitare gentem.*

Ut

Ut enim Slavi primum in Bohemiam, & confinia ejus ſunt ingreſſi, nunquam ceſſaverunt infeſta continuo negotia Teutonibus faceſſere, quibus initio non admodum gratiosi erant hoſpites. Quam ob rem Germani, egerrime ſuſtinentes in ſinu ſuo alienigenas, ceu proſerpentes quasdam beſtias, fovere, aſſiduo laborabant, ut Slavos ſedibus occupatis rurſum depellerent, aut, ſi id fieri propter multitudinem eorum non poſſet, frenum ſaltem injicerent, ne ulterius progredi, aut graſſari auderent. Hinc bella ingentia orta ſunt, Slavis pro poſſeſſione, Theutonis pro jure ſuo pugnantibus. Et fortuna plerumque Germanis favebat, ut victos & captos Slavos in miſerrimam ſervitutem abducerent, eosque jumentorum inſtar paſſim per Europam diſtraherent ad operaque publica deſtinarent. Hinc nata eſt illa vulgaris loquendi formula, qua non Germani modo, ſed plerique Europæi etiamnum utuntur, ut Slavos pro ſervis & mancipiis in communi ſermone uſurpent. Tandem tamen Slavi victoribus Germanis cedere, jugumque Teutonicum ſuſcipere, fide data, & ſacramentis præſtitis coacti ſunt, tributumque de terris occupatis annuatim ſolvere. Hæc Goldaſtus: ſed ita, ut tam ex hoc, quam ex aliis hujus operis capitibus omnino appareat, eum Slavicæ nationi minus fuiſſe addictum. R.P. Balbinus Dec. I. lib. 2. 19 ipſemet natione Slavus ſimiliter affectum erga cives occultare neſcit, dum Slavos quidem in ſeptemtrione ſub Henrico Aucupe deleri cœptos in unico bello ipſius adverſus Slavos Rhedarios geſto ducenta Slavorum millia peremta, omnesque eorum populos tandem in Saxonia dominatu dejectos & extinctos, atque cunctas illas ſeptemtrionales plagas ſuccedentibus Germanis fuiſſe amiſſas, ultro fatetur, ſed non ſine querela, & conatu commovendi lectorem ad condolendum popularibus ſuis de tam cruento interitu, totoque tantæ gentis excidio; quaſi vero (ſicut loco citato ex aliis Auctoribus oſtendere nititur) non virtute bellica, ſed fraudibus dolisque Germanorum, præcipue vero ſupra nominati Henrici Imperatoris, nec non Othonum, ac reliquorum ex Saxonica domo Cæſarum, aliorumque vicinorum Principum oppreſſi fuiſſent, deletique. Ut rari profecto ſint, qui, dum in arenam calamo certaturi deſcendunt, non magis pro præconceptis opinionibus, quam pro ſancta veritate dimicare ſint parati.

§. 30.

Polonia Imperio Germanorum tributaria.

Et Poloniam quidem quod attinet, a Germanis hanc devictam, aut Imperio tributariam, ſive re-

gno Teutonicorum, aliterve obnoxiam fuiſſe, ſcriptores Poloni conſtanter negant, inficiantes nimirum, quicquid æſtimant parum decere ſuos populares. At vero Ditmarus ex Comitibus VValdecenſibus Epiſcopus Merſeburgenſis, Othonis III Imperatoris & Synchronos, & agnatus, quem ſinceriſſimum Scriptorem appellat Poſſevinus, haud uno loco clientelam, qua vel Polonorum Principes Miſico, Boleslaus Chobri, & Miſico alter imperio devincti eſſent, oculatus quaſi teſtis inſinuat: interque alia idem libro quarto pag. 35, ubi de Henrico Bavaro agens, qui tracto ad ſe ſub tutelæ prætextu Othone imperium adfectabat, feſtumque Paſchatis Quedlimburgi celebrabat; *Huc Miſico*, inquit, *& Miſni, & Boleslaus Duces* (Polonorum nempe, Obotritorum, & Bojemorum) *cum ceteris ineffabilibus confluebant, auxilium ſibi deinceps, ut Regi, & Domino cum juramentis affirmantes.* Iterumque ad annum Othonis tertium pag. 36. Hic etiam (in Quedlinburg) *Boleslaus, & Miſico cum ſuis conveniunt. Omnibus rite peractis muneribus locupletati diſceſſerunt. In diebus illis Miſico ſemetipſum Regi dedit, & cum muneribus aliis camelum ei præſentavit, & duas expeditiones cum eo fecit.* Marianus Scotus de Henrico Sancto ad annum CIↃIV diſerte ſcribit: *Henricus Rex Romanorum ex Duce Bavariæ factus Italiam, Bohemiam, & Boleslaum Ducem (Polonorum)*

cum

cum omni Slavorum gente ſubjugavit. Quin Mariano etiam antiquior (nec enim ultra annum CIↃLIV ſcripſit) Hermannus Contractus ex illuſtri Comitum Veringenſium ſanguine natus - - - ævi ſui ſcriptor doctiſſimus, clarius idem eodem anno docet his verbis: *Henricus Rex per Veronam, Italiam cis Padum petens, omnes ſibi partium illarum civitates ſubjecit: Papiam ipſam, qua coronatus eſt, die irrumpens, gladio & igne perdomuit. Inde acceptis obſidibus in Saxoniam reverſus poſt paucos dies in Sclavos arma convertit, Bohemanisque ad priſtinam ſervitutem, tributumque redactis, Politzlaum etiam Ducem Sclavorum Bolanorum cum tota gente ſua ſubjugavit, & in Saxoniam victor rediit.* Talia Contractus: cui ſuffragatur Vitæ ſancti Henrici ſcriptor ab Henrico Caniſio tomo ſexto antiquarum lectionum editus, qui Henricum Imperatorem convocatis principibus regni ſui apud Chutelingenburg curiam celebraſſe, atque univerſis in id ipſum conſentientibus Poloniam, & Bojemiam, ceterasque Sclavorum adjacentes regiones, quæ fines regni ſui devaſtaverant, debellare conſtituiſſe, cumque Principes earum, ac Primores collecta innumerabili Barbarorum multitudine in bellum obviam progreſſos non ſine miraculo viciſſet, ac in fugam egiſſet, Poloniam inde Bohemiam, & Moraviam tributaria feciſſe, ipſe quoque adfirmat. Accedit huc clariſſi-

mum teſtimonium Othonis Friſingenſis Epiſcopi (Leopoldi is Marchionis Auſtriæ ob commemorabilem in pauperes charitatem Patris pauperum adepti titulum filius, Conradi II Imp. frater uterinus, Friderici I Cogn. Ænobarbi, ſive Barbaroſſæ patruus fuit, ſed qui judicio Æneæ Sylvii, qui poſtea Pius Pontifex dictus, veritatis usque adeo legem ſervavit, ut nulla ei cognatio obſtiterit) lib. 6 Chronici cap. undetrigeſimo in hæc verba ſcribentis: *In primordio regni ejus* (Conradi, qui anno Chriſti CIↃXXV ſucceſſit ſancto Henrico Imperatori) *Boleslaus Poloniorum Dux, qui ab Anteceſſore ſuo Henrico pariter ſubjectus fuerat, ab regno Teutonico dividi, Rex per ſe vocari molitur. Qui non multo poſt moriens Miſiconem, ſive Mieciſlaum filium ſuum ſucceſſorem reliquit: is dum patrem imitari cogitaret, inſuperque fratrem ſuum Othonem expuliſſet, Rex Conradus tam profugum in patriam reducturus, quam de contumace Miſicone regni Teutonici injuriam vindicaturus in Poloniam procinctum movet. Miſico Regis impetum ferre non valens fractis quibusdam regni inſignibus ad Ulricum Boëmicenſium Ducem, qui & ipſe tunc temporis hoſtis regni Teutonici fuerat, fugit &c. Otho vero* (frater Miſiconis) *libere Ducatu Poloniæ potitus diadema, quod pater ejus ad ignominiam regni Teutonici, cui Tributarius erat Dux Poloniæ, illicite fecerat, Regi Conrado miſit, ſeque per omnia ditioni*

ejus

ejus ſubjecit. Ipſe vero Otho non multo poſt fraude armigeri ſui vita privatus eſt. At Miſico ab Rege Conrado exul factus ad ipſum ſupplex venit, interventuque Reginæ diviſa in tres partes provincia tertiam partem ipſe obtinuit. Exin provincia illa Poloniæ Regibus noſtris Teutonicis ſub tributo ſervire cogitur.

Fuſius iſta Goldaſtus lib. 2. de Boh. &c. c. 2. 3. 4. 5. 6. 7 usque ad 12. ubi quidem Bohemorum Slavorum tantum ſubjectiones, frequentes a Romano imperio defectiones, ſive (ut ille vocat) rebelliones, quas Bohemi *Slavi* adverſum Reges ac Imperatores Francos, Saxones, Suevos &c. alias ex aliis moverunt, enumerat, &, quomodo ab Herculibus noſtris (ut ipſe loquitur) Germanis nimirum, ſemper in priſtinam redacti ſervitutem, & ad tributum dandum coacti ſint, prolixius oſtendit: multa tamen noſtro huic argumento ſervientia leguntur, ad quæ lectorem remittimus: de illis nihilominus, quæ cap. decimo de Sileſiæ ſubactione ſcribit, pauca delibaturi: *Sileſiam*, (inquit ibi Goldaſtus) *quæ tunc Polonia dicebatur, fuiſſe a Carolo Magno ſubjugatam anno Chriſti nati DCCLXXVI. aut circiter Auctor eſt Curaus Archiater Glogovienſis, & quidem opera ac miniſterio Ducis Rolandi, indicat Hoſmannus, Hiſtoriographus Cæſareus, cujus tamen fidei hoc relinquimus. Anno Chriſti nati DCCCXXX Sileſios ac Polonos a Ludovico Pio Caroli Magni filio bello domitos idem Curaus aſſerit.* Anno DCCCLXIX ſub Ludovico II Rege, Pii filio, *Sorabi*, inquit Strabus in annal. Fuldenſ. anno 869, *& Sliuſi junctiſibi Bohemis, & ceteris circumcirca vicinis, antiquos terminos Thuringiorum tranſgredientes, plurima loca devaſtant, &c.* Anno DCCCLXXIV habet idem Auctor: *Sorabi, & Sliuſi, eorumque vicini, Thaculfo defuncto defecerunt. Quorum audaciam Luitberdus Archi-Epiſcopus, & Ratolphus Thaculfi ſucceſſor ultra Salam fluvium profecti, prædis & incendiis ſine bello compreſſerunt, & eos ſub priſtinum ſervitium redegerunt.*

Anno DCCCLXXVII. *Slavi, qui vocantur Linones, & Sliuſi eorumque vicini, defectionem molientes ſolitum dare cenſum renuunt. Quos Ludovicus Rex, miſſis quibusdam fidelibus ſuis, ſine bello compreſſit, acceptisque obſidibus nonnullis, & muneribus non paucis, eos ſub priſtinum redegit ſervitium.* Verba ſunt ejusdem Strabi loco cit.

NB. Ob-

NB. Obſervet Lector, nomen *Sliuſi* toties repetitum & ſub illo Sileſios intellectos: & infra, ubi de Sileſiæ nomine agemus, mecum negabit, Sileſiæ nomen undecimo primum poſt Chriſtum Seculo a Convenis Germanis (Slezacis nimirum) exortum fuiſſe.

Anno DCCCCXXII (rurſum ex Goldaſto loquor) Sileſiam Arnolpho Bavariæ Duci oblatam ab Henrico I Rege fuiſſe, ſunt, qui affirment. Aventinus lib. 4. Annal. Bojor. fol. 378. Spangenberg. in Chron. Saxon. c. 119. Anno MCIX dicitur Henricus V Imperator Sileſiam Boleslao Poloniæ Duci ob feloniam abdicaſſe, & in jus ditionemque Imperii Germanici aſſeruiſſe: ſed poſtea in Comitiis Bambergenſibus eidem Boleslao ſub annuo tributo reſtituiſſe. Lehmannus lib. 5 Chron. Spirenſ. c. 42. Curæus fol. 45. quod tamen negat Miechovius l. 3. c. 10.

Anno MCLX Uladislaus Dux Poloniæ a fratre Boleslao Rege pulſus, confugit ad Fridericum I Imperatorem, accuſavitque fratrem ſuper ſpolio. Imperator Boleslaum contumacem bello petiit, pronunciataque ſententia coëgit Uladislao Sileſiam reſignare, quam per vim occupaverat; ita tamen ut Rex ab Imperatore in feudum acciperet; a Rege vero Uladislaus Dux in ſubfeudum, quod retrofeudum Gallicani conſulti appellant. Sylvius, Dubravius, Hagecius, Boregk, Cromerus, &c. Sed de his alibi. Quod vero etiam, uti quidem jam inſinuatum, Sileſia tributaria fuerit, fatetur Curæus, Cromerus & alii. *Sileſia* (inquit ex citatis Auctoribus Goldaſtus l. 2. c. 12.) *annuatim auri triginta, & argenti centum quinquaginta libras Imperatoribus noſtris pendebat haud dubium quin Caroli magni Victoris impoſitione.* Nam præter ea, quæ ſupra de ejusmodi tributo jam citavimus, ſcribit Jodocus, Hondius in Atlant. Min. in Moravia, Sileſios ab Arnulpho Imp. libertatem nactos, ſuosque Duces habere permiſſos, neminem niſi ſolum Imperatorem recognoviſſe; ita tamen, ut Imperatori parvum quoddam tributum in recognitionem ſuperioritatis ſolverent.

Anno MXLII Henricus III Imperator Bretislao Bohemiæ Duci Sileſiam ſub annuo tributo conceſſit, & confirmavit, teſte Æn. Sylvio, Bonfinio, Boregk, &c.

Anno MCVIII ſcribit Boregk p. 1. fol. 122: Dazumahl war Schleſien noch unter den Polen/ und gab Böhmen allein den jährlichen Tribut. Ab hoc autem tributo, quod Imperatori ex Sileſia pendebatur, diverſus eſt cenſus Romanæ Eccleſiæ de ſingulis domibus perſolvi ſolitus, qui denarius *S. Petri* vocatur. Quod tributum Sileſia Polonico Regno debet,

cujus

cujus Rex Caſimirus illud cum ſummo Pontifice pactus, ut Poloniæ univerſæ, ita Sileſiæ quoque impoſuit. Et quia res tranſire ſolet cum onere, u. habet juris utriusque regula, Sileſia cum eodem ad Bohemos translata eſt, ut ex Epiſtola Gregorii VII Papæ ad Ducem Bohemiæ Wratislaum colligitur. Sed plura etiam de hoc alibi. Redeamus, unde digreſſi ſumus, ad noſtrum videlicet Henelium, audiamusque plura, quibus

§. 31.

Poloniam Imperio Germanico fuiſſe tributariam probat ulterius.

Ad eundem modum Lambertus etiam Schafnaburgenſis, Bellarmino Cardinali inſignis, & verus Hiſtoricus ad annum Domini CIↃLXXVII Ducem Polonorum per multos annos Regibus Teutonicis tributarium, ejusque regnum jam olim Teutonicorum virtute ſubactum, atque in Provinciam redactum fuiſſe, atque ob id Principes Imperii, quod contra leges & jura Germanica Regium nomen affectaret, graviter tuliſſe teſtatur. De Lothario Imperatore, quod ex Urbe in Germaniam reverſus Polonorum Ducem cum multis muneribus obvium habuerit; ſed quem nec ante dignatus ſit ſuo conſpectui præſentari, quam tributum duodecim annorum, id eſt, quingentas libras ad ſingulos annos perſolveret, idem Otho Epiſcopus memoriæ prodidit. Quibus omnibus adde, quod hic ipſe, eique ferme Synchronos Rodericus Friſingenſis Canonicus recenſet, quemadmodum Fridericus I Imperator ejecti legitimi Polonorum Ducis Uladislai, atque etiam Sacramenti fidelitatis,

litatis, tributique Imperio negati cauſa Poloniam cum exercitu ingreſſus, Polonos fugaverit, Ducemque Boletzlaum ad deditionem adegerit. Neque prætereundus hic Helmoldus Hiſtoricus ac Presbyter Eccleſiæ Lubecenſis, qui Chronicon Slavorum usque ad annum perduxit CIↃLXVIII, quo & claruit, ſic de Polonia ſcribens: *Polonia magna Sclavorum provincia, cujus terminum in Ruziæ regnum dicunt converti. Et dividitur in octo Epiſcopatus, quondam habuit Regem, nunc autem Ducibus gubernatur, ſervit & ipſa, ſicut Boëmia, ſub tributo Imperatoriæ Majeſtati.* (a) Ut proinde fruſtra ſint, qui contra tot vetuſtos ſcriptores Polonis recentioribus, vel ipſi etiam ſoli Dugloſſo, quem alii videntur ſeqvuti, adhærendum cenſent.

(a) Multa alia loca celeberrimus Polyhiſtor Conring. in auguſto opere de finibus Imperii Germanici l. 1. c. 18 citat, quibus Poloniæ antiquam reverentiam erga Imperium Germanicum probari poſſe credidit. De tributo Polonico egerunt etiam tot alii Scriptores, Crantzius, Fabricius, Reuſnerus, Dubravius, Silvius, & alii; qui pro lubitu conſuli poterunt. Miror autem clariſſimum Conring. prætermiſiſſe teſtimonium ſatis luculentum Coſmæ, qui illo tempore vixit, in hiſtor. Bohem. l. 2. A. 1086. Nullo autem modo pede ſicco prætereunda erant verba Chronici montis Sereni editi a Joachimo Joh. Madero A. 1665. p. 14, quæ ita ſonant: *Imperator Aſſumptionem S. Mariæ in Merſeburg celebrat, ubi Boleslaus Dux Poloniæ, & Othilricus Dux Bohemiæ cum ſeteris Principibus adfuerunt. Ubi etiam Boleslaus gladium Imperatori reportavit*; cum quo etiam referri poteſt M. Theodoricus Engelhuſius a Madero eodem editus in Chron. p. 121. His adjicere licet etiam originales, ut vocant, Cæſaris Friderici I literas ſub A. D. 1159 datas, & in Indice Archivi Carlſteinenſis recitatas, quibus ille Uladislao Bohemiæ Duci privilegium circuli aurei in capite deferendi concedit, ſimulque eidem, & Succeſſoribus Bohemiæ Principibus omne

omne tributum, quod hactenus Polonia Romano pendebat Imperio, in perpetuum donat, quas Friderici literas retulit, & sigillo Imperiali munivit Carolus IV Imp. referente Balbino l. 3. histor. Boh. c. 8. p. 209. Et sane circa annum Christi 1109 Henricum V Imperatorem tributum a Boleslao III Criwousto postulasse, non negat Poloniæ historiæ conditor Vincent. Kadlubko in lib. 3. Chron. Polon. p. 304. &c. imo, quod mireris, ipse etiam Cromerus lib. 5 de ortu & gest. Polon. p. 476. cum alii ejus conterranei, inprimis Bzovius, nescio quæ non moliantur, ne inclyta gens quondam Germanis tributaria fuisse putetur. Ægerrime vero Poloni disputationem Conringii tulerunt, & personatus Franciscus Marinius calamum strinxit. Nec potuit prorsus exuere amorem Poloniæ Hartknochius lib. I. de Rep. Pol. c. 2. p. 58. cujus vestigiis insistere sibi gloriæ ducit Clarissimus Schultzius in tractatu Historico-Politico de Polonia nunquam tributaria Gedani A. 1694 edita, quem tamen Schurtzfleischio harum rerum consultissimo non satisfacere, communis fama est. Verum nostrum non est tantas componere lites. Nobis præprimis cum prælaudato Balbino exclamare liceat: *quid, oro, magnopere Genti (fortissima Polonorum) nocebit, obnoxios alicui ante tot secula fuisse! nunquam tam propitia ulli genti fortuna fuit, quin aliquando vultum averterit, mutarit, aut saltem contraxerit! Romani rerum Domini super caput Gallos, Sabinosque viderunt, Regi Porsennæ obsides numerarunt, sub jugum missi sunt: a Brenno triste illud: Væ victis! audierunt, hoc tamen mandari literis, hoc tradi memoriæ, Martialis & a Marte genitus populus sustinuit.*

§. 32.

Silesia, & ipsa quoque Polonia Germanis Victoribus omnem cultum debet.

Meo quidem judicio Patriæ nostræ, ut cum Poëta loquar, - - - - *non tam*

Turpe fuit vinci, quam contendisse decorum:
Magna deditq; illi tantus solatia Victor:

id sane hac occasione consequtæ, ut novæ subinde Germanorum coloniæ in eam immigrarent: Sed a quibus tamen Polonorum stirps penitus non excisa,

aut deleta, ſed mixta Germano ſanguini velut læta arbor inſitione aucta fuit: & ut in eandem fere linguam, legesque, ſic in unum item nomen conceſſit: provincia interea ipſa novorum hoſpitum adventu, & artium invectu haud parum exculta. Quod idem in reliqua Polonia paſſim factum: & Germanis cultum (*a*) omnem debet pulcherrimus Europæ tractus.

(*a*) Quum enim incultum vivendi modum quondam habuerit gens Slavica, Procopius indicat verbis ſequentibus: *Vivunt*, inquit, *in miſeris tuguriis ſatis longo intervallo ſeparati, nec ibidem diu ſed mutatis crebro ſedibus.* Et alio in loco, *Vivendi modus*, ait, *aſper & negligens, qualis Muſagetarum, nec minus continuæ ſordes.* Et ſane, quod concernit domicilia, longe aliam nunc faciem, poſt Germanorum ad illam adventum, habet Polonia, vel ipſo Cromero teſte, quam habuerat, antequam pateret Germanis. Helmoldum, & ipſum Slavum audiamus lib. 2. cap. 13 in Slavorum Chronico ita ſcribentem: *ſed nec in conſtruendis ædificiis* (inquit ibi) *operoſi ſunt, quin potius caſas de virgultis contexunt, neceſſitati tantum conſulentes adverſus temp. ſtates, & pluvias.* Id quod per illas Poloniæ partes, ubi nulli ſunt Germani, peregrinantem hodieque docet experientia, atque omnino verum eſſe oſtendit, quod ſæpe citatus Poëta noſter ante ſemialterum circiter ſeculum de Polonis aſſeruit ſequentibus verſibus:

Hinc rara a priſco videas fundata Polono
Oppida, nec ſtructas altis in collibus arces,
Sparſa ſed agreſti vix tigno hærentia tecta
Primores habitare equites, ſtabulare ſub uno
Paupere cum Verna Dominum, pecudesq; hominesq;
Atq; indiſcreto porcos grunnire cubili.

Ut non minus vere de Polonia viator habeat, quod conqueratur, quam celeber ille per Germaniam ante paucos annos peregrinans Batavus Jacobus Tollius in Epiſtolis ſuis Itinerariis ſupra allegatis Epiſt. I. pag. 6 de Weſtphalia in hæc verba conqueſtus: *Audiſti enim Vir perilluſtris* (ſic ſcribit Conſuli Amſtelædamenſi) *pluſquam ſemel, quam inelegans Weſtphalia, quam decantatæ ruri agentium, & fere opus ruſticum facientium incolarum ſint ſordes - - - - Hoc enim vix tacere queo, hic vidiſſe me,*

me, atque uſurpaſſe ea omnia oculis, quæ non ita dudum apud Tacitum de Germanorum moribus legeram; inprimis heros, uxores, liberos, familiam, jumenta, porcos, anſeres, gallinas uno cuncta ſub tecto, cujus medium convexa ſui parte perforatum, fumum emittebat; ſic ut, qui in illum Taciti libellum commentarium ſcribere voluerit, Weſtphalos tantum adire debeat inventurus illic uberrimam commentandi materiam. Ipſe nonnunquam in Lappia mihi, vel Samogitia eſſe videbar, adeo omnia aſſidua fuligine nigricabant.

Hæc Tollius. *Verum tamen* (inquit poſtea) *ſi quid in pagis minus cultum, id urbium nonnullarum diſpungit elegantia.* Plura & lepida, lectuque jucunda idem Autor citato loco pag. mihi 14. 15. 16. & Scholiaſtes ipſius Henricus Chriſtianus Henninius pag. 22 de Weſtphalicis ſordibus ſcribunt, quo lectorem remittimus. Sed audiamus etiam contra conquerentem Fabrum, aliosque, Gedanenſem Tullium, Joachimum Paſtorium ab Hirtenberg, diſſertatione Philologica de Sarmaticis originibus genti ſuæ diſerte patrocinantem, & Procopii verba, de continuis Slavorum ſordibus allegata, in hunc modum explicantem: *de corporibus non eſt, cur contradicamus* (inquit ibi) *Procopio, etſi horum varietas talis hic ſit, quæ in aliis gentibus. Aſperitatem vitæ, & ſordes noſtra quoque ætate Vir alioquin celebratiſſimus in icone animorum objecit Poloniæ, ſed ita a magno Patriæ vindice Luca Opalinio exceptus eſt, ut, quos negligentes cultus dixerat, famæ minime negligentes ſenſerit. Si vixiſſet, ea, quæ de Polonis ſcripſerat, antequam ederentur, in ſpongiam domeſticam incubuiſſe optaſſet, ne in aſperiorem Sarmaticam incurrerent. Sed quod res eſt, libenter fatebor; a ſordium maculis ne hodie quidem plebem Sarmaticam abſterſero. Mire enim inops, ſub jugo herili, vivit in diem, cultus omnis & adſpernans, & ignara. Cæterum nobiles familiæ veſtitus, & equeſtris potiſſimum ſupellectilis pretio, nullius nationis elegantiæ cedunt. Magnates omnem gentium non modo ſplendorem, ſed & luxum anteeunt. Si quid minus ordinati occurrit, id a ſervorum, quorum centurias alunt, multitudine eſt, quam ingente minime umbratica a confuſione difficilius, quam ab Æthiope nigredinem avellas. Denique non deformi morum elogio finit judicium Hiſtoricus:* (*Procopius nimirum de Slavis*) A vafritie, ac malitia remoti, & hac ipſa quoque innocentia Hunnis ſimiles. *Fucum & fallacias removet a gente Slavorum, quæ nullis dum artibus fregerat indolem ad arma maxime natam, falli, quam fallere promior.* Hæc Paſtorius. Balbinus etiam lib. 2 c. 19 primæ Decadis, pulcherrimas Urbes, Bremam, Vinezzam, Roſtochium, Stettinum &c. a Slavis conditas eſſe ſcribit eamque gentem c. 9 humaniſſimam fuiſſe aſſerit,

asserit, *cum nimirum* (ut Sabinus Poëta ibi citatus loquitur) *in Asia genti Jonicæ, quæ sine ulla dubitatione omnibus nationibus toto orbe terrarum omni civili cultu antecelluit, admixti fuissent Heneti &c.*

§. 33.

Silesiæ nomen quando cœperit? an Ditmari pagus Silensis?

Nomen ipsum Silesiæ recentius esse constat: nec quando omnino cœperit, etiam doctissimi, quanquam curis huc versis, hactenus certum dicere potuerunt. (*a*) Ditmari sane ætate nondum celebrabatur, sed sub Poloniæ, ut Imperio, ita nomine adhuc delitescebat. Meminit ille quidem Civitatum nostratium, VVorcislaviæ, sive VVratislaviæ, Gloguæ, item Crosnæ; ipsius Silesiæ liquide & diserte non meminit. Nisi forte eo in loco Silesiam intelligere existimandus, cum libro septimo Chronicorum scribit, urbem quandam ab Henrico Imperatore obsessam Nemetzi, a Conditoribus Germanis (quos nimirum Slavorum lingua Nemizos vocat) nuncupatam, eamque sitam in pago Silensi. Quid enim, si urbs illa Nemetzi, non quidem (ut putabat aliquando Vir nobilis Tobias Scultetus) Nimcavia, sed potius oppidum sit, hodieque Nimitium adpellatum? pagus vero Silensis ipsa Silesia? (*b*) siquidem pagum non eo significatu, quo Ulpianus scribit, in qua civitate, & in quo pago sit, & quos duos vicinos habeat, & quo hodie pro vico, sive villa, muris portisque carente, accipimus; sed veteris Germaniæ, quam pro gentis simpli-

ſimplicitate in pagos fuiſſe diviſam Julius Cæſar, Cornelius Tacitus, & ſcriptores alii prodiderunt, conſuetudine, ac quomodo in veteribus inſtrumentis, atque annalibus perpetuo accipi obſervare licet, pro tractu ſive diſtrictu unius ditionis, vel regionis, & populi alicujus parte uſurpemus: qua de re præter alios multa erudite cum Marquardus Freherus, Vir genere & doctrina inclytus, in originibus Palatinis, tum Vir clariſſimus Henricus Meibomius de veteris Saxoniæ, finitimarumque regionum quarundam pagis commentario: qui quidem & ipſe pagum Silenſem hoc modo interpretatur. Atque ita hæc antiquiſſima fuerit Sileſiæ memoria literarum monumentis conſignata. Sed quam anceps tamen, & incerta ſit hariolatio iſta, nec ignoro, nec diffiteor: cum præſertim pagus Silenſis Ditmaro ita ſit uſurpatus, ut non totam regionem, quæ nunc Sileſia dicitur, ſed particulam ejus tantum monti Silenſi proxime adjacentem (das Land oder Reſier um den Zottenberg herum) ſignificare videatur. Poſterior Ditmaro vixit Helmoldus, qui de mari Baltico hunc in modum ſcribit: *hoc mare multæ circum ſedent nationes. Dani ſiquidem, & Sueones, quos Nortmannos vocamus, ſeptentrionale littus, & omnes in eo obtinent inſulas. Ad littus Auſtrale Slavorum incolunt gentes, quarum ab oriente primi ſunt Ruzi, deinde Poloni; habemus a ſeptemtrione Bruzos, ab Auſtro Bojemos, & eos, qui*

dicun-

dicuntur Moravi, ſive Carinthi, atq; Sorabi. Omnes hæ nationes, præter Pruzos, Chriſtianitatis titulo decorantur. Quo quidem ex toto ſatis liquet, cum Poloni dicantur habere vicinos Bojemos, Sileſiæ nomen nondum tunc fuiſſe cognitum, ſed ſub Poloniæ adhuc indigitatu (*t*) delituiſſe. Tametſi vero non infiteor, ſucceſſu temporis fieri potuiſſe, ut pagi nomen ad totam provinciam fuerit traductum; quo minus tamen id aſſererem, nec adeo Heiminsfeldio, qui apud Ditmarum pro pago Silenſi legendum putat Sileſenſi, ſuffragari poſſim, illud potiſſimum obſtat, quod in vetuſtiſſimis monumentis patriam noſtram nunquam Sileſiam, ſed Sleſiam dictam fuiſſe reperio: quomodo hodieque Germani terram Sileſiam die Schleſien/ Poloni Slesko, Czechi, ſive Bojohæmi Sliſßko / ipſam autem Sileſiorum gentem Germani die Schleſinger / vel Schleſier / Poloni Slezacy, Bojemi Slizacy appellant.

(*t*) Contra Henelium, qui, an Sileſia per pagum Silenſem intellecta fuerit, dubitat, adduco Polyhiſtorem magnum Melchiorem Goldaſtum lib. 1. c. 14 ita ſcribentem: *Porro a Ditmaro, Epiſcopo Merſeburgenſi, Sileſia vocatur* pagus Silenſis, *corrupte* (*opinor*) *pro* Sileſenſis. *Sic autem dicta videtur a* Sliuſis, *Slavica gente, Bohemis*, Luſizis, *& Sorabis, id eſt, Miſnis Orientalibus contermina, ut in Annalibus Francorum a Pet. Pithœo, & Fuldenſibus a Frehero editis, obſervatur: in quibus tamen perperam* Siusli, *& pejus adhuc apud Adamum Bremenſem* Suſi, *peſſime denique apud Aventinum* Suſoli *ſcribitur pro* Siluſi. *Qui ex ſitu locorum non poſſunt eſſe alii, quam Sileſii, qvum & nomen inde veriſimilius detortum, & vicinorum tractus plane conſpirent.* Hæc Goldaſtus. Hic lectorem remitto ad §. 30, ubi ipſos gravium Auctorum textus de *Sliuſis* loquentes legere

gere poterit: ut proinde noſter omnino erret, ſi Sileſiæ nomen, quod ante Ditmarum jam claruit, ipſius ætate nondum fuiſſe celebratum aſſerat. Audiatur etiam celeberrimus Conringius in Th. RR. pp. P. IV de Sileſia ſequentia ſcribens: *In Ditmaro Mersburgenſi ſit mentio pagi alicujus, quem ille vocat Silenſem: ſi ille fuit in Sileſia, veriſimile eſt illud nomen jam tum fuiſſe in uſu ſeculo XI. Et videtur veriſimile inditum eſſe nomen ab inſigni pago: per pagum autem non intelligo* ein Dorff/ *ſed inſignem tractum, ſeu regionem latiorem, ut occurrit in antiquis Scriptoribus.* Sic Conring. *De Pagis* vero, quid antiquis Scriptoribus ſignificaverint, Commentarium recenter edidit Paullinus, qui per pagum Silenſem, *cujus Ditmarus meminit, Regionem illam florentiſſimam*, (ejus ex Henrico Meibomio mutuata verba ſunt) *quam hodie Sileſiam indigitamus*, intelligit.

(*b*) Sive Ditmarus (dum oppidum illud in pago Silenſi ſitum fuiſſe perhibet) totam Sileſiam (quod ſucceſſu temporis fieri potuiſſe noſter hoc ipſo ſ non inficiatur) ſive etiam aliquam duntaxat partem intellexerit, aut hoc voluerit, in aliquo Sileſiæ, vel in aliqua notabili illius parte illud oppidum ſitum fuiſſe, nihil refert; ſufficit eum meminiſſe pagi Silenſis. Jam quæro ex Henelio: unde hæc appellatio ſuam traxerit originem? reſpondet ille, a monte Silenſi ſive Zabotho. Sed ſciſcitor ulterius: unde mons Silenſis denominatur? regeret ille cap. 2, ſic fuiſſe adpellatum, eò, quod incolæ regionis veteres, antequam Chriſtianam profiterentur religionem, ſacra ſua gentilitia ibidem peregerint: tunc enim (ſicut illo in loco ſentire mihi videtur cum Fabro Poëta noſtro Henelius) ob ſilentium, quo locum ſacrum reveriti fuere, *montem ſilentii* forſan fuiſſe appellatum, ideoque in inſtrumentis antiquis in Archivo ad D. Virginem in arena aſſervatis hunc montem illo tempore, quo celebratiſſimus Canonicorum Regularium Ordo ante annos ferme quingentos & quinquaginta ibidem habitavit, inde Wratislaviam translatus, inprimis *montem Silentii*, ſucceſſu autem temporis *montem Sleſiæ* dictum fuiſſe. Sed quis non videt, *quam anceps* (verbis ipſius utor Henelii) *& incerta ſit hariolatio iſta?*

Inſto, & porro noſtrum interrogo: quem populum per *Sliuſos* in Fuldenſibus Annalibus, per *Siuslos* in aliis, per *Suſos*, per *Suſolos* in Aventino intelligat? Reſpondet hic, ex Helmoldo ſaltem colligi poſſe, *Sliuſos* hujus regionis, quæ nunc Sileſia dicitur, non fuiſſe cultores, eo, quod probatiſſimus hic Auctor Polonis Bojemos vicinos faciat, Sliuſorum vero in citato textu nequaquam memineriſt. At vero fugitivo tantum oculo inſpexit Henelius Helmoldum, quem ſi totum excuſſiſſet, inveniſſet l. 1. c. 7

num. 3 de *Susis*, sive de illius temporis *Silesiis* sequentia: *Post mortem enim* (inquit ibi) *Ludovici Regis Bohemiæ Sorabi, Susi, & Sclavi, quos ipse tributis subjecerat, tunc servitutis jugum excusserunt.* Quos *Susos* & Goldastus, & alii non nisi Silesios interpretantur. Sunt quidem nonnulli & hos inter Paullinus de pagis non dudum editus, qui *Siusillos*, *Siusilos*, *Siuslos* alio, nimirum in die Pflege um Sesselitz/ ponunt: & Suislos incolas Suselæ, Zuslæ vici, aut pagi (quem Helmoldus aliquoties Susle vocat) haud procul a littore maris Balthici jacentis faciunt. Sed incolæ, aut Suisli illi Paulliani non fuerunt *Susi*, ab ipso Helmoldo in textu citato nec non ab Adamo Bremensi l. 1. c. 34 Bohemorum vicini proclamati: nec Sliusi Strabo in Annal. Fuld. Soraborum socii: ac proinde, ut jam dictum, Susi, & Sliusi, alii esse non potuere, quam Silesii. Ecce nomen Silesiæ, Silesiorumve jam Ditmari ætate, imo jam ante illum, celebre; tametsi (ut & aliis frequenter contingit nominibus) successu temporis per varios variarum linguarum flexus & ipsum varie flexum, elementisque suis jam minutum, jam auctum, variatumque.

(c) Equidem non diffiteor, patriam nostram, antequam a Polonia separata inter Uladislai Poloniæ Principis exulis filios divideretur, sub Poloniæ indigitatu delituisse, prout curiosus Silesius scriptor accuratus (cujus dissertationes de Antiquitatibus Marcomanico-Quadis, utinam ad manus haberem, dum de Quadis commentor) in animadversionibus suis über Lichtensterns Schlesische Fürsten-Krone/ cum Goldasto, & aliis docet: imo fateor, regionem istam etiam facta jam inter dictos Principes divisione Poloniam fuisse vocatam: sic enim Henricus Canisius in Chronica Salisburgensi, quam sexto tomo suarum Antiquarum Lectionum inseruit, Uladislaum Henrici Pii filium, & Sanctæ Hedwigis nepotem Archi-Episcopum Salisburgensem *Ducem Poloniæ* vocat, Silesiæ nec verbo quidem memor; cum tamen dicti Uladislai avus Henricus Barbatus, S. Hedwigis piissimus conjux, jam anno 1235 Princeps totius Silesiæ, majoris & minoris Poloniæ salutaretur. Et ipsamet S. Hedwigis in Martyrologio Romano Poloniæ vindicatur, nulla prorsus Silesiæ mentione facta. Fateor, inquam, patriam nostram diu fuisse vocatam Poloniam, sed (quod notari volo) communi nomine: certum existimans, hanc regionem, ut grandem, & notabilem Poloniæ partem *particulari*, sive *proprio* nomine, quo ab aliis Poloniæ districtibus, aut Palatinatibus distingueretur, minime caruisse, illudque non aliud fuisse, quam a veteribus hujus Provinciæ incolis Lygiis Elysiis derivatam Elysiam, per diversitatem vero succedentium incola-

incolarum diverſimode tortum, atque jam in Sliuſam, jam Siuslam, jam Suſolam, jam Siluſam, jam Sleſiam, jam Sileſiam &c. mutatum. Quam varie hoc Sileſiæ, Sileſiorumque nomen pro diverſo tempore a linguis, Latina, Germanica & Slavica, tortum fuerit, pererudite recenſet Præclarus Vir Martinus Hankius ſupra citatus §. 23. in libro de *Sileſiorum Nominibus*, cujus primam duntaxat philyram pridie, antequam prælo conſecraremus has paginas, nacti ſumus, ac perutile, reique noſtræ magis illuſtrandæ, non inidoneum eſſe judicavimus, ex eo hic aliqua excerpere. Obſervat nimirum ille, quod Sileſii (hoc enim nomen omnino genuinum putat) vocati fuerint

Lyſii a Ricardo Bartholino de bello Norico lib. 8. v. 541.
Lyſita ab eodem ibid. lib. 10. v. 602.
Schleſii ab Henrico II Sileſiorum Duce in literis anno 1310 Glogoviæ ſcriptis.
Sleſitani a Matthia Michovio in Pol. Chron.
Sleſizii ab Uladislao Rege in decretis anno 1355 Budæ editis.
Sleſſitæ ab Andrea Althammero in Schol. ad Tacit.
Slezaci a Martino Cromero in hiſt. Pol.
Schleſingi a Caſp. Urſino Velio in Epigram.
Schleſitæ ab Æneа Sylvio.
Scleſii a Caſimiro Polonorum Rege in literis anno 1339 Cracoviæ ſcriptis.
Scleſitæ a Sebaſt. Munſtero.
Selenci a Vincentio Kadlubko, Pol. Hiſt.
Sileſiani a Joanne Longino, ſive Dlugoſſo.
Sileſiatæ a Michaële Neandro in Orb. Geogr.
Sileſitæ a Sigiſmundo Auguſto Rege Polon. in decretis anno 1550 conditis.
Siluſi ab aliis, ut Caſpar Urſinus animadvertit.
Siuſli ab Autore Annal. Fuldenſ.
Sleſaci & *Slezaci* a variis.
Sleſicii, Hinc Caſpar Urſinus:

Sunt, qui Sarmatico nos dicunt ore Sleſacos.
Et, qui Sleſiciis nobis dant nomen, habentur.

Sleſii a Clemente IV. Pont. Rom.
Sleſitæ ab Æneа Sylvio.
Slezii a Carolo, Johannis Boh. Regis filio &c.
Suiſoli a Joanne Aventino in Annal. Boicis &c.

Susi ab Adamo Bremensi Canon.
Sylesii a Joanne Dubravio, &c.

Hæc fusius supra laudatus Civis noster in prædicti libri principio, cujus continuationem non minus, quam supra laudatas Antiquitates, magno cum desiderio præstolamur.

Lusimus interim, bona tamen auctoris cum venia, sequenti in laborem doctissimi Viri epigrammate, quod, quamvis extemporaneo Marte compositum sit, nihilo tamen minus lectori benevolo non displicturum speramus.

EPIGRAMMA
De Antiquitatibus Veterum Silesiorum
A Præcl.
D. MARTINO HANKIO
conscriptis.

HANC veterem ELYSIAM, QUADIAMQUE remittimus,
HANK quam
Composuit, patriæ ductus amore, NOVAM.
Clausa diu latitans SILESIA prisca silebat:
Nunc loquitur, digitis hujus aperta Viri.
Quæ quasi de nocte Quadi olim bella gerebant,
Clarus in HANC lucem protulit, inque diem.
Quæ variis veterum scriptis dispersa fuerunt,
Doctus in hunc unum contulit ille librum.
Excurrêre alii ad Lygiumque, Quadumque,
Nemo domi, Slavo huc adveniente, fuit:
Sunt alii omnes deleti, sive sub Hunnis,
Vel contra Slavos belligerando diu.
Hankius at aliquos saltem Lygiosque, Quadosque
Ad vitam, & patriam, suscitat & revocat;
Quorum progeniem nostris remanere diebus
Scribit, & hoc se alio velle probare libro.

Sed videamus nunc, unde nominis hujus etymologiam deducat noster Henelius.

§. 34.

§. 34.

An Sileſia ab Elyſiis derivetur?

Quemadmodum vero, quo tempore ſivé Sileſiæ, ſive Sleſiæ nomen uſurpari cœptum, minime liquet, ſic de Grammatica quoque ipſius originatione, ſive etymologia variæ, ut in re obſcura, ſunt opiniones: multosque adeo incertos certare hanc rem videmus; quam tamen ſcias, an neſcias, in neutram partem multum fortaſſis intererit. Neque enim *heîc* verſantur opes Sileſiæ. Plerique noſtri Seculi Geographi ac Poêtæ ab Elyſiis nos petunt; (*a*) nec deſunt adeo, qui in media Sileſia nati ſe Elyſios eſſe dicunt, gloriantur, ſcriptitant, ſed id ſolo ſoni argumento, quod nullo alio fulcitur tibicine. (*b*) Et potuerunt quidem Elyſii Lygiorum gens ſuis ſedibus a Slavis pulſi in eam ipſam, de qua modo agimus, commigraſſe; verum quis nudæ conjecturæ fidat, cui nihil aliud eſt, quod adminiculetur? aut quis non credat potius, ſi maxime Sileſiorum partem Elyſii incoluerint, iisdem tamen hinc quoque vel digreſſis vel vi pulſis, Slavos immigrantes veſtigia etiam vocabulorum extinxiſſe? (*c*)

(*a*) Originem hanc ſtabilire nititur præ cæteris Curæus noſter, qui Sileſios non tantum ab Elyſiis Taciti, ſed hos etiam ab Eliſa filio Javan deducit, Lygiosque aut Elyſios illos præ ceteris Suevorum antiquorum populis (quemadmodum ex Tacito oſtendit) religioni, & huic quidem ante Chriſtum veræ, eo quod Judæis ſemper mixti fuiſſent, deditos fuiſſe putat. Licet hoc de Judæis Balbinus, & illud de Eliſa, Elyſiisque noſter Henelius fabulas redolére credant; atque Curæus eandem apud illos fidem, riſum-

que mereatur, quem Matthias a Michow aliique §. 27 citati merentur, dum Czechum & Lechum similiter ab Elisa filio Javan descendere dicunt. Ego tamen opinionem illam de Judæis, quos primis illis incolis mixtos fuisse opinatur Curæus, non penitus abjecerim, præsertim si nomen montis Zottensis, quem, ut noster Faber in ejus descriptione loquitur,

Advena Slavanus Judæa a luce Sabothum

dixit, considerem. Unde namque hunc montem Slavi advenientes Sabothum vocarunt? respondet Poëta: Judæa a Luce, id est, procul dubio a Judæorum conventibus, luce vel die Sabathi maxime ibidem celebratis: ex quo conjicitur, traditionem illam (quod antiqui provinciæ hujus cultores, aut aliqui saltem eorum a Judæis, qui mixti cum illis, ex Asia prodiisse putantur, & sacra scriptura teste in montibus adorare solebant, veri DEI cognitionem didicerint, veraque ante Christi prædicatum Evangelium religione collustrati fuerint) non fabulam, ut Balbinus judicat, a Curæo fictam, sed aliorum etiam fuisse sententiam.

Sed conjectura tantum est, quam nemini obtrudo, unicuique ea de re judicium liberum relinquens.

(b) Elysios in hac regione sedisse, & quidem Suidnicensem etiam Ducatum, ac proinde montem ipsum Sabothum ab illis fuisse habitatum jam supra ostendimus.

(c) Frustra quærit Henelius: *quis omnia Veterum Germanorum nomina a Slavis immigrantibus non credat fuisse extincta?* Si nullus alius; ego saltem non credo: vel rationem peto, cur Slavi regno Bohemiæ antiquissimum nomen reliquerint, & ipsimet illud assumpserint? in hac vero provincia veterum Lygiorum, aut Elysiorum vocabula penitus omnia extinxerint?

§. 35.

Silesii an a Sleso fluvio dicantur?

Sunt alii, qui Silesiam a Sleso fluvio derivant: quos inter & Conradus Celtes Protucius, Poëta primus inter Germanos manibus Cæsareis coronatus:

Heic Odera (a priscis qui nomina Suevus habebat)
Nascitur, & Codani præcipitatur aquis,

(a) Sue-

(a) *Suevus; qui* (b) *Sleſum ſocium ſibi convocat amnem,*
A quo nunc nomen Sleſia terra gerit.

Quam quidem in ſententiam & ego pedibus irem meis, ſi modo, quis ſit ille Sleſus, ubi locorum fluat, conjicere ſaltem & ſuſpicari liceat.

(a) An Odera, an vero Sprea, Suevus dictus fuerit, examinabimus in alio capite, dum de fluviis Sileſiæ tractabimus.

(b) Quin per Sleſum Poëta intellexerit fluvium Elſam, qui ultra Jablunkam in montibus Sarmaticis oriens, & poſtquam Teſchenſem ducatum curſu ſuo emenſus eſt, in Ratiborienſi infra Oderbergam Oderæ ſociatur, etiam mihi ſuboritur dubium, eo quod fluviolus Elſa potius, quam *fluvius*, & vix dignus cenſeatur, cujus Poëta tantus, tam celebrem fecerit mentionem.

§. 36.

Aliorum alia de hujus nominis Etymo opiniones.

Peucerus, Reineccius, & horum ſequaces ab ipſis Slavis denominatam contendunt; ſicut a trajectu horum Wratislaviam. Quibus adhuc antiquior Bartholomæus Stenius a voce Sle, quæ Sarmatis malum ſignificat, quod vel præferoces fuerint primi Regionis incolæ, vel ager ſterilis, ac malignus, Sleſiæ nomen deductum putavit: eorum ſuffragia facile meriturus, qui credunt Quadorum ac Sileſiorum nomina eandem rem ſignificare. *Quaat* namque Oceani accolis, aliisque Germanis, idem eſt, quod Slavorum genti *Zele*, id eſt, malum, ſeu improbum: unde quidem Veteratorem, nequam & fallacem etiam Quaden/ Schalck/ hodieque more Saxonum vocamus; nec ignotum vulgare Belgarum dicterium:

Syt

ſyt ghy een guot Juriſt, ſoo ſyt ghy een quaot Chriſt. Hoc eſt: ſi bonus es Juridicus, malus es Chriſtianus. Quaſi nimirum Slavi in has oras advecti germanicum vocabulum in ſuam linguam commutarint. (*a*) Quin fuit etiam, qui ſic dictam exiſtimaret, quaſi *Sluſam* a latino vocabulo *cluſa*, id eſt, Schlüß vel noſtrate dialecto Schleuſſe: quod nimirum Germaniam claudat, velut præſtructura quædam, ac propugnaculum adverſus Sarmatarum & Tartarorum irruptiones. (*b*) Sed, mihi crede, in nullis horum argumentorum firmitas: opiniones ſunt, & leviſſimæ tantum literarum & ſyllabarum convenientiæ, quas ſi attendere velimus, quidlibet a quolibet haud difficulter fabricare & excudere queamus. Plauſibilior aliquanto, ſed nihilo certior eſt, Joannis Dubravii conjectura, cum a Bohemis Slavis ſic primo nuncupatam regionem ſcribit, qui videntes Polonos, Miſnios, Pomeranos, Marchitas, & aliam miſcellaneam turbam illò velut inſerpere, paullatimque irrepere, a ſerpendo Sleſitas nativo ſuo ſermone appellare cœperint. (*c*)

(*a*) Schleſum aliqui comminiſcuntur Regem, a quo Sileſiam dictam eſſe ſomniant. Ridicule Ælurius in Glaciogr. P. I a *Silendo Sileſiam* derivat, (inquit Balbinus Decad. I. lib. 3. c. 6. §. 2.) quod de ea nihil prope hiſtorici retulerint: (quaſi vero Germaniæ populorum nomina a latinis primum ſint impoſita) ſed mox ſeſe quaſi corrigens a vocabulo Schloß / Sileſiæ nomen inflectit, quod in ea præclaræ urbes & arces ſpectentur; quæ, ut reor, refutatione non indigent, cum nulla autoritate aut ratione nitantur.

(*b*) Gol-

(*b*) Goldaſtum lib. 1. c. 14. §. 3. vide, & eadem verba leges.

(*c*) Hagecius, Scriptor Bohemicus, hanc regionem ante Lechi adventum *Catiſcham* fuiſſe vocatam, & per eam Lechitas ex Bohemia in Poloniam exploratum, ſedesque quæſitum miſſos aſſerit; ſed quod peregrinum vocabulum apud nullum, quem legi, alium inveni: Ego, niſi fallatur Hagecius, hoc nomine illam duntaxat hujus provinciæ partem notatam fuiſſe puto, quam Cattus fluvius percurrit: id quod ex Hagecii textu & contextu, ubi hoc nomen ei impertitur, apparet, cum Lechum ibi, & exploratores ejus deſcribat; qui ex Bohemia utique recta via penes hunc fluvium locum illum verſus, ubi primam ſuam in Polonia ſedem fixerunt Lechitæ, pergere potuere: uti Hagecium legenti, & Tabulam ſimul Geographicam inſpicienti patebit. Niſi forſan Cattos veteres, dum, teſte *Tacito*, cum Hermunduris de ſalis fontibus dimicarunt, aliquando ad *illum fluvium* ſediſſe, eique Catti nomen dediſſe dicamus: quod tamen labenti tantum fulciri tibicine mihi videtur: quamvis citatus Hagecius antiquos Sileſios in aliquibus ſuæ Hiſtoriæ locis Cattos fuiſſe tradiderit.

§. 37.

Cromeri ſententia placet Henelio.

At illa Martini Cromeri conjectura, quam & Franciſco Fabro, (*a*) Viro ac Poëtæ optimo, Reipublicæ VVratislavienſium quondam a ſecretis, in eo, quod Sabothum inſcripſit, pererudito, & examuſſim eleganti poëmate placuiſſe video, an non veracior? Sileſiæ videlicet (& magis ſi Sleſiam ſcribas) a confluxu multorum populorum nomen inditum, ſive tunc, cum inſtante precibus atque minis apud Boleslaum cognomine Criſpum Etnarcham Poloniæ, Friderico Barbaroſſa Imperatore poſt captum everſumque Mediolanum ab Italica expeditione jam reverſo, Uladislai, de quo ſupra, filii exules revocati hanc Poloniæ partem a reliquo corpore ſeparatam in ſuam di-

tionem acceperunt, ac quia non ſolum e Germana matre procreati, ſed & ipſi in Germania diu verſati fuerant, magnam Germanorum multitudinem ſecum adduxerint, ſive etiam aliquanto prius, nempe poſteaquam Sbigneus nothus Uladislai I filius eam oram invaſit: ita ut Sleſii, ſive (*b*) Slezaci, quaſi convenæ lingua Polonica dicerentur. (*c*) An non, inquam, hæc conjectura vero magis adſidet? cum magnis illis Philoſophis ἐπέχω, & rem integram ad antiquitatis Senatum refero, ſed qui linguæ Slavicæ minime ignarus: Ex hac enim ſola veram nominis Sleſiæ, ut & urbium vetuſtiorum rationem petendam alte mihi ſedet. Quod qui negare audebunt, mero quoque meridie lucere per me quidem negent. Illud vero vel leviter tangendum: quod voci primitivæ ſyllaba inger a Germanis apponitur, ut nos dicant: Schleſinger / id in lingua ipſorum haudquaquam infrequens eſſe; ita enim dicere ſolent: Lotharinger/ Weſtphalinger / Thüringer / & alia plura horum non abſimilia.

(*a*) Audiamus ipſius Fabri verſus de confluxu Germanorum, eorumque cum Slavis miſtione:

Connubiis tandem, & longa propagine miſti
In populum gens multa ſimul concrevimus unum:
Et vix alterius generis diſcrimina noris,
Utcunque obſerves, longe confuſius ipſum
Plurimus immiſcens ſe noſtræ convena turbæ
Reddidit antiquæ gentis, nomenque, genusque,
Ut non tam populi prompte internoſcere priſci
Stemmata, quam poſſis nomen regionis avitum

Dicere,

Dicere, poſtremum quod plurima turba, frequensque
Undique certatim confluxerit Advena, pro re
Sleſia noſtra novum tenet hoc in ſæcula nomen.
Sleſemam *vero hæc horrentia ſentibus arva*
Nempe mala a gleba quidam dixiſſe feruntur,
Haud fors immerito: nec enim tam patria chara eſt,
Ut manifeſta negem: *nec vos neſcire putandum,*
Qui ſemper mecum has terras, cœlumque tenetis
Indigena, tale hoc cœlum, terrasque fuiſſe,
Ut Quadus, inque DEOS gelido gens ſi qua ſub Arcto
Impia centimano conjunxerit arma Typhœo,
Incolat has ſteriles, & aratro verſet arenas,
Parcaque ſudando ſabulo hoc alimenta colonus
Quærat, & infelix cultura exerceat arvum:
Pauci etenim fluxere anni, qvum dura, rigensque
Sleſia ſqualleret, nullas produceret uvas,
Et tenues meteret cultor deluſus aristas
Sæpius, atque avidum infelix tritura colonum
Falleret, externos necdum pomaria ſuccos
Induerant, vix maturos vernacula fructus
Exacto autumno menſis ſua mala ſecundis
Robora præbuerant, ſic & ſylveſtria pruna
Feſtinata gelu, & crepitanti præcoqua torre
Condimenta dabant, priſciſque obſonia menſis:
Nunc aliud cœlum, verna jam mitior aura
Temperies, ſive id cedat vertentibus annis,
Seu rapidi, ut perhibent, poſt multa volumina Cœli
Vertatur rerum facies, ſive impiger uſu
Mortales acuat labor, & ſolertia vincat,
Naturam eluctans, terramque exendet inertem.
Jamque adeo noſtris externus montibus Evan
Luxuriat, tollitque alio peregrina racemis
Cornua traductis, ſcrobibuſque educit alumnam
Diffuſis ſobolem. Cereris vix munera meſtor
Falce premit gravida, & dives tritura colonos
Exhilarat, pecori tellus uberrima paſtum
Divite lanicio præbet, tinctoribus horti

Sufficiunt patrii rubeam, nuperque repertum
Collibus in noſtris operæ huîc ſpiſſatur alumen.

Hæc Faber: quæ ultima tamen convenientius illi capiti, in qua de Sileſiæ ubertate tractabitur, inſererentur.

(*b*) Ne gens noſtra per hoc nomen *Slezaci* aliquam incurrat ignominiam, nolim hoc confundi a Slavicæ linguæ ignaris cum *Lezakis* illis, quorum R. P. Balbinus l. 3. c. 7. §. 2 meminit, qui non Sileſii, ſed (ut loco citato habet Hiſtoricus) Bohemiæ cultores fuere, homines vacui & otioſi, quos Leziacos a jacendo vocabant veteres, quorum erat (ut Cæſar Adrianus cecinit) *ambulare per popinas, culices pati rotundos*, calicibus epotandis ſtudere, helluari, ſubare, rixari, & ſanguineas lites excitare, itinera infeſta reddere, viatores ſpoliare, atque etiam trucidare. Fuit autem illorum prædonum tanta licentia, ab iisque patrata tot latrocinia, ut opus fuerit a Regibus, & Comitiis plurima contra illos edi decreta, & armata manu eos conquirere: ſic ut etiam malo tandem invaleſcente, Pragenſes, qui potiſſimum petebantur, armatis civibus latrones aggreſſi, diſſipavetint, triginta captos ſuſpendio necari fecerint. *Solebant ejusmodi farinæ homines*, inquit citatus Balbinus, *maxime ſi cujuſpiam criminis convicti carcere attinerentur, Maximiliano, & Rudolpho regnantibus, ad triremes vendi, Italis Navarchis ementibus. At male plerumque ea hominum nundinatio proceſſit; nam patrii homines, amicis monitis quo die ducebantur, popularium auxilio invocato, depulſis Italis, quam ſæpiſſime ereptos ſuis reſtituebant.* Plura de illis vide loco citato. Hoc tamen nomine ab initio Bohemi non populares ſuos, ſed Germanos appellaſſe videntur, quemadmodum ex Hagecio in annum Domini 1407 legitur, ubi tradit, tum temporis Pragæ ultra mille ducentos divites Germanos mercatores habitaſſe, eosque Leziacos fuiſſe nuncupatos, a jacendo, eo quod Pragæ conſtanter manſerint, aut quieti jacuerint, ſie haben ſtill gelegen / & merces a famulis ſuis advectas vendiderint. Ab his Baſilicam in Thein ſub patrocinio B. V. Mariæ Aſſumptæ exſtructam, divitibusque fuiſſe dotatam proventibus, idem Autor ſcribit loco citato.

(*c*) Hæc Sileſiæ Etymologia, ſive derivatio a *Slezacis*, ſive Convenis, in tantum invaluit, ut omnes ferme novi, iique laudatiſſimi Scriptores (Hartknochio excepto, Curæi ſententiam approbante) hoc argumentum tractantes cum Cromero eam amplectantur, & ſententiæ Sileſios ab Elyſiis deducenti contradicant. *Imperiti ſunt originum veterum*, ait Schurtzfleiſchius in diſp. ſeu lemmatibus Hiſtoricis ad Sileſiam pertinentibus,

gentium-

gentiumque natales ignorant - - aut mea opinione in re seria interdum inepti unt, ac ludunt, qui Elysios Taciti Silesios interpretantur - - - Verisimiliter ultima nominis initia a Convenis lingua Sarmatica dictis repetuntur. *Silesia nomen*, inquit Balbinus l. 3. c. 6. §. 3 in historia Bohemica anno 1679 typis data, *annos quingentos non superat: inde natum existimant Poloni Bohemique Scriptores*, że sause ſlężli / id est: *quod multa variaque gentes in unam provinciam confluxerint.* Quam quidem in sententiam & ego pedibus irem, si modo mihi scriptores hi celeberrimi prius ostenderent, unde Ditmari pagus *Silensis*, veterumque gravissimorum Auctorum *Sliusi, Siusli, Silusi, &c.* (quos sub hoc nomine jam ante octingentos, & plures annos in Silesia commoratos fuisse monstravimus) sui nominis arcessant originem. Nos denique, donec aliud nobis probetur, Silesiam, & Silesios, & Sliusos a Taciti Elysiis suum mutuari nomen, constanter sentimus, atque initium præfationis illius, quam Philippus Melanchthon, scriptor in rebus quidem, aut doctrinis fidei fallax, in historicis tamen non omnino contemnendus, anno 1558 in Catechesin Valentini Trocendorfii ad Henricum Ducem Silesiæ exaravit, pro fine Scholii hujus capitis apponimus: *Apud Cornelium Tacitum*, inquit ille, *inter Germaniæ populos nominantur Elysii, quos unius adjectione literæ Silesios esse existimo: sed vir doctus delectatus allusione græca vocis maluit Elysios dicere, præsertim cum laudare audiret spatiosos campos, feraces frumenti, & juga gignentia aurum, argentum, & ferrum, &c.*

Atque hæc de honorifico patriæ nostræ nomine sufficiant: quæ licet tanti roboris fortasse non sint, ut coram antiquitatis senatu, ad quem Henelius pro sententia sua appellat, subsistant, & indigna, quæ tantis viris opponantur, saltem veniam merebitur mea erga patriam pietas, qua stimulante hæc scripsi.

(o)

CAPUT II.

SILESIÆ SITUS, POPULI FINITIMI, PARTITIO.

SUMMARIUM

Autoris:	Scholiastæ:
§. 1. *Situs Silesiæ.*	§. 1. *Silesiæ Geographi, quos inter Helwigius.*
§. 2. *Forma sive Figura Silesiæ, & Ambitus.*	§. 2. *Figura totius Europæ, & de limitibus disputatio cum Bohemis.*
§. 3. *Ambitus sive Peripheria Silesiæ quanta?*	§. 3. *Cogitationes Balbini de hoc ambitu.*
§. 4. *Longitudo Silesiæ.*	§. 4. *Quid alii Autores de hac longitudine.*
§. 5. *Vicini Silesiæ.*	§. 5. *Silesius variis linguis opus habet.*
§. 6. *Cui signo Zodiaci subjaceat?*	§. 6. *Inferior Silesia sub Virgine, superior sub Ariete.*
§. 7. *Montosa alibi, alibi plana.*	§. 7. *Plura de Silesiæ Montibus.*
§. 8. *Pars Septemtrionalis planior.*	§. 8. *Amœna Silesiæ planities.*
§. 9. *Inter montes princeps Zottensis,*	§. 9. *An Zabothus sit mons Asciburgius?*
§ 10. *Ditmaro mons Silensis.*	§. 10. *Lector ad primum caput remittitur.*
§ 11. *Monasterium in eo conditum.*	§. 11. *Templum B. V. in Zabotho restauratur.*
§. 12. *Ejus Circuitus.*	§. 12. *Circuitus Henelio alius, Nasoni alius.*
§. 13. *Castellum in eo latronum receptaculum, postea dirutum.*	§. 13. *De latronibus olim ibi habitantibus vel fabula, vel mirabilis historia.*
§. 14. *Sabothus a Fabro descriptus.*	§. 14. *Templum novum in eo exstructum describitur.*

§. 15.

§. 15. *Montes Sudeti unde dicantur?*
§. 16. *Aliis Cerconeſſi, Riphai, Gigantai.*
§. 17. *Fontes Ilpavæ & Albis.*
§. 18. *Montes fertiles, ſed ſpectro infeſti.*
§. 19. *Mons Gigantaus Index tempeſtatis.*
§. 20. *Montes Niſſenſes & Moravici.*
§. 21. *Montes Sarmatici.*
§. 22. *Quibus ventis expoſita Sileſia?*
§. 23. *Diviſio Sileſiæ in ſuperiorem & inferiorem.*
§. 24. *Diviſio in latus Germanicum & Polon.*
§. 25. *Diviſio Politica in Ducatus, & Dynaſtias: illorumq; Situs.*
§. 26. *Suidnic. Glogov. Jaurov. & Mönſterberg. item Wratislavienſis cui Domino pareant?*
§ 27. *Oppolienſ. & Ratiborienſ. quis Dominus?*
§. 28. *Niſſenſis ad quem ſpectet?*
§. 29. *Lignicenſis, Brigenſis, ac Teſchinenſis cujus?*
§. 30. *Olſnenſis cujus?*
§. 31. *Oppavienſis quando Lichtenſteinio traditus?*
§. 32. *Saganenſis quis Princeps?*
§. 33. *Croſnenſem quo jure Brandenburgicus poſſideat?*

§. 15. *Sudeti reſpectu Sileſiæ.*
§. 16. *Unde Riphai? aut Rhipai? unde Vandalici?*
§. 17. *Ilpava e Sileſiæ gremio naſcitur.*
§. 18. *An quidque ſit illud ſpectrum? & unde nomen habeat?*
§. 19. *Pauca de monte Wartenſi.*
§. 20. *Lector ad §. 7 remittitur.*
§. 21. *An Carpatus Ptolomæi Aſciburgius?*
§. 22. *Qui venti ſeptemtrionales?*
§. 23. *Olim Sileſia tripartita.*
§. 24. *Diſputatio de Jure Polonorum in Sileſiam.*
§. 25. *Ducatus cur hodie plures, quam Henelii tempore?*
§. 26. *Mönſterbergenſis hodie Auersbergiani dominii.*
§. 27. *Poſt varios Dominos hodie ad Regem Bohemiæ ſpectant.*
§. 28. *An Niſſenſis, an vero Grotgavienſis vocari debeat?*
§ 29. *Jure feudi ad Regem Bohemiæ devoluti.*
§. 30. *Olſnenſis aut Olſnicenſis Principum Würtenbergenſium.*
§. 31. *Oppavienſium Ducum origo. Sileſiæ Statuum gravamina contra hunc Ducatum ſeparari volentem.*
§. 32. *Hodie Lowkowitzius Princeps.*
§. 33. *Lector ad gravamina §. 31 annexa remittitur.*

§ 34.

§. 34. *Carnovienſis cujus fuerit? & cujus hodie?*	§. 34. *Pauca de Georgio Marchione, Duce illius Ducatus ultimo. Item de diſtrictu Schwibuſienſi.*
§. 35. *Dynaſtiæ, earumque Domini.*	§. 35. *Hodie ſex numerantur Dynaſtiæ libera, & literæ Cæſareæ duas novas confirmantes.*
§. 36. *Diviſio Regionis in quatuor tractus, quoad rem militarem.*	§. 36. *Pauca de oneribus in re militari.*
§. 37. *Sileſia pars fuit provinciæ Frauenſtadienſis.*	§. 37. *Caſimirus Loctici Filius usque Stinaviam hoſtiliter progreditur.*
§. 38. *Item Oſvencinenſis & Zatorienſis Ducatus.*	§. 38. *Lector ad Hartknochium dirigitur.*
§. 39. *Hoſiblavienſe territorium ſimiliter.*	§. 39. *Remittitur rurſum Lector ad querelas Principum & Statuum anno 1620 traditas.*
§. 40. *Nec minus Libuſienſe territorium.*	§. 40.
§. 41. *Caſtrum Grosburg ad quem ſpectet?*	§. 41.
§. 42. *An Glacium fuerit pars Sileſiæ?*	§. 42. *Goldaſtus affirmat.*
§. 43. *Luſatia pars Sileſiæ non fuit.*	§. 43. *Curioſus Sileſius affirmat, ſed refutatur a Scholiaſte.*

§. 1.

SITUS Sileſiæ.

SITUM Sileſiæ qua cœleſtem, qua terreſtrem doctiores Geographi, (*a*) qui orbis terrarum partes erudito diſtinxerunt radio, oſtendunt: & ex (*b*) Martini quidem HELVVIGII, ac Joachimi CURÆI, ſententia ſeptimo ſubeſt climati, ac gradus in ſe lex complectitur: Auſtraliſſimo parallelo ab Æquatore gradus ferme

me XXXII, Borealiſſimo autem XXXVI gradus & aliquot ſcrupulos diſtante. Quoad latitudinem vero ſumma poli elevatio graduum pæne LII. ima paullo minor eſt, quam L. Ut proinde ex hoc ſitu colligere ſit, plagam hanc noſtram Zonæ Aquilonari reſpondere: ac frigidiuſculam quidem eſſe, ſed nihilominus ea aëris temperie, quæ eliciendis & fovendis ſatis commoda, hominibus etiam ac reliquis animantibus multo ſit ſalubrior, quam ſi aut æſtus *nobis* immodicus incumberet, aut nimium nos frigus infeſtaret. Temperies tamen iſta non ubique eadem, ſed alibi major, alibi minor: pro locorum nimirum ſitu, ac ventorum, quibus perflantur, varietate & qualitate.

(a) *Nullius Regiminis totius Germaniæ tam exacta habemus tabulas,* (geographicas,) *quam Sileſiæ & Comitatus Glacenſis &c.* inquit Conring. in Theſauro RR. PP. P. 4. de Boh. §. 14. ubi etiam mentionem facit Jonæ Sculteti Sprotta-Sileſii, celebris Geographi, ejusque tabulas commendat. Nuper etiam diligentem huic provinciæ navare cœpit operam Vir clariſſimus Godefridus Köhler, Reipubl. Wratislavienſis Notarius, cujus manu Suidnicenſem & Jaurovienſem Ducatus delineatos luſtrantes, ulteriorem pro patriæ ornamento hujus pii conatus exoptavimus continuationem.

(b) Quis HELWIGIUS fuerit, legitur in Polii Homerologio, in cujus die 14 Septembris habentur ſequentia: Anno 1561 hat der wohlgelehrte und erfahrne Mann Martinus Helwigius von der Neyß/ Schulmeiſter zu S. Mariä Magdalenä/ die Mappen oder Tafeln des Landes Schleſien in Druck und ans Licht gegeben. Natus fuit hic Helwigius (ut in natalibus Virorum Illuſtrium Andreæ Calagii, Poëtæ Wratislavienſis, cujus ille in juventute Præceptor fuerat, legitur) anno, DVM genVa VIrent, id eſt, 1516. quod chronographicum Ipſe ſuæ memoriæ juvandæ fecerat. Mortuus vero, ſecundum Martini Hankii tabulas chronologicas recenter editas, anno ſupra

pra mille quingentos ſeptuageſimo quarto. Fuit alius poſt hunc Martinus Helwigius, Gymnaſii Eliſabethani Præceptor, præfati Helwigii filius, natus, ut habet citatus Calagius, anno 1549. Alius item Martinus Helwigius, civis patriæ doctus. Calagius in Natal. Viror. Illuſtr.

§. 2.

FORMA ſive FIGURA, & AMBITUS SILESIÆ.

Ad FORMAM, ſive FIGURAM quod attinet, minime utique rotunda illa aut circularis, ſed TETRAGONI (*a*) ſpeciem, inæquilateri tamen, & obliquanguli præ ſe ferens; longior eadem, quam latior. Initium ambitus facio a fontibus Viſtulæ, ipſisque adeo Hungariæ ac Poloniæ confinibus, indeque verſus Orientem per Bilicenſe & Bleſſenſe Territorium incedens ad usque Bridnicii fontes pergo, & ſic latus Orientale conſtituo. (*b*) Tum ad ſiniſtram deflectens, & Oppolienſes, Bicinenſes, Nambslavienſes, VVartenbergenſes, Milicenſes, VVolavienſes, Glogovienſes oras verſus Poloniam emenſus, indeque in Ducatum delatus Croſnenſem ad Viadri & Bobri confluentem in extremo cum agro Francofurtenſi confinio ſeptemtrionale latus claudo. Ab hoc termino verſus Luſatiam per Ducatum Saganenſem, & Jarovienſem progreſſus aſcendo montes Sudetos, & ad ipſam ſive Iſaræ, ſive Albis ſcaturiginem Occidentale latus finio. Quartum, hoc eſt, meridionale latus ab his ipſis fontibus incipio, perque Sudetos montes, qua Bojemiam, & Glacenſem Comitatum,

tatum, qua Moraviam ſpectant, longius progreſſus in Ducatum Teſchinenſem revertor.

(*a*) FIGURAM Sileſiæ Fridericus Lucæ OVALEM facit. Ex Balbini vero l. 1. c. 1. pag. 2 Miſcellan. notatu dignum, quod, ſi quis cum Cluverio totam Europam corpori humano conferre velit, Bohemiam, & cum hac procul dubio Sileſiam vicinam, umbilico comparare debeat. *Noſtro*, inquit Cluverius, *ævo* quidam *Geographi Europæ fœminæ ſedentis ſpeciem tribuerunt, cujus caput Hiſpania, collum extrema Gallia, brachia Italia & Britannia, venter Germania, umbilicus Bohemia: reliquum corpus ſub veſtibus late circa ſedem diffuſis implent Norwegia, Dania, Suedia, Fionia, Livonia, Litvania, Pruſſia, Polonia, Ungaria, Slavonia, Croatia, Græcia, Dalmatia, Thracia, Servia, Bulgaria, Tranſſylvania, Walachia, Moldavia, Tartaria Precopenſis, Moſcovia.* Plures Bohemiæ figuras vide apud P. Balbinum loco cit.

(b) Quid diſceptationis in hoc ambitu cum vicina Polonia, & Moravia, ratione limitum hactenus fuerit, infra docebitur. Hic deductius annotare placuit, quod pars hujus peripheriæ, quam noſter per montes Sudetos ad ipſam ſive Iſaræ ſive Albis ſcaturiginem trahit, anno præterlapſo ſupra mille ſeptingentos primo acerrime fuerit diſputata Bohemos inter & Sileſios, quorum hi limites, Bojemiam a Sileſia diſpeſcentes ab Iſaræ fonte, quem majorem vocant, per medium prati cognominis, majore ſui parte ad Sileſiam pertinentis ad pedem montis fagorum, (biß hinter den fäulichten Buchberg/) hinc vero usque ad confluxum Iſaræ & Mummeli, (wo die Iſer und Mummel zuſammen fließen/) hinc porro ad ipſos dicti Mummeli fontes: ab his rurſum per montem (Kercksberg/) ad Confluentem illum, ubi omnes Albis fontes ex diverſis ſaxorum, montiumque anguſtiis prorumpentes conſociantur, tandemque per aquam Albam (durch das weiſſe Waſſer) ſurſum ad ipſum Album fontem, ſeu aquæ albæ ſcaturiginem trahunt; in quibus etiam limitibus Illuſtriſſima Domus Schafgotſchiana illic locorum dominans, ditionem ſuam ab immemorabili tempore poſſedit.

Illi vero, nimirum Bohemi, fines Bojemiam inter & Sileſiam a præmemorato Albo fonte (vom weiſſen Elb-Brunn/) usque ad locum, die kleine Sturmhaube/ dictum: hinc usque ad majorem galeam (die groſſe Sturmhaube/) ad lapides violaceum ſpirantes odorem: (die Veilgenſteine) ab his ad ſaxum usque, quod Reiſträger nuncupant: ab hoc tandem

per montem Riſenkamm / ad magnam usque Abietem illam, ubi trium poſſeſſorum dominia conterminantur, protendunt, vel ſaltem prætendunt. Pro meliori captu hujus litis placuit aliquam delineationem, & nonnullas diſputatæ partis diſtantias Germanicis verbis, in quibus nobiſcum ab amica manu communicatæ ſunt, apponere.

Etliche Diſtances

Des gräntzſtrittigen Theils zwiſchen denen Böheimb. Hochgräffl. Harrachiſchen Herrſchafften / Starckenbach und Branna; Wie auch der Hoch-Gräffl. Herrſchafft Hohen-Elbe / und anderſeits denen Schleſiſch. Hoch-Gräffl. Herrſchafften Aynaſt und Greiffenſtein.

NB. Die prætendirte Böheimb. Gräntzen ſind mit einer Linie gezeichnet.

Vom weiſſen Brunn (ſonſt auch der weiſſe Elb-Brunn genannt) biß auff die kleine Sturmhaube / ſind an gemeinen Teutſchen Meilen / iede à 4000 paſſ. Geom. gerechnet. Meil 1/2

Von der kleinen Sturmhaube biß hinter die groſſe zu den Veilgenſteinen / bey nahe 1

Von dar biß auff den Reiffträger 1 1/2

Von dem Reiffträger biß auff den Rieſen-Kamm 1 3/4

Von dar biß auff die Drechsler-Tanne / woſelbſt dreyer Herren Gräntzen zuſammen ſtoſſen 1 1/2

Etliche Breiten.

Vom Zuſammenfluß des weiſſen Waſſers biß auff den Kamm des Mañſteins / oder die mitlere Breite der ſieben Gründe / iſt etwas über 1/2

Von der Höhe des Kercks-Bergs biß an den kleinen Mähdelſtein nächſt der groſſen Sturmhaube iſt die Breite 1/2

Von dem Mummel-Graben biß an die Nordwerts gelegene Spitze des Reiffträgers 1/2

Von der Yſer bey dem käulichten Buchberge biß añ den Rieſen-Kamm 1/2

NB. Die Schleſiſche Gräntzen / wie ſolche von undencklichen Zeiten von denen Hoch-Gräffl. Schaff-Gotſchiſchen Vorfahren biß letzo beſeſſen worden / ſeynd mit Puncten marquiret / und ſeynd gegen das

Hohen-

Hohen-Elbische

Von dem weissen Brunn / biß wo das weisse Wasser und die Elbe zusammen fliessen/ Meil 1

Gegen Branna.

Vom besagten Zusammenfluß des weissen Wassers / und der Elbe/ über den daran stossenden Kercksberg biß an den Mummel-Brunnen $\frac{5}{8}$

Gegen Starckenbach.

Von dem Mummel-Brunn/ biß hinter den käulichten Buchberg/ etwas über 2

Von besagtem Buchberge biß an den Yserbrunn $2\frac{1}{8}$

Ut proinde lis non mediocris inter utramque partem pendeat de tractu sat magno, qui longitudine sua quinque milliaria, latitudine vero dimidii, *imo in* sui medio, quod a monte fagorum usque ad Risenkamm ducimus, integri milliaris spatium superat, aut saltem adæquat, atque intra se valles & prata pinguia, montes notabiles, & fertiles, ipsosque undecim Albis fontes includit.

Cui liti decidendæ quamvis ab utraque disputantium parte Commissarii Cæsarei exorati, saxa, rupesq; dictorum montium sudantes conscenderint, atq; pro jure quivis suo disceptaverint, nec non lapidem unum alterumve, qui pro notanda legitima possessione a possessoribus quondam positus fuisse creditur, verti fecerint, non omnem tamen movisse lapidem, sed Sisyphi duntaxat saxum volvisse videatur: cum signum lapidi insculptum, an Bohemiæ Leonem, an Silesiæ Aquilam, an vero quædam Excellentissimæ præfatæ Domus Schafgotschianæ, illum tractum ab aliquot centenis annis possidentis, Insignia referret, discernere non potuerint.

Ceterum quamvis nostrum non sit has lites componere; nostræ tamen parti accedere & inservire volentes, nonnulla nostrorum non mediocris notæ Autorum testimonia pro limitibus supra dictis Silesiæ vindicandis in medium adducemus, eademque externorum quoque suffragiis confirmabimus. Inter Silesios agmen ducat præclarus Poëta noster, Franciscus Faber, qui jam ante semialterum ferme seculum in Sabotho suo de Isara, quod suos in Silesia fontes habeat, gemmasque, quas vehit, ex patria nostra secum volvat in Bohemiam, sequenti, eoque pereleganti expressit carmine:

- - - - - fluit Isara jaspide multo,
ISARA, qui nostris quanquam sit montibus ortus,

Gemmiferam tamen averſus prædatur arenam,
Bojemum limphis ditat furacibus Albim.

Licet autem ALBIM hic vocet *Bojemum*, de illo tamen ſolum loco loquitur, ubi ALBIS ISARAM abſorbet ſub Brunduſio.

Fabro ſuccedat Schikfuſius, qui lib. 4 de Sileſiæ fluviis habet ſequentia: Eben dergleichen Haupt-Fluß iſt die Elbe / welche auch in Schleſien auff der Medel des Nevoriſchen Gebürges ihren Haupt-Brunnen hat. Cujus verba adducimus tanquam ſpeciale pondus habentia, quod in deſcriptione fontium hujus INCLYTI fluvii (ut eum vocat Tacitus) uſus fuerit opera Michaëlis Bavari, Viri illorum locorum accuratam habentis notitiam: quemadmodum loco citato ipſe Schikfus fatetur.

Ob quam cauſam etiam Caſparum Schwenckfeldium, non Hæreſiarcham illum nobilem Sileſiæ, ſed Reip. Hirſchbergenſis Archiatrum, (quos confundit P. Balbinus in Miſcell. l. 3. c. 6. §. 4.) noſtris his teſtibus accenſemus, qui ſicut illum montium tractum, utpote viciniſſimus accola, ſibi maxime perſpicuum habuit; ita quoque in ſua Geographia Sileſiæ tam ALBIM, quam ISARAM fluviis patriæ noſtræ præ ceteris Autoribus VERE annumeraſſe creditur.

Henelius porro noſter, quamvis in præſenti paragrapho peripheriam Sileſiæ ad ALBIS fontes usque tantum ducat, limites tamen noſtros Bohemiam verſus ultra ipſorum undecim fontium ſcaturigines ad ipſum usque illorum Confluentem extendit hoc ſecundo cap. §. 17. ubi ſcribit, ALBIM, poſtquam ex fontibus quaſi lacunis undecim in alveolum mire limpidum excrevit, *per diverſas montium oppoſitorum anguſtias Bojemiam ingredi.*

At vero non noſtri duntaxat, ſed externi quoque Scriptores ſunt, qui laudati hujus fluvii incunabula in patria noſtra agitari perhibent. Sic enim doctiſſimus Kirchmayerus Prof. Publ. Witteb. in Commentario in Taciti Germaniam pag. 415 de Hermunduris agens, inquit, quod ſi illi ad Albis fontes habitaverint, *etiam in Gigantum usque ad Sileſia Schmidbergam juga, prope vallem, vulgo dictam* Teuffels-Grund/ *extendendi fuerint.* Ex quibus verbis manifeſte liquet, ſecundum hunc egregium Autorem fontes ALBIS eſſe in Sileſia.

In libro præterea titulum præferente: Kirchen- Staat- und Welt-Sachen der Durchl. Princeßin und Fr. Fr. Erdmuth Sophiä/ gebohrnen Churfürſtl. Princeßin zu Sachſen ꝛc. pag. 258 leguntur ſequentia: Die Elbe nimmt ihren Urſprung auff dem Riſenberg in Schleſien.

Quin

Quin & ipſum audiamus Patrem Bohuslaum Balbinum lib. 1. c. 6. §. 2 in Miſcell. de ISARA & ALBI talia pro nobis ſcribentem: *Aquam enim in vallibus illis ſuppetit abunde inter, multis per ea loca fluviis naſcentibus, ut ALBI - - ut GISERA duplici, majore & minore, quorum prior in SOLO SILESITICO, minor in Bohemia erumpit, ac uterq; in Bohemiam effunditur. - - - Ilt Polſnicia rurſus duplici, quorum alter in ipſis Bohemiæ Limitibus ALBI conjungitur, &c.* Quibus verbis, ISARAM quidem oriri in Sileſia, ſit manifeſtum; ALBIM autem non minus ex patriæ noſtræ gremio naſci ipſemet fatetur Autor Bohemicus: qua enim ratione *Polſnicia in limitibus Bohemiam a Sileſia dividentibus conjungeretur ALBI*, niſi hic vel in ipſa Sileſia, vel ſaltem in ipſius confinibus, naſceretur?

Quamvis autem idem Balbinus in Diva Wartenſi cap. 2. §. 1 ex *Stranskio*, & Coſma Pragenſi, ſcribat, Bohemiam nullum ab exteris acceptum bibere fluvium, hic tamen, nimirum in citatis Miſcellaneis, quatuordecim annis Diva Wartenſi tardius editis, vel ſe corrigit, vel (quod veriſimilius) ibi parum pro nihilo reputans, cum citato Stranskio proximiorem Sileſiam, aut ipſos limites, in quibus ALBIS fontes confluunt, & ubi Iſara profluit, & Bohemiæ & Sileſiæ fecit communes.

Tandem miſtis aliis, agmen claudat & concludat Clariſſimus Antiquitatum Illuſtrator Chriſtophorus Cellarius in notitia orbis Antiqui anno proxime lapſo in lucem data, pag. 484 noſtræ ſententiæ ſequentibus ſubſcribens: *In Hermunduris ALBIS oritur, fontes vero ejus in SILESIÆ ſunt finibus.*

§. 3.

AMBITUS ſive PERIPHERIA SILESIÆ, quot milliaria?

Quot milliaria hic AMBITUS complectatur, certe adfirmandum non habeo propter latera præſertim varios habentia flexus ac reflexus. Quod ſi tamen ab uno cujuſvis lateris extremo ad aliud recta ducatur linea, facile adſentior iis, qui lateri orientali millia quaſi viginti, ſeptemtrionali quadraginta, occiden-

occidentali duo ac viginti, meridionali denique quasi quadraginta itidem adsignant, ut hac ratione totius Provinciæ PERIPHERIA centum & duo ac viginti milliaria colligat; (a) Sed quod ipsum tamen ἐν πλάτει, nec tam præcise capiendum est, ac si in Scholis Mathematicis, aut Archimedis arena versemur.

(a) Ex tali autem AMBITU, qui nimirum non est Circularis, amplitudinem veram regionum ostendi non posse, colligit supra citatus R. P. Balbinus ex Joanne Bodino sequentia citans: *Animadversione dignum est, quod omnes non modo Historici, sed etiam Geographi (excipio Polybium & Ptolomæum) insularum ac regionum magnitudinem ex ambitu colligunt; & quarum circuitus æqualis est, aut major, æquales esse putant, aut majores, quo nihil absurdius dici potest: id tamen necessarium plerisque, ac mihi sæpe visum est, quousque geometrica demonstratione animadverti, sæpissime fieri, ut unius insulæ circuitus triplo major sit, alterius circuitu, cujus tamen decuplo minor sit magnitudo.* Id quod P. Balbinus duabus figuris æqualibus quidem ambitu, magnitudine vero, aut amplitudine inæqualibus, ad oculum ostendit. Ac proinde neque Silesia nostra, licet ambitum habeat protractiorem, quam forsan Bohemia, dici potest amplior, quam Bohemia. Videtur etiam ad Silesiam collimare sæpe dictus Balbinus, dum loco cit. ponit sequentia: *Unde refelluntur evidenter ii, qui nuper argumento extremitatum, Regionem quandam Bohemiæ vicinam, in longum quidem porrectam, sed latitudinis modicæ, Bohemia ampliorem esse persuadere nobis conati sunt; non videbant acuti homines, cum Bohemia orbicularis sit, (quæ capacissima est omnium figurarum) quantum discesseris a rotunditate, tantum te ab amplitudine discedere, & aream mediam fieri contractiorem.* Quæ si de Silesia dicta sint, libenter Bohemiæ palmam concedimus.

§. 4.

LONGITUDO SILESIÆ.

Neque vero multum a veri ratione vagantur, qui longitudini diametrali novem dierum iter attribuunt; (a) tantum enim intervallum reperies, cum a summa

ſumma Sileſiæ parte, hoc eſt, ab extremo Hungariæ colliminio ad imam usque partem, id eſt, ad extremos Marchiæ Brandenburgenſis fines per mediam Sileſiam, quam VVratislavia prope deſignat, progredi libeat.

(a) Hoc autem novem dierum iter nonnullis Hiſtoricis & Chorographis quinquaginta quinque, aliis ſexaginta milliaria Germanica facit. Noſter tamen Henelius in Sileſiographia jam typis edita, & ex ipſo fortean Dominus de Birken im Oeſterreichiſchen Ehren-Spiegel/ nec non Dominus Weingarthen in ſeinem Fürſten-Spiegel/ citatusque Pater Balbinus, quadraginta tantum putant & ſcribunt eſſe milliaria: quibus omnino aſſentior, ſi a milliaribus Bohemicis totius Germaniæ (ut fatetur ipſe P. Bohuslaus Balb. l. 1. c. 2) longiſſimis, adeo ut ad unum Bohemicum milliare ſuperandum ſæpe tres horæ (cujus ipſi teſtes ſumus) requirantur, menſuram accipiant.

§. 5.

VICINI SILESIÆ.

Et ex hac quidem delineatione, quis Sileſiæ ſitus ſit ad Vicinos, haud difficulter apparet. Collimitantur nimirum ei ad orientem Hungaria, & Polonia minor, cujus caput Cracovia eſt: ad ſeptemtrionem Polonia major, cujus civitas princeps Poſnania eſt, & Marchia Brandenburgica: ad occidentem Luſatia & Bojemia: ad meridiem denique Bojemia & Moravia. (a)

(a) Ut proinde Sileſius (quemadmodum Fridericus Lucæ in Chronico Sileſiæ obſervat) ſi cum vicinis, aut omnibus vicinarum provinciarum incolis, fari negotiarique velit, quinque linguas, ut puta pro Polonis Polonicam, pro Bohemis Bohemicam, pro Hungaris Hungaricam, pro Brandenburgicis Germanicam, & pro nonnullis in Luſatia, ubi (uti noſter habet alibi) miſeræ quædam Vendorum etiamnum reperiuntur reliquiæ, Vendicam calleat, neceſſe eſt. Quæ linguæ licet omnes, præter Germa-

nicam, unius ejusdemque, Slavicæ nimirum, sint originis, ob varias tamen dialectos variæ merito dicuntur, & ab invicem distinctæ. Sed de lingua Silesiorum cap. 7 plura.

§. 6.

Cui signo Zodiaci subjaceat?

Quod si cui fortean quærere libeat, cuinam signorum illorum duodecim, in quæ Zodiacus secari solet, cuinam item domiciliorum, quæ sideribus illis Errantibus, sive Planetis, non quidem, ut vulgo tinniunt, sic dictis, quod vago incertoque cursu oberrent, sed quod vario & dispari circumagantur, subsint: 15 ab cœli, & astrorum Interpretibus, VIRGINIS, & MERCURII, cui VIRGO & GEMINI (*a*) pro Domo attributi, tutelæ subjectos esse discet, idque ideo fortasse, quod & plurimas habeat Patria PUELLAS, ac illas quidem satis masculosas, & homines profunde cogitabundos, & ad varias artes inclinatos. Ego neque cum Afriaco nimiam diligentiam, neque cum Poëta difficiles nugas amo: atque ob id tam exquisitam Regionum in terris, & duodecim signorum in Cœlo sympathiam, & agnationem, aut domiciliorum constitutionem, utramque præsertim nulla, vel firma ratione, vel certa experientia nixam, indagare supersedeo. Cœlum utique (cum Præceptore olim meo Viro Eruditissimo dicam) motu rapidissimo circumagitur: omniaque Zodiaci signa, si ductis ab utroque Polo per illorum extremitates lineis dividantur, nostra per capita, &

ad

ad utraque latera volvantur, tantum abeſt, ut iis certa terrarum loca ſubmitti & mancipari poſſint, quibus præeſt omnibus UNUS DEUS.

(*a*) Sub VIRGINE Sileſios tantum Inferiores cum Wratislavia, ſuperiores vero ſub ARIETE ſtare, ſcribit Balbinus l. 1. Miſcell. c. 1. & alii. Diverſitatem vero morum quod attinet, ad quos diverſæ horum Zodiaci ſignorum Influentiæ ſubjectos inclinant homines, nolim hic quicquam aut ex Cardano, aut ex aliis adducere, ne (quod per ejusmodi ſtudium fieri amat) male quandoque malus cenſeatur, qui per virtutem pravæ reſiſtit inclinationi: & e contrario non bene credatur bonus, qui ſub bona quidem (ut loquimur) ſtella natus; ſubinde tamen, vel per pravam *educationem*, communem illam juventutis corruptricem, vel per malos viæ, vitæque ſocios, vel alia quacunque ratione, non a probis duntaxat parentibus in improbum filium, ſed etiam a bonæ Conſtellationis influxu in perverſum cœleſtium domiciliorum alumnum degeneravit.

§. 7.

MONTOSA alibi, alibi PLANA SILESIA.

Regio porro ipſa alibi in PLANITIEM effuſe porrigitur, alibi in COLLEM placide adſurgit, aut magis rigide in (*a*) MONTEM, alibi in VALLEM deprimitur, ea varietate ac viciſſitudine, quam & DEO OPTIMO MAX. gratam eſſe, nulla propemodum eſt Regio, quæ non faciat teſtatum. Et ab ejus ipſius ſingulari metatione ac diſpoſitione præſertim Divinus Vates loquitur, dum inquit: *Aſcendunt montes, & deſcendunt campi, in locum, quem fundaſti eis.* Idque non tantum ut varios oculos (*b*) delectet, ſed quia alia in MONTIBUS, alia in COLLIBUS, alia in VALLIBUS, & PLANITIE felicius proveniunt.

(a) Deſcriptionem Sileſiæ MONTIUM optimo diſpoſitam ordine, a Clariſſ. Domino D. Carolo Æhmbio nobis communicatam (cum nonnulla, quæ in Henelio deſiderantur, ſcitu digna, & hunc locum clarius explicantia in ea contineantur) in illo, quo compoſita fuit, Germanico idiomate hic annectere nobis viſum fuit:

Das Gebürge im Lande Schleſien iſt zweyerley:
Etliches/ und zwar das Höchſte umgiebet daſſelbe auff einer Seite an der Gräntze. Etliches aber lieget mitten im Lande.

Daſſelbe/ welches das Land auſſen umgiebet/ wird das Sudötiſche genennet/ und ſtreichet aus dem Hartz- oder Schwartzwalde der Meißner und Vogtländer aus Weſten gegen Oſten: und erſtreckt ſich biß an das Carpatiſche oder Ungariſche Gebürge in zweyen unterſchiedenen Strichen:

Der erſte Strich hebet ſich an bey Friedeberg am Queiſſe nahend der Ober-Laußnitz: Gehet durch das Fürſtenthum Jauer und Schweidnitz biß an das Mönſterbergiſche auff zehen Meilen lang: ſcheid Schleſien von Böhmen/ und wird beſonders das Böhmiſche Gebürge genennet.

Die vornehmſten Theile deſſelben ſeynd im Jauriſchen Fürſtenthum. 1. Der Filnsberg/ oder die Abendburg/ zwiſchen der Queiß- und Zacken-Quelle gelegen.

2. Die Iſerwieſe am Winckel gegen Abend über dem Queiß und Lützen/ welche ſich in die groſſe und kleine theilet: Deren die erſte zum Theil noch innerhalb Schleſien lieget/ die andere aber aus Böhmen dem Gebürge anhänget.

3. Der Rieſenberg/ wo der Ribenzahl ſich auffhält: (cujus infra ulterior fiet mentio) deſſen unterſchiedene Berge ihre beſondere Nahmen führen/ als:

1. Der Seiffen-Berg.
2. Der Krumm-Hübel.
3. Der Born-Berg.
4. Die Schnee-Kuppe/ ꝛc.

An dieſen Bergen allen ſeynd hin und her nachfolgende Tieffen und Thäler/ als:

1. Der Rieſen-Grund.
2. Der Aupen-Grund.
3. Der Teuffels-Grund.
4. Der Gold-Grund.

5. Die

5. Die Mittags-Grube.
6. Der Mummel-Grund.
7. Die Schnee-Gruben.

Im Schweidnitzischen Fürstenthum ist das Eulen-Gebürge/ wovon der eine und gröste Berg besonders die Eule/ ein ander daran liegender kleiner aber der Falckenberg genennet wird.

Der andere Strich des Sudötischen Gebürges hebet sich an beym Ende des ersten in dem Mönsterbergischen Fürstenthum; gehet von dar durch das Grotgauische und Troppauische ins Teschnische/ und endiget sich bey der Festung Jablunta an der Spitzen des obengedachten Carpatischen Gebürges: ist ungefehr 24 Meilen lang/ und scheidet Schlesien von Mähren/ wird auch dessentwegen das Mährische Gebürge genannt.

Ein Theil desselben im Mönsterbergischen ist das Reichensteinische Gebürge/ welches in sich begreiffet

1. Den göldnen Esel.
2. Den Kühberg.
3. Den Himmelberg.
4. Den Scholtzenberg.
5. Den Drachenberg oder Klang.
6. Den Hüttenberg.

Des göldnen Esels Länge strecket sich vom Mittag gegen Mitternacht. Vorne gegen Mittag ist er mit Bircken und Fichten bewachsen/ sonst aber gantz kahl. In der Mitten stehet die Kau/ das ist eine höltzerne Hütte/ welche die Horn-Stat/ das ist/ den Ort/ da die Haspel stehet/ damit man die Kübel voll Ertz/ und Berg auff windet/ bedecket. In demselben ist auch der Ludwigs-Stollen vom Morgen gegen Abend getrieben/ geust hinter dem Städtlein im Grunde aus. Der Ludwigs-Schacht ist nur zum Wetter gemacht. Von dieses Berges Reichthum schreibet Thurneisser in seinem Pison also: Der göldne Esels-Berg/ so in der Schlesien zwischen Glatz und Camentz gelegen/ ist heimlich Metallen-reich/ und heist nicht umsonst der göldne Esels-Berg: Denn an demselbigen gegen Norden in einem Thale kommt aus dem ersten und obersten Grad der Erde ein Ursprung Wassers/ Gold/ Lassur/ Kupffer und Gold-Ertz mit einem kleinen Theil Eisen-Schuß (nicht subtiler sondern corporalischer weise) flötzend; eine herrliche Anzeigung grausamen grossen Reichthums; und möchten sich wohl daselbst gute Gesellen ernähren/ denn es trägt ziemlich viel.

Der Kühberg iſt oben mit Tannen und Buchen bewachſen: weil aber ſein Geſtein zu wilde iſt / verdrückt ſich das Ertz; In der Abend-Seite entſpringet ein ſchöner Brunn/ um den vier Buchen und drey Tannen ſtehen.

Der Hummelsberg zeucht ſich auff die Stadt zu gegen Mitternacht/ an welcher Seiten er beſäet / und die Wiedemuth genennet wird. Iſt ſonſt kahl/ und hängen mächtige Knorren herunter. Es bricht darauff ein gräulichtes göldiſches Silber-Ertz mit Kalck vermiſcht.

Neben dem Gold-Ertzte ſeynd auch Schweffel-Züchen / welcher in einem gelbblühenden Spate bricht. Es iſt allhier der Fürſten-Stollen/ olim der Richter-Stollen.

Der Scholtzenberg: Auff deſſen hoher Kuppe ſtehen Bircken und Haſeln/ gegen dem Zanckholtze / Tannen und Ahornen / ſtöſt mit ſeiner Sänffte an den Jauersberg/ ſo voll Ahornen/ Aeſpen / Fichten und Tannen. Mitten auff dieſem Berge iſt der Pfützen-Stollen / deſſen Waſſer neben dem/ was aus dem Fürſten-Stollen kommt / auff die Hütte zum Schmeltzen und Puchen geleitet wird. Dieſer Stollen giebt reiches Ertz. In dem Vorberge gegen der Stadt Abendwerts iſt der ſchwartze Stollen/ welcher alſo genennet worden / weil die Berg-Leute wegen des vermeynten Gutes/ ſo darinnen liegen ſoll/ einander erwürget. Auff der Höhe bricht ein göldiſch Silber-Ertz in grau-grünlichter Farbe in einem nicht tieffen Schachte faſt bey den Bäumen: Und iſt ein Stollen oben auff der Seite des Berges gegen Abend getrieben/ daran gegen dem Jauersberge zu ein Kalck-Ofen iſt: denn der Kalck bricht auch daſelbſt / und das Ertz darinnen ewig. Es iſt auch auff dieſem Berge der Talck überflüßig anzutreffen; Und iſt der Reichſteinſche Talck ſchwartz / wann er aber ausgeglüet iſt/ da er doch mitten im Feuer nicht verbrennet/ kriegt er die ſchönſte Goldfarbe.

Der Klang/ ſo zwiſchen dem Hütt- und Schotzenberge lieget/ iſt vorzeiten der Drachenberg genennet worden; Es nennen ihn aber letzo die Einwohner den Klang/ weil man/ wenn in die tieffen Schächte ein Stein geworffen worden/ geſaget: Höre/ wie klingt es. Iſt kahl/ und bricht in dem vom Abend neu eröffneten Stollen ein Ertz in einem tunckten Hornſtein/ welcher/ ſo er beregnet/ ſo eſer iſt/ wie eine Lauge.

Der Hütte- oder Huttberg theils von der Vieh-Hütung / theils von der Wach/ in Kriegs-Zeiten alſo benahmet/ iſt der letzte vom göldnen Eſel anzurechnen/ und der erſte der Schmeltz-Hütte gegen über liegt gegen die

Neyſſe

Neysse zu/ auff der Seite der Stadt Morgenwerts/ zeucht sich gegen Mitternacht/ und ist kahl/ an dessen Mitten gegen Abend hanget ein kalckichter Bruch herab. Der Gold- und Silber-Gang streicht zu Tage aus.

Ein ander Theil dieses Mährischen Gebürges / und zwar im Grottgauischen zwischen der Grafschafft Glatz und dem Fürstenthum Droppau heisset das Gesencke: Lazio de Gentium Migrationibus Sylva Gabreta genannt. Darauff vor andern der Schneeberg und Wiesenberg remarquabel.

Derer Berge/ so mitten im Lande liegen/ seynd nach Polii Rechnung eilff.

1. Der Zottenberg. Der allergröste und sichtigste: als welcher seinen Nahmen daher bekommen/ daß er den Reisenden gleichsam nachzottete/ und sich im Lande weit und breit sehen lasse. De ingressu in illum per occultam viam plura infra §. 13.

2. Der Spitzberg. Bey welchem aus Friderico Lucæ anzumercken/ daß derer zwey seynd: Einer im Jauerischen Fürstenthum bey dem Dorff Flachenseiffen/ und der ander im Lignitzischen Fürstenthum in dem Goldbergischen Weichbild bey dem Dorff Probst-Hayn gelegen. Jener im Jauerischen vermag wenig notabels; dieser aber desto mehr: Er ähnlichet mit seiner Spitze einer natürlich gespitzten Pyramide / und præsentirt mit denen darauff stehenden Bäumen über die massen artig / weil sie scheinen/ als wann sie mit Fleiß durch die Kunst beschnitten wären. So versichern auch die Botanici, daß auff demselben viel rare und heilsame Kräuter gefunden werden. Sonst fabulirt man auch von diesem Berg / daß der Satan einen Sack voll Schwenckfelder durch die Lufft geführet / an den Berg angestossen/ den Sack zerlöchert / und die Schwenckfelder in denselbigen Revieren verstreuet und ausgesäet hätte.

3. Der Georgen-Berg / unfern der Stadt Striga. De hujus Terra sigillata in alio capite.

4. Der Grätzberg in des Lignitzischen Fürstenthums Goldbergischem Weichbilde/ auff einem flachen Felde gelegen/ und weil er keine Berge neben sich hat/ leuchtet dessen Spitze desto weiter herfür.

5. Der Fürsten-Stein / darvon die Grafen von Hohberg den Titul führen/ im Schweidnitzischen Fürstenthum gelegen.

6. Der Johannes-Berg/ im Neyßischen Fürstenthum.

7. Der Kün-Ast/ am Fuß des hohen Riesen-Gebürges: auff welchem das Berg-Schloß. Gehöret den Herren Grafen von Schaffgotsch.

8. Der

8. Der Greiffenſtein / in des Jauriſchen Fürſtenthums Lembergiſchem Kreiſſe.

9. Der Küns- oder Königsberg / im Schweidnitziſchen / auff welchem ein alte Feſtung lieget.

10. Der Löberſtein im Hirſchbergiſchen.

11. Der Wolffs-Berg.

Dieſen zehle bey den Bleyberg zwiſchen Kupfferberg und Ketzdorff ad fontes Catti. Sonſt werden zwar noch mehr Berge mitten im Lande angetroffen: Wie unter andern im Oppliſchen ein S. Georgen-Berg / bey Strehlen der Marien-Berg / bey Goldberg der Grimmen-Berg / bey Steinau der Käfer-Berg / bey Herrnſtadt S. Andreä-Berg / bey Rauden der Venus-Berg: Im Lübiſchen Weichbild der Schmieſeberg: Im Bolckowitziſchen der Pfaffenberg: Im Glogauiſchen S. Annen-Berg: Bey Sagan das heilige Grab: Im Brigiſchen Weichbild Nimtſch der Kammberg: Der Storenberg und Buchberg im Schweidnitziſchen: Im Lembergiſchen der Klepperberg: Im Lignitziſchen bey Nickelſtadt der Spitzberg: Bey Striga der Streitberg: Bey Trebnitz der Töppelberg: ubi ollæ inveniuntur, de quibus noſter in alio capite. Aber alle dieſe Berge ſeynd von geringer Höhe/ und eigentlich nur Hügel.

Sed plura de his in ſequentibus, maxime de Monte Wartenſi §. 19.

(*b*) Quid ornamenti Provinciæ a MONTIBUS habeant, apud Balbinum in Diva Wartenſi ſub initium legitur.

§. 8.

Pars SILESIÆ Septemtrionalis Planior.

Qua Septemtrionem ſpectat, (*a*) & occidentem ſolſtitialem PLANIOR eſt, & ab MONTIBUS liberior, amœnos hic ibi habens colles, interque eos valles non minus jucundas, quam frugiferas. Interior Sileſia multos habet tractus campeſtres, ſive PLANITIES latiſſime patentes, nec frumenti minus feraces, quam pecudum gregibus abundantes.

(*a*) Quam

(a) Quam amœna ſit Sileſiæ PLANITIES, vide in Patris Balbini Diva Wartenſi c. 2. lib. 1, eandem ex monte Wartenſi non ſine magna oblectatione perluſtrantis.

§. 9.

Inter MONTES in medio Sileſiæ ſitos princeps SABOTHUS.

Suis tamen nec ipſa MONTIBUS, iisque haud inveſtibus & ſterilibus, ſed qui denſis, vetuſtisque nemoribus opaci æſtatis voluptatem, & hyemis ſubſidium alunt, deſtituta. Inter quos principis loci, nec minimum altitudine ſua, & amœnitate Sileſiæ noſtræ ornamentum, ZABOTHUS, ſive ZOTTENSIS MONS, vulgo der Zottenberg (ſic nonnullis dictus, quod proficiſcentes ſequi videatur, unde SEQUACEM vocant; (a) quanquam eorum propior ſum ſententiæ, qui Polonicam vocem credunt) duobus ab Urbe Schwidnitzenſi milliaribus ſitus, verticis altiſſimi, & in ſummo nonnihil lati, ac per eam Sileſiæ partem, in qua Wratislavia eſt, longiſſime ſpectandi. Sed ſunt viciſſim ſubjecta camporum æquora, & vicina territoria, quæ, ſi purum ſit cœlum, & ſerenus aër, non ſine liberali oblectatione viſu obiri & perſpectu quidem latiſſimo poſſunt.

(a) Diligens hiſtoriæ noſtræ patriæ Scrutator Ephraim Ignatius Naſo de Löwenfels ante quindecim circiter annos apud Inclytam Supremam Curiam Sileſiæ Concipiſta (ut vocant) in Phœnice Redivivo, Urbis Schwidnicenſis, nec non Arcis vetuſtæ Fürſtenbergæ deſcriptione: & cum illo, aut potius ex illo Fridericus Lucæ in Chronica Sileſitica, montem hunc eſſe illum putat, qui ſecundum Ptolomæum antiquitus ASCIBURGIUS

GIUS dictus fuit, dictamque Arcem Fürſtenbergam a præfato Ptolomæo ASCIBURGIUM vocatam aſſerit;

Noſter contra Henelius & hoc, & præcedente capite, non ZABOTHUM, ſed MONTES SARMATICOS, ſive Juga Hungarica præmemorati Ptolomæi ASCIBURGIUM MONTEM, Tacitique *continuum illud montium Jugum, quod Sueviam* (antiquam) *dirimit, ſinditque*, fuiſſe contendit. Quod autem Naſo verius, & Taciti verbis congruentius, quam Henelius, quoad hoc locutus fuerit, non ex illis tantum, quæ cap. I. §. 17 pro Lygiis patriæ noſtræ vindicandis annotavimus, apparet; ſed etiam ex infra dicendis plurimis magis patebit §. 21.

§. 10.

ZABOTHUS Ditmaro MONS SILENSIS.

Ditmarus Præſul MONTEM SILENSEM adpellat, in quo Incolæ Regionis, antequam Chriſtianæ Religionis pietatem profiterentur, ſacra ſua gentilitia peragere ſoliti frequenti multitudine more nimirum aliarum gentium, quibus ſolenne fuit in MONTIBUS (*a*) magnis, & collibus excelſis ſacrificare, & idola ſua colere.

(*a*) Remittimus Lectorem ad Scholia, quæ ſupra cap. I. in §. 34 pro Curæo contra Balbinum ſcripſimus.

§. 11.

Monaſterium in Sabotho conditum.

Ante annos quingentos cum in (*a*) eo Monaſterium B. VIRGINIS conderetur, quod poſtea in ſuburbium VVratislavienſe translatum fuit, MONTEM SILENTII, ſucceſſu autem temporis MONTEM SLESIÆ dictum fuiſſe, Archiva illius Cœnobii atteſtantur; ſic enim Conradus Abbas in binis literis datis Sex. Kal. Decemb. CIↃCCCLX. in magna

magna VViratia villa noſtra circa MONTEM SLESIÆ ſita.

(*a*) Quando, & quomodo opulentiſſimus ille ſimul ac pientiſſimus multarum Eccleſiarum Fundator Comes Petrus Wlaſt Ordini Sacro Canonicorum Regularium D. Auguſtini, & montem donaverit, & Monaſterium in illo condiderit: quamdiu Sacer Ordo ibidem reſederit, ac quare primum quidem Gorkam villam ad montis radicem deſcenderit: poſt autem Wratislaviam moverit, pro debito honore, & encomio Celeberrimi Ordinis meritiſſimo ante citatus Naſo in dicto Phœnice Redivivo commemorat. Nos vero alibi (ſi Superi annuerint) ulteriorem, exactioremque horum mentionem faciemus: illud obiter duntaxat hic notantes, Sacellum in *monte*, ſive in Caſtello Fürſtenberga (de quo poſtmodum plura) olim *exſtructum, dein* vero tum antiquitate, tum temporum injuriis unà cum Caſtro *collapſum*, modo (dum hæc ſcribimus) ex antiquis ruderibus reſtaurari per Reverendiſſimum loci Poſſeſſorem, præfati Sacri Ordinis digniſſimum Præſulem Joannem Sivert, zelo fidei, piaque DEI gloriam promovendi intentione ad id operis ſtimulatum.

§. 12.

ZABOTHI CIRCUITUS.

Paſſus MCCCC. in CIRCUITU (*a*) complexus, maxima parte lytroſus, & excellentibus ad medicinam herbis gravidus.

(*a*) Non omittendam hic eſſe duxi Henelii & Naſonis magnam diſcrepantiam quoad montis iſtius CIRCUITUM, quem Henelius *mille tantum & quadringentorum paſſuum*, Naſo vero loco ſupra citato pag. 253 *quatuordecim millium ducentorum & quadraginta quinque facit.* Commodus quidem illos conciliandi modus incidit, quem autem omnibus, ac præſertim iis, qui meliorem, eamque certam montis poſſident notitiam, probatum iri, vix puto. Convenient fortaſſis, & utriusque ſalvabitur autoritas, ſi Henelius montis verticem, Naſo vero radicem ſeu pedem circumeundo menſus fuiſſe, aut menſurari feciſſe dicatur.

§. 13.

Caſtellum in eo exſtructum, latrunculorum receptaculum, poſt dirutum.

Inſigni opportunitate CASTELLO, & Propugnaculo collocando occaſionem dedit: quod præter alios Bulco Princeps Schwidnitzenſis inhabitavit, excoluit, ac FURSTENBERGAM vernaculo ſermone (uti non modo litterarum complurium, ac privilegiorum ſubſcriptiones, ſed & ipſius Bulconis, ac ſucceſſorum ejus tituli, Duces Sleſiæ, ac Dominos de FURSTENBERG indigitantes, teſtantur) cognominavit; ſed cujus poſtea, (*a*) quod latrunculis receptum præberet, qui freti aſperitate loci finitimum omnem tractum infeſtabant, &, ut cum Poëta noſtrate dicam,

Quibus ignava otia, & alea pernox
Semente haud facta, ſine raſtro, & vomeris uſu
Aurea proveniens alieno meſſis in agro
Vectigal, cenſusque fuit, rerumq; facultas
Summa parandarum, - - - -

diruti, ſoloque æquati veſtigia duntaxat quædam hodie ſuperſunt: turri quidem, quæ eo usque remanſerat, anno demum ſupra mille quingentos tertio, ac quadrageſimo collapſa.

(*a*) Scriptum Perilluſtris quondam Viri, Abrahami a Franckenberg, (qua ratione civis aliquis Suidnicenſis ſubterraneum quendam meatum ingreſſus, iſthic cum ſpectris, ſeu latrunculis ad locum illum condemnatis, de illorum ſtatu, de bonis operibus, de vitæ emendatione, vel potius de mutatione perverſæ voluntatis in bonam &c. ſermonem miſcuerit) inter charta-

chartaceam ſupellectilem, quam piæ memoriæ Clariſſimus & admodum Reverendus Dominus D. Joannes Schefler bibliothecæ noſtræ ad S. Matthiam reliquit, fortuito invenimus, & hic ſubnectimus, non quaſi rem tanquam veram lectori venditantes, (cum nobiſmet ipſis fabulam redoleat) ſed curioſitati tantum ſervientes, ipſius præfati Franckenbergii verba Germanica apponimus:

1. Nachdem im Jahr 1639 ein Büchlein unter dem Titul: Gewinn und Verluſt himmliſcher und irrdiſcher Güter / zu Amſterdam in 12 gedruckt/ und in der Vorrede deſſelbigen an der 10 und 11 Blates Seiten geſetzet worden/ daß der Autor deſſelbigen (Johann Beer von der Schweidnitz aus Schleſien/ ſo Anno 1570 gelebet/ und 1600 geſtorben) in die Berge zu gehen/ und des darinnen liegenden Gutes ſich zu gebrauchen/wie auch denen daſelbſt eingeſchloſſenen Geiſtern zu predigen / und ſie ihres Irrthums zu überweiſen/ Gewalt und Gnade von GOtt empfangen: maſſen von den viererley Geiſtern in oberwehntem Büchlein gar gründlich und umſtändlich zu leſen iſt.

2. Und aber etliche hierüber/ wie doch ſolches zugegangen? ſich nicht unbillich verwundert; Andere/ ob es in Warheit alſo beſchaffen/ nicht wenig gezweiffelt; manche ſolch Werck (iedoch aus Unwiſſenheit) wohl gar verläſtert/ und dem Teuffel zugeſchrieben: Ich auch von etlichen guten Freunden/ meinen Bewuſt hievon treulich zu eröffnen/ gebeten und angehalten worden.

3. So hat mich vor billich/ und zu der Ehre GOttes in ſeinen Wundern erbaulich angeſehen/ dieſelbigen durch Erzehlung einer gewiſſen Geſchicht/ welche ſich mit gemeldtem Autore perſönlich zugetragen / wo nicht der Verwunderung / doch des Zweiffels und unnöthigen Widerſprechens/ guten Theiles zu entledigen/ und ihnen dadurch zu mehrerer Auffacht und Nachforſchung göttlicher Geheimnüſſen in der Natur beförderlichen Anlaß zu ertheilen.

Verhält ſich dieſem nach ſolche Wunder-Geſchicht/ wie folget:

4. Als ich im Jahre 1624 allhier in Schleſien auff einem adelichen Stamm-Hauſe/ nahe am Gebürge/ in allerley beliebender Converſation, oder Zuſammenwandelung und Sprach-Geſellſchafft / ſonderlich von den Wundern GOttes in der Natur mich anweſende befand: kam ich unter andern auch in Bekandtſchafft eines bey nahe 60 jährigen Alten / Johann Springer genannt; welcher unter ſchlecht gemeinem Dorff-Habit/ nichts deſtoweniger ein gelehrter Philoſophus, geübter Medicus, ſo wohl des ſeel.

Autoris nachgebliebener Lehr-Schüler/und ein Mann von stillem und gottseeligem Wandel war.

5. Dieser zeigete/ und übergab mir damals nicht allein die eigentliche Hand-und Abschrifft des gedachten Autoris, und seines Büchleins vom Gewinn und Verlust: Sondern erzehlte mir neben vielen andern Geschichten auch dasjenige/ so sich mit seinem seel. Lehrmeister (nachdem er den vorwitzigen Kunst-Büchern/ auch mit Hinterlassung eines ziemlichen Stücke Geldes auff der Polnischen Gräntzen/ so er am Königlichen Hofe erworben/ entsaget/ und sich in ein göttlich Leben gerichtet) warhafftig zugetragen/ und er/ noch als ein junger Knabe/ persönlich aus seinem Munde gehöret; Nemlich:

6. Als er Johann Beer einesmahls/ ohngefähr um das Jahr 1570/ nach seiner gewöhnlichen Leitung bey dem in Schlesien wohlbekandten Zotten-Berge nicht weit von seiner Geburts-Stadt Schweidnitz (allwo sein Vater ein Becker gewesen) umher gespatziret/und denen wunderlichen Würckungen des Geistes GOttes in der Natur etwas embsig nachgedacht; seye ihm an einem gewissen Orte des Berges ein sonderbarer Eingang eröffnet/ worein er sich mit An- und gutem Bedacht begeben/ in willens daselbst (wie vormals auch anderer Oerter beschehen) die Wunder der Natur auff Philosophische weise zu beschauen/ und also GOTT seinen Schöpffer darüber zu loben.

7. Indem er nun weiter hinein/ und fortzugehen vermeynet/ kommet ihm ein gewaltiger Wind mit etwas gräßlichem Schauer/ und Uberlauff/ entgegen. Woraus er/ seiner geheimen Erkäntnüß nach/ verstanden/ daß diese Porten etwas besonders vor andern/ und mit starcker Wacht müsse besetzet/ auch nicht ohne einen stärckerern Gegensatz würde zu eröffnen seyn.

8. Gehet diesem nach wieder zurück/ und heraus. Und weil er damals ohne dis/ als auff Ostern/ sich mit dem hohen Pfande des wahren Leibes und theuren Blutes JEsu Christi zu versichern/ und zu stärcken gesonnen/ gebrauchet er sich desselbigen (doch ohne einige Abgötterey) in wahrem Glauben und Vertrauen zu GOtt: mit hertzlichem Gebet/ wann es ja GOtt also gefällig/ ihme solche unbekandte Wunder zu zeigen/ er ihn vor böser Versuchung gnädig behüten/ und von allem Ubel und Gefahr Leibes und der Seelen erretten wolle. Mit weiterer Anzeig- und Handleitung/ ob er sich/ solche geheime Wohnstadt zu erkündigen/ wieder hinzu zu machen/ und diese Abentheuer zu besehen/ erkühnen solle?

9. Was

9. Was geſchicht? er befindet in gerechter Prüfung des göttlichen Willens in ſich ſelber/ eine anregende groſſe Begierde/ und Freudigkeit dieſe verborgene Wunder-Grufft/ mit zu GOtt gekehrtem Gemüthe/ zu unterſuchen/ und dero beſchloſſenen Inhalt/ ſo viel möglich und zuläßlich/ zu eröffnen. Machet ſich alſo Sonntags Quaſimodogeniti wiederum an den Berg/ ſuchet und findet den vorigen allbereit wiederum auffgeſiegelten Ort und Eingang mit Freuden; gehet getroſt da hinein; kommet in einen ſehr engen Gang zwiſchen zweyen ſteinernen Wänden/ (wie dann in dem Zohten unter andern auch ein ſchön grün und weißgeſprengter Marmor gebrochen wird) da die Fahrt bald hoch/ bald niedrig/ bald enge/ bald weit; und endlich in eine oben und unten gleich lange Galerie ſich ziehet/ und ausgehet.

10. In ſolchem Gange nun kommet ihme nicht mehr/ wie zuvor/ ein grauſamer Wind/ ſondern ein lichter Schein/ gleichſam durch eine ſonderbare Klufft entgegen; deme ſiehet und gehet er nach biß zu einer beſchloſſenen Thüre mit einer eingeſchnittenen Glaßſcheiben/ wordurch gedachter verborgener Lichtes-Strahl den engen finſteren Gang gantz wunderlich erleuchtet.

11. Hie hätte ſich nun mancher wohl zuvor darüber beſinnen und zweiffeln mögen/ ob/ und was doch dieſes Ortes weiter vorzunehmen? Aber dieſer gottſeelige Wundermann gebrauchet ſich des rechten ordentlichen Befehles und Exempels Chriſti/ ſeines von den Geiſtern der Gefängnüß und unterſten Orten der Erden erſtandenen Heylandes/ nemlich/ nachdem er gebeten und empfangen/ geſuchet und gefunden/ klopffet er auch an/ und zwar zu dreyen unterſchiedenen mahlen: worüber die gedachte Thür eröffnet worden.

12. Da ſiehet er mit Verwunderung drey lange gantz abgemagerte Männer um einen runden Tiſch gegen einander ſitzen: tragen Alt-Teutſch- oder Spaniſche Bireth auff den Häuptern/ ſehen erzitterend und ſehr trübſelig aus: Haben auch ein ſchwartz Sammet- mit Gold beſchlagen Buch vor ſich auff dem Tiſche; Alſo daß manchem Hertzhafften dieſer Orten wohl der Muth entfallen/ und wo nicht ein entſetzliches Grauen/ doch ein mitleidentliches Erbarmen hätte ankommen und einnehmen mögen.

13. Was thut aber unſer Gottes-Mann? Er ſchreitet in dem Nahmen GOttes mit unerſchrockenem Geiſte und Gewiſſen zu ihnen über die Schwellen dieſer Hölen hinein/ ſtehet ſtill/ und ſpricht: PAX VOBIS!

Friede

Friede ſey mit euch! Sie antworten: Hic nulla Pax: Hier iſt kein Friede. Er thut den andern Schritt/ und ſpricht weiter: Pax vobis in Nomine Domini! Friede ſey mit euch im Nahmen des HErrn! Sie erzittern ſehr/ ſagen doch mit halber Stimme: Hic non Pax. Hier iſt nicht Friede. (Die Gottloſen haben keinen Frieden/ Jeſaiä 57/ 21.) Er thut den dritten Schritt biß nahe an den Tiſch/ und ſpricht: Pax vobis in nomine Domini noſtri JESU CHRISTI! Friede ſey mit euch in dem Nahmen unſers HErrn JESU Chriſti! Sie verſtummen mit groſſem Schrecken/ Furcht und Zittern.

14. Legen ihm darauff das ſchwartze Buch vor/ das machet er auff/ beſiehet den Titul/ der lautet: LIBER OBEDIENTIÆ. Das Buch des Gehorſams. (Ob nun obedientia Spirituum, der Noth- oder Gehorſams-Zwang der Geiſter/ oder was anders darinnen enthalten und begriffen? hatte ich weiter nichts vernommen: wiewohl es mag eine Probe und Verſuchung geweſen ſeyn/ welches Theil dem andern wird nachgeben/ oder beypflichten ſollen.)

15. Darauff fraget Autor: wer ſie wären? Sie ſagen: ſie kenneten ſich ſelber nicht. Er fraget weiter: was ſie an dieſem Orte machten? Sie antworten: ſie erwarteten mit Schrecken das groſſe und ſtrenge Gerichte GOttes/ zu empfahen/ was ihre Thaten werth ſeyn. Er fraget: was ſie gewürcket bey Leibes Leben? Sie zeigen auff einen Vorhang/ darhinter werde er finden die Zeichen und Zeugen ihrer Handlungen.

16. Er ziehet den Vorhang beyſeits/ ſiehet eine groſſe Menge von allerley mörderiſchen Waffen: auch alte theils halb/ theils gantz verweſete materien von unterſchiedenen Dingen/ gleich einem Meß-Kram oder Jahrmarckts-Wahren/ ſamt etlichen Menſchen-Gebeinen/ und Hirnſchädeln/ ꝛc. (Dergleichen im Stifft Cölln vorzeiten bey einem Haupt-Mörder/ welcher 960 Mörde begangen/ und es biß 1000 bringen wollen/ in einem holen Berge gefunden worden.)

17. Woraus erſchienen/ daß ihnen ihre Wercke nachgefolget/ und ſie Räuber und Mörder geweſen; Wie auch die Hiſtorien in der Schleſiſchen Chronica vom Zotten-Berge/ und deme darauff zerſtöretem Raub-Schloſſe/ ſamt anderen glaubwürdigen Denck-Zeichen/ noch heute zu Tage bezeugen/ und ausweiſen.

18. Autor fraget ferner: Ob ſie ſich zu ſolchen Wercken bekenneten? Sie ſagen: Ja. Er: ob es gute oder böſe Wercke wären? Sie ſprachen: Böſe. Er: ob es ihnen leid/ daß ſie ſolche böſe Werck gewürcket? Sie

antworten

antworten nichts/ erzittern nur. Er fraget weiter: Ob ſie bekenneten/ daß ſie hätten gute Wercke thun ſollen? Sie antworten: Ja. Er: ob ſie auch noch gute Wercke thun/ und wieder gut ſeyn wolten? Sie antworten: Sie wüßten es nicht. (Die Hölle ſpricht: Ich weiß es nicht/ Job. 28.)

19. Er ſaget: GOtt das höchſte Gut hat alle Dinge/ ſonderlich aber die Menſchen/ gut und zu guten Wercken erſchaffen: Weil ihr denn bekennet/ daß dieſe eure Wercke böſe ſeynd/ und ihr aber hättet gute Wercke thun ſollen; ſo müſſet ihr auch bekennen/ daß auch euch GOtt anfänglich gut/ und zum Guten erſchaffen/ und ihr alſo gute Wercke thun ſollet/ und thun könnet/ ſo ihr nur ſelber wollet: Dann GOtt hat nichts Böſes gemachet/ noch unmögliches zu thun geboten. Sie ſagen: Sie wiſſen von keinem Wollen/ könten in ſich nichts finden noch empfinden Böſes oder Gutes zu wollen.

20. Er hält alſo an/ und ſpricht: Ihr ſehet aus euren eigenen Wercken/ daß ihr erſtlich gut geweſen/ und Gutes gewollet/ aber euch vom Guten entbrochen/ und böſe worden: Dann es iſt nach GOtt kein Ding ſo gut/ es kan böſe werden: Wann es ſich ſcheidet und trennet von GOttes gutem Willen/ und ſich kehret zu ſeinem eigenen böſen Willen; Hingegen aber/ ſo iſt auch nichts ſo böſe/ es kan wieder gut werden/ wann es ſich hält zu dem gantzen/ von welchem es abgewichen/ und getheilet/ und böſe worden über und wider das Gantze. Und ſolches darum/ weil GOtt keinen Gefallen hat an dem Gottloſen/ ſondern will/ daß ihnen allen ſoll geholffen werden/ und ſie zum Guten kommen. Wie es nun iſt möglich geweſen/ daß ihr euch dem Guten entnommen/ und aus dem Guten in das Böſe kommen ſeyd; alſo iſt es auch nicht unmöglich/ daß ihr aus dem Böſen wieder könnet zu dem Guten gelangen/ und mit GOtt dem höchſten und einigen Gute und Gantzen verſöhnet und geeiniget werden: So ihr nur das von GOtt gegebene Mittel/ nemlich das Wollen und Begehren wieder gut zu werden/ und zu GOtt zu kommen/ wollet ergreiffen/ und beſtändig darinnen fortfahren und verharren.

21. Sie werden darüber beſtürtzet: befinden auch zwar etwas Enderung bey ſich ſelber: ſtehen dennoch im Zweiffel und Unwiſſen/ ob ſie könten oder wolten das Wollen und Können in ſich ſelber finden und fortſtellen.

22. Weil aber unterdeſſen die Stunde dieſer Offenbahrung verloffen/ und die Zeit zum Ausgange verhanden/ läſſet Autor gedachte drey

Männer auff weiteres Beſinnen beyſammen: zeiget ihnen auch (im Proceß der Höllenfahrt und Aufferſtehung JEſu Chriſti) den Weg GOttes recht; und nimmet alſo Abſchied von ihnen/ mit vermelden: Ob es dem HErrn ſeinem GOtte gefällig/ wolle er über acht Tage wieder zu ihnen kommen. Gehet darauff im Nahmen und Geleite GOttes wieder aus dieſer Hölen des Zohtenberges in den Tag hinaus.

23. Ob er aber über acht Tage wieder in den Berg gegangen/ hab ich von obgedachtem ſeinem Lehr-Jünger nicht können erfahren/wiewohl nicht allein dieſer Johann Springer/ ſondern auch des Johann Beers hinterlaſſene Wittib eine verliebete GOtt- und Ehrliebende Matron von dieſen und andern Dingen gute Wiſſenſchafft getragen: mit vermelden gegen ihrem Tochter-Manne/einem Evangeliſchen Prediger zur Adelsbach/(von dem ichs mündlich gehöret) daß über andern Sachen in ſelbiger Wunder-Hölen auch noch ein ſchönes Poſitiv mit in Silber vergoldeten Claviren geſtanden/ auff welchem er Johann Beer (vielleicht die Geiſter zur Erkäntnüß ihrer ſelber/ und dem Lobe GOttes zu erwecken) zu unterſchiedenen mahlen ſolle geſpielet/ und alſo ferner mit dieſen verſchloſſenen und verbanneten Geiſtern geredet haben.

24. Item berichtet ſie: ſie hätte gar offt bey Nacht einen lichten Schein neben ihrem Bette geſehen; Vor welchem ſie ſich erſtlich zwar entſetzet/ aber von ihrem Manne berichtet/ ſie ſolle ſich nicht fürchten: denn es wären die heil'gen Schutz-Engel GOttes/ welche durch ernſtlich anhaltendes Gebete/ ihnen zum Dienſt und Troſte von GOtt gegeben/ ihre Nachtwache nicht ohne heimlich und heiliges Geſpräche von GOTT und ſeinem Worte alldar verſorgeten. Worauff ſie ruhig/ und andächtig/ wie auch auffachtſamer bey ſich ſelber worden/ und mit ihrem Ehe-Herrn gar eine Chriſtliche und friedliche Ehe beſeſſen.

25. Noch viel andere und beſondere Dinge könten von ietztgedachtem ſeel. Gottes-Manne hier angezogen werden/ was er vor Wunder im Riſen- und andern Gebürgen herum gefunden. Wie er dann auch des Myſterii Biblici, und Magiſterii Philoſophici (vermöge ſeiner hinterlaſſenen Schrifften und Arbeiten) nicht unkundig geweſen: Weil er aber viel lieber unter der Decken ſeiner armen Bauer-Hütten und leymenen Wand zu Schönburg mit GOtt und frey-ruhigem Gemüthe hat bleiben/ als in den Palläſten und Häuſern der Gewaltigen und Reichen einher ziehen wollen; das Heiligthum auch nicht auff die Gaſſen für die Hunde noch die Perlen auff den Miſt für die Schweine zu ſchütten; und zumahl die

Boßheit

Boßheit der falſchgelehrten und verkehrten Schwätzer mit dem viehiſch- und irrdiſchen Sinn ihrer fleiſchlichen Nachfolger / ſonderlich bey jetzigen hohen und ſchweren Gerichten und Straffen über das werthe Teutſchland/ ſehr zu und überhand nehmen: So bleibet billich im verborgenen / was denn ſoll verſchloſſen und verſiegelt bleiben biß zu ſeiner Zeit; da noch alles muß geoffenbaret/ und ans offene Tage-Licht heraus gebracht / und geführet werden/ was annoch im dunckelen behalten wird.

26. Das rechte Gedenck- oder End-Urtheil aber über dieſer Wunder-Geſchicht zu ertheilen/ weil ich einen andern von GOTT hierzu Gelahrten und Geſandten herſtellen: Denn ich bin auſſer allem Zweiffel/ daß noch viel unterſchiedene verborgene Gottes-Männer und Kinder zu finden / denen dergleichen und andere Wunder bekant / und wiederfahren.

27. Wem ſonſten dergleichen verborgene Wunder und Geſchichte zu wiſſen beliebet/ der leſe Henricum Kornmannum in ſeinen miraculis vivorum & mortuorum. Die Hiſtoriam Ritters Peters von Stauffenberg. Abrahamum Seidelium von den Geiſtern. Zachariam Theobaldum in Arcanis naturæ. Joh. Jonſtonum in Pneumatologia. Athanaſium Kircherum in mundo ſubterraneo. Ulyſſem Aldrovandum in Muſéo Metallico. Joan. Matheſium. Georg. Agricolam de ſubterraneis. Majolum, Bodinum, Del Rio de magicis, Strozzam, Zimaram. Und andere.

28. Wiewohl im verborgenen viel tauſendmahl mehr geſchehen/ als von auſſen geſehen / oder in Büchern auffgezeichnet worden / davon die alten erfahrne Berg- und Werck-Meiſter / und Philoſophi Practici der von den Ariſtoteliſchen Natur-blinden Sophiſten verworffenen Theriophiſchen Kunſt-Schulen/ zu ihrer gelegener Zeit und Orte beſcheidentlich zu befragen.

29. Wäre auch denen ſonſten fleißigen Geſchicht-Schreibern und Natur-Kündigern ein beſonderer Ruhm und Nutzen / wann ſie zur Ehre des hochgelobten GOttes und Schöpffers aller magnalien / der ſo eitelen Krieg- und anderer betrügeriſchen Welt-Relationen in ihren Büchern ſich mäßigten: Und dargegen von den wunderbaren natürlichen und übernatürlichen Geſchichten/ welche ſich am Himmel/ Erden/ Meere/ und denen darinnen wohnenden Creaturen/ ſonderlich mit den Menſchen / von Zeit zu Zeit begeben/ ein beſonderes Theatrum, oder Schau-Buch zuſammen richteten; dörffte man die Zeit/ und andere Welt-Bücher mit ſo unerbaulichen und verderblichen Rechts-Theidungen und Blut-Regiſtern nicht

anfüllen / noch unnöthige Unkoſten darauff wenden / ſondern könte die Menſchen hierdurch viel eher und näher zu der Erkäntnüß GOttes und ihrer ſelber bringen : Wordurch ſo vielem Ubel in der Welt um ein gut Theil möchte gerathen / und vermittelſt göttlicher Gnaden-Würckung / ſonderlich abgeholffen werden.

30. Beſchlieſſe alſo dieſe Relation, mit dienſtlicher Bitt / ſelbige dahin zu vermercken / daß nichts aberglaubiſch- oder wider-göttliches damit gemeynet / ſondern die gerechte und nothwendige Prüfung der Geiſter und Wunder GOttes geſuchet / und zum Theil gefunden.

31. Wem es nun gefällt / der leſe es ; wem es aber mißfället / der laſſe es / und wiſſe / daß er noch viel mehr nicht weiß / was er billich wiſſen ſolte ; ob er ſchon viel weiß / was er zu wiſſen nicht ſtreben bedörffte / wann er ſonſten weiſe und gewiſſenhafft in GOtt und ſeinem heiligen Worte ſeyn wolte.

32. Das übrige wird in der Vorrede über das offtgenennte Büchlein vom Gewinn und Verluſt mit gründlicherm Unterricht erkläret / dahin wir den ſchatzbegierigen Leſer verweiſen / und ihn GOtt / uns aber deſſen Liebe getreulich empfehlen.

Erſtlich geſchrieben zu Tarnowitz in Ober-Schleſien den $\frac{5}{15}$ Heu-Monats des 1641 Jahres.

Antiqua Virtute, Fideque.

Atque hoc eſt, quod ex chartis Frankenbergii (qui nomen ſuum literis ultimorum verborum initialibus ſignificat) de Sabotho ſubterraneo referre voluimus, cui quantum veri ſubeſſe credamus, e ſequentibus Fabri verſibus, quibus in Sabotho ſuo de ſpectris hujus loci ſimilem narrat fabulam, colligitur :

Et longum eſt memorare, quibus vetus accola ſpectris
Suſpendens ventum vacuas ſermonibus aures
Narrando hibernas ſuevit traducere noctes.
Scilicet, ut cuidam rapturo ex ilice fœtus
Implumes volucrum (matrem hunc noviſſe, aviamque
Seque ſenem vidiſſe olim) dum montis inerrat
Avia, ſcrutanti foribus bipatentibus antrum,
Antrum ingens, ſublustre, & opaco triſte receſſu
Obtulerit ſeſe, primos repreſſit inaudax
Cunctando circumſpectans formidine greſſus,
Tum facilem acceſſum ut vidit, nulloque teneri,
Qui vetet, irrupit, totasque intrare latebras

Auſus,

Auſus, in expoſitos auri ſtupefactus acervos
Incidit incuſtoditi, quo protinus omnes
Infarcit raptim loculos, raptoque potitus
Digreditur, latusque omnes fruticesque rubosque,
Proximaque inciſo nequicquam robora libro
Signavit: certis etenim veſtigia nuper
Obſervata notis iterumque iterumque retentans
Invento nusquam rediit fruſtratus ab antro.

§. 14.

SABOTHUS a FABRO deſcriptus:

Sed quid vetat in medio ponere ejusdem Poëtæ verſus, quibus non minus ſignate, quam eleganter MONTEM hunc noſtrum deſcribit:

Eſt MONS, protractum cuneo quem Sleſia longo
Cingit, inhærentes ipſe arduus undique colles,
Vulturio editior, famaq́, & culmine major,
Proſpectat ſuperincumbens: genialis alumnum
Huic Bacchi Silenum, ajunt, hac forte meantem,
Sacra ferunt alii, poſuiſſe Silentia nomen:
Seceſſu Monachorum olim, fanoque dicatum,
Aërio in monte, & ſcopulis pendente ſacello:
Quos grave perpeſſos cœlum, nebulaq́, truces q́
Ventorum tempeſtates, & noxius aër
Subjectam in vallem, & vicinam ejecit ad Urbem.
Advena Slavanus Judæa a luce SABOTHUM,
Noſtrates vocitant prore, tractuq́, SEQUACEM.
Semirutam hic pridem ſpectandis turribus Arcem
Suſtinuit, poſthac Ducibus regnata Polonis
Atria: nunc cœlo, ventisq́, obnoxia moles

Omnis procubuit, vix ut veſtigia cernas
(a) Antiqui decoris. - - - -

(a) His Fabri metris ſequentem verſuum noſtrorum decadem, Honori Beatiſſimæ Virginis Viſitantis, (cui poſt DEUM ſacellum illud dedicatum) piæque memoriæ Reverendiſſimi Reſtauratoris accinentes, ſubſcripſimus:

Antiqui decoris nunc vix veſtigia cernis;
At nova quæ moles caput inter nubila condit,
Hæc patriæ magnumq́, novumq́ dat ornamentum,
Sleſiacis oculis longe, lateq́ videndum.
Et quamvis opus hoc Præſes reſtauret arena,
Id tamen haud ventus, pluviiq́ injuria cœli
Diruet: Orithyam rapere, aut corrumpere noſtram
Non poterit Boreas; Cœli Regina MARIA
Hoc potiùs eſt ſervare ſuum per ſæcula templum,
Iſthic Elyſio DOMINA INVISENDA Clienti.

§. 15.

MONTES SUDETI unde dicantur?

Occidenti brumali, ac meridiano præſertim Soli objacent MONTES SUDETI, pars ampliſſimæ (a) illius, vaſtiſſimæque Sylvæ Herciniæ, cujus per omnem Germaniæ continentem diffuſæ magnæ hodieque portiones manent, & inter has, quæ Bojemicis ſuperſtructa jugis ipſam Bojemiam undique includit: proprioque adeo ac peculiari nomine Hercynia ſylva, ſive Hercynius ſaltus dicta fuit. SUDETI quidem ſic indigitati nonnullis videntur, quaſi Sud-Oede/ hoc eſt: Die Wildnüß/ (b) Oede/ oder Wüſten gegen Sud oder Mittag gelegen.

(a) Hercyniam alii ſic dictam volunt, quod ſeptum ſignificet: hæc enim Germaniam totam valli inſtar fere circumdat, variasque ſortitur appella-

pellationes a locis, per quæ trahitur. Vaſtior tamen eſt circa Bohemiam. Initium ejus a finibus Galliæ deducunt, ubi Bacenis eſt, ſeu nigra ſylva. Alii a pice, vom Hartz/ nomen derivant, quod piciferis abundet arboribus.

(*b*) Secundum hanc etymologiam a noſtris tantùm, quibus meridiem verſus jacent, SUDETI nominandi eſſent, non autem Bohemis; quamvis per SUDETOS Cluverius illos montes omnes, qui Bohemiam totam ambiunt, intelligere videatur.

§. 16.

Aliis CERCONESSI, aliis RIPHÆI & GIGANTÆI.

Qui ſicut ad plura loca ob magnitudinem pertingunt, ſic aliis, atque aliis vocantur nominibus: qua enim Bojemiam reſpiciunt, & hanc a Sileſia procurſu ſuo tanquam nativo muro ſeparant, Bojemici, illis ipſis autem Bojemis CERCONESSI (Krkonoſſ) ſivé Krkonoſſi, aliis (*a*) RIPHÆI, GIGANTÆI, & quod magnam anni partem, velut alter Libanus, Ætnæve inſtar, de quo eleganter Pindarus Pythionicorum Ode prima,

Γιφόεσσ' Αἴτνα, πάνετες
Χιόνος ὀξείας Τιθῆρα, (*b*)

nive, ſive nivium potius ſenio canelcant, Niviferi Montes audiunt, das Böheimiſche Rieſen- oder Schnee-Gebürge. In quibus eminentiſſimus, ceterisque omnibus ſublimior GIGANTÆUS MONS, proprie der Rieſen-Berg: (*c*) Accolis die groſſe Kuppe/ ad differentiam alterius, die kleine Kuppe/ vocari conſuetus: ex quo cœlo ſereno longe,

ge, lateque patet in Sileſiam, & Bojemiam amœniſſimus proſpectus. Minimum triginta ſtadia aſſurgit in altum, caput inter nubila condens, atque inferiorem aëris regionem longe excedens: uti quidem Mathematici Accolæ certis inſtrumentis obſervarunt. Cacumen, quod minimum ſex ſtadia montes alios excedit, in planitie diametrum ſemiſtadii habet: non terra, vel ſabulo, ſed meris ſaxis majoribus, minoribus, quaſi humano opere totum congeſtum, quorum, quæ foris ſolaribus radiis ſunt expoſita, muſcoſo cortice apparent ita variegata, & picturata coloribus eleganter, ut, naturam an artem mireris, dubium videatur. Hæc juga, quæ Sileſiam, & ſeptemtriones ſpectant, arboribus ſunt conſita frequentibus, etiam cubitalibus, ſed humi tantum παραλληλῶς repentibus: quippe cum recentes eſſent, ventorum flatu, ac vi tempeſtatum depreſſis: quarum rami, virgæque haud multum ſupra genua humana aſſurgunt, ut non ſylvam, ſed frutetum videas. Unde vulgo das Knie-Holtz vocatur. (*d*) Meridiem atque Occidentem verſus, qua Bojemiam & Miſniam ſpectant, gramine muſcoſo calva ſunt, & media æſtate nivibus deſuper pulverulentis adeo paſſim rigent, ut nihil minus putes, quam nives. (*e*)

(*d*) Hujus nominis difficilem dari rationem ſcribit R. P. Balbinus, cui diſplicet eorum opinio, qui exiſtimant, Riphæos ſumi pro Gigantibus, eo quod uni ex Centauris hoc nomen fuerit, de quo Ovid. l. 12 Metamorph. Sed mihi RHIPÆI potius, quam RIPHÆI, audire videntur

tur τὰ ῥίπαια ὄρη: quod vel ſint pars illorum montium Scythiæ aut Sarmatiæ Europæ, aut ſimilitudinem cum illis habeant, quorum Plinius l. 4. c. 12 meminit, quos Græci ἀπὸ τῆς ῥιπαδος, vel a ῥιπίζειν, hoc eſt, a flatuum vi deductos putant, quod ibi vehementiſſimi Boreæ flatus, & ſemper tempeſtates, atque nives eſſe dicantur; hinc Virgilius 3. Georg.

Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro,

Et Seneca in Hip.

Scandite colles, ſemper canos nive RHIPÆA.

Cum enim veteres ex variis mundi partibus huc migrantes hos montes illis Rhipæis ſimiles offenderent, nomen illorum his fecerunt commune; & fortean non inepte a Riphæo, aut potius & correctius Rhipæo monte ſpectrum Ripezahl derivari poterit. Ut infra videbimus.

(*b*) Hoc eſt: *Ætna per totum annum nivis acuta nutrix.*

(*c*) Qui hunc montem aſcenderunt, & obſervarunt, ceteros circumjacentes montes reſpectu hujus quaſi pygmæos eſſe fatentur:

Sie ſagen vor gewiß von dieſem hohen Berge/
Er ſey ein groſſer Riß: die andern Berge Zwerge.

(*d*) Schwenckfeldius l. 1 de Sileſiæ ſtirpibus Piceas pumilas, & Pinaſtros a nive depreſſos vocat, qui nunquam arboris altitudinem acquirunt, ſed humi ramulis reptantes tandem areſcunt.

(*e*) Hi montes etiam vocantur *Vandalici* Dioni, cujus hæc verba ſunt: *Viſurgim ergo tranſgreſſus* (Druſus) *omnia populando ad Albim usq; penetravit, qui ex Wandalicis montibus profluens in Oceanum ſeptemtrionalem ingenti aquarum mole effunditur.* Ex quo non vane conjicitur, jam tempore Druſi Bohemiam a Wandalis fuiſſe habitatam, ſive ſimul cum Marcomannis aliquam partem incoluerint, ſive Hermunduris nonnullis forte jam tum abeuntibus ſucceſſerint.

§. 17.

Fontes UPAVÆ, & ALBIS.

Vix mille paſſibus a cacuminis radice videre eſt UPAVÆ fluminis (*a*) originem: totidemque fere paſſibus occaſum verſus ALBIS, qui unus eſt ex nobiliſſimis Germaniæ fluviis, fontes quaſi lacunas undecim, quæ paulatim confluentes alveolum conficiunt mire limpidum. Uterque rivus in ſubjectam

Upavæ vallem, quam vocant den Aupen-Grund/ parallelo deſcenſu per diverſas montium oppoſitorum anguſtias Bojemiam ingreſſi, & paullatim aucti ad Jaromiriam oppidum, ubi ponte ligneo jam ſtratus ALBIS, coaleſcunt.

(*a*) Upavam etiam ex Sileſiæ gremio naſci hinc colligitur: OVPA alias dicitur ab Oupadem Slav. quod ſignificat: Die Hochfallende.

§. 18.

Mons GIGANTÆUS fertilis, ſed SPECTRO infeſtus.

Mons ipſe AURO, ARGENTO, ÆRE, Gemmis gravidus; ſed in quem avaritia, quæ mortales etiam ad inferos agit, neſcio, an difficiliori evectione, ſumptuumve magnitudine, an aliis cauſis deterrita, minus penetravit: (*a*) obverſantis præterea dæmonis terrore, & mirandis viſis decantatus; Varia namque forma, & ſpecie, modo monachi cuculligeri, modo ſenecionis metallicorum more veſtiti, mox equi generoſi, iterum galli, corvi, ululæ, aut bufonis maximi, ſe conſpiciendum offert, mirisque ſæpe geſtibus ea loca perluſtrantibus illudit: vix unquam tamen noxam aut damnum intuliſſe cuiquam compertus, niſi cachinno prius aut maledicto fuerit provocatus. Tunc ſiquidem cœlo quamvis ſereno, & aurâ ſilente, temporis momento ingentia & horribilia tonitrua, ac fulgura cum imbribus largiſſimis ſuborta fuiſſe, non pauci ſunt experti. Franciſco Fabro

bro RUPICINA, noſtratibus vulgo der Rieben-Zahl nominatur: ſed quem nonnemo RONCEVALL (*b*) dici a Roncevalle loco inter Pyrenæos horribiles planiſſimo, ubi ingens illud prælium inter CAROLUM Magnum, ejusque Palatinos ex una, & Mauros ex altera parte, commiſſum fuit, arbitratus eſt: eo nimirum, quod illis ex montibus dæmonium hoc migravit; herbarii autem obtuſioris ingenii homines, cum ſe RONCEVALLEM forte appellaſſet, Ruben-Zahl intellexerint. Quod ut temere affirmare nolim, ſic magnam a me gratiam inibit, qui adſtruere meliora aut certiora poſſit.

(*a*) De divitiis horum montium in alio capite.

(*b*) Tria breviter hoc SPECTRUM concernentia quæremus. 1. An ſit? 2. quid ſit? 3. unde nomen habeat? Primum omnes ferme, maxime plebeji eorum montium accolæ affirmant, dictitantes ſpectrum illhoc ſæpe in montis cacumine videri, clamores terrificos, quos edit, audiri, viatoribus in formis illis, quarum hic meminit Henelius, comparere, illudere, & neſcio, quas tempeſtates, tonitrua, ventos, fulgura commovere, fulmina vibrare; Sed credat lector, quod plurima, quæ hac de re narrantur, fabulæ ſint aniles, quæ ſuam trahunt originem vel ab ipſo horrore ſolitudines ejuſmodi inhabitante, vel ab antiquis illius loci accolis Ethnicis, a quibus in ſimilibus convallibus, montibus & deſertis Idola culta, oracula conſulta, & in ſylvarum cavernas clamantibus per Echo, vacuam illam vocis reſonantiam, relponſa data fuere: quæ Nympha (ut Poëtis vocatur Echo) eo horridius reſonat, quo antra profundiora, nemora majora, valles plures, rupes altiores, & fauces ipſæ, vocem immittentes, ſunt ſonantiores. Tempeſtates, venti, tonitrua, fulgura, & fulmina e montanis ſulphure, aliaque ignea ſupellectile gravidis frequentius oriri, horrendius boare, atque reboare, nemo neſcit. Unde meo quidem judicio plus vice ſimplici contingit, quod ejuſmodi horror, quem ipſamet facit natura, locique conſtitutio, ab ignara plebe, neſcio, quibus ſpectris & dæmoniis imputetur. Pari porro ratione Viſus etiam hominis hallucinari poteſt,

teſt, dum animi viatorum illa loca luſtrantium jam timidi, ea, quæ raro oculis objiciuntur, facile credunt eſſe ſpectra, aut monſtra quædam, licet illa tantum ſint, quæ illic locorum ordinarie offendi ſolent, & oſtendi: quis enim, amabo, ignorat, & venatores, & nuncios, & paſtores, & corvos, gallos item, aliaque animalia (in quorum formis apparere dicitur) iſthic quotidie videri, foſſores metallarios, & monachos aliquando ſaltem modernis, ſæpius præteritis temporibus, illac ex una ad alteram provinciam tranſiiſſe? Illud vero a R. Patre Balbino relatum, quod hoc ſpectrum in montis nivoſi cacumine ſæpe humana ſpecie ſedere, & pedibus ſupra præcipitium montis poſitis plaudere, & argutari ab accolis viſum fuiſſet, inanes umbras oculis timidorum frequenter illudentes fuiſſe credimus. Accedit, quod haud raro in gratiam peregrinorum nobiliorum, qui locum curioſitate ducti viſitatum, luſtratumque veniunt, a miniſtris Schatgotſchianis ſpectra perſonata, videlicet venatores iſthic habitantes varie, horrificeque picti, atque veſtiti, ſpectrum variis geſticulationibus ſimulantes, ad terrendum, vexandumque unum alterumve viæ comitem, produci ſoleant. Qua comœdia bene peracta ſimplices illuſi facile credunt eſſe, quod non eſt, & inter alios poſtmodum pro rebus veris divulgant fabulas, & pro ſeriis vendunt nugas.

Verum admittamus montem hunc ſpectro revera eſſe, aut ſaltem aliquando fuiſſe infeſtum, & quæramus ſecundo: quid ſit illud? Dæmonem (inquit crebro memoratus Balbinus) quidam aſſerunt, qui corpus humanum occuparat, ſacris Eccleſiæ cæremoniis & carminibus pulſum, in hos montes a ſacerdote religioſo relegatum, ne amplius noceret, quod crederet eos montes a nemine habitari; ajunt id factum in Comitatu Ruſſilionenſi, quem Hiſpani æque ac Galli RONZEVALL appellant, hinc vocem eſſe paulo detortam, vulgumque, ut amat fieri, ex *Ronſevall* errando Riben-Zall appellaſſe. Montanus Chymicus (pergit Balbinus) magni inter Sileſios nominis, qui Strigæ non ita ab his montibus procul medicinam faciebat, tradit: quendam ex illuſtri apud Gallos familia, cui *Ronſevall* nomen fuerat, hominem profunda avaritia, & opum ſitientiſſimum, dum vita manebat, DEO pœnas ſumente, ejectum in hos montes, ut theſauros ſervaret. Sunt, qui exiſtiment (adhuc cum Balbino loquimur) vetere Gallorum lingua *Roy de Valle* ſpectrum hoc appellari, id eſt, *Regem vallis*, quod vallem potiſſimum dæmonis dictam occupet, idque nomen montis accolas corrupiſſe. Senex quidam octuagenarius, de quo Naſo noſter in Phœnice Redivivo, in monte Krumm-Hübel habitans, magnamque

que his in rebus habens experientiam, Domino Böhm Archipresbytero Schmidebergenſi narravit, quod ſpectrum illud Virum quendam Riſch nomine per nubes duxerit, ad pinnacula templorum, Arnsdorffenſis, Schmidebergenſis, & Görsdorffenſis, ſtatuerit, per feneſtram ad ipſam Eccleſiam demiſerit, ibidemque Parocho Auguſtanæ Confeſſionis in præſentia aliquot centenorum hominum in Germanico & Latino idiomate collocutum, ſeque Satanam eſſe, & *Rupertum de Zahn* vocari, fuiſſe faſſum: hanc autem rem non penitus rejiciendam eſſe, eo quod in quodam antro illius montis lapis aliquis, quem Lapidem Ruperti, den Rupert-Stein/ vocant, reperiatur. Cum igitur vulgus RUPERTUM a ZAHN difficulter exprimere poſſet, nomen id fuiſſe corruptum, & in Rüben-Zahl mutatum.

Sed quis prudens non rideat ejuſmodi *commenta millia rumorum?* ut verbis utar Ovid. II Metamorph. Me, ut verum fatear, piguit tot fabulas deſcribere, memor illius Martialis:

Quid te vana juvant miſera ludibria charta?

& iterum:

Non hic Centauros, non Gorgonas, Harpyiasque
Invenies.

Si tamen quis credulus ex his aliquid fide dignum judicet, per me licet, credat, quod & quantum placet; Nos ſaltem, ut ſtemus promiſſis, noſtras quoque de nomine cogitationes adſcribemus: Et dum neque ex RONCEVALL, neque ROY DE VALLE, neque ex RUPERTO a ZAHN derivari putamus, illud ex RIPHÆO, monte nimirum, & ZAHL, compoſitum eſſe credimus: Perſuaſum enim habemus, hunc montium tractum (ut ſupra §. 15 innuimus) eſſe quaſi *Appendicem, extremam partem*, vel *Caudam* montium, (ut Græci ſcribunt) RHIPÆORUM illorum, de quibus ſcribit Plinius, & manifeſte colligi poteſt ex Chriſtophori Cellarii Geogr. Antiqua l. 2. c. 6. Ac proinde olim ipſum montem dictum lingua Germanica, aut etiam Slavica *RHIPÆ*-Zahl/ id eſt, montis Rhipæi caudam, ſucceſſu vero temporis eodem nomine ſpectrum, quod iſthic habitare vulgus credidit, fuiſſe indigitatum.

Cæterum moderni montis accolæ nonnulli obſervaſſe ſe perhibent, ab illo tempore, quo Sacellum divino cultui augendo in ſummo montis faſtigio ſumptibus Schaffgotſchianis erectum fuit, in eoque ſæpius per annum Sacro-Sanctum miſſæ Sacrificium DEO oblatum, nihil amplius infeſtationis fuiſſe animadverſum: anima forſan, ſi quæ iſtheic DEO ſic

volente paſſa fuit, liberata, aut dæmone, ſi quis revera tamen locum infeſtaverit, per exorciſmos ſacros aliò fugato.

Quæ tamen etiam omnia temere affirmare nolumus, rem totam potius in ambiguo relinquentes, donec certiora edocti fuerimus a doctioribus.

§. 19.

MONS GIGANTÆUS INDEX TEMPESTATIS.

Quin & futuræ TEMPESTATIS Mons iſte GIGANTÆUS vulgo habetur prænuncius: quippe cum ſummum ejus caput, ſi purum & illuſtre ſit, cœlum ſudum polliceatur: ſi nebuloſum & nubilum, triſte & obſcurum, ventos & pluvias minitetur. Quam quidem *μαντικὴν δαιμωδη*, ſeu divinationem popularem raro utique fallentem Zabothus quoque nobis ob oculos ponit:

Vicinæ hinc gentes oracula certa futuræ
Tempeſtatis habent. Solito ſi triſtior ardens
Obnubit fumis caput, & nigrantibus atras
Pinubus induxit nebulas, ruere omne videbis
In pluvias cœlum, & ſubitis furere omnia nimbis;
Diffugere agricolas, pecudesq; abducere pratis
Paſtorem, aut patulæ ſtabulare ſub arboris umbra,
Nec temere ambiguo ſubductas reddere cœlo,
Rareſcens niſi deponat vittamq;, nigrasq;
Placatus nubes, fumosq;, irasq; remittat.

Ut hæc iterum de ſuis mihi largiatur Doctiſſimus Faber.

Antequam

Antequam cum Henelio a montibus Bohemicis ad Moravicos digrediamur, *Wartenſem* etiam *montem* (cujus nullam noſter facit mentionem) cum piiſſimo erga DEI Matrem Scriptore R. P. Balbino conſcendamus, ejusque ſitum conſideremus, amœnumque ex eo in Sileſiam proſpectum ſequentibus a dicto Autore in DIVA Wartenſi c. 2. §. 2 depictum: *Incumbit oppido* (Wartæ videlicet) *altiſſimus Mons* (Wartenberg *ipſi vocant*) *edicula lateritia Beatiſſimæ Virgini viſitanti Eliſabetham inſignis; gratiſſimus ex eo circumſpectus in minores montes, & depreſſas convalles &c.* Et poſt aliquot lineas: *Sed profecto tanta eſt Wartenſium Montium, illiusque Beatæ Vicinia gratia, tanta locorum hilaritas, tanta, tamq; grata profunditas vallium, pratenſibus aquulis lucens, & veſtita ſylvis decentibus rupium altitudo, ut, cum primum montem mihi contigit aſcendere, torque uno pene aſpectu terrarum tractus aſpicere, ſpectando diu expleri non potuerim: Spectabam jacentem ſub oculis Comitatum Glacenſem, Bohemiam ad occaſum bonis verbis ſalutabam, Moraviæ montes noſtris comparabam, noſtrosque Sudetos, ſeu Cerconoſſios, utpote Giganteos, præferebam minoribus; Sed præcipue Sileſia admirationem meam diu tenuit, Regio planiſſima facie, nullis montium verrucis, rugisque aſcendentibus, apertiſſimo ad deſiderium oculorum ſinu late porrecta, quam ego omnem uno e machina muralis tormenti globo facile transjici poſſe credidiſſem, niſi Comitis mei milliaria grandia (qualia noſtra eſſe ſolent) per decades oſtenſa, numeraſſent.* Hæc Balbinus.

§. 20.

Montes NISSENSES, & MORAVICI.

Is vero SUDETORUM tractus, qui incipit a finibus Montium Glacenſium, & deſinit in Ducatu Teſchinenſi, Moravorumque & Sileſiorum hac tempeſtate limites conſtituit, NISSENSIUM & MORAVORUM (*a*) Montium nominibus gaudet, ut & pars illorum DEMERSORII, das Geſencke.

(*a*) Plura de his Montibus, maxime de Reichſteinenſibus, legantur ſupra §. 7.

§. 21.

§. 21.

Montes SARMATICI.

Ad extremos Ducatus Teſchinenſis fines ſupra Jablunkam Sileſiam aliqua ex parte Montes (*a*) SARMATICI tangunt: qui exinde verſus meridiem longiſſimo tractu in Hungariam procurrunt, Germanis ob id das Hungariſche Gebürge / id eſt, Juga Hungarica dicti. Ii nimirum, a quibus iſtis (*b*) initium eſſe Jugi ASCIBURGIENSIS, ſed quod in ſeptemtrionem ſe flectens intra Poloniæ fines decurrit, capite præcedenti notavimus.

(*a*) Ptolomæo hi Montes dicuntur KARPATES καρπάτης, latine Carpatus: Ab his montibus, ut cap. 1 innuimus, ſuum nomen CARPI, ſive CARPIANI QUADI videntur trahere. Vide Cellarii Geogr. Antiq. l. 2. c. 8. pag. 597.

(*b*) ASCIBURGIUM montem neceſſario in Poloniæ finibus eſſe, cum Henelio noſtro ſtatuit l. 2. c. 15. pag. 461 citatus Cellarius, quia accolæ & vicini proximi μέχρι τῦ Ὀυιστύλα usque ad Viſtulam pertinuiſſe dicuntur. ASCIBURGII Montes ergo ſunt (inquit Cellarius) inter Sileſiam & Poloniam, & ex Auſtrali parte Hungariam contingunt. Sed qui, rogo, Montes ſunt Sileſiam inter & Poloniam, ab ipſa PLANITIE ſecundum probatos Autores hoc nomine nuncupatam? Profecto niſi CARPATUM, & ASCIBURGIUM eundem eſſe montem, contra Ptolomæum eos manifeſte diſtinguentem, & poſt ASCIBURGIUM τὰ Σέδητα SUDITOS, vel SUDETOS ponentem, concedant, alium ASCIBURGIUM oſtendant, neceſſe eſt; Alium vero Montem inter CARPATUM & SUDETOS non reperient, quam SABOTHUM noſtrum cum ſibi cohærentibus Montanis, vel continuum illud Taciti MONTIUM JUGUM, quod SUEVIAM Antiquam ſcindit, a SUDETIS aut ZOTTENSI ad CARPATUM & VISTULAM usque protractum. Videatur ipſe Ptolomæus, & diligens noſter Hankius in cap. 10 de Sileſiorum Majoribus.

§. 22.

§. 22.

Quibus VENTIS expoſita ſit SILESIA?

Ventis REGIO expoſita eſt præcipue AQUILONARIBUS, & OCCIDENTALIBUS; nam ad Auſtrum cingitur montibus Bojemicis; ab ortu Jugis Hungaricis. Occidentalibus ex Marchia & Lufatia perflatur, (*a*) præcipue CORO, & quidem violentiſſime. Septemtrionales (*b*) per Poloniam patulis quaſi finibus excipit: quos aërem non agitare ſolum, ſed etiam, ſi anni tempus ferat, depurgare certum eſt. His enim ventis proximum ab orientalibus locum Hippocrates aſſignat; cum homines reddant vegetos & ſiccos, capita dura & ſana, ventres calidos, & animantes vivaces: quamvis & aliquid incommodi ſecum ferant.

(*a*) Alias CAURUS dicitur: nonnullis JAPIX putatur,
Ac veluti immites ſi evertant æquora Cauri.

(*b*) SEPTEMTRIONALES venti ſunt: CIRCIUS, AQUILO ſive BOREAS De BOREA Poëta:

\- - - *Sicco quos aſper hiatu*
Perſolidat BOREAS. Ecce commodum!

Sed incommodum, quod ſecum ferunt, inſinuat alius:

Qui gelidam ſpargit ab axe nivem,
Aërios rapido pervertens turbine campos.

§. 23.

SILESIÆ DIVISIO in SUPERIOREM, & INFERIOREM.

Dividitur porro Sileſia diverſis modis: vulgari quidem, & antiqua (*a*) partitione in SUPERIORUM,

REM, & INFERIOREM, ſive in primam, & ſecundam: hanc quidem, quæ Poloniæ majori, Marchiæ, Luſatiæ, ac Bojemiæ vicina eſt: illam vero, quæ Poloniam minorem, & Hungariæ fines, Moraviæque partem attingit, & Teſchinenſem, Oppavienſem, Jägerndorffenſem, Oppolienſem, ac Ratiborienſem Ducatus, aliasque ſibi annexas Dynaſtias & dominia complectitur.

(a) Sileſia antiquitus, cum nimirum Uladislai e Polonia pulſi Filii, BOLESLAUS ALTUS, MIESLAUS, & CONRADUS, hanc regionem, quam Patruus eorum BOLESLAUS Poloniæ Princeps Parenti eorundem cedere ab Imperatore FRIDERICO BARBAROSSA coactus fuit, inter ſe anno ſupra mille & centum ſexageſimo quarto diſpeſcerent, fuit TRIPARTITA. SUPERIOR MIESLAO, INFERIOR CONRADO, MEDIA BOLESLAO parebat; ſed mortuo CONRADO BOLESLAUS ALTUS hæreditarió accepit INFERIOREM, eamque cum Media conjunxit: hinc factum, quod hodie dum INFERIOR duplo major SUPERIORE.

De ſeparatione hac Sileſiæ a Polonia legatur noſter cap. 9 de Magiſtratu Sileſiæ ſuperiore tractans.

§. 14.

DIVISIO in duo latera, GERMANICUM & POLONICUM.

Secundo modo Sileſia in duo latera BIPARTITA eſt, GERMANICUM, & POLONICUM: (a) illud vocant, quod eſt cis Viadrum verſus meridiem; hoc vero, quod eſt ultra Viadrum verſus ſeptemtrionem: & in quo adeo Polonici idiomatis prævalet uſus, etſi in Germanico quoque quam plures

plures pagani, qui præſertim intra Olaviam & Cantium rura incolunt, ab uſu Polonicæ linguæ avocari ſe non patiuntur.

(*a*) Occaſionem hic nanciſcimur differendi de opinionibus tum Polonorum, tum Sileſiorum nonnullorum rudium, favorem erga gentem Slavicam innatum ſibi habentium, patriæ vero ſuæ amplitudinem minus conſiderantium: quorum illi paſſim, frequenterque ſcriptitant, & dictitant, imo (ut nobis ab Illuſtriſſimo quodam Poloniæ Caſtellano anno ſuperiori, nimirum 1701, factum) objectant: hi vero impie & inaniter garriunt, *illud Sileſiæ latus, quod hic POLONICUM propter ſitum nominamus, non nominari tantum, ſed & revera pertinere ad hodiernam Poloniam.* Pro cujus rei confirmatione, neſcio, quid columnarum aut lapidum Wratislaviæ alicubi in cellario quodam non procul ab Oderæ ripa poſitorum, certisque ſignis, Polonicum Jus hucusque extenſum arguentibus, notatorum ſomnient.

Licet igitur ejuſmodi columnæ, quæ nullæ ſunt, per ſe ruant, & totum illud, quod has Poloniam inter & Sileſiam lites clariſſime decidit, & Polonorum prætenſionem accuratiſſime refutat, tum alibi apud noſtros, tum maxime apud Henelium ſupra citato nono capite, fuſe deductum inveniatur; quia tamen in hanc primorum Henelii Capitum editionem præfatum caput non ingreditur, placuit in gratiam ejuſmodi ignorantium popularium, erudiri volentium, partim ex noſtris, partim etiam ex Polonicis Hiſtoriographis, ex Hartknochio, & Lubienſcio præſertim, compendioſe annectere, quis quæſtionis hujus, & Polonicæ prætenſionis ſtatus? quo tibicine nitantur noſtri Adverſarii? & quibus argumentis, quamque facile a noſtris refutentur?

Pro meliori vero captu

Prænotamus 1. ex Hartknochio cap. 3. pag. mihi 105, Sileſiam, aut ſaltem magnam ejus partem usque ad Oderæ ripam orientalem, tempore Lechi, ſucceſſorumque ejus ad Poloniam pertinuiſſe: fidem illud facit, quod Adamus Bremenſis lib. 2. cap. 2 Polonos ſtatim trans Oderam collocet. Et Helmoldus lib. 1. Chron. Slav. cap. 2 Terminum Slavorum ab oriente ponat Oderam. Id quod noſtri ſcriptores non diffitentur, non hoc tantum concedentes, ſed nec iis quidem, qui Polonorum dominatum cum Kadlubko a Boleslao Chobri rerum in Polonia potiente per varias excurſiones ad Salam usque extenſum fuiſſe ſcribunt, contradicentes. Quod ideo in

anteceſſu monemus, quod nobis antiquum illud Poloniæ Dominium imago illa eſſe videatur, quæ hodiernorum Polonorum phantaſiis illudens ſomniare eosdem facit, quaſi vero Sileſia ſaltem ad Oderam usque hodienum juris eſſet Polonici.

Prænotamus 2. quæſtionem hic non inſtitui, qua ratione hæc regio ante a Polonia ſeparationem una cum Polonia ab Imperatoribus Germanicis ſubacta, & tributaria facta fuerit; hoc enim primo cap. jam abunde fuit oſtenſu n.

Prænotamus 3 nec illud hic venire in diſceptationem, num Henricus IV Imperator in Comitiis Moguntinis jam anno 1086 Wratislao Bohemiæ Regi poteſtatem fecerit, ut Sileſiam, Luſatiam, & Poloniam totam ad ſe traduceret, prout Coſmas Pragenſis, qui ipſe Comitiis illis interfuit, lib. 2 hiſt. Boh anni 1086. pag. 42 teſtatur. Nec noſtri hic inſtituti eſt, deſcribere, quid propterea bellorum a Polonis contra Bohemos & Germanos geſtum: illa namque, quæ diviſionem Sileſiæ a Polonia præceſſere, ad noſtram litem decidendam nihil, aut parum ſaltem faciunt.

Prænotamus 4. nos verſari in hoc ſuppoſito, quod lector notum perſpectumque habeat, quare Uladislaus Poloniæ Princeps, Boleslai Crivouſti filius, Polonia excluſus fuerit; quomodo primum ad Conradum III Imp. deinde ad Fridericum I confugerit: hic vero quibus bellis Boleslaum IV cognomine Criſpum Ducem Poloniæ, & fratrem Uladislai exulis eo adegerit, ut Sileſiam univerſam Uladislao, & poſteris ejus traderet, cujus poſſeſſionem filii demum ipſius, ſupra nominati, Uladislao Patre vitâ functo, adierunt. His autem prænotatis

Dicimus: *Sileſiam, dum inter dictos Uladislai filios diviſa fuit, ita a Polonia fuiſſe ſeparatam, ut nullum ex Polonia dominatum ſupra ſe ab illo diviſionis tempore agnoſceret, ſed Sileſiæ Principes* (ut bene animadvertit noſter Curioſus Sileſius in ſeinen Animadverſionibus über Friderich Lichtenſternes Schleſiſche Fürſten-Crone pag. 25.) *fuerint abſoluti*, a magnis Poloniæ Ducibus, aut poſtmodum Regibus, non tantum nulla ratione dependentes, ſed Principes ſe potius & Hæredes Poloniæ ſcribentes, utpote qui non minus, quam ceteri Poloniæ Principes ex Piaſtæo ſanguine progeniti, Patruo, Patruel busque morte decedentibus, nullumque propinquiorem, quam hos Sileſiæ Principes, hæredem relinquentibus, Jus ſuum adeundi ſupremi in Polonia Dominatus prætenderent.

Quod abſolutum eorundem dominium Ferdinandus I in Confirmatione Oppolienſium Conſtitutionum apud Schickfuſium l. 3. c. 19 agnovit

vit ſequentibus: Demnach man erkennet/ daß dieſen Fürſtenthümern von nöthen ſey/ damit ſie bey ihren guten Gewonheiten/ Bräuchen/ Recht und Gerechtigkeiten/ ſo ſie von alters her bey den Fürſten und Erb-Herren/ weil ſie noch frey/ und niemanden mit Unterthänigkeit verpflichtet geweſen/ ihrer Herrſchafft vor männiglich ungehindert gebraucht und genoſſen. Plura, ſi foret opus, ejuſmodi adduci poſſent.

Atque contra hoc abſolutum primorum ſeparatæ Sileſiæ Ducum dominium nonnulli Poloniæ ſcriptores calamum ſtringunt, aſſerentes, quod Principes illi *Sileſiam omnem*, (inquit celebris illius Gentis Hiſtoriographus Cromerus) *quæ continentibus ſylvis a reliqua Polonia dirimitur, usque ad Boëmorum, Miſnenſium, Saxonumque fines in ditionem ſuam acceperunt, ea quidem lege, ut Majeſtatem ſummi Principis Polonorum comiter conſervarent, neve Patriæ tyrannidem imitarentur.* lib. 6. pag. mihi 103. Vel, ut Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Eccleſiæ Plocenſis Antiſtes, Dominus Lubienſcius, in operibus poſthumis in diſcurſu de rebus Sileſiacis pro parte ſuorum ſcriptum reliquit) *Sileſiam inter ſe ea lege partiti ſunt, ut Imperium ſupremi in Polonia Monarcha agnoſcerent, & inter FIDUCIARIOS Regni Principes cenſerentur.* Quales, FIDUCIARIOS nimirum, eos fuiſſe, inter Recentiores etiam Chriſtophorus Hartknoch ſcribit, & alii, quos inter Neotericus quidam illius gentis Paracletus Joannes Tröſter im Polniſchen Adler-Neſt l. 3. pag. 257 audet aſſerere: Sein Fürſtenthum (videlicet Uladislai Sileſia) wäre den Söhnen übergeben worden/ doch mit dem Beding/ daß ſie den Polniſchen Fürſten/ als ihren Herren/ gehorſamen ſolten. Id eſt: hac lege Uladislai filiis Sileſia fuit tradita, ut Principibus Polonicis, *tanquam Dominis ſuis, præſtarent obedientiam.*

Sed unde, rogo vos, dilecti vicini noſtri! unde probatis hoc ultimum veſtrum aſſertum? quibus tibicinibus literariis fulcire poteſtis, aut docere, quod Sileſii temporum illorum Principes aliquo jurejurando ſummis Poloniæ Monarchis aut ſuccedentibus Regibus ſeſe obſtrinxerint ad *obedientiam ipſis tanquam Dominis ſuis præſtandam?* Quod ſicut non docebitis, ita quoque per FIDUCIARIOS intelligere non poteſtis, (prout loquuntur Juris Conſulti) *Vaſallos*, aut *Ligios*, aut *Clientes* tales, qui *homagio* (ut vocant) præſtito ſunt obſtricti ad ſtandum ſemper a partibus Domini adverſus hoſtes.

Quod ſi tamen per FIDUCIARIOS illos indigitare velitis, qui concordibus animis, & unitis viribus commune patriæ bonum adverſus

imminentia vel hoſtium, vel aliorum malorum pericula propugnare parati, vel etiam inito fœdere, aut (ut dicunt) liga facta ſunt obligati, ut mutua ſibi ferant auxilia, lubentiſſimis animis veſtræ ſubſcribimus ſententiæ, haud ignari, primos illos Sileſiæ Principes, dum quondam pro communi patriæ bono conſilium erat capiendum, conveniſſe ad Comitia cum Polonis ejusdem ſanguinis Principibus; ſic enim Comitiis a Caſimiro anno ſalutis noſtræ 1180 Lenciciæ indictis adfuerunt inter alios Boleslaus Procerus, Wratislavienſis Dux, & Ziroslaus, Wratislavienſis Epiſcopus. Similiter anno 1222 Maſoviæ Duci contra Pruſſos bellum gerenti adfuere, fundationemque Epiſcopatus Pruſſici ratam habuêre Dux & Epiſcopus, item Dersko Palatinus, & Sobeslaus Caſtellanus, Wratislavienſes. Item anno 1226 Comitiis Ganſavienſibus interfuit Henricus Barbatus Wratislavienſis Dux, & alius ejusdem urbis Epiſcopus. Atque hac ratione concordes manſiſſent, animisque cum Polonis uniti, atque fidi, ad mutua belli, pacisque auxilia atque conſilia ſibi invicem ferenda atque danda parati, ſocii, (non vero Vaſalli ab eorundem imperio dependentes; niſi illi, videlicet Poloni, Sileſios, Germanorum moribus paullatim aſſuefactos, tanto tandem perſecuti fuiſſent odio, ut eosdem non tantum ad conſilia non invitarent, ſed & inſuper, his non adſentientibus, ULADISLAO Loctico, Germanorum hoſti acerrimo, aliisque, quamvis exteris, honorem Regium, qui tamen Sileſiis debebatur Principibus, deferrent) cauſamque his dediſſent ob hunc ſui contemptum, repulſamque juſte dolendi, & ab eorum ſocietate diſcedendi.

Qua vero ratione præmemorati Sileſiæ Principes, tunc temporis abſoluti quidem, numero tamen plures, opibus diſpares, nec libertatem ferre, nec jura neceſſitudinis inter ſe colere ſciverint, & invidentia eo usque progreſſi fuerint, ut ne ab inſidiis quidem mutuis abſtinerent: quamque opportunam Joannes Lucemburgius, Henrici VII Imperatoris Filius, per Conjugem Eliſabetham poſtremi ex Slavica familia Regis Wenceslai ſororem Bojemiæ Rex, occaſionem nactus fuerit, odia ejusmodi inter diſſidentes augendi, facilique negotio perficiendi, ut partim volentes, partim metu adacti in Bojemica jura tranſirent, ac fidem & obſequia de ditionibus ſuis ſibi (Joanni Regi) promitterent; hoc noſter cap. 9, alibi alii fuſius oſtendunt.

At vero objiciet hic aliquis: Si Poloniæ Duces & Reges poſt ſeparatam Sileſiam nihil in eamdem habuerint juris, cur ergo Caſimirus Rex Poloniæ cum Joanne Bohemiæ Rege tranſegit? omnique ſeſe jure, quod

in

in Sileſiam habuiſſe videtur, abdicavit? quemadmodum fuſe legitur, & clare intelligitur ex illis, quæ R. P. Balbinus in Miſcell. Lib. III. c. 6. § 8 ſcribit: & Sileſiæ quoque ſcriptores, aliique, oſtendunt paſſim.

Cui reſpondemus, illam Caſimiri tranſactionem nihil fuiſſe aliud, quam Recognitionem, & Renunciationem, qua ſeſe nullum jus, nullum dominium habere aut habuiſſe, nec ſibi competere, aut competiiſſe in Sileſiæ ducatibus, Inſtrumento, cujus copia ad finem hujus paragraphi annectitur, ultro fatebatur, ac propterea omni actioni & quæſtioni, quam ante moverat, renunciabat: & hoc ideo, quia (ut tradunt ſcriptores Bohemici, & Publicæ Literæ) Reges Bohemiæ viciſſim ſe jure omni, quod per Eliſabetham Polonam Wenceslao II nuptam acceperant in Poloniam, abdicarunt. Ut proinde Jus illud Regum Poloniæ in Sileſiam, quod Caſimirus ejusque Pater Uladislaus Locticus, ſeſe habere, ſibi tantum, ſuisque antea videbantur, IMAGINARIUM tantum fuerit, atque adeo ſupra dictus Lubienski egerit omnino nihil, dum in diſcurſu citato pagina mihi 169 pro Jure iſthoc Poloniæ vindicando contendit, abdicationem illam Caſimiri eſſe dubiam, eo quod in Archivo Regni Poloniæ non contineatur; aut ſi hac ratione facta fuiſſet abdicatio, Caſimirum tamen hanc ſine conſenſu Poloniæ Procerum facere minime potuiſſe, & propterea Tranſactionem illam Caſimirum inter & Joannem, hujusq; filium Carolum, privatam duntaxat fuiſſe, qua Jus ſuum tantum, & non Regni, præfatis Regibus, & non Regno Bohemiæ, condonaſſet, quibus, & hæredibus illorum extinctis priſtino Juri Sileſia eſſet reſtituenda. Et cum hæc ipſa Tranſactio publico regni Ordinum conſenſu approbata non fuerit, cum perſonis contrahentibus eam extinctam putandum eſſe; neque enim in poteſtate Regis ullius fuiſſe patrimonio Reipublicæ privatas offenſiones redimere, maxime talibus provinciis, quæ non armis quæſitæ, nec deditiæ, ſed ex corpore regni forent, qualis Sileſia univerſa, qualesque Duces Sileſiæ, qui & jure *naturali*, utpote Regibus Poloniæ orti, & portionem Regni tenentes, & jure *ſcripto*, quo tanquam FIDUCIARII Principes Regno obſtricti in ditionem alterius ſe, ditionesque ſuas transferre non potuiſſent, nec a toto Regni corpore, ex quo creverant, ullo pacto alienare: ut deditio illorum, qua Domui Lucemburgicæ ſe adjunxerant, etiamſi id vel armis coacti, vel ſponte feciſſent, rata eſſe non potuerit. His, inquam, verbis Lubienſcius pro Jure Polonorum in Sileſiam nihil agit, cum ſuppoſitum inprimis, quod Sileſia ſeparata juris Polonici manſerit, negemus, atque hoc negato reliquis Lubienſcii aſſertis fundamentum, quo niti videntur, totum

deſtrua-

deſtruamus. Fac nihilominus Jus illud Polonorum ad Caſimirum usque viguiſſe (quod non concedimus) adhuc tamen nihil evincet Lubienſcius, cum Renunciatio illa non privata tantum fuerit Caſimiri, ſed publica, & per Legatos etiam vel Procuratores, adeoque cum ſcitu, conſenſuque, imo cum cooperatione aliorum Regni Procerum, eorum ſalem, qui Ablegati fuerant Trencinium, facta ſit: Fuerunt autem primarii Sbitko Caſtellanus, Sbigneus Præpoſitus, Cracovienſes, Petrus Caſtellanus Sendomirienſis, Thomas de Zojantzkau, &c. Et ubi? qualeque porro Jus illud ſcriptum, quo ſecundum Lubienski tanquam FIDUCIARII Principes Sileſiæ Regno obſtrictos fuiſſe contendit? Jure certo *naturali* pro parte Poloniæ ſtare tam diu tantum obligabantur, quam diu ab illa non graviter læſi, non ignominioſe contempti, a ſucceſſione ſibi debita in dignitate Regia non injuſte rejecti fuerant.

Cæterum rationem non videmus, cur Lubienſcius, aliique ſcriptores, aſſerere audeant, Sileſiam Boleslao Pudico, Uladislao Loctico, dictoque Caſimiro Magno rerum potientibus, a Polonia primo fuiſſe ſeparatam, cum tamen ipſe Lubienſcius in deſcriptione Epiſcoporum Plocenſium in Goslao, qui in ordine fuit decimus quartus, ultro fateatur, Poloniam ob cædem D. Stanislai grandi piaculo obnoxiam, in ultionem illius (ſecundum revelationes piis quibusdam hominibus factas) ſic fuiſſe punitam, ut in multas partes diſcerperetur, quemadmodum corpus S. Martyris ſectum fuerat. Hoc autem maxime fuiſſe impletum, cum Uladislaus, Uladislai Hermanni (qui fuit frater Boleslai, a quo Sanctus cæſus fuerat) nepos, cum uxore ſua Chriſtina Cæſare Henrico genita (non *Chriſtina*, ſed Gertrude: non *Henrico genita*, ſed *Leopoldo Marchione Conradi fratre genita* Lubienſcio ſcribendum erat) & cum liberis, Poloniam propter inteſtina bella deſerere, & ad Conradum III Imperatorem Uxoris ſuæ conſobrinum, (patruum) opem ab eo petiturus, confugere coactus fuit. *Hinc* (verba Lubienſcii ſcribimus) *bellorum maximorum cauſæ, hinc* REGNI *in minores etiam partes* SECTIONES, *ita ut per ducentos & quinquaginta annos, qui a cæde D. Stanislai usque ad Uladislaum Loſticum Regem Poloniæ Renunciatum interceſſerunt, nunquam Poloniæ armis civilibus, ac mutuis interfectionibus non laboraverit, ac ſæpiſſime proxima extremo exitio fuerit.* AVULSA *per eandem occaſionem* (nimirum per illos motus, quibus Uladislaus in exilium ejectus fuerat) MAXIMA *majoris partis, &* TOTUM *id, quidquid* SILESIÆ *finibus continetur.* Hæc ille. Quibus cum SILESIAM jam ante Caſimirum, imo jam Uladislai exulis

exulis tempore a Polonia AVULSAM fuiſſe fateatur, rationem non videmus, quare aſſerere audeat, illam Caſimiri adhuc tempore, immo hodieque Polonici Juris permanere. Profecto eodem, quo Sileſia, tempore, Luſatia quoque (fatente hoc ipſum loco citato Lubienſcio) ac proinde pari, qua Sileſia, ratione a Polonia ſeparata fuerat. Sicut autem nemo, noſtris præſertim diebus, audet aſſerere, Luſatiam Juris eſſe Polonici, niſi Regem Poloniæ SERENISSIMUM hodie regnantem in ſemet ipſum, qua S. Rom. Imperii Electorem, velit eſſe injurium: ita prorſus de Polonico in Sileſiam Jure, quod nullo nititur fundamento, ſilear, neceſſe eſt.

Illud tandem, cujus porro creberrime citatus meminit Lubienski, quod ſeculo poſtmodum decimo quinto Caſimirum Uladislai Jagellonis Filium Poloniæ Regem, ejusque Filios ipſimet Bohemi veros & legitimos *Sileſiæ hæredes* falſi fuerint, contra nos prorſus non militat, eo quod hujuſmodi *hæreditas* iisdem non qua Poloniæ, ſed qua Bohemiæ Regibus competeret: quam diſtinctionem nemo hiſtoriarum, rerumque noſtrarum gnarus non intelliget.

Ex quibus omnibus apparet, quam nullo jure Poloni hactenus Sileſiam, ut puta Locticus circa annum 1333, Caſimirus ejus filius circa A. 1343, Behawsky, Polonorum Archiſtrategus, A. 1534 infeſtaverint, ſub prætextu ſcilicet juris ſui in Sileſiam ad Oderam usque vindicandi: quo colore poſtea rurſus anno 1554, item 1620 hi noſtri vicini male & inhumaniter ſalutarunt patriam noſtram, quemadmodum fuſius legitur in Chronica Friderici Lucæ ab initio de Limit. Sileſiæ.

Proinde optandum eſſet, ut lites, quæ propter limites Poloniam inter & Sileſiam generales aut communes hodieque pendent, aliquando tandem componerentur, quæ compoſitio annis, imo ſæculis præteritis jam ſæpius quidem tentata, nec non pro Commiſſionibus in hunc finem ab Auguſtiſſimo Cæſare deputandis, immo jam ſemel deputatis, certæ pecuniarum ſummæ in Generalibus Comitiis per complures hucusque annos fuerunt poſtulatæ & collatæ, ſed nunquam tamen in rem redacta.

Atque hæc ſufficiant de Jure Polonorum in Sileſiam *Imaginario*. Quid hinc inde ratione Limitum particularium inter utriusque Provinciæ Indigenas, ad confinia habitantes, hodieque diſputetur, hic non deſcribitur.

Qui vero Principatus integri, an ad Sileſiam ſpectent? an vero ad Poloniam? in diſceptationem veniant, ex dicendis apparebit.

Recognitio, & Renunciatio Caſimiri Regis Poloniæ, quod nullum jus habeat, nec ſibi competat perpetuo in Ducatibus Sileſiæ & Poloniæ, qui hic exprimuntur, anno 1339.

Caſimirus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Univerſis præſentes literas inſpecturis, ſalutem & notitiam ſubſcriptorum. Salus, vita & perennis tranquillitas, benedictio pacis irradiata clariis fulgoribus, per urbis clarius refulget climata, dum Regnorum ſubditis, & terrarum incolis providetur de commodis, & inter Principes deſiderata gratiæ unio, ac indiſſolubilis caritatis fœdera gratioſius amplexantur, cum ita, ſicuti ſtatus præſentium temporum demonſtrat, inter magnificos Principes, Dominos Joannem Boëmiæ Regem, & Carolum ipſius primogenitum, Marchionem Moraviæ, illuſtres, fratres noſtros cariſſimos, ac progenitores, & prædeceſſores ipſorum, parte ex una, nosque ac progenitores noſtros parte ex altera nonnulla ſeductiones, afflictiones, & multiplices calamitates, cædesque perſonarum ac rerum hinc inde per tempora agitatæ naſcantur, ac damna perpetrata, propter quæ & Regnorum & terrarum gubernacula utrobique gravia pertulere diſpendia, & jacturas innumeras quotidie habuerunt: nosque his tot & tantis cupientes ſalutifere obviare periculis, & eis finem imponere ſalutarem affectantes, attentis affectibus cum jam dictis Dominis Rege, & Marchione firmam, & perpetuam amicitiæ gratiam, ac fraternæ dilectionis vinculum irrefragabiliter colligare, in hoc votis eorum & noſtris ſatisfacientes libenti animo recognoſcimus, dicimus & publice proteſtamur, nos in magnificis Principibus, Dominis Ducibus, Boleslao Legnicenſi & Bregenſi, Henrico Sagan enſi & Croſnenſi, Conrado Olſnenſi, Joanne Sinavienſi, Sileſiæ Ducibus: nec non Bolckone Opolienſi, Bolckone de Falkenberg, Alberto de Strelitz, Uladislao Teſchinenſi Ducibus: Uladislao Cozlenſi & Butenſi, Principe Maſovia, Domino in Plotzk, Leskou, Ratiboria, & Joanne Oſwicienſi, Ducibus: & Vaſallis eorum, cum ipſorum Ducatibus & Dominiis, terris, diſtrictibus, juribus actionibus, pertinentiis, metis, appendiis, limitibus antiquis quibuscunq; nec non civitatibus, Vratislavia & Glogovia, cum diſtrictibus, limitibus, affinibus, & pertinentiis earum univerſis, nullum jus, proprietatem, vel Dominium, poſſeſſionem aut titulum habere, aut habuiſſe, competere vel competiſſe aliqua in eisdem, promittentes ipſos Dominos Regem & Marchionem, aut hæredes, cohæredes, vel ſucceſſores eorum, ſuper prænominatis Ducibus & Ducatibus eorum, ſeu etiam civitatibus Vratislavienſi & Glogovienſi, cum pertinentiis ſuis, per

nos

nos vel hæredes, coheredes, & ſucceſſores noſtros, aut alios quoſcunque nullo unquam tempore impedire, molestare, vel impetere, nec Duces ac Ducatus ipſos, & ipſorum pertinentias, nobis aut heredibus noſtris vendicabimus, aut etiam aſſumemus in ipſorum Regis, Marchionis vel heredum eorum præjudicium vel gravamen: quinimo placet nobis, & optime favemus eis in eosdem: renunciantes inſuper & cedentes pro nobis & heredibus, coheredibus, & ſucceſſoribus noſtris, omni juri, actioni, quæſtioni, proprietati, & titulo in perpetuum, ſi quæ nobis aut heredibus vel ſucceſſoribus noſtris competebant, competerent, vel competere poſſent quomodolibet in futurum: promittentes etiam ſub fide præſtiti juramenti, tactis ſacroſanctis Evangeliis, & nihilominus ſub pœna excommunicationis prolatæ ſententia, contra hanc noſtram renunciationem, ceſſionem & promiſſionem, aliqua actione, impetitione, ſuggeſtione, ſtudio, ingenio, jure, facto, atque verbo nequaquam venire: non obſtantibus aliquibus pactis, pactionibus, ſtatutis, reformationibus, ordinationibus, conſuetudinibus, præſcriptionibus, conventionibus, munimentis, indulgentiis, privilegiis, vel literis Apoſtolicis Imperialibus, vel aliis quibuscunque ſcripturis, impetratis ſeu impetrandis inpoſterum; nec non juribus quibuscunque tam Juris Canonici, quam Civilis, aut etiam Municipalis, ſub quacunque forma verborum & prolatione conceptis vel in poſterum concipiendis: Et etiamſi talia forent, in quibus de verbo ad verbum ſpecialem, & expreſſam oporteret fieri mentionem. Quæ omnia, & ſingula, & quodlibet eorum caſſa & irrita, vacua, inania, eſſe & intelligi volumus, nullumque fore efficaciæ penitus, & momenti: ipſis etiam ex certa noſtra ſcientia per omnia derogamus: in quorum teſtimonium omnium, atque robur perpetuum præſentes ſcribi fecimus, & noſtrorum Sigillorum munimine roborari. Datum Cracoviæ, in Octava Purificationis B. Mariæ Virginis, Anno Domini 1339.

Renunciatio Jurium terræ Swidnicenſis, anno 1356.

Caſimirus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Notum facimus univerſis, quod nos ob amoris ſinceri puritatem, quo Sereniſſimum Invictiſſ. Principem & Dominum, Dominum Carolum Rom. Imper. ſemper Auguſtum, & Bohemiæ Regem, fratrem noſtrum cariſſimum, ſpecialis dilectionis favore proſequimur, ipſi tanquam Regi Bohemiæ, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis Regibus Bohemiæ, & ejusdem Regni coronæ in perpetuum Ducatus Swidnicenſem & Jaurenſem, cum omnibus ipſorum appendiciis, dominiis, & pertinentiis, nec non omnia jura, quæ nobis Regno, & coronæ Poloniæ in dictis Ducatibus, quavis

vis ratione competunt, seu valebunt competere, rite dedimus, ac praesentibus sponte, & liberaliter erogamus, renunciantes expresse pro nobis, heredibus & successoribus nostris Regibus Poloniae, omni juri, impetitioni, jurisdictioni, & omnibus simpliciter respectibus, nobis, Regno, & Coronae Boëmiae competituris, & competentibus in eisdem. Promittimus etiam bona, & sincera fide supra dicto Rom. Imperat. & Boëmiae Regi, tanquam Regi Boëmiae, fratri nostro carissimo, heredibus & successoribus suis Bohemiae Regibus, dum & quoties requisiti seu moniti fuerimus, adversus quoslibet invasores seu amulos eorundem, qui eas in praedictorum Ducatuum, appenditiorum, dominiorum, jurium, pertinentiarum, possessionum impedire seu molestare contenderent, opportunum impendere auxilium & juvamen, praesentium sub nostro Majestatis Sigilli testimonio literarum &c. Actum & datum Pragae, anno Domini 1356, in die Beatorum Philippi & Jacobi Apostolorum.

Casimirus Rex Poloniae donat oppida Bythen & Creucenburg pro Ducatu Plocensi, & quitat omnia debita Ducis Svvidnicensis, anno 1356.

Casimirus Dei gratia Rex Poloniae &c. Russiae, nec non Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanfitiae, Cujaviae, & Pomeraniae terrarum, & Ducatuum Dominus & Heres. Notum facimus universis, quia Sereniss. ac Invictiss. Princeps & Dominus, Dominus Carolus Rom. Imper. semper Augustus & Boëmiae Rex occasione sincerae dilectionis, & favoris affectus, quo personam nostram nec non Magnifici Principis Domini Ludovici Regis Hungariae Illustris, fratris nostri dilecti, pia benignitate prosequitur, nobis ambobus heredibus & successoribus nostris Poloniae & Hungariae Regibus, Ducatum Plocensem cum appenditiis, dominiis, & pertinentiis suis, nec non omnia jura, quae sibi in praedicto Ducatu Plocensi, & aliis Principatibus Masoviae competunt, rite donavit, sicut in literis factis desuper lucidius continetur. Nos tanto favori volentes vicem rependere, & benignis & fraternis exhibitionibus ipsius relativae dilectionis studio respondere, sibi heredibus & successoribus suis Regibus Bohemiae, & eorundem Regni Coronae, oppida Bythen & Crucenburg cum Vasallis & districtibus, metis, dominiis, & circumferentiis suis, deliberatione praevia, & sanorum fidelium nostrorum consilio accedente, reddimus & restituimus universos, & singulos Vasallos, cives, homines & inhabitatores oppidorum & pertinentiarum hujusmodi, ab omni fidelitatis, & subjectionis homagio, juramentis & promissionibus nobis praestitis, virtute

praesen-

præſentium abſolventes, ipſumque Imper. Roman. & Regem Boëmiæ, nec non Illuſtrem Principem Dominum Bolkonem Ducem Svidnicenſem, conſanguineum noſtrum, fidejuſſores, & compromiſſores ipſorum, ab omnibus debitis, in quibus nobis per literas ſeu alio quovis modo obligati noſcuntur, liberos & quittos dimittimus, ac penitus abſolutos, nominatim & expreſſe civer Svidnicenſes ſeu alios quoſcunque homines Ducatus ejusdem ab omnibus promiſſis, qua occaſione talium debitorum pro parte Ducis præfati nobis fecerunt, voce vel ſcripto præſentibus abſolventes. Promittimus etiam predicta omnia rata & accepta tenere, & in nullo penitus contradicere vel facere, ſeu etiam quomodolibet deviare, præſentium ſub noſtræ Majeſtatis Sigilli teſtimonio literarum. Actum & datum Pragæ Anno Domini 1356, in die Beatorum Philippi & Jacobi Apoſtolorum.

§. 25.
Diviſio Politica in DUCATUS & DYNASTIAS, *eorumque* SITUS.

Tertia, eaque Politica partitione in PRINCIPATUS, vel DUCATUS (ſic enim vulgo vocant) & DYNASTIAS diſtribuitur. PRINCIPATUS numerantur ſedecim: (*a*) quorum ſinguli ab urbibus primariis (mos hic ſcilicet pervetus ac frequens de metropoleon nominibus provincias deſignandi, & harum gloriam illis vindicandi) nomina ſua accepere: ipſi deinde aliis velut minorum gentium territoriis, ſive diſtrictibus aut Diœceſibus fere diſtincti. Et ex his quidem tres Ducatus contigui, Ratiborienſis, Oppavienſis & Carnovienſis, ad montes usque pertingunt Moravicos; Teſchinenſis hinc montibus Hungaricis terminatur, inde finibus ipſis Hungariæ ac Poloniæ minoris: ad quam Oppolienſis itidem Ducatus, qua parte Viadrum tranſcendit,

protenditur. Oelſnicenſis majori Poloniæ obvertitur, Glogovienſis eidem, nec non Marchiæ Brandenburgicæ conjunctus eſt. Crolnenſis, & Marchiæ, & Luſatiæ inferiori imminet. Saganenſis utraque Luſatia definitur. Schwidnicenſis & Jarovienſis ampli & opulenti Ducatus ad montes Bojemicos longiſſime procurrunt; Jarovienſis etiam Luſatiam ſuperiorem parte occidentali ſpectat. Monſterbergenſem Comitatus Glacenſis claudit. Interiores, & intermedii quaſi ſunt Lignicenſis, Wratislavienſis, Brigenſis, & Nſſenſis, niſi quod ſecundus, tertiusque trans Viadrum ad Poloniam usque porrigantur; quartus vero Moraviam Sudetorum parte disjunctam habet.

(a) *Sedecim* tantum PRINCIPATUS recenſet Henelius, cum tamen hodie ſint *ſ ptendecim*, immo (ſi Freudenthalenſe Dominium adhuc Principatus titulo gauderet) *oct decim* numerarentur. Septimus namque ſupra decem *Wolavienſis* eſt, qui tempore, quo noſter ſcripſit, necdum Ducatus, ſed ut territorium tantum aliquamdiu Oelſnenſi, poſt autem ad annum usque 1654 Brigenſi annexum fuerat, donec anno citato tres Duces, GEORGIUS, LUDOVICUS & CHRISTIANUS Lignicenſem & Brigenſem inter ſe partiti, ex Wolavienſibus territoriis Principatum facerent.

Decimus octavus autem, ſive Freudenthalenſis cœpit, dum anno 1682 Auguſtiſſimus Imperator Leopoldus Magno Ordinis Teutonici Magiſtro, Joanni Caſparo ab Ampringer, ſupremum ut iusque Sileſiæ Capitaneatum conferret: cum enim illhoc Dignitatis ſolium nonniſi Principi Sileſitico conſcendere liceret, Clementiſſimus Cæſar Dominio Freudenthalenſi Jura Ducatus tribuit, ut eum lem Magnum Magiſtrum Teutonicorum, ad quem illud ſpectabat, Principem crearet Sileſiæ. Quod tamen dominium hodie ceſſante cauſſa vix amplius Ducatum jure vocandum eſſe credimus, cum Sereniſſimus noſter Supremus Capitaneus hodierous illud quidem etiam ut Magnus Teutonicorum Magiſter poſſideat, Princeps tamen Sileſiæ

fiæ ab illo dominio dici non habeat opus, utpote eo ipso Sileſiæ Principibus primo loco accenſendus, quod tanquam Wratislavienſis Epiſcopus Ducatum Niſſenſem poſſideat.

Plures alii (inquit Balbinus l. 3. c. 6. §. 3.) *in antiquitate Sileſiæ Principatus leguntur, ut Coslenſis (ab oppido Kozl,) Ribnicenſis (a Ribniko,) Sprottavienſis (a Sprotta,) Steinavienſis ad Oderam (a Steinavia,) Glivicenſis (a Glivice &c.) Nimirum cum Principes* (pergit Balbinus loco citato) *pluribus prolibus familiam ſuam auxiſſent, neceſſe erat, unum, eumdemque Principatum in plures dividi, ac, ne alter frater alteri enormiter prælatus videretur, adjicere & titulum Principatus.* Nos tamen in his Balb no ſuffragari non poſſumus, cum diſtrictus illi ob id, quod Principes in ns domicilium fixerint, vix peculiaris Principatus titulo gaviſi fuerint: quemadmodum hodie non gaudent Bernſtadienſis & Julioburgenſis, ſed illi tantum, qui habent prærogativam ſeſſuræ, & voti.

§. 26.

SUIDNIC - JAUROV - GLOGOV - MOENSTERBERG - & VVRATISLAVIENSIS Ducatus cui DOMINO pareant?

Quod ſi de DOMINIO Ducatuum iſtorum etiam quiſpiam quærat: Suidnicenſis quidem, Jaurovienſis, Glogovienſis, Mönſterbergenſis, (*a*) ac VVratislavienſis, poſtquam extinctis Ducibus ſuis, ac dominiis veteribus partim jure Feudi, & caducitatis lege, partim aliis modis in poteſtatem pervenerunt Regum Bohemiæ, ab iisdem quoque immediate hactenus dependerunt: niſi quod priores duos Auguſtiſſimus Cæſar noſter FERDINANDUS II Filio Primogenito FERDINANDO III jam nunc Hungariæ & Bohemiæ Regi coronato, cui Vita & Felicitas, paucis abhinc annis jure cujusdam quaſi peculii regendos conceſſit. (*b*)

(*a*) Cum

(*a*) Cum Auguſtiſſimus Imperator FERDINANDUS III anno 1654 JOANNEM WEIGHARDUM Comitem ab AUERSBERG Sacri Rom. Imp. Principem crearet, eidem Ducatum Mönſterbergenſem conceſſit, qui hodieque ſub Auersbergiano dominio eſt.

(*b*) Qui deinde FERDINANDUM IV & poſtea LEOPOLDUM noſtrum Glorioſiſſimum Imperatorem, & Bohemiæ &c. Regem, accepere dominum. Sed latuiſſe videtur Henelium cauſa, cur Ferdinandus II Filio coronato Regi Ducatus Suidnicenſem & Jarovienſem conceſſerit: Anna nempe ultimi Schwidnicenſis Ducis filia, poſtea Caroli IV Bohemiæ Regis & Imperatoris Conjux, quæ hiſce Ducatibus Bohemicam Coronam ditavit, expreſſe ſanxit, ut hi Ducatus a filio primogenito Regis Bohemiæ jure peculii poſſiderentur.

§. 27.

OPPOLIEN- & RATIBORIENSIS quis DOMINUS?

Oppolienſium, ac Ratiborienſium Principum veterum ſeriem clauſit Joannes Dux, qui, cum jam ætate gravis A. C. CIↃ. IↃXXXII diem ſuum abſque liberis obiiſſet, FERDINANDUS Rex utrumque Ducatum, tanquam beneficii jure ad ſe devolutum, Georgio Marchioni Brandenburgico pro Jure ſuo prætenſo, cujus ſumma, vivo etiamnum Joanne, centies, octuagies ter mille trecentis ac triginta tribus florenis Hungaricis, ac triginta Crucigeris æſtimata fuerat, oppignoravit: quæ quidem prima in iſtis etiam Provinciis reformatæ Religioni admittendæ fuit occaſio. Georgio defuncto ſucceſſit Filius Georgius Fridericus, cui cum Ferdinandus pro debita pecunia novam ſuper Ducatu Saganenſi, ditionibusque Biberſteniis, Sora, Tribel & Fridland, hypothecam

cam conſtituiſſet, Iſabellæ Reginæ Hungariæ eosdem Ducatus ex pacto conceſſit. Sed qui quadriennio haud dum elapſo, illa quippe cum filio Joanne Sigiſmundo in Daciam reverſa, ſub Ferdinandi Jura redierunt: & ab eo tempore a Præfectis Regiis gubernati fuerunt. Noſtra ætate varios ſortiti ſunt Dominos, & in his duos Principes Tranſylvaniæ Sigiſmundum Bathorium, & Gabrielem Bethlenium; quorum ille cum anno ſuperioris ſeculi XCIIX pro ditionibus ſuis Rudolpho II Imperatori ceſſis, hos ipſos Sileſiæ Ducatus in compenſationis vicem, addita quippe annua quinquaginta mille Joachimicorum penſione, accepiſſet, vix duos ibi menſes commoratus, quod ei præſentia non ſatis placerent, ſibique in permutatione hac Glaucus videretur, ob idque de repetenda patria conſilium caperet, aſſumtis duobus ſuorum itinerum comitibus, mutatoque habitu per Poloniam ac Cepuſium in Tranſylvaniam profugit, civibusque de novo in fidem receptis, pro Domino, ut ante, ſe geſſit: quæ res novi belli, varia quidem fortunæ vicissitudine, ſed non ſine immani Chriſtiani ſanguinis effuſione geſti, ipſique tandem Sigiſmundo exitiabilis, ex quo nimirum captus tandem ad vitam privatam, tanto faſtigio indignam, adactus fuit. Bethlenio autem iidem Principatus in pacificatione, quam cum Ferdinando II Cæſare Glorioſiſſimo anno hujus ſeculi ſecundo ac vigeſimo inivit, obvenerunt: ſed quos

Cæſar biennio vix exacto denuo rebellanti ademit, & in Sereniſſ. & Reverendiſſimum Archiducem Carolum VVratislavienſem & Brixienſem Epiſcopum fratrem ſuum, eoque in Hiſpania mortuo, in Filium cognominem eodem, quo Suidnicii & Jaroviæ Ducatus, jure tranſtulit. (a)

(a) Hos duos Ducatus Auguſtiſſimus Imperator & Bohemiæ Rex Ferdinandus III rurſus anno 1645 Uladislao Regi Poloniæ oppignoravit pro undecim centenis millibus (ſi fides Friderico Lucæ) florenorum Rhenanorum; attamen reluitionem, atque dominium eminens Imperator tanquam ſupremus Sileſiarum Princeps ſibi, ſuiſve Succeſſoribus, reſervavit. Qui Ducatus etiam anno 1664 Leopoldo Imp. Glorioſiſſimo pro auxilio Polonis contra Succos lato, & ſumptibus in illud bellum adhibitis ſunt reſtituti.

§. 28.

NISSENSIS cujus?

(a) Niſſenſem a Patre ſibi datum Jaroslaus Epiſcopus VVratislavienſis Eccleſiæ ſuæ, hoc ſcilicet pietatis intuitu, ne in manus fratris Conſanguinei Henrici Barbati veniret, ſempiterno Jure adjunxit, & addixit: quem Precislaus poſtea Pogarellus Præſul Grotgovienſi Territorio, alii aliis auctiorem reddiderunt.

(a) An hic Ducatus NISSENSIS, an vero GROTGOVIENSIS ſit nominandus, ipſimet noſtri non concordant Hiſtoriographi. Curæus ſane Annal. parte 2 ait: NISSENSEM, & Wratislavienſem Ducatus in meditullio jacere Sileſiæ. Similiter Henelius non hic tantum, ſed & in Sileſiographia jam edita typis, GROTGOVIENSIS Ducatus nec verbo meminit. Contra tamen ſcribit Schikfuſius l. 4. c. 2 ſequentia: Jetziger Zeit ſeynd ſechs Fürſtliche Geſchlechter in Sileſien verhanden / ſo die bey ihren Fürſtenthümer inne haben. Erſtlich hält das Fürſtenthum Grotgau der Hochwürdigſte und Durchlauchtigſte Fürſt und

und Herr/ Herr Carolus, Ertz-Hertzog von Oesterreich ꝛc. Non minus Jonas Sculteus ipse quoque Silesius in tabula Silesiæ Geographica GROTGANUM Ducatum, NISSENSEM districtum signat.

Nec melius consentiunt externi Historici: Munsterus quippe in Cosmographia: Cluverius in Introduct. in Geograph. Eberhardus Sultetus in Synopsi Geogr. Becmannus in historia orbis c. 6 hunc Ducatum NISSENSEM indigitant. Alii vero Recentiores, quos inter Lucas de Linda in descriptione Orbis pag. 814, non NISSENSIS, sed GROTGOVIENSIS nomen tribuunt.

Dubium igitur istud ut solvatur, sciendum, olim quidem disputationem (an Jaroslaus Episcopus Wratislavienſis, filius Boleslai Albi, & frater Henrici Barbati, dum Nissenſem districtum Ecclesiæ suæ sempiterno jure adjunxit, simul etiam Jura Ducalia Episcopatui contulerit? an vero fratres *Jaroslai*, quibus hæc donatio displicuit, præfata Jura sibi reservaverint, aut reservare potuerint?) fuisse motam; eam tamen Henricus Probus anno supra mille ducentos nonagesimo composuit, dum Episcopo Thomæ II (quem ob certam pecuniæ summam sibi postulanti non numeratam in exilium egerat, Episcopalibus bonis omnibus exuerat, & Ratiboriæ tandem obsederat) Sacerdotum stipato corona, habitu Pontificio induto, in Henrici castra se conferenti, magna omnium admiratione adeo reconciliatus fuit, ut non modo Collegium S. Crucis infra muros Castri sui Wratislavienſis erexerit, sed & peculiari diplomate, & privilegio libertatem omnimodam Ecclesiæ Wratislavienſi super terra Nissenſi & Ottmachovienſi, omnibusque aliis bonis, una cum mero & mixto imperio, nec non jure monetali concesserit: idque ipsum in Episcopos, qui pro tempore fuerint, contulerit: restituto insuper districtu Bandlovienſi, quem Episcopo per vim abstulerat. Quod diploma Frider cus Lucæ pag. 769. Chron. Sil. non sine insigni errore, in quem a Schikfusio ductus fuisse videtur, Henrico Pio seu II adscribit, & in annum 1240 refert.

His ergo Juribus Episcopo collatis NISSENSEM Districtum extra controversiam credimus jam tum fuisse DUCATUM; quem vero GROTGOVIENSI post auctum territorio (cujus nomine se in fide & clientela Regis Bohemiæ tanquam principem & Vasallum Ligium una cum sacro Ecclesiæ ejusdem Collegio, tanquam ejusdem Regis Vasallis, esse, foreque professus fuit Precislaus Episcopus) sive GROTGOVIENSEM, sive NISSENSEM nomines, perinde esse nonnulli forsan opinati sunt: opinione tamen, quæ multos, maxime exteros scriptores,

in tantum seduxit errorem, ut ex hoc uno Ducatu sæpe faciant duos: prout legitur in Friderici Leutholff von Franckenberg gloſſen Schaubühne der letztregierenden Welt pag. 958. in Tyrocinio Cosmographico Geometrico Patris Georgii König pag. 142. nec non in Weingarthenii (qui tamen vicinus fuit Siliſiæ) Fürſtenſpiegel pag. 335. &c.

Nos hic ſententiæ ſubſcribimus Friderici Lucæ, qui (licet alibi ſæpius erret, dolendumque ſit, quod in multis, maxime res Catholicæ Religionis concernentibus, veriora a ſuis conterraneis diſcere non fategerit) hanc controverſiam bene diſcuſſiſſe videtur. Hic igitur, poſtquam hæc omnia, quæ Laconice adduximus, deductius enarraſſet, pag. 775 præcipitantiæ arguit Schickfuſium, quod Grotgovienſe territorium illo tempore, quo a Precislao emptum fuit, Ducatum nominet, vel talem fuiſſe ſcribat, cum ante emptionem pars tantum, aut territorium fuerit Brigenſis Ducatus, non minus, quam adhuc dum Nemitzenſe aut Olavienſe Territoria. Injuriam porro ab eodem Schickfuſio factam fuiſſe perhibet Urbi Niſſenſi, dum illi l. b. 4. c. 13 Grotgoviam urbem antetulit: eo quod illa quidem ſemper, hæc autem nunquam, fuiſſet DUCALIS Epiſcopi metropolis. Et quamvis Wratislavienſes Antiſtites nonnunquam aliquem, eumque nobili genitum proſapia Capitaneum Grotgovienſi Territorio præfecerint, qui parvas, aut leves illius diſtrictûs lites componeret; Regimen tamen, & Cancellariam, aut Ducale officium NISSÆ conſtanter manſiſſe, eo etiam majora negotia devoluta, & ſententias ibi pronunciatas fuiſſe.

§. 29.

LIGNICENSIS, BRIGENSIS ac TESCHINENSIS cujus DOMINI?

Lignicenſis, Brigenſis, (*a*) ac Teſchinenſis, (*b*) hodieque illi Duces, hic Duciſſam, habent, a quibus gubernantur, Piaſtæos.

(*a*) Lignicenſis & Brigenſis Ducatus, & cum his etiam Wolavienſis, anno ſalutis noſtræ 1675 poſt ultimi ex Regio Piaſtæo ſanguine prognati Principis Georgii Wilhelmi mortem, jure Feudi & Caducitatis lege in poteſtatem Auguſtiſſimi noſtri Leopoldi, Bohemiæ Regis, pervenerunt.

(*b*) Anno 1625 Dux Fridericus Wilhelmus Teſchinenſium Principum ex magno Piaſtæo ſtemmate deſcendentium poſtremus vitam finiit:

& quo-

& quoniam Caſimirus Dux Teſchinenſis, ſupremus utriusque Sileſiæ Præſes, A. C. M. CCCC IIC. a Rege Uladislao privilegium acceperat, quod ipſe ac hæredes ejus utriusque ſexus, maſculi & fœminæ, ac proxime cognati in Ducatu Teſchinenſi ac Pleſſenſi Territorio hæreditates capere & ſuccedere, omnesque adeo ditiones ab Cognatorum uno ad alterum devolvi debeant in *quartum usque gradum*; Eliſabetha Lucretia, defuncti Principis ſoror, Principi Lichtenſtenio poſtea deſponſata ſucceſſionem ſibi vindicavit, poſſeſſionem Ducatus, quam vacuam invenit, apprehendens. Propterea tamen (quemadmodum Henelius noſter capite 8, de Feudis prolixe docteque diſſerens, obſervat) Ducatus ille feudalis eſſe non deſiit: qui poſt mortem præfatæ Ducisſæ, quam anno 1653 die 13 Maji opperiit, eodem jure feudali ad Coronam Bohemiæ devolutus, hodie inter Ducatus Sileſiæ Regis Bohemici hæreditarios numeratur.

§. 30.

OLSNICENSIS cujus?

Olſnicenſis Georgii Bojemiæ Regis poſteros, Duces Monſterbergenſes agnoſcit Dominos: poſteaquam nimirum illum Henricus Monſterbergenſium Dux, & Comes Glacenſis Georgii Regis Filius a Uladislao Rege, apud quem gratia & auctoritate plurimum valuit, Conrado Albo ſine hæredibus defuncto Jure feudi ad Regem devolutum, permutata cum eo ditione Podiebradia, accepit. (*a*)

(*a*) Carolo Friderico Monſterberga-Oelſnicenſium Principum ultimo anno 1647 defuncto, Ducatum Oelſnicenſem ad fœminas etiam tranſitorium (quemadmodum rurſus cap. 8 hujus Sileſiographiæ legitur) apprehendit unica defuncti filia Eliſabetha Maria, quæ deinde Sylvio Nimrodo Principi Würtenbergenſi nubens, dominium ad eundem tranſtulit ſui Ducatus, hodieque in Würtenbergenſium ab eo deſcendentium Ducum poteſtate permanentis.

§. 31.

OPPAVIENSIS Dominii Lichtenſteiniani.

Oppavienſis Ducatus Moravicæ aliquando ditionis fuiſſe putatur, in quo illuſtres ſunt, atque opulenti Baronum & nobilium Familiæ arctiſſimis neceſſitudinis, & legum præterea ac juris æqualitatis vinculis etiamnum cum Moravis conjunctæ. Unde quidem factum, ut poſtquam Ducum Oppavienſium familia, cujus *οἰκητὴς* (*a*) Nicolaus Ottocari Bojemiæ Regis filius fuerat, eſſe deſiit, conati fuerunt a Sileſiæ Ordinibus ad Moravos diſceſſionem facere. Sed judicatum jam olim a D. Maximiliano II Imperatore ditionem Oppavienſem ad Sileſiam pertinere, neque ab ea avelli jure poſſe: quippe cum a trecentis annis in Sileſiæ conſiliis, & Senatu ſederint; Itaque tuendos in poſſeſſione tam vetuſti juris Sileſios, donec diverſum ab Oppavienſibus demonſtretur. Neque tamen ab his ſententiæ Cæſaris usquequaque paritum: ſed longo adhuc tempore ſub judice lis fuit. Cujus quidem citra ambages dirimendæ cum Matthias Imperator perquam cupidus eſſet, Ducatum iſtum clientelari deinceps jure, ac Principis Sileſiæ titulo poſſidendum Carolo Lichtenſteinio Principi, cum Ordinum Sileſiæ conſenſu, tradidit. Et recepit illum Civitas haud gravatim; Nobilitas autem privilegiis ſuis de non alienando extra manus Regum Bojemiæ confiſa, ut id faceret, nullis tunc rationibus adduci potuit;

tuit; cæterum poſt Matthiæ exceſſum, quod rebus in Bojemia turbatis ipſa quoque ſeſe incautius miſcuiſſet, in eas anguſtias redacta, ut non aliter emergere poſſe videretur, niſi, quod toties & tantopere abnuerat, ultro jam Sileſiis accederet, ac Principis, quem dixi, imperio ſeſe ſubmitteret. (*b*)

(*a*) Originem hujus Principis Nicolai noſter Henelius in Sileſia Togata in Primislao Duce Oppavienſi, qui Nicolai nepos fuit, & poſt Canonicus Wratislavienſis & Cantor, vitam duxit ſanctam &c. deſcribit ſequentibus: *Ottocarus Bojemiæ Rex potentiſſimus cum Conjugem ſuam Margaretam ſterilitatis inſimulaſſet, ejus rei probationem in ſe recepit ſub hac conditione: Da, inquit, mihi e gynaceo tuo puellam aliquam in cubiculum meum; ſi illa ex me prægnans intra annum non fuerit, reus ego ſum impotentiæ & ſterilitatis; ſin illa hoc temporis ſpatio conceperit, infantemque ediderit, inter infelices, infœcundasque arbores jure numerator. Probata vero conditione, puellaque ex Auſtriaco genere Regi oblata, natus ei fuit decimo menſe filiolus, cui Nicolao nomen Rex indidit: quem deinde Ducem creavit Oppaviæ. Ita ut ex hoc fonte prima incunabula repetenda ſint Illuſtriſſimæ Ducum Oppavienſium in Sileſia familiæ: unde Principes aliquot prodiere laudatiſſimi.* Hæc Henelius loco citato.

Sed de Sileſiæ Principum familiis, originibus, aliisque rebus præclare geſtis, atque memoria dignis cap. 8 tractabitur.

(*b*) Plura de hac controverſia inter Status Sileſiæ & Oppavienſes leguntur in Gravaminibus, quæ Principes & Status Sileſiæ anno 1620 Friderico Palatino porrexerunt, ex quibus Extractum ſubnectimus:

Extract aus denen von Fürſten und Ständen 1620 Pfaltz-Graffen Friderichen vorgetragenen gravaminibus.

ZU dem ſo ſeynd auch hin und wieder mit den Polſen der Gräntzen halber groſſe Stritte/ die Inhalts der Compactaten längſt hätten erörtert werden ſollen/ und mit groſſen Schaden des Landes/ bißhero derer Erledigung auffgehalten worden. Als bitten die Fürſten und Stände abermahls gehorſamſt/ Ew. Königl. Majeſt. geruhen auff Mittel gnädigſt vorzu-

vorzusinnen / wie solche Compactata erneuert / und darauff die allbereit fürgewesene Gräntz-Commissiones zu Werckstelligung gerichtet werden mögen;

Es befindet sich auch / daß von diesem Lande Schlesien vor Alters gantze Fürstenthümer abgerissen / auch noch ferner etliche sich aus dem Territorio ziehen / andere aber allen Contributionen entbrechē wollen / indeme nicht allein biß dato im Königreich Pohlen gantze Fürstenthümer / auch unterschiedene Güter sich befinden / die vor Alters zu Schlesien gehörig gewesen; welches aber anietzo biß auff bessere und bequemere Gelegenheit an seinen Ort gestellet wird: Sondern es hat auch der Bischoff in Mähren die Herrschafft Hotzepotz / Katschura / Fülneck / wie auch die Herrschafft Freideck aus dem Schlesischen Territorio in das Mährische zu ziehen / sich unterstanden.

Ingleichen auch für wenig Jahren die Land-Stände Troppauischen Fürstenthums / sich vom Lande Schlesien zu trennen / gelüsten lassen.

Auch haben die vorige Churfürsten zu Brandenburg wegen des Fürstenthums Crossen und Zyllich der Mitleidung sich bißhero geeussert.

Damit aber Ew. Königl. Majest. um so viel desto gründlicher Nachrichtung / wie es in specie in einem und dem andern Punct beschaffen / haben mögen:

Ist es anfangs mit der Herrschafft Hotzeplotz / Katschur und Füllneck also bewandt / daß solche / wie die Historici, sonderlich Dubravius, welcher doch Bischoff in Mähren gewesen / klar melden / auch andere Documenta zeugen / so wohl der öffentliche Augenschein giebet / im Gezirck und Territorio des Landes Schlesien gelegen.

Nun aber haben vorgehende Bischöffe zu Olmütz sich de facto unterstanden / dieselben Stücke aus der Jurisdiction und Mitleidung des Landes Schlesien zu ziehen.

Es haben zwar die Fürsten und Stände bey vorigen Königen in Böheimb / als Ferdinando, Maximiliano, Rudolpho und Matthia, um restitution inständig angehalten: Es ist aber alles biß dato sonder zweiffel aus Ursachung der bösen stättlichen Räthe ersitzen blieben.

Die Herrschafft Freideck samt dem Städtlein Mußko ist ein Stück und pertinenz des Fürstenthums Teschen vor der Zeit gewesen / und hievon im Teschnischen Schuldwesen verkaufft und verwendet worden;

Es haben auch die ersten Kauffer hiebevor die Steuren im Lande Schlesien erleget / auch sich bey den Fürsten-Tagen der schuldigen Pflicht und Gehorsame angegeben.

Nach

Nach dieſem aber hat weyland Biſchof Stanislaus unter dem Schein eines Kauffes ohne Auffla ſſung/Vorreichung oder Einleitung in die Landes-Bücher/ auch ohne Pflicht thätlicher/ und mehr dann unordentlicher weiſe/ ſolche Herrſchafft und zugehörige Stück an ſich gezogen/ ſeines Gefallens unterſchiedliche Land-Gräntzen gemacht/ das Städtlein Moßko mit ſeinen Dörffern von allen Ob- und Botmäßigkeiten / auch Contribution, Defenſion und Mitleiden dieſes Landes gewieſen/ und auſſer Fridеck wiederum verkauffet.

Wiewohl nun gleichfalls dieſe Gewaltthat alsbald geklaget/ und um reſtitution alles Fleiſſes gebeten worden/ haben doch die untreuen Räthe die Sache zu keinem billig-mäßigen Ausſchlage kommen laſſen.

Wie dann noch gröſſere Unbilligkeit die Fürſten und Stände wegen des Fürſtenthums Troppau nunmehr in das achte Jahr ausſtehen und erdulden müßen;

Dann obwohl gantz offenbar und klar/ daß vor Alters und von etlich hundert Jahren hero das Fürſtenthum Troppau zu Schleſien gehöret/ auch von vielen/ und/ wie beweißlichen/ mehr als von zwölff Königen zu Böhaimb das Fürſtenthum Troppau anders nicht / als für ein Mitglied und Stond des Landes Schleſien geachtet/ daſelbſten Schleſiſche Fürſten-Tage und Ober-Gerichte gehalten/ dem Könige / als obriſten Hertzoge in Schleſien/ die Fürſten zu Troppau ihre ſchuldige Pflicht in Breßlau neben andern Fürſten und Ständen daſelbſt gethan / auch theils aus denſelben Ober-Hauptleute in Schleſien geweſen / die Fürſten-Tage und Ober-Rechte/ wie die Fürſten zu Troppau/ als auch nach Abgang derſelben / die Land-Stände/ beſucht/ ihre ordentliche und richtige Seſſiones als Stände des Landes gehalten; Alſo daß auch Anno 1546 Käyſer Ferdinandus hochlöblichſter Gedächtnüß/ als der Seſſion halber zwiſchen der Troppau- und Glogauiſchen Fürſtenthümer Landes-Ständen Stritt fürgefallen / einen Ausſatz gemacht/ was die Troppauiſche Land-Stände für eine Seſſion in den Fürſten-Tägen und andern Zuſammenkunfften bey dem Lande Schleſien haben ſolten/ und decidiret/ daß Jhnen die Seſſion vor den Glogauiſchen Land-Ständen gebühre. Wie dann auch höchſtgedachte Käyſerl. Majeſt. Käyſer Ferdinandus folgendes Anno 1562 ein gewiß-jährliches Deputat dem Landes-Hauptmann Troppauiſchen Fürſtenthums zu Beſuchung der Fürſten-Tage und Ober-Rechte geordnet/ deſſen auff heute alle Hauptleute noch habhafft werden und genieſſen;

Jngleichen haben ſie nicht allein die Landes-Würden mit Ritter-

Dienſten/ Steuern/ und andern Anlagen getragen/ die Gräntz-Zölle/ Bier-Gefälle nirgends anders wohin/ als in die Schleſiſche Cammer/ abgegeben/ die allgemeine Landes-Privilegia, Land-Frieden/ Müntz- und andere Ordnungen/ Beſchluſſe/ mit und neben andern Fürſten und Ständen befördern/ beſchlüſſen/ ausbringen und beſiegeln helffen; ſondern auch als Anno 1547 Käyſer Ferdinandus die Länder Mähren/ Schleſien/ Ober- und Nieder Laußnitz zu Beſetzung eines ſonderlichen Judicii erfordert/ haben die Vornehmſten aus dem Fürſtenthum Troppau als der Landes-Hauptmann/ Land-Cämmerer und Land-Richter neben andern erforderten Perſonen in des Landes Schleſien Seſſion ohne contradiction der Mähren/ oder anderer/ ihre Stelle gehalten/ ſich auch die Landes-Hauptleute gemeldten Troppauiſchen Fürſtenthums/ zu Principal Geſandten wegen des Landes Schleſien/ an Ihr. Käyſerl. Majeſt. und zugleich an die Stände in Böhmen und Mähren gebrauchen laſſen/ und alſo ſchlüßlich alle Actus poſſeſſorios ſine omni judiciali contradictione celebriren helffen;

Welche Actus, und dann auch/ daß die Rechte klar geben und wollen/ daß ein jeder in ſeinem poſſeſs, wann es auch ein Prædo, wie die Rechte reden/ wäre/ ſo lange ſolle und müſſe geſchützet werden/ biß er durch ordentliches Recht in petitorio daraus geſetzet würde/ die vorgehende Könige/ als Uladislaum, Ferdinandum und Maximilianum, dahin bewogen/ daß ſie die Fürſten und Ständ in Schleſien in jure quæſito ratione poſſeſſionis jederzeit geſchützet/ auch unterſchiedlich ihnen den poſſeſs zuerkannt/ und die Troppauiſchen/ daß ſie ſich als Mitglieder des Landes Schleſien erzeigen und halten ſollen/ in Käyſerlichem Ernſt anzemahnet.

Maſſen dann allbereit Anno 1567 von höchſtgedachtem Käyſer Maximiliano dergleichen Abſcheid ergangen/ daß die Stände gemeldten Fürſtenthums mit dem Lande Schleſien heben/ legen/ auch Fürſten-Tage und Ober-Rechte unweigerlichen beſuchen ſolten; Welcher Abſchied dann in rem judicatam kommen/ demſelben auch über 40 Jahr würcklich nachgelebet worden: Maſſen dann ihrer viel noch am Leben/ ſo die Fürſten-Tage zu Breßlau beſucht.

So haben doch deſſen allen ungeachtet/ die Troppauiſchen Land-Stände unrechtmäßiger weiſe ohngefehr Anno 1611, und zwar zu der Zeit/ da ſie allbereit groſſe Reſte in Steuern und Contributionen/die ſie ſelbſten ſo freywilligen/ und ſchlüſſen helffen gemacht/ und dem Lande ausſtändig verblieben/ ſich unterſtanden von dem Lande Schleſien zu trennen/ von des

Ober-

Ober-Ampts Gehorſam gäntzlich zu entziehen / ihnen gleichſam ein eigenes Regiment oder vielmehr ein unerhörte confuſion anzurichten / die Juſtitz in ſolchem Fürſtenthum zu ſtecken / die contributiones zurück zu halten / auch der groſſen Reſte ſich zu entbrechen / und zu groſſer Verkleinerung der höchſten Obrigkeit und des Landes ſich zuſammen zu verſchweren / und zu verbünden / bey den andern Ländern allerhand Verbitterung anzurichten / alle deßwegen abgegangene Käyſerliche und Ober-Ampts Befehliche verdächtlich hindanzuſetzen / ſtatum Eccleſiæ, ſo wohl pacem publicam zu turbiren / des allgemeinen Landes Privilegien ſich zu opponiren / und alſo in offenem Ungehorſam biß auff dato zu continuiren.

Nun haben die Fürſten und Stände nicht unterlaſſen / weilen ſie in notoria poſſeſſione ratione Jurisdictionis, contributionum, penſitationum, & aliorum jurium publicorum befunden worden / ex interdicto, unde *vi, vel L. ſi quis* in tantum auff die reſtitution ante omnia zu dringen / hätten auch wohl verhoffet / indeme ſie in jure, & facto fundatam intentionem für ſich gehabt / es ſolle ihnen nicht biß ins achte Jahr / und biß Ihr. Käyſerl. Majeſt. Käyſer Matthias darüber mit Todte verblichen / die Juſtitz geſperret / und ſie gantz hülfloß gelaſſen worden ſeyn; So dann aber biß dato die reſtitution nicht erfolget / und gleichwohl die Rechte klar ordnen / quod ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, und daß auch die ſpoliatores, wañ ſie gleich Urſachen ihres begangenen ſpolii, warum ſie ſich nemlich der Jurisdiction und Mitleidung entbrochen / einwenden wolten / dennoch ante reſtitutionem plenariam nicht können noch mögen gehöret werden;

Als gelanget an Ew. Kön. Majeſt. der Fürſten und Stände gehorſamſte Bitte / Ew. Königl. Majeſt. geruhen nicht allein dem Streite in puncto der Herrſchafft Hotzeplotz / Katſchur / Fülneck und Frideck durch bequeme Mittel gnädigſt abzuhelffen / ſondern durch anietzo bey Antretung Ihrer Königl. Löbl. Regierung den Troppauiſchen Land-Ständen mit ſonderem Ernſt auffzulegen / damit ſie Käyſers Maximiliani Anno 1567 ergangenen / und länger als vor 40 Jahren in rem judicatam gelangten Abſchiede nachleben / die verſeſſenen Steuern abführen / und alſo dieſes præſtiren / was beſagter Abſchied im Buchſtaben vermag; hat nachmahls im petitorio deßwegen iemand wider die Fürſten und Stände was zu prætendiren / ſo erbieten ſie ſich facta reſtitutione einem leden deßwegen zu antworten / und ſtille zu ſtehen.

Was nun ferner die Mitleidung des Croßniſchen Fürſtenthums betrifft / haben die Fürſten und Stände viel Jahr und Zeit bey allen gehalte-

nen Land- und Fürſten-Tägen/ auch durch Fürſtliche und andere Abgeſandten / öffters in Unterthänigkeit angeſucht / und gar viel unterſchiedliche ſchrifftliche Nothdurfften deßwegen vorgeben/ dabey auch von dem Herrn Marggraffen/Churfürſten/viel Acitaten und Schreiben einkommen/und bey der Böhmiſchen Hoff-Cantzeley zu finden ſeynd. Aus welchem allem erſcheinet/ welcher geſtalt die verſtorbene Marggraffen und Churfürſten zu Brandenburg ſich der ſchuldigen Mitleidung biß anhero de facto zu entziehen angemaßt.

Und ob wohl Churfürſt Joachim ſeel. die Lehnſchafft geregten Schleſiſchen Fürſtenthums Croſſen/ ſamt ſeiner Zugehör von den Hertzogen zu Mönſterberg ander Geſtalt nicht/ als daß S. Lbd. und Churfürſtl. Gnaden den König zu Böheimb / als obriſten Hertzog in Schleſien / für den Ober-Herrn erkennen / und denſelbigen mit und neben dem Lande Schleſien heben/ legen/ tragen und leiden ſolte; Solches auch dero / und keiner andern Geſtalt vom Könige zu Böhaimb verlehnet worden / auch hierüber nicht allein mündlichen durch Abgeſandte / und ſchrifftlich durch Miſſiven / ſondern auch einen inſonderheit von ſich gegebenen revers verobligiret/ neben dem Lande Schleſien zu leiden / alle Fürſten-Täge und Ober-Rechte durch dero Abgeſandten zu beſuchen / und alles dasjenige zu thun und zu leiſten/ was andere Fürſten und Stände im Lande thun und leiſten würden.

Wie dann das Chur- und Fürſtliche Hauß Brandenburg ſich dannenhero Hertzog in Schleſien ſchreibet/ auch Churfürſt Joachim auff dem von weyland Biſchoff Balthaſarn ſeel. ausgeſchriebenen Fürſten-Tage ſich/ denſelben zu beſuchen/ angegeben/ folgends auch durch Thomas Matheſen/ und darnach wiederum durch D. Prißmann/ und D. Adrianum Albinum, alle Ihr Lbd. und Churfürſtlichen Herren Räthe/ſich zur Jurisdiction und Mitleidung dieſer Lande bekennen und bewilligen laſſen.

Als auch Marggraff Hans ſolch Fürſtenthum Pfands-weiß inne gehalten/ haben Sie Lbd. und Fürſtliche Gnaden die Mitleidung alleine mit dieſem entſchuldigen wollen/ daß nicht er / als ein Pfandes-Inhaber/ ſondern Se. Lbd. und Churfürſtliche Gnaden Churfürſt Joachim/ als der eigenthümliche Herr vermöge Ihrer Verträge / ſolche Mitleidung zu leiſten verbunden/ darauff dann auch der Churfürſt ſich abermahls hierzu ſchuldigſt erkennet und bekennet / ſolcher Mitleidung wegen Marggraff Hanſen zu vertreten/ auch ſich mit derſelben derentwegen abzufinden/ ausdrücklich verwilliget.

Als

Als unter ſolchem Tractat beyde hochgedachte Marggraffen mit Todte verblichen/ hat folgends der Churfürſt Johannes George / als der Sohn/ ſich ſolcher Mitleidung darum verwiedert/ daß Se. Lbd. und Churfürſtliche Gnaden von vielen Jahren nichts gethan/ noch gegeben/ und alſo Libertatem præſcribiret hätten.

Welches alles unerhebliche Behelffe ſeyn/ alldieweil bey vielfältig beſchehenen Klagen / anſuchen/ ermahnen und erinnern keine præſcription gehen können/ fürnemlich aber in denen Sachen / die auff jährlich neuen/ freyen und gutwilligen Bewilligungen zur defenſion und Schutz der Chriſtenheit/ und dieſes allgemeinen Vaterlandes beſtehen / in welcher/ aller Völcker Recht nach/ kein eintziger Stand ſich ausſchlüſſen kan/ ſondern dem gantzen Corpori mit Bewilligung folgen muß.

Es könte auch Se. Lbd. und Churfürſtliche Gnaden hievon nicht befreyen die angezogene Erbeinigung des Hauſes Brandenburg/ als welche dieſe Lande/ ſo ohne alles Mittel unter den König zu Boheimb mit Unterthänigkeit gehören/ gar nicht / ſondern die andern Lande/ auſſer der Cron Böheimb/ concernire. Und hilfft auch nicht / was eingewendet wird/ daß die Herren Marggraffen/ und ihre Vorfahren/ dergleichen Steuern und Bier-Gelder/ und andere Hülffen zuvor nicht geleiſtet / noch damahlen/ und die Zeit über tragen dörffen: Dann nicht weniger ſolches von den andern Fürſten und Ständen eingewendet werden kan / in dem dieſelbe von dergleichen Beſchwer und Bürden durch ſtattliche anſehnliche Privilegia in genere & ſpecie befreyet;

Weilen aber der mächtige Feind des Chriſtlichen Nahmens der Türckiſchen Gräntzen ſo nahend kommen/ haben ſie/ ungeachtet/ daß es für Alters nicht geweſen/ noch ſolches bedörfft/ ſich dieſer und andern gutwilligen Hülffen/ den Königen zu unterthänigſten Ehren / auch ihnen ſelbſt / ihren Weib und Kindern zu Rettung und Schutz vergleichen müſſen/ doch unſchädlich ihrer wohlhergebrachten Privilegien und Freyheiten/ über welches ſie von den löbl. Königen zu Böheimb/ der Nothdurfft nach / mit reverſen verſehen worden;

Weil dann dieſe Sachen ſo hell und klar / auch in offenen Verpflichtungen ſtehen / und das Fürſtenthum Croſſen ohn alles Mittel als ein Stück in Schleſien mit Obmäßigkeit/ Contribution und Defenſion zu der Cron Böheimb/ und unter den König zu Böheimb gehörig/ und mit höchſtem Nachtheil der Cron/ und anderer incorporirten Lande / daran entzogen werden will,

Cæſar biennio vix exacto denuo rebellanti ademit, & in Sereniſſ. & Reverendiſſimum Archiducem Carolum VVratislavienſem & Brixienſem Epiſcopum fratrem ſuum, eoque in Hiſpania mortuo, in Filium cognominem eodem, quo Suidnicii & Jaroviæ Ducatus, jure tranſtulit. (a)

(a) Hos duos Ducatus Auguſtiſſimus Imperator & Bohemiæ Rex Ferdinandus III rurſus anno 1643 Uladislao Regi Poloniæ oppignoravit pro undecim centenis millibus (ſi fides Friderico Lucæ) florenorum Rhenanorum; attamen reluitionem, atque dominium eminens Imperator tanquam ſupremus Sileſiarum Princeps ſibi, ſuiſve Succeſſoribus, reſervavit. Qui Ducatus etiam anno 1664 Leopoldo Imp. Glorioſiſſimo pro auxilio Polonis contra Succos lato, & ſumptibus in illud bellum adhibitis ſunt reſtituti.

§. 28.

NISSENSIS cujus?

(a) Niſſenſem a Patre ſibi datum Jaroslaus Epiſcopus VVratislavienſis Eccleſiæ ſuæ, hoc ſcilicet pietatis intuitu, ne in manus fratris Conſanguinei Henrici Barbati veniret, ſempiterno Jure adjunxit, & addixit: quem Precislaus poſtea Pogarellus Præſul Grotgovienſi Territorio, alii aliis auctiorem reddiderunt.

(a) An hic Ducatus NISSENSIS, an vero GROTGOVIENSIS ſit nominandus, ipſimet noſtri non concordant Hiſtoriographi. Curæus ſine Annal. parte 2 ait: NISSENSEM, & Wratislavienſem Ducatus in meditullio jacere Sileſiæ. Similiter Henelius non hic tantum, ſed & in Sileſiographia jam edita typis, GROTGOVIENSIS Ducatus nec verbo meminit. Contra tamen ſcribit Schikfuſius l. 4. c. 2 ſequentia: Jetziger Zeit ſeynd ſechs Fürſtliche G. ſchlechter in Sileſien vorhanden, ſo die bey ihren Fürſtenthümer inne haben. Erſtlich hält das Fürſtenthum Grotgau der Hochwürdigſte und Durchlauchtigſte Fürſt und

und Herr/ Herr Carolus, Ertz-Hertzog von Oesterreich ꝛc. Non minus Jonas Sulteetus ipse quoque Silesius in tabula Silesiæ Geographica GROTGANUM Ducatum, NISSENSEM districtum signat.

Nec melius consentiunt externi Historici: Munsterus quippe in Cosmographia: Cluverius in Introduct. in Geograph. Eberhardus Sultetus in Synopsi Geogr. Becmannus in historia orbis c. 6 hunc Ducatum NISSENSEM indigitant. Alii vero Recentiores, quos inter Lucas de Linda in descriptione Orbis pag. 814, non NISSENSIS, sed GROTGOVIENSIS nomen tribuunt.

Dubium igitur istud ut solvatur, sciendum, olim quidem disputationem (an Jaroslaus Episcopus Wratislavienſis, filius Boleslai Albi, & frater Henrici Barbati, dum Nissenſem districtum Ecclesiæ suæ sempiterno jure adjunxit, simul etiam Jura Ducalia Episcopatui contulerit? an vero fratres *Jaroslai*, *quibus* hæc donatio displicuit, præfata Jura sibi reservaverint, *aut* reservare potuerint?) fuisse motam; eam tamen Henricus Probus anno supra mille ducentos nonagesimo composuit, dum Episcopo Thomæ II (quem ob certam pecuniæ summam sibi postulanti non numeratam in exilium egerat, Episcopalibus bonis omnibus exuerat, & Ratiboriæ tandem obsederat) Sacerdotum stipato corona, habitu Pontificio induto, in Henrici castra se conferenti, magna omnium admiratione adeo reconciliatus fuit, ut non modo Collegium S. Crucis infra muros Castri sui Wratislavienſis erexerit, sed & peculiari diplomate, & privilegio libertatem omnimodam Ecclesiæ Wratislavienſi super terra Nissenſi & Ottmachovienſi, omnibusque aliis bonis, una cum mero & mixto imperio, nec non jure monetali concesserit: idque ipsum in Episcopos, qui pro tempore fuerint, contulerit: restituto insuper districtu Bandlovienſi, quem Episcopo per vim abstulerat. Quod diploma Friderici Lucæ pag. 769. Chron. Sil. non sine insigni errore, in quem a Schikfusio ductus fuisse videtur, Henrico Pio seu II adscribit, & in annum 1240 refert.

His ergo Juribus Episcopo collatis NISSENSEM Districtum extra controversiam credimus jam tum fuisse DUCATUM; quem vero GROTGOVIENSI post auctum territorio (cujus nomine se in fide & clientela Regis Bohemiæ tanquam principem & Vasallum Ligium una cum sacro Ecclesiæ ejusdem Collegio, tanquam ejusdem Regis Vasallis, esse, foreque professus fuit Precislaus Episcopus) sive GROTGOVIENSEM, sive NISSENSEM nomines, perinde esse nonnulli forsan opinati sunt: opinione tamen, quæ multos, maxime exteros scriptores,

in tantum ſeduxit errorem, ut ex hoc uno Ducatu ſæpe faciant duos: prout legitur in Friderici Leutholff von Franckenberg groſſen Schaubühne der letztregierenden Welt pag. 958. in Tyrocinio Coſmographico Geometrico Patris Georgii König pag. 142. nec non in Weingarthenii (qui tamen vicinus fuit Sileſiæ) Fürſtenſpiegel pag. 335. &c.

Nos hic ſententiæ ſubſcribimus Friderici Lucæ, qui (licet alibi ſæpius erret, dolendumque ſit, quod in multis, maxime res Catholicæ Religionis concernentibus, veriora a ſuis conterraneis diſcere non fategerit) hanc controverſiam bene diſcuſſiſſe videtur. Hic igitur, poſtquam hæc omnia, quæ Laconice adduximus, deductius enarraſſet, pag. 775 præcipitantiæ arguit Schickfuſium, quod Grotgovienſe territorium illo tempore, quo a Precislao emptum fuit, Ducatum nominet, vel talem fuiſſe ſcribat, cum ante emptionem pars tantum, aut territorium fuerit Brigenſis Ducatus, non minus, quam adhuc dum Nemitzenſe aut Olavienſe Territoria. Injuriam porro ab eodem Schickfuſio factam fuiſſe perhibet Urbi Niſſenſi, dum illi l. b. 4. c. 13 Grotgoviam urbem antetulit: eo quod illa quidem ſemper, hæc autem nunquam, fuiſſet DUCALIS Epiſcopi metropolis. Et quamvis Wratislavienſes Antiſtites nonnunquam aliquem, eumque nobili genitum proſapia Capitaneum Grotgovienſi Territorio præfecerint, qui parvas, aut leves illius diſtrictûs lites componeret; Regimen tamen, & Cancellariam, aut Ducale officium NISSÆ conſtanter manſiſſe, eo etiam majora negotia devoluta, & ſententias ibi pronunciatas fuiſſe.

§. 29.

LIGNICENSIS, BRIGENSIS ac TESCHINENSIS cujus DOMINI?

Lignicenſis, Brigenſis, (*a*) ac Teſchinenſis, (*b*) hodieque illi Duces, hic Duciſſam, habent, a quibus gubernantur, Piaſtæos.

(*a*) Lignicenſis & Brigenſis Ducatus, & cum his etiam Wolavienſis, anno ſalutis noſtræ 1675 poſt ultimi ex Regio Piaſtæo ſanguine prognati Principis Georgii Wilhelmi mortem, jure Feudi & Caducitatis lege in poteſtatem Auguſtiſſimi noſtri Leopoldi, Bohemiæ Regis, pervenerunt.

(*b*) Anno 1625 Dux Fridericus Wilhelmus Teſchinenſium Principum ex magno Piaſtæo ſtemmate deſcendentium poſtremus vitam finit: & quo-

& quoniam Caſimirus Dux Teſchinenſis, ſupremus utriusque Sileſiæ Præſes, A. C. M. CCCC IIC. a Rege Uladislao privilegium acceperat, quod ipſe ac hæredes ejus utriusque ſexus, maſculi & fœminæ, ac proxime cognati in Ducatu Teſchinenſi ac Pleſſenſi Territorio hæreditates capere & ſuccedere, omnesque adeo ditiones ab Cognatorum uno ad alterum devolvi debeant in *quartum usque gradum*; Eliſabetha Lucretia, defuncti Principis soror, Principi Lichtenſteinio poſtea deſponſata ſucceſſionem ſibi vindicavit, poſſeſſionem Ducatus, quam vacuam invenit, apprehendens. Propterea tamen (quemadmodum Henelius noſter capite 8, de Feudis prolixe doctèque diſſerens, obſervat) Ducatus ille feudalis eſſe non deſiit: qui poſt mortem præfatæ Ducisſæ, quam anno 1653 die 13 Maji opperiit, eodem jure feudali ad Coronam Bohemiæ devolutus, hodie inter *Ducatus* Sileſiæ Regis Bohemici hæreditarios numeratur.

§. 30.

OLSNICENSIS cujus?

Olſnicenſis Georgii Bojemiæ Regis poſteros, Duces Monſterbergenſes agnoſcit Dominos: poſteaquam nimirum illum Henricus Monſterbergenſium Dux, & Comes Glacenſis Georgii Regis Filius a Uladislao Rege, apud quem gratia & auctoritate plurimum valuit, Conrado Albo ſine hæredibus defuncto Jure feudi ad Regem devolutum, permutata cum eo ditione Podiebradia, accepit. (*a*)

(*a*) Carolo Friderico Monſterberga-Oelſnicenſium Principum ultimo anno 1647 defuncto, Ducatum Oelſnicenſem ad fœminas etiam tranſitorium (quemadmodum rurſus cap. 8 hujus Sileſiographiæ legitur) apprehendit unica defuncti filia Eliſabetha Maria, quæ deinde Sylvio Nimrodo Principi Würtenbergenſi nubens, dominium ad eundem tranſtulit ſui Ducatus, hodieque in Würtenbergenſium ab eo deſcendentium Ducum poteſtate permanentis.

§. 31.

OPPAVIENSIS Dominii Lichtenſteiniani.

Oppavienſis Ducatus Moravicæ aliquando ditionis fuiſſe putatur, in quo illuſtres ſunt, atque opulenti Baronum & nobilium Familiæ arctiſſimis neceſſitudinis, & legum præterea ac juris æqualitatis vinculis etiamnum cum Moravis conjunctæ. Unde quidem factum, ut poſtquam Ducum Oppavienſium familia, cujus *ὁικητὴς* (*a*) Nicolaus Ottocari Bojemiæ Regis filius fuerat, eſſe deſiit, conati fuerunt a Sileſiæ Ordinibus ad Moravos diſceſſionem facere. Sed judicatum jam olim a D. Maximiliano II Imperatore ditionem Oppavienſem ad Sileſiam pertinere, neque ab ea avelli jure poſſe: quippe cum a trecentis annis in Sileſiæ conſiliis, & Senatu ſederint; Itaque tuendos in poſſeſſione tam vetuſti juris Sileſios, donec diverſum ab Oppavienſibus demonſtretur. Neque tamen ab his ſententiæ Cæſaris usquequaque paritum: ſed longo adhuc tempore ſub judice lis fuit. Cujus quidem citra ambages dirimendæ cum Matthias Imperator perquam cupidus eſſet, Ducatum iſtum clientelari deinceps jure, ac Principis Sileſiæ titulo poſſidendum Carolo Lichtenſteinio Principi, cum Ordinum Sileſiæ conſenſu, tradidit. Et recepit illum Civitas haud gravatim; Nobilitas autem privilegiis ſuis de non alienando extra manus Regum Bojemiæ conſiſa, ut id faceret, nullis tunc rationibus adduci potuit;

tuit; cæterum poſt Matthiæ exceſſum, quod rebus in Bojemia turbatis ipſa quoque ſeſe incautius miſcuiſſet, in eas anguſtias redacta, ut non aliter emergere poſſe videretur, niſi, quod toties & tantopere abnuerat, ultro jam Sileſiis accederet, ac Principis, quem dixi, imperio ſeſe ſubmitteret. (*b*)

(*a*) Originem hujus Principis Nicolai noſter Henelius in Sileſia Togata in Primislao Duce Oppavienſi, qui Nicolai nepos fuit, & poſt Canonicus Wratislavienſis & Cantor, vitam duxit ſanctam &c. deſcribit ſequentibus: *Ottocarus Bojemiæ Rex potentiſſimus cum Conjugem ſuam Margaretam ſterilitatis inſimulaſſet, ejus rei probationem in ſe recepit ſub hac conditione: Da, inquit, mihi e gynaceo tuo puellam aliquam in cubiculum meum; ſi illa ex me prægnans intra annum non fuerit, reus ego ſum impotentiæ & ſterilitatis; ſin illa hoc temporis ſpatio conceperit, infantemque ediderit, inter infelices, infœcundasque arbores jure numerator. Probata vero conditione, puellaque ex Auſtriaco genere Regi oblata, natus ei fuit decimo menſe filiolus, cui Nicolao nomen Rex indidit: quem deinde Ducem creavit Oppaviæ. Ita ut ex hoc fonte prima incunabula repetenda ſint Illuſtriſſimæ Ducum Oppavienſium in Sileſia familiæ: unde Principes aliquot prodiere laudatiſſimi.* Hæc Henelius loco citato.

Sed de Sileſiæ Principum familiis, originibus, aliisque rebus præclare geſtis, atque memoria dignis cap. 8 tractabitur.

(*b*) Plura de hac controverſia inter Status Sileſiæ & Oppavienſes leguntur in Gravaminibus, quæ Principes & Status Sileſiæ anno 1620 Friderico Palatino porrexerunt, ex quibus Extractum ſubnectimus:

Extract aus denen von Fürſten und Ständen 1620 Pfaltz-Graffen Friderichen vorgetragenen gravaminibus.

ZU dem ſo ſeynd auch hin und wieder mit den Polſen der Gräntzen halber groſſe Strittigkeiten/ die Inhalts der Compactaten längſt hätten erörtert werden ſollen/ und mit groſſen Schaden des Landes/ bißhero derer Erledigung auffgehalten worden. Als bitten die Fürſten und Stände abermahls gehorſamſt/ Ew. Königl. Majeſt. geruhen auff Mittel gnädigſt

verzu-

vorzusinnen / wie solche Compactata erneuert / und darauff die allbereit fürgewesene Gräntz-Commissiones zu Werckstelligung gerichtet werden mögen;

Es befindet sich auch / daß von diesem Lande Schlesien vor Alters gantze Fürstenthümer abgerissen / auch noch ferner etliche sich aus dem Territorio ziehen / andere aber allen Contributionen entbrechen wollen / indeme nicht allein biß dato im Königreich Pohlen gantze Fürstenthümer / auch unterschiedene Güter sich befinden / die vor Alters zu Schlesien gehörig gewesen; welches aber anietzo biß auff bessere und bequemere Gelegenheit an seinen Ort gestellet wird: Sondern es hat auch der Bischoff in Mähren die Herrschafft Hotzeplotz / Katschura / Fülneck / wie auch die Herrschafft Freideck aus dem Schlesischen Territorio in das Mährische zu ziehen / sich unterstanden.

Ingleichen auch für wenig Jahren die Land-Stände Troppauischen Fürstenthums / sich vom Lande Schlesien zu trennen / gelüsten lassen.

Auch haben die vorige Churfürsten zu Brandenburg wegen des Fürstenthums Crossen und Zyllich der Mitleidung sich bißhero geeussert.

Damit aber Ew. Königl. Majest. um so viel desto gründlicher Nachrichtung / wie es in specie in einem und dem andern Punct beschaffen / haben mögen:

Ist es anfangs mit der Herrschafft Hotzeplotz / Katschur und Füllneck also bewandt / daß solche / wie die Historici, sonderlich Dubravius, welcher doch Bischoff in Mähren gewesen / klar melden / auch andere Documenta zeugen / so wohl der öffentliche Augenschein giebet / im Gezirck und Territorio des Landes Schlesien gelegen.

Nun aber haben vorgehende Bischöffe zu Olmütz sich de facto unterstanden / dieselben Stücke aus der Jurisdiction und Mitleidung des Landes Schlesien zu ziehen.

Es haben zwar die Fürsten und Stände bey vorigen Königen in Böheimb / als Ferdinando, Maximiliano, Rudolpho und Matthia, um restitution inständig angehalten: Es ist aber alles biß dato sonder zweiffel aus Ursachung der bösen städtlichen Räthe ersitzen blieben.

Die Herrschafft Freideck sampt dem Städtlein Mußko ist ein Stück und pertinenz des Fürstenthums Teschen vor der Zeit gewesen / und hievon im Teschnischen Schuldwesen verkaufft und verwendet worden;

Es haben auch die ersten Kauffer hiebevor die Steuren im Lande Schlesien erleget / auch sich bey den Fürsten-Tagen der schuldigen Pflicht und Gehorsams angegeben.

Nach

Nach dieſem aber hat weyland Biſchof Stanislaus unter dem Schein eines Kauffes ohne Auffla ſſung/Vorreichung oder Einleitung in die Landes-Bücher/ auch ohne Pflicht thätlicher/ und mehr dann unordentlicher weiſe/ ſolche Herrſchafft und zugehörige Stück an ſich gezogen/ ſeines Gefallens unterſchiedliche Land-Gräntzen gemacht/ das Städtlein Moßko mit ſeinen Dörffern von allen Ob- und Botmäßigkeiten / auch Contribution, Defenſion und Mitleiden dieſes Landes gewieſen/ und auſſer Fridеck wiederum verkauffet.

Wiewohl nun gleichfalls dieſe Gewaltthat alsbald geklaget/ und um reſtitution alles Fleiſſes gebeten worden/ haben doch die untreuen Räthe die Sache zu keinem billig-mäßigen Ausſchlage kommen laſſen.

Wie dann noch gröſſere Unbilligkeit die Fürſten und Stände wegen des Fürſtenthums Troppau nunmehr in das achte Jahr ausſtehen und erdulden müßen;

Dann obwohl gantz offenbar und klar/ daß vor Alters und von etlich hundert Jahren hero das Fürſtenthum Troppau zu Schleſien gehöret/ auch von vielen/ und/ wie beweißlichen/ mehr als von zwölff Königen zu Böhaimb das Fürſtenthum Troppau anders nicht / als für ein Mitglied und Stand des Landes Schleſien geachtet/ daſelbſten Schleſiſche Fürſten-Tage und Ober-Gerichte gehalten/ dem Könige/ als chriſten Hertzoge in Schleſien/ die Fürſten zu Troppau ihre ſchuldige Pflicht in Breßlau neben andern Fürſten und Ständen daſelbſt gethan / auch theils aus denſelben Ober-Hauptleute in Schleſien geweſen / die Fürſten-Tage und Ober-Rechte/ wie die Fürſten zu Troppau/ als auch nach Abgang derſelben / die Land-Stände/ beſucht/ ihre ordentliche und richtige Seſſiones als Stände des Landes gehalten; Alſo daß auch Anno 1546 Käyſer Ferdinandus hochlöblichſter Gedächtnüß/ als der Seſſion halber zwiſchen der Troppau- und Glogauiſchen Fürſtenthümer Landes-Ständen Stritt fürgefallen / einen Ausſatz gemacht/ was die Troppauiſche Land-Stände für eine Seſſion in den Fürſten-Tägen und andern Zuſammenkunfften bey dem Lande Schleſien haben ſolten/ und decidiret/ daß Ihnen die Seſſion vor den Glogauiſchen Land-Ständen gebühre. Wie dann auch höchſtgedachte Käyſerl. Majeſt. Käyſer Ferdinandus folgendes Anno 1562 ein gewiß-jährliches Deputat dem Landes-Hauptmann Troppauiſchen Fürſtenthums zu Beſuchung der Fürſten-Tage und Ober-Rechte geordnet/ deſſen auff heute alle Hauptleute noch habhafft werden und genieſſen;

Ingleichen haben ſie nicht allein die Landes-Bürden mit Ritter-

Dienſten/ Steuern/ und andern Anlagen getragen / die Gräntz-Zölle/ Bier-Gefälle nirgends anders wohin/ als in die Schleſiſche Cammer/ abgegeben/ die allgemeine Landes-Privilegia, Land-Frieden/ Müntz- und andere Ordnungen/ Beſchluſſe/ mit und neben andern Fürſten und Ständen befördern/ beſchlüſſen/ ausbringen und beſiegeln helffen; ſondern auch als Anno 1547 Käyſer Ferdinandus die Länder Mähren / Schleſien / Ober- und Nieder-Laußnitz zu Beſetzung eines ſonderlichen Judicii erfordert/ haben die Vornehmſten aus dem Fürſtenthum Troppau als der Landes-Hauptmann/ Land-Cämmerer und Land-Richter neben andern erforderten Perſonen in des Landes Schleſien Seſſion ohne contradiction der Mährer/ oder anderer/ ihre Stelle gehalten / ſich auch die Landes-Hauptleute gemeldten Troppauiſchen Fürſtenthums / zu Principal Geſandten wegen des Landes Schleſien / an Ihr. Käyſerl. Majeſt. und zugleich an die Stände in Böhmen und Mähren gebrauchen laſſen / und alſo ſchlüßlich alle Actus poſſeſſorios ſine omni judiciali contradictione celebriren helffen;

Welche Actus, und dann auch/ daß die Rechte klar geben und wollen/ daß ein ieder in ſeinem poſſeſs, wann es auch ein Prædo, wie die Rechte reden/ wäre/ ſo lange ſolle und müſſe geſchützet werden/ biß er durch ordentliches Recht in petitorio daraus geſetzet würde/ die vorgehende Könige/ als Uladislaum, Ferdinandum und Maximilianum, dahin bewogen/ daß ſie die Fürſten und Ständ- in Schleſien in jure quæſito ratione poſſeſſionis iederzeit geſchützet/ auch unterſchiedlich ihnen den poſſeſs zuerkannt/ und die Troppauiſchen/ daß ſie ſich als Mitglieder des Landes Schleſien erzeigen und halten ſollen/ in Käyſerlichem Ernſt anzemahnet.

Maſſen dann allbereit Anno 1567 von höchſtgedachtem Käyſer Maximiliano dergleichen Abſcheid ergangen / daß die Stände gemeldten Fürſtenthums mit dem Lande Schleſien heben/ legen/ auch Fürſten-Tage un Ober-Rechte unweigerlichen beſuchen ſolten; Welcher Abſchied dann in rem judicatam kommen/ demſelben auch über 40 Jahr würcklich nachgelebet worden: Maſſen dann ihrer viel noch am Leben / ſo die Fürſten-Tage zu Breßlau beſucht.

So haben doch deſſen allen ungeachtet / die Troppauiſchen Land-Stände unrechtmäßiger weiſe ohngefehr Anno 1611, und zwar zu der Zeit/ da ſie allbereit groſſe Reſte in Steuern und Contributionen/die ſie ſelbſten ertwilligen/ und ſchlüſſen helffen gemacht/ und dem Lande ausſtändig verblieben/ ſich unterſtanden von dem Lande Schleſien zu trennen / von des

Ober-

Ober-Ampts Gehorſam gäntzlich zu entziehen / ihnen gleichſam ein eigenes Regiment oder vielmehr ein unerhörte confuſion anzurichten / die Juſtitz in ſolchem Fürſtenthum zu ſtecken / die contributiones zurück zu halten / auch der groſſen Reſte ſich zu entbrechen / und zu groſſer Verkleinerung der höchſten Obrigkeit und des Landes ſich zuſammen zu verſchweren / und zu verbünden / bey den andern Ländern allerhand Verbitterung anzurichten / alle deßwegen abgegangene Käyſerliche und Ober-Ampts Befehliche verdächtlich hindanzuſetzen / ſtatum Eccleſiæ, ſo wohl pacem publicam zu turbiren / des allgemeinen Landes Privilegien ſich zu opponiren / und alſo in offenem Ungehorſam biß auff dato zu continuiren.

Nun haben die Fürſten und Stände nicht unterlaſſen / weilen ſie in notoria poſſeſſione ratione Jurisdictionis, contributionum, penſitationum, & aliorum jurium publicorum befunden worden / ex interdicto, unde *vi, vel L. ſi quis in tantum* auff die reſtitution ante omnia zu dringen / hätten auch wohl verhoffet / indeme ſie in jure, & facto fundatam intentionem für ſich gehabt / es ſolle ihnen nicht biß ins achte Jahr / und biß Ihr. Käyſerl. Majeſt. Käyſer Matthias darüber mit Todte verblichen / die Juſtitz geſperret / und ſie gantz hülfflos gelaſſen worden ſeyn; So dann aber biß dato die reſtitution nicht erfolget / und gleichwohl die Rechte klar ordnen / quod ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, und daß auch die ſpoliatores, wañ ſie gleich Urſachen ihres begangenen ſpolii, warum ſie ſich nemlich der Jurisdiction und Mitleidung entbrochen / einwenden wolten / dennoch ante reſtitutionem plenariam nicht können noch mögen gehöret werden;

Als gelanget an Ew. Kön. Majeſt. der Fürſten und Stände gehorſamſte Bitte / Ew. Königl. Majeſt. geruhen nicht allein dem Streite in puncto der Herrſchafft Hotzenplotz / Katſchur / Fülneck und Frideck durch bequeme Mittel gnädigſt abzuhelffen / ſondern durch anietzo bey Antretung Ihrer Königl. Löbl. Regierung den Troppauiſchen Land-Ständen mit ſonderem Ernſt auffzulegen / damit ſie Käyſers Maximiliani Anno 1567 ergangenen / und länger als vor 40 Jahren in rem judicatam gelangten Abſchiede nachleben / die verſeſſenen Steuern abführen / und alſo dieſes præſtiren / was beſagter Abſchied im Buchſtaben vermag; hat nachmahls im petitorio deßwegen iemand wider die Fürſten und Stände was zu prætendiren / ſo erbieten ſie ſich facta reſtitutione einem ieden deßwegen zu antworten / und ſtille zu ſtehen.

Was nun ferner die Mitleidung des Croßniſchen Fürſtenthums betrifft / haben die Fürſten und Stände viel Jahr und Zeit bey allen gehaltenen

nen Land- und Fürſten-Tägen/ auch durch Fürſtliche und andere Abgeſandten / öffters in Unterthänigkeit angeſucht / und gar viel unterſchiedliche ſchrifftliche Nothdurfften deßwegen vorgeben/ dabey auch von dem Herrn Marggraffen/Churfürſten/viel Acta ten und Schreiben einkommen/und bey der Böhmiſchen Hoff-Cantzeley zu finden ſeynd. Aus welchem allem erſcheinet/ welcher geſtalt die verſtorbene Marggraffen und Churfürſten zu Brandenburg ſich der ſchuldigen Mitleidung biß anhero de facto zu entziehen angemaßt.

Und ob wohl Churfürſt Joachim ſeel. die Lehnſchafft geregten Schleſiſchen Fürſtenthums Croſſen/ ſamt ſeiner Zugehör von den Hertzogen zu Mönſterberg ander Geſtalt nicht/ als daß S. Lbd. und Churfürſtl. Gnaden den König zu Böheimb / als obriſten Hertzog in Schleſien / für den Ober-Herrn erkennen / und denſelbigen mit und neben dem Lande Schleſien heben/ legen/ tragen und leiden ſolte; Solches auch dero / und keiner andern Geſtalt vom Könige zu Böhaimb verlehnet worden / auch hierüber nicht allein mündlichen durch Abgeſandte / und ſchrifftlich durch Milliven / ſondern auch einen inſonderheit von ſich gegebenen revers verobligiret/ neben dem Lande Schleſien zu leiden / alle Fürſten-Täge und Ober-Rechte durch dero Abgeſandten zu beſuchen / und alles dasjenige zu thun und zu leiſten/ was andere Fürſten und Stände im Lande thun und leiſten würden.

Wie dann das Chur- und Fürſtliche Hauß Brandenburg ſich dannenhero Hertzog in Schleſien ſchreibet/ auch Churfürſt Joachim auff dem von weyland Biſchoff Balthaſarn ſeel. ausgeſchriebenen Fürſten-Tage ſich/ denſelben zu beſuchen/ angegeben/ folgends auch durch Thomas Matheſen/ und darnach wiederum durch D. Prißmann/ und D. Adrianum Albinum, alle Ihr Lbd. und Churfürſtlichen Herren Räthe/ſich zur Jurisdiction und Mitleidung dieſer Lande bekennen und bewilligen laſſen.

Als auch Marggraff Hans ſolch Fürſtenthum Pfands-weiß inne gehalten/ haben Sie Lbd. und Fürſtliche Gnaden die Mitleidung alleine mit dieſem entſchuldigen wollen/ daß nicht er / als ein Pfandes-Inhaber/ ſondern Se. Lbd. und Churfürſtliche Gnaden Churfürſt Joachim/ als der eigenthümliche Herr vermöge Ihrer Verträge / ſolche Mitleidung zu leiſten verbunden/ darauff dann auch der Churfürſt ſich abermahls hierzu ſchuldigſt erkennet und bekennet / ſolcher Mitleidung wegen Marggraff Hanſen zu vertreten/ auch ſich mit derſelben derentwegen abzufinden/ ausdrücklich verwilliget.

Als

Als unter ſolchem Tractat beyde hochgedachte Marggraffen mit Todte verblichen/ hat folgends der Churfürſt Johannes George / als der Sohn/ ſich ſolcher Mitleidung darum verwiedert/daß Se. Lbd. und Churfürſtliche Gnaden von vielen Jahren nichts gethan/ noch gegeben/ und alſo Libertatem præſcribiret hätten.

Welches alles unerhebliche Behelffe ſeyn/alldieweil bey vielfältig beſchehenen Klagen / anſuchen/ ermahnen und erinnern keine præſcription gehen können/ fürnemlich aber in denen Sachen / die auff jährlich neuen/ freyen und gutwilligen Bewilligungen zur defenſion und Schutz der Chriſtenheit/ und dieſes allgemeinen Vaterlandes beſtehen / in welcher/ aller Völcker Recht nach/ kein eintziger Stand ſich ausſchlüſſen kan / ſondern dem gantzen Corpori mit Bewilligung folgen muß.

Es könte auch Se. Lbd. und Churfürſtliche Gnaden hievon nicht befreyen die angezogene Erbeinigung des Hauſes Brandenburg/ als welche dieſe Lande/ ſo ohne alles Mittel unter den König zu Boheimb mit Unterthänigkeit gehören/ gar nicht / ſondern die andern Lande/ auſſer der Cron Böheimb/ concernire. Und hilfft auch nicht / was eingewendet wird/ daß die Herren Marggraffen/ und ihre Vorfahren/ dergleichen Steuern und Bier-Gelder/ und andere Hülffen zuvor nicht geleiſtet / noch damahlen/ und die Zeit über tragen dörffen: Dann nicht weniger ſolches von den andern Fürſten und Ständen eingewendet werden kan / in dem dieſelbe von deregleichen Beſchwer und Bürden durch ſtattliche anſehnliche Privilegia in genere & ſpecie befreyet;

Weilen aber der mächtige Feind des Chriſtlichen Nahmens der Türckiſchen Gräntzen ſo nahend kommen/ haben ſie/ ungeachtet/ daß es für Alters nicht geweſen/ noch ſolches bedörfft/ ſich dieſer und andern gutwilligen Hülffen/ den Königen zu unterthänigſten Ehren / auch ihnen ſelbſt / ihren Weib und Kindern zu Rettung und Schutz vergleichen müſſen/ doch unſchädlich ihrer wohlhergebrachten Privilegien und Freyheiten/über welches ſie von den löbl. Königen zu Böheimb/ der Nothdurfft nach / mit reverſen verſehen worden;

Weil dann dieſe Sachen ſo hell und klar / auch in offenen Verpflichtungen ſtehen / und das Fürſtenthum Croſſen ohn alles Mittel als ein Stück in Schleſien mit Obmäßigkeit/ Contribution und Defenſion zu der Cron Böheimb/ und unter den König zu Böheimb gehörig/ und mit höchſtem Nachtheil der Cron/ und anderer incorporirten Lande / daran entzogen werden will,

Und aber den Fürſten und Ständen bewuſt / in was naher Verwandnüß / guter correſpondentz und Freundſchafft / Ew. Königl. Majeſt. mit ietzigen eintretenden Churfürſten ſtehen;

So getröſten Sie ſich / bitten auch hierum gehorſamſt / Ew. Königl. Majeſt. wollen auff bequeme Mittel gnädigſt vorſinnen / wie dieſem Streite dermaleins zu Grunde abgeholffen werden möge.

§. 32.

SAGANENSIS quis Princeps?

Saganenſi Ducatui Princeps pro nuper datus ex Familia VValdſteiniorum magnificentiſſima oriundus.

Hic Ducatus anno 1646 emptionis titulo tranſiit ad Principes Lowkowitzios, hujus etiāmnum Dominos.

§. 33.

CROSNENSEM quo jure Marchio Brandenburgicus poſſideat?

Croſnenſem Marchiones (*a*) Brandenburgici ſibi vendicant: quem licet haud alio, quam Principum Sileſiæ jure acquiſiverint, conati tamen hactenus fuerunt, (*b*) etſi nullo jure, a Sileſia ipſum penitus avellere, & contributionibus præſertim, aliisque oneribus publicis ſubducere.

(*a*) Originem horum Marchionum (quorum hodiernus Succeſſor in Pruſſiæ, atque Wandalorum (melius Vindorum) Regem penultimo abhinc anno feliciſſimis auſpiciis inauguratus) noſter capite 8 hujus Sileſiographiæ recenſet. Qua vero ratione Croſnæ, cognominisque Ducatus Domini facti fuerint, ex Hartknochii lib. 1. c. 3 patet. Is vero ita ſcribit: *Anno 1272 Urbs Croſna Magdeburgenſi Archi-Epiſcopo eſt oppignorata, quam tamen biennio poſt Henricus Probus Dux Wratislavienſis redemit. Cureus in Annal. Sileſ. Deinde A. C. 1276 Wratislavienſes Croſnam iterum oppignorarunt Marchioni Brandenburgico Joanni pro 4000 aureis ſive florenis, ut Henricum Principem ſuum captum liberarent, ea conditione adjecta, ne Marchio Boleslao Lignicenſi ſuppetias ferret. Miechov. lib. 3. Chron. Polon.*

Polon. cap. 57. Cum vero poſtea Croſna ad Sileſiæ Ducatum rediiſſet, accepit illum Ducatum Joannes Magnus Marchio Brandenburgenſis, cognomento Cicero Germanicus, hypothecæ loco pro quinquaginta millibus aureis, qui ei dotis nomine debebantur. Deinde anno 1491 Ducatum Croſnenſem Joanni III Electori Brandeburgico Joannes Dux Saganenſis ceſſit conſentiente Uladislao Rege Hungariæ & Bohemiæ. Ad extremum Joachimus II ejusque frater Joannes Marchio Brandeburg. acceperunt anno 1528 Croſnam a Ferdinando I Rege Romanorum & Bohemiæ, primique ſe ſcribere cæperunt Croſnæ in Sileſia Duces.

(*b*) Hunc conatum nullo jure fuiſſe fundatum ex Gravaminibus Principum & Statuum Sileſiæ ſupra §. de Oppavienſi Ducatu adſcriptis ſufficienter liquet. Sed non illa tantum vice, verum & aliàs ſæpius Principes noſtri Statusque publice convenientes ſuas propter hanc ſeparationem proteſtationes & gravamina Regibus Bohemiæ porrexerunt: prouti factum annis 1554. 1557. 1570. 1577. 1578. 1579. 1586. &c. quæ reducta pace Monaſterienſi frequenter fuerunt iteratæ, ut ex MSS. Neudorffianis videre licet.

§. 34.

CARNOVIENSIS cujus ſit & fuerit?

In eorundem ditione (puta Marchionum Brandenburg.) Jägerndorffenſis quoque, ſive Carnovienſis per integrum pæne ſeculum fuit: ex quo nimirum Georgius Marchio (*a*) imperium ſuum iſto Ducatu, quem a Georgio Schellenbergio certa pecuniæ ſumma jure hæreditario emerat, Ludovico Hungariæ ac Bojemiæ Rege adſentiente, primus amplificavit, moriens autem Georgio Friderico Filio poſſidendum reliquit. Is anno ſuperioris ſeculi quinto ac nonageſimo Ducatum utpote hæreditarium in Joachimum Fridericum Electorem, ejusque poſteros donatione cauſa mortis confectis eo nomine (ſic atteſtante Joanne

ne Cernitio in Iconibus & rebus geſtis Ducum e familia Burggraviorum Nurnbergenſium Electorum Brandenburgicorum) inſtrumentis authenticis contulit: qui & eundem Sereniſſimo Donatore ſub annum hujus ſæculi tertium defuncto jure ſuo nemine renitente occupatum poſt exactum inde triennium filio ſecundò genito Joanni Georgio in Adminiſtratorem Epiſcopatus Argentoratenſis electo, ſed qua dignitate poſt aliquot annorum turbas graviſſimas ex Patris conſilio (ut ſe labyrintho iſto extricaret) abdicavit, ac certis quibusdam conditionibus antagoniſtæ ſuo Carolo Lotharingio reſignavit. Ordinis poſtea Teutonici per Saxoniam, Marchiam & Pomeraniam Magiſter, cum omnibus juribus & pertinentiis ad ſe devolutis ceſſit Principi illi quidem ſapientiſſimo, ſed infeliciſſimo, adeo quidem, ut, cum ob arma (*b*) contra Imperatorem pro Friderico Palatino ſumpta in proſcriptionem incidiſſet Cæſaream, principatus ei ademptus, atque in Carolum Lichtenſteinium, Oppavienſem Ducem, certis legibus translatus fuerit.

(*a*) Magni hic Marchio æſtimatus fuit a Confeſſoribus Auguſtanis, ſive Lutheranis, propterea, quod e numero illorum fuerit, qui anno 1530 illam Confeſſionem Auguſtæ Carolo V exhibuere. Ob quam rationem a ſuis etiam Pius cognominatus fuit.

Plura de illo, ejusque in Ducatu Succeſſoribus cap. 8.

(*b*) Quam ſtrenue hic Friderico Palatino contra legitimum Bohemiæ Regem Ferdinandum II militaverit, fuſe legitur in Chronica Friderici Lucæ mihi pag. 760 usque ad 766.

Diſtrictum Schwibuſienſem, cujus Henelius hic oblivisci videtur, jam anno ſalutis noſtræ ſupra mille trecentos trigeſimo quinto a Poloniæ Rege

Rege Caſimiro pro diſtrictu Coslenſi Joannes Bohemiæ Rex obtinuit, eumdemque (poſtquam per tria ferme ſæcula varios ſortitus fuiſſet Dominos, quorum ſeriem recenſebimus alibi) tandem anno ſeculi proxime præterlapſi octuageſimo ſexto Auguſtiſſimus noſter Leopoldus, Supremus Sileſiarum Princeps, Friderico Wilhelmo Electori Brandenburgico ceſſit ob cauſas in ſubjunctis copiis deductas.

Qui diſtrictus tamen brevi poſt tempore ab eodem Auguſtiſſimo noſtro Domino centum millibus Imperialium in ſpecie, ut vocant, ſeu ſecundum illius temporis valorem, ducentis quinquaginta quinque millibus florenorum Rhenanorum (quos Principes & Status Sileſiæ mutuo acceptos mutuo quoque Auguſtiſſimo dederunt) redemptus, eidemque Clementiſſimo Redemptori anno ſupra mille ſexcentos quinto & nonageſimo in Januario reſtitutus eſt, atque Ducatui Glogovienſi (ad quem etiam ante renditionem ſpectabat) annexus.

Käyſerliche allergnädigſte Reſolution nebſt beyliegendem Satisfaction-Contract mit Chur-Brandenburg die Uberlaſſung des Schwibußiſchen Krayſes betreffend:

Leopold/

LIebe Getreue/ Wir mögen Euer Liebden und Euch gnädigſt nicht verhalten/ maſſen Wir/ dem allgemeinen Weſen zum beſten/ aus ſehr wichtigen und bewegenden Urſachen allergnädigſt entſchloſſen / mit des Churfürſten zu Brandenburg Liebden/ und Dero Chur-Hauſe in ein näher Verbündnüß zu treten/ und durch würckliche Abtretung und Hinumlaſſung des in Unſerm Hertzogthum Schleſien / Glogauiſchen Fürſtenthums/ gelegenen ſo genannten Schwibuſiſchen Krayſes/ ſamt deſſen Zugehörungen/ alle an Uns von Ihrer Liebden bißhero formirte/ wiewol von Uns beſtändig widerſprochene Prætenſionen / als die fürnehmſte Urſache der bißherigen Mißverſtändnüſſen / gäntzlich und auff einmahl aus dem Wege zu räumen. Sintemahlen Wir nun unter einſten gnädigſt reſolviret/ durch Ew. Liebden und Euch/ Unſern treu-gehorſamen Fürſten und Ständen/ die Unumgänglichkeit/ Nutz- und Erſprießlichkeit ſolcher Abtretung und Hinumlaſſung des gedachten Schwibuſiſchen Krayſes mit allen Appertinentien mehr ausführlicher/ und zwar weil vermöge des zwiſchen Uns und Ihr Liebden geſchloſſenen Receſſes die würckliche tradition

von dem 30 des neuen und 20 des alten Calenders anzurechnen / inner den nächsten 6 Wochen unfehlbar geschehen soll / mit dem allernächsten vorstellen zu lassen. Als ist solchem nach Unser allergnädigster Befehl an Ew. Liebden und Euch hiermit / daß Sie und Ihr / der ins Mittel getretenen Schnitt-ferien ungeachtet / ob urgentiam hujus importantis negotii auff den 27 / oder da Ew. Liebden und Ihr es besser befinden thäten / auff den 29 gegenwärtigen Monats Julii eine enge Zusammenkunfft ungesäumt ausschreiben / und sich dann so desjenigen verhalten / was Unser disfalls an dieselbe / und Euch absonderlich gehende Instruction des mehrern mit sich bringen wird. Hieran geschiehet ꝛc. und Wir verbleiben. Gegeben in Unser Stadt Wien den 10 Julii 1686.

Leopold.

FRANCISCUS ULDARICUS Comes Khinsky,
Regni Bohem. Cancellarius.

Ad mandatum
J. B. Tamm.

An das Königliche Ober-Ampt in Schlesien Prel. den 22 Julii 1686.

Extract des zwischen der Röm. Käyserl. auch zu Hungarn und Böheimb Königl. Majest. dann Sr. Churfürstl. Durchl. zu Brandenburg getroffenen Satisfaction-Tractats.

I.

Es cediren und überlassen allerhöchstgedachte Käyserl. und Königl. Majest. an Seine Churfürstl. Durchl. zu Brandenburg / Dero Erben und Nachkommen männlichen Geschlechts / Marggraffen zu Brandenburg / den so genannten Schwibusischen Käyß in der Schlesien / mit allen Zugehörungen an Landen / Leuten / Städten / Flecken / Dörffern / Einkommen / Holtzungen / Wassern / Fischereyen / Rechten und Gerechtigkeiten / wie die Nahmen haben / nichts davon ausgenommen / wie Ihre Käyserl. Majest. denselben im Besitz und Genuß gehabt / und zwar in qualitate Feudi Masculini Bohemici, doch anders nicht / als wie Seine Churfürstl. Durchl. die Marck Brandenburg und andere Landen von Ihrer Käyserl. Majest. zu Lehen empfangen / dergestalten daß Seiner Churfürstl. Durchl. und Dero Churfürstl. Hause in diesem Schwibusischen Käyse / wie

wie in andern Dero Landen/ die Superioritas Territorialis, und folglich alle jura ſo davon dependiren/ in ſpecie die Contribution, Einquartirung/ Appellation und was ſonſten ad ſuperioritatem Territorialem gehöret/ alleine verbleibet. Sie ſollen auch nicht gehalten ſeyn/ eine abſonderliche Belehnung darüber zu nehmen/ beſondern wenn ein Caſus der Belehnung entſtehet/ ſoll auff die in Rechten beſtimmte Zeit thuende Requiſition, ein Lehn-Brieff nach dem formular, deſſen man ſich hierbey verglichen/ aus der Königl. Böhm. Hoff-Cantzelley ertheilet werden. Ob auch zwar kurtz vorher verſehen/ daß Seine Churfürſtl. Durchl. oder Dero Nachkommen/ darinnen keine Veſtungen anzurichten / oder einige Oerter zu beveſtigen befugt ſeyn/ auch daß die Catholiſche Religion und Augſpurgiſche Confeſſions Verwandten in dem Stande und Exercitio Religionis, wie ſolches jetzo im Kräyſe iſt/ ungekräncket erhalten und in ſpecie die darinnen wohnende Geiſtlichen/ weß Standes und Würdens die ſeyn/ bey ihrem Recht und Beſitz gelaſſen/ und ihnen gleich anderen Dero eigenen Glaubens-Genoſſen Schutz und Sicherheit geſchaffet werden ſolle: Geſtalt dann offt höchſtgedachte Seine Churfürſtl. Durchl. für Sich und Dero Nachkommen ausdrücklich gelobet und verſprochen / daß Sie keine Veſtungen in dem bemeldten Kräyſe anrichten noch bauen / auch die Catholiſche Religions- und Augſpurgiſche Confeßions-Verwandten darinnen bey ihrem Exercitio Religionis, wie ſolches jetzo allda von ihnen geübet wird / ungehindert halten/ und manuteniren wolle: Imgleichen beyderſeits Geiſtlichen/ wie nicht weniger die Stände des beſagten Kräyſes / bey ihren habenden Rechten und Privilegien/ Beſitz und Genuß/ laſſen und beſchützen wollen. Und weil im beſagten Kräyſe der Freyherr von Knigge ein Hypothec von 14000 Rthlrn. hat/ wollen Se. Churfl. Durchl. ſelbige mit dem Kräyſe über ſich nehmen/ und gedachten Freyherrn und deſſen Erben ſo lange darbey ſchützen/ biß die Schuld wird abgetragen / und dardurch die Hypothec erloſchen ſeyn.

II. Ferner cediren und geben Ihre Käyſerl. und Königl. Majeſtät Sr. Churfürſtl. Durchl. Dero Nachkommen und Erben in Solut. die ſo genannte Lichtenſteiniſche Schuld-Forderung in Oſt-Frießland cum pleno omnique jure, und ſamt allen darzu gehörigen Original Documenten und Briefſchafften / nichts davon ausgeſchloſſen / und werden Ihre Käyſerl. und Königl. Majeſt. Sr. Churfürſtl. Durchl. und Dero Nachkommen und Erben zum vollkommenen und würcklichen Genuß dieſes alſo cedirten Lichtenſteiniſchen Juris und Forderung helffen/ und kräfftig dabey manuteniren.

III. Dagegen wollen höchſtgemeldte Se. Churfürſtl. Durchl. durch obſpecificirte / bißhero wegen oberwehnter 4 Hertzogthümer der Herrſchafft Beuthen/ wegen angewendeter Unkoſten/ und was deme anhängig / formirte Prætenſionen/ oder ſo deß und andern Orts halber hätten formiret werden können / vollkömmlich und völlig vorietzo / und zu künfftigen Zeiten renunciren/ und ſich derſelben gäntzlich verzeihen / thun auch das in Krafft dieſer feyerlichen Renunciation. Renunciren/ begeben und verzeihen ſich vor ſich und Dero Erben / Succeſſoren und Nachkommen allen letzt obangeführten/ wie auch ſonſt allen andern Prætenſionen/ in genere & in ſpecie, ſo ex quacunque cauſa de præterito hätten können formiret werden / hiermit kräfftigſt und vollkommlich / caſſiren zugleich/ und extradiren alle hierzu gehörige / und von ihnen zu Beſtätigung der vorbedeuteten Prætenſionen angeführte Inſtrumenta, und erklären dieſelbe Krafftloß und ohne Würckung zu ſeyn/ alſo und dergeſtalt / daß an die Röm. Käyſerl. auch zu Hungarn und Böhmen Königl. Majeſtät/ Dero Erben / nachkommende Könige in Böhmen / und oberſte Hertzoge in Schleſien / wie auch wider die vorietzige und zukünfftige Poſſeſſores des obgedachten Fürſtenthums Jägerndorff/ dann wegen obgemeldter 3 Fürſtenthümer/ Liegnitz/ Brieg und Wohlau/ und der Herrſchafft Beuthen/ nicht weniger wegen prætendirender Refuſion derer auff die Auffrichtung des Grabens/ und Schiffbarmachung des Oder-Strohms an Churfürſtlicher Seiten angewendeten Unkoſten/ und was deme mehr anhängig iſt/ oder ex quacunque alia cauſa de præterito formiret werden könte/ höchſtgedachte Se. Churfürſtl. Durchl. Dero Erben / Succeſſoren und Nachkommen/ weil er keinen ferneren An- oder Zuſpruch ſub quocunque prætextu, und wie dir immer genannt werden möchte/ formiren ſollen / wollen und können;

IV. So bald nun vierdtens dieſer Vergleich-Receſs von beyden Theilen vollzogen/ ſoll die tradition des Schwibuſiſchen Krayſes / nebſt denen darzu gehörigen Brieffſchafften und Urkundten / ſo viel derer vorhanden/ wie auch die Auslieferung deren zur Lichtenſteiniſchen Schuld-Forderung gehörigen Documenten gegen Auslieferung der ſolennen Churfürſtlichen Renunciation aller Prætenſionen/ und denen zugehörigen ſämtlichen Documenten erfolgen. Die Ratificationes dieſes erfolgten Vergleichs ſollen auch bey dieſer Tradition ausgewechſelt / und dadurch die gantze Sache völlig abgethan und gehoben werden. Se. Churfl. Durchl. erbieten ſich auch / daß Sie auff erheiſchenden Fall / von Dero

Herren

Herren Vettern/denen Marggraffen zu Brandenburg in Francken/die Renunciation auff dieſe Prætenſionen/ ſo weit ſie intereſſiret/ in debita forma herbey ſchaffen wollen. Zu Urkund deſſen ſeynd hiervon 2 gleichlautende Exemplaria verfertiget/ und von beyderſeits darzu deputirten und bevollmächtigten reſpectivè Abgeſandten und Miniſtris eigenhändig unterſchrieben/ auch mit Dero Inſiegeln bekräfftiget. So geſchehen und gegeben zu Cölln an der Spree den 7 Maji 1686.

Franz Henning von Freytag/
Freyherr von Gödens. (L.S.)

(L.S.)

Joachim Ernſt von Grumckau.
Franz von Meinders.
Paul von Fuchs.
Johann Friedrich von Reetz.

Satisfaction-Tractat cum Imp. wie derſelbe von beyderſeits Commiſſariis vollzogen worden.

§. 35.

DYNASTIÆ earumque DOMINI.

Dynaſtiarum nomine potiſſimum cenſentur quatuor (*a*) vulgo Liberæ dictæ: Freye Herrſchafften: VVartenbergenſis puta, Milicenſis, Pleſſenſis, & Trachenbergenſis: quæ & ipſæ peculiares, ac nunc quidem ex Generaliſſimis Burggraviorum Dohnenſium, (*b*) Maltzaniorum, Promniciorum, ac Schaffgotſchiorum Baronum (*c*) Familiis, habent Toparchas, nullius, præterquam Boſemiæ Regis, tanquam Magni Sileſiarum Ducis majeſtatem agnoſcentes. Quibus addi poſſunt in Sileſia ſuperiore Bilicenſis, Freiſtadienſis, Fridecenſis, Beuthenſis & Oderbergenſis; in inferiore

Auraſienſis, Liſſenſis, & aliæ quædam ditiones: ſed quæ a quatuor illis in hoc potiſſimum differunt, quod earum nomine jus ac dignitatem ſeſſuræ in Comitiis publicis poſſeſſores minime acquirant.

(*a*) Noſtra ætate his quatuor acceſſerunt aliæ duæ, altera *Bethanienſis*, *Beuthenſis* altera: quarum hæc in ſuperiori Sileſia Ducatus Oppolienſis, illa in inferiori Principatûs Glogovienſis portio antea fuerat: ob quas autem rationes ab Auguſtiſſimo Dynaſtiis, earumque Domini Sileſiæ Dynaſtis annumerati fuerint, litterarum Cæſarearum copiæ præſenti ſubjunctæ paragrapho recenſent.

(*b*) Horum Illuſtriſſimorum Burggraviorum, nec minus aliorum Sileſiæ Dynaſtarum, ſtemmatographias, antiquas origines, egregia pro DEO, patriaque patrata facinora, & inſignia apud Cæſares ſibi comparata merita, octavo capite crebro memorato tam ex noſtro Henelio, quam aliis e documentis celebrare conabimur, interim, ſi quæ ſcripta, notatuque digna nos laterent, ab eorumdem vel Clientibus, vel amicis, vel ab ipſismet horum communicationem obnixe exorantes.

(*c*) Trachenbergenſis hodie Comitibus Hatzfeldianis paret, quibus poſt Joannis Udalrici Lib. Baronis de Schaffgotſch mortem, quam anno 1634 oppetiit, ab Imperatore Ferdinando II tanquam feudum donatus fuit.

Tam Promnitzii, quam Schaffgotſchii S. R. Imp. Comitibus hodie accenſentur, ad eorundem dignitatem evecti.

Diploma für den Graffen Henckel / die Erhebung der Herrſchafft Beuthen zur Standes-Herrl. in Schleſien betreffend.

WIr Leopold / ꝛc. bekennen öffentlich mit dieſem Briefe / und thun kund allermänniglich / wiewohl wir aus Röm. Käyſerl. auch Königl. Macht / Höhe und Würde / darein Uns der Allmächtige nach ſeinem göttlichen Willen verordnet und geſetzet hat / auch angebohrner Milde und Gütigkeit geneigt ſeyn / aller und ieder Unſerer Stände / Unterthanen und Getreuen / Ehr / Nutz / Auffnehmen und Beſtes zu betrachten und zu befördern / ſo iſt doch Unſer Käyſerl. und Königl. Gemüthe vielmehr geneigt und begierig diejenigen mit Gnaden zu bedencken / und vor

andern

andern mit ſonderbahren prærogativen und Freyheiten zu begaben/ und zu erheben/ welche ſamt ihren Vor-Eltern in altem Geſchlecht / Weſen und Tugenden herkommen / auch ſich bey Uns und Unſerer Cron Böheimb/ deſſen incorporirten Landen / und Unſerm Hochlöblichen Ertz-Hauß von Oeſterreich in gehorſamen / treuen / ſteten und unverdroſſenen Dienſten vor andern gutwillig und emſig halten/ beweiſen und erzeigen.

Wann Wir nun gnädigſt angeſehen und erwogen die getreue und erſprießliche Dienſte/ ſo von vieler langer Zeit her weyland Unſeren Hochlöblichen Vorfahren/Röm. Käyſern/Königen zu Böheimb/und Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich/ das Geſchlecht der Graffen Henckel/ und beſonders der itzt lebenden Groß-Vater/ Lazarus Graff Henckel/ in vielen Wegen nützlich und rühmlich gethan und bewieſen/ auch die Wohl Gebohrne Unſere L. G. Leo Ferdinand, Elias, Andreas, und Carl Maximilian, Gevettere und Gebrüder Graffen Henckel (pl tit.) annoch in dieſen ſchweren Zeiten gantz ſtandhafftig/ getreu/ auffrichtig und willig vor vielen andern Unſern treugehorſamſten Unterthanen erzeiget und bewieſen haben / noch täglich thun/ und hinführo Uns Unſerer Cron Böheimb/ den incorporirten Ländern/und Unſerm Hochlöblichen Ertz-Hauß von Oeſterreich zu leiſten erbiettig ſeynd / auch ſamt ihrem gantzen Geſchlechte wohl thun können/mögen und ſollen.

So haben Wir demnach mit wohlbedachtem Muth/ gutem zeitigen Rath aus eigener Bewegnüß/und rechtem Wiſſen obgedachtem Leo-Ferdinand Graffen Henckel/ und ſeinen rechtmäßigen Succeſſoren/ und regierenden Herren der Herrſchafft Beuthen in Unſerm Hertzogthum Ober-Schleſien / dieſe ſonderbahre Gnad und Freyheit gethan und gegeben/ thun und geben Ihm die hiermit als regierender König zu Böheimb/ und oberſter Hertzog in Schleſien/ aus habender Königlicher Macht und Vollkommenheit wiſſentlich / und Krafft dieſes Briefes folgender geſtalt:

Zum erſten beſtätigen Wir Ihme alle und iede Gewohnheiten/ Privilegien/ Recht/ Gerechtigkeite / Würde und Freyheiten/ ſo viel Er und ſeine Vorfahrer über die Herrſchafft Beuthen in Ober-Schleſien iemahls gehabt/ hergebracht/ gebrauchet und beſeſſen / auch abſonderlich vermöge gnädigſt ertheilten Kauff-Schutz- und Schirm-Briefes de dato 26 Maji und 17 Julii 1619ſten Jahres/ auch Reſcripti de dato 20 Julii 1631ſten Jahres erlanget und überkommen haben.

Vors andere verleihen/zueignen und machen Wir auch dieſe Herrſchafft Beuthen in ſpecie theilhafftig und fähig aller derjenigen Privilegien/ Rechten/

Rechten/ Gewohnheit/ Gerechtigkeit und Vorzugs/ ſo die vier in Schleſien liegende freye Standes-Herrſchafften/ als nemlich Wartenberg/ Militſch/ Pleß und Trachenberg mit ihren Zugehörungen ſamt/ oder ſonderlich haben/ und genieſſen nicht anders/ als wann der ermeldten vier Herrſchafften General- und Special-Privilegien von Wort zu Wort hierinnen ſpecificiret/ ausgedrucket und einverleibet wären. Wie Wir dann Ihn Graffen Henckel ſamt allen ſeinen künfftigen rechtmäßigen Succeſſoren/ Beſitzern und regierenden Herren der Herrſchafft Beuthen/ mit allen denenſelben Privilegien/ Rechten/ Würde/ Vorzug und Gerechtigkeiten befreyen/ begaben und begnaden/ mit welchen die berührte vier Herrſchafften begnadet und begabet ſeynd. Und zum

Dritten Er Graff Henckel/ und alle künfftige Poſſeſſores der Herrſchafft Beuthen bey Antretung dieſer freyen Standes-Prærogativ niemand andern/ als Uns/ Unſern Erben und nachkommenden Königen zu Böheimb treu und gewehr ſeyn/ auch die Erb-Huldigung niemand andern als Uns/ und nachkommenden Königen zu Böheimb bey Unſerer Königl. Böheimiſchen Hoff-Cantzley/ oder auff Unſerm Königl. Schloß Prage/ oder nebſt denen andern Standes-Herren zu Breßlau/ oder wie Wir es dißfalls ſonſt gnädigſt anordnen möchten/ zu leiſten ſchuldig ſeyn.

Zum vierdten haben Wir Ihme Graffen Henckel/ und künfftigen Succeſſoribus, als regierenden Herren der Herrſchafft Beuthen/ die ordentliche Succeſſionem & Votum bey denen Fürſten- und Ober-Rechten/ Fürſten-Täzen/ und allen andern Landes-Zuſammenkünfften auff einer Banck bey denen andern vier Standes-Herrſchafften/ wie Selbte es haben und genieſſen/ gnädigſt verliehen/ und zwar ſolcher geſtalt/ daß Selbter die Stelle nach Trachenberg einnehmen und beſitzen/ doch aber/ weil die Herrſchafft Carlath auch zugleich dieſe Würde erhalten/ dieſer beyden Herrſchafften Poſſeſſores ſo wohl bey denen Conventibus publicis durch Ihre der allein ſeeligmachenden Catholiſchen Religion zugethane Deputatos, als auch ſelbſt in Perſon/ wenn ſie zuſammen kommen/ es ſeye in öffentlichen Auffzügen/ Solennitäten oder Privat-Verſamlungen/ von Jahr zu Jahr in dem Rang und Stelle alterniren ſollen.

Zum fünfften ſoll auch die Herrſchafft Beuthen ihre Steuern/ Anlagen und Collecten/ ſie haben Nahmen wie ſie wollen/ nirgends andern/ als bey dem General-Steuer-Ampt in Unſerm Hertzogthum Schleſien/ gleich denen andern vier Standes-Herrſchafften abzuführen/ und zu entrichten verbunden ſeyn: Wie nicht minder mit denen repartitionen/ Einlogirungen/

gen/ Marchen und Verpflegungen der Militz bey Ihnen/ wie bey andern Statibus Majoribus bloß allein durch Unſer Königl. Ampt der Zuſchlag geſchehen.

Zum ſechſten renoviren/ confirmiren und beſtätigen Wir auch dem Graffen Heuckel die ordentliche Regierung nebſt dem von Ihm anzuſetzen habenden Landes-Hauptmann in ſeinem Nahmen hegenden Land-Rechte/ und vermöge oberwehnter Schutz- und Schirm-Brieffe competirender/ wie nicht minder laut Unſerer den 12 Febr. Anno 1693/ 14 Decembr. 1694 und 31 Auguſt. 1696ſten Jahres gnädigſt ergangenen reſolutionen noch mehr befeſtigter Jurisdiction über den wohn- und ſeßhafften Adel/ Schlöſſer/ Städte/ Dörffer/ und in ſelbiger verhandene Bürger- und Bauerſchafften in der Herrſchafft Beuthen hiermit von neuem in beſter Form Rechtens mit angehefftem dieſem Unſern weiteren Privilegio, Begnadung und conceſſion, wofern ſich ein oder anderer Theil ob denen von dem Land-Herrn/ ſeinem Ampt oder deſſen Land-Recht ergangenen End-Urtheln beſchweret zu ſeyn vermeinen wolte/ daß von jetzt als künfftig und zu ewig währenden Zeiten die Appellationes von dannen aus in allen oberzehlten Stellen an keinem einig anderen Ort/ es ſeye gleich zu Unſerm Königlichen Ober-Ampt/ oder wohin es wolle/ nicht ergehen/ ſondern immediatè und allein zu Uns/ oder Unſerern Königl. Böheimb. Appellation-Cammer ob dem Prager Schloß interponiret und gewieſen/ und damit alle vorige Ausflüchte und nichtige provocationes ſollen abgeſchnitten und benommen ſeyn. Allermaſſen Wir auch

Siebendens Ihme Graffen Henckel und künfftigen Beſitzern/ und Regierern der Herrſchafft Beuthen dieſes ſonderbahre Käyſerl. und Königl. Privilegium exemptionis fori in cauſis mere perſonalibus, vel etiam extrajudicialibus contra quoscunque Magiſtratus nullo penitus excepto hiermit gnädigſt ertheilen ſolcher maſſen/ daß wofern Er/ und jetzt benennte ſeine Succeſſores auſſer des ordentlichen Fürſten-Rechts von niemand anders was fürgenommen oder beklagt werden ſolten/ weder Er noch berührte ſeine Succeſſores von keinem einzigen Judicio oder Magiſtratu, um was Sachen das immer quoad perſonalia ſeyn möchte/ zu erſcheinen/ und zu ſtehen nicht ſchuldig noch verpflichtet ſeyn ſollen/ dann allein vor Uns als regierendem König zu Böheimb und Unſerm Nachkommen/ oder wen Wir oder Unſere nachkommende Könige zu Böheimb in ſpecie dazu delegiren würden; Es wäre dann/ daß es obbemeldter maſſen Sachen angien-

ge/ die vermöge weyland König Uladislai Privilegien vor das ordentliche und völlige Fürſten-Recht in Schleſien gezogen / und die Klage oder Beſchwer dahin ordentlich angeſtellet und vollführet werden ſolte/ in welchen ſie ſich dann beſagten Landes-Privilegien gemäß zu verhalten wiſſen werden/ und ſchuldig ſeyn.

Achtens auch dieſe Præeminentz/ und die davon dependirende Freyheiten und Vorthel/ nur iedesmahl dem regierenden Beſitzer der Herrſchafft Beuthen alleine/ keinesweges aber andern aus dem Geſchlecht gebühren/ noch auff Sie/ ſo lange biß Sie etwa Succeſſionem zu der Regierung bekommen/ gedeutet werden ſollen.

Jedoch in dieſem allem mit ausdrücklichem Vorbehalt Unſerer ſelbſt eigenen Königl. und Landes-Fürſtl. Regalien/ Ob- und Botmäßigkeiten/ auch ſonſten männiglichens Rechten/ ohne einigen Abbruch / Nachtheil und Schaden alles gnädiglich und ohne gefährde. Und gebieten darauff allen und ieden Unſern Unterthanen/ weß hohen/ oder nieder Standes/ Würden / Ampts oder Weſens die Unſerm Erb-Königreich Böheimb/ und deſſen incorporirten Landen/ beſonders in Unſerm Hertzogthum Ober- und Nieder-Schleſien wohn- und ſeßhafft ſeyn ; Inſonderheit Unſerm Königl. Ober-Ampt/ Fürſten und Ständen / wie auch andern Landes-Haupt- und Ampt-Leuten/ Prälaten/ geiſtlichen und weltlichen Standes Perſonen hiemit ernſtlich und feſtiglich/ und wollen/ daß Sie offterwehnten Leo-Ferdinand Graffen Henckel/ und künfftige regierende Herren der freyen Standes-Herrſchafft Beuthen/ für und für ewiglich bey dieſen Unſern hierob ſpecificirten Begnadungen/ Privilegien / Vortheil / Rechten und Gerechtigkeiten geruhiglich verbleiben laſſen/ daran nicht hindern / irren/ bekümmern noch anfechten/ ſondern auff den Nothfall dabey ſchützen/ ſchirmen und handhaben helffen/ als lieb einem iedem ſeye/ Unſere ſchwere Straff und Ungnade zu vermeyden/ und dazu eine Pœn nemlich hundert Marck löthiges Goldes/ die ein ieder/ ſo offt er freventlich darwider thäte/ Uns halb in Unſere Königliche Cammer / und den andern halben Theil vielgedachtem Graffen Henckel / und ſeinen Nachkommen / ſo hierwider beleidiget würden / unnachläßlich zu bezahlen verfallen ſeyn ſolle. Zu Urkund ꝛc. ꝛc. Wien den 14 Novembr. Anno 1697.

Daß gegenwärtige Abſchrifft mit dem bey der Königlichen Böheimbiſchen Hoff-Cantzley Regiſtratur befindliche Original-Concept in allem von Wort zu Wort gleichſtimmig befunden worden / ſolches bezeuget

bezeuget meine eigene Hand/ Unterschrifft und Petschaffts-Fertigung. Actum Wien den 9 Augusti 1699.

(L.S.)

Wenzel Maximilian Zdiarsky von Koßnozow/
Registrator ibid.

Leopold von GOttes Gnaden/ erwählter Röm. Käyser/ auch zu Hungarn und Böheimb König.

Hochwürdiger/ Durchlauchtig/ Hochgebohrner lieber Vetter und Fürst/ auch Wohlgebohrne/ Gestrenge und Hochgelehrte/ liebe Getreue.

DEmnach Wir dem Wohlgebohrnen/ Unserem lieben getreuen Leo-Ferdinanden Graffen Henckel/ Freyherr von Donnersmarck/ Herr der Herrschafft Beuthen/ Tarnowitz und Oderberg/ auff Gräfen und Schlauentitz/ in gnädigster Betrachtung so wohl unserm Ertz-Hertzoglichen Hause von seinen Vorfahren geleistieten treuen Dienste/ als auch seiner eigenen Meriten und guten Qualität en die Käyserl. und Königl. Gnade gethan/ und seine in Unserm Hertzogthum Ober-Schlesien gelegene Herrschafft Beuthen zur freyen Standes-Herrschafft erhoben/ selbter alle diejenigen Würden und Prærogativen/ derer die andern Standes-Herrschafften genüssen und sich zu erfreuen haben/ gnädigst verliehen/ die Pflicht bey uns oder wo wir selbtes gnädigst verordnen werden abzulegen/ Ihn Graffen Henckel/ und künfftige Possessores begnadet/ sessionem & votum bey denen andern vier Standes-Herrschafften bey denen Fürst- und Ober-Rechten/ Fürsten-Tägen und andern Landes-Zusammenkunfften/ wie auch andern Solennitäten oder Privat-Versammlungen dergestalt gnädigst gegeben/ daß dieser Herrschafft Beuthen Besitzer immediatè nach Trachenberg gehen/ doch mit dem Besitzer der Herrschafft Carlath und Beuthen in Nieder-Schlesien von Jahr zu Jahr alterniren/ und der Graff Henckel den Anfang machen; Dann die Steuern davon nirgends als bey dem General Steuer-Ampt abgeführet/ auch im übrigen ratione repartitionum, March und Einquartierungen wie andere status majores beobachtet werden; Er ingleichen des Privilegii exemptionis fori, gleich denen an-

dern vier beſagten Herrſchafften / alles beſage der unter heutigem dato Jhme gnädigſt ertheilten Käyſerl. und Königl. Diplomatis ſich zu erfreuen haben ſolle;

Als haben wir Euer Lbd. und Euch ſolches hiermit gnädigſt eröffnen / und zugleich deroſelben und Euch in Gnaden befehlen wollen; daß Sie und Ihr obbenenten Graffen Henckel bey der nechſten allgemeinen Landes-Zuſammenkunfft ordentlich introduciren / und Jhme obbeſagter maſſen / iedoch mit bedeuteter alternativa, die Seſſion auff der freyen Standes-Herren-Banck nechſt an Trachenberg anweiſen / auch ſeinen Abgeordneten ad Publica darauff / iedoch keinen andern als ein der allein ſeeligmachenden Catholiſchen Religion zugethanes ſubjectum ad ſeſſionem & Votum daſelbſt admittiren / und im übrigen Jhn Graffen Henckel / und künfftige Poſſeſſores der Herrſchafft Beuthen / bey denen von Uns Jhm gnädigſt verliehenen Würden / Præeminentz und Gerechtigkeiten Ober-Ampt. ſchützen und handhaben ſollen; Hieran beſchiehet Unſer gnädigſter Will und Meynung; Und Wir verbleiben Euer Lbd. dabey nebenſt Mitfreundſchafft Käyſerl. und Königl. Hulden und allem guten Verdienſt wohl beygethan / wie auch Euch mit Käyſerl. und Königl. Gnaden wohlgewogen. Geben in Unſerer Stadt Wien den 14den Monats-Tag Novembris im 1697ſten Unſerer Reiche des Römiſchen im viertzigſten / des Hungariſchen im drey und viertzigſten / und des Böheimbiſchen im zwey und viertzigſten Jahre.

Leopold.

FRANCISCUS UDALRICUS Comes Khinsky,
Regis Bohem. Supremus Cancellarius.

Ad mandatum Sac. Cæſ. Reg.
Majeſt. proprium.

Thomas Graff Tſchernin.
L. L. v. Pein.

Käyſer-

Käyſerliches Reſcript de dato Wien den 19 Novembris 1697. & præſent. den 30 Januarii 1698 intimiret/ daß Herr Baron von Schönaych zum freyen Standes-Herrn in Schleſien erhöhet / und deſſen Herrſchafften Carlath und Beuthen an der Oder zu einer freyen Standes-Herrſchafft gemacht worden ſey.

Leopold/

Lieb Getreue. Demnach Wir den Wohlgebohrnen Unſern lieben Getreuen Johann George/ Freyherrn von Schönaych/ auff Carlath und Beuthen an der Oder/ in gnädigſter Betrachtung der ſo wohl Unſerm Ertz-Hertzoglichen Hauſe von ſeinen Vorfahren geleiſteten treuen Dienſte/ *als auch ſeiner* eigenen Meriten und guten Qualitäten die Käyſerl. und Königl. Gnade gethan/ und ſeine in Unſerm Hertzogthum Nieder-Schleſien gelegene Herrſchafft Carlath und Beuthen an der Oder zur freyen Standes-Herrſchafft erhoben / ſelbter auch diejenigen Würden und prærogativen/ derer die andern Standes-Herrſchafften genieſſen und ſich zu erfreuen haben / gnädigſt verliehen / die Pflicht bey Uns / oder wo Wir ſelbtes gnädigſt verordnen werden/ Ihn Freyherrn von Schönaych und künfftige Poſſeſſores begnadet/ ſeſſionem & votum bey denen andern vier Standes-Herrſchafften bey denen Fürſt- und Ober-Rechten/ Fürſten-Tagen / und anderen Landes-Zuſammenkunfften / wie auch andern Solennitäten oder Privat-Verſammlungen dergeſtalt gnädigſt gegeben/ daß dieſer Herrſchafft Carlath und Beuthen an der Oder Beſitzer immediatè nach Trachenberg gehen / iedoch mit dem Beſitzer der Herrſchafft Beuthen in Ober-Schleſien von Jahr zu Jahr alterniren / und Herr Graff Henckel den Anfang mache/ dann die Steuern von allen dieſer Herrſchafft gehörigen Gütern (auſſer Beitſch und Tarne/ welche ſo wohl ratione Jurisdictionis, als Cataſtri bey dem Fürſtenthum Glogau verbleiben) nirgends als bey dem General-Steuer-Ampt abgeführet/ auch im übrigen ratione repartitionum, March- und Einquartirungen wie andere Status majores beobachtet werden/ Er ingleichen des Privilegii Exemptionis Fori gleich denen andern vier beſagten Herrſchafften / alles beſagten unterm heutigen dato Ihme gnädigſt ertheilten Käyſerl. und Königl. Diplomatis ſich zu erfreuen haben ſolle.

Als haben Wir Euer Lbd. und Euch ſolches hiermit gnädigſt eröffnen/

nen/ und zugleich Deroſelben/ und Euch in Gnaden befehlen wollen / daß Sie und Ihr obbenannten Freyherrn von Schönaych bey der nechſten allgemeinen Landes-Zuſammenkunfft ordentlich introduciren/ und Ihme obbeſagter maſſen / iedoch mit bedeuteter alternation, die Seſſion auff der Freyen-Standes-Herren-Banck nechſt an Trachenberg anweiſen / auch ſeinen Abgeordneten ad publica darauff/ iedoch keinen andern als ein der allein ſeeligmachenden Catholiſchen Religion zugethanes ſubjectum ad ſeſſionem & votum daſelbſt admittiren / und im übrigen Ihn Freyherrn von Schönaych / und künfftige Poſſeſſores der Herrſchafft Carlath und Beuthen an der Oder bey denen von Uns Ihme gnädigſt verliehenen Würden/ Præeminentz und Gerechtigkeiten Ober-Amptlich ſchützen und handhaben ſollen. Hieran geſchiehet Unſer allergnädigſter Will und Meynung ꝛc. Und Wir verbleiben ꝛc. Wien den 14 Novembr. 1697.

FRANC. UDAL. C. Khinsky, Regis
Bohem. S. Cancell.

Ad mandatum
Thomas Graff von Tſchernin.
H. E. v. Pein.

Præſent. den *30 Januar. 1698.*

§. 36.

Diviſio Regionis in quatuor Tractus, ad REM MILITAREM ſpectans:

Quarta hujus Regionis Diviſio eſt in quatuor Tractus, ſive Circulos, ut loquuntur, ad *rem militarem* ſpectans: quique urgentibus rebus, & variantibus belli caſibus ipſa quoque diverſimode variata fuit. Noſtra quidem ætate hunc plerumque modum adhibitum fuiſſe reperio, ut ad primum Circulum tota Sileſia ſuperior, Ducatus, puta, Carnovienſis, Oppavienſis, Telchinenſis, Oppolienſis, Ratiborienſis; Dynaſtiæ autem Pleſſenſis, Bilicenſis, Freyſtadienſis, Fridecenſis,

decenſis, Leslavienſis, Commenda Grebnick, & Steuberdorffium pertinerent.

Secundus Epiſcopatum cum univerſis ejus Territoriis ac provinciis, Ducatum Brigenſem, Ducatum Olſnicenſem, Ducatum integrum Wratislavienſem una cum Nambslavienſi Territorio, itemque Dynaſtia Wartenbergenſi.

Tertius Lignicenſem, Glogovienſem una cum Capitulo, & Saganenſem Ducatus, nec non Milicenſem & Trachenbergenſem Dynaſtias.

Quartus denique Suidnicenſem, Jarovienſem, & Monſterbergenſem Ducatus, Territoriumque Franckſteinenſe cum Reichenſteina, & Silberberga oppidis, complecteretur.

(a) Ut æqualitas onerum in RE MILITARI ſervaretur, diligens ſemper fuit ſtudium Patrum Patriæ, qui in hunc finem anno proxime præterlapſi ſeculi 97mo 9 Novembris Auguſtiſſimo noſtro Leopoldo, ſummo Sileſiarum Principi, ſupplices facti Regulas, ſecundum quas & onerum æqualitatem, & pacificam ſtatus inter, & milites, vel hic hibernantes, vel hinc tranſeuntes, concordiam procurare valerent, enixiſſime exorarunt.

Regulas (Reglement) vero tunc patriæ, typisque datas, cum ſint prolixiores, quam ut brevibus notis inſerantur, & paſſim apud Cancellarias, ut vocant, ſeu officia aſſerventur, huc adſcribere noluimus.

Cæterum Summæ, quas pro re militari promovenda Auguſtiſſimo Imperatori promittunt, promiſſasque exſolvunt, ingentes noſtra ſunt ætate, quæ nupero bello Turcico quotannis numerum 1500000 florenorum exceſſerunt.

§. 37.

Sileſiæ pars olim erat provincia FRAUENSTADIENSIS.

Ex his membris Sileſia hac tempeſtate conſtat, cujus

cujus tamen termini multo ſpacioſius olim diffuſi. Siquidem præter Frauenſtadienſem, ſive VVſchovienſem provinciam, quæ Ducatus Glogovienſis pars fuit, quam Caſimirus Polonus, Uladislai Loctici Filius, in Sileſiam contra pacta cum Johanne Bojemiæ Rege inita A. C. CIↃCCCXLIII irruens intercepit, ac Sileſiæ ſubduxit.

Vid. Curæum in Annal. Sileſiæ ad dict. annum. Item Henelium infra cap. 9; ubi ſcribit, quod non tantum Frauenſtadium occupaverit Caſimirus, ſed Stinaviam usque progreſſus agrum circumjacentem vaſtaverit. Quod profectus ad illum Henricus Saganenſis cum patruis Conrado & Johanne metu majoris mali Frauenſtadienſis Territorii ceſſione pacem impetraverit: quodque Joannes quidem Bojemus injuriam eam armis vindicare, ſed fruſtra, conatus fuerit.

§. 38.

Item OSVENCIMENSIS, & ZATORIENSIS Ducatus, & SEVERIENSE Territorium.

(a) Oſvencimenſis quoque ac Zatorienſis Ducatus, itemque Severienſe Territorium in Sileſia quondam cenſebantur, quorum illi ſub Caſimiro Jagellonis Filio ad corpus & compagem Poloniæ redierunt: hoc a VVenceslao Teſchinenſium Duce ſex millibus marcarum venditum fuit Cardinali & Epiſcopo Cracovienſi.

(a) Vide Hartknoch lib. 1. c. 3 pag. mihi 115. 116. 117. Ubi narrat, quando? cui? & quanti? quomodoque Ducatus illi ad Poloniam pervenerint?

§. 39.

§. 39.

HOSIBLAVIENSE Territorium ſimiliter.

Hoſiblavienſe Territorium, ac Oppidum ſitum eſſe in Sileſia, ocularis inſpectio, qua nulla major in jure cenſetur probatio, abunde oſtendit. Sed quod ab ea Præſules Olomucenſes, quaſi ad ſe nihil pertineret graviſſimum illud Jehovæ dictum: *Ne move to terminum proximi, quem determinaverint priſci*, avullerunt. Quibus Anteceſſorum ſuorum veſtigiis inſiſtens Stanislaus Pawlowsky, cum Dynaſtiam *Fridecenſem* Bartholomæo de VVirben venderet, *Mülcavium* oppidum cum villis aliquot, piſcinis & ſylvis ſibi reſervavit, atque ex eo tempore cum Hochwaldenſi ditione conjunctum Moravici juris facere modis omnibus & ipſe conatus fuit: Principibus atque Ordinibus Sileſiæ graviter ea de re, ſed fruſtra adhuc, ſubinde conqueſtis.

Videantur Gravamina & Querelæ Principum & Statuum Sileſiæ.

§. 40.

Nec minus Territorium LEBUSIENSE.

Ad Sileſiam olim pertinuiſſe Lebuſienſe quoque Territorium creditur, quod Boleslaus Calvus, Henrici Pii Ducis Sileſiæ Filius, bellorum anguſtiis adactus cum aliis patrimonii ſui locis Joanni & Othoni Marchionibus Brandenburgicis, atteſtante id in Chronico Saxoniæ Davide Chytræo, ſive pignoris, ſive venditionis jure contulit circa annum Chriſti M CC LX.

ab eoque tempore in Marchionum tutela Lebuſienſis Epiſcopia manſit.

§. 41.

Caſtrum GROSBURG quo ſpectet?

Spectat eo Caſtrum Borck der Halt Groß-Burg/ in media Sileſia ſitum, ſed ab Henrico Barbato Sileſiæ Duce anno ſalutis CIↃ CC XXXIV Epiſcopo Lebuſienſi ſui adhuc tunc dominii & juris donatum. Quam ob cauſſam poſſeſſores ejus Patrum memoria, tam quoad leges Sileſiæ, quam quoad contributiones, ſe voluerunt eximere. Cum enim controverſia de Caſtro illo incidiſſet, utrum nimirum illud ſubjectum eſſet legibus Saxonicis, & iis, quæ in Sileſia receptæ ſunt? an vero Legibus Marchicis uti deberet? priorem quidem ſententiam Jacobus Thomingius, ut videre eſt ex Deciſionum ejus publicatarum prima & quadrageſima, propugnavit: juxta quam & pronunciatum fuit: & quæ hodieque obtinet. Poſteriorem vero operoſe defendere conatus Ludolph Schraderus, nominatim ſuper hoc negotio edito conſilio, quod inter reſponſa ejus typis expreſſa legitur. Eodem autem modo a contributionibus Sileſiacis quoque immunitatem ſibi arrogarunt: ſed conatu irrito: repulſam quippe eo nomine paſſi; uti apparet ex Decreto Principum & Statuum Sileſiæ CIↃ IↃ LXXIIX.

§. 42.

§. 42.

An GLACIUM fuerit pars Silesiæ?

Sed & Glacium, sive Cladsium primariam ejus oræ urbem ac propugnaculum munitissimum cum adjacenti Territorio, quod totum fere in Silesiam ultra montes Bojemiæ, cui hodie adscribitur, prominet, quondam inter Silesiaca Oppida numeratum fuisse, non levia habentur indicia: & id ipsum testatur Rerum Bojemicarum scriptor Joannes Dubravius, Episcopus Olomucensis, lib. octavo. Neque multum *adeo temporis* effluxit, qvum Glacenses ipsi Silesii, quam Bojemi, mallent indigitari; quos inter velut Antesignanus quidam mathematicus passim locorum celebris David Origanus, qui, quamvis Glacii natus, tamen Silesium sese, quoad vixit, professus fuit; An causa satis justa, ævi præsertim nostri considerato statu, pæne addubito. Illud sane constat, cum Cladscana provincia in confinio quasi Bojemorum ac Polonorum sita esset, nunc in istorum, nunc in illorum manibus fuisse: sed eo tandem exitu, ut dominio Bojemorum prævalente Joannes Rex circa annum Christi CIↃCCCXXII regno eam Bojemiæ in perpetuum conjunxerit. Sed qui tamen quinquennio post haud eo minus ex pacto Henrico VI VVratislavienſi Duci, eoque e vivis sublato Boleslao Monsterbergensium Duci usumfructum illius ad vitæ dies concessit. Ardentibus postea Hussiticis motibus in posses-

ſionem Georgii Podiebradii Dynaſtæ, poſtea Regis, venit: qui Comitatus titulo inſignitum ad poſteros ſuos tranſmiſit. Ii vero cum Sileſiæ quoque Principes, atque in Ducatibus Monſterbergenſi, atque Olſnicenſi, rerum potirentur: factum indubie ea occaſione fuit, ut Comitatus ille Sileſiaci Juris eſſe vulgo crederetur; (a) ſed quem illi ipſi Principes non alio quam Bojemico jure tenuerunt, eumdemque pari jure Ulrico Comiti Hardeccio venditionis titulo reſignarunt. Ex Hardecciorum manu Johanni Birnſteimio Baroni conceſſus; ab hoc autem Arneſto Archi Epiſcopo Salisburgenſi, DuciqueBavariæ oppignoratus fuit. Quo defuncto cum Bavariæ Dux Albertus ſucceſſionem adfectaret, poſt longas deliberationes ea tandem litis dirimendæ inventa eſt ratio, ut ex ære Ordinum collatitio Comitatus onere peregrini æris liberatus Regum uſibus publico Ordinum decreto adſignaretur.

(a) Conſulatur Goldaſtus de Jur. Boh. l. 1 c 15, ubi poſt nonnulla alia: *In Comitiis tamen*, inquit, *Norimbergæ anno 1431 a Sigiſmundo Imperatore habitis, Comitatus Glacenſis fuit Sileſiæ conjunctus, & in matriculæ ſub contributione Sileſiaca comprehenſus.*

§. 43.

LUSATIA pars Sileſiæ num fuerit?

Albertus Crantzius in procœmio Saxoniæ partem Sleſiæ Luſatiam eſſe ſcribit: ſed vulgi ſermonibus deceptus; quem ſeqvutus quoque Pancratius Vulturinus Eremita panegyrico Sileſiæ, quem anno Chriſti CIↃ IↃ VI, cum Bataviæ ſtudiorum cauſa ageret, in-

ter

ter urbes Sleſiacas Gorlicii & Sittaviæ meminit his verſibus:

Gorlica quis lacero diffudit viſcera Marte?
Sittica quis minuit? quibus eſt fortisſima belli
Virtus, invadens adverſas impete turmas.
Urbes quis reliquas potuit devincere terror?

Eidem errori ſuffragatos etiàm eruditos, & e mediâ Luſatia oriundos, atque in his Michaëlem Neandrum Soravienſem, & Adamum Schrötterum Sittavienſem, quorum uterque Sileſios ſe appellarunt; ac alter quoque *Gorlicium* Sileſiæ urbem facit in præfatione Tryphiodori ſui, quem Senatui Gorlicenſi dedicavit, Chriſtophorus Manlius haud immerito miratur. Neque adeo non dignus reprehenſione videri poteſt Daniel Rappoldus JCtus, dum in hiſtoria ſua de Ducatu Sileſiæ eos reprehendit, qui Sileſiæ fines ad Luſatiam ponunt, totam hanc cum illa cenſens includendam: quod Auctores vetera Quadorum regna, hoc eſt, Sileſiorum, eo usque, aut amplius extendant. Eadem enim ratione Auſtriam pæne omnem, & multas alias regiones, quas olim tenuerunt Quadi, Sileſiæ quis conjunxerit. Nulla certè alia Sileſiis cum Luſatiis niſi viciniæ, ac per tria quaſi ſæcula fœderis quoque, ac mutuæ reciprocationis cum Regno Bojemiæ, ſapientiſſime olim conſtitutæ, tanti temporis præſcriptione roboratæ, & a tot Regibus confirmatæ, ſed bello Civili, cujus necdum apparet finis, diſſolutæ, jura in-

terceſſerunt; nec ob id Sileſiæ pars Luſatia cenſenda, quod nonnulli Sileſiæ Duces, vel totam, vel ejus partem tenuiſſe legantur. (a)

(a) Curioſus Sileſius in Animadverſionibus ſuis pag. 13 certum eſſe judicat, quod Sileſia occidentem verſus intra utramque Luſatiam protracta fuerit, cum Boleslaus Henrici Pii filius & Gorlicium, & Sittaviam poſſederit; ſed nos Henelio ſuffragari malumus, nec ob id, quod vel dictus Boleslaus, vel alii nonnulli Sileſiæ Duces urbes illas tenuerint, easdem Sileſiæ partem fuiſſe cenſemus: alias enim & hodie concedere cogeremur, Ducatum verbi gratia Croſnenſem non Sileſiæ, ſed Marchiæ Brandenburgicæ eſſe partem. Notum utique fuit Henelio, Luſatiam jam anno 929 ab Henrico I Imperatore contra Slavos, Germaniam tunc temporis continuis excurſionibus infeſtantes, peculiarem Marchiam, id eſt, limitem (idem enim ſonant Limes & Marchia) fuiſſe conſtitutam: qui Marchionatus, tam inferior, quam ſuperior jam ſub initium decimi quarti poſt Chriſtum natum ſeculi corpori Regni Bohemiæ fuit inſertus; & quamvis anno 1469 in poteſtatem Matthiæ Corvini Regis Hungariæ armorum jure pervenerit, anno tamen 1490 ad Bohemiam rediit, cum qua deinceps conſtanter permanſit conjuncta, donec anno 1635, 30 Martii, dum Pax Pragenſis concluſa fuit, Auguſtiſſimus Imp. & Boh. Rex Ferdinandus II Sereniſſimo Electori Saxonico Johanni Georgio I ob fidelem, ſtrenuamque in Bohemicis motibus navatam operam ſumptusque in illud bellum expenſos, utramque Marchiam hæreditario quidem Jure, attamen per modum Feudi, poſſidendam cederet, & anno 1637 Gorlicii traderet.

(o)

CAPUT

CAPUT III.

SILESIÆ UBERTAS qua fructuum terra naſcentium, qua MINERALIUM.

SUMMARIUM

Autoris:

§. 1. Sileſia licet *frigidiuſcula, tamen abunde* FERTILIS.

§. 2. *Frugum* CEREALIUM *copia.*

§. 3. SOLI BONITAS *in diverſis locis diverſa.*

§. 4. TRITICUM *duplex:* HYBERNUM & ÆSTIVUM.

§. 5. *Ad* TRITICI SATIONEM *quomodo parandi agri?*

§. 6. SECALE HYBERNUM *aliud, & aliud* ÆSTIVUM.

§. 7. HORDEUM *item* HYEMALE, & TRIMESTRE, *ejuſdemq;* SATIO.

§. 8. HORDEUM *rurſus aliud duorum; aliud ſex verſuum: aliud ab* ORYZA *cognominatum.*

§. 9. AVENÆ SATIO, & USUS, *& cur agros exhauriat?*

§. 10. FAGOPYRUM (Heyde-Korn) *unde ſic dictum? ubi ſerendum? & quando in horreo condendũ?*

Scholiaſtæ:

§. 1. *Etiam in præruptis montibus hodie colitur.*

§. 2. *Fabri Poëta de hac re verſus.*

§. 3. SOLI *Bonitas qua ratione probanda?*

§. 4. *Quis ſimus pro* TRITICO? *quis pro aliis frugibus adhibendus?*

§. 5. *Quomodo ſiligo vitanda?* Und was das Schleſiſche Sämet-Gewächſe ſey?

§. 6. *Horna ſiligo ubi? & quando ſerenda?*

§. 7. *De* HORDEI *ſatione plura.*

§. 8. *Hordeaceus panis, & ptiſana hordeacea Podagricis commendantur.*

§. 9. *Avenæ varietas.*

§. 10. *Plura de Fagopyro.*

§. 11. MI-

§. 11. MILIUM ubi? quando? & quomodo SERENDUM?

§. 11. Plura de milio seminando & ejus pluvia.

§. 12. PISORUM & RAPARUM SATIO.

§. 12. Pisorum varietas.

§. 13. FABARUM, VICIORUM, & præsertim BRASSICÆ CAPITATÆ usus & conservatio.

§. 13. Brassica capitata plantatio, & Manna seminatio.

§. 14. PRATORUM utilitas.

§. 14. Prata qua ratione conservanda & seminanda?

§. 15. SYLVARUM usus; conservatio bono publico necessaria.

§. 15. Ligna quando cædenda? sylva cædua quomodo custodienda?

§. 16. ARBORUM variarum usus varius.

§. 16. Carmen Hochbergianum de vario ligni usu.

§. 17. QUERCUS quos fructus, quidq; præsagii ipsarum GALLÆ habeant?

§. 17. Plura de usu quercus.

§. 18. ALNUS an sub aqua lapidescat?

§. 18. Alni usus, & ejus foliorum contra pulices.

§. 19. LARIX ubi crescat? an igne consumatur? & ex ea nascentis fungi, & effluentis resinæ vis medica.

§. 19.

§. 20. FRAXINUS Cantharidum Nidus: & AUCUPARIÆ (der Ebresche) BACCÆ pesti adversantes.

§. 20. Fraxini foliorum usus, & ejus antipathia cum serpentibus.

§. 21. TILIÆ opacitas, BUXI labor, JUNIPERI bacca commendantur.

§. 21. Tiliarum sexus, & corticis usus.

§. 22. De SALICE.

§. 22. Salicis etymon & usus.

§. 23. POMI, PYRI, PRUNI sylvestres qua ratione mites & feraces fiant?

§. 23. Fabri versus de insitione arborum externarum.

§. 24. HORTORUM frequentia, fertilitas, & varietas.

§. 24. Horti nonnulli Silesitici recensentur.

§. 25. AR-

§. 25. *ARBOREORUM FRUCTUUM diverſitas & multitudo.*

§. 25.

§. 26. *MORUS cur Plinio arbor ſapientiſſima.*

§. 26. *MORI plantatio in Sileſia exoptatur.*

§. 27. *COTONEA, ARMENICA, CITREA, AUREA, GRANATA MALA, & UVULÆ S. Joannis, SPINÆ & CHRISTI.*

§. 27. *Cydoneorum etymon &c. & uſus apud ſponſas Ethnicas.*

§. 28. *LEGUMINUM hortenſium varietas, & PETROSELINI virtus.*

§. 28. *Plura de Leguminibus, & plantis hortenſibus, præſertim de Braſſica, Paſtinaca, Cinaris, &c.*

§. 29. *FLORUM Copia.*

§. 29. *Carmen Hobbergii de Floribus floridum.*

§. 30. *PLANTARUM, HERBARUM, & RADICUM virtus medica.*

§. 30. *Fungos pauperibus, boletos dominis apponit Frid. Luca.*

§. 31. *LINI neceſſitas, laus, & magnus in Sileſia cultus.*

§. 31. *De Lino plura politica & œconomica.*

§. 32. *RUBIÆ quæ utilitas? & quid COCCUS BAPTICUS?*

§. 32. *Rubiæ plantatio: & ubi Sorratula Tinctoria* Scharten-kraut?

§. 33. *ACORUS quando hic plantari cœperit?*

§. 33.

§. 34. *CROCUS etiam creſcit in Sileſia.*

§. 34. *Croci culturam & uſum ſcire volens ad Tractatum de eo ſcriptum D ab Hertod dirigitur.*

§. 35. *LUPULI cura & neceſſitas.*

§. 35. *Lupulus ubi? & qua ratione optime colatur?*

§. 36. *VINEÆ Sileſiæ, ac præcipue CROSNENSES & BETHANIENSES.*

§. 36. *Vinum Carlatenſe, Grünbergenſe, Croſnenſe commendatur, præſertim podagricis.*

§. 37. *AURI- & ARGENTIFODINÆ & ſtudii METALLICI Requiſita.*

§. 37. *METALLORUM geneſis.*

§. 38. *AURIFODINÆ ubi fuerint?*

§. 39. *AURUM Sileſiæ auro Pannonico non deterius: ubi purum putum inventum?*

§. 40. *Qui FLUVII AURIFERI? & unde AURUM illud?*

§. 41. *Fabula de DENTE AUREO Pueri Sileſitici.*

§. 42. *Ubi ARGENTUM? ubi CUPRUM? STANNUM? PLUMBUM?*

§. 43. *Ubi officinæ FERRARIÆ? quid de illis Viri docti?*

§. 44. *Locorum, ubi ANTIMONIUM, ubi VITRIOLUM, ubi SULPHUR invenitur, enumeratio.*

§. 45. *SAL Sileſiæ adventitium: ejusq; coctio in* Neuſaltz.

§. 46. *HALONITRUM ubi? & cujus uſus?*

§. 47. *LATOMIÆ ubi? & quales? & ubi MARMORA cædantur?*

§. 48. *CALX, COTES, LITANTHRACUM ubi?*

§. 49. *TERRA SIGILLATA a quo reperta? unde nomen? & quam virtutem habeat medicã? Alia ſubrubra, alia candida.*

§. 50. *Quæ GEMMÆ? & cujus æſtimationis inveniantur? VITRI officinæ quales? SUCCINUM ubi?*

§. 51. *URNÆ MORTUALES, in variis locis effoſſæ, ubi oſtendantur?*

§. 38. *Plurima de auro, ejusq; fodinis, præſertim Goldbergenſibus.*

§. 39. *Auri vegetabilitas.*

§. 40. *Plura de hac materia: & epiſtola von Goldtragenden Kühen.*

§. 41.

§. 42. *Plura de his, & ſtatu hodierno Rei metallicæ referuntur.*

§. 43. *Quid ſit ferri ſquama? ſcobs? ſcoria? rubigo?*

§. 44. *Antimonii uſus medicus.*

§. 45. *Salſula in pago* Saltzbrunn.

§. 46. *Ejus vis medica.*

§. 47. *De hac re plura: præſertim pyrita globularis fluviatilis Koppenſis deſcriptio.*

§. 48. *Idem proſequitur Scholiaſtes.*

§. 49. *De Terra ſigillata, ejusq; virtute medica plura ſciturientes ad Colerum remittitur.*

§. 50. *De Magnete in montibus Sudetis. Vitrum Sileſia hodie non cedit Bohemico.*

§. 51. *Fuſior de his urnis diſcurſus.*

Scholia-

Scholiastæ ad Lectorem Præfatio:

POſtquam ex Henelio *VETERES INCOLAS: NOMEN & ETYMON, SITUM, POPULOSQUE FINITIMOS: LIMITES, & PARTITIONES Sileſiæ conſideravimus; ad HISTORIAM NATURALEM, quam tribus ſequentibus tractat capitibus, cum illo digrediemur: In qua tamen, quæ annotemus, pauca habebimus, niſi rem actam agere oluerimus; cum omnia, quæ vel materia de FRUGIBUS CEREALIBUS, vel diſcurſui de PRATORUM utilitate, HORTORUM amœnitate, ARBORUM varietate, SYLVARUMQUE conſervatione, vel SCRUTATIONI METALLORUM, atque aliarum intra terram noſtram latentium, creſcentiumque divitiarum, vel deſcriptioni ANIMALIUM, tam Quadrupedum, quam Volatilium, tam ferorum, quam domeſticorum, vel enumerationi FLUVIORUM, diverſorumque PISCIUM &c. ſuperaddi poſſunt, jam paſſim in libris GEORGICIS, BUCOLICIS, PROBATICIS, ORNITHO-HIPPO-XYLO-TROPHICIS, HERBARIIS, HALIEVTICIS, aliisq; OECONOMICIS (quales ſunt HERESBACHII, SCHWENCKFELDII, COLERI, HOHBERGII, FISCHERI, Danielis LIBERTI libri, nec non Autoris cujusdam Sileſitici kurtzabgefaſtes Schleſiſches Wirthſchaffts-Buch) ante biennium typo datum, tam charis, gratisque patriæ œconomis, ut centies deſcriberetur in Sileſia, antequam typis vulgaretur) fuſe ſcripta habeantur, multorumque Sileſiorum manibus terantur. Adde, quod eadem hic a noſtro tam exacte & prolixe tractentur, ut per multa Scholia longius protrahere ſupervacaneum nobis viſum fuerit.*

Nonnulla tamen GEORGICA ex dictis Autoribus excerpta pro Lectoris delectatione, & œconomorum novitiorum, aut diſcentium (e quorum numero noſmetipſos eſſe fatemur) utilitate interjiciemus. Quod quidem, cum ad HISTORIAM pertinere non videatur, non faceremus, niſi ſimilibus GEORGICIS, BUCOLICIS, &c. aliisque OECONOMICIS naturalem hanc Hiſtoriam & ipſe HENELIUS noſter condiviſſet.

§. 1.

Sileſia licet frigidiuſcula, tamen abunde FERTILIS.

QUemadmodum Sileſia noſtra ſeptemtrionem verſus ſita, ob idque frigidiuſcula eſt, ita vetuſtiſſimis temporibus minus culta, ſed ſylvis horrida pleraque fuit. Quod ipſum tamen non tam ab inclementia cœli, vel ſterilitate ſoli, quam ætatis injuria, & incolarum, arma magis quam aratra tractantium incuria, factum fuiſſe crediderim: neque enim natura tam novercali odio ſeptemtrionis Regiones proſecuta eſt, ut non heic quoque dotes ſuas exſereret, easque & ſingulari, & plena manu. Cujus rei luculentum exemplum noſtra præbet Sileſia; ex quo nimirum, cum jam habitatoribus frequentior facta eſſet, pacisque benignior aura adſpiraſſet, ſylvæ illæ condenſæ paulatim rareſcere cœperunt, ipſaque adeo maxime terra humano cultu, & improba induſtria, præterquam qua aut montibus nimium attollitur, (*a*) aut aſperatur ſaltubus, ſic emendari, ut paucarum rerum ad uſum vitæ pertinentium, ac neceſſariarum indiga, multis ad ornatum & voluptatem, DEI pietate indulgentiſſima, abundet.

(*a*) Immo videas hodie in ipſis etiam, præſertim Jarovienſibus & Swidnicenſibus arduis, atque præruptis montibus fluctuare ſegetes, quas impiger incolarum labor, pinetis prius aut radicitus exuſtis, aut alia ratione erutis, & lapidibus in acervos congeſtis, magis ſuſpendiſſe videtur, quam ſeviſſe, aut ſparſiſſe.

§. 2.

§. 2.

FRUGUM CEREALIUM Copia.

Fruges ſane cereales (ſed quæ non tamen a CERERE, ut Poëtæ fingunt, repertæ & excultæ, ſed ab ipſo totius Univerſi CREATORE in ipſo mundi exordio prolatæ, ſubinde gignente eas, & uſibus affatim ſubminiſtrante tellure, læto præcipuis orbis regionibus proventu) omne genus tanta hodie copia, (*a*) quanta cum ſibi ſatis, tum in exteros haud raro, ac montanos præſertim tranſmittitur, effundit: niſi forte vis aliqua major, puta, tempeſtatis, grandinis, ventorum, immoderatarum nivium, aut pluviarum interceſſerit, aliave calamitas contigerit, quæ ſegetem vel adhuc humo conditam, vel herbeſcentem, vel jam flavam, vel denique horreo compoſitam corrumpat. Quin immo aliquando DEO ſic benedicente tam bona fide, tantoque cum fœnore tellus depoſitum reddit, ut, quo recondantur fruges lectiſſimæ, locus non ſuperſit ſub tectis, ſed ſub dio in metas, mergitesque enormes hinc inde ſint per areas, agrosque accumulandæ. Id quod noſtra ætate plus vice ſimplici contigiſſe meminimus.

(*a*) Cum his duobus paragraphis conveniunt verſus Fabri noſtri ſequentes:

Pauci etenim fluxere anni, quum dura, rigensque
Sleſia ſqualleret, nullas produceret uvas,
Et tenues meteret cultor deluſus ariſtas
Sæpius, atque avidum infelix tritura colonum
Falleret, externos necdum pomaria ſuccos

Induerant, vix maturos vernacula fructus,
Exacto autumno menſis ſua mala ſecundis
Robora præbuerant, ſic & ſylveſtria pruna
Feſtinata gelu, & crepitanti præcoqua torre
Condimenta dabant, priſciſque obſonia menſis.
Nunc aliud cœlum, verna jam mitior aura
Temperies, ſive id cedat vertentibus annis,
Seu rapidi, ut perhibent, poſt multa volumina cœli
Vertatur rerum facies, ſive impiger uſu
Mortales acuat labor, & ſolertia vincat
Naturam eluctans, terramque emendet inertem.
Jamque adeo noſtris externus montibus Evan
Luxuriat: tollitque alio peregrina racemis
Cornua traductis, ſcrobibuſque educit alumnam
Diffuſis ſobolem: Cereris *vix munera meſſor*
Falce premit gravida, & dives tritura colonos
Exhilarat: pecori tellus uberrima paſtum
Diti Canicio præbet: tinctoribus horti
Sufficiunt patrii rubeam, nuperque repertum
Collibus in noſtris opere hunc ſpiſſatur alumen.

§. 3.

SOLI BONITAS in diverſis locis diverſa.

SOLI tamen BONITAS haud ubique eadem; (*a*) ſicuti ne Palæſtina quidem, quam DEUS terram melle & lacte fluentem nominat, omnibus in locis pari ubertate fuit: & in ipſa adeo Italia, quæ totius orbis delicium audit, cui laudibus certare valeant

- - - - nec Bactra, nec Indi
Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis:
Sed neq; Medorum ſylvæ, ditiſſima terra,
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hæmus:

Aliis

Aliis quam aliis locis major eſt fertilitas; In univerſum quidem ſiniſtra Viadri ripa, quam dextra, longe fœcundior eſt: cum in hac terra reperiatur ſabuloſior ac frigidior, maturius ob id excolenda. Eaque ipſa cauſſa eſſe videtur, quod prædia Trans-Oderana minori æſtimentur pretio, quam Cis-Oderana.

Commendantur præ aliis Soli lætitiâ agri Wratislavienſes, Strelenſes, & Leobſchitzenſes, ac vicini, (*b*) in quibus adeo frumenta cum ſexto, ſeptimo, *octavo*, decimo etiam reſpondere compertum eſt. *Addit* Curæus Glogovienſes: qui ſi ſuburbicarios, *Oderæve* (a quo glebis quaſi vis vitalis infunditur) propinquos intelligit, nemo erit, opinor, qui ipſi adverſabitur.

(*a*) *Agri bonitatem* hoc modo probant aliqui: foſſam effodiunt quadratam quatuor ſpitamas latam, & profundam: & rurſus eadem terra, quæ eſt ejecta, impleat foſſam conculcando mediocriter: ſi tota terra intret, eſt ſignum mali agri; ſi ſupereſt, boni ſignum. R. P. Fiſcher in œconomia Rurali Tract. 1. P. 1. cap. 4 ſcribit, glebæ bonitatem cognoſci Primo *Tactu*, ſi aqua conſperſa, digitisque ſubacta, glutinoſa eſt, & illiſa humo non diſſipatur. Secundo *guſtu*, ſi fictili vaſi ingeſta, & dulci aqua permixta, colataque, ſapore ſoli qualitatem indicabit, & faciet indicium, judiciumque manifeſtum.

Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix, ea nec manſueſcit aratro.

Tertio *viſu*, nigra & rara optima frumentis, quia facile imbres recipit in gremium profundum, atque humorem ad alendum fruges diutius conſervat. Autor des Schleſiſchen Wirthſchafts-Buches requirit, ut hæc nigra terra ſimul limoſa ſit, qualem in Strelenſi, Leobſchitzenſi, Ratiborienſi, & in multis aliis locis inveniri dicit.

Daniel Liberti in ſeiner Wirthſchaffts-Kunſt anno ſuperiore edita nigram putat apuſſimam, in qua omnes ferme creſcant fruges Cereales. hoc tamen

tamen incommodi habet, quod cito vel nimium humectetur a pluviis, vel nimium ſiccetur a ſole, vel nimium induretur a ventis, quemadmodum non procul Wratislavia in nigro milliari auff der ſchwartzen Meyle/ verſus Suidnicium, habemus experientiam. Griſei vero atque ſubfulvi coloris terram (die graue Erde/ ſo ein wenig falblicht ausſiehet) dicit idem autor optimam ad omne genus frumenti: eo quod mundum ſine zizaniis proveniat, ager frequentiore lætamine non egeat, faciliorique labore paretur, &c. R. Patri Tylkowskio in Phyſica Curioſa tamen color terræ bonitatis index non ſat fidelis eſt, Bona illi videtur, quæ inſtar picis conglutinatur, in qua creſcit carduus, trifolium, prunus.

Quarto (inquit ſupra citatus Fiſcherus) *odore*, quando deciduis pluviis ſuavem reddit odorem, & olfactum recreat. Vide de his indiciis tam hunc Fiſcherum, quam illum Liberti, præcipue tamen autorem des Schleſiſchen Wirthſchaffts-Buches/ plura differentes.

Fiſchero porro Tract. 4 de œcon. ſuburbana parte 1. c. 1 terra bona eſt, ſi ſub aratura corvi, cornices, ſturni, aliæque improbæ alites Colonum comitantur; cum vermes in pinguiſſima, non autem in vili generentur.

(*b*) Pro tritico optimi cenſentur agri Strelenſes, & Francoſteinenſes; ubi obſervatum, quod unus modius decem quandoque ferat.

Cato agrum optimum indicat ad radicem montis planitie ad meridiem excurrente, qualis eſt totus Italiæ ſitus. In frigidis & ſeptemtrionalibus regionibus convenit oppoſitum agrum orienti, & meridianæ plagæ, ita ne alicujus magni montis objectum his duabus cœli regionibus excluſis algore rigeſcat. In calidis pars potius ſeptemtrionis optanda, quæ & utilitati & voluptati, & ſaluti pari bonitate reſpondeat. Ingenium denique cujusque terræ indagandum eſt, quod citius quam homines agnoſces: nam terra culta non mentietur, ſed facilem ſe omnibus præbet. In aliena terra cognoſcenda Iſchomachus Xenophonticus præcipit, ut fructus & arbores illius terræ contempleris, neque colere contra cœli naturam contendas, niſi prorſus operas ludere, & θεομαχεῖν velis.

§. 4.

TRITICUM duplex, HYBERNUM & ÆSTIVUM.

Frugum porro Cerealium ſpecies, quæ uſitate colun-

coluntur in Silesia, potissimæ sunt TRITICUM, SECALE, HORDEUM, AVENA, FAGOPYRUM, MILIUM, & PISA. Et Triticum quidem vel ob id primo mihi loco nominatum, quod omnium ut nobilissimum, sic &, si terram nactum bonam cultura sua minime destituatur, fertilissimum: alendis adhuc & recreandis hominibus, sive cibum sive potum spectes, commodissimum: primam semper inter fruges obtinuerit auctoritatem. *Ejus vero* genera duo sunt, *hybernum*, & *æstivum*. *Hybernum* iterum duplex: unum quod a gluma hirta hirtum vocant: alterum vulgare, quod glabram habet glumam, rauher und glatter Weitz. Utriusque usus agricolis frequens. Hirtum, tamen sunt, qui vulgari præferant, quod quia spicam habet multis aristis vallatam, minus sit & rubigini, & passerum injuriæ obnoxium; & grana folliculis, seu glumis tenacissime adhærentia, æstivis caloribus persiccata, non tam facile excidant. Illud autem in hirto incommodi: quod & breviorem ferme culmum habet, quam vulgare, & majori labore extunditur. Æstivi seu trimestris tritici usus minus frequens: cum granum ejus, ut trimestrium fere omnium, minus robustum, siccaque æstate valde rubigini obnoxium, minorem fere, quam hordeum, reditum præbeat.

Hyberni satio mense ut plurimum Septembri, aut Octobris initio perficitur: quo videlicet prius emer-

gant grana, & radices convaleſcant frumentorum, quam hybernis imbribus aut gelicidiis, quæ & mature hic incipiunt, & tarde admodum deficiunt, pruiniſve infeſtentur. Quatuordecim diebus ante feſtum D. Michaëlis, ac totidem poſt illud, ſementis creditur optima. Et ſane quo maturius ſementis peragitur, (ſi modo conditio & natura ſoli id patiatur) eo copioſiorem ſequi meſſem, uſu & experientia eſt compertum: nec ignotum illud enunciatum ruſticum: ſementem feſtinatam ſæpe nos ſolere decipere; ſerotinam autem plerumque malam eſſe & damnoſam. Sic autem ſervant prudentes agricolæ, ut Triticum luna creſcente, quoad ejus fieri poteſt, ſerant; quippe cum ſilente luna ſolum minus reſpondere experientia conſtet. Serendum vero agro non niſi ſtercorato, qualem tamen intelligimus eum quoque, qui intra proximum triennium lætamen acceperit; huic enim triticum recte committitur. Aliquando tamen, ſi pingue & lætum ſolum ſit, etiam in ſexennali fimo, præſertim vero in paluſtri cœno ſatis feliciter provenit. Dubium namque non eſt, quin cœnum hujusmodi e paludibus & piſcinis exhauſtum agros quam diutiſſime fertiles conſervet. (a)

(a) Tylkowskio pro agris omnium avium fimus utilis, excepto anſerino, & aliarum aquaticarum. Optimus columbinus pro terra alias infructuoſa, quia calidiſſimus; prius tamen eſt exurendum gramen. Humanus purgat agrum ab omni mala herba. Hunc ſequitur ovillus, bubulus, poſt omnes eſt uti peſſimus porcinus.

Liberti fimum ovillum, & equinum ad agros humidos, vaccinum ad ſiccos vehendum eſſe judicat.

Der

Der Autor des Schleſiſchen Wirthſchafft-Buches will mit dem Miſt vom Rind-Vieh/ſo etwas ſchwächer/und nicht ſo fett als der Schaf-Miſt/ die Korn- und Gerſten-Aecker/ mit dem Schaf-Miſt/ als mit dem allerbeſten/ die Weitzen- Lein- Hanff- Kraut- und Rüben-Aecker gedinget haben. Den Schwein-Miſt/ ſo ſehr hitzig/ meynet er dem Hopffen am beauemſten/ wie auch den Tätz-Gärten dienlich zu ſeyn. Der Roß-Miſt/ ſo ſehr brennet/ will er alleine nicht brauchen/ ſondern unter Küh-Miſt vermengen/ und auff niedrige Aecker führen. Pater Fiſcherus tamen in œcon. rurali Tract. 1. P. 1. c. 26 pro tritico fimum ovillum & equinum judicat non eſſe adhibendum, quia uterque calidioris naturæ, ſuccedente ſolis ferventioris æſtu, granum facile exurit. Den Schlamm/ ſo man aus den Teichen und Gruben haben kan/ ſoll im alten Monden ausgeworffen werden/ iſt allein dem Getreide dienlich/ doch daß er ein gantzes Jahr über einen Hauffen gefaulet habe. Die Scharr-Erde von den Gaſſen/ iſt gut die Bäume damit zu tingen. Der Luhe von Gärbern/ ſo ſie nicht mehr brauchen/ dienet den Aeckern/ mehr aber die Haare/ ſo ſie von Fellen abſchaben. Lætatio fiat vento ab occaſu æquinoctiali favente, & Luna decreſcente; ſic enim multum fœcundat. Non ſit lætatio nimis copioſa, ne agros exurat. Si fimus ſub illo vento vehatur, ſub quo illo anno prima vice tonuit, non evitabuntur herbæ flavum habentes florem; ſi credimus ruricolarum experientiæ, quæ, ſi uſpiam, hic certe fallax eſt.

§. 5.

Ad TRITICI ſationem qualiter parandi agri?

Agrorum ad Tritici ſationem parandorum hæc fere ratio: prima vice proſcinduntur, quod Germani **brachen** vocant, idque menſe Junio. Deinde iterantur, **werden gewendet**/ idque ſulcis rectis, & non tranſverſis: ac fere tunc tantum, cum poſt primam proſciſſionem nova herbarum ſeges enata eſt. Agri enim, qui minus herboſi, iterationem hanc non deſiderant. Poſthac tranſverſis vel obliquis ſulcis ſubiguntur, **müſſen geruhret werden**/ de quo arationis genere ſic jam olim Virgilius:

Et qui proſciſſo, quæ ſuſcitat æquore terga,
Rurſus in obliqvum verſo perrumpit aratro.

Iterare recte appellabis, ſi agri proſciſſi, omiſſa ſecunda illa ſubactione, tranſverſi ſulcentur: ſin autem peracta proſciſſione vomere iterum ſubigantur, tertiare, quod ſtertzen vocant noſtri Coloni, vel ſtürtzen. Inchoatur ea opera exeunte fere Julio; Auguſto menſe, aut Septembris initio perficitur. Tria autem heic ſunt, quæ diligentiores Patresfamilias magnopere obſervant. I. ne ſtatim poſt proſciſſionem hanc operam agris adhibeamus: agri enim proſciſſi tangi non debent, donec herbarum radices ſint evectæ. II. ut alti & frequentes ſulci fiant: ita enim omnes radices herbarum perruptæ necantur, & hæ tamen vomeris tractu æqualiter per agrum diſtribuuntur. Quare frequenter explorare debet agricola, an recte iteretur. Cum jumenta non magno niſu terram ſubigunt, ſignum eſt, ſulcos nimis fieri humiles, in quo tamen ea cautio adhibenda, ne jejunum ſolum nimis alta ſulcatione exc temus. III ut iteratus hoc modo ager diligenter ac frequenter ſulcis occetur, liræque ductæ crate inducta complanentur, daß man die Ruhre bald einäge. Niſi enim hoc fiat, ſulci illi tranſverſi, ſi forte imbres conſequantur, aqua repleti ſolum lutoſum reddunt, & jumenta operis iniquitate maxime mulctant. Ita præparatus ager aliquamdiu quieſcit, donec tempus adveniat Sementis. Antequam autem

ſemen

ſemen ſpargas, agrum denuo aratum ſeu tertiatum eſſe oportet: quam operam noſtri Ruren, vocant. Semen tritici eligendum quam maxime ſiccum. Quod enim in horreum infertur, non bene perſiccatum, ita aliquando concaleſcit, ut germine ſuffocato, neque ſationi, neque cereviſiæ coquendæ ſit idoneum: Suffocationis autem ſignum eſt primùm mucor, cum grani, tum ſtramenti, qui odoratu facile percipitur: deinde color grani ſubrutilus. Tutiſſimum antequam *ſeras, in aliqua* ſeminis parte fruticationis facere periculum, quam bene prodeat, & ſecernere ad ſationem, quod ſicciſſimum in horreum illatum. (*a*) Sparſum jam ſemen crate dentata, ſive ferreis raſtellis inoccatur: poſt colliquiæ ſive ſulci aquarii fiunt: ut uligo omnis extra ſegetes derivetur. In magnis autem & longis ſiccitatibus quidam ſatum triticum inarant (rurn den Saamen mit unter) atque obruunt, deinde inoccant: & reliqua, quæ dixi, opera peragunt; atque ita operta ſemina minus lædi ab avibus aut formicis exiſtimant. Quæ tamen ratio ab aliis improbatur, ſemina nimis alte demerſa ſuffocari atque necari exiſtimantibus. (*b*)

(*a*) Multis melius videtur ſemen, quod eſt de eodem campo. Cavendum, inquit P. Fiſcher, ne ſemen triticeum ſaccis farinaceis imponatur; inde enim germen, accedente humore, inficitur in ſeminatione & certa fuligo generatur. Idem fit (ut conſtat experientia) lumine utroque Sole & Luna horizonte ſimul exiſtente, etiamſi puriſſimum triticum ſeminaveris.

(*b*) Legantur hæc omnia deductius im Schleſiſchen Wirthſchaffts-Buch lib. 1.

Huc quoque referendum, quod Autor der auffgefangenen Briefe in ſeiner 138 Correſpondentz zu leſen giebet:

Von dem Schleſiſchen Semmel-Gewächs.

MEin Herr/ weil ein Menſch/ der vor keinen Albernen palliren will/ nach Salomonis Ausſpruch in Sprüchwörtern am 14 und 15/nicht alles glauben ſoll/ ſo habe ich auch von dem zeithero in gemeiner Rede geſchwebten Schleſiſchen Semmel-Gewächſe weder was gläuben/ noch weniger/ ob zwar darum von denſelben erſuchet worden/ als was gewiſſes überſchreiben wollen; nachdem aber dieſe Tage davon ein eigen Tractätlein/ ſo M. Georg Gottlob Pitzſchmann / Pfarrer zu Siegersdorff am Queiß/ unterm dato den 28 April. 1700 an Tag gegeben/ und in 8vo drucken laſſen/ mir zu handen kommen/ darinnen dieſes Wunder GOttes und der Natur Phyſicaliſch und Theologiſch unterſuchet worden/ ſo habe nicht ferner anſtehen wollen/ deſſen Curioſität damit zu contentiren. Im Jauriſchen Fürſtenthum in Schleſien / und im Weichbilde der Stadt Buntzlaw iſt eine Meile davon ein Dorff/Nahmens Thomaswalde/welches dem Baron von Hacke ſonſt Jhro Röm. Käyſerl. Majeſt. würcklich. Cämmerer der Fürſtenthümer Schweidnitz und Jauer/Landes-Cantzler/und Landes-Aeltiſten mit dem Niedertheile zugehörig; welcher als er im verwichenen Jahre das Zeitliche geſegnet/ hat er ſolches ſein Antheil mit noch andern unterſchiedlichen Dörffern dem Aller-Durchlaucht. Röm. Könige Joſepho I Teſtaments-weiſe vermacht. In dieſem Nieder-Thomas-Waldau nun wohnt ein Gärtner/ Nahmens Martin Widermann/ deſſen Ehe-Weib den 3 Aprill dieſes Jahres ausgekehrt / und/ wie ſie gewohnet/ die Unſauberkeit an einen gewiſſen Ort in Garten ſchütten wollen / da erblickt ſie nicht fern davon ein Gewächſe/ welches oben braun / und wie ein Schwamm ausgeſehen; weil es nun nicht auff einem ſumpffigten / ſondern harten und truckenen Erdreiche/und da es damahl unterſchiedene Zeit ſcharf gefrohren gehabt/auch dergleichen daſelbſt nie gefunden worden/verwundert ſie ſich darüber/ in Meynung aber daß es ein Schwamm/ ſchlägt ſie es um/ nimmt aber/ und beſiehet es/ welches eines quer Fingers ohngefehr über der Erden geſtanden/ und weil ſie es vor keinen bloſſen Schwam̃ halten kan/ weiſt ſie es mehrern Leuten / dieſe ſchauen es mit Erſtaunung an/ und fallen ingemein auff die Gedancken/ daß es einer Semmel gleiche/ welche nicht von dem zärteſt-und weicheſten/ſondern als von mitlerm Weitzen-Mehle gebacken. Daß ſie es aber zerbrochen/ betauret der Autor,

weil

weil es/ wenn es gantz blieben/ zu Unterſuchung ſeiner Beſchaffenheit ein weit mehrers verhelffen können. Der Autor, dem zu unterſchiedenen mahlen ſelbſt etwas davon zukommen/ könne auff ſein Gewiſſen ſchreiben/ daß es damahls gedörret nicht anders/ als wie die Bröckgen von einer gedörreten Semmel obbenannten Mehis/ ausgeſehen. Er habe vom Ober-Theile und Stiele etwas erhalten/ und könn' melden/ daß beydes gleichen Anſehens geweſen; Viel ſo davon gegeſſen/ haben dem Autori mit Warheit berichtet/ auch durch andere melden laſſen/ daß es nicht anders als wie eine Semmel geſchmecket; auch habe ein Schmid ihm auff ſein Gewiſſen ausgeſaget/ daß er in einem Stücke/ſo ihm davon in die Hände kom̃en/ ein recht natürliches Weitzen-Korn gefunden. Es hat der Autor bey dem Bauren/da das Gewächs gefunden worden/fleißige Nachforſchung gehalten/ ob irgend an dem Orte Weitzen geſtanden/ oder ob man den Weitzen über ſolchen Ort in die Scheuren geführet/ oder ſonſt Vermuthung wäre/ daß etwas dahin von dieſem edlen Geſchöpffe dem Weitzen zerſtreuet worden/ der es aber beſtändig verneinet. Dieſes iſt die Hiſtorie ſolches Wunder-Gewächſes/ darüber machet der Autor unterſchiedliche Theologiſche und Phyſicaliſche reflexiones: dann im 2 Cap. handelt er von der allgemeinen Ernehrung des allmächtigen GOttes/ da er vor den Menſchen aus der Erden Brod/ und vor das Vieh Graß wachſen läſſet; da denn in groſſer Hungers-Noth auch die Menſchen mit dem Vieh Futter ſich behelffen/ und Heu/ und andere unnatürliche Dinge eſſen müſſen/ wie in der Belägerung der Stadt Jeruſalem: andere Exempel führet der Autor mehr an. Im 3 Cap. wird gehandelt/ was GOtt über den gewöhnlichen Lauff der Natur zu Erhaltung des Menſchen vielmahls thue/ als da er die Menſchen lange ohne Speiſe erhält/ da er ſie unverſehrt durchs Meer führet/ wie die Kinder Iſrael/ und durchs Feuer/ wie die drey Männer im Feuer-Ofen/ ꝛc. Das 4 Cap. begreifft eine vernunfftmäßige Vermuthung von dieſem Gewächſe/ und da hält es der Autor vor eine Art des von GOttes Allmacht herrührenden Wunder-Brods/ führet auch dabey viel curieſe Dinge an. Im 5 Cap. wird ſothane Meynung mehr ausgeführet. Das 6 Cap. handelt von einer gottſeeligen Vermuthung hiervon/ und ſagt/ daß es viel Böſes nach ſich ziehen dörffte; Weil nun ſolches Tractätlein in einzigen 8 Bogen beſtehet/ und meines Erachtens viel erbauliche Dinge darinnen anzutreffen/ſo vermuthe/es werde mein Herr die Curioſität haben ſolches ſelbſt zu leſen/ wie ich es denn hierbey überſende/ und übrigens verharre ꝛc. Leipzig den 21 Junii 1700.

Fructi-

Fructus iſte, aut maſſa triticea, aut quidquid demum fuerit, in memoriam nobis revocat, quod legimus apud Athenæum lib. 3. c. 26 Deipnoſoph. Ubi Pontianus ex libris Tryphonis Alexandrini Phyticis varia panis recenſet genera, & præcipue Zymiten, Azymon, Semidaliten, Chondriten, Syncomiſton nominat, id eſt, (ut Athenæi Scholiaſtes explicat) fermentatum, fermento carentem, e ſemidalide confectum, ex alica paratum, *nullo furfure a farina ſecreto piſtum.*

Talis certe panis, qualis hic ultimo loco deſcribitur, maſſa illa nobis fuiſſe videtur, nimirum triticum, cum alio forſan vario frumento miſtum, non bene contritum, ſed cujus grana quædam non molita manſerunt integra, in panem quidem compiſtum, ſed incuria fortaſſis cum aliis menſæ micis in illum locum, vel cani, vel feli domeſticæ, vel gallinis, ut fieri ſolet, objectum, ac dein vel pluvia, vel alio humore, aut quacunque demum cauſa alia quoad colorem, odorem, & formam adeo mutatum, ut rerum ignari hinc aliquod portentum fingerent.

§. 6.

SECALE, adoreum nonnullis, aliud hybernum, & æſtivum aliud.

Proximum a tritico, triticeisque ſeminibus locum habet SECALE, adoreum nonnullis dictum, quod & ipſum in hybernum & æſtivum diſtinguitur. Hybernum robuſtius eſt, & vegetius, atque ad panificia utilius, alimentum quippe corpori ſolidum ac firmum præſtans, nec mali ſucci, ſi ex frumento bono, beneque molito, cumprimisque a furfuribus probe purgato panis coctus fuerit. Æſtivum gracilius eſt, paucioribus culmis, ſpica breviore ac tenuiore, granoque breviore, ac minoris adeo ad alendum efficaciæ. Hyberni igitur cura potiſſima, cum præſertim non tam lætum ac pingue, quam Triticum, ſolum requirat; locis quippe etiam aridis, arenoſis, aſperis, & mon-

montosis non infeliciter proveniens. (*a*) Agrorum ad lationem ejus præparandorum eadem fere est ratio, quæ ad tritici sationem obtinuit. (*b*)

(*a*) Horna Siligo in agro modice arenoso bene succedit. Seminationi nocet ventus, qui est inter ortum & meridiem: hic aliquid ad minorem granorum molem conferre creditur.

(*b*) Gaudet locis lætioribus, aprico & solido solo, inquit Heresbachius, - - offenditur humidis, sicut & triticum.

§. 7.

HORDEUM item hiemale & trimestre: ejusdemque satio.

HORDEI genera item apud nos duo: Unum, quod autumno seritur, & frigora facile sustinet, sed requirit solum pingue, non minus, quam triticum. Celeriter matureſcit, & novem plerumque aut decem diebus, antequam secale; haut uberiorem tamen fructum, quam trimestre, ferens. Quæ quidem causa est, quod vulgo rustici ab illius satione abstineant. Alterum trimestre est, quod terram requirit solutam, siccam, & quæ superiore proximo anno stercorata. Serunt autem magna ex parte tardius aliquanto, quam avenam, Aprili jam inclinante; exspectantes nimirum & heic, dum transeant imbres, & a gelu non sit periculum: ac præterea caventes, ne cum avena simul matureſcat, operarum concursus patremfamilias nimis distineat. Vulgus agricolarum observat tempus, quo ranæ sole occidente coaxant, sive, ut Ciceronis verbo utamur, *βητορεύσι*; tepidas

enim noctes portendi putant. Alii exſpectant, dum mala floreant. Agri ad hordei ſationem deſtinati plerumque ante brumam proſcinduntur, cum primum per alias operas id facere licet. Gelicidia enim agrum proſciſſum macerant, & in pulverem reſolvunt. Et quidem agro hunc in modum proſciſſo; ſemen nonnulli vere ineunte, nulla alia opera adhibita, ingerunt, atque inaratum occant, non aliter, quam ſoleant avenam. Alii arvum obliquis ſulcis prius ſubigunt, ſi denſum ſolum ſit: deinde ſemen inſpergunt, atque inaratum crate operiunt. Nonnulli arvum per transverſum iteratum atque occatum iterum ſubigunt, ac dein conſerunt. Verum ſoluto & facili ſolo paucioribus operis hordei ſatio perficitur. (a)

(a) Hordeum non denſe ſerendum, quia parum dabit granorum, ariſtæ erunt vacuæ, aut exiles, & procumbent.

Pro frumentorum æſtivorum ſeminatione non prius arandum, quam nivalis aqua deceſſerit, & terra aruerit, alioqui in fruſta coibit. Hinc Virgilius Georg. I:

Vere novo, gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſolvit,
Depreſſo incipiat jam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer.

Et illuſtris ille noſtri temporis ſcriptor Oeconomicus D. L. B. ab Hohberg, in Georgicis Curioſis in prodromo lib. 7:

At cum Vere Aries tepido de montibus Auſtro
Diſſolvit glaciem, & terræ ſinus omnis apertus;
Nunc age, jungamus mites ad aratra juvencos,
Tempus adeſt vegetas invertere vomere glebas,
Et ſulcos trahere, & committere ſemina fundo,
Hordea cum milio, linumque, papaver, avenamque,
Et lentes, & piſa, fabasque, &c.

§ 8.

§. 8.

HORDEUM rurſus aliud duorum, aliud ſex verſuum: item hordeum ab oryza cognominatum.

Sed & aliæ reperiuntur in hordei genere differentiæ: Eſt enim, cujus ſpicæ binos duntaxat ordines, ſive verſus habent: eſt & alia, quod pluribus, cumprimisque ſenis verſibus conſtat; Aliud item eſt rotundius, minusque, aliud oblongius, majus, ſed in ſpica rarius &c. Quin & hordeum alicubi provenit ab *oryza* cognominatum, oryzam Germanicam non-*nulli* vocant; quæ & præſtantiſſima quidem eſt, ſed non eadem tamen cum oryza illa peregrina: quæ non tantum elegantiorum menſas ſubit diverſis apparata modis, ſed & plebi ſic jam cognita, ut nulla fere celebrentur paulo lautiora convivia, quæ non onerentur oryzæ cibariis. Tametſi vero panis (*a*) hordeaceus inter viliſſima genera habetur, usque adeo, ut Auguſtus Imp. cohortibus, quæ ceſſiſſent loco, ignominiæ cauſa hordeum præberi juſſerit: in Sileſia tamen familiæ ruſticæ & plebeiæ, ſi præſertim hordeo triticum aut ſecale immixtum ſit, ſatis bonum præbet alimentum. De uſu hordei ad ſorbitiunculas, pultes, aliaque opera culinaria, ipſiusque adeo cereviſiæ confectionem, videantur, qui talia ex profeſſo tractant.

(*a*) R. P. Fiſcher hordeaceum panem podagricis peridoneum, & proficuum eſſe judicat, uti & ptiſana hordeacea tantiſper decocta, concuſſa, tenui in cerniculo percolata, ac in cremorem redacta in acutis morbis levamen eſſe ſolet, ac hujus utilitatem ipſe medicorum parens Hippocrates fuſe perſecutus in libro de ratione victus in morb. acut.

§. 9.

AVENÆ ſatio & uſus: & cur agros exhauriat?

Avena proprium & ordinarium eſt equorum pabulum, cujus cauſa quoque ut maxime colitur; ea tamen torrefacta, & craſſiuſcule contrita ad inſtar hordei, quod ubivis locorum ad eam formam teritur, pultem exhibet: qua ut veteres Germaniæ populos pæne ſola victitaſſe tradit Plinius, ita hodieque in culinis qua urbicis, qua ruſticis nihil uſitatius: eſt enim cibus paratu facilis, nec inſalubris. Satio avenæ menſe Aprili optima, cumque producat radices magnas & profundas, ob id frugalius, ac minus ſpiſſe ſeminatur. (*a*) Quæ & cauſa, quod agros exhaurire creditur, (*b*) atque ob id ſolum, quod proximo anno avenam produxit, ſequenti anno non ſeritur.

(*a*) Die beſte Zeit Haber zu ſäen ſoll ſeyn/ wann das Birckē-Laub ausſchläget/ ſonderlich im erſten Viertel/ und daß der Mond nicht zu neu iſt. Auch ſäet man Haber biß zum 9 May. Längſamer iſt nicht gut.

(*b*) Virgilius:

Urit enim lini campum ſeges, urit avena,
Urunt Lethæo perfuſa papavera ſomno. Loco cit.

Des Habers iſt dreyerley: Der erſte etwas rauch/ hat kleine ſchwartze/ ſpitzige Körnlein/ iſt der gewächſichſte in gar ſandichtem und geringem Boden/ ſonſt Bart-Haber genannt. Wird allzeit geringer/ daß man in drey Jahren den Saamen ändern/ und guten weiſſen Saam-Haber zum Ausſäen haben ſoll. Und ſo auch gleich der ſchönſte Haber ausgeſäet wird/ ſo wird doch in drey Jahren in ſolchen Aeckern lauter Bart-Haber von ſich ſelber wachſen. Wird aber Bart-Haber wieder auff gute Aecker geſäet/ ſo wird er von Jahr zu Jahr beſſer/ und in drey Jahren wieder gantz weiß: gleichwohl aber nicht ſo gut und vollkommen/ wie er vor geweſen.

Der

Der andere iſt Frühe-Haber / will einen guten Acker haben / wird zeitlich reiff / und giebt wohl Körner; wird aber hier zu Lande nicht ſonderlich geſäet.

Der dritte gemeine hieſige Haber iſt der allerbeſte / und gewiſſer zum wachſen / denn der andere.

Hieher gehöret auch eine Art Haber / den man Canari-Saamen nennet / hat ſeinen Urſprung aus den Canariſchen Inſuln / von dannen er in Teutſchland kommen iſt: wird in den Gärten gebauet / ſtöſt knottichte Stengel her für / wie die Speltzen / ein jeder hat oben ein rund länglichtes Köpfflein / darinnen der Saamen lieget. Wird den Canari-Vögeln zu freſſen gegeben. Wann dieſer Saamen zerſtoſſen / mit Rocken-Meel vermiſchet / zu Brod gebacken wird / dienet er denen wohl / ſo von Blaſen-Schmertzen / Grieß / Stein- und Nieren-Weh geplaget werden.

§. 10.

FAGOPYRUM, nobis Heyde-Korn / *unde ſic dictum? ubi ſerendum? & quando in horreo condendum?*

FAGOPYRUM pabuli genus, (inquit Adrianus Junius) quod a ſimilitudine, quam cum fagina glande habet, vernacula vocatur **Bockweis** / (noſtrâ **Buchweitze**) quaſi faginum frumentum, meliori ratione, quam ſi etymon vocis referas ad hirci pabulum.

Sileſii **Heydekorn** appellant: idque arenoſis locis (*a*) plerumque commodius reſpondet, quam avena; ſed quod tamen in horreo nonniſi peraridum eſt condendum: nimium enim ſuccum cum retinuit, putreſcit: aliquando etiam cum incaluit, ignem creat ad incendium. Pulticulæ ex eo digeſtu ſunt faciles.

(*a*) Das Heyde-Korn wird gemeiniglich in die ſandichten und geringſten Aecker / da ſonſten ander Getreide nicht wachſen will / geſäet. Autor hactenus ſæpe citatus des Schleſiſchen Wirthſchaffts-Buches.

Apud quem tam de fagopyro, quam de milio, & aliis hujusmodi multa œconomo ſcitu neceſſaria leguntur.

§. II.

Milium ubi? quando? & quomodo ſerendum?

MILIUM agricolarum in cibis deliciæ, inter trimeſtria ſemina fere poſtremo ſeritur, & quidem locis ſiccis & apricis maturius: humidis & gelidis ſerius. Veris enim teporem deſiderat, & gelu aut pluviis frigidioribus facile affligitur. Ruſtici tunc ſerendum præcipiunt, cum adoreum defloruit, granaque jam milii granorum magnitudinem æquant. Alii ſambuco florente ſerere jubent. Quidam jamjam ſatum, ſi minus commode & ex voto prodeat, obruunt, denuoque conſitum inoccant. Quod ipſum tamen, quoties neceſſitas requirit, mature faciendum eſt: ſerius namque ſatum vix ad maturitatem pervenit, & vanam atque inutilem ſpicam facit.

Ager Milii ſationi deſtinatus ante hiemem proſcinditur, ut hibernis frigoribus ac gelicidiis putreſcat. Menſe Martio iteratur, tertiatur, & tranſverſus ſulcatur paulo ante ſationem, intermiſſisque paucis diebus tum demum obſeritur, atque inoccatur. Semen pridie, quam ſpargatur, diluitur aqua, atque ita madefactum terræ mandatur. Nonnulli per ardentem culmorum faſciculum mittunt, eaque re rubiginem, milio infeſtam, necari exiſtimant. Alii per diem ac noctem macerant aqua ex ſterquilinio hauſta, aut ſi

hæc

hæc deſit, paluſtri, vel pluvia, quæ tamen vel ad focum, vel ad radios ſolares, prius modice ſit calefacta, aut fimo pingui & bene putrefacto incluſa. Tum vana, quæ aquis innatant, pullis objiciunt. Plena autem, & ſementi idonea una fere hora, antequam ſeminentur, aqua exempta per ſolarium aliquod diſpergunt, ſcopisque continuo eventilant, ut nonnihil ſiccescant, neque propter humiditatem cohærescant. Satum ſemen inoccatur; ſed rectis ſulcis, *non obliquis*: & tam denſis atque frequentibus, ut *glebæ* omnes comminuantur. Tum in liram redigitur, ſulcique aquarii fiunt: ut uligo omnis, quæ maxime hoc genus infeſtat, extra ſegetem derivetur. Quodſi minus denſe atque ſpiſſe prodeat, crate ſemel vel bis, prout neceſſitas exigit, inducta ſuperfluæ radices deteguntur & necantur, ut reliquæ fruticare eo commodius ac denſius poſſint. Eodem remedio utuntur, cum poſt peractam ſationem, antequam ſemina prodeant, graves pluviæ inceſſant, ſolumque ita aliquando conſpiſſant, & quaſi corio inducto conſtringunt, ne prodire ſemina poſſent. Tunc enim terram crate permovent, ac reſolvunt. Verum hoc fieri non convenit, niſi cum ſemen valde ſpiſſe jactum eſt. Radices enim plurimæ intempeſtiva iſta occatione læduntur, raraque ſeges efficitur. (*a*)

(*a*) Conſulatur das Schleſiſche Wirthſchaffts-Buch fuſe de milio tractans; ubi inter alia de tempore ſeminandi: Etliche wollen/ daß es gut Hirſe ſäen ſey/ wann die Aepffel-Bäume blühen/ etliche wann das Korn blühet/

blühet/ und ſchon Körner hat. Etliche vor oder nach Pfingſten in die zugeruhrten Kraut-Aecker/ in welchen er wohl wächſet. Der Hirſe ſchlägt gar leichtlich um nach groſſem Regen/ der da fället/ wann er erſt geſäet iſt/ oder beginnet auffzugehen/ er wirfft ihn aus dem Acker / oder/ ſo er auffgehet/ ſchläget er die Erde zwiſchen die erſte zwey Blätlein / davon der Hirſe zum Wachſen untauglich wird. Und das nennen die Bauren dem Hirſe in die Ohren geregnet. Von ſolchem Regen wird der Acker hart/ gewinnet eine Kruſte / daß der Hirſe nicht hervor kommen kan. Den ſoll man nun mit den Egen auffkratzen / Lufft machen / prout noſter hic inſinuat. Wann dieſes nicht hilfft/ ſoll der Acker umgeackert/ auffs neue beſäet werden/ doch nicht ſo dicke / weil des vorigen viel gut bleibet. NB. Wann der Hirſe früh geſäet wird / ſoll ihm kein Geflügel ſchaden. Im erſten Viertel geſäet / bekommet er Brand. Hirſe durch eine Wolffs-Gurgel gelaſſen/ ſoll kein Sperling hinein kommen. Vielleicht iſt es ſo zu verſtehen/ daß kein Sperling in die Wolffs-Gurgel komme; Doch ſteht es frey zu verſuchen.

Anno ſeculi præterlapſi 94 increbuit fama, quod in ducatu Brigenſi Menſe Junio pluiſſet milio; deciderat enim cum pluvia grana quædam ſubrotunda ab uno latere convexa, ab altero concava, quæ ab imperitis pro milio venditabatur: fuiſſe autem hæc ſemen alſines hederaceæ, ex Cl. D. Chriſtiano Helwich intellexi.

§. 12.

Piſorum & Raparum ſatio.

Poſt fruges hactenus enumeratas, easque frumentaceas, agricolis & œconomis ob familiæ cibaria PISORUM & RAPARUM cura venit haud exigua: quorum illa quidem etſi facili & læto ſolo lætantur, proveniunt tamen & limoſo, atque uliginoſo. Exili autem & ſabuloſo minus reſpondent. Eorum genus non idem, ſolum tamen & culinam fere eandem requirit. Solum iis deſtinatum proſcinditur fere menſe Octobri ante hiemem, ſeruntur luna decre-

decrescente. Quæ enim crescente lata, perpetuo florescunt, neque ad maturitatem perveniunt. Alii semen proscisso ante hiemem solo ingerunt, atque inarant. Quod ratione non caret: ita enim & altius solo impressum minus est columbis obnoxium, & plus humoris retinet: denique si imbres graviores incessant, minus ab iis infestatur. (a) Quidam Pisis, cum lata sunt, oves immittunt; vestigia enim ab ipsis impressa pluvialem humorem diutius continere dicuntur. Sunt &, qui avenam interserant, ut si forte ipsa minus feliciter proveniant, eorum jactura avenæ proventu sarciatur.

De RAPIS perfunctorie scripsisse Romanos naturæ Mystes Plinius conqueritur, a frumento & faba primum his locum tribuendum existimans. Neque id fortassis immerito, cum egregia, hiberno præsertim tempore, cibaria familiæ præbeant. Seruntur ea sub finem Julii, vel Augusto ineunte, & crescente fere luna. Cavendum, ne nimis dense semen spargatur; anniculum an bimum id sit, parum refert: diligentiores agricolæ utroque plerumque ad sationem utuntur, cum sæpe fiat, ut bimum anniculo melius respondeat: si præsertim hoc locis calidis sit adservatum. Quin & semen non omni vel uno die spargunt, vel omni loco committunt: sed ubi partem ejus sparserint, reliquam & alio die serunt, & alia agri parte, ut si uno die & loco sparsum minus feliciter respondeat, alte-

rius ſationis ubertate compenſetur. Culex rapis infeſtus. Itaque ne tenera earum folia conſumat, ſemina pridie, quam ſatio fiat, vel fuligine & aqua conſpergunt, vel ſedi ſucco macerato: quoad tuendam plantarum incolumitatem nihil eſſe præſentius Columella experientiâ ſeſe didiciſſe teſtatur. Sed de his ſatis: nec enim rei ruſticæ ſcriptorum frugem demetere nobis propoſitum. (*b*)

(*a*) Tylkowskio Piſa vento Boreali ſata dura ſunt, & incoctilia; ſub meridiano autem vento ſata, item ſub illo, qui eſt medius inter ortum & meridiem, fiunt parva, ſuffocantur ab herbis, verminant. Sie werden gemeiniglich geſäet um Gregori im Mertzen / im Voll-Monden oder im Wechſel/ in der Oſter-Wochen des Morgens früh gar dünne. Die Zeit frühe Erbſen zu ſäen iſt im Frühling / ſo bald die gröſte Kälte vorbey/ um das erſte Viertel. Erbſen am guten Freytage/ oder in der Marter-Wochen geſäet/ ſollen auch wohl gerathen.

Erbſen/ im letzten Viertel geſäet/ kochen weich.

Erbſen ſeynd dreyerley:

1 Groſſe Welſche/ die man Satz- oder Stengel-Erbſen nennet/ werden in Gärten gezeuget. 2 Früh-Erbſen/ tragen 14 Tage ehe Schotten/ denn die gemeinen. 3 Gemeine Erbſen/ wie ſie hier zu Lande ins Feld geſäet werden.

(*b*) Ex ſemine raparum oleum extunditur pauperum culinis ſerviens, & jejuniis, lucernisque præſertim in Germania, quæ olivarum oleo deſtituta, rapaceo plurimum utitur. Ita Heresbachius: quem vide lib. 1 de re Ruſtica, pag. mihi 96. &c.

Rapas frigore tactas ac radula raſas, atque rigenti a vi frigoris membro appoſitas, efficax eſſe remedium ac multo uſu comprobatum ſibi, affirmat D. Helwich, Medicus noſter, & in pernionibus multis aliis præfert.

§. 13.

Fabarum & Viciorum, & præſertim Braſſicæ capitatæ.

Quin pertinere quoque ad hanc claſſem videntur non

non ſolum Fabæ, quibus agros campeſtres haud nullibi conſitos *αὐτόπτης* ipſe cognovi; ſed & Vicia ob pabulatum, quod ejus ſemina equis & columbis præbent, ob id copioſe paſſim ſeri ſolita: tum vel maxime Braſſica capitata illa, (*a*) quo quidem olere apud nos in cibo, & hominibus, & jumentis nihil frequentius. Neque enim ſolum latrantis ſtomachi deſiderio latisfacit, ac famentes probe alit meliore ſui & interna parte, præſertim eos, qui hujuſmodi cibo aſſueverunt: ſed & exteriora ejus folia, & caules pabulo vaccis exhibentur non ingrato. Capita cruda, e quibus inter alia confiunt Acetaria cum oleo olivarum, pipere aſperſo potoribus grata, hiemem non ferunt, niſi contra frigus muniantur: neque tamen ſic quoque per integrum anni curriculum durant. Cui incommodo, ut obviam eatur, cum præſertim ipſa quoque ciborum varietas delectet, nec raro neceſſaria ſit, capita integra, vel minutim contuſa, ſale, ſummitatibus anethi, baccis juniperi, & ſimilibus plantis aromaticis condire, & ita in quotidianos totius anni uſus ſervare ſolent. Tam cruda autem, ſive recens, tam ſalſa, ſive condita haut male ſapit, ſi cum butyro vel larde copioſo, ut molleſcat, coquatur. Quicquid vero medicorum plerique ſcribant; hominibus tamen noſtris, iis maxime, qui amplam familiam alere neceſſe habent, nunquam perſuadebunt, ut oleris hujus culturam intermittant, aut ipſi quoque ab ejus

eſu divelli ſeſe patiantur. Ex quo præſertim ab Aſclepiadarum uno non e multis diſcere licuit; Caulem capitatum bene paratum, conditum & coctum multo ſalubriorem eſſe condimentis illis peregrinis, & ſumptuoſis, qualia ſunt olivæ, cappares, & cetera: quæ omnia ad eos potius pertinere videntur, quibus nihil niſi peregrinum placet, aſpernantibus domeſtica, quæ ut paſſim obvia ſunt, ita dubio procul magis ſalutaria. Capita condita acore ſuo novum conciliant appetitum, ac crapulæ reſiſtunt: (*b*) itaque novum non eſt, ut in lautioribus etiam conviviis, menſis aliis jam remotis, braſſica cocta afferatur circumpoſitis hic amicis. Quin ſeritur quoque alicubi granum *mannæ*, cujus ſatis felicem ſationem expertus ſum in villa mea Zadeliana prope Francoſteinam non ſine fructu. Germanis Schwaden/ vel Himmel-Thau/ id eſt, vapor vel ros cœli. (*c*)

(*a*) Pflantzen zum Kraut ſollen einen wohl zugerichteten Acker haben/ der nicht hoch/ dürr und leimicht iſt/ ſondern etwas niedrig/ feſt und nicht hohl. Im Majo, wenn der Neu-Mond 3 Tage alt iſt/ ſoll man die Pflantzen ausheben/ und alſobald in friſchen Acker/ oder nach einem Regen/ eines Schuchs weit von einander fein tief biß an die unterſten Blätter verſetzen. Wann ſie 14 Tag im Acker geſtanden/ ſoll man dieſelben nach dem neueſten Regen umhacken/ fein mit Erde umſchütten und behäuffeln/ damit ſie deſto mehr einwurtzeln/ und gröſſer wachſen. Nach Michaelis im October/ wann die Häupter oben beginnen gelb zu werden/ ſoll man ſelbe im abnehmenden Monden bey truckenem Wetter abhauen/ und einführen. Wann man die Häupter von Strüncken abſchneidet/ läſſet man dieſelbe daran/ ſo zu Kapſamen ſollen: müſſen harte/ feſte und unbeſchadete Häupter ſeyn/ und neben den Rüben in einem Keller/ den Winter über/ vor Gefrüſt und Mäuſen verwahret werden.

Die

Die Tonne zum einſäuren ſoll fein rein gewaſchen / wohl verpicht und verwahret ſeyn / damit nichts auslauffe. Hernach wird ſie mit ein wenig Sauerteig geſchmieret / und alſo das klein gehackte Kraut im October darein geleget / hernach in einer Kannen voll Lau-Waſſer ein Stück Sauerteig wohl zerdruckt / item ein Mäßlein Saltz in friſchem Waſſer wohl untereinander gerühret / daß das Saltz zergehe / und hernach darüber gegoſſen. Etliche nehmen nur Saltz allein / und keinen Sauerteig / ſagen / es bleibe beſſer / härter und friſcher / vom Sauerteig werde es gerne weich und faul. Darnach füllet man die Tonne mit reinem Waſſer an / daß das Waſſer übergehet / darauff leget man einen Deckel / und auff dieſen einen Stein / damit es eingeſchweret werde.

(*b*) Antrocides braſſicam contra temulentiam pollere credidere: *quibus* Cato patrocinatur. Ægyptiis magnis vini potatoribus in more eſt, *cum omnibus* eſculentis braſſicam crudam edere. Pulchre Mel. hior Sebizius de Alimentor. Facultat. l. 2. pag. 360: *Sapit quidem edulium iſtud plerorumque palato, ſed agre coquitur, ventrem inflat, & crudos, craſſosque humores producit, quocirca relinquendum agricolis, foſſoribus, bajulis, nautis, hominibus aliis, qui multis duriſque laboribus exercentur.*

(*c*) Schwaden wird wie der Hirſe gedroſchen / und rein gemacht / wird aber ſelten die Menge / ſondern nur ein wenig fürs Hauß in die Gärten ausgeſäet. A Romberto Dodonæo deſcribitur ſequentibus: Culmis aſſurgit cubitalibus, crebro geniculatis, per maturitatem ſubrubentibus, foliis arundinaceis, piloſis, præſertim ea, qua culmos ambiunt & amplectuntur, parte. Juba fere milii modo effunditur, minus tamen denſa, cujus ſpicæ perquam tenues ſemen ab una tantum parte habent milio minus.

§. 14.

PRATORUM utilitas.

Agris, qui ſeruntur, & ad frugem habentur, merito ſubjungimus paſcua, animantibus omne genus enutriendis uberrima, viridantiaque & florifera Prata: qua ſuccoſo per ſe ſolo, qua irriguis paſſim foſſulis pulchre & utiliter interſecta: quæ etſi minimi ſumptus egent, ac tenuem deſiderant induſtriam;

quippe cum in iis ad fructus percipiendos falce duntaxat, non cultura, non ſemine, non plantis opus ſit; quotannis tamen haut ſimplicem præbent reditum: in pabulo quippe non minus reddentes, quam in fœno hiemi inſervituro (*a*) usque adeo, ut veteres Romani primas in agricolatione prato tribuerint, eo quidem majore de cauſa, quod hoc genus poſſeſſionis tempeſtatibus minus, quam aliæ partes ruris, affligi ſoleat. (*b*)

(*a*) Wann man den Kühen des Winters über Heu vorzulegen hat/ empfindet mans das gantze Jahr an der Milch-Speiſe: Dagegen wo ſie nur beym Stroh gehalten werden/ verliehren ſie davon die Milch/ und können ſich im Sommer langſam erholen.

Das junge Vieh wird ſtarck darvon.

Etliche ſchneiden dem Vieh das Heu mit unter die Siede.

Etliche gieſſen ſiedend Waſſer auff das Grummet/ dienet den Melck-Kühen gar wohl.

Gute Wirthe rechnen auff den Winter auff ein Stück Rind ein Fuder-vor 100 Stück Schaf 10 Fuder Heu: Wie es nemlich die Bauren zu Hofe führen.

Im Mertzen ſoll man die Maulwurff-Hauffen zerſtoſſen/ und dem Boden gleiche machen.

Wider die Maulwürffe will P. Fiſcher, daß man todte Krebſe in ihre Gänge eingrabe. Sie bleiben zurück.

Dieſes alles/ und wie man ferner die Wieſen düngen/ mit dem ausgefallenen Heu-Saamen im Martio im Neu-Monden beſäen/ wie man ſie behauen/ und das Heu einbringen ſoll/ iſt ausführlicher zu leſen im Schleſiſchen Wirthſchaffts-Buche.

(*b*) Illa tamen prata, quæ in inſulis & ripis fluviorum, maxime noſtri Viadri ſita ſunt, ſæpe patiuntur inundationes: quod incommodum tamen limus ex illuvie ingeſtus compenſat, ipſa prata exhilarans, & fertiliora faciens.

In prata non ſunt ſues immittendæ, quoniam roſtro ſuffodiunt, & ceſpites excitant. Neque pecora majora, niſi cum ſiccum ſolum eſt:

Quia

Quia ungulis conculcant, & demergunt gramina, atque herbarum radices atterunt, nec ſinunt ſerpere, ac condenſari. Sunt etiam quædam prata ſitu vetuſtatis veteri, vel craſſo muſco, quibus mederi ſolent agricolæ ſeminibus de tabulato ſuperjectis. Vel ingeſto ſtercore maxime columbino: nihil tamen æque proderit, quam ſi cinerem ſæpius ingeras; ea enim res muſcum enecat. Attamen ſegniora ſunt iſta remedia, certiora autem ſolum de integro exarare: ſiquidem ager poſt longam deſidiam lætas affert ſegetes: Sed vix intra triennium ad priſtinam graminis fœcunditatem redit. Proſciſſum autem ſi rurſum paſcere velis, avenam ſerito, ſolumque crate inducta bene coæquato, grumos diſſipato. Vide plura apud Heresbachium lib. 1 de Re Ruſtica, pag. mihi 144. &c.

§. 15.

SILVARUM pro bono publico conſervandarum uſus & neceſſitas.

Nec vero etiam deſunt Sileſiæ, etſi non tam ut olim denſæ, in montibus juxta & vallibus, campisque ſylvæ, ac luci non modo vetuſtis etiam arboribus, & ſolitam altitudinem egreſſis frequentes, & conſpectum cœli denſitate ramorum aliorum alios protegentium ſubmoventes; (*a*) ſed & multis nominibus frugiferi, ut non de nihilo ſit Politicorum illorum ſententia: qui bono publico conſervandas potius ſylvas, & propagandas, ac tranſplantandas (quod quî fieri poſſit, tradunt, qui de Xylotrophia obſervationes ſuas prodidere) quam devaſtandas nimis, aut exſcindendas penitus, atque exſtirpandas eſſe prudenter monuerunt. Idque non tam propter commoditatem venationis ferarum, quam inter laudatiſſimas Principum ac Nobilium oblectationes præcipuam

cenſeri

centeri oportere Xenophonteus Cyrus innuit; quam potiſſimum propter ædificiorum materiam, & lignationis ulum ac neceſſitatem. Ne quid de ferarum ipſarum alimentis, & cubilibus, de paſtu pecoris, ac ſuilli præſertim ad familiam alendam perquam neceſſarii, de pice item, & aliis emolumentis dicam, quæ ex arboribus & radicibus colliguntur. Quibus quidem adminiculis, cum nulla Reipubl. nulla Civitas, nullum oppidum, nullus vicus, nulla familia, carere poſſit, mirum non eſt, magnum exinde ad ſylvarum poſſeſſores redundare quæſtum: ſi præſertim ſylvam cæduam ſic in certos annos dividat, ut quotannis ligna cædi, interimque quæ luccíæ ſunt arbores, ex ſtirpibus, & radicibus, imo & ſeminibus a vento hinc inde diſperſis, renaſci poſſit: in ſylvam vero minime cæduam, puta non quercuum modo, ſed indiſtincte aliarum hujuſmodi omnium, quæ nonniſi per longiſſimum tempus renaſcantur, cumprimisque ad ædificia ſervantur, haud facile, nec niſi tunc ſecurim immittas: ſi vel certus arborum numerus ſingulis annis, creſcentibus interim aliis, commode queat luccidi, vel iis ipſis ad ædificia propria impigeas, vel inopia æris preſſus ad venditionem pervenire cogaris. (*b*)

(*a*) Quot & quales ſylvæ, & quomodo ita diſtributæ ſint in Sileſia, ut ſua quivis Principatus habeat ligna, eleganter & ordinate deſcribit Frid. Lucæ pag. mihi 1147 &c. in Chronico Sileſiæ.

(*b*) Ligna pro ædificio in Novembri, Decembri & Januario cædenda, & quidem Luna decreſcente: ſecundum Catonem ad Brumæ ſolſtitium.

Ligna,

Ligna, quæ cæduntur æstate, plena sunt succo, & parum valent ad calefaciendum. Ubi vero cæsa sunt ligna, non accedant boves, vaccæ, oves, capri, nec fiant viæ, ut tanto facilius recrescant: quod quam necessarium observatu sit primo saltem post cæsionem anno, proprio damno doct., cautique facti sumus. Quidquid semel arroditur, ait Heresbachius, quasi veneno inficitur, proinde qui velit sylvam conservare, hos hostes arceat.

Arborum furtim cæsarum legem, & quo pacto ad materiam cædendæ sint, quæque ligna sint fissilia, quæ dolabilia, quæ durabilia, quæ serris idonea, secari facilia, & findi apta &c. lege apud D. Heresbachium pag. 342. 343. &c.

§. 16.

Arborum variarum usus variis.

In his autem sylvis, & extra has quoque alicubi arbores varii generis, & quidem eximie altæ, crassæque

- - - *nullis hominum cogentibus ipsæ*
Sponte sua veniunt. - - - -

multæ etiam latæ procedunt: cumprimis vero Abietes, Alni, Pini, Piceæ, Quercus, Ilices, Fagi, Fraxini, Platani, Populi, Orni, Betulæ, Tiliæ, Ulmi, Coryli, quarum pleræque ædificiis privatis & publicis, navigiis, alvearibus apum, sepimentis, tubis ad aquarum ductus conficiendis, mensis, abacis, lectorum spondis, capsellis, nec non aliis omne genus, iisque innumeris instrumentis, vasis, & operibus utensilibus, ipsisque tandem defunctorum sandapilis (quod ultimum superbiæ nostræ solium est) utile lignum, aptamque materiam suppeditant; quoddam etiam porcis, ferisque, & alitibus receptaculum, & uberem pastum

largiuntur: pleræque autem omnes focorum, fornacum, furnorumque ignibus, ac variis pyriotechniæ & chymiæ operis opimam ac luculentam alimoniam ſubminiſtrant.

De vario uſu & neceſſitate ligni carmen ex prodromo D. ab Hochberg in lib. 12 Georg. Curioſ. deſumptum adſcribimus:

Addere nunc ſupereſt ſylvas, domus haud ſine ſylvis
Eſſe poteſt, ſi grata velit, ſi commoda dici.
Prob quantis opus eſt mortalibus undique rebus?
Nec minimum dona eſt inter cæleſtia lignum,
Ecquid enim, ſi dura hyemis penetrabilis aura
Frigora deplueret gelido inclementia cælo?
Abſque foco algerent tremulis cœnacula labris?
Et niſi ligna alerent flammas, coquerentque ciborum
Fercula, certe epulas ederemus more ferarum
Inſipidas, crudasque; Dii hunc avertite victum!
Nulla fere domus eſt, quamvis pars ſaxea muri,
Cui non tecto opus eſt, deſumpta ſcandula ſylvis
A tempeſtatum aſſultu faſtigia munit.
Aſſer, tigna, trabes, limen, tabulata, lacunar
Unde paranda tibi? niſi ſylva hæc cædua præſtet;
Aſcia cum terebris, ſerra, dolabella, ſecures
Aſſiſtunt tantum per prompta manubria fabris.
Quid ſellas, abacos, quid menſas, hauſtra, grabatos,
Urceolos, lectos, arcas, quid dolia currus
Hic memorem? vel continuo quæ ruſticus uſu
Inſtrumenta gerit ſecum quibus arva coluntur,
Quoque reconduntur fruges, granaria villæ,
Horrea, fœnile (& quis poſſet cuncta profari)
Suppeditat nemus ubertim, largamque miniſtrat
Materiam, ut poſſis quam plurima commoda ferre.
Quidnam etiam fluvii prodeſſent, quando deeſſent
Ligna? quibus pontes fierent, quibus utraque ripa
Nectitur, en cymbæ, lintres, navalia, lembi
Procedunt curſu per flumina magna ſecundo.

Quin

Quin etiam noſtras pinus generata per oras
Trans vaſtum Oceanum, Sinenſibus advena terris
Sixa per & fluctus properat mirantibus undis.
Per naves mundus ſeſe internoſcit uterque.
Si tepido Phœbo gelidis in ſaltibus umbram
Expetimus, volucrumque ſub orni tegmine cantus
Suavuer haurimus, dum ver geniale ſalutant.
Si cui ſant igitur ſua per confinia ſylvæ,
Has circumſpecte ſana ratione gubernet,
Ne quis ibi injuſſus non apto tempore cedat.

§. 17.

QUERCUS, quos fructus? quidque præſagii ipſius gallæ habeant?

Hactenus tamen, ut cunctas & ramorum læta, lataque expanſione, & proceritate ſua, quippe

- - - quantum vertice ad auras
Ætbereas, tantum radice in tartara tendens,

duritie item, ac denique abundantia fructus, aliorumque commodorum, quorum ferax eſt, facile antecelluit (*a*) (cum Poëtis toties ut loqui liceat) ſacra Jovis Quercus de ſemine Dodonæo. Centum ea (ſi Paulo Renealino Blælenſi in ſpecimine hiſtoriæ plantarum fides) adoleſcit annis, centum viget, totidemque ſenelcentis illius paulatim putreſcit materia, cortice tamen ſæpius integro: illamque adeo compenſat jactura fœcunditate glandium: quodque a vertice labes incipit, ramis inferioribus fructuum copia ſuperiores cedunt. Inter fructus (*b*) quoque ſunt gallæ, quarum uſus in pannis nigro colore inficiendis,

dis, & ad atramenti ſcriptorii confectionem. Duum generum cum ſint, aſperis poſthabendæ leves, niſi quod iſtæ hoc habere peculiare creduntur, ut annonæ ſterilitatem, aëris ſalubritatem præſagiant: cum rumpuntur, priusquam perforatæ, ſi vermis in illa conſuetus repere deprehendatur, annonæ ſterilitatem; ſi avolet muſca, aëris ſalubritatem; ſi aranea latitet, peſtilentiam prænunciat.

(*a*) Quo anno fructu abundat, longiorem hyemem prænunciat.

(*b*) In quibusdam Sileſiæ locis, ubi ampla habentur querceta, ex hara ſaginata multa millia redituum percipiuntur.

Geſtat & quercus corticem, librumque tinctoribus, lutariis neceſſarium. Generat & viſcum reliquo tenaciorem ad aucupia. Stillant & quercus rorem melleum apibus gratiſſimum:

Et dura quercus ſudabunt roſcida mella.

§. 18.

ALNUS ſub aqua an lapideſcat?

ALNI præcipua & peculiaris laus eſt, quod quamvis molliſſima, ab undis tamen, ceteras conſumentibus, robur capit: imo quaſi lapideſcit. Hinc quæ firma aquis inædificata velis, ex Alno exſtruas, monet Palladius. Neque deſunt adeo, qui pro certo & indubitato aſſerunt, palos Alni ſub aquis infixos temporis progreſſu lapideſcere, (*a*) idque confirmant exemplo Venetiarum nobiliſſimæ urbis, in quam magnis ſumptibus accerſiri ſolet Alnus ad facienda palatiorum, & ædificiorum ſub aquis fundamenta: non modo ob hanc ipſam durationis cauſam, ſed quod ingentes

gentes admodum ferat etiam moles. Eodem modo viſum ſibi integrum oppidum propugnaculis, murisque inſigne, huic arbori inter ingentia ſaxa rapido amni infixæ impoſitum doctiſſimus Caſpar Barthius memoriæ prodidit. (*b*)

(*a*) Hæc res tanto minus dubii hodie habet, poſtquam hodie conſtat etiam animalia petrefieri, qua de re legenda eſt diſſertatio epiſtolica de Cancris & Serpentibus petrefactis Clariſſ. D. Majoris Celeberr. Sachſius noſter de miranda lapidum natura: nihil, inquit, communius, quam ligna in lapides verti, p. 81. ac in gemino hoc ſcripto plurima petrificationis exempla adducuntur.

(*b*) *Alnus* ad torrendam polentam primaria materies. Cortice tegitur *rufo*, cujus ſucco coria tinguntur. Segetibus umbra ſua inimica eſt, uti & piſcibus, foliis lapſis in piſcinas, ſub aqua ſtagnante.

Alni folia dormitoriis inſperſa pulices necare dicuntur; aut ſaltem foliis viſcoſis adhærent pulices, ſubito efferendi, & vel igne cremandi, vel aquis ſubmergendi.

§. 19.

LARIX ubi creſcat? ex eaque naſcentis fungi, & effluentis reſinæ vis medica. Item an igne conſumatur?

LARICEM arborem illam, ut elegantiſſimam, ſic medicatam quoque, cum ei agaricum, fungus purgans, adnaſcatur, & fluat reſinam præſtantiſſimam, qua in defectu veræ Terebinthinæ nec male utuntur medici, Sileſiæ familiarem eſſe auctor Tragus. Procera & copioſa naſcitur in montibus Carnoviæ vicinis. Nec defuere, qui ſemina inde petita ſevêre, quibus jam ſunt Laricum ſylvulæ.

Plinii judicio arbor iſta nec ardet, nec carbonem

fact, nec alio modo ignis vi conſumitur, quam lapides. Idem credidit Palladius, Vitruvius, & ipſe adeo Julius Cæſar, cum ad larignum Caſtellum, turrim ignibus obvallatam, cerneret ſupereſſe citra nocumentum, ligna vero, ſarmenta, & faſciculos ex virgis alligatos flamma depaviſſet. Sed ſi perrexiſſet Cæſar facere, ut magna horum congerie flamma convaluiſſet, vidiſſet procul dubio turrim ardore flammæ deletam. Guilelmus Philander ad Vitruvium notavit, cum ejus rei Venetus periculum faceret, ſpectante legato Gallico laricem incenſam aſſiſſe. (*a*) Ardet, ſi largiore ſpatio uſtuletur, eſtque apud multos plurimus larigni carbonis uſus in excoquendis ferri venis. Niſi forte cui arrideat viri ſummi Andreæ Libavii conjectura: qui cum Plinii locum non de ſimplice, ſed de affecta larice intelligendum exiſtimat, utpote cujus lignum, ſi maceretur aquis aluminoſis, aut nitroſis, invictum invadat ignibus, eo quod lapidis naturam induat, & alnus, quercus, & ſimiles.

(*a*) Vitruvium etiam argumentis confutat Matthiolus.

§. 20.

FRAXINUS Cantharidum nidus; & aucupariæ (der Ebreſche) *baccæ peſti adverſantes.*

In Fraxino Cantharides fœcundiſſime naſci Plinius ſcribit; Hujus generis arbor in Suilano Rhedingeſiano, cum ibi agerem, cantharidum feraciſſima: quæ quidem certo anni tempore muſcerdam olebat.

(*a*) Eſt

(a) Eſt & alia Fraxini ſpecies, Sileſiis familiaris & frequens, quam Aucupariam dicere liceat: vulgo Ebreſche adpellant, quaſi baccatum fraxinum, Behreſche. Baccas peſtilentiæ adverſari veſpillonum Wratislavienſium experimento eſt cognitum.

(a) Foliis ovibus grata, & æſtate viridibus, & hyeme ſiccis, etiam capris. Antipathiam habet contra ſerpentes, adeoque iis inviſa, Plinio teſte, utin anguſtiis conſtituti, & fronde ejus per gyrum clauſi, flammam prius, quam ubram fraxini eligant. P. Fiſcher.

§. 21.

TILIÆ opacitas, BUXI lævor, Juniperi baccæ commendantur.

TILIA Germanis Linde / a ligni mollitie indubie ſic dicta, non in ſylvis tantum & nemoribus, ſed & in urbium & oppidorum areis, plateis, vallis, hortis, cœmiteriis ſtudioſe colitur, atque in deliciis habetur. Idque ob eam potiſſimum opacitatem, quam vel per ſe, vel per attigias diſpoſitas obambulantibus, recubantibuſve præbet: nec alia fortaſſis arbor in tota Europa, quæ opere topiario, & ampla, ac patula illa varietate cum tilia certare auſit. (a)

BUXUS, cujus ligno ad pectines, cochlearia, cultellorum manubria, latrunculos, & quæ alia torno elaborari poſſunt, ob inſignem lævorem nihil utilius, nihil præclarius in ſingulis pæne Sileſiæ hortis ſpectatur: quippe quæ & perpetua viriditate amœna, & tonderi operi topiario facilis varias figuras artificioſe exprimit.

JUNI-

JUNIPERUS montes & colles amat, cujus baccæ turdorum alioqui cibus ; præterquam quod carnem, præsertim bubulam, ita condiunt, ut gratissimum illius saporem addito aceto concilient, præstantissimum quoque, si distillentur, & oleum, & spiritum exhibent. Panacéam Germanicam Botanicorum non nemo appellavit. Pro singulari certo DEI beneficio, & instar balsami in his regionibus habendam Reipubl. Wratislaviens. archiatri, Daniel Bucretius & Georgius Rumbaum, publico scripto sunt attestati. Baccarum & ligni in remediis adversus pestem magnus usus: Ut mirum non sit, hanc quoque arbusculam dignam visam, quæ in hortos transferretur.

(a) Ex cortice tiliæ texuntur varii funes in diversos usus apud rusticos. Alia est mascula, fœmella altera: hæc materiâ mollior, candidior, flexibilior, odoratior, flore & fructu jucundior: illa sterilis omnino dura, flava, nodosa. Fischerus.

§. 22.

De SALICE.

SALICES in sylvis ac lignis cæduis non postremum obtinent locum: nec eo minus in pagis, agris, pratorum marginibus, & aquarum ripis diligentissime, nec immerito coluntur. Siquidem earum quædam vel vitibus pedandis, jugandisque, & lupulo alligando, vel hortorum sepimentis, vel soboli plantandæ materiam necessariam suppeditant: quædam vasorum vinariorum, aliorumque circulis conveniens-

venientiſſimæ. Quædam corbibus, ſportis, fiſcellis & aliis operibus domeſticis conficiendis ſerviunt. (*a*) Omnes autem ramorum frondiumque falciculi igni alimentum obvium, minimeque contemnendum præbent: magno ſane incolis, queis præſertim aliorum lignorum inopia, ſunt ſublidio. Ternis annis ſucciſæ ex ſtirpibus renaſcuntur. Salicem, qui ſevit juvenis, (magni Scaligeri audis verba) etiam deſtinat animo, quam ſubſtituat illi. Pauci cum ſatoribus ſuis conſenescunt. Sed cui tamen incommodo optime conſulitur, ſaleis juſto tempore cæſis, pactisque, quibus facile reſtituit, quicquid intercidit. (*b*)

(*a*) *Salix ad ſubitas radices agendas facillima, ea de cauſa dicta* SALIX, *quod ſubito ſaliat* (Fiſcheri verba ſunt) *radicesque ſuas cum fibris undique diffundat. Nequaquam autem prope vineas, aut hortos intimos ſerenda; meliorem enim ſuccum aliis fructibus & plantis exſugit.*

(*b*) Utiliter etiam inſeruntur ripis Oderæ, aliorumque rapacium fluviorum, & præſertim aggeribus illis, quos ALAS, Flügel/ Germani Sileſii nuncupamus; eo quod ripas a nimiis aquarum exundantium irruptionibus aut alluvionibus, magnas terræ partes diripere ſolitis, protegant: cum enim cito germinent, & radices agant multas, terrenam illam congeriem magis cohærere, conſolidari, confirmarique faciunt, ne, quod ſæpe contingit, ſequentibus fluviorum exundationibus aggeres ejuſmodi ſtatim diruantur, & operam æque ac terram, ab œconomis in illorum ſtructuram adhibitam, omnino perdant.

§. 23.

Pomi, PYRI, PRUNI ſylveſtres, quâ ratione mites & feraces fiant?

Pomis, Pyris, Prunis ſylveſtribus nihil in Sileſia frequentius, ſed quæ per tranſplantationem magno

humani generis bono e ſylveſtribus domeſticæ, & mites factæ uberrimos [&] præſtantiſſimos fructus ferunt ; [Quam quidem in ſententiam in anthologia Lib.1 pulchrum inprimis eruditum ac dulce epigramma Callinii legitur, pyrum ſylveſtrem ſic loquentem inducentis:]

Η πάρος ἐν δρυμοῖσι νόθης ζείδωρος ὀπώρης
Αχρὰς, θηροβότῳ πρέμνον ὂν ἐρημοσύνης,
Ο θνείοις ὄζοισι μετέμφυτος, ἤμερα θάλλω
Ο'υκ ἐμὸν ἡμετέροις ἡλωσὶ φέρουσα βάρος.
Πολλή σοι φυτοεργὲ πόνου χάρις· ἕινεκα σεῖο
Αχρὰς ἐν εὐκάρποις δένδρεσιν ἐγγράφομαι.

Quæ prius agreſtes fructus proferre ſolebam
Atque feris tantum pabula dura pyrus:
Mitibus acceptis ramis pyra mitia reddo:
Inſolitum noſtris fructibus exit onus.
Gratia magna tibi, ſator optime! namque pyraſter
Arboribus per te mitibus annumeror. (a)

(a) Huc quadrant etiam verſus Fabri noſtri:

Adde, quod inſitio noſtris tranſfuderit hortis
Delicias nemorum Alcinoi didicitque pruinas,
Et noſtras perferre hyemes, limones, & aurea,
Et deſint olea, gravidis ut odora volemis
Citria, Sleſiaco nec certent rure Falernis
Maſſica, nec Chiis vernacia vina Corimbis.
At fraudes Italæ, menſisque frequentibus abſunt
Hauſta aconita, nec audaces
Exiguo cades &c.

Was bey der Baum-Zucht in acht zu nehmen? was vor ein Unterſcheid zu halten unter denen groſſen Obſt- und niedrigen Zwerg-Bäumen?

men? wie/ und auff mancherley Art man glücklich pfropffet/ oculirt/ absäuget/ copulirt: c. und wie solches mit Citron-Pomerantz- und Limonien-Bäumen zu practiciren? wie den krancken Bäumen zu helffen? und viel andere dergleichen zur Baum-Zucht gehörige Sachen/ leguntur in M. Joh. Mich. Schwimmeri Physicalischer Garten-Lust.

§. 24.

Hortorum frequentia, fertilitas, varietas ac delectatio.

Horti porro apud Silesios tam in urbibus & suburbus, quam in pagis & villis sane quam frequentes: qui arboribus fructiferis obsiti, & leguminibus, *oleribus*, ac radicibus edulibus referti, herbis denique coronariis ac floribus bene olentibus ornati, non modo largum diversarum epularum, obloniorum & condimentorum usum locupletibus æque ac pauperibus (horum enim quasi macellum solet esse hortus, &, ut Cato de agricolis loquitur, altera succidia) præstant, sed & suavissima quadam jucunditate vel invitos invitant. Enimvero si quæpiam in loco gaudiorum, & amœnitatis vera sedes est, illa profecto in hortis est. Quem enim non delectant tam diversa arborum genera tam præstantibus fructibus ornata, ordinibus prælertim earum continue & eleganter per quincuncem directis? Quis non lætis & hiantibus oculis videat surculos, quos ipse ex arbore fertili detractos scisso alterius etiam sylvestris arboris ligno manibus suis insevit, non in arbusculas modo efflorusse, sed & in arbores jam excrevisse fœcundissimas. Ut nimirum cum Græco illo Poëta gloriari possit:

Ὄχνη χειρὸς ἐμῆς γλυκερὸς πόνος
Νάθε μὲν ἄχρηι ἦ ἐσιν ὑπὲρ δ' ἄρ ἔυωνος ὄχνη.

Pyrus manus meæ dulcis labor: infra pyraſter adhuc, ſupra vero bene ſpirans pyrus. Quem non in univerſum juvet haut oculis tantum, ſed & animo contemplari inſitiones illas, & conjugia arborum, ſive per infoliationem, ſive per inſitionem proprie ſic dictam, ſive per inoculationem fiant? Quem non in delectationem pariter & admirationem trahat, ingenioſam Hortenſium induſtriam non invita, ſed obſtetricante natura eo perveniſſe, ut arbor una adeo diverſi generis, variique odoris, guſtus, coloris & facultatis poma, pyra, pruna, nuces, & ab uno, eodemque trunco emergentia proferat? Ut item planta naturæ ſuæ pæne oblita veras absque vinaceis, ſive nucleis acinorum meſpila, perſica, palmulas, ceraſa, corna absque oſſiculis, hoc eſt, absq; ſemine, producat? id quod haud nemo nihil aliud eſſe putarit, quam caſtrare naturas, & eunuchos facere. Cui non denique volupe, tot agmina & augmenta florum, qua e calice, qua e vagina, qua e gemma protuberantium inſpicere? tam præſertim haut pulchre modo ſcintillantium, micantiumque, ſed & ſuaviter fragrantium, ut neſcias pæne, quid primum voveas oculus cum Argo fieri, an naſus cum Catullo. Tam varia certe in hoc germinis genere amœnitas, & amœna eſt varietas, ut natura ſecum ipſa quaſi certaſſe videatur: & hujus adeo inimicum eſſe oporteat, qui

qui tot magnæ matris munera non admiretur, latentem ſub herbis majeſtatem DEI, qui naturæ Dominus eſt & arbiter, non agnoſcat, & in ejus adeo laudes non exſurgat cum divino vate exclamans: Quam ampla ſunt opera tua ô Jehova! omnia illa ſapienter feciſti, plena eſt terra poſſeſſionibus tuis. (a)

(a) Et quid vetat apponere verſus illos, quibus Germanico idiomate in deſcriptione Sileſiæ metropoleos quidam Sileſius Wratislavienſis hanc ipſam hortorum amœnitatem depingit?

Es iſt die werthe Stadt umſchrenckt auff allen Seiten
Mit Gärten/ welche ſeynd ein Sammelplatz der Luſt/
Man ſieht hier einen Kampff faſt aller Fruchtbarkeiten
Auff Thetis naſſer Schoß/ und Chloris grüner Bruſt.
Wann die verlebte Welt verneuert wird/ und jünger/
Weil ſie hat abgelegt ihr graues Winter-Kleid/
Die Runtzeln von der Haut ſtreicht mit verliebtem Finger/
Wann alles gleichſam lacht/ und Flora Blumen ſtreut:
So ſieht der/ welcher viel gewagt auff einen Garten/
Wo in beliebter Pracht ein nettes Blumwerck ſtrahlt/
Mit angenehmer Luſt hier Blumen aller Arten/
Die der verliebte Weſt mit eigner Hand gemahlt;
Hier ſieht er aus der Schoß der warmen Erde ſprieſſen
Die Tulpen/ welche ſtehn in ungemeiner Pracht/
Die Hyacinthen Blum/ und flüchtige Narciſſen/
Die der geſunde Thau mit küſſen vollgemacht.
Dort putzt die Erde ſich mit hulden Anemonen/
Die denen Sterblichen beſeelen Muth und Sinn/
Mit Nelcken/ Lilien/ und ſchönen Käyſer-Cronen/
Es ſtutzt in ſtoltzer Pracht der Blumen Königin.
Das Luſt-Hauß wird geſchmückt mit buntem Blum-Gepränge/
Das Mahlwerck der Natur ſticht weg die Schilderey/
Man ſetzt den Fuß vergnügt in ſchattenreiche Gänge
Und ſieht wie ieder Baum ſo bunt gekleidet ſey.

At vero non Wratislaviæ tantum, ſed & paſſim alibi in Sileſia, ut cum Martiali loquar:

Tantus veris bonos, & odoræ gratia Floræ,
Tantaque Paſtani gloria ruris.

Etiam Principes, Comites, Barones, Equites, Nobiles, etiam mercatores & alii hortos ſuos ad amœnitatem certatim comparant: Quales ſunt Niſſæ Epiſcopales, Sagani Lobkowitziani, Glogoviæ minoris Oppersdorffiani, Peterswaldæ Gelhorniani, Zircæ ad Freiburgum Hohbergiani, Profenæ in Jarovienſi Ducatu, nec non in Lobris & Neuland Noſtitziani; Krichenæ in pago uno dimidioque milliari Wratislavia diſtante Nidhardiani; in Proskau Proskowskiani; in Sibellenorth Ducum Oelſnenſium; Wartæ in Ducatu Jarovienſi Franckenbergiani; in Hunern & Kriſchanowitz Plenckiani; in Stephansdorff Schlegenbergiani; in Groſpeterwitz Malzaniani; in Slawa Fernemontiani; in Lilienthal Seileriani; alibi alii.

§. 25.

Arboreorum fructuum varietas & multitudo.

Inter arboreos fructus maxima cura malorum, pyrorum, prunorum, perſicorum, nucum, quæque pomorum omnium prima, ita ut evangelia eis debeantur Pomonæ ad hemiſphærium noſtrum revertentis, ceraſorum, & aliorum id genus fructuum: quorum pleraque inſigni ſimul & bonitate, & varietate felicius longe in his locis frigidioribus, quam in meridionalibus proveniunt: nec recentia tantum, ſed & ſiccata, vel decocta rem culinariam egregie juvant. (*a*) Pyrorum centum ad minimum ſpecies, ſeu differentias eſſe, ut & pomorum, poſſeque de illis integra volumina ſcribi Vir experientiſſimus Zacharias Rolenbachius D. teſtatum reliquit. Totidem in Sileſia reperiri non auſim affirmare: cōpioſiſſime provenire, ac

ac coloribus, magnitudine, ſaporibus, & ſimilibus accidentibus admodum differre, ſat ſcio. Laudantur præ cæteris, quorum nomina recenſere nimis longum foret, inter mala quidem Porsdorffiana, (*b*) Stetinenſia, Romana, Ceraſina, Virginea, Vinoſa, & quæ vulgo Polmaner vocantur: inter pyra autem nuſcatellina, æſtiva & hiemalia, Pariſina, Palatina, Pergomatica, Jägerndorffenſia, Vinoſa, Saccharina, Arinacia &c. Farinacea &c.

(*a*) Wie die Bauren in Schleſien ihrem Geſinde die wilden Birnen zurichten / vide Colerum l. 6. c. 16.

(*b*) Borsdorffer haben ihren Nahmen vom Dorff Borsdorff in Meiſſen. Werden wegen ihrer Güte der Teutſchen Pomerantzen genennet.

Vom Apffel- und Birnen-Safft und Muß / wie auch vom Backen derſelben / vide Colerum loc. cit.

§. 26.

MORUS cur Plinio arbor ſapientiſſima?

MORUS arborum ſapientiſſima Plinio, ex eo nuncupata, quod noviſſima urbanarum germinet, nec niſi exacto frigore; ſed cum cœpit, in tantum univerſa generatio erumpat, ut una nocte peragatur etiam cum ſtrepitu. Uberrime vireſcit in Wratislavienſium viridariis, aliisque plurimis locis: ſed uſui magis & eſui humano, quam ad vermium ſericorum paſtionem, (*a*) cujus gratia alibi moreta, ſive mori ſylvas plantatas videre licet.

(*a*) Ut mori in uſum ſericiarium plures hic plantentur, jam multi boni publici zelo incenſi & optarunt, & viam, qua merces ſericeæ hic parari

rari poſſent, oſtenderunt: quos inter ſagax ille Politicus, Autor Tractatus, cui nomen Oeſterreich über alles/wann es nur will / pag. 263 ita ſcribens: Im übrigen wolt ich wünſchen / daß die Plantagien für allen dieſen zur Seiden-Zucht in den weiſſen Maulbeer-Bäumen ſtatt fänden. Es iſt zu betauren / daß dieſe hochnutzbare Sache bey uns ſo gar verachtet wird. Ich kan ohne Vermeſſenheit ſagen/ daß nur allein die Beobachtung dieſes einigen Stücks in den Erb-Landen den Unterthanen ſo viel Mittel in die Hände geben würde/ als ſie anietzo für alle extraordinari-Anlagen in die Land-Caſſa mit ſo groſſer Beſchwerde contribuiren müſſen. Und zwar iſt es darbey eine gantz leicht und thuliche Sache. Dann faſt durchgehend in den Erb-Landen findet ſich der Boden darzu geneigt; Die Bäume laſſen ſich mit tauſenden pflantzen/ ohne Eintrag der Feld- und Wein-Gärten / wann nur gebührende Maß gehalten wird. Sie weichen dem Wetter nicht leichtlich/ maſſen es nechſt abgewichener ſtarcker Winter erwieſen/ da ſo viel andere Bäume unter der Kält erlegen/denen Maulbeer-Bäumen aber / auch den jüngſten und zärteſten / das wenigſte nicht geſchadet worden. Wann der Baum auff 8 oder 10 Jahr kommet / läſt er ſich jährlich auff einen Thaler/ hernach aber mit dem Zuwachs auff zehen und zwantzig Thaler nutzen.

§. 27.

Cotonea, Armenica, Citria, Aurea, Granata mala, & uvulæ S. Joannis ſpinæque Chriſti.

Nec abhorrent a cœlo noſtro Cotonea, Græcis (*a*) Cydonia vel Cydenia mala (Kütten/ Qvitten) quæ lanata etiam Plinio a lanugine, qua veſtiuntur, dicta. Non Armenica, non caſtaneæ molles, non amygdala, non meſpila, non ficus denique, ſed quæ rariores, quia hiemis impatientes, ad injuriam hiberni cœli arcendam, vel ſub tecta ſubducendæ, vel ſub humum recondendæ.

Medica ſeu Citria mala, Aurantia ſive Aurea, quorum alia dulcia ſunt, alia acida, Punica ſeu Granata,

nata, aliaque exotica talia, quæ calidiſſimam cœli temperiem deſiderant, ac ſidere, ſolo & ſpiritu ſuo genuino maxime gaudent, inter noſtratia (quanquam non deſunt, qui iis etiam plantandis operam & ſumptum impendant) vix numeraverim: quæ tamen aliunde beneficio negotiatorum adſatim nobis omni propemodum tempore ſuppetunt, paſſimque per urbium compita væneunt, plus interdum noſtris deliciis, quam pretio ſuo merita: nec vituperandi ſortean, *qui contenti* ſunt pomis, & pyris noſtratibus, quod æque grata ſint, & magis nutriant.

In Sileſiæ hortis etiam nil frequentius conſpicere licet, quam uvulas illas S. Joannis Baptiſtæ circa ejus feſtum maturaſcentes tam albas, quam rubras: item uvas ſpinas ſive criſpas, quæ Sileſiis Chriſt-Beer vocantur: ut frutex ipſe, Chriſt-Dorn/ rhamni genus Trago creditur.

(4) Habeht nomen a Cydone urbe Cretæ, unde huc translata. Inter Leges, quas Solon Athenienſibus tulit, fuit, (ut refert Colerus lib. 6. c. 17.) daß keine Braut beym Bräutigam ſchlaffen dürffte / ſie hätte denn zuvor in einen Quitten-Apffel gebiſſen / dardurch anzuzeigen / daß ſie vielmahl / um ihres Mannes willen in der Welt in einen ſauren Apffel würde beiſſen müſſen. Doch ſoll ihr ſolcher Apffel-Biß zu lauter Süßigkeit und Frucht werden. Huc alludunt verſus in Epithalamio quodam a nobis lecti, quod Cyriacus Edinus Lunæb. anno 1521 Friderico a Weiden, Principis Lunæburgenſis Conſiliario, ejusdemque ſponſæ Annæ, ex patritia & celeberrima familia Wizendorpiorum Re publ. Lunæb. oriundæ, D. *Hartvici* relictæ filiæ, cecinit:

Ergo gratantes, quis non ſua carmina voces
Effundat ſponſo, ſponſam cui conſcius æther
Addixit fauſto poſitu, naturaque compar

Virtutumque chorus virtutis imago paterna
Conjunxit; non eſt, quod quis Cydonia mittat
Poma, novis quondam gratiſſima munera nuptis,
Qua quoniam ſuaves exhalant ſemper odores,
Dulciaque afflicto reddunt ſolatia cordi,
Concordes ſine felle animos, mellitaque verba,
Qua triſtes nebulas curarum, & tela dolorum
Avertunt retro, pulchra ſub imagine ſignant.
His natura dedit concordia pectora nuptis;
Ut tamen eſt toto quicquid mutabile mundo,
Citria mittamus pro munere mala jugali,
Qua ſiant aureolam circum oſtentantia formam,
Dulcia odoratu, ſed amaro nata ſapore,
Cui commixtus ineſt quadam dulcedine guſtus.
Conjugii pulchra effigies, quod amica benigna
Forma conciliat facies, & dulcia ſpondet
Præmia, & adverſos interdum tempore verſo
Submittit caſus, & miſcet gaudia damnis,
Dulcibus auſtera immittens, & dulcia amaris.

§. 28.

Leguminum hortenſium varietas, Braſſicæ præſertim & Petroſelini virtus.

Leguminum hortenſium præcipua ſunt PISA, majora præſertim, quæ teneras habent ſiliquas, ut cum ipſis comedi poſſint, fabæ & phaſeoli, alicubi etiam lentes. In reliquo autem olerum genere principatum ſibi Braſſica tàm amplitudine familiæ, quam utilitatis gratia ſibi vindicat, eaque non capitata ſolum alba, ſed rubra quoque, latifolia, ſive ſaba uda, criſpa ſive Apicia, melliflua, delicatiſſimorum palatis grata. Et vero Braſſicam inter ἀμέθυστα antiquitus jam numeratam fuiſſe apparet ex Catone ſic libri ſui

ſui de R. R. cap. LVII ſcribente: *ſi velis in convivio multum bibere, cœnareque lubenter, ante cœnam eſto crudam, quantum voles, ex aceto: & item ubi cœnaveris, comeſto aliquot V folia, reddent te quaſi nihil ederis, biberisque, bibesque quantum voles.* Eadem nec Varro tantum, ſed & Athenæus tradit. (*a*)

Proxima Braſſicæ Lactuca, tum vulgaris, tum criſpa, & quæ foliis andiviæ ſimilis eſt, nec non capitata, primæ in acetariis commendationis. (*b*) Eam ſequuntur atriplex, beta, malva, ſpinachia, rapum, raphanus major & minor, cepa, & hæc quidem in agro Michelavienſi Ducatûs Brigenſis omnium optima, allium, paſtinaca tam alba, quam lutea, quam rubea, ſive atrorubentia, Aſparagus, Cuminum, Aniſum, Sinapi, Fœniculum, Anethum, Naſturtium, Salvia,

\- - - *amica papavera ſomno,*

Cucumeres, Cucurbitæ, & hujuſmodi complures. Quod ſi quis illicias quoque gulæ (an & Veneris irritamenta) deſideret, cinaræ, ſive artiſchoci, (*c*) a quibus cavere ſibi medicus minime tralaticius jubet, qui caſtum corpus & mentem deſiderant, pepones, melones (*d*) & id genus alia paſſim locorum in hortis ſtudioſe ac feliciter coluntur: ac Wratislaviæ cumprimis forum olitorium tolerabili pretio venalia exponit. Petroſelinum noſtrum (quod verum eſſe antiquorum ſativum apium, rei herbariæ profeſſores hodie

die adſeverant) largis portionibus, ut apud alios populos, ſic apud Sileſios potiſſimum, per jura carnium ac piſcium innatat, & in condimentis peculiarem gratiam pro excitando appetitu & juvanda concoctione habet. Eo igitur fine tam copioſe quotannis ſeritur, (*e*) & laborioſe colitur, ut pro uſu quotidiano in integrum annum ſufficere poſſit. Quam quidem condiendi conſuetudinem, niſi modus excedatur, medicorum præſtantiſſimi non laudant modo, ſed & utiliorem longe exiſtimant, quam quæ per aromata exotica abſolvitur ; cum plantas indigenas naturis noſtris multo, quam illa, amiciores ac ſalubriores exiſtiment. Ejusdem vero uſus in re medica tantus eſt, ut ſolo Petroſelini decocto Auguſtiſſ. quondam Imp. Rudolphum II ſacratiſſimæ memoriæ in diuturno quodam morbo (qui omnes Archiatrorum conatus eluſerat) feliciter curaverit Joannes Woyſſelius, magni apud Bresleos nominis medicus. Quod etſi is Cratoni tunc temporis petenti revelare noluit ; longo tamen poſt tempore Michaël Döringius, Phil. ac Medicinæ Doctor ac Phyſicus patriæ ſuæ nobiliſſimus, cum ad arcani illius notitiam penetraſſet, ipſeque adeo ex ulcere ſiniſtri renis graviſſime decumbens, non ſine evidenti ſalutis commodo, tam ſalutari decocto potûs ordinarii loco per menſes quaſi tres, ſed vicibus interruptis, uſus fuiſſet, boni publici gratia cum orbe literato communicandum putavit: mihi quoque hoc loco mini-

minime prætereundum, quod pauciſſimis notum eſſe, inter ejusdem quoque artis conſecraneos cognoverim. (*f*)

(*a*) Chryſippus medicus de Braſſica integrum volumen ſcripſit per ſingula membra hominis digeſtum. Quam ob rem haud mirum (ait Mathiolus) nobis videri debet, ſi antiquitus 600 annis Romani ſola Braſſica ſibi ad omnes morbos medicinam fecerint. Matthiolus porro apud Fiſcherum medicam in Braſſica prædicat opem in colica & aſthmate. Glebam requirit optimam. Horret terram argilloſam & arenoſam. Seminatur circa feſtum S. Matthiæ, aut tardius, poſt novilunium, ne creſcat in ſemen, ſed in capita & fructus. Dum transfertur, ab invicem ſeſquipede *plantæ* diſtent neceſſe eſt, foſſis optime ſætamine pinguefactis. Sicuti autem *plantatur* cum dulcibus oleribus, ita quoque colligitur cum ipſis, una alterave pruina tamen prius ſubacta & macerata.

Neque ſubito cellariis profundis inferenda, ſed loco ſicco prius collocanda, dum rigidior hyems ad repoſitoria cogat.

Non plantanda prope vites ob antipathiam.

Braſſica cum in horto langvet, vermis eſt circa radicem, & hinc perdendus. Cum flaveſcit, eget aqua. Infirma folia quantocyus amovenda, ne alia inficiantur. Ut ſit melior, omnia folia, quæ primo protruſit, ſunt avellenda, ſic creſcunt meliora. Ut ſecurior ſit a pruina, humus cinere conſpergenda. Non plantanda prope origanum, rutam. Non toleretur ſtirps putrida, ne alias inficiat. Erucæ dum invaluerint, nidi formicarum inſpergantur, formicæ pellent erucas aut devorabunt omnes.

(*b*) Huc referenda ſunt, quorum expreſſe non meminit noſter, puta *Cicborea, Selerus, Paſtinaca. Cicborea*, cum jam habet 4 folia, debet transplantari in terram pinguem, &, ut ſe pandat, lapillus intra folia immittendus, quo facto etiam dulcior fiet. *Paſtinaca* liberaliter in gleba bona altiſſime paſtinata, circa æquinoctium vernum Luna ad finem ultimæ quadræ ſeminanda, eget frequenti ruricatione & humore. Annicula jam utilis eſt, utilior bima. Nonnulli hortulani paſtinacæ inſpergunt modicum ſeminis raphanorum, ut iis extractis glebam friabilem reddant, & dato radicibus paſtinacæ ſpatio, robuſtius incraſſentur.

(*c*) *Cynaræ* aliæ ſunt Bononienſes, rubræ & hæ meliores: aliæ virides Neapolitanæ. In Martio ante plenilunium in aqua per diem macerentur, & poſtea ſiccentur, tum in ejusdem menſis plenilunio inſerantur,

idque terræ intra vas repoſitæ, ita ut extremitates tenuiores deorſum ſpectent, tum vero humus tabula modice comprimatur, & vas fornaci calefactæ admoveatur. Non profundius, quam duobus ad terram digitis demergantur. Modice quotidie rigentur, ne terra ſit arida. Cum prodeunt, terram elevant, quæ decutiatur. Tum vas in hypocauſto ad feneſtras transferatur, ut ſit in calore mediocri: Cum exortæ fuerint Cynaræ, cortices extruſi ſeminum de terra caute ſine læſione auferantur, poſſunt etiam ſoli exponi, cum non eſt aſper ventus. Tandem in hortum transplantentur circa 25 April. die calido: diſtet unus ab alio tres ulnæ quadrantes. Singularem foliorum cinaræ virtutem contra vermes prædicat C. D. Helwich decur. 3. Ephemer. germ. A. 5 & 6. p. 436.

(*d*) Qui in dictis hortis Nidhardianis in Kriechen/ ad miram amœnitatem exſtructis, hortulanorum induſtria adjuti ad plenam maturitatem profecto tam celeriter proveniunt, ut, quamvis hortus ille in parte frigidiuſcula Trans-Oderana ſitus, hinc tamen melonum primitiæ tanquam aliquid rari Viennam & aliò mittantur citius, quam alibi, in regionibus etiam magis Auſtralibus matureſcant.

(*e*) Petroſelinum pro radicibus luna vetere, pro foliis luna nova ſeminandum. Multam amat adaquationem, & fugit nimium ſolem. Semen quo vetuſtius, eo melius. Ut fiat majus, in linteolo veteri, vel intra globulum fimi caprini plura ſimul deponantur ſemina. Ut folia ſint criſpa, ſemen concutiatur ſtipite ſaligno, donec cortex deciderit. Creditur tota hyeme manſurum viride, ſi die S. Joann. Bapt. ſeratur.

Legumina Hortenſia deſcribit D. ab Hochberg ſequentibus:

Hic lactuca tenet primas, menſaque coronans
Condenſante globo, varioque plicatilis orbe
Vel patinam caput unum implet; ſed diſtat ab illis.
Sic cohibent, ſeſe ut glomeret, foliumque recingat
Intybus, & tardis ſepoſita Cichoria menſis.
Non minus in pretio eſt, varias mixtura per herbas
Centaurea potens, lachrymanſque eruca ſalaci,
Qua ſacra eſt Paphiæ, & raphani non improba radix,
Qua molli gaudet terra, graveolentia Cepe
Et gratiore etiam, mordacique allia odore
Et porri aſſidua revirentia gramina meſſe.
Dulcius Aſparagi genus eſt, quibus annua nunquam
Debetur ſatio, ſemel a tellure recepti

Et

Et culti, ut fas eſt, reddunt ſua dona quotannis.
Petroſelinum itidem nullo non tempore prodeſt
Fercula, quæ ingreditur, noſtro condire Palato.
Pimpinella etiam, Citrioque Meliſſa ſapore
Chareque Phyllon habent commercia Nectaris hauſti.
Ruta gravis, Lapathumque virens, & ſalvia tuta
Si ſuper infuſo ponas in pocula vino.
Id melius faciunt præcepti ex arbore flores
Medica quæ poſt mala ferunt, res mira videtur
Veſta velut Bromio viridis daret oſcula Bacchо,
Aut Pomona ſuos illuc infunderet hortos.
Jam Seleri peregrinum olim, nunc incola noſtras
Sæpe cibat menſas, ſimilisque Liguſtico odore eſt
Et cum diverſis frondens ſpinacia Betis.
Braſſica deinde venit, variis quæ pradita formis,
Pars in caule gerit prægnanti appendice rapam,
Pars etiam altrices flores protuberat intus,
Pars caput immani foliorum duplicat orbe,
Vel criſpo, ſerrato etiam ſe corpore ſiſtit.
Hinc Ciceres, pictæque fabæ, variique Faſeli,
Piſa, & fœniculum multis mirabile Thyrſis,
Atque Aniſum pradulce, & humi repentia fraga.
Mox genera incedunt raparum, ignobile Blitum,
Agreſtis Raphanus, liquidi cochlearia Fundi,
Et piperitis acerba tuens, ſemel hoſpes Agelli
Non facile ejicitur, parvo & Rapuntia flore,
Acreque Pyrethrum, ſed grato obſonia guſtu
Permeat, & pigri per amica papavera ſomni,
Et ſedem, quam ſumit avara cucurbita, latam.
Dein cucumes torti, tenera qui a ſtirpe levati,
Doliolum fermento, & aceti aſpergine complent
Cum ſale conditi, crebro convivia mulcent.
Ante alios dulci ſaturant qui carne Melones,
Nectareo ſuperant qui ſuavia ſaccharа guſtu.
Sunt defendendi, Maji ne frigora ladant,
Ergo ſimo radix caute caleſiat equino,
Straminea, & noctu hos debent obnubere crates,

Campana,

Campana, aut vitrea, ætherio penetrabilis Aſtro,
Sub ſole irriguis gaudent ſuccreſcere caſtris,
Palmitibus parcas, ſic ut non rore madeſcant.
At diris aditum damnoſum Aquilonibus aufer.
Quid Cinaras ſtrobilosque feram, non laudis egentes?
Itala quos noſtras tellus tranſmiſit ad oras,
Si modo culturam facias, ii vertice lato
Noſtrates capiunt faciles Hyberna per oras,
Sint ædere, & palea & ſuperingeſto aſſere tecti,
Si gravis horret hyems, etiam letamina ſubdas,
Quidam Juniperi frondes pro muribus addunt
Arcendis, donec redeat Ver frigore pulſo.
Non referam hic Medicos centum radicibus hortos,
Vaſtum opus, egregiumque ſimul. Quid Rore Marino
Nobilius? totus perfundit Amaracus auras,
Et ſatureja feras, Althæa, Lavendula, Caleba,
Ocyma, ſolanum, origanum, meciorbus agreſtis,
Glycyrrhiza, Chamæmelum, Bugloſſa Crocumque,
Pæonia, Helleborique, Adiantum, & Malva ſalubris,
Abrotanum, Cynogloſſa, & cærulea Verbena.
Sed tamen herbarum ingeniumque ſitumque require,
Ut quem quaque locum, poſitus quos qualibet ardet
Hos apte tribuas: quædam ſe vallibus imis
Abſcondunt, aquoſque locos, & ſtagna cupiſcunt,
Quædam verſus habent ſeptem ſua caſtra Triones,
Quasdam oriens recreat, alia flectuntur ad Aſtrum,
Pars juga montium amat, pars campi ſeligit æquos.
Sed cum non poſſim ſubito numerare cohortes
Innumeras, linqui impreſſis quam plurima libris,
Qui tractant Herbarum ortus, viresque videntur.

(*f*) TABACI præterea, ſive Peti, aut Herbæ Nicotianæ etiam ferax eſt Sileſia, cujus colendi ſtudio præ cæteris occupantur Wanſovienſes oppidani ad Diſtrictum Grotgovienſem pertinentes, & pauci alii. De cujus uſu & abuſu hic nihil, cum integri Tractatus hujus *pulverem & fumum olentes* paſſim hactenus ſint editi. Von deſſen Pflantzung (inquit Autor Tractatus Oeſterreich über alles/ wann es nur will/ *Anno 1682 editi pag. 97.*) hat Europa vor hundert und achtzig/ Teutſchland aber vor etwan

wan sechzig Jahren gar nichts gewust. Nun ist dessen Bau nicht nur im Reich/ sondern auch in Pohlen / in Türckey / und rund um uns herum gemein/ und zu einem gewissen einträglichen Handel gediehen. Die Erb-Länder allein seynd so saumseelig darinnen / daß sie lieber jährlich eine unglaubliche Menge Gelds (die rechte Summa will ich lieber hier und da aus dem quanto des apalto errathen lassen/ als selbiger specificiren) hinaus schicken/ als dasse Bau anfangen. Und gleichwohl ist am wenigsten zu zweiffeln/ daß vielen Orten in Ungarn/ und auch in Oesterreich und Böhmen/ dieses Kraut/ wie in Brasilien und Virginien / wenigst so gut als in der benachbarten Türckey fortzupflantzen / und möchte sich insonderheit Böhmen für ein sonderbares Glück rechnen / wann solcher Bau von ihm recht unternommen würde. Joannes Nicotius, a quo nomen hæc herba habet, anno 1559 ex America in Lusitaniam, & in Galliam eam transtulit, unde per universam Europam transplantata fuit. Præterea etiam a Nicolao Tornabono Episcopo Italo, qui illam in Italia primus plantavit, *Tornabonia* fuit vocata. Petum vocatur in Brasilia. Er ist männlich- und weiblichen Geschlechts: Dieser träget runde/ jener spitzige Blätter: Und soll das Männlein den Männern/ das Weiblein den Weibern am dienstlichsten seyn.

§. 29.

FLORUM varietas, copia & virtus.

Ex ingenti florum copia celebratiores duntaxat, ac frequentius in hortis promicantes, qui sint in omnium specimen excerpturus, temporis ratione primum locum tribuo VIOLIS, ut quæ omnium pulchritudinum veris prænunciæ, ac præmonstratices, imo deliciæ: sed purpureæ illæ odoris sane gratissimi, & coloris præstantissimi, quæ nigræ quoque, Claudiano fuscæ, & vulgo Martiæ dictæ, atque, ut patet, ex syrupo, qui cum saccharo ex iis paratur; pectori cumprimis valde sunt gratæ. Extra quas tres aliæ nobis species, albæ, puta, luteæ, sive croceæ, ac rubræ.

Violæ ſuccedit ROSA, flos ille cognitiſſimus, rigidis quidem undique ſpinarum telis armatus, ſed idem qua ob odoris fragrantiam, qua ob ſingularem medendi ac corroborandi facultatem nobiliſſimus. Quem ob id, ut cum Poëtis loqui liceat, non

amat modo - - Lucifer alis
Quem Venus illuſtri gaudet producere cœlo:

ſed Muſæ quoque in deliciis habent; neque hæ tantum, ſed ipſiſſimæ

Ἔαρ φανέντ᾽
Χάριτες ῥόδα βρύουσι.

Flos inquam ille γῆς κόσμ᾽, φυτῶν ἀγλάϊσμα, ὀφθαλμὸς ἀνθέων, λειμῶν᾽ ἐρύθημα, κάλλ᾽ ἀσπάτοτον, hoc eſt, terræ ornamentum, plantarum ſplendor, oculus florum, prati purpura, pulchritudo coruſcans; uti quidem apud Achillem Tatium de ea canit Leucippe lepidiſſima Virgo, minimeque adeo dubitat, ſi Regem floribus conſtituere voluiſſet, non alium, quam Roſam tali honore fuiſſe dignaturam. Quo magis dolendum tantæ inter egregios terræ partus dignitatis florem eodem prope, quo naſcitur, momento ſeneſcere, ſed quo ipſo tamen nos proximæ admonet mortalitatis. Colores ejus haud minus, quam odores varii: dum hæc purpureo flore, illa incarnato, alia candido, iſta luteo renidet.

Proxima Roſæ ſunt Lilia, eaque multicoloria, ſed

ſed in queis frequentiora gratiſſima, quæ candore nivali conſpicua, & croceis auri pulcherrima filis. Flos certe tantæ dignitatis, ut non modo κεινὸν βασιλικὸν καὶ ἄνθος ἀνθῶν, ſed Salomonis quoque ornatum ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ, id eſt, cum auguſta ſpecie in ſolio eburno aurato ſedens jura daret civibus, aut reſponſa exteris ſperare a Chriſto dicatur.

Sequuntur inde cum ipſis etiam Roſis certantes de principatu Caryophylli ſive lychnides coronariæ: quarum aliæ ſimplices, aliæ duplices, propter latiſſimam floris frequentiam, quibus minuſculus flos medius inſidet cum ſuo caliculo: Volle Nelcken. Caryophyllorum nomen habent, quod gratiſſimum Caryophyllorum aromati coram odorem ſpirant. A colore communes illis differentiæ quatuor: rutilæ, candidæ, albæ, miſto rubore nudam carnem referentes, (Leib-Farben) unde & cognomen: candidæ denique diverſis venis ſanguineis diſtinctæ, & ab loco, ubi pulcherrimæ in Sileſia naſcuntur, Strigenſes adpellatæ.

Tametſi vero quatuor iſti flores omnibus cæteris jure ſuo anteſtant; æmulis tamen ſuis haut quaquam carent, qui cum de palma deſperent, proximam ſibi ab illis dignitatem habent aſſignatam: ejusmodi ſunt hyacinthus, narciſſus, jaſminum, albis ex luteis floſculis muſci odorem ſpirantibus, flos Solis, Corona Imperialis, Roſa Hierichuntis, Tulipæ deni-

que diverſi colores, ſed colorum magis pulchritudine ac luxurie inſignes, quam odorum ſuavitate aut utilitate commendabiles.

Quin inter præcipua quoque hortorum decora Libanothis eſt, ſive Roſmarinus nobiliſſimus, & jucundiſſimi odoris frutex, coronariis ornamentis, ciborumque ac potionum condimentis notus: neque minus ad ſanitatem, quam ad voluptatem conducens. Mirandas certe ejus virtutes, ut nemo Auctorum ſatis expreſſit, ita Clariſſimus quidam Medicus publicis literis conſignare non dubitavit, ſæpius a ſe obſervatum, imo certiſſimum eſſe, in quacunque ditione ubi ubere creverit Roſmarinus, ibi omnia terræ naſcentia læte multiplicari. Neque minus vero in hortis noſtris fruticant majorana, ruta, lavendula, ſpica nardi, cypariſſus, aliæque pulchræ & odoratæ herbæ complures, qua cognitæ nobis, qua incognitæ, eædemque alibi infelicius, eædem alibi felicius, latius, & frequentius (ut cuique loco, cuique hortulano ſua ſors, ſuum ingenium eſt) provenientes. Nec leve inde pluſculis fœnus, VVratislaviæ præſertim, ubi major magnæ hominum parti ex herbis, floribusque, jam bonæ cujuſpiam induſtriæ, cenſus.

Hunc paragraphum de floribus claudat floridum carmen Hochbergianum, quod ita ſonat:

- - - Nunc area ſiſtat
Diſpoſitos vario concinnoque ordine flores.
Leucojum primo foliis tribus emicat inter
Sepe nives poſitum, & pallenti Lilia Palla

Arden-

Ardentesque Croci, pleniique Hepatica gemmis,
Atque humiles violæ, nomen queis Martius indit.
Veris odorato tum frondet Primula luxu;
Phœbeique memor, sed & infelicis amoris
Mox Hyacinthus adest, qui Eurotæ ad littora quondam
Jactu imprudentis periit (miserabile) disci.
Cui se Liriopes miseræ Soboles Narcissus
Adjungis socium, specie cum dives uterque
Ostentet vario pulchram cognomine prolem,
Vestitu tamen hos (licet haud insignis odore)
Tulipa convincit, quæ ceu Vertumnus in omne
Vertitur ingenium, jam nix, jam flamma videtur:
Purpureo, flavoque sinu, roseoque nitescit.
Nunc vincente uno, nunc exuperante vicissim
Et commixto alio, fluctus mentitur & ignes,
Graminaque & stellas, & quos Aurora jugales
Mane refert miros, & quos dant prata colores,
Quos Amethystus habet, gemmarumque inclytus ordo;
Et magis est diversicolor flos nullus in orbe.
Pulchra quoque effigies, nomen sortita Fritilli
Floris inest Horto, Meleagris quæ ipsa vocari
A nostris solet, abjectosque ostendere vultus
Ut Thusci consuevit, & his in partibus errat.
Miro Anemone etiam de sanguine Adonidis orta
Excellit radio, diverso hoc tempore radix
Imposita in toto floret flectabilis anno.
Nec non ridenti frondens Ranunculus ore
Purpureum caput extollit, si prima negatur
Gloria, sed tamen haud flores vult inter haberi
Ultimus, & vasta formosus fronte superbit.
Ingrati hospitio sunt ambo, solumque cremantes
Acriter exurunt, danda his nova terra quotannis.
Sed mihi cum Iridibus quis molli lilia peplo
Enumerare potest? quæ vel violaceus ambit
Candidus aut rutilans color, aut ceu sole sereno
Cæruleum lucet sudo super æthere cælum;
Est variis mixtura modis. Affinis iisdem

Martagon micat, e cunctis primas tamen Iris
Perſica, quam Suſa huc mittunt memorabile pignus,
Et merito tenet, umbroſaque in veſte ſuperbum
Lumen habet, floresque horti ſupereminet omnes.
Poſt ſolet Aſphodelus grato ſe extendere Thyrſo:
Inter odoratos non laus eſt ultima Junco
Quem colit Hiſpanus, tenui ſic vimine quamvis,
Si color in pretio, debetur grande Talentum
Trachelio peregrino, hoc nuper America miſit,
Unde a purpureis partibus cognomina traxit.
Æquiparare poteſt nulla hoc (licet ignea) Lychnis
Turcica, Chalcedon noſtris quam miſcuit herbis,
Quis mihi Leucoji enarrat ſpeciesque decusque
Atque triphylla phalangia, Moly aut Virginianum?
Caryophylla quid hic memorem? maturior illa
Excipit, egregiis decorata coloribus æſtas.
Quos non hæc titulos, quæ non cognomina portant?
Planta & odoratu ſimul, & lectiſſima viſu
Delicium hortorum, poſt certa lege ſequuntur
Clematis irrepens; Ledumque & lubricus orchis,
Indica canna etiam foliis, & flore verenda,
Tum Mexicani radix mirabilis orbis
Æſtatem, Autumnumque ſimul quæ floribus implet.
Sunt quoque ſulphurei partim croceique coloris
India quæ dudum dederat naſturtia nobis,
Quæ non tantum oculis, etiam ſunt grata palato.
Hinc Apios tenerum quod more volubilis errat
Inque pedamentis, viola perſuavis odore
Purpureas gemmas nodoſo e tubere profert.
Syriacumque Apocynon adeſt, quodque Eſula multis
Dicitur, & lactis ſuccos de vulnere fundit.
Pertinet huc ſacrum Maracot, quod tradidit Eos,
Sed tantum flores, at non felicia poma.
Et Chryſanthemum magni ſtella æmula ſolis,
Conſolida Thlaſpi, digitalis & Americus flos,
Othonna Caltha, cum Saponaria, Ciſtus,
Et quæ fortuito per ſylvarum abdita caſu

Vallibus,

Vallibus, & pratis, & per plana æquora Campi
Sæpe requiruntur, riguosque feruntur in hortos,
Non opis eſt noſtræ omnes percenſere cohortes.
Si quam quisque ſibi culturam floſculus ambit,
Adjicere ordirer, tempusque animusque deeſſet.
Nunc igitur ſatis eſt. Nimio florum obruor imbre.

De Roſis non ita pridem editus eſt Tractatus ab Academico Curioſo. Lilium fuſe deſcripſit Cl. Tilingius in peculiari Tractatu de Lilio Curioſo Erf. ad M. 1683.

§. 30.

Plantarum, florum, herbarum, ac radicum varietas, virtusque medica.

Quid de ſtirpibus ac plantis dicam, quæ ſolius naturæ impulſu, absque hominum ſtudio & labore, non in hortis ſolum, ſed & extra hos, in pratis, in campis, in vallibus & montibus, circa urbium mœnia, circa ripas amnium, circa viarum margines, circa arvorum ſepes paſſim e terra prorumpentes, non inculinæ magis, aut coronarum uſus, quam in medicinam cedunt? (a) Incredibilis ſane illarum numerus: ſpecies innumerabiles: quas videlicet, ut cum Plinio loquar, non tam facile eſt recenſere, quam rerum naturæ facere.

Lucet enim innumeris ſtellis ut maximus æther,
Quorum avidos paſcit Neptunus, & integrat ignes.
Sic noſtra innumeris, quos roſcidus educat humor,
Floribus ornata eſt, & habet ſua ſidera tellus.

Ut proinde neminem fore confidam, qui mihi vitio vertat, qui Chloridos ſive Floræ Deæ, cum florum ſuo-

ſuorum numerum exequi nequiret, ſive præfationem, ſive exculationem meam quoque facere auſim:

Sæpe ego digeſtos volui numerare colores:
Non potui: numero copia major erat.

Neque vero hæc talia anxie tractare, niſi quatenus inde aliquid decoris patriæ vel ornamenti accedere poſſit, noſtræ aut profeſſionis, aut inſtituti eſt: lectore ob id ſciendi cupido ad Caſparum Schwenkfeldium remiſſo: cujus cura præcipua fuit, aut ſaltem inter præcipuas, ut florum, herbarum, plantarum, fruticum nomina, colores, odores, ſapores, aliasque virtutes, ac facultates præſertim medicas, ſtudioſe inquireret. Hujus ergo Catalogum adi, exindeque plus ſatis cognoſces: reperiri in Sileſia ſuapte ſponte naſcentes herbas catharticas, cephalicas, & cordiales haut deeſſe: abundare utiles ventriculo, lieni & hepati, nephriticæ, arthriticæ, & vulnerariæ ubique occurrunt: & iis quidem pleræque facultatibus, ut tutiora ex iis haut raro liceat depromere remedia, quam a pharmacis Sinenſibus, & Americanis, quæ a ſeplaſiorum fraudibus atque impoſturis raro libera & immunia, læpe etiam temporis diuturnitate, ac tempeſtatis injuria corrupta toto cœlo a noſtro temperamento diſtant. Certiſſimum enim eſt, quod benigna rerum omnium parens natura, ubi poſuit morbos, ibi plerumque produxit etiam remedia, atque adeo herbis etiam noſtratibus, & aliis terra naſcentibus

bus noſtra vires indidit noſtris corporibus commodas & familiares.

Quod ipſum tamen non hoc fine dixerim, ac ſi domeſticis medicamentis non ſufficientibus exotica plane rejicienda cenſeam: quippe cum nec vina, quæ domi noſtræ non creſcunt, nec aromatica exotica averſemur, ſed quotidie in cibis & medicamentis non ſolum ſine damno, ſed cum commodo utamur. Non omnis fert omnia tellus. Ideoque negotiationes & commercia inſtituta ſunt, ut una regio alterius inopiam ſublevet: incuria duntaxat notanda illorum fuit, qui remediis inquilinis plane neglectis, peregrinis tantum, novisque delectantur; cum tamen nihil magis novum ſit ipſis, quam domi natum, quia incognitum, notiſſimum peritis. Efficaciſſimas herbas in montibus editis provenire, experientia docet: Ob idque ipſum Hippocratem ferunt, omnes ſuas herbas, quibus in curandis morbis uſus fuerit, in altis montibus colligere ſolitum. Cujus rei cauſam influentiæ cœli, haud Medici duntaxat, ſed & Theologorum nonnulli adſcribunt: inde fieri exiſtimantes, quod ejuſmodi herbæ in hortos tranſplantatæ vires ſuas amittunt, ob cœleſtis ingreſſionis jacturam. Hæc veriſſima cauſa (inquit Joannes Arndejus) puta cœli influxus, cur in nonnullis montibus peculiares herbæ ob mineralia ſingularia inveniantur: nec dubium eſt, ubi benignior cœli conſtellatio eſt, illic mon-

tem exiſtere, qui aſtrorum illorum vim ad ſe pertrahat.

(a) In denen Gebürgen an den Waſſer-Bächen trifft man gewiſſer Art Steine an/ und auff denſelben einen wachſenden rothen Moß / wann man ihn mit dem Meſſer abſchabet / und in einem warmen Gemach auff dem Papier trucknet/ verwandelt er ſich in ein grünes Pulver/ riechet wie Violen/ und ſoll eine Artzney ſeyn wider den Blaſen-Stein.

In denen Wäldern wachſen auch allerhand Erd-Schwämme / welche man in Schleſien theils Reißken/ theils Piltze nennet: Etliche werden trucken in der Lufft/ etliche friſch geſpeiſet. Hæc Frid. Lucæ. Die gemeine Piltz will er gemeinen Leuten / Reißken aber Herren vorſetzen. Sed nolo boletos, oſtrea nolo, tace; timens ne boleti cauſa lethi mihi fiant: nam ut cum Athenæo loquar ex libro 2 Deipnoſoph. Prodeunt e terra fungi, pauci edules; ſuffocant enim multi: quam ob rem per jocum ait Epicharmius: Emaciati ac ſtrigoſi, veluti fungis ſtrangulabimini. Eparchides narrat, Euripidem Poëtam aliquando in Icarum peregre profectum, de mortua in agro fœmina cum liberis, duobus ſcilicet adultis maribus, & una puella, fungorum peſtilentium eſu, & cum prole ſtrangulata, hoc epigramma compoſuiſſe:

O ſol perpetua cœlum vertigine luſtrans,
Vidiſtin facinus tetrius hoc ſcelere?
Tum matrem, geminos tum fratres, atque puellam
Omnes hoc uno nunc periiſſe die. Hæc Athenæus.

§. 31.

LINI neceſſitas, latus, & magnus in Sileſia cultus.

LINUM Lein a leiden / hoc eſt a patiendo dictum, Goropius demonſtrare nititur. Ejus vere in vita communi tanta neceſſitas, ut ferme eo adæque ac pane homines indigeant. Nec vel maximus aliquis Imperator, vel minimus ruſticus carere queat. Tanta autem utilitas, ut verbis deſcribi ſatis nequeat. Hoc loti detergimur, hoc ſordidi defricamur. Ex hoc

hoc factum indumentum cuti proximum interdiu geſtamus, & ſtragulis linteis incubantes utimur. Hoc menſas & abacos inſtruimus, & exornamus. Ex hoc ruſticana gens utriusque ſexûs tunicas, caligas, veſtes alias ſibi parat. Hujus involucro tecti ſepelimur. Ex hoc denique mundus muliebris magna ex parte conſtat. Ulum ejus in velis apparandis, in claſſibus inſtruendis, velut admirans Plinius procœmio libri undevigeſimi, *Eſſe herbam*, ait, *quæ admoveat Ægyptum Italiæ, quæ Gades ad Herculis columnas ſeptimo die Oſtiam afferat, & citeriorem Hiſpaniam quarto, Provinciam Narbonenſem tertio, Africam altero, breviter tam parvo ſemine naſci, quoad orbem terrarum ultro citroque portet.* Et quæ præterea ibi leguntur. Multa dicenda eſſent de iis, quæ per ſe, vel contexta cum aliis inde fiunt. Quid dicam de variis mercium generibus? ſed quæ tamen omnia ſuperat res quidem illa pretioſiſſima, nec unquam ſatis laudanda, papyrus ſive charta noſtra, ſed quæ ex detritis jam, conceptisque linteis in lanuginem verſatilem rota tunditur, dum educta panno villoſo, formamque eam adipiſcitur, cui omnis veterum papyrus, cui & charta cedunt. (*a*)

Lini ergo magnus in Sileſia cultus, & proventus, incitante ad ſerendum pretio: usque adeo, ut vix locum reperias, ſive Magnatum prædia conſcendas, ſive oppida perluſtres, ſive agricolarum villas ſubeas,

ſive denique pauperum caſas, tuguriaque intres, in quibus linum tractari, etſi aliis atque aliis operis, puta, vellendo, colligando, macerando, a folliculis ſeparando, frangendo, pectendo, nendo, ſive filando, caudefaciendo &c. non animadvertas. Eſtq; objectum id mulierum maxime: cujus cauſa nullos non labores tolerant, adeo quidem, ut vir quidam nobiliſſimus, ſicut vinum virorum, ſic linum uxorum curam eſſe veriſſime pronunciarit. Et vero linificia non modo noſtram gentem centenis aliquot florenorum millibus quotannis locupletant, ſed exteros etiam mercatores divitiis atque opibus complent. Ex quo præſertim linum Sileſiacum telæ genus carbaſo non ignobilius ſuppeditat, quod in omnes Germaniæ Provincias; quid dico Germaniæ? ad remotiſſima loca extranearum gentium, ad Africæ usque oras (Indorum hiſtoriæ referunt) exportatur, magno totius patriæ quæſtu, majori gloria. (*b*)

Neque vero minor noſtris cannabis cura, quod nimirum ejus quoque ad funes & reſtes, ad caſſes & retia, ad vela & carbaſa, aliaque opera permagnus ſit uſus. (*c*)

(*a*) Ex lini ſemine oleum copioſum exprimitur, quod non ſolum medicis, ſed etiam pictoribus, lapicidis, lignariis, cæmentariis, ac fabris ferrariis magno uſui eſt: præſtat etiam ad lucernas, quod diutius igni reſiſtat, quam quod ex olivis exprimitur, ut ſcribit Theophraſtus. Pauperes loco butyri, maxime Catholici, in Quadrageſimali jejunio illo utuntur.

(*b*) Optandum eſſet, ut in praxim aut rem redigerentur illa, quæ citatus ante Autor Tractatus: Oeſterreich über alles/ wann es nur will/ ante

ecto-

octodecim annos in lucem editi, habet, ubi oſtendere nititur viam, qua provinciæ Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ hæreditariæ accommodata œconomia ſuper alios Europæ ſtatus evehi poſſint. Inter alia vero media œconomica in hunc finem adhibenda lini textrinam ponit, quæ per incolarum induſtrias adaucta, & omne linum noſtrum, aut filum ipſamet texens, tantum ferre poſſet fructum, ut hæ provinciæ, & has inter Sileſia ſibimetipſis ſufficientes mercibus lineis, aut ex Belgio, aut aliunde allatis non tantum haud egerent, ſed & grandes pecuniarum ſummas, quas pro mercibus ex noſtro lino contextis externæ provinciæ hinc efferunt, ſibi vendicarent, aut retinerent. Die Holländer (verba Autoris pono pag. 229.) holen unſere Schleſiſche Geſpünſt/ und machen ihr Leinwand daraus. Unſern Flachs holen ſie/ brechen denſelben noch einmahl/ und bereiten ihn auff eine ſondere Art/ ſpinnen ihn hernach auff ihre Weiß. Worbey dann zu mercken/ daß die Holländer in der Leinwand zweyerley gut machen/ das beſte für ſich/ als Inländiſch/ das geringere für die Ausländer: und zwar darum/ weilen ſie glauben/ die Ausländer zahlen ihnen das ihrige nicht nach dem Werth. Das erſte wird verfertiget von Schleſiſchem Einſchlag/ die Kätte aber daran iſt von Holländiſchem/ doch aus Schleſiſchem oder anderm Hochteutſchen Flachs beſtehendem Geſpünſt. An dem andern iſt ſo wohl Kätte als Einſchlag Hochteutſch und Schleſiſch: Ich laſſe mich noch weiter berichten/ ſie nehmen unſere gemachte Schleſiſche Leinwand/ und walcken ſie in Buttermilch. Dann des Walckens der Leinwand laſſe ſich niemand befrembden/ maſſen ſolches auch Leipzig verſtehet. Auff dieſe Weiſe muß ſich Hochteutſche Wahr gut Holländiſch machen laſſen. Nichts von allem dieſem iſt/ ſo wir Erb-Länder nicht nachzuthun vermöchten. Wäre unſer Verſtand zu ſtumpff es von ſelbſten auszufinden/ ſo laſſe man die Künſtler von andern Orten herkommen/ und ſpare keine Koſten daran/ ſie werden ſich wieder zahlen/ ob ſie gleich mit Gold gleicher Schwere müſten erkaufft werden. Gefällt dieſes nicht/ ſo ſchicke man theils unſerer Lands-Kinder dorthin/ und laſſe ſie es lernen. Können die Teutſchen/ ſo bald ſie in Franckreich oder Holland kommen/ es daſelbſtigen Einwohnern gleich oder auch bevor thun/ ſo lang ſie bey ſelbigen ſeynd: ſo können ſie auch die Kunſt wieder mit zurück bringen/ und ihrem Vaterland darmit wohl thun/ dem ſie ohne das alles ſchuldig ſeynd. Es liegt nicht eben an den Inſtrumenten/ daß man ſolche aus Franckreich oder Holland zu uns zu führen nicht geſtatte: Dann es ſey ſolches gleich weder gantz/ noch ſtückweiß möglich; ſo würde es doch ein ſchlechtes ſeyn/ daß

ein hurtiger mathematischer Kopff dieselbe fasse / und hernach bey uns zu Werck richte / solte es gleich mehr als eine Reise kosten. Auch vernehme ich von den Schweitzern / daß sie nun ihren Hanff trotz der besten Holländischen Leinwand zu bereiten wissen. Ich lobe sie nicht allein in sothaner Embsigkeit / sondern auch / daß sie das Land lieber mit grossem hohem Hanff / als kleinem Flachs / bebauen / und sich doch jenens so gut / als dieses letzten / zu bedienen wissen. Können nun dieses die Schweitzer / warum nicht auch die Erb-Länder?

Similiter discurrit pag. 86: Was aber die Käyserlichen Erb-Länder betrifft / so kan ja noch nicht vergessen seyn / in was vor einer Blüthe die manufacturen vor dem grossen Böhmischen und Teutschen Krieg gestanden. Wie Böhmen / Schlesien und Mähren (die es meines Bedünckens ihren Königen aus dem Lutzelburgischen Hause zu dancken gehabt) von Woll- und Leinen-Wercken / welchen beyden unter den manufacturen billich das höchste Ort zu gönnen ist / und von diesem letzten andere Erb-Lande mehr gleichsam gewimmelt; Wer nun sagen wolte / daß unserer Väter zu denen manufacturen natürlich geeignet gewesener Verstand in ihren Kindern gleich in der ersten generation so mächtig abgeartet habe / die würde gewiß sehr lächerlich seyn / und dörffte sich wohl auch die Erlaubniß geben fürzuschützen / daß etwan auch das Clima und die himmlischen influentzen sich zeithero geändert hätten. Und was braucht es viel? das einige Breßlau könte / wie in der guten Policey / also im Handel und manufacturen die Ehre der Erb-Lande im Nothfall für alle behaupten. Und die Embsigkeit und application der Einwohner des einigen Schlesiens / also wie das Land noch ietzo vieler Orten in seiner betauerlichen Verödung darnieder liegt / wäre gnug / alle in allen Erb-Landen fallende Woll und Flachs zu verarbeiten / und mit denen effecten dieselbe / und die Nachbarschafft noch darzu zu versorgen. Diese ehrliche Leute verfertigen ihre Tücher / wie bekandt. Wie nun aber in den Erb-Landen alles nach frembder Wahre schnappet / und man aus der Ursache den Schlesiern die ihrige guten theils liegen läst; So kommen die Holländer / holen solche ab / und geben ihnen eine sonderbare Bereitung die Preß und Farb / schicken sie durch eine recht belachenswürdige Handelschafft uns wieder zurück / und hencken sie uns für gut Holländisch auff / das ist / nicht nur der Güte nach / sondern auch in zwey oder dreyfachem Preiß. Wer nun aber Tuch oder Leinwand so weit bringt / daß ihme mehr nicht als noch eine schlechte Bereitung ermangelt / solte der von Natur nicht ebenfalls etwa so viel genio besitzen / daß

daß er ihnen sothane gleichsam letzte Ehr des bereitens auch noch könte wiederfahren lassen? So ist auch aller Welt unverborgen/ was Schlesien in der gebildeten Leinwand für Proben thut. Legte es nur gleichmäßigen Fleiß und Nachsinnung auff die seidenen Zeuge/ so würde gewißlich weder Franckreich noch Italien uns darmit zu versehen die Mühe anzuwenden haben. Et in alio loco pag. 166, ubi contra illos, qui provincias hæreditarias mercibus suis sibi non sufficere, ac proinde externis egere putant, sequentia ponit: Mit der leinen Manufactur wären die Erb-Länder/was die Menge betrifft/bereit überflüßig versehen/wann nur die guten Leute/so davon profession machen/ Arbeit genug zu finden wüsten. Schlesien allein wäre gnug darzu / allwo sothane Weberey fast keine Zunfft hat/ und sich aller Orten/so in fürnehmen/als Bauren-Häusern/die Webstühle (*puta in montanis*) in Stuben und Kamern finden/auff welchen alles durch *einander arbeitet*/ und alles durchgehends nicht anders / als wie zum spinnen/ darzu angelehret wird.

Pagina rursus 269 contra fimbrias aliunde advectas conquestus talia scripsit: So seynd auch die so genannte Anneberger Spitzen (besser Meißnische Gebürg-Spitzen) dem Ansehen nach nur eine geringe Sache/ und ziehen dannoch jährlich etliche hundert tausend Thaler ins Land. Ihr Ursprung ist daher/ daß die Berg-Knappen in ermeldtem Gebürg von den Gewerbten kärglich belohnet werden/ und unmöglich darbey bestehen können/ derowegen dann sich ihr Weib und Kind bezwungen finden die Nahrung aus dem Spitzen-Machen zu gewinnen: Deren seynd nun in einem Strich von ungefähr acht biß zehn Meilen auff die zehentausend / deren iede Person dem Bericht nach wochentlich von 12 zu 16 Meißnische Groschen gewinnet. Ich will aber nur 10 Meißnische Groschen setzen / so komen in 52 Wochen gegen vierthalbhundert tausend Reichsthaler-Gulden heraus / welches nur der Arbeits-Lohn ist. Die Verleger schlagen allerwenigst die Helfft darauff. Die Frantzosen kauffen theils den Verlegern ab / und verkauffen es um das zwey und dreyfache für Frantzösisch und Niederländisch Guth. Das heist wohl blinde Welt / die betrogen seyn will. Merckwürdig ist/ daß der Zwirn zu solchen Spitzen in Holland/ die Gespunst aber darzu in Schlesien gemacht wird. Das Pfund dieser Gespunst mag etwan etlich wenig Thaler in Schlesien austragen/ wird in Holland noch etwas bereitet / hernach den Meißnern wiederum um 16 biß 24 Thaler auffgehencket: Und kan seyn/ daß noch darzu unterweilen der Grimmische Zwirn für Holländischen mit unterlaufft. Die

Meißner

Meißner nun machen aus den 24 Thalern noch Advenant von zwey biß dreyhundert Thaler. Alſo kommt das Pfund feinen Schleſiſchen Flachſes/ welches in ſeiner Heymat nur etliche Groſchen koſtet / wann es durch ſeine Rotation gehet/ bloß für den Arbeit- und Verlegens-Lohn auff einen Werth von zwey und dreyhundert Thalern. Schleſien aber genüſſet das wenigſt- davon. Nimirum vivitur ingenio. Solte es aber nicht einmahl der Mühe werth ſeyn ein paar hundert / oder auch tauſend Thaler daran zu ſetzen/ und den Holländern das Zwirnbereiten abzulernen? Wañ wahr iſt/ quod neceſſitas ingenium acuat, wie an dieſen Meißniſchen Gebürg-Leuten es Sonnen-klar erhellet / ſo ſolte einer faſt a contrario argumentiren / und ſchlüſſen / daß bey uns Erb-Ländern die Noth noch lange nicht alſo/ wie insgemein doch die Klage iſt/ ſeyn müſſe / weil uns der Verſtand ſo langſam auffgehen will. Um Commetau in Böhmen hat ſich zwar etwas mit Spitzen angefangen / und ob es gleich noch nicht hoch geſtiegen / iſt das Unternehmen gleichwohl zu loben. Hæc dictus Autor. Quibus nimirum, & multis aliis loco citato fuſe diſputatis oſtendere ſatagit, quam facili negotio Sileſia noſtra divitias, quas ex noſtro lino lucrantur externi, quasque in ejuſmodi merces nominetenus tantum Gallicas & Hollandicas expendit, ſibi vendicare, ſibi reſervare poſſet, modo lini laborem majori cum induſtria tractaret, linteaque ſupellectile, quam incolæ ſufficienter ſubtilem atque mundam parare poſſent, contentaretur. Quod tamen, ut in rem rediganur, optandum magis, quam ſperandum.

(c) Aus unſerm Schleſiſchen Wirthſchaffts-Buch iſt zu mercken/ daß des Leines viererley Art ſeye: 1 Der See-Lein. Wird um Oſtern auch etwas längſamer im Aprill ausgeſäet; fällt vor ſich ſelber aus/ muß zeitlich und noch grün gerauſſt werden.

2. Stauden-Lein/ iſt hier im Lande nicht im Brauch.

3. Gemeiner Lein-Samen / oder Früh-Lein / den man zeitlich vor Oſtern am grünen Donnerſtage oder Charfreytage im alten Monden dicke ſäet.

4. Der gemeine/ſo man längſamer/im Mojo um Stanislai,und wenn der Apffel-Baum beginnet zu blühen/ viel dünner als den Früh-Lein ſäet/ giebt ein gut Gewächs und viel Körner. Aller Flachs-Samen ſoll im Mittag und im alten Monden ausgeſäet werden: denn welcher im neuen Monden/ und nach Mittag geſäet wird/ ſoll ſich immer verjüngen und blühen.

Hier in Schleſien hält man viel von dem / den man am unſer lieben Frauen Abend vor Mariä Verkündigung / und Mariä Bekleibung genennet

nennet wird/ ausſäet. Andere wollen ihn vor gut halten / wann er zehn Wochen vor Jacobi / andere / wann er einen Tag vor S. Gregori geſäet wird/ ꝛc.

Es wird aber ſo ſehr langſam/ als im Majo und um Stanislai, wann der Apffel-Baum blühet/ hier zu Lande ſelten wo/ als nur um Creutzburg oder Pitſchen/ ausgeſäet.

Scite tam de lino, quam de cannabi philoſophatur, & tractat R. P. Fiſcherus Tr. 5 parte 2 a cap. 4 usque ad cap. 8. In cap. 4 de textrina ſeu antetexendi telam agit, & præcipue de cannabi, pro qua non vulgarem, ſed optimum agrum ſeligendum eſſe ſcribit. Locum pro ea ſeminanda intra ſepem, vel hac deficiente in meliori ſtipula ſiliginea, quæ in autumno inverti, & occari, atq; vaccino lætamine impinguari, nec non ante hiemem *inarari* debet; vel in quieſcentibus piſcinis, in quibus robuſtiorem, craſſioremq; *corticem* generet, aptiſſimum eſſe judicat. Pergit ille, cannabim eo *pinguiorem* perfici, quanto rarior ſeritur. In mediocriter vero opimato ſolo, denſioreq; ſemine injecto, gratioſiorem calamum, tenuioribus ramuſculis, delicatiore cortice, plantam produci, ad textrinam præſtantiorem. Inter cannabim porro marem & fœmellam ponit differentiam, quod mas exſlos, ac longe fortior, in multa brachia ſe diffundat, fœmellæque ſterilitatem copioſo ſemine compenſet: fœmella vero multo ſubtilior, ramorum expers, & omnino manca, mareque longe citius matureſcat. Poſtea, quando vellenda, ubi, & quamdiu emollienda, undeque cannabis maturitas cognoſcenda ſit, indicat: quæ tamen cum noſtris œconomis ex praxi conſtent, hic annotare nolumus.

Pro lino agrum neque ſiccum, neque humidum nimium, ſed neque pinguiſſimum, multo minus argilloſum, vel aratro reſiſtentem, capite ſexto requirit. Optimum eſſe dicit in planitie, vel leniter acclivem, arena *nigra* permixtum, ſimo non crudo, ſed bene putrido, & quaſi in terram redacto conditum, ne germen exerat. Inſinuat dein, quando ager inarandus, iterandus, tertiandus, &c.

Optimum ſeminandi tempus Feſtum Beatiſſimæ Annuntiatæ, quod feſtum Germinationis (der Bekleibung) vocant: vel Dominicam Palmarum, vel pridie S. Adalberti, tardiſſimum ſeptima hebdomada ante S. Jacobi, ſemper autem veterana Luna, eſſe ſtatuit. Præſtantiſſimam pro lino glebam, quæ elapſo anno cannabim tulit, eſſe judicat, eo quod cannabis omnes vitioſas herbas in ſua enervet, ac ſuffocet, reddatque denſitate & robore ſuarum radicum friabilem terram. Idem agere humum ra-

pinam, & agrum, ubi nuperno anno olera plantata fuerant. Neque neceſſe eſſe ejuſmodi agrum denuo fimare.

Qua præterea ratione maturitas lini dignoſcenda, quæ cura lini emolliendi? quot operæ præſtandæ, antequam ad perfectionem deduxeris, quarum centum & plures numerat autor? Quæ laus, quis fructus lini? &c. fuſe per duo capita deducit, a quorum fuſiore annotatu ſuperſedemus, ni fruſtra laboremus, vel regulas inutiles ſcribendo œconomis longa praxi perfectis, vel nauſeam augendo hæc non modo non curantibus, ſed etiam faſtidientibus; quibus ultimis tamen ſequentia dicti autoris verba ſubnectimus: Hæc de fuſo (inquit ille) fuſius forte iis, qui magis de lana caprina pectenda, quam lini & cannabis cura ſoliciti ſunt, omneque penſum penſi habent, immemores, non exiguam quantitatem omnis generis telæ ad lineam ſupellectilem conſervandam & ſubſtituendam, neceſſariam eſſe: qua ſemel neglecta, magna pars ibit ad chartopœum; potiſſimum in qua domo copioſa familia, ampla communitas, templa publica, triclinia, & cœnacula grandia; quæ omnia minimum triplicatam ſupellectilem requirunt; ut ſi hæc vel illa ſordidetur, munda adſit; vel ſi hæc, vel illa deficiat, & uſu pereat, nova quotannis ſubſtituatur: quod fieri nequit ſine copioſa proviſione variæ telæ.

Utinam mulieres noſtræ, non tantum ruſticæ, ſed etiam honoratiores, & nobiles huic generi induſtriæ ſtuderent diligentius, cum muliere forti (de qua Proverbiorum cap. 31.) lanam & linum quærerent operoſius, digitis ſuis fuſum apprehenderent frequentius, ut hac ratione non tantum fierent quaſi navis inſtitoris de longe portans panem ſuum, ſed panem etiam otioſæ non comederent! ita, ut non ſolum per linificium quæſtum domui ſuæ, imo toti patriæ facerent, ſed & deſidiam, communem illam fœminarum corrupticem, vitarent, laudemque illam mererentur, quam Illuſtris Poëta Fridericus a Noſtitz anno 1571 Nobiliſſimæ Fœminæ Dnæ Helenæ a Rechenberg, Agnati ſui D. Friderici a Noſtitz de Damitſch in Schönborn Conjugi, ſcripſit ſequentibus:

Suſtulit hinc juſtos ſolertia docta labores,
Ut certum fugiens ocia vana malum.
Ocia ſi deſunt, deſunt mala plurima vitæ,
Et felix vere eſt, qui facienda facit.
Felix ille ſuos peragit qui rite labores,
Felix in propria qui ſtatione manet.
Hoc bene percepit, multo cognovit & uſu:
Hinc fruſtrata ſuo eſt nulla labore dies.

Nulla

Nulla dies abiit, juſto quin munere fungens
Officis faceret debita juſſa ſui.
Hinc non deliciis, molli ſed dedita lanæ
Cura erat, & tenera ducere fila colu.
Ergo tulit meritas caſtiſſima fœmina laudes,
Ut quoque Rex Salomon talia facta probat,
Fœmineam tollens ſuper athera celſa coronam,
Cujus conſuevit ducere penſa manus.
Purpureum qua fingit opus, Regumque tapetas,
Qui decorant textis alta theatra ſuis.
Laudibus hanc perhibet jucundis undique tolli,
Cum ſene quod laudes, virque, puerque canat.
Præter & ardorem Lucretia caſta pudoris,
Hac quoque non humili prædita dote fuit,
(Livius ut notat hoc Patavinæ gloria gentis)
Quod lana ſera dedita nocte fuit.
Ac inter famulas, ancillarumque catervam
Ædibus in medio Textile ſtruxit opus.
Hujus dum pariter veſtigia digna ſecuta eſt,
Inde tulit ſexûs præmia digna ſui.

§. 32.

RUBIÆ quæ utilitas? & quid Cocus bapticus?

Ex RUBIA ſativa, quæ nomen habet a radice rubra, cujus præcipua in tincturis utilitas, quippe qua imbutæ lanæ, & melius atque penitius colores quosdam combibunt, & firmius, durabiliusque retinent, haut exiguam commoditatem ac quæſtum Sileſia percipit. Colorem ejus Curantiam vulgus infectorum in Provincia & Belgio vocat, qui tanto in pretio eſt, ut & Regium Colorem Galli nominent, & celebratus ſit a Principe Poëtarum, ſub Hiberæ ferruginis commendatione inter colores militares, ut

in ſuis exercitationibus prodidit vir ille non minus genere, quam eruditione illuſtris, & quem vere Theodori Zwingeri verbis ætatis noſtræ Ariſtotelem appellare poſſis, Julius Cæſar Scaliger : haut multo minora fieri commercia, inquiens, propter Rubiam in Belgio inferiore, quam in Provincia Narbonenſi ob Iſotidem. (*a*) Atque hæc quidem radix avorum noſtrorum memoria a mercatore quodam Belgico in Sileſiam primò allata tam feliciter ſtatim comprehendit, multiplicavitque, ut magnis & quæſtuoſis inter Belgas & Sileſios commerciis occaſionem præbuerit: cum ante illam *κόκκου βαπτικῆς* cultus non eſſet infrequens, id quod ex antiquis mercatorum rationibus ſibi adparuiſſe Vir magni nominis mihi confirmavit. Ea quid proprie ſit, conſulendi Botanici: ex quibus diſcere licet, non ſolum in Aſia, ſed & in Græcia, Luſitania, Gallia Narbonenſi ilices reperiri, quæ præter glandes grana quoque ferunt tinctoria præſtantiſſima, Arabibus Alſchermes (unde & Chermiſini appellatio) dicta, quibus panni colore coccineo elegantiſſimo tinguntur, Germanis Schatlach: & e quibus ipſis granis ſed recentibus in Italia, ac Monſpelii præſertim in Gallia confectio illa odorata, & aromataria alchermes dicta paratur, & in varias regiones mittitur. Neque tamen granum ipſum immediata eſt coloris materia, ſed vermiculus potius ille, qui in cocco, cum maturuit, naſcitur. Hunc ipſum

ipſum Coccum, num Sileſia agnoverit, cauſam dubitandi habeo nullam, ex quo maxime ex ſelectarum Philippi Melanchthonis declamationum tomo quarto didici, in Polonia, nec procul a Wratislavia naſci herbam Tſerwitz, qua aliquot ſeculis pro Cocco baptica Italia uſa fuerit. Eam herbam collectam macerari cereviſia, uno atque altero menſe: idque ubi factum, verti in vermiculum, qui eſt ſanguinei coloris materia. Regem ex hac merce vectigal quotannis habuiſſe ſex millia aureorum Hungaricorum: ſed qui tamen quæſtus minor factus eſt, quod ea herba propter ignaviam minus coleretur, & macerandi laborem pauciores ſuſtinerent. Talis ergo haut dubie Sileſiaca fuit Coccus. Sed cujus pretio non tam ob cauſas modo recenſitas, quam propter copioſiſſimam Cocci ex Hiſpania in Belgium comportationem imminuto omnis culturæ diligentia ad Rubiam translata fuit, eaque res multorum vectigalia auxit, adeo quidem, ut vulgari etiam dicterio jactaretur: **Wolle / (b) Röthe / Weitzen tragen in Schleſien am meiſten.** Solum amat pingue, quale in agro Wratislavienſi, etſi nec Lignicenſibus, Olavienſibus, Strelenſibus, aliisque agris eſt incognita.

(a) Der Acker muß hierzu mit einem Grabſcheid gegraben/ die Röthe erhoben werden / weil ſie tieff einwurtzelt. In hart und leimichten Aeckern wächſt ſie nicht gern. Sie wird nicht geſäet / trägt auch keinen Samen/ ſondern ſie wird von den jungen Sproſſen oder Keymen / ſo im Frühling aus den Röthſtöcken wachſen / gepflantzet. Die Keymen zieht man im Neu-Monden aus / und leget ſie bald in friſchen Acker gegen

Pfingſten drey Finger weit von einander/ und beſchüttet ſie mit Erde/ und tritt/ oder drucket ſie ein wenig ein. Der Miſt wird im Martio bald um Oſtern im alten Monden ausgeführet/ und alſobald auff ein iedes Beth ſonderlich gebreitet/ und wann der Acker trucken iſt/ wird der Miſt fein tieff untergraben. Hernach wird der Acker mit einem eiſernen Rechen wohl überegket. Wann von dieſer Zeit biß zum Einlegen der Keyme der Acker ſehr bewachſen ſolte/ muß man das Unkraut ausjäten im alten Monden/ damit der Acker rein ſey. Wann die oberſte Erde von der Sonnen dürr worden/ wird ſie mit einer ſonderlich darzu bereiteten Krick zu beyden Seiten vom Beth herab in die Furchen gezogen. Dieſes geſchicht/ da man die Keymen einlegen will/ im Majo im neuen Monden. Alsdann macht man mit der Hauen quer übers Beth eine Furch/ und alſo eine nach der andern/ eine gute Sparne weit von einander/ und darein legt man die Keymen/ eine iede ſonderlich/ etwan drey quer Finger von einander. So aber die Keymen klein und geringe ſeyn/ mag man derſelben drey zuſammen legen. Wann dann alſo ein Fürchlein mit Keymen belegt/ ſo macht man bald darneben das andere Quer-Fürchlein/ und füllet das vorige mit der Erden zu/ ſo man aus dem andern genommen; und ſo fort an. Alsdann müſſen die Forchen eingetreten werden; Hat der Acker nicht Regen/ oder andere Feuchtigkeit/ muß man ſie begieſſen. Vierzehen Tage hernach im Julio im alten Monden kratzt man die Erde auff den Forchen aus/ heiſſet bey den Kräutern auskröllen/ damit die Erde gelüfftet werde/ der Regen einziehen/ und die Keymen feuchten kan. Wann dann die Röthe vier Wochen/ oder was länger/ eingewachſen/ druckt man die Keyme etwa im Junio um den Neu-Monden mit einem Stabe oder Handhaben an der Hauen hinüber auffs andere Fürchlein gleich ſchlecht nieder/ heiſt Strecken/ und jätet das Unkraut aus. Alsdann nimmt man aus der Forchen/ wo die Keymen nicht liegen/ die Erde/ und beſchüttet die Ober-Keyme damit/ ſo man hat niedergedruckt: damit ſich die Keymen im Stroh nicht überwachſen. Bleiben alſo biß in Herbſt/ da man ſie im October um Michael auswirfft. Bey dieſem Auswerffen ſoll man das grüne Kräutlich rein abnehmen/ die Wurtzel im abnehmenden Monden mit einem langen Grabeiſen auswerffen. Dabey ein andere Perſon ſeyn muß/ welche die Röthe aus der Erden leſet/ und die Erde davon abſchlägt. Etliche laſſen die Röthe zween/ andere nur einen Sommer liegen/ halten dafür/ daß es beſſer ſey zweymahl denn einmahl genieſſen; ohne was ſie zu keymen liegen laſſen/ das bleibet über Winter/ biß man ſie bedarff.

bedarff. Etliche ſchneiden das rothe Graß ab/ gebens dem Vieh: andere laſſens auch ſtehen. Die Keym-Röthe bewerffen etliche im November vor/ etliche im Mertzen nach dem Winter im Früh-Jahr eines Fingers dick mit Erden: Iſt beſſer vor Winters. Dieſe beſchüttete Keymen werden mit einem Rechen fein gleich zugeeget. Wenn man im Mäyen die Keymen brauchet/ ſoll man ſelbige im neuen Monden mit einer Miſt-Gabel/ wie ſie nach einander liegen/ erheben / und die Wurtzel lüfften / aber nicht darmit gar ausziehen: Eine andere Perſon aber ſoll ſolche mit dem Kräutig faſſen/ und gemächlich ausziehen / ſo giebet ſich die Keym-Wurtzel von der andern weg / und läſt ſich etwan eines Fingers lang mit dem Kräutig heraus ziehen: Welche dann / wie vorgemeldet / alſo bald noch friſch in den zubereiteten Acker eingeleget werden.

Nachmahls im Majo etwan nach Pfingſten / wann die Keymen abgenommen ſeyn/ ſo bekratzt man die beſchütteten Keymen mit einem Rechen wieder auff / dieſe Röthe wird gleichfalls mit einem Grabeiſen / wie zuvor geſchehen/ im Zunehmen des Monden ausgeworffen/ und dieſe nennet man die Keym-Röthe: Iſt viel ſchöner und beſſer/ als die Herbſt-Röthe. Etliche belegen dieſelben Bethe / wo die Keymen geſtanden/ bald wieder: aber die Röth iſt nicht ſo gut/ als ſonſt auff andern Bethen.

Beym Einlegen der Röthe ſollen alleweil zwey Perſonen ſeyn / als eine/ ſo die Forchen mit der Erdhauen macht/ und eine/ ſo die Röth-Keymen einleget. Auch zeuget man nebſt der Röthe das ſchönſte Kraut/ und werden die Pflantzen bald nach Pfingſten/ wann die Röth geleget wird/ nur an die Furchen geſteckt. Wann ſie im Herbſt im October nach Michaelis ausgeworffen werden/ wie oben gemeldet/ wird ſie bey truckenem Wetter eingeführet/ in einen ſonderlichen Ort/ da ſie die Lufft durchgehen und nicht beregnen kan/ gelegt/ ſo lange biß die Feuchtigkeiten ausgezogen/ und ſie trucken wird. Hæc omnia aus dem Schleſiſchen Wirthſchaffts-Buch.

(*b*) De Lana tractabitur cap. ſequenti.

(*c*) His adjungenda ſerratula tinctoria, Scharten-Kraut / quam prata circa Wratislaviam ferunt, idcirco fœminis illam furtive evellentibus, & in urbe ſat caro vendentibus, infeſta; ut ipſimet interdum obſervavimus, & ejuſmodi fures deprehendimus. Sed & alibi creſcit in pratis.

§. 33.

ACORUS, quando hic plantari cœpta?

Quin & ACORUS, quem falſo Calamum Aro-

Aromaticum, cum longe diverſa ſit planta, officinæ vocant, noſtra memoria primum quidem in prædio Mahlen Ducatus Oelſnenſis ab Georgio Sebiſchio, mox ab aliis etiam cultus fuit, ut integra plauſtra in locis præſertim paluſtribus, humidioribus, ac riguis creſcerent, nec opus eſſet eum ex India curare conditum afferri, ſed ipſe ex Sileſia ad exteros deveheretur magnumque inde Cultoribus cederet lucrum.

§. 34.

CROCUS etiam creſcit in Sileſia.

Sed nec CROCUM (*a*) penitus recuſat Sileſia, id quod tamen Joannes Dubravius rerum Bojemicarum ſcriptor alioqui præſtantiſſimus adfirmavit. Vidi ipſe feliciter enatum Pilſenæ in prædio viri magnifici, Dn. Adami ab Hanibald, Conſiliarii Cæſarei: idque non ſolum odoris, ſed & coloris nobiliſſimi, ac vere χρυσαυγὴς translatum iſtuc ex Auſtria, omnibusque adeo tum notis, tum qualitatibus, quas optimo Croco Corycio tribuit Galenus, præditum. Sed quia cultura ejus operoſior, mirum non eſt, ſi non ſit apud quoſvis promiſcue.

(*a*) Croci regis vegetabilium curioſam edidit enucleationem Nobiliſſ. Johannes Ferdinand. ab Hertodt, quæ præter alia continet tempus quo viret & floret, culturam, collectionem, uſum mechanicum, pharmaceuticum, Chymico-Medicum omnibus pæne humani corporis partibus deſtinatum.

§. 35.

LUPULI magna cura & neceſſitas.

LUPI ſive LUPULI ſalictarii a perticis ſaligneis,

gnis, quibus alligatur, ut eas conſcendat (vitem ſeptemtrionalem aptiſſime vocat Colerus) magna paſſim cura: ad coquendam quippe cereviſiam, ſi quid aliud, perquam neceſſarii: idque non ſolum ad vini ſaporem (uti loquitur ſubtiliſſimus Scaliger) conſequendum, ſed etiam ut valetudini conſulatur; lupulum enim dant Medici ad ſanguinis defæcationem, & is ipſe utique eſt, qui dat veluti formam cereviſiæ, & facit, non modo ut ſit, ſed ut & bene ſit, duret longius, ſalubrisque exiſtat bibentibus. Hinc ergo illi toti etiam horti paſſim reperiuntur deſtinati: (a) iidemque proceris palis terra infixis conſpicui, per quos hiſpidi lupuli, ac prælongi caules aſcendunt. Cultoribus illorum id cumprimis cavendum eſt, ne caules terra nimium cooperiantur; ea enim re ſuffocari experientia docet: ſed & plantæ diligenter pedandæ, collocandæ, exherbandæ, tum ipſi fructus νωροειδεῖς, qui flores vulgo dicuntur, tempeſtive legendi, ſiccandi, ac pondere ſuperimpoſito gravandi: Hos certe paſſim conſtat, haut minori cum gaudio demi ſolere, quam apud alios uvas: ut proinde vindemiæ poſſe comparari lupidemiam novo nomine novæ velut meſſi impoſito Vir doctiſſimus exiſtimarit.

(a) Inter loca, in quibus præcipue in Sileſia colitur, & ubertim creſcit, eſt Mönſterberga ob valloſam forte planitiem, quæ ibi eſt, quam Lupulus maxime amat, in qua ex mitioribus collibus pinguedo leniter defluit, & ſitibundas plantas ſuſtentat. Wer junge Hopffen-Kenne haben will/ muß im Herbſt etwan im October den Platz/ wo ſeine ſchwartze Erde iſt/ im alten Monden umhacken/ die Gruben fünff Schuch weit von einander

machen/ und halb Knies tieff graben. 2 Schwein-Mist drum und drum legen im alten Monden/ und mitten in eine iede Gruben ein Pfälichen stecken/ damit man auff die Fasten / da man jungen Hopffen legen will / die Gruben um die Keymen drein zu legen finde. 3 Auff die Fasten im Martio oder April/ wenn man den alten Hopffen auffdecket / beschneidet / und bewirfft/ dann soll man die besten Reben oder Keymen nehmen / und dieselben im Neu-Monden in die zubereitete Gruben versetzen / doch daß die Keymen oben heraus stehen / darzu man auch bald Stecken Ellen lang steckt. Bleibt also biß nach Pfingsten liegen. 4 Im Mäyen nach Pfingsten behackt und bewallet man solch eingelegte Keyme zum erstenmahl/ damit sie wohl bewurtzeln und auffwachsen / läst sie liegen biß auff die Fasten/ werden nicht ehender biß auffs Jahr beschnitten.

Den Hopffen wohl einzubringen / muß solcher abgenommen werden da er reiff und gelblich ist/ um Aegidii im October nach Michaelis im abnehmenden Monden. Die Keymen werden wieder mit Erd bedecket.

So bald er eingeführet/ soll man ihn nicht lange auff dem Hauffen liegen/ sondern von Ramen abpflucken lassen / auff einen Boden / da nicht lufft darzu kan/ gar dünne schütten und breiten / damit er gemählich austruckne. Wird hernach in Fässern / oder so dessen viel/ in zugemachten Gewölbern auffbehalten.

Ex Fischero nota: quod in novitio Lupuleto taleæ in fossis, non erectæ, sed obliquæ, & quasi sulcis inclinatæ implantentur: ubi cauliculus sarmenta protulerit, baccillis summùm unius orgiæ longis staminentur, & confibulentur, ut serpant sursum, & hoc vocatur staminare: staminationem sequitur pastinatio, quæ delicate & attente facienda est, ne taleæ lædantur. Sed notandum: primam pastinationem veterum & novellorum lupuletorum ante festum S. Georgii instituendam; hanc luna decrescente, illam Luna adulta.

Apertis autem veteribus lupuletis radices sedulo putandæ a fibris; deinde prognato jam germine ligantur, & iterato quidem, ubi dimidium staminis caudex attigerit; ac demum denuo pastinantur, optimoque fimo, si solum macrum, refocillantur. Si germina fulcrum crescendo excesserint, denuo in ipso cono staminis vinculanda. Ubi autem lupuleta floruerint, reiteranda postrema pastinatio, neque omittenda pampinatio, ut fit in vite: & inutilia germina evellenda, ne fertilibus alimenta exsugant.

In optimo fundo longitudo perticarum sufficit duarum orgiarum, in

in mediocri ſolo quinque ulnarum. Si excedas hanc menſuram, uberiorem herbam, pauciſſimum, aut omnino macilentum florem colliges. Verbo addimus, de lupulo non adeo magnifice ſentire Cl. Conringium in diſſert. de Germanic. Corporum habitus antiqui ac novi cauſis, dum ſcribit: *recentiori eum invento acceſſiſſe acceleranda ebrietati, acuendo ſapori & in diuturnitatem quidem, cum nutritionis tamen detrimento non exiguo.*

§. 36.

Vineæ Sileſiæ, ac præcipue Croſnenſes, & Bethanienſes.

Baccho inimicam prorſus eſſe, & *ἀνάμπελον* adeo atque *ἀσάφυλον* patriam noſtram idem Dubravius inconſulto nimium & credidit, & literis conſignavit. Tametſi enim Regio flatibus Aquilonaribus obnoxia, auraque rigidiuſcula; haut tamen nullibi videas qua in opidis & pagis, qua in agris collibusque apricis, ad ortum ſolis patentibus, (hos enim Bacchus amat) cum antiquo ſcriptore

Vites lætificas pampinis pubeſcere,
Ramos baccarum ubertate incurveſcere.

Inferior ſane Sileſia, Marchiam verſus, vinearum frequentia ſatis denſa: ac bonitate quidem reliquis præferuntur, quæ ad Croſnam & Grünbergam colliguntur, præſertim rubra. Quis primus Auctor fuerit vitium ibi propagandarum, quove tempore primum hæc quoque loca Baccho placuerit luſtrare, haut puto certo ſciri. Croſnenſis quidem in Marchiam exportari ſoliti Auctor majoris Chronici Norimbergenſis, quod auſpiciis quidem Sebaldi Schreier, & Sebaſtiani

ſtiani Kammermeiſter, cura autem Antonii Koberger A. C. CIↃ CCCCXCIII prodiit, ſive is Georgius Alten, ſive Hartmannus Sadel fuerit, portari autem annales multis annis retro meminerunt.

Vinearum ad Eccleſiam VVratislavienſem S. Joannis pertinentium mentionem facit Innocentii IV Pontificis Romani Bulla A. C. CIↃCCXLV edita, ipſeque adeo Henricus IV Dux VVratislavienſis Eccleſiæ Collegiatæ ſanctæ Crucis in Caſtro VVratislavienſi Fundator, ejus Præpoſito Petro Notario vineas ac molendinum de Oelſnitz ad tempora vitæ ſuæ tenendas concedit ea lege, ut defuncto illo fructus vinearum ipſarum cum uſibus ac proventibus molendini ad quotidianas diſtributiones tam Prælatis, quam Canonicis cedant. A. C. CIↃCCLXXXIIIX. In agro Novoforenſi vinum proveniſſe, etſi ignobilius & inſipidum, documenta quædam innuunt.

Noſtra ætate Carlatenſis ditio, in qua Bethania (*a*) præ aliis largo vitium proventu inclarelcere cœpit: idque ingenioſa induſtria, ſed cui ſolidas e cœlo vires benedictio divina contulit Generoſi atque Illuſtris Baronis Georgii Schönaichii, Sileſiæ Cancellarii, Viri qua virtute, qua doctrina & rerum experientia nunquam intermorituri: qui cum oſtendiſſet ſuis, qua arte arenæ ſiccitas, & frigus pingui fimo emolliri atque incaleſcere poſſet, operas ipſe diſpoſuit, ac vites circumquaque majori prudentia dicam, an felicitate,

(utrum-

(utrumque enim veriſſimum eſt) conſevit, ut jam nunc vinum iſthic nobile, uberrima copia, Rhenano ſæpe, (unde vites in hanc coloniam traductas Jacobus Bornitius atteſtatur) ſæpe Hungarico æmulum progerminet. Ipſum quidem Baronem nonnunquam ad bis mille, interdum etiam ad ter mille amphoras collegiſſe fide digniſſimorum hominum indicio cognovi.

Neque vero dubium eſt, ſi ab aliis quoque locis *idoneis* idem tentaretur, paſſim vites ac vinum *ſubnaſciturum.*

(a) A viro fide digno habemus, ab Illuſtriſſimo illius loci poſſeſſore hic nominato legem, qua ſucceſſores ſui, aut hæredes illius dynaſtiæ aliud inter prandendum cœnandumque domi ſuæ bibere vinum, quam Carlatenſe, prohiberentur, latam fuiſſe, affirmatamque, eosdem hac lege ſervata a DEO benedictum iri, locupletatumque in rebus ſuis œconomicis. Quem benedictionis, opumque finem illi hactenus (magno illo vectigali parſimonia forſan ex ejuſmodi alterius vini abſtinentia redundante adjuti) feliciter ſunt aſſecuti: utrum vero lex illa etiamnum vigeat, nobis non conſtat. Optandum tamen eſſet, ut plures in Sileſia cum plantando tum bibendo idem tentaremus, meroque Carlatenſi, aut Croſnenſi (& cur non etiam Grünbergenſi, interdum, præſertim elapſi 1701 anni, ſat nobili?) frugaliter contenti, & pecuniis, quas pro vinis Pannonicis prodigimus, parceremus & ſamtati, cui tartarum ex vineis Pannonicis, calci vivæ ſuperſtructis, teſte Clariſſimo D. Tollio in epiſtolis Itinerariis, cum vino advectum frequenter nocet, conſuleremus. Es klagte ein ſeiner gelehrter Mann inquit Colerus l. 2 von der Hauß-Artzney c. 139.) D. Heynen/ daß er das Podagra von kalckichten Ungriſchen Weinen bekommen hätte. Er verum eſt, man bekommt es darvon. Der riethe ihm/ er ſolte ein halb/ oder gantzes Jahr lang Gübriſchen oder Croßniſchen Wein trincken/ und den Ungriſchen Wein unterwegen laſſen/ das thät er/ atque hic convaluit. Ut tamen, quod verum eſt, non diſſimulemus, ſincere fatemur, conſilium iſthoc de noſtrate ſolum vino bibendo, illo tantum tempore, quo vel po-

dagra lecto affigimur, vel calculi doloribus affligimur, nobis probari: cæterum ubi ſalvi rurſum & incolumes evadimus, noſtra diſſipiunt eo magis, quo dulcius ſapiant noſtrumque genium exhilarent, ac ingenium acuant generoſa vina Pannonica.

§. 37.

Auri & argenti fodinæ in Sileſia, & ſtudii Metallici requiſita.

Atque hæc quidem ſumma telluris bona, & in aperto ſunt; ſed & operta ejus viſcera recludere, & ſcrutari libet, in quibus metallorum (quæ quaſi μετὰ τὰ ἄλλα nominata, quod ubicunque una inventa eſt vena, non procul inveniatur alia, ſcite Plinius deducit) divitias uberes, haut quidem in uſum ciborum, ſed tamen medicamentorum tam internarum quam externarum, numorum, variorumque utenſilium & inſtrumentorum, ad militiam, & pacem, benigniſſima, & ingenioſiſſima parens natura abdidit, & diſperſit: in locis præſertim montoſis, quæ DEUS Opt. Max. variis metallorum & mineralium dotibus pro ſua ſapientia & bonitate ditavit, & vel ideo ſupra terram altius eminere, & in cœlum aſſurgere voluit, quia naturalis cœli & aſtrorum influentia præcipue in editis montibus operatur, metalla in illis quaſi per naturales fornaces chymicas coquens, & maturans. (*a*)

Cornelius Tacitus Magnus Auctor, qui de Germania, qua potuit homo Romanus, id temporis diligentiſſime ſcripſit: *Argentum*, inquit, *& aurum propitii an irati Dii negaverint, dubito.* Ex quibus quidem

quidem verbis intelligere eſt, nullas eorundem metallorum fodinas olim in Germania exſtitiſſe, non quod res ipſæ, ſed ſtudium inveſtigandi Martiæ illi priſcorum Germanorum Genti deeſſet. Adjecit ergo ſcriptor prudens, quod in re incerta & dubia omnino debuit: *Nec tamen affirmaverim, nullam Germaniæ venam argentum aurumve gignere: quis enim ſcrutatus?* Seculis ſane proxime elapſis induſtria minime improbanda cum nobis terra gignat, quidquid *gignit, ſcrutati* ſunt plurimi, ac revera compererunt, cum reliquam Germaniam, tum montes inprimis Sudetes omnis generis metallorum, ſed non ſine labore inveſtigandorum, parandorumque fertiliſſimos. Qui quidem, cum & Sileſiam noſtram ex parte contingant, in illa quoque permulta eſſe metalla, eaque magnum utilitatis fructum incolis allatura, ſi, qua æquum eſt, cura curarentur, dubitare non oportet. (*b*) Idque ipſum præter experientiam, leges, & immunitates metallicas, particulares quidem a Balthaſare Epiſcopo VVratislavienſi A. C. CIↃIↃXLI. a Joanne L. B. de VVirbena, Toparcha in Freudenthal, Ducatus Oppavienſis Capitaneo CIↃIↃLVI. Univerſales vero a Rudolpho II Cæſare Auguſtiſſimo anno CIↃIↃLXXV promulgatæ abunde teſtatum faciunt; Genus utique retinendi, & ampl ficandi patrimonii eo minus, quia vitio omni caret, ſpernendum; ſi modo, qui rei metallicæ ſtudium dedit, quatuor iſta, *ſcien-*

ſcientiam colendi, voluntatem agendi, facultatem impendendi ſumptus, quos tanta operum in fodendo, evehendo, mundando, explorando, molendo, cribrando, lavando, cremando, excoquendo, & ſignando diverſitas requirit; omnium autem maxime *benedictionem divinam* ſibi advocaverit.

(*a*) Quo pacto cœlum & ſidera ad metallorum geneſin concurrant, ſatagit Athanaſius Kircherus lib. X. mundi ſubterr. ſect. I. c. 2. p. 166 his verbis: *Virtutes ſpecifica, Soli, Lunæ, Stellis inditæ, quas influentias alii, nos παντοπερμίαν vocamus, ſunt veluti ſemina ſecundum Analogiam quandam producendis rebus implantata, quæ quidem primo influxu ſuo aëri, aër hiſce veluti tinctus, in aqueum elementum derivat, aqueum elementum iis fotum per Solem & Lunam influxus, & refluxus quotidianos agitatum eas per occultos ſubterraneos canales in abditos terrarum tractus derivat, ignis vero, ſeu Sol ſubterraneus aquas coctas in vapores reſolvit, vapores reſoluti, qua data porta patet, per intimas terrarum rimas, fiſſuraſque veluti ſanguis per venas, quas Capillares vocant, diffuſi, ubicunque ſimilem & proportionatam glebam repererint, eidem adhærentes veluti per magnetiſmum quendam naturæ ſimilitudine tandem attracti nunc in hanc, nunc in illam gemmam aut lapidem, modo in hoc, vel illud minerale, aut metallum degenerant. H. J. Quod vero metallorum venæ in montibus ſint frequentiores, ejus rei cauſa eſt, quod non tantum ob fungoſitatem gibberi ſui, & clivoſi dorſi montes meatibus undique pertuſi facilius recipiant fuliginoſas exſpirationes, & admittant aquas, cum illas, quæ ab ignibus ſubterraneis tolluntur in vaporem attenuatæ, tum quæ illabuntur a nivibus ſolutis, & pluviis hybernis, easdemque percolant. Sed & in cavitatibus illorum, atque rupium rimis ſublimationes neceſſariæ commodiſſime peraguntur.*

Ex quibus Plato in Timæo, & ſi Olympiodoro credimus, etiam ipſe Ariſtoteles 4 Meteor. metalla oriri credidit: nam vapor, quem metallorum materiam conſtituit Stagyrites, quodammodo aqua eſt, ut non male Jacobus Mazanius Method. vitæ Contemplat. fol. 307, atque hinc Comenius in phyſica ad lumen divinum reformata metalla, quanquam falſo in nubibus procreari poſſe, contendit, p. 133.

(*b*) Non conſtat, quo tempore, & quo pacto metalla Sileſiis innoteſcere cœperint. Arguta Gaſſendi, Sect. 3. c. 5 in Syntagm. Philoſophiæ Epicuri,

Epicuri, conjectura eſt, metalla tunc reperta primum fuiſſe, cum ſylvæ ſeu fulmine accenſæ, ſeu igne aliunde excitato, inductove arſerunt, & facto radicitus incendio cohærentia radicibus metalla fuere liquefacta, ac tunc ſui nitore perſtrinxere oculos, tum eadem figura obſervata fuere, qua ipſæ lacunæ, in quas fluentia fuere excepta. Nec enim credibile eſt, quod, quemadmodum hodie fit, ex graminibus ſolito tenuioribus, pallentibus arborum foliis, abſentia pruinæ, (hac tractus, cui venæ ſubſunt, non ſolent candicare ob halitus nimirum calidos ex vena aſſurgentes, & rorem in pruinam concreſcere non permittentes) cæruleis flammis calidiori cœlo huc & illuc diſcurrentibus, metallorum ramentis in vicinis fluminibus conſpicuis in notitiam delitescentium venarum fuerint perducti. Nec majores noſtros corylea virga ejusdem anni & bifida uſos, ut occultas explorarent venas, oſtendere doctiſſimi viri, & inter eos Agricola; ac in aperto eſt, *quod vel ſuperſtitione plenum ſit*, vel fabulam redoleat anilem, quidquid paſſim *in* circulis metallicorum de divinatoria iſthac virgula traditur.

§. 38.

Aurifodinæ ubi fuerint?

Quemadmodum vero unicuique ſeptem planetarum a Chymicis ob *συμπάθειαν* certa metalla attribui ſolent, v. g. Soli Aurum, Lunæ Argentum, Saturno Plumbum, Jovi Stannum, Marti Ferrum, Veneri Cuprum, Mercurio Hydragyrum: ſic inter omnia præſtantiſſimum & digniſſimum eſſe aurum juxta illud Thebani Vatis:

Ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ
Χρύσ☉ αἰθόμενον πῦρ
Ὥτε διαπρέπει νυκτὶ
Μεγάνορ☉ ἴξυχα πλούτων,

Optima quidem eſt aqua, aurum vero, ardens ignis, ut lucet noctu, ſic inter ſuperbas divitias longe elucet;

omnes gentes consentiunt. (a) Raraque adeo avis in terris, imo quasi Phœnix quidam sit, quem non auri fulgor perstringat, qui non ducatis & florenis aureis Hungaricis præsertim, rosis nobilibus, duplonibus, scutatis, Engelotis, Pistoletis delectetur.

Ejus divite vena claruerunt olim Goldberga, Leoberga, Strigovia, Renersdorff, hodie Zuckmantel, Reichensteinum (ubi ex pyrite cineratio, & qui colore galenæ similis plurimum conflatur) ac Risegrundum, quod latine vallis gigantum dicitur, der Riesen-Grund/ oder Gold-Grund/ tum etiam Langenovia, Grunau, & Schmoksteiffen, ditionis Hirschbergensis pagi.

(a) Aurum sane est gravissimum metallum: nam, quod mireris, gravitas molium æqualium auri & aquæ sunt inter se, ut 19 ad 1. adeo ut cum pes aquæ cubicus 71 libras pondere æquet, sequatur pedem cubicum auri pendere 1349 libras, aut 21584 uncias. Atque hinc ejus aucupes jocari solent, mirandum non esse, quod robur animi illo dejiciatur, & homines ad indigna usque eo deprimantur. Summa inest auro ductilitas: nam auri procusores ex uncia auri solent 2730 efficere folia quadrata perfecta, quorum singula latera sint digitorum 2, linearum 10; cum tamen fere dimidiam partem conficiant ea, quæ præter folia hæc resecantur, ut ostendit Jacob Rohaut Phys. part. I. c. 9. §. 10. & seqq. adeoque fides deroganda minime est Cardano scribenti, tertiam partem grani extendi posse in filum longitudine centum triginta quatuor pedum; sed profecto non minor auri vis in ducendis prompte animis hominum &c. Vere illam auri in expugnandis hominum animis lepide satis & falsè adumbrarunt viri acerrimo ingenio, & in dicendo prompti, ut eloquentiæ regnum occupasse non immerito videri possint, Majoragius, inquam, & Morhofius in orationibus de laude auri, id utique satis constat, quod in hoc ferreo seculo, & ferreæ frontes, & ærata pectora aureis manibus facile succumbant. Omnia ad se sacro quodam magnetismo rapit aurum, ut nulli unci, nullæ harpagines fortius

fortius trahant, & illa Jovis aurea catena omnis civitatis ſphæra convolvi videatur. Quare non ſine cauſa in hymnis ſuis ἀπάντων κοίρανον ἀνθρώπων aurum vocavit Orpheus, & divinus ille Plato in animorum fabrica potiorem auro locum tribuit, ut vel ideo ob cognationem radiis auri mentes noſtræ quaſi in occurſum ferantur: his multisque aliis Duumviri illi in mores ſeculi ingenioſe invehuntur.

Non adeo raro in frigidioribus locis aurifodinæ inveniuntur, ſecus quam credidit Hamelius lib. 2. de foſſilib. c. XI pag. m. 269 id quod oſtendit Norwegia, cui Divina Bonitas etiam auri venas indulſit, de quibus explorata tradit Cl. Olaus Wormius in Muſeo p. m. 115. Et Mineræ duæ auri e fodinis Norwegiæ erutæ ſervantur hodie adhuc in Muſeo regio, ut teſtis eſt Oliger Jacobæus p. m. 3. Oſtendit hoc Scotia, in qua celeberrima eſt Aurifodina in Crafordiæ tesquis teſte Robberto Sibbaldo in Scotia Illuſtrata, lib. 1. partis primæ cap. 13. p. 31 & invicte probat: ut alias frigida horrentes aura, auriferas tamen præteream terras, Sileſia noſtra: Venæ auro prægnantes ſpectabantur olim Goldbergæ in oppido Ducatus Lignicenſis ad Cattum fluvium. Nomen urbi ab auro; hinc Poëta quidam noſter:

Nomina Goldbergæ fecit mons aureus olim:
Hic auri locuples namque fodina fuit.

a metalli foſſoribus vero origo; & in ſcripto quodam monumento benevole a Domino D. Oehmb Phyſico Wratislavienſi communicato hæc invenio: Es ſollen aber hinter der Pfarr-Kirchen/ allwo anietzo der Thum/ die erſten Häuſer geſtanden/ hernachmahls aber durch die Bergleute zu einer rechten Stadt formiret ſeyn. Hanc urbem metallis tempore Henrici Pii Ducis Sileſiaci claruiſſe recte colligit ex eo Schwenckfeld in Catal. ſtirpium, & Foſſil. p. 366, quod in exercitu contra Tartaros quingentos metallicos Goldbergenſes memoratus Dux habuerit. Confer. Schickfuſius lib. 2. c. 4. p. 20. & conſtans fama eſt, hos quingentos tertiam tantum partem, juxta Nambslerum autem quintam conſtituiſſe metallicorum. Unde evidens eſt, operi huic tum incubuiſſe 1500 aut etiam 2500 homines, quorum multos in lavando auro operam poſuiſſe docti quidam conjiciunt, aus den vielfältigen Hölen/ ſo wohl an der Katzbach/ als auff dem hohen Felde. Quomodocunque tum lotura hæc peracta fuerit. Hodie hiſce fere negotium expediri ſolet, vel ſimpliciter manuali opera in einem Eſcher-Trog/ oder Secker-Trog/ vel in aſſeribus tabulatis expreſſe ad hunc uſum ita aptatis, ut ſitu leviter declivi adhibito, ſabulum atque limus motu

aquæ ſemper affunditur, fluctuatorio auferantur, miculæ vero auri ſinceræ ad fundum celerius gravitate ſua ferantur. Quos ſi conjectura non fallit, neceſſe eſt, tum auri ramenta delituiſſe in limo, & ſpingui marga in Gold-Seiffen / oder Seiffen-Erde: quanquam minime dubitandum, quod ex terra fuerit aurum effoſſum, illudque in venis ſuis inhæſerit, vel ſaxis ſplendore candidis, vel pyriti proprio, vel pyriti ferri &c. (modum hunc lavandi auri pluribus deſcribemus ad finem ſequentis paragraphi) Uberrimo autem cum fructu labori metallico inſudarunt; ut fidem faciunt Annales. Notatu digna ſunt verba Namsleri in libello von Waſſer/ und Waſſerfluthen/ und Ergleſſung der Katzbach p. 2. c. 6. ſeq. Es iſt aber das Bergwerck im Schwang gegangen/ . . da man ohngefehr geſchrieben 1200. daſſelbe iſt ſo ſtarck getrieben worden / und ſo reich geweſen / daß wochentlich Einkommen ſeyn am dichten und köſtlichen Golde 150 libræ. Hiervon iſt alle Wochen der Stadt eingeantwortet und beygeleget worden 80 Gülden Rheiniſch. Von dieſem Gelde hat man erbauet die Stadt-Kirche / die von lauter Qvaderſteinen oder Werckſtücken auffgeführet iſt/ ꝛc. At vero olim hæc erat Goldbergæ felicitas, quæ tamen aliquot jam abhinc ſeculis evanuit: ejus rei cauſam Namslerus in irruptionem Tartaricam conjicit, ita ſcribens: Gemeldtes Bergwerck hat ein Stecken bekommen durch den Einfall der Tartern/ die in dieſem Lande bey neun Jahren herum geſtreiffet haben; ſive fodinæ illæ a Barbaris devaſtatæ, ſive diſperſione metallifoſſorum notitiæ hominum ſubtractæ fuerint. Truculente admodum Goldbergenſes fuiſſe a belluinis illis infeſtatos apparet, quod in latomiis omne refugium quæſiverint, unde animoſe hoſtem, quantum fuit in viribus, repreſſerunt. Ita Namslerus: Darauff (auff den groſſen weitläufftigen anſichtigen Steinbrüchen) haben ſich die Leute wider die Tartern hernach lange auffgehalten/ und mit Steinen/ die darauff geweſen/ gewehret/ auch ſich niemahls gantz ergeben / weil ſie allerley Vorrath darauff gehabt / darunter eine Hand-Mühlen und Backofen geweſen/ welches etliche unſerer Alten noch geſehen; darzu hat viel gedienet der Brunn in der Kirchen / darauff ein Stein lieget / mit dieſer Uberſchrifft: Hier iſt der Born. Dilapſos etiam operarios fuiſſe, idem Namslerus inſinuat his verbis: Nach dieſer Zeit / weil das Land ziemlich verwüſtet/ ſeines Fürſten beraubt ꝛc. da haben ſich auch die Bergleute verlohren/ und iſt das Bergwerck allgemählich zerſchlagen worden/ biß daß es darnach gar liegen blieben.

Certe hodie fere ignoramus, in quibusnam locis Aurum in Goldbergenſi

bergenſi tractu fuerit erutum, niſi quod mons, in quo templum S. Nicolai extructum eſt, credatur auriferis dotatus eſſe venis. De hoc ita Namslerus loco cit: Am Mühlgraben iſt gelegen ein hoher Berg / darauff zu ſehen das ſchöne allgemeine Begräbnüß mit dem zierlichen Kirchlein zu S. Nicolai genannt; welcher Ort allein unter allen um die gantze Stadt / an welchem Gold anzutreffen geweſen / biß auff dieſe Stund von den Bergleuten iſt verſchonet worden: Darum von ihnen noch heut geſaget wird: Die Goldbergiſchen Todten liegen in dem Golde. Cæterum rudera antiquarum fodinarum Goldbergenſium Vir Rerum metallicarum (ut videtur) non imperitus, & in illis locis verſatis adumbravit in quodam ſcripto, quod, ut ſuperius innui, a Cl. D. Doctore Oehmb in uſum meum impetravi, minio a monte, quem jam jam ex Nambslero deſcripſimus, ducto. Verba ejus tametſi prolixiora adſcribere non pigrabor: Ich habe *wahrgenommen* / daß die Bergleute alle Schächte an dieſem Berge (*nemlich auff welchem die Kirche zu S. Nicolai ſtehet*) unterwerts der Kirchen geſencket / wie auch der Stall zeiget / welchen ſie zur lincken Hand in den Berg getrieben. Es pflegen auch noch unterweilen alte Schächte / wann das Tragwerck verfaulet / zu dato einzufallen / wie anno 1673 geſchehen / da unterwerts am Berge zu S. Nicolai an der Straſſen ein Schacht verfallen / welcher bey 70 Lachter tieff geweſen / deßgleichen auch am Geirsberge zu Neukirch im Haynwalde / und mehr andern Orten um den Goldberg unzehlbar viel Schächte geweſen / wie die Rudera der Hallen noch zeigen.

Am Willenberge oberhalb Rauſenau iſt vor wenig Jahren noch einer unverfallen geweſen / daſelbſt ein ♄-Ertz / welches ☽ gehalten / gebrochen. Auff dem Heckersberge oberhalb dem Mühlwehr ſind auch drey Schächte geweſen / welche aber wiederum verfallen / und werden dieſelben vermuthlich ziemlich tieff ſeyn geſencket worden / weil die Hallen einen ziemlichen Umfang haben / ſelbiges Ertz hat ein ♂-ſchüßig ☉ gehalten / und in einem ſchwartzen Rieß geſtanden.

Wenn man weiter bey das Dorff / Haſell genannt / kommt / findet man wiederum viel alter Schächte und Stalle auch in ſolcher Menge / daß allem Anſehen nach ein ſehr groſſe Arbeit vor alter Zeit daſelbſt müſſe geſchehen ſeyn; wie denn noch ein Stall unweit der Sachſen-Mühle unverfallen ſtehet / in welchem Anno 1657 Hertzog Ludovicus Fürſt von Lignitz ex curioſitate ſelbſten geweſen.

Dieſer Stall iſt bey 50 Lachtern / und hat 5 biß 6 Strecken / iſt in ei-

nem Schieferberg getrieben/ in welchem sie ein ♀ Ertz gewonnen / so ☽ gehalten; wie dann hochgedachter Hertzog selbiges Jahr von etlichen Leuten solchen ♀ Schiefers in Goldberg eine Probe thun lassen / welche sich sehr wohl erzeiget haben soll. Worauff von diesem Ertz viel Centner gen Reichenstein gebracht/ und daselbst zu Gold gemacht worden. Nach Absterben höchstermeldten Hertzogs aber ist es wiederum eingestellet worden.

Das Ertz in diesem Stall ist ein geraumer ♀ Schifer / bißweilen grünlicht angeflogen/ und in grosser Menge zu gewinnen.

Nebens diesem Schifer bricht auch ein Kalck-Stein/ in welchem ein schon ♄ Ertz Nierenweise stehet in Grösse der Bohnen / Haselnüsse / und auch gröſſer.

Wenn dieser Stein 2 biß 3 mahl geröstet worden / zerfället er im Löschen/ wie ein anderer Kalck-Stein / und wenn ein richtiger Anbruch solches Ertzs wäre/ und dasselbe rein zum Schlich gezogen würde/ würde der Centner geben ♄ I und am ☽ II, welches ich laut besondern Fleiß probiret/ und alles befunden.

Weiter seynd auff dem hohen Berge diesem Stallen gleich über viel alte Hallen/ auff welchen man auch das cœruleum nativum findet.

Sonsten hat es um dieses Gebürge bey gemeldtem Dorff Hasell zu den Mineren kein übel Geschick / und mögen annoch vielerhand Berg-Arten daselbst verborgen stecken; wie denn vor Jahren Anno 1576/ als Ihro Käyserl. Majest. Rudolphus II das Mittagmahl allhier zu Goldberg eingenommen/ von dessen Bedienten einem eine Ertz-Probe vom Goldbergischen Ertzte verfertiget worden / wie nachfolgende Rhythmi zeigen.

Deutsche Rhythmi gemacht zu Ehren dem Ehren-Vesten/ Wohlbenamten Herrn N. N. Bürgern auffm Goldberge / aus einer kleinen gemachten Probe von dem Hasellischen Ertz/ (ist ein Dorff eine Meilweges vom Goldberg gelegen) welches er nur zu probiren gegeben hat / welches sich nach Vermögen folgender Reymen erzeiget hat:

Bey Goldberg in der Schlesig gut/
Steht ein Hasel wohlgemuth/
Dabey ein Scheffel lichter Ries/
Wer ihn zu rösten weiß gewiß/
Zu leschen auch wie er bedarff/
In einem Wasser das ist so scharff/
Und hat ihn auch in seiner Gewalt/
Dem giebt er Land und Leut gar bald/

Dieweil

Dieweil die Meng verhanden iſt/
Daß man gewinnen kan ohne Liſt/
Da ieder endlich geben kan/
Ein Marck gut ☉ das mag beſtahn/
Die Probe thut es machen wahr/
Ohn groſſe Unkoſt oder Gefahr.
Römiſch. Käyſerl. Majeſt.

Vermögen Nachforſcher
Frantz Braune.

Dieſe Reyme nun zeigen uns an vors erſte einen ſchweffelichten Kieß/ welcher bey dem Dorff Haſell brechen ſolte/ und von dieſem Freunde/ welchem zu Ehren vorhero geſetzte Rhythmi geſchehen/ zu probiren communiciret worden; deß Nahme aber nicht dabey gemeldet iſt.

Nun will ich nicht zweiffeln/ daß obgedachter Freund nicht werde gute cognitiones mineralium gehabt haben/ dieweil dieſer Probirer von der Menge des Kieſes ausdrücklichen meldet/ daß er alſo deſſen Anbruchs und ſtreichenden Gänge ſich zweiffels ohne gar genau erkundiget haben werde. Belangende weiter dieſes Kieſes Natur/ Eigenſchafft/ und procedere, ſo iſt derſelbe vor erſte ♃riſch geweſen/ deßhalben er auch der Röſtung von nöthen gehabt: denn alle mineralia, welche wilde ſind/ das iſt/ ſehr vielen arſenicum, ♃, und andere rauberiſche Bergſchäffte mit ſich führen/ müſſen zuvorhero geröſtet werden/ ehe ſie ihren Kern im Schmeltzen von ſich geben. So meldet er ferner von einem ſcharffen Waſſer/ in welchem dieſer geröſtete ſchweffelichte Kieß ſolle gelöſcht werden; Nun iſt bekandt/ daß bey denen Schmeltz-Hütten/ wenn die Ertze etliche Tage auch wohl 2/3 und mehr Wochen in der Röſte geſtanden/ mit kaltem Waſſer gelöſchet werden/ und ſonderlich darum/ auff daß das Ertz wohl geſchicket/ und fein mürbe werde/ und ſich deſto leichter pochen laſſe. Es wird aber allhier von einem ſcharffen/ und nicht nur gemeinem Waſſer geredet teſte Rhythmorum, in einem Waſſer das iſt ſcharff/ wodurch denn nichts anders verſtanden wird/ als eine ſehr ſcharffe Lauge/ welche ex calce viva, & cineribus per elixivationes bereitet iſt/ denn die Alten gar ſehr im Gebrauch gehabt/ ihr wildes Ertz darinnen zu löſchen/ und zu imbibiren/ damit gemeldte Wildigkeit/ welche in aciditate aliqua beſtehet/ per Alcalia mortificiret/ und gleichſam abſorbiret werde: Denn können ſolche Ertze/ wenn ſie obgemelder maſſen von ihrem rauberiſchen und freſſendem Wolffe entlediget/

ihr

ihr ☉ und ☽ von ſich geben; wie denn auch im Jahr Chriſti Anno 1567 das Ertz auff dem Bergwerck zu Reichenſtein von einem Schmeltzer Abraham Nelle genannt/ ſo ein Jude geweſen/ alſo per lixivia iſt tractiret worden/welchen Proceß er ex cæmentis Theophraſti Paracelſi genommen/ auch einen beſondern Commentarium darüber geſchrieben.

Celſiſſimi Lignicenſes Duces ſuperiori ſeculo quid egerint, ut iterum theſauri tot ſeculis in abdito latentes eruerentur, vel ex duobus hiſce Heinrici Ducis mandatis ad Notarium Goldbergenſem colliges: hæc vero ita ſonant: Von GOttes Gnaden Heinrich/ Hertzog in Schleſien/ zur Liegnitz/ Brieg und Golo: Ehrbar/ Lieber/ Getreuer/ Unſer gnädiger Befehl iſt/ daß du mit gegenwärtigen Bergleuten des Lohns halben handelſt/ und dich vergleicheſt/ auff daß ſie ſich im Bergwerck zur Arbeit gebrauchen laſſen/ ꝛc. Datum Lignitz den 3 Martii Anno 1569. & iterum eodem anno die 14 Maji ad eundem: Ehrbarer/ Lieber/ Getreuer/ Unſer gnädiger Befehl iſt/ du wolleſt den Bergleuten/ ſo biß anhero allda zum Goldberge auf Unſern Befehl geſchurfft und gearbeitet/ an Unſer ſtatt aufferlegen/ damit ſie auff morgen zu früher Tagezeit ſich allhier zu Uns verfügen/ und jeder ſeiner Arbeit Handſteine mit ſich bringe/ und Uns aller Sachen unterthänigen gründlichen Bericht thue: was dir auch darneben um das Bergwerck daſelbſt bewuſt/ das wolleſt du Uns durch dein Schreiben gehorſamlich zu erkennen geben. Daran verbringeſt du Unſern gnädigen Willen. Quid Principi fuerit reſponſum, quidque porro actum, hactenus indagare non licuit.

Præter Goldbergam Zuckmantelam, hoc nomine inſignitam, quod latrones ibi viatoribus pallia detraherent, Reichenſteinium Ducatus Mönſterbergenſis oppidum &c. memorat etiam Leobergam. Caſparus Suevus in Mnemoſyne Leorina veriſimile arbitratur, Goldbergenſes metallicos longius progreſſos in Leobergenſi territorio, venas ſi non auri, attamen argenti, vel alterius cujusdam metalli inferioris quæſiviſſe, montium frequentia, & arenoſa ſoli qualitate iis haud exiguam venarum metallicarum ſpem faciente. Quod, inquit, ut facilius credam, facit proxima verſus Goldbergam ſylvula, quæ appellatione metallicis uſitata Zeche vocatur. Sicut in illa etiam non pauca fodinarum metallicarum veſtigia ſeſe offerunt. Accedit & illud, quod vicini pagi, **Lauterſeiffen/ Göreniſeiffen/ Schmothſeiffen**/ nomina ſua acceperunt a Germanico verbo **Seiffen**/ quod idem, quod abluere, ſive eluere ſignificat. Unde ſmigma, quo in eluendis linteis utimur, hodieque nobis Seiffe nominatur.

Ut

Ut ita metallici isti Zechenſes in *rivo* Lauterſeiffen / metallici in ſylva Leorina in rivo Göru- ſeu *Georgii* Seiffen / metallici in montanis meridionalibus in rivo Schmoth / *S. Matthæi* Seiffen / metalla a ſordibus eluerint & purgarint. Inprimis vero noſtram ſententiam egregie confirmare videtur appellatio ipſius urbis, quam a Leonum monte accepit: non certe, quod ulli hic unquam leones extitiſſent, ſed juxta metallicorum conſuetudinem, qui certos fodinarum metallicarum diſtrictus *vel divorum & divarum, vel etiam beſtiarum nominibus diſtinguere ſolent; ut in* Freyberg / Anneberg / Marienberg / Hirſchberg / Greiffenberg *videre eſt, in cujus vicinia adhuc hodie uberes exſtant ſtanni fodinæ. Adde, quod a majoribus quaſi per manus traditum acceperimus, iis temporibus, quibus via metallica in Sylvula Zechenſi viguit, diverſorium in orientali parte foriprope macellum fuiſſe appellatum* der Schadekretſchem / *in qua metallici ſæpius ſibi noxias compotationes inſtituerint. Hæc ille.*

§. 39.

Aurum Sileſiæ auro Pannonico non deterius ubi purum putum inventum?

Quod quidem Sileſiæ aurum probe excoctum quovis alio auro, vel Pannonico, nihil deterius eſſe metallicæ rei intelligentia præſtantes teſtantur; etſi non ignorem non deeſſe, qui aurum, quatenus aurum, auro non præſtare arbitrentur, ſed in cudendis tantum aureis auctarium habere quamlibet monetam: non ſine magno Principum, qui ejus feriendæ jus habent, emolumento eſt. Ita in Rhenanis aureis quartam partem, in coronatis Solaribus octavam, in Hungaricis, Hiſpanicis, Turcicis, Germanicis, Ordinum in Belgio Confœderatorum, noſtris Sileſiacis aliisque vigeſimam quartam argentum eſſe, aut certe plus eſſe non debere; Ad quos tamen, quæ de auro

obryzo, & optimo paſſim leguntur, erroris convincunt. Tametſi vero aurum plerumque haut niſi aliis metallis commiſtum reperitur, quandoque tamen tale ſtatim, quale nativæ venæ ferunt, purum putum erui, experientia teſtatur: in fodinis præſertim ad Zuckmantelam, e quibus auri puri fruſta aliquot etiam marcarum plus vice ſimplici Epiſcopis Wratislavienſibus allata fuiſſe cognovimus. Cujus rei fidem, ſi quis requirat, teſtem audiat omni exceptione majorem, ipſummet Epiſcopum Joannem Turzonem ad magnum illum Deſiderium Eraſmum Roterodamum ſic ſcribentem:

Adjunxi præterea auri puti, nativique quatuor particulas, ſive ramenta, e ſubterraneis ſpecubus, adeoque ex ipſis terræ viſceribus in ditione meæ Diœceſeos, qualia vides, nuper eruta, ut auri viva vis te immortalitate digniſſimum declaret. Sed & Andrea Prælule ſedis Wratislavienſis gubernacula tenente binæ ſolidi auri maſſæ repertæ fuerunt. Una quidem a. d. XIV Auguſti Anno Chriſti CIↃIↃXC pondere librarum Wratislavienſium trium cum dimidia, Viennenſium, marcarum quatuor ac quindecim lotonum, eademque florenis Ungaricis trecentis quinquaginta quinque ac dimidio æſtimata: altera a. d. XX Maji A. C. CIↃIↃXCI pondere marcarum VVratislavienſium novem, Viennenſium ſex marcarum cum lotonibus quinque ac dimidio: æſtimata florenis Hungaricis

garicis quadringentis, quinquaginta ſex ac tribus quartis; ambæ autem dignæ vilæ, quæ ad Rudolphum II Auguſtum deferrentur. Vidi utramque depictam, & priorem quidem cum hac inſcriptione:

Munus ab aurifera nuper radice revulſum
Fulgeo in aſpectu, Dive Rudolphe, tuo.

Alterius talis erat epigraphe:

Me quoque jucundans Andreæ Antiſtitis Aſtrum
Juſſit in auguſtas Cæſaris ire manus.

Appoſitum autem utrique hujuſmodi diſtichon:

Naturæ qui tanta ſtupes portenta, viator,
Dic mihi, num fuerit res ea viſa prius?

Quin & hic attexere juvat epigrammaton Salomonis Frencelii per illa tempora editum:

Eſſe quid, Andrea, dicam hoc, Clariſſime Præſul,
Viſcera tanta tuo nunc adoperta ſolo:
Exonerant auri inſolito quæ pondere maſſas,
Cæſare digna ſacro munera, teque ſimul.
Omen ineſt, Princeps ô fortunate! ſecundum:
Aſtra illic faveant: huic tibi raſtra favent.

Huc quadrat, quod narrat Clariſſ. Sachſius noſter l. 1. decur. 1. Ephemer. Germanic. obſerv. 131. p. m. 287 ita ſcribens: *In Sileſia noſtra paucis abhinc annis ad fines Moraviæ circa Oppaviam filum aureum cum propria radice a ruſtico e terra progerminans inventum fuit non contemnendi ponderis, qui dum agros foderet, inter ſulcandum ob duritiem quandam in terra repertam aratrum vertere coactus fuit, poſtmodum aliquoties ſimilia fila invenit, & aurifabris divendidit, quale fruſtum ſe vidiſſe ante aliquot annos narravit Dn. Henricus Sturmius Medicus Oppolienſ. & tale filum aureum in Sileſia effoſſum poſſedit quoque Generoſus Baro Wenceslaus de Reiſwitz, mihique monſtravit, cum me ſanitatis reſtituendæ cauſa evocaſſet.*

H. J. Ex quo ipſo Tollius ac alii inferunt, metalla cuncta, ut vegetabilia, creſcere & decreſcere, quam ſententiam variis experimentis & exemplis confirmat tum Sachſius loco cit. tum fuſe præprimis Celeberrimus Henninius in Comment. ad epiſt. 4 Itinerariam Tollii p. 121; & ſi reſpoſceret, in proclivi nobis foret luculentis id probare exemplis, quod aurum ita ſeſe creſcentibus pæne ſtirpibus accommodet, ut inter ſegetes ſegetis in modum, inter vineas botrorum effigie &c. conformetur. Sed hæreo anceps, an hinc commode vegetatio auri inferatur: nam proſtant exempla, quod aurum & metalla cætera diverſorum animantium figuras ſponte naturæ exhibeant: ita Bohemorum Annales produnt, Giloviæ ſub Carolo IV aureum equum eſſe repertum. Confer. Epitome hiſtorica Balbini cap. 5. At vero, quis ex ejuſmodi metallorum confirmationibus animam ſentientem deduceret?

§. 40.

Qui fluvii auriferi? unde Aurum illud veniat?

Quid? quod & fluvii quidam, rivulique Sileſiæ arenas cum auri ramentis (*ψήγματα* Græci vocant) permiſtas alicubi provolvunt, ut Cattus, Boberus, Zacus, Iſara, Goldbach prope Gryphibergam, S. Georgenbach ad Hirſchbergam, Tagi hac in parte, Pactoli, nonnullarum partium Rheni, ac multorum rivulorum Americæ, Tranſylvaniæque laudibus prope certantes. Quibus & torrentes quidam in Lignicenſi, Jaurovienſi, Suidnicenſi ac Niſſenſi Ducatibus, ubi ramenta Auri puti, & quidem optimi, utpote curſu ipſo triti atque perpoliti, haut ita multum abſimili veterum Galatarum, & Ægyptiorum modo (qui & ipſi in latis tabulis, paulo acclivioribus, terram ponentes aqua injecta agitabant, ſic terra defluente aurum tritum in tabulis remanens, hoc ſæpius iterantes

rantes colligebant) ab aurilegulis lota fuiſſe: non quod in rivis aurum generetur (id enim rerum naturalium ſcriptores negant, ſubjectum ſeu locum proprium generationis metallorum terræ ſtatuentes gremium) ſed quod e montium auriferorum fibris, radicibusque abraſum arenis ſuis involvant; Unde cum ipſo ſabulo extractum, multaque lotione purgatum in tenuiſſimis quibusdam grumulis comparet, quæ deinceps adhibito hydrargyro (hoc enim tanquam *mater* auri, poſtquam reperit filium ſuum errantem per aliena alimenta & aquas, illum in gremium ſuum recipit, donec cum ſibi ipſi reſtituat, haut aliter, quam Virgilius fingit, Venerem Æneæ filio erranti in ſylvis non procul Carthagine apparuiſſe, eumque in viam reduxiſſe) in globulos, aut laminulas coalita, monetæ, monilium, aliisque uſibus ſerviunt. In cujus ſane rei fidem Illuſtriſſimus ac Laudatiſſimus Princeps Georgius Bregenſium Dux ſubinde ſolitus geſtare catenam ex auro fluviali Sileſiæ conflatam: ſicut & Magnificus quondam Heros Fürſtenſteinius, Chriſtophorus ab Hohberg, duo armilla ex auro, quod lectum ex fluvio arcem ſuam præterlabente fieri curavit. (*a*)

(*a*) In fluviis reperiri puri puti auri grana, aliquam fidem faciunt ab ultima ſeculorum memoria hoc nomine noti Tagus, Padus, Hebrus, Pactolus, Ganges. Credent hoc etiam haud inviti accolæ Rheni; de quo notus Nonni Panopolitani verſus:

Rhenus Iber pleno mox flumine contulit aurum.

Sane inde aurei Rhenenſes, Rheiniſche Gold-Gulden/ originem primam

& nomen habuerunt. Qua de re pulchre differit Röslin ſcribens: Der Rhein iſt Gold-reich / dann er einen reichen Goldſchleich mit ſich führet / den er auch an vielen Orten ausſtöſſet: iſt für ſich ſelber gut Ducaten-Gold / ſo ihm aber ein Zuſatz gethan / werden aus ſolchem Golde alle Rheiniſche Chur- und Fürſtl. auch der Reichs-Städte guldene Müntzen / die den Nahmen Rheiniſchen Goldes behalten / gemachet / ꝛc. Credent illi etiam, qui habitant ad Emmam majorem & minorem, Urtenam, Urſam, Arolam, Addam, &c. In theſauro urbis Solodurenſis lamellas auri ex Arolæ & Emmæ aureo ſabulo conflatas aſſervari teſtis eſt Franciſcus Hafnerus, cujus ex Annal. Solodur. p. 11, 320 verba allegat D. Wagnerus in hiſtoria naturali Helvetiæ Curioſa p. 347; diſtincte etiam Doctiſſimus P. Balbinus l. 1. miſcell. Hiſtoric. c. 14 amnes Bohemiæ auriferos, & rivulos a tamentis & arenis aureis in antiquit. notatos p. 38 & ſeqq. recenſet. Nec minus lectionem merentur illa, quæ annotat Clariſſ. Henninius ad Epiſt. Itiner. 1. Tollii p. 28. & ſeqq. Non tamen, ut recte ſubmonuit Henelius, putandum, aurum in fluviis gigni, ſed e montium auriferorum fibris, radicibusque abraſum aurum arenis fluviorum involvi, oſtendit Freherus Orig. Palat. 2. cap. 17 de Rheno aurifero diſputans. Certe, ſunt verba Doctiſſimi Agricolæ lib. 5 de ortu & cauſa ſubterraneor. cap. 13. p. 155, auream arenam a venis & fibris abſtrahi non ignoraſſe neque Græcos, neque Latinos, ſatis judicat tum ſcriptorum priſca vetuſtas, tum utriusque Gentis conſuetudo, appellandi eas arenas: nam Latini nominant auri ramenta, quod ipſas impetus aquarum a venis abraſerit: Græci ψήγματα. Itaque aurum a venis & fibris abreptum conſidit in arenis, in eis non gignitur. Arenæ enim fibris carent, in quibus humor, ex quo fit aurum, contineri poſſit. At ſub arenis, ſi fuerint fibræ in eis, aurum gigni poteſt, ut etiam ſub paludibus. H. J. Athanaſius Kircherus in Mundo Subterr. Tr. 1. lib. 3. Sect. 2. c. 3 rectiſſime ita ſcribit: *Experientia docet, in Tirolenſi Principatu, & in Bohemia, (adde & Sileſia) Saxonia, Ungaria, & denique in omnibus illis regionibus, in quibus montium uterus auro gravatur, ibidem & rivulos, auri ramenta ab auriferis venis abraſa, arenisque mixta oſtendere.*

Ceterum ordine debito Schwenckfeld in Catalogo ſtirpium & Foſſil. loca, in quibus vel venæ auri, vel aurum purum putum ἄπυρον, vel aurum lotum, aurique puri grana, vel ramenta cum auri arena reperiantur, enumerat p. 366 & ſeqq. qui conſuli poterit.

Epiſtolam hic de lavando auro Autoris der auffgefangenen Briefe ſubjun-

ſubjungimus, prolixiorem quidem, attamen, quia curioſa ſimul, & jucunda, nec nobis ſcriptu, nec lectoribus forſan lectu difficilem.

Die 105 Correſpondentz vom Gold-Sand/ und wie vermittelſt der Goldtragenden Kühe/ die zu ihrem Unterhalt nichts koſten/ ſondern ſich ſelbſt weyden/ aber nicht ſelbſt gehen/ ſondern geführet werden müſſen/ dem allenthalben einreiſſenden Gold- und Geld-Mangel zu ſteuren.

Meine allerſeits Hochzuehrende Herren/

DB mir wohl nicht unwiſſend/ daß dergleichen Vorſchläge/ wie ich ietzo auffs Tapet bringe/ von denen meiſten verachtet/ von wenigen geleſen und betrachtet/ von den allerwenigſten practiciret werden: ſo laſſe mich doch dadurch nicht abſchrecken/ meine Gedancken und Rathſchläge/ welche ich vor ſehr heilſam befinde/ zu Papier zu bringen/ und ſo wohl ihnen allerſeits/ als auch andern/ die ſich um den Schaden Joſephs bekümmern/ das iſt/ die dem allenthalben einreiſſenden Geld-Mangel wehren und auffhelffen wollen/ wohlmeynend zu communiciren. Wiewohl es leicht geſchehen kan/ daß ich ſo wenig Gehör finde/ als jener gute Freund/ welcher vor ungefehr 12 Jahren in einem beſondern Tractätlein dargethan/ was vor unermeßlicher Schaden durch das Sticken/ Bordiren/ Vergülden/ und dergleichen gethan würde; und gewündſchet/ daß auff dem Reichs-Tage zu Regenſpurg deswegen gehandelt werden möchte. Ich habe aber nicht vermerckt/ daß iemand die geringſte reflexion darauff gemacht/ ſondern es hat vielmehr das Gold- und Silbertragen auff Kleidern/ und die daher entſtehende Verſchwendung dergeſtalt überhand genommen/ daß man ihr ſchwerlich ſteuren wird; ungeachtet der Autor ſchon damahls verſichert/ wenn nur im Römiſchen Reich die Ausführung des Geldes/ das Vergülden/ Goldſchlagen/ Dratziehen abgeſchafft und verboten/ der überflüſſige Gebrauch des Silber-Geſchirrs aber nur moderirt würde/ ſo würde innerhalb zehen/ ja weniger Jahren kein Mangel/ ſondern ein Uberfluß deſſen zu finden ſeyn.

Solcher Uberfluß würde nicht vermindert ſondern vermehret durch die Goldtragenden Kühe/ welche zu ihrem Unterhalt nichts koſten/ ſich ſelbſt weyden/ aber nicht ſelbſt gehen/ ſondern geführt werden müſſen. Zu deren Wartung könte man wohl die Leute zum theil beſtellen/ welche ſich

ietzo

ietzo von dem verderblichen Goldſchlagen/Dratziehen/ und dergleichen ernehren. Marquardus Freherus P. II Originum Palatinarum cap. 17 ſchreibt alſo: Aurum propitii an irati Dii Germaniæ negaverint, dubitavit olim Tacitus: Ego magis propitii an irati dederint. Dediſſe enim jam conſtat: ſed non ſine ſudore parandum, vel potius algore ac frigore. Neque enim terræ venas ſcrutari neceſſe eſt, (quamvis & has deeſſe nemo dubitet) ſed e Rheni patris alveo everrere & expiſcari, ne ſolo Tago Iberi, Pactolo Indi ſuperbiant. Non quod in eo aurum generetur, quod rerum naturalium ſcriptoribus non videtur; (ex quibus in margine Georgius Agricola citatur) ſed quod e montium auriferorum fibris radicibusque abraſum ille arenis ſuis involvat, & in certos vortices, atque caveas (quibus inde nomen natum, Gold-Gründe da gegoldet wird) congerat; unde improbo urinantium labore, non ſine vitæ diſcrimine, una cum ipſo ſabulo (cui & ipſi nomen Gold-Sand inde adhæſit) e profundo hauſtum, & extractum, multaque lotione tandem purgatum, tenuiſſimis quibusdam grumulis, & ramentis veluti ἀτόμων inſtar compareat: quæ deinceps adhibito hydrargyro in globulos aut lamellas coalita, monetæ aut monilium uſibus ſerviant, nihilo quidem quovis alio auro vel Pannonico deteriora. Idque adeo jus auri fluvialis (ut ita dicam) legendi non minus, quam fodinarum ſubterranearum, Palatinus Princeps inter potiora faſtigii ſui emolumenta, quæ *Regalia* vocamus, uſurpat. Quod a Manhemio, & Rheni Nicrique confluentibus Saletionem usque diverſis locis per redemptores illos aurilegulos etiamnum exercetur. Quorum locorum nomina præcipua ante aliquot annos hæc comperi: Rechesheim bey Petersau/ der Grübelſtein/ Germersheim/ Mittel-Grund/ Pfeiffers-Grund/ Unter- und Ober-Scherffer/ Genßgrund/ Wörder/ Michelfeld/ Rinderhecken/ Jonſtenwerth/ Hagenbach/ der Lemmerhock/ Kragenwerd/ Münchhauſen/ Kindels-Grund/ Danhauſen/ Danhäuſergrün/ Seltz.

Was Freherus hier Lateiniſch beſchreibet/ das führet in unſerer Mutter-Sprache deutlich aus ein unbekandter Scribent/ der ſeinen Nahmen nur mit den erſten Buchſtaben J. F. bezeichnet/ Anno 1623 ohne Benennung des Orts ein Tractätlein von wenig Bogen in 4to herausgegeben/ unter dem Titul: ſpicilegium Antiquitatum Palatinarum cis Rhenanarum, oder kurtze Beſchreibung von deme genannten kleinen Franckreich/ deſſen Untermarckung dem Rheinſtrohm ꝛc. daſelbſt leſen wir in Beſchreibung des von Frehero zu letzt bemeldten Orts p. 14. ſeq. Ferner macht man bey dieſer Stadt (Seltz/ 6 Meilweges unter Straßburg gelegen) gut Rhei-

niſch

nisch Gold aus dem Sand / dergestalt: Erstlich richten sie schregs auff am Staden des Rheins drey zusammengefaste ungehobelte rauhe Bretter / oder Borten / auff den Seiten mit Leisten verwahret / werffen viel Sand drauff / welchen sie aus dem Wasser holen. Wenns ziemlich auffgehäufft / nehmen sie mit langen Schöpffern des Rhein-Wassers / flötzen den groben Sand von den Borten wider herunter / so bleibt der reineste / in welchem das Gold stecket / zwischen den rauhen Spreitssen / das waschen sie ab mit sonderm Fleiß / und samlens in ein höltzern Narten / wiederholens / und samlen innerhalb zwey Stunden des ausgewaschenen Gold-Sandes auff einen halben Sester. Mit deme zeicht man zu Hauß / macht ein ziemlich Kohlfeuer / stellet den Sand in einem irrdenen Gefäß hinein. So bald das erwarmet / lässet sich das Gold mit kleinen Körnlein scheinbarlich sehen. Dieselbe von dem Sand zu scheiden braucht man Queckſilber / menget ein gewiß particul drunter / und damit samlet sich alles Gold / so gar das geringste Stäublein zusammen / und in ein Klümplein / welches die Farbe des Queckſilbers an sich nimmt / das klopffet man in den Händen zwischen den Fingern mit einem Messer-Rücken in die Runde / biß es hart wird wie ein Kügelein / das wirfft man in einen glüenden Tiegel; über eine kleine Weil ist das Queckſilber verschwunden / und hat das Klümplein seine natürliche Goldfarbe. Ein Sester oder Vierling gedachtes Sandes giebt ohngefehr 1 Loth / oder hats zum wenigsten etwa geben. Die Inwohner oder Güldener / welche gemeiniglich starcke grobe Leute seyn / dürffen sonst niemand als der Herrschafft das Gold zukommen lassen. Obiges Instrument, oder zusammen gestossene Bort / ist eine Kuhe genannt. Daher einstmahl ein Münchhauser Ursach genommen / seine Kuh übern Rhein einem Fremden für 10 Gülden zu verkauffen; sie gehe aber nicht se.ber / er müsse sie führen lassen. Daraus Streit zwischen Käuffern und Verkäuffern entstanden / welcher doch leicht mit Zahlung etlicher Maß Wein gestillet worden.

Dieses sind die Goldtragenden Kühe / welche ich hiermit allen Einwohnern in Thüringen und Sachsen / hohen und niedrigen Standes auffs beste recommendiret haben wolte. Denn daß es in beyden Ländern an Goldführenden Flüssen und Bächen nicht fehle / ist genugsam bekandt: Aber es hat bißhero an diesen Kühen und Instrumenten gefehlet / den Sand mit Vortheil zu waschen / und das Gold heraus zu bringen. In Thüringen haben wir die Saale / so nebst dem Mäyn / der Nabe / und der Eger / aus dem Fichtel-Berge entspringet: Und da der Fichtel-Berg / wie

Bruchius in der Beſchreibung deſſelben lehret/ mit Gold/ Silber/ Eiſen/ und in Summa allerley der beſten Metallen / allen andern Ländern und Gegenden Teutſchen Landes weit fürzuziehen ; So iſt kein Zweiffel / daß von dieſen vier Ströhmen nicht weniger wahr ſey / was Freherus vom Rhein ſaget / daß er aus denen Gold-Bergen dieſes Metall in ſeinem Sande mit fortflöſſe. Man ſoll auch in dem Thüringer Walde in dem Fluß/ die Schwartza genannt / Gold finden / und ich zweiffle nicht / daß man gleichfalls in der Werra oder Weſer/ und andern Flüſſen mehr/ wenn man recht nachſuchte / dergleichen Gold-Sand antreffen ſolte. In Sachſen und Meiſſen iſt das Gold / ſo aus der Elbe / Mulda/ und andern flüſſenden Waſſern und Bächen gewaſchen und geſeifft wird / aus des Albini Meißniſcher Berg-Chronica Tit. 16. p. 124. ſeq. genugſam bekandt / allwo ſonderlich die güldene Kette Churfürſt Johann Friedrichs von Waſch-Gold aus der Elbe um Torgau geſamlet / ſo ſechzehen halb Marck gewogen ; ſamt der bey Wittenberg am Elb-Ufer gefundenen Stuffe gediegenes Goldes zu remarquiren. Mehr Goldführende Waſſer und Sand in dem Meißniſchen Ober-Ertz-Gebürge hat Chriſtian Lehmann in ſeinem hiſtoriſchen Schau-Platze p. 194 und 442 erzehlet. Und Bohuslaus Balbinus lib. 1. Miſcellaneorum Bohemicorum cap. 33. p. 37. ſeq. hat viel Goldführende Flüſſe und Bäche in Böhmen/ nebſt der Elbe nahmhafftig gemacht/ mit dem Zuſatze/ daß bey dem Rieſen-Gebürge die alten Einwohner des Böhmer-Landes faſt nichts anders gethan/ als Gold-Sand geſiebet und geſeiffet ; daher gantze Städte und Dörffer ihren Urſprung / Nahmen und Wachsthum bekommen / und die Sand-Hügel/ davon man das Gold geſchieden / viel Meilen lang am Ufer der Flüſſe hin gelegen.

Aber dieſen allen hat es an der beym Rheinſtrohm gewöhnlichen Invention oder Zucht der Goldtragenden Kühe gemangelt / und wenn man künfftig allenthalben dergleichen anlegen und fleißig abwarten wolte / ſo würde viel ein gröſſerer Schatz von Golde geſamlet werden / und mit der Zeit zu vieler tauſend Menſchen Suſtentation, und daher erfolgenden herrlichen Auffnahme der Länder/ und glücklicher Vermehrung der Herrſchafftlichen Cammer-Intraden dienen. Wie viel tauſend Thaler wenden jährlich groſſe Herren und reiche Capitaliſten auff den ſo mißlichen Bau neuer Bergwercke / oder wohl gar auff die noch mißlichere Alchymiſterey und Goldmacher-Kunſt ? Wenn ſie nur den dritten und vierten Theil ſolcher Koſten auff die Goldtragende Kühe-Zucht / oder deutlicher zu reden / auff

die

die Inſtrumenta und andere Zugehörungen / dadurch das Gold aus dem Sande des Rheins pfleget gemacht zu werden/ ſpendirten / würden ſie gewiß viel einen gröſſern Profit erlangen / weil wir in vielen Waſſern den Gold-Sand bereits haben/ und nicht erſt mit groſſer Mühe / Zweiffel und Gefahr aus den Bergwercken holen müſſen. Man darff auch nicht gedencken/ wenn das Gold einmahl aus dem Sande gewaſchen/ daß ſelbiger hernach nichts mehr nütze ſeye. Anders lehret uns D. Becher in ſeinem Trifolio Hollandico p. 32. ſeq. da er ſchreibet: Ein groſſes Theil Gold wird in der Welt in dem Sand gefunden/ daraus gewaſchen / und derowegen Waſch-Gold genennet. Man möchte nur dargegen einwenden/ und ſagen/ daß ſothanig Gold aus den Bergen in die Flüſſe getrieben / und nicht in dem Sand gezeuget worden. Aber ſolches kan man beweiſen/ daß ob ſchon das Gold gantz fleißig aus dem Sande gewaſchen worden/ dennoch/ wenn ſothaniger Sand aus dem Waſſer a part in die Sonne gelegt/ und von dem Regen befeuchtet wird / einige Zeit hernach wiederum Gold giebet. Wovon ferner umſtändige Nachricht zu finden iſt in meiner erſten Supplement-Schrifft über meine Phyſicam ſubterraneam am Ende des 4. Cap. pag. 63.

Meine Gelegenheit leidet es nicht/ mich hierbey länger auffzuhalten. Wenn groſſe Herren und Capitaliſten an denen Goldführenden Flüſſen in Teutſchland die offtgedachte Goldbringende Kühe-Zucht anlegen werden/ ſo wird ſich auch dieſer Becheriſche Rath hernachmahls wohl practiciren laſſen/ wenn man nur den einmahl extrahirten Sand fleißig auffſchüttet/ und von der Sonnen und Lufft auffs neue imprægniren läſſet. Ja man wird das von Bechern denen Holländern angegebene ewigwährende Sand-Bergwerck nirgend beſſer/ und mit geringern Koſten als in Teutſchland mit ſolchem Gold-Sande anſtellen/ und jährlich mehr als zehen Millionen damit proſperiren können. Welches die Zeit und Erfahrung mit GOttes Hülffe gnugſam lehren und demonſtriren wird. Datum den 10 Mertz im Jahr 1701.

In quibus literis quamvis prope finem Autor contra nos ex Bechero oſtendere videatur, aurum illud non omne omnino ex montibus auriferis abradi per aquarum impetum, ſed etiam in arenis, a quibus per lotionem aurum jam ante fuerat ſeparatum, denuo generari; Judicamus tamen, (ſi vera hujus generationis novæ ſit experientia) vel ſub arenis illis jam ſemel lotis remanſiſſe multas fibras, in quibus, ut ante faſſi ſumus, gigni & poſt ablui potuit: vel (quod veriſimile nobis videtur) per novum aqua-

rum impetum nova rurſus ramenta fuiſſe advecta, novasque fibras ſub arenis novis, priori jam ſemel lotæ arenæ ſeſe commiſcentibus, acceſſiſſe.

Miramur autem hunc Autorem, quod de auro aliorum fluviorum multam, de Sileſiticorum autem nullam prorſus fecerit mentionem, da ſie doch (ut cum Friderico Lucæ pag. 2180 ſequamur) den Ruhm/ welchen Munſterus und andere alte Hiſtorici denen Schleſiſchen Flüſſen wegen des Waſche-Goldes geben/ mit Warheit meritiren.

Auſſer Zweiffel ſteckt noch ein groſſer Gold-Schatz (cum Frid. Lucæ hæc ſcribimus) in denen Rieſen-Bergen verborgen: ſolches läſſet ſich daher ſchlüſſen/ weil in dem vorigen Seculo demſelben die Italiäner fleißig nachſuchten/ und ſonderlich um die Qvelle des Zackenfluſſes viel gediegenes Gold fanden. Einer von dieſen Goldſtellern ſoll hernach zu Venedig ein prächtiges Hauß erbauet/ und dieſe Worte über deſſen Portal in Stein geetzet haben:

Montes Chryſocreos fecerunt nos Dominos.

Huc ſpectant verſus Fabri noſtri, qui, poſtquam damna per imbres ex montibus in agros decurrentes incolis illata deſcripſit, ſequentia addit:

- - - - data damna rependit arena
Divite, ſi norint interlita fluctibus auri
Segmina arenoſis decuſſa crepidine ab alta
Excipere, & purgata aptè evolvere colu:
Qua quidam ignoti ſub vere feruntur adulto
Errones furtim legere, atque efferre quotannis:
Noſtrorum interea reditu valde admirantes
Deſidiam, & patrii ignaros ſannare metalli.

§. 41.

Fabula de dente aureo pueri Sileſii.

De dente aureo pueri Sileſii res eſt annis ſuperioribus decantata. Fuit hic Chriſtophorus Mollerus, non in Marningis, & Lutibanis, quomodo Sileſiam vocari ſcribit Julius Cæſar Bulingerus, nedum in urbe Vechelsdorffo: ſed in pago VVeigelsdorff ſub Domino Friderici Gelhornii Viri Nobiliſſimi ad primum

mum a Reichenbachio lapidem, natus A. C. CIↃIↃLXXXVI Patre Joanne fabro lignario, & molitore paupere. Quo jam exſtincto, cum A. C. CIↃIↃXCIII in ejusdem pagi ludum veniſſet, viſus eſt a puella quadam habere dentem aureum maxillarem ultimum verſus ſiniſtram partem in inferiore gingiva enatum. Poſtea cum fama de eo ſparſa eſſet, a Principibus, Nobilibus, aliisque permultis miraculi loco dens ille inſpectus, tentatus, probatus fuit. *Idem Jacobus* Horſtius, Medicinæ Doctor, fecit anno CIↃIↃXCII, puerum coram vidit, dentem inſpexit, contrectavit, naturalem partim, partim miraculoſum pronunciavit, deque eo, neſcio quæ, prædixit. Joannes Ingelſtetterus medicus Archi-Palatinus contra, nec dentem eſſe verum, nec generatum naturaliter, nec aurum, ſed præter & contra naturam, & præſtigias Saranæ videri, erudite confirmavit: edita etiam adverſus Martini Rulandi Medici Ratisbonenſis judicium reſponſione. Nec defuerunt itidem alii viri eruditi, qui ex hoc Philoſophi fundamento, perfectis corporibus, quale aurum eſt, certum & determinatum locum eſſe, velut matricem, extra quam generari non poſſint, in alveolo illo oris humani generari aurum potuiſſe negarunt: ſed interim tamen minime dubitantes, quin ab extraordinaria cauſa produci illic poſſet.

At enim vero, ſicut fictum aut ſimulatum nihil

poteſt eſſe diuturnum, evanuit tandem fabula tota, fraude detecta, dum nimirum puero aurum, quo dens obductus fuit, decidit, dente ipſo oſſeo permanente. Id quod Crumlovii Bohemorum, ubi Scholam Auguſtanæ Confeſſionis puer frequentabat, i. d. XIX Junii A. C. CIↃIↃXCVI factum fuiſſe annotavit Joannes Bruchmannus, ejusdem Scholæ tunc director.

Dum hæc annotamus, communicat nobis R. D. Parochus Eccleſiæ Lampersdorffenſis in Territorio Francoſteinenſi ſitæ ex albo illius Eccleſiæ de aureo hoc Dente ſequentia:

Anno 1593. den 8 Julii iſt zu mir komen Heſe Haus Müllers von Weigelsdorff Wittwe/ die ihren Sohn Chriſtoph/ der von mir den 26 Decembris Anno 1586 getaufft worden/ mitgebracht/ und mich/ was ich von andern zuvor gehört/ hat beſichtigen laſſen/ dabey der Hr. Pfarrer zu Roſſenbach Martinus Ameiß mit ſamt ſeinem Weibe geweſen/ da wir jede geſehen vor der Kirch-Thür ohne gefähr um Veſper-Zeit/ da die Sonne hell geſchienen/ daß er auff der lincken Seiten am untern Kinn-Reiffen einen guldenen Backzahn/ der ſchön geglänzet in Maſſe und Form eines Petſchafft-Ringes/ darauff ich erſtlich eine Geſtalt eines kleinen Creutzleins/ aber zum andern/ wie er den Zahn befeuchtet hatte/ ſolches nicht ſehen können. Wie aber die Mutter von uns befraget wurde/ ob er mit dem Zahn alſo gebohren/ und wann ſie des Zahnes wäre gewahr worden? hat ſie geantwortet: daß ſie nicht wüſte/ ob er den Zahn mit auff die Welt gebracht hätte/ ſie wäre dis erſt um Oſtern/ und durch ihre Tochter/ die ihn erſtlich geſehen/ gewahr worden/ hub auch an zu weinen; weil ſie/ wie mir bewuſt/ in groſſer Armuth geſteckt. Was für Glück und Unglück der Welt ſo wohl dem Knaben gedeutet wird/ iſt alleine GOtt bewuſt.

Ex Marchia B.

Schrifftmäßige Deutung des güldenen Zahns in Schleſien.

Des Knabens Chriſtoph goldener Zahn
Groß Dürre und Witterung zeiget an/

Die

Die Mühl und Mehl wird werden Gold/
Mit Mehl dein Hauß versorgen solt.
Dem Leib das Brod/ der Seel dein Wort
Gieb/ treuer GOtt/ an allem Ort.

Aliud:

Erschröcklich ist dein goldener Zahn/
Such nit Reichthum/ siehe den nit an/
Erfreuet doch der Tauff-Nahm dein/
Der Ring ist da/ nun such den Stein/
Die Welt Christum verliehren will/
Den Eckstein/ darnach frage viel:
Wann du den Stein wirst funden han/
Hart beissen wird der goldene Zahn
Und Christum bringen in die Welt
An den Ort/ da es ihm gefällt.
Liß Schrifft/ bet/ leid/ hoff/ trau in Noth/
Dir will beystehn der treue GOtt.

De aureo dente, qui nunc in osseum paulatim mutari cœpit 1595.

Aurea quæ fuerant nunc ossea sæcula fient,
Carnea quippe hominum id peccata ac corda merentur
Ossea, ut in pejus rerum sic fluctuet ordo.

M. Jacobus Berelius, Diaconus Wrat. ad D. Mariam Magdalenam.

Anno 1596. den 27 Novembris kam allhier der Herr Zacharias Liebhold/ Stadtschreiber auffm Silber-Berg/ samt seinem Pfarrer/ der in Sachen der Silberberger bey ihrem Herrn zu Rossenbach um die Confirmation des Berg-Wesens gebeten/ wie ich denn dieselbige mit meinen Augen gesehen/ zeiget unter andern an/ daß sich der goldene Zahn gar verändert/ denn er ihn zu Crummaw gesehen/ daß die Platte auff dem Zahn/ daran man zuvor die Spitzen des Zahns gesehen/ gar hinweg seye/ auch der Ring um den Zahn gar loß worden/ da der Knab den Ring seinem Herrn/ dem Herrn Peter Wagk von Rossenbach/ überantwortet/ der ihn bey sich haben soll; aber wie er gesehen/ sey der Zahn gar grün/ und oben ein tieff eingedrucktes Creutzlein: was GOtt damit gemeynt/ ist ihme allein bewust. Aber weil verschiedner Zeit der Türck die Vestung Erla eingenommen/ und die Ungrische Berg-Städte nicht weit davon gelegen/ derer GOtt Schutz-Herr seyn wolle/ die Christen in Ungarn/ und uns alle für diesem

dieſem Feinde beſchützen/ die wohlverdiente Straffe unſrer Sünden gnädiglich um JEſu Chriſti Verdienſt abwenden und lindern wolle/ wie wir keinen andern Troſt als das Creutz Chriſti haben.

Dieſes alles hat Joannes Schillingus Francoſteinenſis, damahliger Lutheriſcher Pfarr zu Lampersdorff/ in das Kirchen-Buch eingetragen.

§. 42.

Ubi Argentum? ubi Cuprum? item Stannum, Plumbum?

Proximum (*a*) ab auro locum occupat Argentum, a cujus venis (*b*) Silberberga, Bithonia, (*c*) Tarnowitzium, (*d*) Reichenſteinum, (*e*) Gotsbergum, (*f*) Ditmansdorffium haut procul Suidnicio, Smotsleiffen, (*g*) Zilchdorffium, (*h*) Gabela pagus ad Landeshattum, Ilaræ pratum, mons Gigantæus (*i*) & alia loca commendantur.

Æris ſeu Cupri (*k*) venas olim Goldberga, (*l*) hodie etiam Kupferberga, Altſtadium territorii Niſſenſis, Zuckmantela, Gotsbergum, Gieren, & Querbach ad Quiſſi fluvii fontes oſtentant. Metallum per ſe utiliſſimum, ſed cujus abuſus in numis, annis proxime elapſis, tantum mali creavit, ut necdum remedio locus ſit.

Plumbi (*m*) candidi, quod *κασσίτερον* Græci, unde Caſſiterides inſulæ, vulgo Stannum vocant, adparent venæ in Sudetorum tractu ad eosdem Quiſſi fontes, velut in Gieren, Querbach, & Ulrichsdorff: Nigri autem Tarnovitium ferax, ubi ex terra flava liquatur; venis quidem tam uberibus, ut qui

A. C. CIↃIↃLXII ad viſitandum fodinas Sileſiæ metallicas juſſu Cæſaris deputati fuerunt, eidem retulerint, compertum ſibi ex peritorum narratione, quotannis ibi ad quindecim, imo ad ſedecim millia centenariorum plumbi, argenti vero ad tria, imo & quatuor millia marcarum confecta fuiſſe; indeque Marchioni Brandenburgico Beuthenſis Dynaſtiæ tunc hypothecario circiter mille quingentos plumbi centenarios, argenti autem marcas quaſi quadringentas, factaque adeo æſtimatione ſexies mille Joachimicos ceſſiſſe.

(*a*) Argentum, quamvis colore ab auro diſtinguatur, auro tamen proximum eſt ductilitate, pondere, & facultate reſiſtendi vi ignis. Atque hæc eſt cauſa, cur facile auri liquefactione miſceri queat. Imo ſi credimus Plinio lib. 33. c. 4, argentum omni auro ineſt vario pondere, alibi decima, alibi nona, alibi octava parte.

(*b*) Aliquanto diſtinctius recenſet loca argenti venis fœcunda Caſpar. Schwenckfeld in Catalogo ſtirpium & foſſil. Sileſ. p. 364.

(*c*) Ex ſcripto Cl. D. Doctoris Oehmb huc rurſus apponimus ſequentia:

Was vor Silber-Bergwercke in unſeren Landen Schleſien beſonders in denen benachtbarten Lande und Königreichen geweſen / auch biß auff heutigen Tag zum Theil noch mit gutem Nutzen gefördert werden / geben die Chronicken gar deutlichen und ausführlichen Bericht. Wie denn ſonderlich im Königreich Böhmen zu König Wenceslai Zeiten ums Jahr Chriſti 1280 die Bergwercke ſtarck floriret / dieweil er ein beſonderer Liebhaber derſelben geweſen / und ein ordentliches Corpus Juris metallicorum durch alle ſeine Lande ausgeſchrieben / und ſind damahls über hundert Berg-Städte geweſen / woſelbſt die erſten mit groſſem Fleiß ſind gewonnen worden / unter welchen die berühmteſte geweſen Schlaggenwald / Kuttenberg / Eyl / Goßlar / Käyſer Rudolphs-Stadt / und Joachims-Thal / welche alle ſehr reiche Ausbeuten am Silber gegeben; wie denn zu Kuttenberg in 65 Jahren 1200000 Marck Silbers gemacht worden. Desgleichen

chen im Joachims-Thal binen 94 Jahren dreyzehen mahl hundert tauſend/ fünff tauſend ſieben hundert vier und neuntzig Marck: daſelbſt iſt ein alter Bergmann/ Martin Heidler genannt/ geweſen/ der mit ſeinem Weibe geſchürfft/ und vorn Ort gearbeitet/ hat in ſeinen Gebäuden über 100000 Joachims-Thaler gehoben.

Belangende aber die Bergwercke des Landes Schleſien/ ſo gedencket unſer Autor unterſchiedener Orten/ woſelbſt vor dieſem reiche Silber-Ertzte ſollen gewonnen worden ſeyn/ als: Beutten/ welche eine alte Berg-Stadt geweſen/ und daſelbſt Silber geſchmeltzet worden. Goldberg. Daß nach Hn. Schwenckfelds Meynung ein Silber-Waſchwerck ſolle allhier geweſen ſeyn/ hat man zwar keine gründliche Nachricht/ dieweil damahls alles Goldſeiffen geweſen: Doch wird noch heute zu Tage ein Schlich gewaſchen/ welcher Eiſen/ Kupffer und Silber hält; daß alſo ſeine Meynung wohl kan beſtättget werden. Tarnowitz/ daſelbſt ſind ſehr ſchöne Bley Ertzte/ welche Silber halten/ wie denn von dannen viel Silber-Glette gen Breßlau und andere Orte gebracht wird. Silberberg hat viel Ertzt/ und iſt ſehr groſſe Arbeit daſelbſt geſchehen/ denn das Städtlein iſt durch Schächte und Stollen ziemlich durchfahren/ wird auch annoch heutiges Tages daſelbſt gearbeitet. Es wird aber das Ertzt daſelbſt nicht zu gute gemacht/ ſondern gen Reichſtein gebracht/ und denſelbigen Ertzten zum verbleyen zugeſchlagen/ es giebt der Centner à 4/5 biß 6 Loth Silber.

(*d*) De Reichenſteinio hæc ab amico communicata: Reichenſtein hat zwar kein beſonder Silber-Ertzt/ am Georgen-Berge ſoll vormahls wohl ein Bley-Ertzt/ welches auch Silber gehalten/ geweſen ſeyn/ iſt aber nicht mehr zu finden.

(*e*) Gottsbergi vena argenti inventa eſt Anno 1532 ſub Domino Chriſtophoro von Hoberg/ Equite auff Fürſtenſtein.

(*f*) Hodie adhuc ibidem cernitur an dem Berge gegen dem Waſſer ein Stollen/ welcher noch vor wenig Jahren unverfallen geweſen.

(*g*) Smotſeiffen jam nulla amplius comparent rudera, ut neque Ziſchdorffii, & loca modo fruticibus conſita apparent, quæ olim argenti feracia erant.

(*h*) Lociiſtius, & Docimaſtices metallorum gnarus ita de iſto ſcribit: Gabel hat ein hübſchhaltig Silber-Ertzt/ iſt etwas antimonialiſch/ gehet aber nach der Röſtung gantz gern ins Bley. Der Centner hält 12 Marck 4 Loth 2 Quentchen Silber.

(*i*) De

(i) De Ducatu Schwidnicenſi hæc ex aliorum relatione habemus, quæ ipſorummet verbis adſcribimus: Zwiſchen hohen Girſchdorff und Weißtritz iſt noch ein alter Schacht anzutreffen/ ſo unverfallen/ aber ſehr Waſſer-röthig/ daſſelbe iſt ein kleinſprüßig Bley gantz in einem Schneeweiſſen geweſen/ und mit einer braunen Blende eingeſprenget/ wie die Hallen daſelbſt noch ausweiſen; Was gediegen Ertzt geweſen/ hat der Centner gegeben 70 Pfund Bley und 2 Marck Silber. Ohngefehr $\frac{1}{4}$ Meilweges von ſelbigem Schacht gegen Bögendorff ſind gleichfalls viel alte Hallen/ woſelbſt aber die Schächte verfallen/ das Ertzt iſt dem vorigen aber an Art und Güte gantz gleich. Belangende unſere Schleſiſche Silber-Ertzte/ ſo beſtehen dieſelbe mehrentheils in einem Bengland/ aber unterſchiedenen Halts/ und ob ſie zwar den Meißniſchen nicht gleich kommen/ woſelbſt die feine Silber-Ertzte brechen/ da der Centner zu 150 Marck Silber gibt; ſo haben ſie dennoch auch mit gutem Nutzen können gearbeitet werden. Argentum, ut hoc obiter dicamus, eodem modo purgatur ſicut aurum. Quidam ex Belgis refert, Hiſpanos in America primo omnem materiam, quam ex fodinis eruunt, in mortario comminuere, deinde Δm affundere, qua veluti maſſa argillacea confletur, tum injecto ſale & hydrargyro iterum ea tundere ſat diu, & aqua abluere, ut omnes luteæ partes eluantur; Maſſam mollem auro, argento & hydrargyro miſtam in patinam injici, ac ope modici ignis hydrargyro in auras abeunte purgari, & veluti in cineres redigi, ac ex his vehementiori igne liquefactis laminas conflari.

(k) Æs ita differt ab Argento, quemadmodum hoc differt ab Auro. In hoc tamen æs & Argentum conveniunt, quod vena eodem modo effodiatur teſte Plinio lib. 34. c. 1.

(l) De venis æris Goldbergenſibus, ut & de reliquis accipe, quæ nobis ex ſcripto quodam Germanico, cujus copiam nobis fecit, ut ante diximus, vir prælaudatus, innotuere. Illa vero ita ſonant:

Æris venæ das Goldbergiſche Kupffer-Ertzt iſt unweit dem Dorffe Praußnitz eine halbe Meile von Goldberg gebrochen/ daſelbſt vorzeiten viel Arbeit geſchehen/ wie die groſſen Hallen und verfallenen Schächte zeigen. Es iſt kein gediegen Ertzt/ wie ſonſten die reinen Kupffer-Ertzte ſeynd/ ſondern es ſtehet in einem röthlichen Schiefer gar ſubtil/ flammicht eingeſprengt/ iſt gar mild; wann es geröſtet worden/ läſt es ſich gut pochen/ und zum Schlich ziehen. Ein Stollen aber halb der Sachſen-Mühl iſt noch unverfallen/ in welchen man noch heute zu Tage kommen kan: In

dieſem iſt Hertzog Ludwig zur Liegnitz hochſeligen Gedächtnüß geweſen/ hat auch ſehr viel Centner Ertzt daraus gewinnen/ und gen Reichſtein bringen laſſen. Was feine und gute Schiefer ſeyn / wenn ſie geröſtet und gelöſchet werden/ granulirt ſich das Kupffer/ wie Moh-Körner/ iſt weißlichter Farbe/ die Menge Ertzt iſt wohl verhanden / an Kupffer aber ſehr arm; in dieſen kupfferuen Schiefern ſeynd auch allerhand ſeltſame Bilder/ als Schnecken/ Hertze/ und andere wunderwürdige Drüſen zu finden / beſonders viel kleine Muſcheln/ von welcher Art Kupffer-Schiefer Lazar. Erker in ſeinem Probir-Buch l. 3 ſaget / daß Kupffer reich / und mehrentheils ſilberhaltig.

Æs purum foſſile ſtatim ſuum, gediegene Kupffer-Körner ſind vormahls in Neukirch/ und zur Haſel gewaſchen worden/ ſind aber ſehr eiſenſchüßig. Die guten Kupffer-Schiefer zu Haſel/ aus den Stollen oberhalb der Sachſen-Mühl/ wenn ſie geröſtet und abgelöſcht werden/ ſo granulirt ſich das Kupffer auffm Schiefer in Gröſſe der Senff-Körner.

Æs rude ſui coloris wird noch heute zu Tage in den alten Stollen und Schächten zu Kupfferberg gefunden.

Æris vena ferri particeps, alle Arten Kießlinge / die um Goldberg und zwar gar häuffig gefunden werden / haben ein Eiſenſchüßig Kupffer/ wie im ſchmeltzen die blau und grünen Kupffer-Flammen zeigen.

Æris vena chryſocolla & cæruleo tincta. Dieſes Berggrün und Laſur an dem Goldbergiſchen Ertzte generiret ſich allererſt/ wenn ſelbtes eine Zeitlang in der Lufft gelegen/ ſonder Zweiffel von der Schärffe des Salis Centralis. Das Ertzt iſt ſonſt vorm Orte ein brauner Schiefer.

Æs das Kupfferberger Kupffer hält die Marck / Loth / Qventchen 1 Pfennig/ das macht auff den Centner Kupffer 5 Marck/ 2 Loth/ 2 Qventchen Silber; Wo vorzeiten die Goldbergiſchen Kupffer-Hütten geſtanden/ iſt kein gewiſſer Grund. Doch iſt zu muthmaſſen / daß ſie unweit der Nieder-Mühlen geweſen/ in dem die blau und grünlichten Schlacken unweit den Weiden beym Schützen-Hauſe häuffig liegen. Desgleichen hinter der Fleiſcher-Wieſen / woſelbſt auch eine groſſe Menge Schlacken ſind/ daraus zum öfftern groſſe Körner in Gröſſe der Bohnen geklaubt worden.

De Ære plura volentem ad eruditum de Ære Schediaſma dirigimus, quod a Cl. D. Chriſtiano Helwich, Medico noſtro ſæpe laudato, ante complures annos compoſitum, & ab ipſo Autore, magis poſtea ſeriis occupato, neglectum, ſed ab Inclyta Academia Cæſareo-Leopoldina naturæ Curioſorum

forum inter Miſcellanea curioſa, ſive Ephemerides Medico-Phyſicas Germanicas Decur. 3. A. 7. & 8 editum. Ubi naturam ſinprimis æris, ejusque proprietates, uſum deinde non tantum medicum, ſed alium etiam, eumque varium, puta *in vaſis & utenſilibus Sacris Teſt. Vet. in valvis aneis, clocis, ſeu campanis templorum Chriſtianorum, in tubis bellicis, in nummis, in ſtatuis &c.* more ſuo exactiſſime exponit. Ex quibus omnibus obiter tantum annotamus, *odorem æris fœtidum admodum eſſe*, juxta Ariſt. lib. de ſenſu & ſenſibili c. 1; ac proinde *manum æs diutius attrectantem naribus gravem exiſtere:* hujus vero cauſam arceſſendam eſſe ab æruginis corpuſculis, quæ cum halitu avolant majore ex parte ſulphureis. Illud porro, quod citatus D. Helwich annotat ex abſolutiſſimo (prout vocat) Lexico Excellentiſſimi D. Brunonis, quod ærugo *aerem guſtantibus qualitatem offerat, & ſaporem, quem cibis vas aneum conciliat, ſatis amarum eſſe*, nos etiam ſæpius obſervavimus. Hinc cum eodem judicamus, ænea vaſa abdicanda eſſe tum ad eſculenta, tum ad potulenta, niſi illita fuerint ſtanno: nam per æruginem, (inquit ille) quam fundunt, apta ſunt producere magnos in corpore noſtro tumultus, & morbos, & Cæſalpini judicio quidem elephantiaſin, cancrum, dolorem jecinoris & lienis, præſertim ſi ænea vaſa illa acidos ſucços contineant, aut vina dulcia, eoque magis, ſi moram in illis traxerint.

Teſtantur etiam Arabes, quod ſi vas æneum ſuperponatur, piſcibus frixis adhuc calentibus, eousque eos infici, ut inſtar veneni lethales reddantur. Certum vero eſt ſaporem æris, quem ærugo indicat, oriri a corpuſculis illis, quæ ſenſim in ſuperficie concreſcunt, fortaſſis ſalinis: receptum enim fere communi conſenſu ſal eſſe primum ſapidum, & claſſes saporum claſſibus quoque ſalium reſpondere.

Cuprum dicitur a nobilibus ejus venis in Cypro olim inventis. Palladius *cuprinum æs* appellat, unde tandem eſt aſſumpta vox *Cupri*. Apud Chymicos Venus audit. Græca lingua nominatur χάλκος.

(*m*) Anno etiam ɔIↃ IƐLXXV gnaviter negotium urgente, nec ullis ſumptibus parcente, Generoſo & Perilluſtri Domino Joanne von Schaffengotſchen/ Domino in Kinnaſt & Greiffenſtein/ ſtannum in Gieren erutum eſt. Separandi modum nondum ſuo tempore innotuiſſe ſcribit Schwenckfeld p. 393; qui tamen peti poteſt ex Ferrandi Imperati hiſt. natur. lib. 18. cap. 15. & Johan. Bapt. de Hamel lib. 2 de foſſil. cap. XI. Vena hæc plerumque colore nigricans eſt, & gravis pondere, angulisque frequentibus polita, rarius flava reperitur. Nonnulli mineram toſtam vivis

injiciunt carbonibus admiſta portione certa induratæ picis, aguntque per deſcenſum, & in cinerum ſuppoſitorum alveolo maſſam fuſam excipiunt. Alii alio modo progrediuntur. Confer Borrichium in Docimaſtice metallica §. 46. p. m. 42.

Cæterum quo in ſtatu hodie res metallica ſit, non difficulter intelligitur ex ſequenti ſcripto benevole nobis a Cl. Dn. D. Samuele Graſſio haut ita pridem communicato.

Auff beſchehenes Anſuchen derer Hoch-und Wohl-Titulirten Breßlauiſchen Herren Gewercker/ haben Endes Unterſchriebene mit Zuziehung eines examinirten Ruthen-Gängers den 31 October/ 1. 2 und 3 November inſtehenden 1701ſten Jahres / die Gebürge beym Kupfferberge/ desgleichen zur Gabel und Gottsberge/ unterſucht / auch diejenigen Gruben/ welche einige Zeit von obgemeldten Herren Gewerckern gebauet worden/ befahren/ und in Augenſchein genommen/ und den befundenen Auffſtand/ ſamt denen dabey habenden Bergmänniſchen Gutachten hierdurch unterdienſtlich abſtatten wollen. Als:

1. Iſt der tieffe Johannis-Stollen an die 42 Lachter biß vor gantz Ort auffgewältiget/ und darmit kurtz vorm Orte zurücke / etliche zuſammenſcharrende Tröhmergen glantzige Ertzte angetroffen / auch darauff über ſich etwas gebauet worden. Weilen aber dieſes Orts ferner fort zu bauen die Koſten wohl ſchwerlich tragen möchten/ indeme die Thrömergen Ertzt ſich nicht ins Feld ſtrecken wollen/ auch dabey ſehr loſe Geſtein iſt / welches zu verzimmern ſchwer fallen dörffte; So wäre wohl nicht zu rathen in dieſem Gebäude etwas ferner anzuwenden / zumahlen / und da auch noch weiter in dieſem Gebürge nauff / gantz kein beſtändig Ertzt führender Gang mit der Ruthen gefunden worden.

2. Auffm Chriſtophl ſeynd mit Anwendung groſſer Koſten drey Stollen über einander auffgemacht/ und eine ziemliche Länge hinein auffgewältiget worden; man hat aber in keinem etwas nutzbares von Ertzten angetroffen im Tage-Schächtel / welches auff den erſten oder oberſten Stollen abgeſuncken worden/ ſollen ehmahls feine Kupffer-Ertzte mit gebrochen haben: man findet aber mit der Ruthen dieſes Orts keinen richtig ſtreichenden Gang/ ſondern daß nur Nieren-Weiſe etwa dann und wann Kupffer-Ertzte brechen / aber doch nicht in die Tieffe ſetzen möchten; ſintemahlen allenthalben auff deſſen Stollen ein unartiges und zerſchürtetes Geſteine zu befinden/ dahero auch allhier noch ferner Koſten anzuwenden gar nicht zu rathen iſt.

3. Auffm

3. Auffm jungen himmliſchen Heere / desgleichen auff dem Julius Cæſar, hat man zwar/ wegen der Waſſer / die Stoll und Gebäude nicht befahren können/ dahero nur ſelbige Gebürge mit der Ruthen unterſuchet worden. Und weilen auch um dieſe Reſieren kein beſtändig Ertzt führender Gang/ ſondern nur gleichfalls Nieren-weiß etwas gefunden wird/ ſo erachtet man ebenfalls nicht rathſam zu ſeyn / ferner weit etwas anzuwenden; ſintemahl auch dieſer gantze Bleyberg ein gählinges und ſtücklichtes Gebürge iſt/ ſo ſich nicht in eine Weite und Stäuffte erſtrecket / und dahero auch vermuthlich keine beſtändig Ertzt führende Gänge darin zu hoffen ſeyn möchten.

4. Vom Keſſelberge hat man wegen Waſſers die Gebäude auch nicht befahren können/ es ſoll aber der Stollen ungefehr noch an die 30 Lachter biß an den Tage-Schacht zu gewältigen ſeyn. Weilen man nun dieſes Orts mit der Ruthen einen richtigen ſtreichenden Gang findet/ welcher Gold-Ertzt führen möchte / ſo dörffte noch wohl ſo viel daran zu wenden ſeyn/ damit berührter Stollen vollends hinein gewältiget würde ; es müſte aber bey Sommer-Zeit geſchehen/ indeme im Winter hieran nicht viel nützliches zu thun iſt.

5. Beym geſegneten Georgen/ findet man mit der Ruthen ungefehr an die 6 Lachter darvon einen richtigen ſtreichenden Gang / welcher ſich mächtiger und edler erweiſet/ als der auff berührtem Georgen; dañenhero wohl zu rathen wäre/ daß mit einem Querſchlage im geſegneten Georgen angeſeſſen/ und dieſer unweit davon ſtreichender Gang damit überfahren und ausgerichtet würde.

6. Der tieffe Kupffer-Stollen iſt zwar biß dato an die 20 Lachter ins Gebürge getrieben / man findet aber in mehr als 100 Lachtern nicht einzigen Gang/ ſo damit zu überfahren iſt/ dahero auch dieſer noch weiter fortzutreiben / dieſer Zeit gantz nicht zu rathen iſt. Weiter herauff in dieſem Gebürge findet man 2 richtige ſtreichende Gänge / welche ſich edel erweiſen/ dahero wohl nöthig wäre/ ſelbige bey Sommer-Zeit mit Tage-Stöllgen zu entblößen/ um zu erfahren/ was dieſe thun möchten ; und da man nun/ wie denn nicht zu zweiffeln / etwas mitzbares allda ausrichten ſolte/ ſo könte alsdenn die tieffe Stollen nachgeholet werden.

7. Die gute Hoffnung hat im neuen Schächtle nach verfertigtem Abriß L. G. auffm Throne in hangenden ſeine Kupffer-Ertzte annoch im Anbruche/ und iſt dahero wohl würdig/ daß ferner weit beſtändig darauff fortgebauet würde. In denen vorherigen Gebäuden L. A. wollen die

Ertzte

Ertzte nicht in die Teuffe ſetzen/ es iſt auch der Gang auff dem Stollen gar nicht zu ſehen/ dahero zu muthmaſſen/ daß ſelbiger annoch in liegenden ſtecken möchte; Geſtalt man denn auch nach deſſen Haupteſtreichen am Tagen/ wie auch fallenden im Schachten/ nicht anders urtheilen kan. Wannenhero dann zu rathen iſt/ daß unter mehrermeldtem Schacht A. mit einem Sitz-Orte geſeſſen/ und ſelbiges an 3 biß 4 Lachter ins liegende fortgetrieben würde/ da denn zu hoffen/ daß der Haupt-Gang (woferne ſelbiger in ſeinem richtigen Fallen verbleibet) wiederum überfahren und ausgerichtet werden ſolte. Die vorietzo bey dieſer Gruben verhandene Vorräthe beſtehen in 2 Hauffen ungeſchiedener ♀ Ertzte; wie viel aber mit der Zeit daraus könte geſchieden werden/ oder durchs Puchwerck zubereitet/ auch was der Gehalt in gemeiner Probe ſeyn möchte/ kan man nicht ſagen. Die anietzo bey Befahrung dieſer Gruben weggehauene Ertzte/ von guten und geringen Stuffen/ ſeynd am Gehalte befunden worden/ als:

Drußigt Kupffer-Ertzt mit Qvertz hält 1 Loth ☽ n. 40 ℔ Schwartz ♀.
Bräune mit ♀ Ertzt . . 7 ℔ detto.
Item Bräune mit ♀ Ertzt . . 54 ℔ detto.
Kupffer-Ertzt mit Grune . . 23 ℔ detto.
Dergleichen . . . 4 ℔ detto.

Zur Gabel

Iſt die tieffe Stollen an die 60 Lachter ausgewaltiget/ auch an die 70 Lachter biß an die Gnade GOttes/ oder vereinigte Grube zu gewältigen und zu treiben. Aus dieſem Schachte der vereinigten Grube/ iſt mit Feld-Oertern ausgelänget/ und auff Stroßten gebauet worden/ es iſt aber der Gang ſehr zertrömmert/ und liegt das Ertzt auch weitläufftig drinnen/ daß die Koſten darinnen nicht können gehauen werden; allermaſſen denn auch die anietzo bey der Befahrung in der Grube weggehauene Ertzte wohl und geſichert nur 3 Qventchen zu Schlich gezogen/ aber auch nicht mehr als $2\frac{1}{2}$ Loth an Silber/ und 45 Pfund an Bley gehalten haben: und ob wohl beym alten und neuen Puchwercke annoch ein ziemlicher Vorrath an Ertzten zu befinden/ ſo iſt doch ſelbiger ſo geringe und weitläufftig anzuſehen/ daß wohl ſchwerlich die Puchwercks-Fuhrlöhne darvon zu erlangen; zu geſchweigen der annoch darzu benöthigten Poch- und Wäſch-Koſten. Dannenhero hierunter in Zukunfft/ und wenn wiederum Ertzte aus der Gruben mit Nutzen gefördert werden ſolten/ auch andere Anſtalt zu machen nöthig iſt.

Auffn drey Brüdern iſt auch ein Schacht/ biß auff die Waſſer/ aber doch

doch noch nicht biß die einbringende Stollteuffe abgewaltiget / darinnen hat man vorietzo kein Ertzt im Anbruch gefunden / aus dieſem Schacht iſt ein Ort 26 Lachter lang ins hangende getrieben / wormit ein ſtehender Gang überfahren worden / welcher $\frac{1}{4}$ Lachter mächtig von Qvertz mit etwas Kieß / und ſollen dieſe Kieſe nach Herrn Löbels Vorgeben 5 Loth Silber halten; Man hat aber in der Gruben etwas weggehauen / und allhier in Freyberg probiret / ſo findet ſich / daß ſelbige gar nichts halten. Auff dieſem Gang wird vorietzo ein Tage-Schacht abgewältiget / in der Meynung / auff ſelbigem Gebäude anzuſtellen.

Weilen aber gedachter Schacht bereits 13 Lachter tieff / und noch wenig von Anbrüchen verhanden iſt / auch in fernerem Abgewaltigen nicht beſſer zu vermuthen / indeme ſelbige drinnen vorm Ort ſehr geringe ſind: Als iſt dieſe Arbeit mit Abgewältigung berührten Schachtes vorietzo wohl vergeblich / und kan gar füglich eingeſtellet werden / biß man künfftige Zeit mit dem tieffen Stollen wird heran kommen / da denn nicht zu zweiffeln / daß in die Teuffe noch etwas zu hoffen ſeyn möchte.

Auff der erkaufften Schmiedezechen iſt vorietzo mit Nutzen auch nichts anzufangen / ſondern es muß alles des tieffen Stollens erwarten. Und weilen / wie offt erwehnt / der tieffe Stollen das nothwendigſte / und gleichſam der Schlüſſel zu dieſem Gebürge iſt / ſo wäre wohl nöthig ſelbige zum wenigſten mit $\frac{2}{3}$ fortzutreiben. Die Schächte und Gebäude auff der vereinigten Grube / und drey Brüdern / würden gäntzlich eingeſtellt / weilen / wie vorerwehnet / auff denen vorietzo verhandenen Ertzten und Anbrüchen die Koſten nicht zu hauen ſind / ſondern bey fernerem Fortbau nur noch mehr zugebüſt werden müſte. Würde künfftige Zeit der tieffe Stollen in dieſe Gebäude gebracht / und die Ertzt-Anbrüche würden verbeſſert angetroffen / (wie man denn / dem ietzigen Anſehen nach / nicht zu zweiffeln hat) alsdenn müſte man auff Roß- oder Waſſer-Künſte zu fernerem Fortbau unterm tieffen Stollen bedacht ſeyn.

Zum Gottsberge

Iſt der Segen Gotts-Fundgrube zwar mit einem Tage-Stöllchen gelöſet / auch ein Kunſt-Gezeug zum Fortbau unters Stöllchen gehänget; allein aus Mangelung der Auffſchlag-Waſſer hat ermeldter Kunſt-Gezeug vor ietzo ſtill ſtehen müſſen. Weilen aber gleichwohl dieſes Werck ein ſchön Bergmänniſches Anſehen hat / und in die Teuffe / allem Vermuthen nach / gute beſtändige Ertzt-Anbrüche zu hoffen ſeyn möchten; als hätte man fürnehmlich dahin zu trachten / daß die Waſſer unter dem

Stollen abgewältiget würden/ damit man erfahren möchte/ was in der tiefſten Höhle vor Anbrüche vorhanden/ ſolte die Abgewältigung mit dem Kunſt-Gezeuge aus Mangel der Auffſchlag-Waſſer/ dem letzigen Anſehen nach/ nicht geſchehen können/ ſo müſte man wohl auff eine Roß-Kunſt bedacht ſeyn/ welches auch gar füglichen allernächſt bey dem letzigen Kunſt- und Förder-Schachte anzubringen wäre/ und 30 biß 40 Reichsthaler zu erbauen nicht koſten würde/ mit dieſem könte man die unter Waſſer ſtehende Gebäude in kurtzer Zeit abgewaltigen/ und wofern die Anbrüche in gutem und ergebigem Zuſtande angetroffen würden/ ſo könte alsdenn der letzige Kunſt-Gezeug dahin mit leichten Koſten verbeſſert werden/ daß ſelbiger bey Waſſer-Mangel-Zeit mit Roſſen fortgetrieben/ und die Waſſer damit zu Sumpffe gehalten werden könten. Auff denen Anbrüchen/ wie ſelbte anietzo überm Stollen verhanden/ und zeithero darauff gebauet worden (ob ſelbige gleich in Schlichen zu 3 Lothen Silber und etliche 70 Pfund an Bley behaltende befunden worden) ſeynd doch die Koſten nicht zu hauen/ indeme die Glantz-Thrömergen gar zu ſchmal/ und auch weitläufftig mit einbrechen/ dannenhero nicht rathſam iſt/ darauff ferner fortzubauen. Was die Poch- und Waſch-Wercke zum Kupffer-Berge/ Gabel und Gotts-Berge anlanget/ ſo ſeynd ſelbige auff einerley Art gebauet und fürgerichtet/ man findet ſie aber nicht alſo beſchaffen/ wie es etwan bey Silber-Ertzten erfordert wird/ ſondern vielmehr wie es Zien-Bergwercken zu Bereitung der Zwitter im Gebrauch iſt. Dannenhero würde hierunter in Zukunfft auch Aenderung zu treffen wohl nöthig ſeyn.

Die Schmeltz-Hütten ſeynd ebenfalls auff einerley Art gebauet/ auſſer/ daß in der Kupfferbergiſchen Hütten ein Gaar-Heerd/ und hingegen kein Treibe-Heerd/ bey der Gottsbergiſchen Hütten aber ein Treibe-Heerd und kein Gaar-Heerd zu befinden. Ubrigens ſeynd die Schmeltz-Oefen einerley/ und noch zur Zeit/ weilen keine ſonderliche ſtrenge Ertzte verhanden/ gar wohl zu gebrauchen. Wie aber zeithero die Schmeltz-Arbeit geführet worden/ hat man keine Nachricht erlangen/ viel weniger einen Schmeltz-Bogen zu ſehen bekommen können. Es iſt aber ſehr nöthig auch hierunter in Zukunfft Aenderung zu treffen/ und dahin zu veranſtalten/ daß bey ieder Arbeit ein richtiger Schmeltz-Bogen gehalten werde/ darauff verzeichnet zu befinden:

1. Wie viel Centner Ertzt oder Schlich vorgelauffen/ und wie viel der Centner Silber hält?
2. Wie viel Karn friſche Kupffer- oder weiche Bley-Schlacken/ oder Rohſtein/

Rohſtein / oder Bleyſtein auff das Ertzt oder Schlich genommen?

3. Wie viel auff ieden Stich an Glätte oder Härte vorgeſchlagen worden / und denn hierauff

4. Was ieden Stich an Werck-Bley abgeſtochen / und wie viel Silber darin befunden worden?

5. Wie viel Zeit mit der Arbeit zugebracht / und was ſo wohl im röſten / als über der Schmeltz-Oefen / an Holtz und Kohlen verbrannt worden / auch wie viel die Schmeltzer / Aufferäger / Schlackenläuffer und Röſtlöhne betragen haben. Denn

6. Wie offt die Schlacken verändert werden müſſen / und ob die Silber gäntzlichen heraus geſchmeltzt worden / oder was in Bleyſtein oder Schlacken zurücke geblieben iſt.

Im übrigen / ſo würde zu der Herren Gewercken / als auch Bergwercken guten Nutzen gedeyen / wenn die ſämtlichen gangbaren Gruben und Gebäude abgezogen / und in Riſſe zu Papier gebracht wären / auch darauff alle ½ oder gantze Jahre nachgetragen würde / damit man ſehen könte / wie die Gebäude beſchaffen / was binnen ſolcher Zeit / Ort / Straß / oder Förswerſe abgebauet worden / auch wie weit man mit Gewaltigung und Forttreibung der Stollen gekommen / und was für Gänge darmit / und in welcher diſtantz zu überfahren ſeyn möchten? Denn ſonſten gehet alles nur ſo ungefehr / und muß man nur glauben / was etwa geſaget wird. Dieſes haben alſo unterdienſtlich melden / und zu fernerem Fortbau GOttes Segen und Gnade anerwünſchen wollen

Johann Schmieder.
Georg Gottfried Richter.

§. 43.

Ubi Officinæ Ferrariæ? quid de illis viri docti?

Σιδηροφορεία ſive Ferrariæ officinæ pluribus locis, ne quid Sicilia Sileſiæ Ætnam oſtentans exprobrare auſit, fertiliſſimæ: in quibus perpetuo opere nunquam refrigeſcentibus caminis, atque ob id magnam lignorum vim quotannis abſumentibus:

Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyracmon
ingenti colentium fructu deſudant. Sed quod in Sileſia cuditur Ferrum, non ejusdem ubique bonitatis. Palma datur Schmidebergenſi ac Girsdorffenſi, ex quibus varia, ſubtiliaque fiunt opera. Quod in ea Sileſiæ parte, qua Saganum eſt, e pratis eruitur foſſis ad altitudinem bipedaneam (nec enim propter abundantiam aquarum altius licet) actis, decennio renatum denuo fodi, non aliter ac Ilvæ ferrum, plumbum in monte Feſulano, aurum Curbachi in Weſtphalia, æs prope Apolloniam in Dalmatia, (ſic quidem, ut ferri copia perpetua, nunquam ceſſante largæ naturæ benignitate, ſuppetat, ac quid de Hiſpaniæ metallis Poſidonius Orator olim dixit, jure huc accommodari queat, eſſe θησαυρὸς Φύσεως ἀενναίης καὶ ταμεῖον ἀνέκλειπτον, hoc eſt, perennis atque affluentis naturæ opes & inexhauſtum penu) Georgius Agricola Vir inter metalla natus, & rei metallicæ, ſi quis alius, peritiſſimus, ſcriptor certe ad invidiam usque diligens & doctus, verbis conceptiſſimis aſſerit de veteribus & novis metallis lib. 2. cap. 15: Idemque Jodocus Willichius in Germania Taciti, nec non Petrus Albinus Nivemontanus in Chronico Miſniæ metallico, titulo ſeptimo, atteſtantur. Sed & Georgius Fabricius Obſervat. Metall. cap. 8 auctor eſt, ferrum in Luſatia & Sileſia effoſſum nova incrementa recipere, & terram, arborumque truncos in

a illis incrementis materiam ferri acquirere, primum liquori cuidam denſo ſimilem, poſtea magis magisque indurescentem. Officinas Sileſiæ fabriles fodinasque Auctor quidam anonymus heroico carmine elegantiſſimo deſcripſit: quod A. C. CIↃIↃLXXXII publici juris factum a Melchiore Severo Ludimoderatore Lubenenſi, omnino legi meretur.

Ferri ſquama, Hammerſchlag. Latum eſt illud & tenue, quod ferro excidit, dum percutitur.

Ferri ſcobs, Limatura ferri, Raſura ferri, Eiſen-Felle.

Ferri ſcoria, Zunder / Eiſenſchlacken. Cujus virtutem medicam apud Schwenckfeld in foſſilibus Sileſiæ pag. 379 legas.

Ferri Rubigo, ferrugo, Eiſen-Roſt. Ferri vitium eſt Situs: generatur per putrefactionem ferri.

Quum laudatum ab Henelio Anonymi de officinis Sileſiæ Fabrilibus carmen ab amico quodam nobiſcum communicatum ſit, isque ex Schedis Petri Vincentii nos docuerit, Auctorem ejus *Chriſtophorum Wintherum* Saganenſem vocari, & Francofurti ad Viadrum ex officina Joh. Eichhornii an. CIↃIↃLVI primo editum, anno deinde CIↃIↃLXXXII Wratislaviæ in 4 recuſum fuiſſe, dignum id judicavimus, quod ob raritatem exempli, & memoriam civis noſtri integrum hoc loco inſertum legeretur.

Chriſtophori Wintheri Saganenſis Fabrilium Sileſiæ officinarum fodinarumque deſcriptio & denotatio brevis:

Sit mihi fas, humiles ferri aſſiduasque latebras,
Ac loca fabrorum decondere Sileſica chartis.
Gloria nulla mihi licet hinc, aut fructus honoris
Quæritur: aſt patriæ laudi indulſiſſe juvabit.
Ergo Caſtalides, dignas per carmina vires
Ferte precor, fauſta ſcribenti cuncta referte
Ferri percupido faciendi, qua ſit imago.
Optima ducit enim, movet & jucunda tenacis
Utilitas ferri: cunctis præſtantius uſu,
Qua veniunt terræ per viſcera denſa, metallis.
Mœnia celſa cadunt ferro: perit alma vetuſtas;
Ferro caſa cadunt annoſa robora ſylvæ,

Cum ſonitu tenues Eccho volitante per umbras.
Auxilio ferri renovata cacumina turri
Exſtruit artificis manus, invetemta revellit.
Troja victa jacent inſignia mœnia ſacra;
Pellit & hoſtiles turmas bello aſpera Roma.
Improba noctivagûm quamvis munita latronum
Caci antra & denſis lateant circumdata ſaxis,
Fermta Herculea ſupernantur cuſpide clava.
Ut ſua frugiferis diſpergat villicus arvis
Semina, qua dulces juſto dant tempore fruges,
Ille pares jungens ad ferrea aratra juvencos
Inſequitur, meſſem reſecans mox falce recurva.
Exſtruit, adificat, condit, petit omnia ferro
Ædilis: ſævos ſe vertit miles in hoſtes.
Ferro conficiunt fabriles cuncta Magiſtri
Ferrea; ſcinduntur veſtes, aurique metalla:
Effodiuntur opes terris, & nobile pondus
Argenti, venit hinc regina pecunia mundo:
Callida mirificas ſtruxitque Semiramis arces
Lugubres: turrim gens & Babylonia celſam,
Culmine qua magni contingit ſydera Olympi.
Inſuper & ferro fabrilia cuncta parantur,
Inſtrumenta, quibus mechanica nititur omnis.
Dædalia confecta manu domus intima Cretæ,
Haud tamen ambitibus ferri ſat inanis ab arte.
Hoc igitur merita quis non de nomine laude
Dicere concedat, celebrare & carmine ferri
Ergaſias: acri ſtudio cum turba fabrilis
Exercet dextra, duros perferre labores
Gens aſſueta, malis infracta, animisque virilis.
Ergo age Gorlitium *felix, junctumque* Saganum,
Illuſtres reliqua & conjuncta finibus urbes
Imparibus, vobis ingens hinc ſurgit ad aſtra
Gloria, dum celebris tanto cum fœnore paſſim
Terra vigens, medio veſtri ſub limitis amplo
Conſpicua orbe jacet: namque altera verſa ſub Auſtrum,
Parte alia celſi ſaxoſa ad caſtra Bohemi

Vergit:

Vergit: at hac ubi præcipiti de monte recedit,
Decurrit ferrugineo permiſta colore,
Niſſa rapax, altis vicina elapſa Bohemis
Montibus, hinc curvo multorum allabitur oras
Littore, cæruleique effunditur Oderæ in alvum.
Altera ſed ſeptem quæ ſpectat ad aſtra Trionis,
Per ſpacium æſtivi deſcendit abinde diei:
Hanc poſuit plana celebris tellure vetuſtas.
Bobera ad occiduam delambit mœnia partem
Ardua, principibus quondam regnata ſuperbis:
Pannoviis invicti imperio at nunc ſubdita regis.
Hinc igitur loca fabrorum, diſtantia quinis
Bis paſſim ſtadiis, ſurſum vergentia cernes:
Tractibus exſurgunt longos habitata per annos
Plurima, piniferis querciniſque obſita ſylvis:
Pars repetunt dextrum, repetunt pars inde ſiniſtrum:
Illinc fœcundos Sprotta contingere campos,
Inde Boleslavio clarum de nomine fundum.
At ſimul ac Zephyri nebuloſam aſpexeris oram,
Turribus occurret Soravia ſplendida celſis.
Quam ſequitur, veteri dictum ſic forte colono,
Pribuſium: hic miranda ferunt, ſtat turris aperta
In tumulo, multum fraternis cognita vinclis.
Perdiderat quondam hîc infenſi dextra Tyranni
Rectorem auxilio prudentem armiſque Sagani:
Vivida monſtroſis generoſi corpora fratris
Vermibus objiciens, ſcelus exſecrandaque fœdo
Omine facta ſuo crudelis ſanguine patrat.
Digna igitur reddens Deus illis præmia factis,
Nomina, progenies, unà quoque nobile quidquid
Hic fuit, evertit, peregrino & ſubdita regno
Eſſe jubet: tanta eſt excelſi Numinis ira.
Nunc agito, artificis propius veniamus ad ædes.
En tibi parva jacet caſa ruſtica, magna laboris
Sunt hic ſigna tamen: quæ non vulgaria fabris
Nomina conciliant, terris famamque perennem.
Tecta nigreſcenti latet e carbonibus atris

Pulvere

Pulvere, (non alia decet esse mapalia forma
Talia) suspensi trepidant laquearia tecti.
Labilis unda venit vicina egressa per arva,
Illa rotas agiles compulsat vortice grandi,
Concutit & versat dextra madidosque sinistra
Immensos radios, & tergora densa rotarum.
Continuis stridunt ferrati pulsibus axes
Horrendum, resonatque cavum per murmura cœlum:
Evolat assiduis flammis Vulcanus in auras,
Alternis quatiunt vicibus Vulcania proles
Massas, & referunt fulgentia sydera flamma.
Insuper ante fores terris specus ecce profundus,
Carbonum cumulus tegit illum, & stridula flamma
Copia, & a tergo bubulo de tergore fullis
Æstuat, unà adstans hasta exagitante minister
Materiam immergit stridentia ferra sub ignes.
Hac quoniam rapido liquefacta ex igne, sub ima
Concedunt, fundumque petunt, cui pertica rectà
Per medium est infixa, trahit quà pondus in altum
Viribus incumbens Brontes: terrestria pridem
Saxa jacent sylvis, at nunc flagrantia ferri
Pondera dentato comprendit forcipe ab igne,
Hac Steropes Briareusque trahunt, & fortia Brontes
Agmina compellans, saxumque incudibus ardens
Subjiciunt, ferit hoc celere gravis actus ab alto
Malleus usque rota, compactaque robora trudunt,
Interea spumante venit de vortice arundo,
Et spargit tenues exhausti vorticis undas,
Fistuca ne forte nimis suppostа sub amplo
Pondere rumpatur violentа verbere molis.
Continuant ictus, illa indignatur ad astra
Splendida, cum sonitu horribili fragmenta remittens.
Incidit in fauces veluti si forte luporum
Qui solet obscuras valles superare viator,
Candida cum sterilem claudit nix frigore terram:
Incitat hos rabida famis insatiata cupido:
Dentibus intentant miserum discerpere avaris,

Nix

Nix volitat circum pedibus recitata ferarum:
Ille ferit gladio medios detentus in hoſtes,
Donec ab inſenſis victus cadit hoſtibus, ager
Fertur ad ignotas laniandus dente latebras:
Talibus hic inſtant operoſi mole miniſtri,
Candentem medio reſecant, diviſaque membra
Forcipe corripiunt, & acuto verbere torquent.
Nunc alia adjunctis immergunt fervida in undis,
Undis quæ ſubito attactu ſtridentia ferra
Effugiunt, avida injuſtas propellere vires,
Verberibuque cavas emittunt tormina bullas,
Exiliunt imo denſi ſub tegmine fumi.
Præſidis interea juxta quoque cura Magiſtri
Exercetque notatque acceptis æra tabellis,
Diſtribuens penſum famulis, compellit & urget.
Talibus ardentes affaturque ore Cyclopes:
Nunc agite, ô ſocii, firmiſſima ſtringite tela,
Et quicunque manent alacri perferte labores
Mente, ferent finem hæc, optataque præmia ſortis:
Cum ſua diſtribuens largiſſima dona fidelis
Altitonans (nobis ſi commoda præmia deſint)
Ipſe etiam merito pro factis cuncta rependet.
Non mihi deficiunt Bacchi, nec pocula gratæ
Quæ fovet alma Ceres celebri potata Sagano. *
Hæc, cum grata quies & delectabilis hora
Adveniet, Domini ſub ſeptima feſta diei
Sumite, quo redeat feſſis optata voluptas.
Vix ea dicta dedit, ſimul omnis voce caterva
Incitat ignivomam multo conamine maſſam,
Hanc inter celeris nudatus membra Pyragmon
Talibus hortanti ſubridens ore locutus:
Certa, precor, præſtent tua Dii promiſſa magiſter,
Nobis nulla mora eſt, dum ſunt fortiſſima corda,
Numen & ex alto favet adſpiratque labori,
Perpetuas tribuens vires & pectoris æſtum.
Tu quamcunque dabis noſtris incudibus aptam
Materiem, faciles & dexteritate parata

* Saganiſch Bier.

Conficiemus, & haud injuſta lance feremus
Singula, quæ juſſu domini mandante neceſſe eſt.
Hæc ait, & ſalſus ſudor dicto obſtruit ora:
Malleus apprenſus dextra, forcepsque ſiniſtra,
Injicit arreptumque chaos fabrile camino,
Cui rotula appoſiti fullones exagitante
Immittunt celeres auras, retrahuntque frequentes.
Concipit aſt alius liquefactaque munia torquet.
Induit hinc aliam atque aliam confícta figuram
Maſſula, poſtremæ donec ſibi debita laudis
Conſequitur baculi aut propria cognomina formæ.
Nuper ut aſpiciens aliquis ſtupefactus & ardens
Hoc opus, excelſos montes miratur, & undas
Ardentes humili ſolitas exire camino,
Noſſe volens, dictis famulos affatur amicis:
Heu mihi quæ, ô ſocii, tanta eſt hic copia ferri?
Quid ſibi ſedulitas iſthæc? quo fine parantur
Talia? vel tandem quem ſingula fertis ad uſum?
Dixerat: at rapida Briareus hinc voce locutus:
Deſine mirari, cupienti hæc noſſe repandam.
Conſuetudo leves odioſos ſæpe labores
Efficit, & juncta ſpes utilitatis honeſtæ,
Quæ dubia agricolæ ſuffulcit brachia aratro,
Quoslibet & captos vinclis, atque anxia cordis
Viſcera ſolatur, miſerum & ſuſtentat amantem:
Ferri ſollicitat nunquam nos copia flavi.
Namque vides totum quam ſit diſtincta per orbem
Terra viris, quam ſit populis ſpacioſa refertis
Sleſia, quam nullo careant inculta ſub aſtris
Servitio ſylvæ, dumeta atque aſpera quævis.
Aſpice vicinas præclari nominis urbes,
Urbibus his factis portatur copia ferri.
Hinc opibus magni populi, imperioque potentes,
Qui precii capiunt certis, certisque revendunt,
Collatis longum repetunt & mercibus orbem.
Pleraque Francorum *fortitam nomen ad* urbem *
Ducuntur, veniunt ſpacioſis cætera terris

* Francofurtum ad Viadrum.

Navi-

Navigio. Hoc populis ac genti plurima noſtræ
Præſidio cumulatur opum vis, divitiæque.
Aſpice ſed ferri circum hic fragmenta tenacis,
Reliquias famulus demiſſas rite camino
Ardentes humili vicinis montibus affert.
Namque velut pleno prorumpens gurgite vinum
Oeconomus fundens magnum cratera coronat:
Sic etiam anguſto recidunt de colle metalla
Fervida, quæ jaciunt mox inſita frigida terris.
Hæc equidem celſis æquavit longa vetuſtas
Montibus, utque alto caſulam nunc culmine velent,
Inſtar & umbratæ circumſtent nubis ad ædes.
Dixerat: hic ſiſtit tacitus veſtigia dictis.
Nunc vero reliquas ferri luſtrando cavernas,
Invenies multo vigilem ſudore ferentem
Lignea flagra, quibus grandis carbonis acervos
Conterit, ac calido concuſſos ferre camino
Sedulus inſtat: & hic iterum ſtipatus acervo,
Æthiopi ſimilis torva ora manuque, reverſus
Penſa facit, denſa triturans obrutus umbra.
Ceu quondam armipotens celſæ Carthaginis arcem
Dum petit Æneas, veſtit Cytherëia mater
Nube cava, ut caute tenebroſa tectus in umbra
Iret in ignotis quærens ſocia agmina terris:
Cingitur haud ſecus hic, ceu nigro pulvere amictus,
Cunctaque pulvis ater nebuloſo tegmine veſtit.
Cerneret antiquûm ſi quis monumenta Fabrorum,
Diceret hos homines vix ſuſtinuiſſe labores:
Tanta heu mortales alimenti cura fatigat,
Hoc adeo quærunt, nec millia multa malorum
Formidant, mortis vel ad imas ſcandere ſedes.
Vixerit haud unquam bene, quem ſubiiſſe laborem
Pœnituit: fucus nunquam redolentia guſtet
Mella, e purpureâ recidentia ſtipite florum,
Bos niſi quæſita manducet pabula avena,
Ac niſi productis bellator vicerit armis
Hoſtem, pacificis poterit non vivere caſtris.

Nec datur ad ſomnum Muſarum attingere culmen,
Quam deguſtatis veniant mala multa periclis.
Ecce trahit tardus geminûm ſubmiſſa bubulcus
Terga boum, currus quos jùnxerat ante rotantes:
Hos ſuperinſtructa virgulto forte recenti
Corbe vehit campis cumulos carbonis aduſti,
Rauciſonoque melos canit inconcinnius ore,
Quale docent nocturna trahentes penſa puella.
Uſſerat hos ſylvis, incidens arida trunci
Robora lignator, gemuit dum tacta ſecuri
Pinus, & aſſiduo quercus crepitu, cadit alta
Fraxinus. Hic geſtare humeris, hic findere ligna
Quadrifida aſpicies, & edaci apponere flammæ
Abſtruſa. Hanc etenim contexit pyramide alta,
Ut lento ſuperinſtructos conſumere truncos
Paulatim valeat, diuturno & tormine vincat.
Erumpens imo denſus de ſtipite fumus
Frondiferas ſylvas, nemora ampla & ſydera complet.
Ceu matutino primi ſub tempore veris
Sordida de terra conſcendunt nubila clauſtris
Agmine condenſo ſtipantia ſydera cœli,
Paſtor ubi anguſto tenerum concludit ovili
Lanigerum pecus, e ſolitis dum merſerit undis
Phœbus, peſtiferas diſpergens lumine ſordes:
Sic reſidet viridi conſcendens culmine fumus
Pyramis incenſo dum conflagratur ab igne.
Mittitur inde alius juga qui compellit equorum
Servus, ſaxiferas curru properante fodinas,
Hinc faciles, cæmenta ferens, ſubnixus in artus,
Viribus incumbit, diſſolvens ſaxea ſcindit
Pondera, quæ primum grandis runcina revulſit,
Subjectis humeris carpento impoſita reducit.
Huic etenim natura ſagax terræque locisque
Attribuit, domino certam mandante figuram.
Nam prope terra ferax multo inſignita lapillo
Adjacet, & caſulis æterno ſemine præſtat
Materiem. Splendet rubicundo tota colore

Telluris

Telluris facies, ſplendentia gramina ſylvæ
Condenſæ, referunt rubicundos littora vultus.
Apparent variæ hic (dictu mirabile) formæ
Flumina, nunc eadem rutilo, nunc nigra colore,
Candida nunc curvo recidit ſub vortice arena,
Quam capiant terræ variam referente figuram.
Hinc ſcatet invicto æternum Sileſia ferro,
Quam natura facit nunquam nec fama minorem
Saxoniæ liquidis veniunt quæ ex orbe ſalinis.
Teve Hyblææ thymo florens redolentibus eſcis,
Qui teneris apibus perdulcia pabula præbes.
En! veniunt hilari modo mente animoque; vetuſta
Abjicitur veſtis, corpus toga ſplendida veſtit,
Approperant vetuli, juvenes cuncti ordine mixto,
Quorum præteriti mentes oblivio cepit.
Accipiunt animos, & tædia longa dierum
Pectore diſcutiunt, tum triſtia cuncta recedunt,
Pocula dum exhauſto potu fœcunda propinant,
Terque quaterque inſtant iterum completa ferendo.
Garrula ſed poſtquam ſolvuntur vincula linguæ,
Inclyta mox repetit clarorum hic facta parentum,
Ille boves & equos, aut quæ tum temporis ætas
Attulit, hic fruges, hic horrea laudat aperta,
Aſt alii fidibus modulamina dulcia fingunt.
Una ſuaviloqua Veneris ſacra turba puellæ
Cum pueris choreas agili pede ducere captant.
Ergo agite, hæc læti perducite feſta diei,
Humida dum revocet vos Luna cubilia ſubter,
Heſperus & rigidi producat tempora ſomni.
Nos iterum noſtram nunc divertemur ad urbem
Viſuri quid agat noſtris deſerta Camenis.

§. 44.

Locorum, ubi Antimonium, ubi Vitriolum, ubi ſulphur invenitur, enumeratio.

Stibium (*a*) (quod Antimonium officinæ vocant,

cujus ad nigroretingenda, venuſtandaque mulierum cilia peculiaris uſus, unde Poëta Jon. ὀμμαλόγραφον nominat, & D. Hieronymus orbes ſtibio fuliginatos) Altſtadii excoquitur.

Chalcanthum, vulgo Vitriolum, a perſpicuitate vitrea vulgo ſic dictum, (Kupffer-Waſſer / hoc eſt, æris aquam Germani adpellant,) ex pyrite & melanteria in valle Gigantum & Ziſchdorff efflorescit inſtar lanuginis ſeu capillorum. In eadem autem valle, Schreiberaw, Zuckmantela, Cupferberga in viridem, lapideamque duritiem, ex pyrite atramentoſo decoquitur: Wolaviæ etiam cæruleum ex melanteria, Tarnovicii item ex ſcoriis plumbi, ut & lythargyrum.

Sulphur Cupferbergæ ex pyrite purum ſtatim efflorescit. Ne quid hic de Lazurio, chryſocolla, auripigmento, ſive arſenico, minio, alumine, ac ſimilibus dicam foſſilibus.

(a) Aſt hodie magna remediorum ſylva ex Antimonio paratur, quæ innocenter etiam interne accipiuntur tum ad vomitus ciendos, tum ad ſudores propellendos. Nec hodie Galli ab ejus uſu abhorrent. Et cum A. 1566 facultas medica Pariſienſis ex 120 membris chymiæ ignaris conſtans publico decreto ſanciviſſet, infuſa antimonialia & in vino eſſe eliminanda, & hoc Decretum a Parlamento confirmatum eſſet, poſt ſeculum A. 1666, ut nos Ephemerides Gallicæ docent, mutavit ſententiam, & ut pulchre Doctiſſ. D. Ludovici de Pharmacia moderno ſeculo applicanda pag. 161. Exteris poſt diuturnam condemnationem demum publice adaptatum, & emetica præſtantiſſima ac ſufficientiſſima dat. Præprimis antimonii diaphoretici uſus noſtris medicis eſt familiariſſimus, ac illi, ut ex D. Helwich cognovi, vim diaphoreticam, diureticam, reſolventem, abſor-

absorbentem ac præcipitantem ineſſe contendunt; nec vero ajunt eſſe conformem eorum ſententiam, qui illud animi deliquia excitare credunt. Alii arcanum lapidis philoſophici in eo venantur. Notus eſt currus triumphalis antimonii Fr. Baſilii Valentini, in quo volumine, quod omnes alii libri continent, & complectuntur de arcano lapide Philoſophorum & de Tincturis Metallicis, fideliter eſſe traditum aſſeverat Petrus Joh. Faber, Doctor Medic. Monſpelienſis.

§. 45.

SAL *Sileſiæ adventitium ejusdemque coctio in* Neuſaltz.

(a) SAL foſſilium ſeu nativum Sileſia non habet: ſed eo adventitio (cum vita humana non magis ſale, quam ſole carere poſſit, adeoque neceſſarium ſit, ut ait Plinius, elementum) utitur, ex vicina cumprimis Polonia huc importato: ſunt enim in hac Salis fodinæ nobiles, præſertim in territorio Cracovienſi, quibus vix ullæ aliæ præferri poſſunt, ne illæ quidem Arabum ad Carras tantopere Plinio celebratæ, juxta quas e Salis fruſtis aqua ferruminatis cæmenti vice conglutinatis ædificia exſtruuntur. Aut illæ ad Oromenem Indiæ montem, e quo Sal lapidicinarum more cæditur. Videre nimirum ibi eſt, ſubterraneos ſpecus alte lateque excavatos, & villas, templa, oppidaque ſuperædificata ſuſtinentes, in quibus Sal partim lapidea duritie ſolidum inſtar ingentium ſaxorum ferro fruſtatim excinditur, maſſisque in partes ſecatis, vel mola tritum ac comminutum ad uſus hominum accommodatur: partim ex aqua injectis lapidei ſalis fruſtulis, & quisquiliis,

quiliis, quæ lecantibus id abraduntur, decoquitur: veriſſimum adhuc eſſe, quod tradit Plinius, ipſa experientia cognoſcitur; leviſſimum intra ſpecus ſuos ſalem eſſe, qui in lucem univerſam prolatus vix credibili pondere ingraveſcat. Atque ex hoc ingenti Sarmatiæ theſauro majora ſane huic Regno ſunt vectigalia, quam aliis quibusdam ex auri & argenti metallis. De Velicenſibus verſus aliquot exſtant Danielis Hermanni Boruſſi, in carmine de rana & lacerta ſuccino Pruſſiaco inſitis, digni omnino, qui heic quoque legantur:

Nunc vos ingenua præſtantes arte Polonos,
Queis amor eſt patriæ, quibus ocia pluraq; reſtant,
Quam mihi, qui varias huc illuc mittor in oras,
Invito, ut rerum occaſus ſcrutemini, & ortus,
Cur Sale concreti Velicenſes undiq; montes
Tam longo tractu, & vaſto panduntur hiatu:
Dum Sal tot ſeclis homines rimantur & orbem
Pene novum ædificant, ſuffoſſo monte, minorem.
Nec finem inveniunt. Tanto ſe robore miſcet
Spiritus intus agens, naturaq; alma facultas.
Majeſtas veneranda loco vix grandius exſtat
Mundo mirâclum cœleſti numine plenum.

Artificialis ſive factitii Salis magnam nobis copiam curribus & carris advectam ſuppeditant Salinæ Saxonicæ, ſed qui Polonico candidior, & menſis commodus, haut æque tamen ſalit, animalium præſertim carnes,

carnes, quæ fumo poſtea ſalſo adhuc magis ſiccatæ per integrum annum durant; minoris ob id quoque pretii.

Quin in ipſa quoque Sileſia ex maris excremento quodam ad littora & ſcopulos appulſo, atque ex Galliæ, Angliæ, imo Americæ oris Hamburgum, indeque Albi, Sprea, & Viadro fluminibus in Sileſiam advecto (ſpuma arida maris Plinio, Græcis ἀχὸς ἄχνη, in Conſtitutionibus Regni Polonici Sal grandinoſus, vulgo Boy Meer-Saltz vocatur) in Glogovienſi Ducatu infra Bethaniam loco, qui vernacula lingua a Sale Neu-Saltz nuncupatur, certo artificio, ut humano uſui aptum fiat ac ſalubre, decoquitur. Quo quidem opere, quanta lignorum vis abſumatur, vicinæ ſylvæ, ſi homines taceant, ſua raritate magis, magisque eloquentur. Proventus tamen inde Bojemiæ Regi obveniunt haut contemnendi.

(a) Salſula, ein Saltz-Brunnen / parvo milliari ab arce antiqua & celebri Fürſtenſtein / ſub monte, qui vulgo der Hochberg nominatur, in pago Saltz-Brunn ad ripam torrentis arenoſo ſolo emanat aqua pura, clara, limpida, quæ ob prædominantem ſalſedinem der Saltz-Brunnen nuncupata fuit. Sal copioſum permixto alumine ex decoctione & deſtillatione deprehenditur. Schwenckfeld in foſſilibus Sileſiæ.

§. 46.

HALONITRUM ubi? & cujus uſus?

Halonitrum multis in locis reperire eſt: & ex terra pura ſalſuginoſa, e ſtabulis præſertim eruta, paſſim decoquitur. (a) Ejus vero uſus ad compoſitio-

nem pulveris pyrii, qui accenſus miſſiles globos tormentorum, ſive bombardarum, quas vocant, extorquet & propellit;

- - - horrendo murmure flammæ
Ut reboënt campi, montesq́, & magnus Olympus.

Anthracotheio Salinitrum Scaligero adpellatur, a materia, qua conſtat, triplice, carbone tiliæ, ſulphure, & nitro: ea tamen miſtionis juſta proportione, ut nitri partes tres, duæ carbonum, una ſulphuris ſumatur. Novum (*b*) ſed horribile inventum: quod jam pridem militari fortitudini exitium indixit, ac prævaluit, ut imbellis ſtrenuum, timidus magnanimum trajiciat, ſternat, occidat.

Quid facit heu! Virtus, ubi Fors regit omnia: & ictu
Ardua fulmineo ſubruta quaq́, ruunt?
Ipſi Pelides, quos extimuiſſet & Hector
Sæpius imbelli morte cadunt globuli.
Bellum ergo Andabatûm nihil eſt niſi mutua cædes,
Et DEUS ex alto, qui videt, hanc patitur.

Sic nimirum Janus Lernutius, Poëtarum Belgarum cultiſſimus: etſi habet tamen inventio ingenioſa ſuam laudem, cum præſertim ejus beneficio ſæpe a Chriſtianis cervicibus hoſtes ſint repulſi, ac receptæ munitiones, a barbaris ereptæ, quæ aliter recuperari vix poterant. Cujus quidem rei exemplum res in Hungaria geſtæ memorabile habent in Jaurino affixione Pataræ

taræ recepto: Nam quod nulla manuum vi poterat, nullo conſilio, igne id & pulvere per DEI gratiam effectum eſt. Nec deſunt ſane Viri Magni, qui inventionem bombardarum pro ratione harum ætatum Reipubl. utiliſſimam eſſe ſerio pertendunt: ad defendendas nempe urbes, atque arces, regionesque contra robur ac vires potentiorum. Bombardæ ſui efficiunt terrore, ut ne minores ſint eſca majorum; Ac certe quod hactenus latrociniis, receptaculisque *latronum* Germania caruit, id huic ipſi invento a non nemine, nec improbabiliter adſcribitur.

(*a*) Halinitrum valde tenuium eſt partium, ſalivam ex alto provocat, & alvum ſubducit: attenuat craſſos humores, viſcidos incidit. Schwenckfeld in Foſſil. Sileſiæ pag. 380. Salpeter/ Salniter. Cæterum naturalem nitri virtutem adornavit Guilielm. Clarcke, ac uſum ejus medicum polychreſtum optime omnium enucleavit Vir Cl. Dn. G. E. Stahl, in obſervat. Chymico-Phyſico-Medic. Curioſis Menſ. Martio: Ac in efficacia nitri ad acutarum ac malignarum febrium æſtus mitigandos deprædicanda multus eſſe ſolet Cl. D. Helwich, qui in ægris numeroſiſſimis optimo cum ſucceſſu id adhibuit. Conf. hiſtor. morbor. Wratislavienſ. A. 99 præterlapſi ſeculi paſſim.

(*b*) Pulvis bellicus non eſt novum inventum, ſed ille jam ante mille quingentos annos extitit, ut exacte probavit Vir doctiſſimus Iſaac. Voſſius in lib. variar. obſerv. a p. 87.

§. 47.

Latomiæ ubi, & quales? Marmora ubi cædantur?

Latomiæ, in quibus varii generis lapides ædificiis incolarum, cum publicis, tum privatis ſtruendis, ornandisque aptiſſime cæduntur, latis frequentes: in Strelenſi præſertim ac Leobergenſi territoriis. Quod

in latomiis Naumburgi ad Quiſſum reperitur ſaxum, candidiſſimum eſt, ex tenuiſſima arena conſtans, epitaphiis, columnis, & aliis idoneum. Cinereum, cui arena eſt craſſiſſima, & ſaxum vocatur molare, in Grunou agri Hirsbergici, ad Lechnum in VVundſchendorff, in Guſmansdorff, & alibi eruitur. Nec deſunt quibusdam locis marmora, ex quibus aræ, ſuggeſta, columnæ, Magnatum tumuli, & omnigena monimenta fiunt: (*a*) ut ad Zabothum montem marmor ſubcinereum maculis nigricantibus & albidis ex luteo vireſcentibus variegatum, quod quidem cum majoribus incognitum fuiſſet, poſt operoſam & ſolertem indaginem, Fridericus Groſius Statuarius & Architectus VVratislavienſis ſuggeſtum Magdalenæum fabricaturus, ſumma cum hominum accolentium admiratione primus invenit. Quæ quidem res occaſionem non nemini præbuit, non ſolum Sileſiæ gratulandi, ſed & de pretioſorum metallorum venis, ſi eſſent, qui ſcrutarentur, felicem ſucceſſum augurandi: ſic enim VVratislavienſium Poëta minime tralatitius:

At dilecta DEO rerum fœcunda creatrix
Sleſia noſtra, novo lætetur pignore, multas
Fortunata ſuper terras, & marmore priſcis
Creſcat inexperto, præſtetq; nepotibus uſum.
Ipſe etiam argenti demum cognatus & auri
Gignat inextinctas venas, nec montibus ullis
Orbis inerrantis concedat honore Zabothus.

Marmor

Marmor nigrum in pago Wiſend prope Gryphymontium arcemque Greiffenbergam reperitur, quæ & ſuper ejuſmodi ſaxum exſtructa creditur, quamvis paulum degeneret. Quin & in ſylva quadam montoſa ad arcem Francoſteinenſem pertinente marmor reperitur ſatis pulchrum. Unde quidem Rudolphus II Imperator Auguſtiſſimus aliquot ſibi columnas & tabulas excindi, atque Pragam deportari juſſit.

(a) Im Briegiſchen Fürſtenthum (ex Friderico Lucæ hæc annotamus) lieget der Rommelsberg. Vorzeiten kandten die Alten ſeine Tugend und Fruchtbarkeit nicht. Aber Anno 1656 thät ſich derſelbe auff einmahl hervor: denn er warff aus ſeinem Schoß eine Art Steine / welche / wann ſie poliret und geſchnitten werden / mit ihrer funckelnden Klarheit und Sauberkeit dem Marmor ähnlichen; Wie dann Hertzog Chriſtian dieſelbe zum Schloß-Bau der Reſidentz Ohlau employrte / und ſonderlich die groſſen Treppen davon aushauen lieſſe. Uber dieſes fand man an dem Fuß des Berges auff denen Aeckern eine Art Böhmiſcher Diamanten von ungewöhnlicher Gröſſe / und in ziemlicher Menge / welche ebenfalls / wenn ſie geſchnitten werden durch künſtliche Hände / vortrefflich in die Augen ſpielen / und manchen Einfältigen verblenden / daß er ſie vor das jenige æſtimiret / was ſie doch nicht ſind. Dieſer Berg gehöret zur Priborniſchen Herrſchafft.

Die Steinbrüche / worinnen man insgemein die Steine zum bauen gräbet / (rurſus ex F. L. pag. 2185.) ſeynd auch in Schleſien nicht ſeltzam. Unter andern Steinbrüchen im Schweidnitz- und Jauriſchen werden im Buntzlauiſchen Weichbild bey Hartmansdorff ſehr groſſe Steine gebrochen / die man auch zu Leichenſteinen und Epitaphiis gebrauchet / und ins Land verführet. Im Lignitziſchen Fürſtenthum trägt der Geyersberg bey Goldberg über die maſſen groſſe Bau-Steine / die ſich zu Qvaderſtücken leichtlich hauen laſſen. Anno 1673 ward von dieſen Steinen der neue Thurn in dem innern Schloß-Hof zu Liegnitz / wie auch die innere Mittags-Seite über dem groſſen Saal erbauet und erhöhet. Bey der Stadt Strelen im Briegiſchen Fürſtenthum kommt der Steinbruch auch in gute conſideration, davon nicht allein die Stadt Strelen / ſondern auch das

groſſe Schul/Gebäude zu Brieg/ und andere Schlöſſer und Feſten ſeynd auffgeführet worden.

Dum mentionem noſter lapidum facit, non poſſumus non meminiſſe Figuratorum hactenus a nullo, quod ſcimus, deſcriptorum, ad pagum Koppe in Brigenſi Ducatu ante paucos annos inventorum, qui vulgo jam Koppiſche Oder-Kugeln dicuntur. Includuntur bolo luteo ceu matrice quadam, ac fluvio Odera intumeſcente eluuntur, ac in alveum præcipitantur: eo autem iterum deſidente ab accolis colliguntur. Molliores primum eſſe creduntur, ac deinde in aqua indurari. Sphæricæ ſunt figuræ, coloris quaſi gryſei, magnitudine nucem avellanam jam ſuperant, jam æquant: interdum ea etiam minores. Pondus non eſt nimium, durities autem tanta, ut ictum mallei eludat: ægerrime enim diffringuntur; partes diſtractæ autem facile in pulverem comminuuntur. Varia a Clariſſimis Medicis noſtris, D. Oehmb, D. Graſſio, & D. Helwich audio circa illud corpus eſſe inſtituta experimenta, quorum quædam mecum ſunt communicata. Si lima lapides hos aggrediaris, eam, ut viri prælaudati teſtantur, colore nigro imbuunt, & manus ſicuti pulvis carbonum, aut potius antimonium in pulverem redactum, maculant. Pulvis mixti hujus ſuper chartam diſperſus, & accenſus producit flammam & ſcintillas, ex atro autem obſcure rubentes, & rares odore ſulphureo replet. Diu crederes candentem hunc pulverem ebullire, ubi autem refrigeſcit, bruni coloris eſt. Si pulvis cum aqua diſtillata per aliquot horas in arena digeratur, & coquatur, ac ab eo liquor per filtrationem ſeparetur, is quoad colorem non multum immutatur, ſed ſapor ſubdulcis eſt, ac ea virtute adſtringendi pollet, qua Vitriolum Martis. Huic liquori ſi partes gallarum immiſceas, intra duas horas nigredinem atramento æmulam nanciſcitur. Blanda (in arena calida) inſtituta hujus liquoris evaporatione remanet Vitriolum, ſed in exigua quantitate. Non vacat, nec hujus loci eſt pluribus commemorare, quam varia fuerint alia inſtituta tentamina. Unum adhuc addo: cum pulvere in filtro relicto facta eſt ſolutio hæc cum lixivio cinerum clavillatorum, ut cum artis filiis loquar, præcipitata eſt; præcipitatum, ut enchereſes chimiæ requirunt, ſeparatum & exſiccatum croco Martis ſimillimum fuit. Hujus aliqua pars cum mixtura ex ſulphuris una, Tartari duabus, nitri vero partibus decem, debite remixta, & in crucibulo accenſa eſt, ubi mixtura deflagraverat, pulvis reſiduus debite elutriatus, & exſiccatus eſt, ac ope magnetis in eo verum ferrum eſt detectum. Unde non incommode Pyrites globularis fluviatilis Koppenſis corpus hoc

appellari

appellari poterit. In uſus medicos ex hoc martiali lapide novimus paratam fuiſſe eſſentiam, Eſſentiæ Mineræ Martis ſolaris Haſiacæ ſi non præferendam, certe parem, & hypochondriacis eam cum ſucceſſu datam eſſe audivimus. Nec minus egregium bezoardicum martiale, ſolerti manu pyriten hunc tractatum præbere edocti ſumus. Eo majorem requirit induſtriam, quo delicatius eſt ſulphur, quod ex hoc mixto paratur.

§. 48.

CALX, COTES, LITHANTHRACUM ubi?

Saxa calcaria, ex quibus igne concoctis, contuſisque Calx conficitur, muris conſolidandis maximam *vim habens*, paſſim effodiuntur, illisque cumprimis totus ille Riphæorum tractus circa Kauffungam, Seitendorff & Riersdorff abundat, ubi fornaces calcariæ plurimæ, in quibus uritur, indeque Wratislaviam, & alia loca vicina devehitur. (*a*) In Apendorff ad Gigantæum montem candidiſſima uſtulatur e ſaxo alabaſtrum æmulante, cujus bonitas & candor in dealbandis parietibus præ aliis commendatur.

COTES ad ferramenta exacuenda in Latomiis Leobergæ, Goldbergæ, & Naumburgi ad Quiſſum exciduntur.

Lithanthracum, Germanice Stein-Kohlen/ (quos vocabulo ex lapide & carbone compoſito nominant Germani, quorum ſermo non minus ac Græcus ad duplicanda verba facilis) magna ad Gottsbergum, Wellenburgum, & Schetzlariam prope Boberi fontes, alibique copia: quibus quidem fabri ferrarii maxime loco carbonum utuntur, & ardentibus paulatim

latim aquas ut ceteris carbonibus inſtillant, ne ignis eos cito conſumat; ſed quoniam ſua pinguedine ferrum inficiunt, ad chimica & metallica ſubtiliora opera minus valent. Ex fragmentis illorum aliàs projectis & inutilibus ad Freibergam oppidulum ſub acropoli Fürſtenſtein, cui paret, novo plane invento, calx uritur.

(a) An denen zum Bau-Weſen gehörigen Kalck-Bergen hat Schleſien keinen Mangel: ſonderlich werden die beſten im Schweidnitziſchen zwiſchen Rörsdorff und Lauterbach/ und im Jauriſchen bey Seitendorff/ wie auch zwiſchen Kauffungen und Kammerswaldau auffm Teuffelskeller gefunden. An etlichen Orten wird auch Gyps gegraben/ wie auff dem Rommelsberg im Briegiſchen/ und anderswo.

§. 49.

Terra ſigillata a quo reperta? unde nomen, & quam virtutem habeat medicam? alia ſubrubra, alia candida.

Ad Strigam Ducatus Suidnicenſis oppidum in fodinis montis acuti ſive D. Georgii terra ſubrubra per medicum artis Chymicæ peritiſſimum Joannem Sculterum, cognomento Montanum, aut Trimontanum, (a tribus (*a*) nempe montibus Strigæ vicinis) primum reperta, duras inter rupes eruitur: ſummaque diligentia in orbicularem formam, probatæ notæ ſigillo impreſſo, (unde ſigillatam vocant) præparatur; colore, virtuteque Lamiæ, aut Lemniæ, quæ raro in pharmacopoliis legitima habetur, coæquanda: imo etiam ex ſententia medicorum Principis, Danielis Sennerti,

nerti, præferenda: Chymici *axungiam Solis* nominant; quam Inventor ejus ſcripſit converſum eſſe aurum, DEI providæque naturæ ordinatione in præeminentem præparatum medicinam, tranſmutatumque peculiariter adverſus venena utilem, non minus quam medicamenta, quæ magnis ſumptibus ex auro Hungarico conficiuntur. Toxicis certe omnibus philtris, venenis omnibus per os aſſumptis adverſatur, eaque per vomitum expeditiſſime rejicit, ſi vel ante, *vel ſtatim* poſt venenum hauſtum ſumatur. Sin aliquanto tardius, per ſudorem idem expedit. Doſis eſt drachma, aut paulo amplius in aqua cardui benedicti, morſus diaboli, vincetoxici ſeu hirundinariæ, angelicæ, pimpinellæ (ſi vero talis ad manum aqua non ſit) cum vino albo hoc alexipharmacum ſumi poteſt. Inſignes ejus virtutes contra peſtem multis experimentis cognitæ: nec deſunt adeo eorum exempla, quibus illa jam correpti ac ſemimortui terræ hujus beneficio feliciter ab orci faucibus erepti fuere. Præſervationis autem loco, quot diebus, cum lecto ſurgis, drachmam ſumere ſatis eſt. Easdem habet vires contra morſum canis rabidi, ſerpentum ictus, aut punctiones inſectorum, etiam ſcorpionum. Quo caſu ℞. hujus terræ, quantum ad plagam ſatis, & cum ſaliva hominis in paſtum redige, & impone, neque nocuerit drachmam ſimul bibere. Ajunt præterea cum vitalibus humani corporis partibus ſingu-

larem ſympathiam habere, cephalalgiam demulcere, cardialgiam removere, palpitationem cordis ſedare, oculorum vulnera, & læſiones, inflammationes, & lippitudines, ac fluxiones curare. Contra priores affectus drachma cum aqua vitæ, vel betonicæ, roris marini, pulegii: vel, ſi calor adſit, cum aqua roſacea jejuno ventriculo propinatur. Ad oculos autem collyrium fit cum aqua roſacea, plantaginis, euphraſiæ, Valerianæ, fœniculi, oculis aut inſtillatur, aut linteo madefacto imponitur. Contra omnem hæmorrhœam, ſive ex venis, ſive arteriis, vel ex quacunque tandem corporis parte ſanguis effluat, præſens eſt remedium, ſi cum ſaliva hominis, aut alio liquore in pultem redactum affectæ parti applices. Quidam in nimio, ſed naturali narium profluvio hanc terram cum aceto, albumine ovi, & aqua tormentillæ bene commixtam, linteoloque inductam temporibus, & occipiti ſæpius applicant; uti etiam prodeſt ad catarrhos diſſipandos. Dyſenteriam, lienteriam, diarrhœam, atque omne ventris moleſtum profluvium commodiſſime curat, omnem hypercathaſin ſiſtit, mane & veſperi in aqua tormentillæ, foliorum quercus, aut florum acutiæ, diſſoluta & hauſta. Prodeſt etiam ambuſtis ab igne, vel aqua fervente, vel quovis alio modo, ſi huic terræ aquam fontanam ſuperfundas, quæ dein calci vivæ infuſa per noctem ſteterit, eaque mixtura partem ambuſtam leniter ac ſæpius cum penna nigræ gallinæ

næ illinas. Vulnera recentia, & ulcera inveterata, & maligna maturat, ſanatque: ideoque chirurgi emplaſtris admiſcere ſolent: ſed ut ſimul tamen eadem bibatur, tunc enim arcet dolores, inflammationes, cambium, & alia ſymptomata vulnerum, & ulcerum, præſertim in vulneribus renum, teſtium, inteſtinorum, contra anginam, interiores inflammationes, ulcera pulmonis, colicam, iliacam feliciſſime uſus eſt Montanus, poſtque eum multi alii. Valet denique contra *pruritum*, ſcabiem, perniones, pſoram ſerpiginis, & alia contumacia cutis vitia, ſi noſtra te hac ſigillata in aqua fontana vel plantaginis diſſoluta cutem ſæpe laves. Hæc ita Medicorum filii; ut non de nihilo ſit Martini Mylii ad Sebaſtianum Hoffmannum, quod ſequitur, epigramma:

En tibi de nobis parvam, Vir ſtrenue, ſtrenam
Pectoris & teſtem, Chare Sebaſte, mei.
Gleba quidem eſt vilis; verum ſub corpore vili
Sæpe etiam virtus abdita magna latet.
Hæc eſt illa, velut fama eſt, gleba, aurea gleba,
Nunc primum campis eruta in Elyſiis.
Obtundit virus, munit mortalia corda,
Toxica ne forſan ſæva nocere queant.
Lemnos in Elyſias mutata eſt inſula terras,
Atque ſuas ad nos libera vertit opes.
Sume, Sebaſte, lubens, qua turcicus ipſe tyrannus
Munera Romulidum judicat apta Duci.

Illuſtriſſimum ſane Cattorum Principem, quum de terræ hujus facultatibus (quales adverſus venena obtinere, qui venalem proponebat, affirmaverat) dubitaret, inſigni eas experimento A. C. CIↃIↃLXXX cognoviſſe, cum quotquot canibus arſenico, aconito, napello, & veneno propinato, tantumdem terræ in potu datum eſſet, poſt aliquot ſymptomata reſtituerentur; quibus vero terra non eſſet exhibita, perirent, locuples Auctor Carolus Cluſius rariorum plantarum libro primo, capite ultimo, ſcriptum reliquit.

Quin & in Aula Pragenſi Sereniſſimus Ernestus Archi-Epiſcopus Colonienſis A. C. CIↃIↃCIX multis audientibus retulit, inſtituto per Conſiliarium quendam ſuum convivio, Promam Condam, quæ erat nobilis virgo, arſenicum, ſive Mercucium ſublimatum contuſum loco ſacchari coquo pro condiendis cibis ignaram præbuiſſe, exindeque factum, ut hoſpites omnes lethaliter ægrotare protinus inciperent, quædam etiam fœmellæ paulo poſt ſpiritum effunderent. Cum autem ignoraretur, quêi factum id eſſet, deque veneno hauſto omnes pariter ſuſpicarentur, intellexiſſe tandem Promam condam, arſenicum per imprudentiam, ſiquidem intuitu primo nihil a ſaccharo differret, hujus loco fuiſſe ſubminiſtratum. Id vero, cum ad ſe perlatum fuiſſet, varia ſe antidota, (ut erat horum ſtudioſiſſimus, & præparandorum ſummus artifex) quantocyus poſſibile fuit, tranſmiſiſſe: verum nihil

nihil inter omnia præſentius fuiſſe terra ſigillata noſtrate: omnibus quippe, qui ea uſi, priſtinæ ſanitati reſtitutis, præter tres mulierculas, quibus terram mandere faſtidio fuit. Cujus quidem tragici caſus Juſtus quoque Lipſius meminiſſe videtur centur. 3 ad Belgas epiſtola 21. Sed tanti ſunt Clariſſimi Medici, & Poëtæ cultiſſimi Joannis Poſthii Archiatri Electoralis, ſcripta in terræ hujus, & Inventoris laudem bina epigrammata, quæ hoc quoque loco adſcribantur.

I.

Quando hominum generi vitâ nil dulcius usquã eſt,
Hanc quod euſtodit, languidulam aut reparat,
Quanti erit? hæc medicina tuo, Montane, reperta eſt
Ingenio in terra viſceribus penitis.
Aurea nimirum terra illa Axungia Solis
Dicta tibi ipſo auro charior & melior.
Namq; fugare venena, atrasq; evincere peſtes,
Innumerisq; poteſt eſſe medela malis.
Quod nequeat fulvum præſtare dolentibus aurum;
Quod nequeant rubri lucida dona maris.
Exclamare libet: noſtri ô nova gloria ſecli
Montane, ô medicæ nobilis artis bonos!
Per Te naturæ theſauri, arcanaq; tanta,
Hactenus in tenebris quæ latuere, patent.
Per Te noſtra avidis jam non Germania Turcis
Invidet ac vaſtæ Gentibus Armeniæ.

Terram habeat, jactetq; ſuam Vulcania Lemnos:
Montano melior terra reperta meo eſt.

II.

Quoscunq; antidotus ſanat Mithridatica morbos
Cunctaq; laudatæ pharmaca theriacæ.
Eosdem etiam, pluresq; adeo (ſi noveris uſum)
Curat mirandis hæc nova terra modis.
Gratia debetur Montano quanta? ſagaci
Theſaurum hunc nobis qui eruit ingenio?
Hunc imitare cohors medicæ ſtudioſa cathedræ
Quærenti tellus, ſideraq; ipſa favent.

Et ex hac quidem terra induſtrii Cives jam dudum amphoras aut cyathos conficere cœperunt, non minoris efficaciæ, quam porcellanæ Sinenſium, quæ ſive ex marinis cochleis ſub terra percoquantur, ſive ex calce cretoſa in ſtagno ſplendorem ſuum acquirant, nullum venenum admittunt, quin diſſiliant.

Goldbergæ & alibi in Ducatu Lignicenſi ſimilis terra, ſed (*b*) candida reperitur: & ipſa non exigui in medicina uſus, quam Chymici axungiam lunæ nominant.

(*a*) Die Strigiſche (inquit Colerus p. 2. c. 14. 15. &c. œcon. rural. & domeſt.) wird mit einem Siegel gezeichnet / ſo drey Berge hat; dann Striga hat ihren Nahmen in Wendiſch- und Polniſcher Sprach von den drey Bergen/ die man allda ſiehet/ von Triſch drey/ und von Ga oder Gone ein Berg.

Virtutes ejus quam plures vide in docti Coleri loco citato.

(*b*) Es iſt zweyerley Terra ſigillata (wiewohl ihr auch nach der Farbe mehrerley ſeyn könte) eine Rothe und Weißlichte. Die Weiſſe wird genannt

nannt Axungia Lunæ vel argenti. Iſt ſonderlich den Weibern in vielen Fällen ſehr dienlich.

Plura volens Schwenckfeldium de Foſſilibus Sileſiæ pag. 395. &c. legat. Varia terrarum genera curioſi in ſuis Muſeis ſervant. Et vel leviter tantum inquirentibus oſtenduntur terra Strigonienſis flava, Goldbergenſis alba & cinerea, Jarovienſis cruda, Bruſnicenſis lutea ac rubra bolaris, &c.

§. 50.

Gemmæ quales inveniantur? & cujus æſtimationis? vitri officinæ quales? ſuccinum ubi?

Habet & hæc noſtra Regio lapillos pretioſos ſive *gemmas:* quarum uſus in medicamentis & ornamentis prævalet. Eximuntur autem illæ non e montium duntaxat fodinis, ſed & ad ripas, interque arenas torrentium ac rivulorum e montibus præcipitantium paſſim reperiuntur: & pulcherrimæ quidem, aut fortean haut ignobiliores illis, quas ex Oriente congerimus, niſi opinio hominum, quæ vim ſæpe veritati facit, pretium augeat. In Iſaræ prato minori maxime, ad Bojemiam jam ſpectante, cum alterum quod ex parte Sileſiæ eſt, ac majus vulgo dicitur, ad Baronem Schaffgotſchium pertineat, lavantur. Unde Poëta noſter:

- - - fluit Iſara jaſpide multo:
Iſara qui noſtris quanquam ſit montibus ortus,
Gemmiferam tamen amne vehens prædator arenam
Bojemum limphis ditat furacibus Albim.

Quin & ad Strigam oppidum e duobus montibus jaſpidem

dem glauco pingui ſimilem, ſive viridi lacte ſuffuſum, & interdum Boream quoque, cui primæ ſine controverſia conferuntur,(cœlo autumnali matutino ſimilem, hoc eſt, cæruleum lacte ſuffuſum, quam ex veteribus alii ἀερίζουσαν vocarunt, juniores Turcicam nominant) effodi teſtis eſt Georg. Agricola de natura foſſil. lib. 6. cap. 2. & c. 21. eumque ſequutus Petrus Albinus in Chronico Miſniæ metallico tit. 18.

Nec vero Jaſpidem modo noſtra fert Sileſia, ſed &, qui maximum Plinii teſtimonio inter gemmas pretium habet, Adamantem: a veteribus mallei ictu non frangi, ſed hircino duntaxat ſanguine (ſi præſertim hircus prius apium, aliasque diureticas plantas depaſcatur, vinumque bibat) maceratum rumpi falſo creditum: cum & in ſcobem malleo redigi, facillime vero piſtillo ferreo in mortario confringi & atteri ſolere, ut ejus ſcobe alii adamantes expoliantur, præter alios ſcriptum reliquit Gazias Hiſpanus. (a) Et hunc ipſum quidem, ſi Schwenckfeldio fides, talem; qui recte expolitus, colore ac nitore Indicis adeo reſpondet, ut vix niſi duritie dignoſcere queas.

Carbunculos nigrioris aſpectûs, quos juniores vocant granatos, veteres carchedonios, (quod apud Garamantas, & in Syrtibus inventi Carthaginem deferrentur) in Lygiis ad Risbergum reperiri, aratro etiam excitatos, idem ille ſæpe nobis laudatus, nec unquam ſatis laudandus, Agricola confirmat libri ſexti cap. 2. & 21. Addere

Addere his præterea licet Achatem diverſarum ſpecierum, purpureumque Amethyſtum, Carniolum item, Cryſtallum, Hyacinthum, Magnetem, Onychitem, Rubinum, Sapphirum cæruleum ab orientalibus vix diſcernendum, Sardonychem, Topazium, alios: de quibus ut & ſuperius enumeratis, reliquisque Sileſiæ mineralibus egit is, quem modo dixi, Caſpar Schwenckfeldius proprio huic rei libro, cujus accurata diligentia, doctrinaque noſtræ induſtriæ parum *reliqui* fecit.

Quod ſi quis gemmis haut contentus, margaritas inſuper,

Ut ſit marita, quæ rotundioribus
Onuſta baccis ambulet,

requirat, ad Quiſſi accedat arenola littora, conchulas iſtheic inventurus: e quibus baccas illas candentes, uxoris ſive comis, colliſque ornandis, ſive onerandis auribus, eruere liceat: quæ extra conchas quoque elegantiſſimæ, & pulcherrimæ haut raro in arena leguntur. Uniones latinis dicuntur, quod vix duæ reperiantur magnitudine, figura, & nitore ſimiles. Cæterum ut gemmæ & uniones naturæ, ſic artis pyrotechnicæ opus Vitrum, unicum fragilitatis humanæ exemplum: cui artificis ſpiritu inhalitus plurimos formando, qui vix diligenti manu effingerentur, fornaces atque officinæ minime deſunt: in Schreiberaw præſertim ſupra Zacum fluvium. Sed vitrum Sileſiacum

ſive ſit ex materia, ſive ex coctione, minus purum, & translucidum, nec cum Moravo adeo comparandum. (b)

Succinum aureum foſſile ſub arce Greiffenſtein ad pagum Rabſan erui, a Prutenico nec odore, nec colore, & perſpicuitate differens, ejusdem etiam cum illo virtutis adverſus peſtem, & omne venenorum genus, Schwenckfeldius memoriæ prodidit. Quin & patrum memoria in ſylva quadam ditionis Oppolienſis ſub radicibus arborum magnam vim ſuccini repertam, & ad Cæſarem miſſam fuiſſe, docuit me Nobiliſſimus Vir Nicolaus Rhediger a Striſa, qui & hoc alicubi annotavit vivente adhuc patre ſuo ὁμωνύμῳ Ducatus Wratislavienſis Præfecto, in agro Schebitziano magnum ſuccini fruſtum inventum: quo ruſticorum familia, antequam ille de eo cognoviſſet, aliquamdiu pro ſuffitu erat uſa.

(a) In etlichen Orten des Rieſen-Gebürges geben ſich auch Magnet-Steine an; Noch bey unſerm Andencken (ſpricht Frid. Luca pag. 2184 ſeiner Schleſiſchen Chronica) ſtiegen über das Gebürge zween Männer durch die ſteinichten Wege/ und hatten beyderſeits mit Zwecken ſtarck beſchlagene Schuh an / indem ſie fortwanderten / blieb der eine mit dem Fuß an der Erde hafften/ und kam als ein Leichtglaubiger auff die Gedancken/ es müſte ihm Ribenzahl dieſen Poſſen machen: Allein der andere ſchlug unter dem Fuß ein Stück Erden ab / und löſte denſelben davon. Nachgehends iſt daſſelbe von den Männern verkaufft / und der darinn liegende Magnet-Stein dem damahligen Jauriſchen Herrn Landes-Hauptmann/ Herrn Otto/ Freyherrn von Noſtitz / als eine Raritât geſchencket worden.

(b) Sic etiam R. P. Balbinus l. 3. c. 6. §. 4 in miſcellaneis de vitris noſtris; quod, quantumcunque coneris, non procedant ſub manus, minusque

que ſint pura : quæ tamen hodie adeo procedere, tamque pura fieri, ut vitris Bohemicis non cedant, experientia docet.

§. 51.

Urnæ mortuales, in variis locis effoſſæ, ubi oſtendantur?

Georgius Ilberus epiſtola ad Andream Aurifabrum, quæ exſtat libro tertio Conſiliorum, & Epiſtolarum Schotzianarum prope villam Maſſel Trebnicenſis Diſtrictûs in monticulo, quem den Töppel-Berg vocant, ollas exfodi prope madidas, mollesque, quo primum autem tempore auras contigerint, coralliorum ſcilicet inſtar, quibus ea eſt natura:

Duritiem tacto capiant ut ab aëre, quodque
Vimen in æquore erat, fiat ſuper æquore ſaxum,

indureſcentes, memoriæ prodidit ſepulturas illic olim gentium fuiſſe : haut male arbitratus, quippe cum ex hiſtoriis notum ſit, apud Romanos, aliosve populos, qui cadavera cremabant, receptum fuiſſe, (*a*) ut in urnis, ollis, caccabis, urceis, ampullis, amphoris, cupis, orcis & aliis hujuſcemodi vaſculis cineres conderent, ac pietatis cauſa media inhumarent arena, indeque temporis longinquitate factum, ut madente terra aſſiduo humore ollæ liqueſcant, ac, ſi parum caute eximas, nonniſi lutum atque argillam retineas : ſin cautius & diligentius rem agas, aëris ſiccitate indureſcant, formamque priſtinam, qua a figulo formatæ, retineant. Inventa fuerunt iſtiuſmodi vaſa etiam

juxta Lubinam Luſatiæ inferioris oppidum, itemque ad Caram pagum prope Cosbuſium, in Saxonia Claudiani ad Eliſten nigri & Albis confluentem. Nec non Ferteslebi in vinea, quæ diſtat ad ſecundum lapidem a Scilla aræ, in Thuringia in monte Sebergo, in Poloniæ villis, Nochao & Poluky, in hac ipſa Sileſia ad Saganum: Coroſchæ & alibi imperita quidem plebecula ſic perſuaſa, ac ſi vaſa ea intra terram eſſent nata, & a natura formata. Thuringos credidiſſe, Nanos his ipſis uſos, qui olim in Sebergo habitarint excavato, Auctor Georgius Agricola: ac meminit ejus quoque rei Fabricius itinere Chemnicenſi his verſibus:

Poſthæc anſatas Sebergi inquirimus ollas
Montis, ubi perhibent Pygmæis vaſcula quondam,
Triticeas colerent dum terras, forte relicta.

Acceſſerunt & ſuperſtitiones aliæ. Trebnicenſia non niſi inter Paſchatis & Pentecoſtes feſta, Saganenſia tantum nocte Pentecoſtes extrahi debere, atque hæc febricitantibus mederi, ſi poculi loco iis utantur, creditum fuit. (*b*) Sed revera fuiſſe urnas, in quibus veteres Germani & Heneti nondum ad Chriſtum converſi cineres mortuorum combuſtorum condiderunt, ſiquidem in omnibus non operculo tantum tectis, ſed & aliis, cineres, in quibusdam & carbones, atque adeo oſſa ſemicremata, in aliquibus annuli, acus, forfices, fibulæ, reperiantur. Auctor eſt idem Agricola, quem ſequitur Chriſtophorus Manlius Luſatiæ ſuæ libro primo. Noſtra

Noſtra memoria, anno nimirum hujus ſeculi decimo quarto in pago Ramſern ſub Inclyti Senatus Wratislavienſis ditione ad Viadri ripam ſito accidit, ut, cum is ob annuas dicti fluminis eluviones aggere altiori muniretur, atque ob id a viciniori monte aliquot millia vehum terræ deducerentur, in puriſſima (ecce!) arena hujuſmodi ollæ reperirentur; quæ cum negligentius primum habitæ ac rejectæ fuiſſent, mox, quia crebrius ſeſe obtulerunt, cautius effoſſæ ac *repoſitæ*, urnæ tandem viſæ ſunt, inibique loci neque natas neque a nanorum uſibus relictas, ſed humana factas manu, & igne coctas, lythargyro tamen obductas, cum forma lineis ac ductibus picturata, tum ſolida durities abunde oſtenderunt. Majores fuerunt nonnullæ, quædam minores, mediæ magnitudinis reliquæ, omnes tamen collo ſtrictiori, ac ventre tumido. Anſas habuere quædam ſingulas, quædam binas. Adſervantur etiamnum VVratislaviæ in bibliotheca Magdalenæa. (c)

(a) Vide Virgilium lib. 6 Æneid. MISENI Herois illius

(- - - *quo non præſtantior alter*
Ære ciere viros, Martemque accendere cantu)

Exequias ab Ænea celebratas fuſius deſcribentem, ubi inter alia combuſti Cineres, & oſſa reſidua a Chorineo in vaſe æreo ſervata, & ſub monte aërio fuiſſe repoſita, canit ſequentibus:

Ingentem ſtruxere pyram, cui frontibus atris
Intexunt latera, & feniles ante cupreſſos
Conſtituunt: decorantque ſuperfulgentibus armis.
Pars calidos latices, & abena undantia flammis
Expediunt, corpuſque lavant frigentis, & ungunt.
Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt,

Purpureasque ſuper veſtes, velamina nota,
Conjiciunt: pars ingenti ſubiere feretro
Triſte miniſterium, & ſubjectam more parentum
Averſi tenuere facem: congeſta cremantur
Thurea dona, dapes, fuſo crateres olivo.
Poſtquam collapſi cineres, & flamma quievit,
Reliquias vino, & bibulam lavere favillam,
Oſſaque lecta Cado texit Chorineas abeno.
Idem ter ſocios pura circumtulit unda,
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ.
Luſtravitque viros, dixitque noviſſima verba.
At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum
Imponit, ſuaque arma viro, remumque tubamque
Monte ſub aërio qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, æternumque tenet per ſecula nomen.

(*b*) Johannes Major in ſeinem bevölckerten Cimbrien has urnas veterum Cimbrorum olim hac forte tranſeuntium eſſe putat: Daß die Cimbrer auſſerhalb Pommern / vom Balthiſchen Meer was Südlicher wieder zurücke ſich nach Brandenburg/ Pohlen und Schleſien gewendet/ und daſelbſten ihre Todten gleich den Unſeligen und Mitternächtiſchen uhralten Cimbrern verbrennet/ die Aſche in Töpffe gethan/ die Töpffe mit reinem Sande oder Erde begoſſen / und auff platter Erde einen Hügel daraus gemacht/ deren viel tauſend von unſerer Cimbriſchen Landſchafft an durch gantz Dennemarck mit herum liegenden Inſuln biß Gothland/ Schweden/ Norwegen/ und in den euſſerſten Nord-Reichen ſeynd zu finden. Deſſen haben wir eine nicht undeutliche Bemerckung / was Schleſien betrifft/ an denen 16 Urnen/ oder alt-heydniſchen Aſchen-Töpffen/ welche an unterſchiedlichen Orten daſelbſten / ſonderlich aber dichte am Oder-Strohm auff dem Dorff Ranſern/ eine Meile von meiner hochwertheſten Vater-Stadt Breßlau/ theils mit Handhaben/ theils ohne dieſelbe A. 1614 den 15 Aprilis/ als man jährlichem Gebrauch nach wider die Macht beſagten Fluſſes einen Thamm etliche 1000 Karn voll Erde abgraben wollen / in Sand geſetzt / gefunden / und ſo dann nach Breßlau in des Hoch-Edlen/ Wohlweiſen Raths Bibliothec zu S. Maria Magdalena zu ſtetswährendem Andencken verſetzet/ auch die Abriſſe davon 1667 nach dem verjüngten Maß geſtochen worden. Wovon ich vor ohngefehr 16 Jahren aus damahls fürfallender Urſach drey nachgezeichnet / aus Mangel gehöriger Hand-

Handhülffe/ ſo gut ich gekönnet/ ſelbſt in Holtz geſchnitten / wie hier zu ſehen/ und die Unterſchiedlichkeit der Gröſſe durch beygeſetzte Zeichen anderten wollen/ dergeſtalt daß ☉ im gröſſeſten Diameter hält 4 und einen halben Zoll/ ☾ 3 Zoll/ und ✻ 3 und einen halben Zoll.



Hoc ipſo tempore, quo in ſtudium hoc antiquarium incumbimus, Clariſſimus Dn. Doctor Oehmbius (ex cujus Viri Muſeo pererudito, & manu induſtria multa nobis huic operi ſervientia hactenus fuere communicata) ſequentem etiam Urnarum ſepulchralium Sileſiticarum, earum maxime, quas inter antiquitates ſuas obſervat, tranſmittit deſcriptionem:

Schle-

Schlesische Urnæ:

Zu Ramsern/ deren der Herr Autor gedencket/ diese sind Anno 1614 gegraben/ und auff die Bibliothec nach St. Maria Magdalena gebracht worden.

Zu Neunetkau im Glogauischen bey Grünberg d. qv. Miscell. Curios. Decur. 2. ann. 2. obs. 36. p. 66.

Zu Massel bey Trebnitz. Vorzeiten ist allda nach Zeileri Bericht Itinerar. Germ. nov. antiqv. p. 524. n. 17. ein Berg/ der Töppelberg genannt/ gewesen/ allwo sie gegraben worden. Heutiges Tages aber ist der Berg nicht mehr zu finden/ sondern es ist ein ebenes sandiges Feld/ wo sie gegraben werden. Von denen habe ich etliche in meinem Musæo mit/ und ohne Henckel/ von einer lichten Materie; Auch habe ich eine dabey gefundene Schüssel oder grossen Napp mit 1 Henckel.

Sollen deren auch vor diesem zu Schweinern/ zu Maselwitz/ zu Lüben/ zu Crossen gefunden worden seyn/ deren keine aber mir zu Gesichte kommen.

Zu Wiltschen eine halbe Meile von Hundsfeld. Diese sind vorhero/ so viel mir wissend/ gantz unbekandt gewesen/ und Anno 1693 allererst bekandt worden/ da ein Bauer daselbst sie ohngefehr ausgegraben/ und nach Breßlau zum Ansehen/ und was sie bedeuteten nachzuforschen/ (zumahlen er etliche meßingene Stylos und einen Rincken/ so ich alle noch in meinem Musæo habe/ dabey gefunden) gebracht/ wodurch die Curiosität mich und andere/ so sie zum ersten gesehen/ getrieben/ den locum natalem zu besuchen/ welches bald darauff im Herbste desselben Jahres und hernach noch etliche mahl folgende Jahre geschehen/ da wir in unserm Beyseyn graben lassen/ und mit eigenen Händen unterschiedene aus der Erde genommen. Dabey aber haben wir allerley wahrgenommen/ so wohl was die Figur und andre Beschaffenheit der Urnarum und Gefässe selbst/ als auch die Locirung derselben in dem tumulo, und die Structur des tumuli betrifft.

Die Figur der Urnarum ist unterschieden/ etliche sind groß/ etliche klein/ zum theil mit/ zum theil ohne Henckel. Einige haben gerad auff eine Weite/ und diese sind insgemein gantz rauch; andere haben unten einen Bauch/ aus welchem ein etwas engerer Halß in die Höhe steiget/ und diese sind glatt. Die Ohnhencklichten sind meistentheils sehr klein/ doch insgemein mit einem Bauche/ und einem darüberstehenden Halse. Etliche sind

wie

wie Schüſſeln formirt von unterſchiedener Gröſſe / deren eine Anno 1695 den 21 May ſo groß gefunden worden/ daß 3 Metzen Getreyde hinein gegangen. Dieſe haben meiſtens nur 1 Henckel. Die Farbe iſt unterſchieden/ gelblicht/lichtgrau/ und etwas dunckler / zuweilen auch bleyfärbig/ welches die ſchönſte Art iſt/ die alle ſehr glatt / und gleichſam poliret/ auch mit allerley Art Linien gezieret.

Was die Structur des tumuli, und die locirung der Urnarum betrift/ ſo iſt dieſer tumulus ein gewiſſes mit Steinen um und um beſetztes / und oben mit dergleichen etwas gröſſern bedecktes / den Cimbriſchen von Hn. D. Majorn in ſeinem neu-bevölckerten Cimbrien beſchriebenen nicht ungleiches runtes Spatium, nur daß ſelbtes hieſiger Orten nicht wie dorten vor der Erden hervor raget/ ſondern unter derſelben gantz tieff lieget / ſo daß es mit fruchtbarem Erdreich bedecket/ und mit Getreyde überwachſen iſt. *Auſſen* um dieſen Tumulum und inwendig in demſelben iſt alles wie in der gantzen Gegend ſandig/ doch mit dem Unterſchied / daß der Sand auſſerhalb den Steinen/ und in dem gantzen Acker weiß oder grau / innerhalb den Steinen aber/ auch um und in den Gefäſſen roth - gelbe. Denn da iſt zu wiſſen/ daß das inwendige Spatium zwiſchen den Gefäſſen nicht leer/ ſondern durchaus / und auch die Gefäſſe ſelbſt auſſer den Oſſuariis mit Sande angefüllet/ ſo daß es ſchwer die Gefäſſe zu finden / und noch ſchwerer/ ja gefährlich ohne Schaden heraus zu nehmen; Wie denn/ wenn ſie gantz bleiben ſollen/ man den Sand nicht bald / und auff einmahl aus denſelben / die in der Erden gantz feuchte und zerbrechlich ſind / nehmen/ ſondern ſie zuvor ein wenig erharten laſſen muß / und denn nach und nach ſie von dem Sande befreyen/ und wo es noth / weiter reinigen und abputzen muß. Die Ordnung aber/ wie ſie zu ſtehen pflegen/ iſt folgende. *Mitten* ſtehet die rechte ſo genannte Urna oder Oſſuarium, darinnen die mit Aſche und Kohlen vermiſchte Knochen rund herum ſtehen/ andere Gefäſſe entweder eintzeln/ oder derſelben Kleinere in die Gröſſern geſetzt / mit darzwiſchen geſtecktem Sande; und dieſe Herumſtehende haben keine Knochen oder Aſchen / und ſind vermuthlich der Verſtorbenen *Utenſilia*; wie denn unter denen die Schüſſel - förmige Gefäß alle ſich befinden / deren etliche/ der Gröſſe und Tieffe wegen/ einem Trinck-Geſchirr gar ſehr ähnlich ſehen.

Præterea eodem hoc tempore ad manus noſtras pervenit Mauſoleum ex Muſéo * M. Joannis Chriſtophori Olearii, Bibliothecarii Arnſtadienſis, Viri, ut apparet ex brevi illo tractatulo, & eruditi, & Antiquita-

* Jenæ 1701, 4.

tum periti, in quo quatuor etiam ejuſmodi urnas mortuales eodem prorſus modo, quo noſtras Eundem imitantes in præſentiarum ob oculos ponimus, in frontè ſcripti ſui delineatas exhibet ; quarum unam extraordinarie magnam im Fürſtenthum Anhalt bey Köthen A.C. 1692. 10 Decemb. inventam fuiſſe ſcribit: Sie iſt eine gute halbe Elle hoch/ (verba ſunt Autoris) darbey aber der Rand von einer groſſen Breite und Umfang / der Bauch ebenfalls weit erhoben/ ſo daß über zwey Metzen Getreidig darinnen können gehalten werden. Auſſen her iſt ſie mit Ringeln und Streiffen wohl gezieret. Die Maſſa von ſchwartzem Stein-feſten Tohne/ welcher faſt dem Serpentin-Stein gleichet/ ꝛc.

Poſt Köthenſem oſtendit Arnſtadienſem, non integram, ſed in particulis ſuis, in quas fracta fuit. Iſt zu Arnſtadt auff dem Gottes-Acker gegraben worden Anno 1701. den 26 Februarii. Weil nun Arnſtadt anfänglich von Francken ſoll erbauet worden ſeyn/bey ſelben aber ihre Todten zu verbrennen nicht gebräuchlich geweſen/ muthmaſſet der Autor, daß ſelbige Urna, und andere/ ſo darbey gefunden worden/ noch vor Erbauung der Stadt dahin kommen/ und alſo zum wenigſten 1400 Jahr alt ſeyn müſſe.

Arnſtadienſem ſequitur Rudiſlebenſis, iſt einen guten Schuch hoch/ darbey von ſolchem Umfang und Weite/ daß anderthalb Metz Getreide darinnen kan gefaſt werden/ und iſt von ſchwartzem Tohne gemacht: Selbige Urna wurde A. C. 1701. den 15 April. bey Rudisleben/ welcher Ort ein Dorff iſt im Arnſtädtiſchen Ampte/ nahe bey Arnſtadt gegen Erfurt liegend/ gefunden. Darneben haben Todten-Knochen/ ein küpfferner Griffel/ der etwas länger als eine viertel Elle/ unten ſpitz / oben mit einem runden vergoldeten Knopffe / die Helffte deſſen iſt mit Drat umwunden/ welches Autor einen Stylum zu ſeyn vermeynet / dergleichen die Alten gebrauchet haben/ in die wächſernen Tafeln mit deſſen Spitzen zu ſchreiben/ und mit dem runden Knopffe darin auszuleſchen. Ebenfalls wurde darbey noch ein halber ſolcher küpfferner Griffel gefunden / und ein Ring von küpfſernem Drat dreymahl um den Finger gewunden. Er hält dafür/ daß es entweder (wie oben gemeldter Daniel Major vermeynet) der alten Cimbrier/ oder aber (wie es ihm glaubwürdiger zu ſeyn ſcheinet) der Wenden/ Slaven/ oder Sorben Begräbnüſſe ſeynd: Weil die Urna mit andern Slaviſchen ziemlich überein käme / auch ſolche Völcker vor dieſen in Thüringen geweſen.

Minimam autem, quam dictus Autor ibi delineat, effoſſam fuiſſe indicat

indicat bey Jerichau im Hertzogthum Magdeburg an der Elbe: iſt faſt ein Schuch hoch/ inwendig ſo weit und tieff/ daß bey nahe eine halbe Metze Getreidig hinein gehet. Die Materie darzu iſt ein ſchwartz-grauer feſter Tohn. In derſelbigen liegen die übrigen Knochen und Aſche von den damahls verbrannten todten Menſchen-Cörpern/ darbey noch etliche Zähne zu ſehen/ auch ſind darinnen Scherbenſtücke befindlich/ welche vielleicht zum Deckel gehören/ oder von andern Urnis abgebrochen/ die etwa darbey geſtanden. Judicat fuiſſe Vendorum, Slavorum.

(c) Tres etiam ex Töppelberg Trebnicenſi effoſſæ, nobisque dono datæ in Bibliotheca noſtra ad S. Matthiam monſtrantur, quarum figuras hic quoque ſubjungimus. Annum, quo effoſſæ fuere, annotaremus, niſi corpus amici, qui nos iisdem donaverat, & ipſum jam exanimatum ſub terra quieſceret, e cineribus ſuis glorioſe, quod ſperamus, olim reſurrecturum. In noſtrarum autem Urnarum majori, n. 3 ſignatam, ſemialteram circiter ollæ quartam capiente, veteres etiam buſti reliquiæ, oſſa nimirum & cineres, etiamnum aſſervantur. Materia ſive argilla coloris eſt triticei, vel potius flavi & ſubrufi. Altera n. 2 notata ex limo nigro cocta vix duodecimam ollæ partem hauries: Ad minimam denique, ſub n. 1 delineatam, ex concolori quidem cum majori materia, manu tamen figuli valde rudi formatam, vix tantum, quantum vola manus hauritur, infundere poteris. Anſulam habet ſupra labium nonnihil elevatam.

In quem uſum vero parvæ hujuſmodi Urnulæ adhibitæ fuerint, nobis non conſtat, cum neſciamus, an illorum ſententiæ (qui *Urnas lachrymatorias* easdem nuncupant, eo quod illis vel defuncti Conſanguinei & Cognati, vel etiam præficæ fœminæ videlicet ad ploratum conſtitutæ lachrymas ſuas exceperint, & intra tumulum una cum oſſuariis depoſuerint) tuto ſit ſubſcribendum, eo quod forſan ſervata proportione Urnis majoribus buſta majorum, mediocribus mediocrium, parvulorum minoribus legerint, & tumulaverint: quâmvis & nobis ſententia prior veritati propior eſſe videatur. Lignicenſes & Pilgramsdorffienſes urnas, reliquis nec ætate nec pulchritudine inferiores, ab erudita quadam manu egregie deſcriptas proxime expectamus, & ad illas lectorem interim remittimus.

Cæterum ex Tacito de hujuſmodi funeribus veterum Germanorum ſequentia adſcribimus, German. XXVII. 1--4. *Funerum nulla ambitio. Id ſolum obſervatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi nec veſtibus, nec odoribus cumulant. Sua cuique arma, quorundam igni & equus adjicitur. Sepulchrum cæſpes erigit. Monumen-*

torum arduum & operoſum honorem, ut gravem defunctis, aſpernantur. Lamenta ac lacrimas cito, dolorem & triſtitiam tarde ponunt. Faminis lugere honeſtum: Viris meminiſſe.

Ex Olario vero ſupra citato notandum,

1. Daß ſolche Art die Verſtorbenen zu verbrennen und in Töpffen beyzuſetzen die heydniſchen Völcker gehabt faſt in allen Orten der Welt / ohne die Aegyptier und Perſier; Wiewohl die Teutſchen nicht ſo prächtig als die Römer: quam diſcrepantiam colligere eſt ex Virgilio & Tacito a nobis citatis: Romanorum enim ſecundum Virgilium

Ingentem ſtruxere pyram - - -
Purpureasque ſuper veſtes velamina nota
Conjiciunt.

Et rurſus:

- - - congeſta cremantur
Thurea dona, dapes, fuſo crateres olivo, &c.

At vero Germani juxta Tacitum: Monumentorum arduum & operoſum honorem, ut gravem defunctis, aſpernantur.

2. Daß die Geſtalten und Figuren gedachter Todten-Töpffe faſt nicht zu beſchreiben: dann es hat eine iede etwas beſonders / ſo wohl äuſſerlich als innerlich: ſie haben allerhand Farben: etliche ſeynd gantz ſchlecht / andere zierlicher / zuweilen mit Buchſtaben bezeichnet. Etliche ſind inwendig wie ein Kalteſchaal-Napff getheilet / mit einem Unterſcheid vom Boden biß oben an: Darein vielleicht Geſchwiſter / Verlobte / oder Zwillinge gelegt worden.

3. Daß die Urſach / ſo die Heyden zu ſolcher Begräbnüß bewogen / wohl der Teuffel ſeyn mag / ſo die Verehrung ſtets darbey hatte. Darzu iſt die Meynung Heraclitі kommen / daß der Menſch ſeinen Urſprung aus dem Feuer hätte / und dahero ſolchem wieder anzuvertrauen wäre. Der Zweck war die Verſtorbenen zu verehren / und beſſer / als gantz verſcharrete / für Thieren und Feinden zu verwahren.

4. Daß ſolche gemeiniglich auſſerhalb den Städten und Dörffern auff erhobenen Bergen und Hügeln an luſtigen Oertern gefunden werden.

5. Der Proceß und Ordnung ſolche Urnas beyzuſetzen war etwa folgender maſſen: Der Holtz-Hauffe / worauff der Verſtorbene verbrennet wurde / hieſſe Rogus, oder wie ihn Virgil. loco cit. nennet Pyra: Der Ort / wo dieſes geſchahe / Uſtarium: Der angezündete Cörper / Buſtum: Wann er brannte / ſo hieſſe die Pracht Funus. Die Leich-Beſtätigung Exequiæ:

Wo

Wo die übrigen Gebeiner vergraben worden / Sepulchrum : Die Aſche und kleine Knöchlein / ſamt andern darbey verbrennten Geräthen und Waffen / Reliquiæ : Die Samlung derſelbigen aus dem Feuer / Oſſilegium. Hinc Virgilius :

Oſſaque lectacado texit Chorineus abeno.

Der Topff / wo dieſe hinein geleget wurden / Urna, Oſſuarium, Cinerarium. Wann die Erde über die Töpffe zuſammen geſcharrt ware / Tumulus. War eine Grab-Schrifft darbey / Monumentum, &c.

6. Daß gewiſſe Leute dergleichen Töpffe zu allerhand Aberglauben mißbrauchen : Maſſen etliche die Milch darein gieſſen / in Meynung / es käme mehr Butter / als ſonſten. Etliche geben den jungen Hünern daraus zu ſauffen / daß ſie nicht kranck werden ſollen. Andere thun den Garten-Saamen darein / und glauben / wann man daraus ſäet / müſſe alles beſſer wachſen und Frucht bringen. Allein es iſt Aberglaub / durch welchen der Teuffel ſeinen Dienſt ſuchet. Wolte aber jemand eine natürliche Urſach hierbey der Aſch und Saltze geben / welches beydes lang darin gelegen / und die Töpffe durchaus inficiret hätte / ſo müſte es zuvor recht unterſuchet / und einige Warheit und Möglichkeit von denen gemeinen abergläubiſchen Gedancken abgeſondert werden. Hæc Olearius.

At vero, quia, ut Poëta quidam ait,

Uſus habet laudem, crimen abuſus habet,

nos deinceps ejuſmodi emortuales urnas luſtrantes, illud S. Scripturæ : *Reverteris in terram, de qua ſumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris*, meditabimur, ut memorantes noviſſima, non peccemus in æternum, DEO Redemptori, & poſt paſſionem ſuam ex ſepulchro glorioſiſſime reſurgenti, hoc ſacro Paſchali præſertim tempore, (quo laboris præſenti coronidem imponimus) gratias devotiſſimas acturi, quod tot myriadibus Ethnicorum in æternæ mortis umbra relictis, nos veræ fidei lumine illuſtraverit, ſpemque nobis Reſurrectione ſua fecerit ex ſepulchris noſtris olim glorioſe reſurgendi in lucem, ad ſalutem æternam.

(O)

CAPUT IV.

SILESIÆ ANIMALIA FERA ET DOMESTICA, RES PECUARIA, VOLATILIA.

SUMMARIUM

Autoris:	Scholiastæ:
§. 1. *FERARUM in Silesia copia, & VIVARIA.*	§. 1. *De Venatione nonnulla, & Silesiticis Venatoribus.*
§. 2. *FERARUM usus varius.*	§. 2. *De Cervis, Apris, Leporibus, Vulpibus, &c. eorumque venatu quædam.*
§. 3. *ANIMALIA AMPHIBIA qualia?*	§. 3. *Lutra descriptio ex Hobbergio.*
§. 4. *AMPHIBIA ubi capiantur?*	§. 4. *Lutra ubi capiatur?*
§. 5. *ALCES in qua Vicinia?*	§. 5. *ALCES quando capta in Silesia?*
§. 6. *LYNCES hic rara: uti & alia feroces bellua.*	§. 6. *Ubi in Silesia Lynces? quam nociva sint? & quam ferox bestia Lupus? quaque ratione capiendus?*
§. 7. *In re pecuaria olim unica divitia.*	§. 7. *Origo & Dignitas Rei pecuaria.*
§. 8. *Inter ANIMALIA DOMESTICA primi sunt EQUI, quibus abundat Silesia.*	§. 8. *Equi in œconomia præstant bobus.*
§. 9. *EQUORUM usus & color varius.*	§. 9. *Equorum generositas & varietas.*
§. 10. *EQUI qua ratione cumendi?*	§. 10. *Quid circa Equile observandum? & alia ad Equorum curam pertinentia.*
§. 11. *Regula PULLOS educandi.*	§. 11. *Plures hujusmodi regulæ.*

§. 12.

§. 12. EQUI CASTRANDI ratio.

§. 13. EQUORUM vitia quomodo curanda?

§. 14. BUBULI PECORIS usus.

§. 15. BUTYRI commendatio.

§. 16. BUTYRI conficiendi ratio.

§. 17. CASEUS quomodo conficiatur?

§. 18. CASEI genus, quod QUARCK vocamus.

§. 19. Alii usus BUBULI Pecoris.

§. 20. OVIUM utilitas magna.

§. 21. OVES quoties, & quando TONDENDÆ?

§. 22. CASEI OVILLI Bonitas.

§. 23. CAPRINI Pecoris commodum.

§. 24. SUS quid ferat ad culinam?

§. 25. SUILLI Pecoris SAGINANDI ratio.

§. 26. SUILLA CARO quot modis CONDIENDA?

§. 27. CANES varii.

§. 28. VOLUCRUM varietas & utilitas.

§. 29. GALLINARUM copia & usus.

§. 30. GALLI CASTRANDI ratio.

§. 31. PULLORUM delicia.

§. 12. Eadem ratio ex aliis Autoribus.

§. 13. Quid in emptione Equi observandum?

§. 14. Plura de Pecore bubulo.

§. 15. Butyrum non poſt, ſed ante cibos ſumendum.

§. 16. Butyri conficiendi nova ratio, & munditiei commendatio in lacticiniis.

§. 17. Caſeus quis bonus?

§. 18. Qua ratione ſiccandus?

§. 19. Plures bubuli pecoris uſus.

§. 20. De Ovium cura quadam.

§. 21. Diſputatio de Lana non caprina, ſed ovilla.

§. 22. Quare condiendi?

§. 23. Plura de hujus uſu.

§. 24. Cur Judæis caro ſuilla prohibita? & qui populi alii ab ea abſtinuerint?

§. 25. Pauca de eodem.

§. 26. Porcus Athenæi, dimidius aſſus, dimidius elixus.

§. 27. Plura de iisdem.

§. 28. Plura de Pavonibus, Anſeribus, Anatibus, Columbis, &c.

§. 29. Plura de Gallinis.

§. 30. Plura de Caponibus, aut Capis.

§. 31. Modus parandi pulli in Schwenckfeld legitur.

§. 32.

§. 32. *OVORUM uſus.*
§. 33. *FERÆ ALITES in Sileſia.*
§. 34. *APUM copia, & MELLIS uſus.*
§. 35. *APUM mira Reſpublica.*
§. 32. *Idem continuatur.*
§. 33. *Variarum avium plenior deſcriptio.*
§. 34. *De his apud alios Autores fuſiora.*
§. 35. *Moralia hinc diſcenda paſſim in libris obvia.*

§. 1.

FERARUM Copia, & VIVARIA.

ANIMALIA TERRESTRIA, eaque TETRAPODA, ſive QUADRUPEDIA, vel FERA ſunt & agreſtia, vel DOMESTICA, & homini magis familiaria. FERIS omnis generis ad uſum & delicias hominum refertiſſima eſt Sileſia noſtra: quibus ob id VIVARIA etiam, Dominicis habitationibus vicina (*a*) paſſim a Magnatibus poſita videmus, cum, ut conſpectu ſuo clauſa VENATIO poſſidentium oblectet oculos; (*b*) tum ut exigente uſu epularum velut e cella promantur.

(*a*) FERARUM VIVARIA in Sileſia hodie inveniuntur: OPPOLII S. C. Majeſtatis: OTTOMACHOVIÆ Epiſcopale: GLOGOVIÆ Superioris Comit. ab Oppersdorff: in THOST Comit. Colonnæ: in ALTGROTGAU Baronis de Roſenthal.

(*b*) In gratiam Principum, aliorumque Virorum Illuſtriſſimorum, & Illuſtrium Curioſa nonnulla de nobili illa corporis exercitatione, animique relaxatione, VENATIONE videlicet FERARUM, nec non alia quædam de Re pecuaria, atque de Cura, & proprietatibus animalium tam quadrupedum, quam volatilium, partim ex libro Therevtico Prænobilis Viri Eugenii Raymundi Breſciani, ex tractatu de Re Ruſtica Conradi Heresbachii, ex Theriotropheo D. Schwenckfeldii, & ex Georgicis curioſis

rioſis magni œconomorum noſtri temporis Magiſtri, Junii Baronis ab Hohberg; partim etiam ex præclariſſimorum duorum ex Societate JESU Scriptorum, Balbini & Fiſcheri, Tractatibus Hiſtoricis & œconomicis: partim denique ex Bocharti opere bipartito de S. Scripturæ Animalibus, nec non ex Athenæi Deipnoſoph. binis illis eruditionis fontibus, aliorumque Autorum rivulis, per decurſum hujus capitis hauriemus.

Inprimis igitur VENATIONES cum Eugenio Breſciano, & aliis, a Defenſione, quam paſtores olim cuſtodiendis gregibus ſuis & armentis contra FERAS rapaces adhibuere, originem ſuam trahere credimus.

Namque ſalutares edit venatio fructus,
Ne nimis increſcat ſoboles damnoſa ferarum;

inquit Hohbergius in prodromo lib. 12. Georg. Curioſ. Quas tamen *poſtmodum* etiam tam cibandi, quam otii vitandi, animi oblectandi, corporisque exercitandi gratia *Viri Principes atque Nobiles* exercuere. Hinc Sacræ literæ Nimrodum Venatorem fortem: Eſau a patre ad venationem exire juſſum: Davidem leones & rurſos proſternentem, mactantemque proponunt. Hinc Poëtarum fabulæ: Venationes a Diis eſſe inventas, inſtitutas, exercitatas: Phœbum in Theſſalia non paſtorem tantum, ſed & VENATOREM, Dianam Venatricem fuiſſe: *Adonem* illum formoſum, aut, ut canit Propert. *niveum*, ab Apro in VENATIONE *percuſſum* & occiſum. Endymionem, Pollucem & Caſtorem, Chironem, & ſexcentos alios, neſcio, quibus venatoriis artibus excelluiſſe. Hinc veterum hiſtoriæ: a Lycurgo Rege Lacedæmoniorum, aliisque Ægyptiorum Regibus Magiſtros venandi peritos ad civitates ſuas conductos: a Mithridate Rege Ponti nimio venandi ſtudio integrum ſeptennium in ſylvis & campis tranſactum: a Julio Polluce Commodum Imperatorem fuiſſe animatum ad *venandum*, utpote ſtudium heroicum, corpori perutile, animum recreans, ad audaciam inducens, atque ad fortitudinem militarem diſponens. Non alium ob finem ipſimet Reges ac Imperatores Chriſtiani, etiam pientiſſimi & clementiſſimi venationibus maximo fuerunt delectati. De Maximiliano I glorioſiſſimæ memoriæ Imperatore memorabilia ſunt verba, quæ Hieronymus Rorarius, Exlegatus Pontificius Tract. *quod animalia bruta ratione melius utantur homine*, Libro I. pag. 60. 61. (Pariſ. 1648. 8.) adducit: *Venatum iturus*, inquit Rorarius, (*nam venandi ſtudio pluſquam modico tenebatur, non tam Xenophontis Pædiam ſecutus, quam quod videbat, eo pacto humillimo cuique acceſſum ad ſe dari,*

dari, quibus inprimis conſulere cupiebat) ſolitus erat dicere, qui Princeps venatione non delectaretur, ei aut ludo tempus terendum, (quod eſſet in homine, nedum in Rege turpe) aut alienis fortunis inhiandum, vel (quod longe deteſtabilius) uxoribus inſidiandum: maximarum porro rerum gerendarum negocia non omitti, juſſis, quibus a ſecretis uteretur, pone ſequi; ſic corpus citra alienam injuriam exerceri, ſic adeundi locum unicuique dari. Ex eadem item auguſtiſſima proſapia oriundus Ferdinandus II dicere ſolitus fuit: *Trium ſe taduiſſe nunquam: orationis nimirum aut devotionis in Eccleſia: Conſilii in Regimine: & VENATIONIS in ſylvis.*

Longo ſarei, ſe Cacciatori Heroi
Narraſſi, la cui fama alta, & immortale
Del Hiſpanico mar' a Lidi Eoi
Spiegarſi vede ogni hor le veloci ale.

Ita canit ſupra nominatus Eugenius Breſcianus; quod ita fere latine exprimerem:

Longior hic eſſem Heroes narrando, Virosque,
Venandi ſtudio corpusque animumque ſacrantes,
Quorum immortalis celebratque fama per orbem,
Per mare, per terras volitat velocibus alis.

At vero, ſicut in aliis rebus, ita quoque in VENATIONE modus ſit, oportet: Sunt nonnulli (inquit Fiſcherus in œcon. Suburb. Tract. 3. parte 2. cap. 8.) ita avidi venatûs, ut neque feſtis diebus DEO, ſanctisque dedicatis, ſubditis ſuis plena hebdomada a laboribus laſſis requiem largiantur. Id prudenter conſiderans Hypolitus Quarinonius lib. 6. cap. 10. in ſuo deſerto generis humani, merito monet: Compendium emolumenti in venatione eſſe debere; cavendo, dum feras & beſtias venator avidius, &, ut in proverbio dicitur, ipſe *beſtia fiat*, ſimilique metamorphoſi cum Actæone in feram transformetur; Sunt enimvero, qui magnum venaticorum canum gregem paſcentes, & venationi nimium inhiantes, negligunt negotia ſua, ſubditorum & ſata deſtruunt, & labores domeſticos impediunt, pariterq; cum illis depauperantur, & a propriis canibus quaſi devorantur: in quos non male quadrat illud Ducis Wallenſteinii dicterium: *Venator eſt beſtia, ſedens ſuper beſtiam, manu tenens beſtiam, ſecum ducens beſtiam, & inſequens beſtiam.* Eſt, fateor quidem, VENATIO digna nobilis animi a curis relaxatio, ſed ut eam pariter proventus & moderatio comitentur, neceſſe eſt.

VENATIONI ſic vacandum eſt (inquit Philotherus apud Heresbachium in Thereutica pag. 634.) *ne munera publica intermittantur, neve quod*

quod Principibus aut Proceribus voluptati, id proximo fraudi sit & damnosum. Proinde venatoria leges sunt, ne vel blasphemia, vel obscœna committantur, nec denique fructus ladantur. Nempe eo tempore, quo fruges arva tegunt, inducias fera habere debent, præsertim lepores in his latitantes immunitatem sibi vendicant.

Bey allen Jagten (ex Hohbergio hæc scribimus) wären die Regeln/ welche Herr Charles d'Arcuse, Seigneur d'Esparron von der Falconnerie giebt/ billich in acht zu nehmen. 1. Daß man sich fürnehme / es laufffe gleich vor/ was es wolle/ sich nicht zu erzörnen / und dardurch sich und andern an statt des Spasses Unlust zu machen. 2. Daß man nicht auff die Jagt ziehe an Sonn- und Feyer-Tagen / oder auch sonst nie / man habe dann sein Gebet und Gottesdienst vorher verrichtet. 3. Daß man der Früchte auff den Feldern / so viel möglich/ schone / und der armen Leute Fluch nicht auff sich lade.

Quam autem strenui VENATORES etiam sint SILESII Viri Nobiles, quamque animo præsente cum feris decortandi, & dextre illas prosternendi, polleant, multa constat experientia, cujus aliquot etiam exempla memoratu digna lectori recensebimus: *Vixit* (inquit R. P. Zahn inter exempla hominum miræ fortitudinis) *non ita multis abhinc annis in superiore Silesia, sicut recensetur Eph. Germ. Decad. I. Ann. I. obs. 98. Generosus quidam Baro* (Pacinskius hic fuit ex Illustrissima illa Prosapia, quam Comites de Tenczin, ex ea descendentes, hodieque feliciter propagant, & laudabiliter exornant) *tam insignis roboris, ut ferreas equorum soleas, & solidos imperiales sola rumperet manu. Tres homines una vice detineret, binos sub brachiis, & tertium dentibus ipsius vestibus infixis. Idem in VENATIONE equo excussus, dum in terra prostratus jaceret, APRUM ingentis magnitudinis irruentem una manu pilis sub mento arreptis in cursu detinuit; altera vero manu gladio pectori violenter intruso confodit.* (cujus heroici facinoris imagines ante paucos annos in aula Illustrissimi & Reverendissimi D. D. Pacinsky, &c. ad S. Joannem Wratisl. Præpositi, &c. piissimæ memoriæ, spectabantur.) *Quin & jam septuagenarius, cum a militibus invaderetur, duos ex illis uno pugno excepisse dicitur, ut mortuos in terram prosterneret, & se liberaret.* R. P. Balbinus in Miscell. lib. 1. cap. 57 scribit sequentia: *Narravit mihi Vir Nobilis ex equestri Bechiniorum familia multa annis, qui sub Imperio Rudolphi II vixerat, accidisse quodam tempore, ut Imperator animi causa ad Theriotrophium suum accederet, Leones visurus; inter Proceres aula Turcicum Legatum quoque*

adſtitiſſe, qui a Cæſare interrogatus de feris præſentibus, commendarit initio Leonum, *ac cæterarum belluarum magnitudinem, Lyncium ac Panthemrum venuſtatem, mox tamen adjecerit: apud ſuos Turcas id eſſe moris, ut quotieſcunque Cæſari bellua aliqua exhiberentur, ſtatim unum vel alterum e prioribus petere, ut in leonem ſibi liceat pugnare; Rudolphum igitur Cæſarem, quia ſe tangi videbat, Aulicus ſuos circumſpexiſſe, ac continuo quendam ex familia HANNIBALTIORUM (HANWALD illum vocat D. ab Hohberg, & SILESIUM fuiſſe ſcribit lib. 12. Georg. Curioſ.) in medium prodiiſſe, qui a Cæſare petierit, copiam dari ſibi cum illo leone decertandi: facta copia deſcendiſſe in aream ſolo venabulo* (Schwein-Spieß) *armatum: & cum Leo furens in eum faceret impetum, vitato & eluſo agilitate Leonis impetu, latus bellua venabulo hauſiſſe tam felici, nec minus certo ictu, ut momento bellua exſpiraret; at Hannibaltium relicta in vulnere haſta petiiſſe, latus leonis aperiri; quod cum factum eſſet, deprehenſum transfixum eſſe venabulo Leonis Cor; tam erat certa Herois manus! quem collaudatum multis verbis Cæſar, & aurea torque, aliisque præmiis donatum, favore perpetuo ſuper alios deinceps extulerit.* Tertium his addo ex Nobilitate Sileſiaca celeberrimum olim heroem, Sigiſmundum a Noſtitz. Dieſer war ſtarck von Leibes-Gliedern/ (verba ſunt Ephraimi Heermanni in notis ad carmen encomiaſticum Illuſtriſſimæ Familiæ Noſtitzianæ ſcriptum) von ungemeiner Höhe/ fertig mit der Fauſt/ daß ihn alle gefürchtet und verehret/ und König Matthias in Ungarn ihn ſehr hoch geſchätzet/ weil er ſeiner Dienſte bey Breßlau und Wien fruchtbarlich genoſſen. Als dieſer Herr von Noſtitz zu Ofen auff der Burg einsmahls ſpatzieret/ und zu der Löwen Behältnüß kommen/ der Wärter aber/ dem König eine Luſt zu machen/ dem grimmigen Thiere ein Stücke roh Fleiſch vorgeworffen/ hat darauff der König dem von Noſtitz befohlen/ er ſolte zum Beweiß ſeiner Stärcke und Hertzhafftigkeit der Beſtie die Speiſe nehmen. Ob er nun zwar dieſes Anmuthen ausſchlagen können/ hat er doch ſeinen Mißgönſtigen zu trotz dem Befehl nachgelebet/ die Hand mit dem Kleide umhüllet/ iſt mit bloſſem Säbel in das Loch gedrungen/ hat dem Löwen die Speiſe hertzhafft abgenommen/ und ſolche dem Könige überreicht. Darauff zwar groſſes Lob und Beyfall erfolget/ er aber den Hof aus Unmuth und Empfindlichkeit quittiret. Simile quid in Hiſpania contigiſſe Rorarius modo laudatus lib. 1. p. 31. 32 recenſet: *Regnante Ferdinando Catholico Rege, Heliſabeth conjux, æterna memoria digna virago, ad clauſtrum ſeceſſerat, in quo Leones Valentiæ publica impenſa aluntur; inter eas, quæ Reginam*

nam comitabantur, virgines erat adoleſcentula forma egregia, ſed petulans moribus, quam deperibat illius urbis inprimis clarus Emanuel, cui res præclare cœptæ Leonis cognomen poſtea dedit. Ea tranſenna innixa, unde leones ſpectabantur, e chirothecis altenm dimiſit, invitato ad recuperandum amante. Juvenis ſubeunda ignominia metu (& ſunt Hiſpani hujuſmodi qui vitam pro laude paciſcantur) evaginato gladio, lævaque injecto paludamento, cæveam recludi juſſit, in ipſoque veſtibulo genua flectens, recta ad leonem ivit: & porrecta cuſpide chirothecam ſuſtulit, verſaque in leonem facie retrocedens, eundem honorem in limine exhibuit, immoto perſiſtenti, & audaciam viri forte miranti. Ad puellam inde perveniens data chirotheca, malam manu percuſſit, caperet ſcortillum, & memoria teneret non amplius virum morti objicere.

At enimvero primo omnium loco memorandum erat id, quod *V. Cl. Chriſtianus* Gryphius in ſeinem kurtzen Entwurff der geiſt- und weltlichen Ritter-Orden/ part. 2. §. 52. pag. 248. ſeqq. ad æternam ultimi ex Piaſteorum antiquiſſima Familia Ducis memoriam de *Ordine aurei Cervi* ab ipſo inſtituto narravit. Denn im Jahr 1672. den 23 Auguſti ſtifftete dieſer letzte Schleſiſche Piaſtiſche Hertzog/ Herr George Wilhelm/ bey einer Jäger-Luſt im Thier-Garten bey Brieg den Jäger-Orden des goldenen Hirſches/ conferirte ſieben vornehmen Cavalieren/ welche bey dem damahligen Pirſchen und Fällung des erſten Hirſches und Stück Wildes zu gegen geweſen/ das Ordens-Kleinod/ und ſetzte ſie hiermit in die Poſſeſſion aller annectirten prærogativen/ immunitäten und Privilegien. Das Ordens-Kleinod war ein von Gold geſchlagenes Eichen-Blat/ auff deſſen einer Seiten ein Hirſch/ auff der andern ein roth Hertze mit einem weiſſen Creutze geſtanden. Die Zahl derer Ordens-Ritter/ die jährlichen Solennitäten/ und andere ſonderbare Umſtände ſind in denen von Herrn Gryphio beygefügten Statutis ausführlich zu leſen. Commode hoc loco Lectorem monemus, ſæpenumero quo captæ fuerunt aut occiſæ in ditionibus Celſiſſimorum Principum Piaſteorum ejusmodi feræ vel piſces præcipuæ magnitudinis, ad vivum depictas fuiſſe eleganti penicillo, & illarum quam plurimas picturas in aulis Lignicenſi ac Bregenſi hodienum ſpectari, dignas omnino, quarum recenſum inſtituerem, niſi prolixitas nimia vitanda eſſet.

§. 21.

FERARUM uſus varius.

Ex iis quædam in CIBUM idoneæ, ut CERVI, (*a*) APRI, (*b*) CAPREÆ, (*c*) & CAPREOLI, LEPORES, (*d*) quorum carnem primam mattyam Martialis appellat: CUNICULI (*e*) quoque alicubi, ut & SCIURI, (*f*) quos inter delicatiores, ſuavisque ſucci cibos non immerito quidam reponunt, & fuiſſe olim Martialis teſtatur: quædam cibo fere inutiles, conficiendis, exornandisque veſtibus pelles, pilosque ſubminiſtrant, ut LUPI, (*g*) ac VULPES, (*h*) ſed quas tamen Venatores apud Græcos, autumno præſertim, quo carnes illarum, uvis ſcilicet nutritarum, gratiſſimæ palato habentur, eſitare conſuetos Galenus ſcriptum reliquit: MUSTELÆ (*i*) item, HERMELINI, ICTIDES, MARTES, ſive mardures, noërzæ atque MELES, ſive TAXI. (*k*) Haud paucæ etiam alios inſuper uſus in re præſertim medica exſe præbent: cumprimisque qui primo nominati loco, CERVI: quippe cum præter carnem & cutem, ſevum quoque illorum, adeps, pinguedo, medulla, lingua, labia, ſordes oculorum, os de corde, libido, & natura, lachryma, cornua, teſtes, & genitale membrum, plurimum commodi nobis exhibeant, ſola excepta cauda, quæ venenata creditur. Sunt autem hæc omnia præſtantiora, ſi CERVI capti fuerint medio Auguſti usque

usque ad Idus Septembres, hoc eſt: intra duo ſanctiſſimæ Virginis feſta, puta a feſto Aſſumptionis ad Nativitatem usque MARIÆ; uti fidem nobis VENATORES faciunt.

(a) Jacobus Savary Cadomenſis Gallus, vir in venandi ſtudio probe, uti videtur, exercitatus atque peritus, verſu heroico *Venationis cervinæ, capreolinæ, aprugnæ, & lupinæ Leges* Cadomi apud Jo. Cavelier 1659. 4. edidit. Inſcripſit opus ſuum Sereniſſ. Principp. Joanni Carolo Ludovico d'Orleans, Comiti Dunenſi, & Carolo d'Orleans, Comiti a S. Paulo, Normaniæ Proregibus. Præfatiuncula ad lectorem hæc eſt: In Albo Dianæ Leporicidæ, ſeu venationis leporinæ legibus a me non ita pridem *in lucem* editis, & in amicos meos effuſis, ſatis ſuperque verborum *minus* frequentium nomenclatura & elucidatione, venatorum Latinitatis oblivioni ſubveni: ſatis etiam in canum & equorum delectu & in amborum morbis percenſendis, & in curis illis adhibendis immoratus eſſe mihi videor. Si quis novum iſtud opus perlegendo alicubi ceſpitet, nec ſatisfaciat gallica ad marginem poſita interpretatio, ad illud alterum opus recurrat, lucem, ni fallor, non ſolum in verbis, ſed etiam in rebus detecturus. Nullus vero in cervinæ venationis Legibus verborum novitatem vel ornamentorum defectum arguat; veterum in iſtis diſciplinis imperitiam, aut, ſi mavis, illas vulgandi incuriam, & ideo in libris nominum penuriam contempletur, præcipue vero ordinis non violandi noſtram ſollicitudinem, cujus fateor me plus tenacem, quam vatem deceat. Sed hanc artem, Gallis peculiarem, in gentes exteras effundendi, & ideo accuratiſſime & ſimpliciſſime exponendi ſtudio condonet: & ab Exemplis tam Leporinæ quam Cervinæ venationis, quæ alias me daturum polliceor, ea quæ hic deſunt Poeſeos ornamenta expectet. Prolixitatem autem in illis cervinis legibus non condemnabit, ſi ſciverit, me illas adeo ad amuſſim abſolviſſe, ut quæcunque venandi formulæ ab echemytho cane venatico pendent, ut Capreolina, Aprugna, Lupina, & ſi quæ ſunt aliæ, ad illa ſolemnia venatûs Elementa confugiant, quæ alioquin pluries repetita, nauſeam legenti factura fuiſſent. Cæterum capreoli venandi ritum in fine Legum Cervinarum invenies, utpote nullatenus ferme diſſimilem, &c.

Venationis Cervinæ lib. I incipit:

Nos ſatis in leporum, ſatis in certamine vulpis
Experti vires præluſimus, ardua tandem

Ad

Ad famam tentanda via eſt, impervia quamvis
Hactenus, & denſis etiam nunc obſita dumis:
Delicias Procerum, Regum cantare labores,
Leges Cervinæ mens eſt mihi pandere cadis, &c.

Quæ omnia ex Savario excerpta ideo adduximus, quod exemplum ejus libri his in terris rariſſimum, & a pauciſſimis ex noſtratibus viſum aut lectum ſit. Cæterum varias Cervi laudes, ejusque tum ætatem, & qualitatem, tum magnitudinem ex veſtigiis, cornubus, excrementis, aliisque ſignis dignoſcendi rationes, diverſosque venandi modos, tam Lib. Bar. ab Hohberg lib. 12, quam ſupra citatus Eugenius cap. 1. lib. 2 enumerant: ad quos Lectorem, venatûs amantem, remittimus, hic tantum curioſiora & hiſtoriæ Sileſiticæ propiora commemoraturi.

Inprimis autem illud, quod modo dictus Eugenius ex Ariſtotele ſcribit, & Plinio: Nullam FERARUM majoris erga hominem eſſe confidentiæ, quam *Cervum*, utpote qui canibus agitatus ſuum ad homines refugium accipiat; *Cerva* vero, dum parturit, vias quærat publicas, partumque ſuum nuſpiam, quam inter homines, eſſe ſecuriorem exiſtimet.

Et ſane conſtat experientia, multisque exemplis CERVÆ CATULOS manſuefactos non modo inter animalia domeſtica, boves puta, & vaccas permanere, ſed etiam hominum ſocietati adeo aſſuefieri, ut ad inſtar canis menſæ aſſidentem, & in plateas exſpatiantem herum ſuum comitentur.

Cepimus paucos ante annos prope Villam Tſchechnitz, uno atque dimidio milliari Wratislavia diſtantem, CERVULUM, aut hinnulum, ſequenti vero & ſubſequenti duas CERVULAS, qui vaccarum primum lacte, pabuloque enutriti & educati inter boum armenta conſtanter ad paſcua quot diebus exeuntes, & redeuntes curioſitati noſtræ, animique relaxationi, cujus cauſa illuc excurrere ſolemus, frequenter inſervierunt. Curioſus autem fuit CERVÆ manſuefactæ alterius partus (coiverant enim ambæ anno tertio cum Cervo cicure) quarto dein anno ſecutus: cum enim non procul ab armento, cum quo ad paſcua exierat, peperiſſet hinnulum, & poſt partum ad ſeſelin forſan herbam (qua Cervas tam ante quam poſt partum veſci, purgarique ſcribunt Ariſtoteles & Plinius) cucurriſſet, rediens vero fœtum (quem bubulcus interim femoralibus ſuis corpore exutis involutum ad prædium ſecum tulerat) non reperiſſet, perditum

ditum catulum in ſylvis quærendo per biduum oberravit: ſed die tertio ad armentum rediens, bubulcumque (cui panem ſibi ſæpius porrigenti ſingulariter aſſueverat) accedens, & fœtum ſuum ex femoralibus, quibus involutus jam nudius tertius fuerat, odorata, a bubulco ſeparari noluit, donec illam, odore tractam, ſeque intra ſtabulum ſecutam, ad hinnulum perduxerit. Qui tamen cervi poſtea eo ipſo, quod cicures, facilius (an a vicinis, an vero a jaculatoribus furtive Wratislavia exeuntibus, neſcimus) aut glande plumbea trajecti, aut alia ratione capti, aut nimium agitati ad genuinam redeuntes feritatem, cum armentis ad prædium amplius non ſunt reverſi, omnem induſtriam, curam ſexennem, lactisque copiam, qua conſtabat educatio, ſimulque ſpem noſtram carne eorum delicata aliquando veſcendi omnino fruſtrantes.

CERVIS, cum tam pilis, quam toto filo corporis mire placeant, *jam olim* Veteres fuere multum delectati; proinde CERVOS, & Hinnulos, inquit Bochartus P. 1. lib. 3. cap. 18, *ferasque alias congeneres, olim in more fuit, non ſolum alere ſummo ſtudio, ſed & lavare, & pectere, ſertisque ornare, aut torquibus & monilibus.* Hinc Virgil. lib. 7. Æneid. de CERVO Sylviæ:

CERVUS erat forma præſtanti, & cornibus ingens &c.
Aſſuetum imperiis ſoror omni Sylvia cura
Mollibus intexens ornabat cornua ſertis,
Pectebatque feram, puroque in fonte lavabat.

Plura hujuſmodi habet Ovidius in Metamorph. lib. 10. Fab. 3. aliique apud dictum Bochartum.

Die jungen erſt geſetzten Hirſchen/ (ex Hohbergio in gratiam novitiorum venatorum hæc ſubnectimus) wann es Männlein ſeynd/ werden Hirſch-Kälber/ die Weiblein aber Wild-Kälber genennet. Haben erſtlich über den Rücken viel Flecken: Liegen die erſten 4 oder 5 Tage unter einem dicken Gebüſche/ oder unter einem umgefallenen Baum; Wann ein Fuchs oder Hund kommet/ ſchreyen ſie nach der Mutter: Welche/ wann ſie es höret/ herbey trabet/ und mit den vordern Läuffen ſolche/ ſo viel möglich/ abwehret. Wann man ſie klein ſchneiden läſſet/ wächſet ihnen/ wann ſie groß werden/ kein Geweihe/ ſondern bleiben Waffen-loß. Im andern Jahr fängt ihnen an ein kleiner Spitz zu wachſen. Im dritten Jahr aber kommen die Augen-Sproſſen und werden alsdann Spieß-Hirſchen genannt/ müſſen aber in der Brunſt-Zeit noch zurück bleiben/ weil ſie die alten Hirſchen ſehr verfolgen. Wann ſie die Stangen ſtär-

cker auffſetzen/ werden ſie jagbar genannt. Das Geweihe werffen ſie jährlich ab: Werden ſie aber geſchnitten / wann ſie das Geweih ſchon haben/ werffen ſie es nimmer ab. An dem Geweih wird ihr Alter erkennet/ dahero werden ſie zehner/ zwölffer ꝛc. genannt/ allzeit von der gleichen Zahl/ ob ſie ſchon zu zeiten auff dem einen Geweihe um einen Zincken oder Aſt weniger haben. Wann das Geweihe wieder anfänget zu wachſen (welches die Jäger-Kolben heiſſen/und die rauhe Haut das Baſt) und ſie etwan einer Hand breit lang werden / ſind ſie weich und mit einer rauhen Haut überzogen/ das wird/ wann ein Hirſch gefället wird/ in kleine dünne Scheiblein geſchnitten/oder klein gehackt mit Gewürtz und Butter gekocht/ und für ein fürtrefflich geſundes Herren-Eſſen gehalten.

Ein jägbarer Hirſch/ wann er ſacht vor ſich weggehet / ſo ſchlebet er hinten mit den Ballen etwas vorwerts zu / er hält dann die Schalen fein enge zuſammen/ und wann er dieſelben alſo zuſammen ſchleuſt/ daß ſchier nichts von der Erden in die Höhe gehet / als nur wie ein Faden / das heiſt man das Zwingen/welches ein Strück Wild nicht thun kan. Sommers-Zeit iſt die Loſung ohngefähr als ein Groſchen breit/ und ſo dick als eine kleine Bohne/und je fetter der Hirſch wird/deſto fetter iſt die Loſung/ und gleiſſet an der Sonne/ als wann ſie mit Oel begoſſen wäre. Ihr Geſchrey wird Brüllen oder Kören genennet / bey den Lateinern Rancere.

CERVINÆ carnis eſu febres amoveri ſcribunt Plinius & Solinus: licet Galenus & Aëtius aſſerant, eamdem generare ſuccum vitioſum & concoctu difficilem. Quod Bochartus æſtate inprimis fieri judicat, dum ſerpentibus curantur. Nos Ariſtoteli credimus, quod, cum in libidinis æſtu ſunt, carnes eorum malæ & fœtidæ ſint, perinde ac hircorum.

Die Brunſt aber fänget an im Septembri: und glauben unſere Weid-Leute/ wann der Hirſch bey ſchönem Wetter die Brunſt anfange / ſo währe ſolches beſtändig biß zu dem Ende/welches 6/7 oder 8 Wochen währet/ und ſagen: Wie der Hirſch in die Brunſt gehet / ſo gehet er wieder heraus. Ita Hohbergius.

In Octobri, inquit P. Balbinus in Miſcell. lib. 1. c. 58, *jaculari Cervos inutile habetur, quod eorum pellis & caro luxuria verminet. Intempeſtive, & pari crudelitate in fœmellas fœtum, ac in mares, venando qui ſævit, cum non VENATOREM, ſed CARNIFICEM, & LANIATOREM appellant.*

Cæterum

Cæterum optandum eſſet, ut æquiſſimæ Sacræ Cæſareæ Majeſtatis ſatisfieret voluntati, qua omnem illicitam tam Cervorum, quam aliarum ferarum, venationem non prohiberi tantum, ſed puniri quoque juſtiſſime cupit, prout ex ſequentium tenore colligitur:

Extract aus des Käyſerl. Fürſten-Tags Propoſitionen/ ſub dato Wien den 10 Januarii 1702.

WIr haben zwar allergnädigſt anbefohlen / daß in Unſerm Hertzogthum Schleſien wegen der Straſſen und Wege Beſſerung das gehörige beobachtet / und die Landes-Inwohner zu deren reparirung ſub pœna angehalten werden ſollen; Unterdeſſen Wir aber vernehmen müſſen/ daß dieſe Unſer allergnädigſte reſolution nicht allerdings allerunterthänigſt befolget werde; und Wir derſelben ad amuſſim nachgelebet allergnädigſt wiſſen wollen; auch vorkommet / ſamt das unbefugte Jagen/ Hetzen und Schieſſen daſelbſt im Lande ſehr im Schwange herumer gehe und verübet werde/ welches/ als eine unzuläßige Sache/ nothwendig abzuſtellen iſt. Als werden Unſer Käyſerl. und Königl. Fürſtentags-Commiſſarii dieſe beyde paſſus dahin anzutragen ihnen angelegen ſeyn laſſen/ daß durch Erfriſchung der Patenten ſo wohl die Straſſen und Wege ordentlich gehalten / und dieſelbe von ieden Orts Inwohnern gehörig repariret/ als auch zugleich das unbefugte Jagen/ Hetzen und Schieſſen verboten/ und die Ubertreter mit fiſcaliſcher Beſtraffung irremiſſibiliter angeſehen werden.

(*b*) APRORUM Venatum laudatus Eugenius vocat periculoſum, & ſolum dignum Principibus, utpote homines, arma, canes, & alia requiſita habentibus. Tempus, quo horum venatio inſtituenda, a medio Septembri usque ad Decembrem, quo coire incipiunt, ſtatuit: in Aprili vero & Majo APROS, ob ſanguinem magis efferveſcentem, & copioſiorem humorem in cerebrum effluxum, dormire profundius, & deprehendi facilius, Autor ille perhibet. Signa deinde deſcribit, e quibus Venator, qualis ſit APER? quotque annorum? an mas? an fœmina? ſcire poſſit.

Cum autem noſtra memoria factum ſit, ut vicinus vicini ſui PORCUM domeſticum in querceto errantem, FERUM aut APRUM exiſtimans lepido auſu plumbo impetierit, atque mactaverit, meritoque propterea riſu vexatus fuerit: hinc aliquas APRUM inter & PORCUM

domeſticum differentias ex Eugenio ponimus; quas ex veſtigiis inprimis colligendas eſſe inſinuat, eo quod APER, dum currit, pedibus poſterioribus communiter veſtigia pedum anteriorum tranſgrediatur, & anteriorem pedis partem, aut ungues, profundius, quam poſteriorem ſeu calcem, terræ imprimat, nec non prædictos ungues clauſos, ſeu conjunctos in veſtigiis exprimat; PORCUS vero domeſticus anteriorem pedis partem, ſeu ungulam, aut ungues magis apertos, fiſſos, ſeu diviſos oſtendat, profundius calcem, quam ungues, imprimat, pedibusque ſuis poſterioribus anteriorum veſtigia nunquam tranſgrediatur; nec plantis nimium carnoſis pedis formam tam diſtincte explicet, quam APER ſuis plantis. Præterea dentibus ſuis, quos APER habet longiores, fodit profundius, & ad agrum ſeminatum veniens linea quaſi recta longitudinem ſulci percurrit terram olfaciens: cum domeſticus nec proſcindat tam profunde, nec in agro rectum ſequatur ſulcum, ſed actus tranſverſus jam in uno, jam in altero loco humum odoretur, & rumpat. Adde, quod APRI, frumentum incurrentes, illud omnino depaſcantur, non item domeſtici: nec ſicut iſti, illi fiant ſcabioſi aut leproſi.

Apros *nigras*, Cervos vero *rubras* Feras vocamus.

Diſtinctionem inter marem & fœminam pro Venatoribus rurſum ex Hohbergii lib. 12. cap. 64 apponimus: Die Schweine haben ihre Spur gröſſer und mehr geſchloſſen / als die Säue / ſonderlich wann dieſe trächtig und ſchwer ſeynd / ſo ſpalten ſie die Schalen ziemlich von einander. Das Schwein ſchreyet nicht / wann ihm ſchon ein Fang gegeben wird / aber wohl die Bachen oder Säue / ſo Junge haben. Die Schweine ſeynd am grimmigſten in der Brunſt-Zeit / die Säue aber / wenn ſie Junge haben. Ihre Jungen ſetzen dieſe meiſtens im April: Wann die Bache etwas vernimt / ſchnaubt oder grunzet ſie / da fahren die Färckel augenblicklich unter die dicken Sträucher / ins Graß und alte Laub / liegen gantz ſtill / biß die Alte auffhöret. Wenn man ſie findet / muß man ihnen den Mund zuhalten / daß ſie nicht ſchreyen / ſonſt wird die Bache den Räuber mit groſſer Ungeſtümigkeit überfallen / und wohl gar zu Boden ſtoſſen. Sie bleiben gemeiniglich bey der Mutter / biß ſelbte übers Jahr wieder Junge wirfft. Im dritten Jahre werden die Schweine Bärenkeyler / und im vierdten angehende Schweine genannt. Im fünfften Jahr nennet man ſie allererſt hauende Schweine. Um Martini fängt ihre Brunſt an / und währet etwan 4 oder 5 Wochen. Eine Bache träget 20 Wochen / und ſetzet die Jungen zwiſchen Oſtern und Pfingſten.

Wann

Wann ſie mit einander ſtreiten / und werden eines Wolffs gewahr / vereinigen ſie ſich alſobald dem gemeinen Feind Widerſtand zu thun: in welchem Fall ſie viel Politicos übertreffen. Ein groſſes Schwein läſſet ſich in ſeinem Lager unerſchrocken anbellen; ehe es auffbricht / wirfft es den Rüſſel heraus / höret / was da ſey / und wann Gefahr verhanden / ſucht es Gewalt mit Gewalt zu vertreiben.

Wann ſie gebohren werden / bringen ſie alle ihre Zähne mit / die vier werden eigentlich ihre Waffen genennet / darvon ſie mit den Unterſten am ſchärffeſten verletzen / die Obigen dienen nur die Untern zu wetzen: welches wetzen geſchicht / da es zornig iſt / und ſich zum Streit fertig machet / ſecundum illud Virgilii:

- - - *dentesq; Sabellicus exacuit ſus,*
Et pedibus ſubigit ternam, fricat arbore coſtas,
Atq; hinc, atq; illinc humeros ad vulnera durat.

Anno 1554. iſt zu Zechelin ein Schwein gefället worden / hat gewogen 5 Centner.

Anno 1579. iſt ein wild Schwein gantz weiß mit ſchwartzen Flecken zu Reiersdorff im Lande zu Francken durch den Durchl. Hochgebohrnen Fürſten / Herrn George Friedrich / Marggraffen zu Brandenburg / gefället worden / welches Ihro Fürſtlichen Gnaden hart beſchädiget / und zweene Bauren gantz lahm geſchlagen hat. Beyde Gemählde ſind im Hochfürſtlichen Briegiſchen Hofe zu ſehen.

(c) CAPREOLI ſive CAPREÆ, quod quandam capræ ſimilitudinem habeant, vel a carpendis virgultis. Paſſim in ſylvis Sileſiæ capiuntur, ut Cervi, eorumque caro, ut cervina, paratur.

(d) Bochartus in opere ſuo doctiſſimo de S. Scripturæ animalibus, LEPOREM a Moyſe immundis annumeratum fuiſſe putat, quod ſecundum Galenum, Aëtium, & alios Medicorum Principes craſſum ſanguinem gignat, & melancholicum. Et ideo forſan Papa Zacharias ad Bonifacium epiſtola 12 Chriſtianos admonet, ut ab ejus uſu ſibi caveant. Sed ex Patrum ſententia (inquit citatus Bochartus) Legislator id potiſſimum reſpexit, quod lepus ſit animal valde proclive in libidinem. Vide Philoſophum lib. 4 de Generatione Animal. cap. 5 ſub finem. Alii ratione ambigui ſexus, alii timiditatis nomine LEPOREM reum peragunt. Vide S. Auguſt. in Pſ. 103. & Spencerum de Legibus Hebræorum.

Sunt tamen apud Martialem lib. 5. epigr. 30 & in Lampridii Severo, qui LEPORIS eſum commendant, quaſi ſæpe utentibus pulchritudi-

nem conciliet; ſed ſtultam hanc ſententiam non alia de cauſa puto apud vulgus invaluiſſe, quam quia ad leporis nomen alludit Lepos Lepóris ſecunda longa. Ut ut ſe res habeat, plane delirat Plutarchus in Sympoſiacῶ lib. 4. quæſt. 5, cum Judæos ſibi fingit ab eſu leporis non ideo abſtinuiſſe, quod immundum eſſe crederent, ſed quia toto habitu corporis lepus eſt aſino ſimilis, qui apud illos ſcilicet in magno honore fuerit, ut qui quondam ſitientibus monſtraverit aquæ fontem. Sed putidiſſimum hoc commentum, in Judaicæ gentis & religionis contumeliam ab Ethnicis prave confictum, docti jam pridem exploſerunt.

LEPUS (inquit Eugenius Breſcianus) animalium omnium infeliciſſimum, hoſtes habet non homines duntaxat, ſed & aves, & omnes ferme feras alias, ſibi inſidiantes.

Veriſſimum eſt, quod ex ore Virorum fide digniſſimorum habeo, quod ſub finem anni præterlapſi in villa Süßwinckel ad D. D. Canonicos Regulares in Arena Wratisl. ſpectante lepidum cum LEPORE exhibitum fuit ſpectaculum: LEPUS nimirum in campo a Gallinis Indicis ſeu Calecutenſibus fortuito circumdatus, & adeo ab earum explicatis alis, ſtreperis pennis, roſtris ad iracundiam formatis, territus fuit, ut animum fuga ſibi conſulendi non habuerit, ſed formidine tremulus ab adveniente villico facile mactari potuerit. Id quod occaſionem nobis præbuit verſui Virgiliano:

Et canibus leporem, canibus venabere damas,

ſubſcribendi ſequentem:

Gallinis leporem, canibus venabere damas.

Vel:

Gallinis lepores: Gallis venare lepóres.

Incidit mihi hic illud, quod Hohbergius lib. 12. cap. 36 narrat von der Aaß-Jägeren/ und unweidmänniſchem Jagen: Als ich vor vielen Jahren/ ſpricht er/ in Ungarn auff der Reiſe vor einem Wein-Garten geritten/ und darinnen 20 oder mehr Ungriſche Studenten in einem Creiß erſtlich weit/ hernach immer näher zuſammen gehend/ und mit ihren langen manteen und Mänteln wächlend gefunden/ bin ich halten blieben/ hab ihnen zugeſehen/ und endlich wahrgenommen/ daß ſie einen Haſen in der Mitten gehabt/ den ſie endlich ſo gar in einen engen Zirckel gebracht/ daß ihn einer aus ihnen mit ſeinem Mantel überdecket und gefangen; Dieſes/ ſagten ſie/ würde von ihnen offt practiciret.

Veteres ab Annunciationis feſto Virgineo (ſcribit P. Balbinus lib. 1. c. 58.)

c. 58.) *usque ad S. Bartholomæum* LEPORES *venari probrosum putarunt, eo quod tunc fœtum occupentur, & propter fœtum noxium esset; idque olim Edicto comitiorum, cum bona leges vigerent, vetabatur; Nobilius habetur,* LEPORES *& fere omnes feras cateras canibus, quam retibus, acquirere. Non semel votum Nobilitatis audivi, si per Regem statui posset omnia retia prohiberi, & exuri! sed istud de voluptate, ex venatione quæsita, intelligi debet; cæteroquin iidem probant, si fundi & sylvarum, & nemorum Dominus, certis & statis temporibus retibus venetur, idque omnibus per Bohemiam fundorum Dominis est concessum; in Regiis silvis & fundis venari, & jaculari, pene capitale legibus censetur.*

Quia de venatione agimus, narrabo hoc loco rem mirum, & incredibilem prorsus, nisi ab hominibus Religiosis, & oculatis testibus accepissem: Clatovienſi Societatis JESU *Collegio attributus est pagus Sstiepanovicz nomine, venatio felix ibi, præcipue leporum, habetur, Venator insuper alebatur Collegii sumptibus, qui venaturam ordinaret, &, si quid jaculatione obtineret, in Collegium deferret. Forte ita venit, ut mane summo in agros leporum gratia exiret, excitatus est Lepus grandis, qui fugiens, nescio, quid tergo ferre videbatur; id cum semel, iterumque Venator vidisset, rei nova desiderio, & Leporis capiendi, canes secum adduxit, iterum excitari leporem contigit, fugit canibus insequentibus Lepus, & cursu fessus in humum sese abjicit, atque ad fugam velut Antæus promptior evadit. Nihil aliud Venator esse crediderat, quam Dæmonum ludibrium; rem totam postea comperit, cum campi & silvæ retibus captus est lepus (monstrum leporis) fratrem in dorso ferens, qui separari & avelli, in utero Matris conjunctus, non poterat; ergo & pastum & potum corpore in uno colligati fratres sic dispensabant, ut modo hic, modo ille pasceretur, modo ille, modo iste biberet, cumque hostes timerentur, quantum posset, fugiebat, qui terram tangebat, postea fessus in tergum resupinus fratri integro fugam tradebat prosequendam. Res, ut dixi, incredibilis videretur, nisi in eam rem testes religiosos haberem, qui tum Clatoviæ in Collegio versabantur.*

Leporis præparandi rationem apud Athenæum lib. 9. pag. m. 399. *Archestratus ingeniosus variorum obsoniorum enarrator*, ut eum cit. Autor nuncupat, describit:

Præparandi Leporis multi sunt modi,
Multæque rationes, sed omnium longe optimus hic modus est:
Si esurientibus convivis singulis apponas assam carnem,
Calentem prorsus, nihil unctam, raptam e veru,

Non-

Nonnihil ſubcruentam, nec vero faſtidium moveat.
Saniem e carne ſtillantem ſi aſpicies, ſed avidius eo comede:
Alia quidem mea ſententia omnino ſupervacua ſunt
Præparationes, ſordium conſperſiones, caſei additamenta,
Olei perfuſiones nimiæ, quæ fiunt ab iis, qui tanquam feli hæc præparant.

Lepidum ſane cum ſanie leporem apponit hic Athenæus aut ipſius Archiſtratus, quem ſibi aut canibus ſuis retineat, maxime *ſi nihil unctum* (oleo, butyro, larido perfuſum) nec *ſordibus* (ſic per contemptum condimenta vocat) *conſperſum* velit.

Nos Leporem Romanis mattyam primam, Athenienſibus τὸ πάντα λαγῶα, πάντ' ἀγαθὰ καὶ μεγιστὴν τρυφὴν, bona omnia, luxumque maximum fuiſſe concedimus quidem, dubii tamen, quin ab Archiſtrato Athenæi præparatum probaſſent. Nobis etiam in deliciis, & in ſplendidis epulis apponitur, ſi lardi ligulis, & Roſmarino, ſeu Cinnamomo, & caryophyll. transfixus aſſetur, vel in jure nigro cum liquamine ex aceto, ſanguine proprio, lardo, pipere, caryophyllis elixetur.

Præferuntur Lepuſculi, ſeu juniores.

Verum nimius (ait D. Schwenckfeld in Quadrupedibus Sileſiæ) ac frequens ejus eſus obſtructiones hepati ac ſpleni efficit, pulmonique nocet, multa movet ſomnia, eaque triſtia, & immodicis torquet vigiliis. Iis, qui corpus exſiccare volunt, utilis. Prodeſt phlegmaticis & obeſis corporibus, urinam proritat, & alvum cohibet. Melancholicis minus ſalubris. Confert dyſentericis aſſatus. Quibus tamen moderni medici vix aſſenſum præbent.

(*e*) *Gaudet in effoſſis habitare* CUNICULUS *antris*; inquit Martialis. Leporum genus eſt. Hinc Varro de Re Ruſtica libri tertii cap. 12: *Tertii generis eſt, quod in Hiſpania naſcitur, ſimile noſtro lepori ex quadam parte, ſed humile, quem* CUNICULUM *appellant.*

Caro horum dulcis, candida, ori grata, melior & facilior leporina, ſtomacho utilis, Schwenckfeldio. An vere, judicium eſto penes Medicos.

(*f*) SCIURUS Græce σκίουρος, ἀπὸ τῆς σκιᾶς, καὶ τῆς οὐρᾶς, id eſt: ab umbra caudæ dicitur, eo quod cauda, ejusque umbra tegatur. Vide Plin. l. 8. c. 8. Caro competit imbecillibus, & qui fluxionibus moleſtantur.

(*g*) De LUPO vide §. 6.

(*h*) VUL-

(*b*) VULPES animal παμφάγον: ſcribit enim Ariſtoteles Politicorum libri primi cap. 8, *Ferarum alias carne reliquorum animalium, alias fructibus, alias omni alimento veſci*, id eſt, tam carne, quam fructibus, ut VULPES.

VULPIUM carnibus, ait Galenus de alimentorum facultatibus lib. 3. cap. 2, *autumno utuntur venatores, qui apud nos ſunt, quia tum uvarum eſu pinguescunt.* Delectatur enim VULPES, & inſidiatur uvis, hinc Cant. 2: *Capite nobis VULPES parvulas, quæ demoliuntur vineas.* Huc refer fabulam de VULPE, & Uva, quam Phædrus his verbis expreſſit:

Fame coacta VULPES alta in vinea
Uvam adpetebat, ſummis ſaliens viribus,
Quam tangere ut non potuit, diſcedens ait:
Nondum matura eſt, nolo acerbam ſumere.

Hinc Germanicum proverbium: Sie ſind gar ſauer.

Aliud proverbium: Der Fuchs weiß mehr als ein Loch. Inde ſuam trahit originem, quod, ut Oppianus ſcribit, *callida habitat intimis in foveis, ſeptem portarum aperiens domos, perfonatosque nidos procul a ſe invicem, ne ipſam venatores circa oſtium in laqueum conjiciant.* Nimirum latibulo ſuo plura facit oſtia, ut, ſi unum obſtruatur, per aliud exeat.

Venationem VULPIS quod attinet, difficilis eſt, ut non immerito mirentur multi, qua ratione Samſon, uti Jud. 15 ſcribitur, trecentas illas VULPES, quas in Philiſtæorum ſegetes & vineas dimiſit, tam cito capere potuerit, de quo Bochartus conſulatur. Sed, licet Oppianus lib. 4 Venationum in fine putet, *VULPEM neque inſidiis capi poſſe, neque laqueis, neque retibus, eo quod aſtu valeat ad animadvertendum; valeat quoque ad funes diſſecandos, & nexus diſſolvendos, & vafris dolis ad evadendum a morte.* Et inde ſenarius vetus legatur apud Suidam:

Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ.
Vulpes vetula laqueo non capitur.

Attamen frequenter illas capere tam pelliones, quam Venatores apprime ſciunt. Neque enim ſemper retia frangunt, quæ ad illorum venationem multi non inutiliter adhibent. Hinc Martialis lib. 10. Epigr. 37 ad Maternum:

Hic olidam clamoſus ages in retia vulpem.

Sæpe etiam canum præda ſunt, Oppiano & experientia teſtibus. Quin

apud Ælianum Indi milvos, & aquilas ad id inſtitutos habent, qui captas Vulpes dominis afferant.

Cæterum VULPIS VAFRITIES apud Autores varia legitur. Ut veſparum favos comedat, ad veſpetum primum accedit, averſa metu aculeorum & veſparum impetum cauda excipit, quæ propter hirſutiem illorum aculeis eſt inacceſſa, & caudam veſpis onuſtam petræ aut arbori illidens multas necat. Qua arte uſa aliquoties, donec omnes interemerit, favos impune invadit. Ælianus lib. 4. c. 89. & ejusdem lib. 6. cap. 24. Cauda tanquam hamo in aquas immiſſa, venatur piſciculos, & pilis ſuis implicitos repente trahit. Hinc contigit in Sileſia etiam memoria noſtra non procul Wratislavia, ut, dum aſtuta hæc piſcatrix in hyeme ſuper glacie in aperto quodam loco piloſum ſuum immitteret hamum, ars arte deluderetur: nam VULPES, quæ Lupi terreſtris non ſemper effugit inſidias, hic etiam in prædam ceſſit Lupi Aquatici, aut magni cujusdam Lucii: hic enim caudæ vulpinæ dentes tam profunde infixit, ut a VULPE quidem extractus fuerit, illam tamen adeo retinuerit, aut in fuga ſufflaminaverit, ut utique tam Lucius, quam Vulpes, accurrentis ruſtici præda facti fuerint: ut ſic inter duos quaſi litigantes tertius feliciter, atque non inaniter, & piſcaretur in aëre, & venaretur in aqua.

Ad aſtutiam porro vulpinam pertinet, quod Erinaceum ejus metu in orbem ſe contrahentem, & ſpinis ſe tuentem, ſupinum evertat, ut ventrem invadat, aut in os immingat, & ſuffocet, ut rurſus ex Æliano Alkazuinius. Item quod, cum pediculi in eo procreantur, goſſipium aut lanam in ore ſumat, & ſuper aquas conſtituens, in illas paulatim deſcendat, donec pediculi in illam lanam congregentur, quam deinde relinquens liber quieſcit. Alkaz.

Narnbo & aliam (inquit P. Balbinus l. 1. c. 51. in Miſcell.) *quæ in leporum Venatu cum aſtuta VULPE contigit, hiſtoriam. Cinxemmus magnam ſylvæ partem ad Koſtelicium: ad primam canum concurſitationem lepores in retia coacti hæſerunt non pauci, VULPEM quoque vidimus excitatam, currentem cum canibus, imo, ut ſolet, etiam latrantem audivimus, neque tamen indagine ulla inventa eſt, neque, quo deveniſſet, ullus dicere potuit; ergo viritim retiarii, ſeu retibus cuſtodes appoſiti monentur, VULPEM obſervarent, cinctam & clauſam eſſe, & necdum evaſiſſe; denuo ad indagandum canes impelluntur, totum quidquid retibus concluſum erat, clamore, verberibus, canum diſcurſu & latratu completur, VULPES nusquam apparet; erat piſcina modica, qua eadem indagine concluſa erat,*

ego

ego aggerem (ſi forte foveas & latebras haberet) accedo, & ecce aliquid exſtare ex aquis video, (anatem ſylveſtrem credebam) ac Venatori celebri oſtendo; is ſtatim, ut eruditos in iis rebus oculos habebat, mi Pater, inquit, anas eſt quadrupes; ſimul bombarda genas limat, & VULPIS caput globulo trajicit; Canis ſecutus illum, VULPEM mortuam e piſcina extulit. Nimirum VULPES aſtuta, ut lateret, piſcinam ingreſſa, ſtabat in vado & aquis ſeſe texerat, uno tantum, ut ſpirare poſſet, ore exſtante.

Fallax VULPECULA gannit.

VULPIBUS abundant montani tractus Sileſiæ noſtræ; inquit Schwenckfeld: qui VULPES quoque nonnullas Sileſiæ CRUCIGERAS Creutz-Füchſe oder Brand-Füchſe) nuncupat: hæc ab aliis differt, quod lineam nigri coloris habeat, quæ ſecundum longitudinem a roſtro per verticem, tergum ad caudam usque, extenditur. Inſuper guttur Cruce alba inſignitur.

Obiter hic mihi in memoriam venit libellus de aſtutia & vafritie *Vulpeculæ Reinikes*, oder vom Reinicke Fuchs / welches von Nicolao Baumanno Jülichiſchen / nachgehends Meckelburgiſchen Secretario in Holländiſchen Reimen geſchrieben / und Anno 1522 zu erſt ediret / bald aber in Frantzöſiſche / Hochdeutſche / Lateiniſche / Schwediſche und Däniſche Sprache überſetzet / und iederzeit vor einen Begriff der gröſten Hof-Politic gehalten worden. In der Vorrede des Deutſchen Froſchmeußlers / in Riſtens Monats-Geſprächen menſe Febr. pag. 192. ſeqq. und in Hn. Morhofii Buche von der Deutſchen Sprache und Poeſie part. 2. cap. 7. pag. 366 -- 372 iſt von dieſem Buche und ſeinem Autore ein mehres zu leſen.

(*i*) MUSTELA animal mure majus & validius, eique tam infenſum, quam felis. Hinc Iſidorus Originum lib. 12. c. 3. *ſerpentes etiam, muresque muſtela perſequitur. Muſtelarum*, inquit Plinius lib. 29. c. 4, *duo genera ſunt*, alterum ſilveſtre, alterum quod in domibus noſtris oberrat. *Diſtant* magnitudine: illud Græci vocant Ictides. Gloſſatores Talmudici varias de hoc animalculo ſcribunt hiſtorias, vel potius fabulas. Primo, quod pueros ſtrangulet: hinc illud in Aggada de juvene quodam, qui cum puellæ cuidam fidem ſuam obſtringeret, fore ut eam duceret in uxorem: Quis erit teſtis? inquit illa, ibi autem erant puteus & chulda (MUSTELA:) & dixit juvenis: Puteus & chulda rei geſtæ teſtes erunt. Sed poſt aliquot dies is idem violata fide aliam duxit, ex qua cum peperiſſet duos filios, horum unus in puteum dilapſus exſpiravit,

alter a Chulda, ſeu muſtela morſus obiit. Tum ab uxore interrogatus, quamobrem ambo filii violenta morte obiiſſent? narravit illi, quomodo res ſe haberet. Secundo, quod licet omne aliorum animalium genus, quod in terra eſt, etiam ſit in mari, ſola Chulda ſeu muſtela excepta. Quod ne putetur dici gratis, en bellam hiſtoriolam, quam ex Rabbinorum ſcriptis profert Buxtorfius: Comitia fuerunt Principum mundi de adminiſtratione recta: Princeps maris conqueſtus eſt, ſe non habere ſubditos ſufficientes: permiſſum ipſi proinde fuit, ut ex terra peteret plures, modo de alimento provideret. Conjicit omnia animalia terreſtria in mare cum mandato, ut illic quoque ſuam ſpeciem propagarent. Factum eſt: unde dicitur omnia animalia terreſtria eſſe quoque in mari, niſi quod quædam in monſtroſam formam converſa ſint. Ad muſtelam cum perveniſſet, ea in littore ſtans dixit Principi maris: Quorſum me denuo in mare projicies? nunquid vides me in mari jam eſſe? Id autem dixit effigiem ſuam in mari oſtendens. Princeps contentus MUSTELAM dimiſit. Hinc dicunt Talmudici, omnia terreſtria in mari eſſe præter MUSTELAM, quæ aſtutia ſua evaſit.

Sed oſtendiſſem ego Talmudicis piſces, qui ob ſimilitudinem, quam cum MUSTELA habent, etiam ejus nomine gaudeant: ſic enim piſces, quos lingua noſtra Abl-Ruppen vocamus, apud Latinos *MUSTELÆ Aquaticæ* audiunt.

Vide plura de MUSTELA apud Bochartum, apud quem, dum fuſius de illa tractat,

Maxima de nihilo naſcitur hiſtoria.

Muſtela domeſtica ruſticis grata eſt, quia mures capit. Eſt tamen etiam gallinis infeſta, & ova abſorbet. Agricolæ noſtrates ex obſervatione affirmant, ſylveſtrem Muſtelam poſt decennium albeſcere.

(*k*) TAXUS, latine MELIS, in variis Sileſiæ locis habitat, & capitur.

MARTES duplices, Fagorum, & Abietum, inquit Georgius Agricola: Buch- und Tannen-Marder. Sed Martes quoque ſaxatiles, ſeu domeſticos, item Fichten-Marder / quæ in piceaſtris degunt, numerat Schwenckfeldius inter quadrupedes Sileſiæ.

CATUS domeſticus, quaſi Cautus a ſolertia & aſtutia in capiendis muribus. Felis, Feles, etiam dicitur.

CATOS ſylveſtres in montibus & ſylvis noſtris capimus aliquando retibus leporibus tenſis, frequenter bombardarum globis impetuntur.

Caro

Caro mollis & humida, qua quidam in cibo utuntur, capite & cauda abſciſſis. Pellis mollis paratur a pellionibus ad calefaciendum ventriculum frigidum, appetitumque excitandum, inſtar ſcuti ſtomachici, verum oculos debiliores offendit, ſi vulgo receptis ſententiis tuto credere licet.

§. 3.

Animalia AMPHIBIA quæ, & qualia in Sileſia?

Sed neque fas indictos præterire (*a*) LUTRAS & CASTORES, ſive FIBROS, (qui & CANES PONTICI) AMPHIBIA, hoc eſt, Ancipitia, *duplicis* vitæ, duobus adſueta elementis animalia. De quibus notum illud Solini: *Per univerſum Pontum FIBER plurimus, qui alio vocabulo dicitur CASTOR.* Figura illorum plane quadrupedum eſt, cauda vero piſcium in modum tota ſquamoſa, pedes poſteriores anſerum inſtar, ut facilius natare poſſint. Altera ſui parte extra aquas, altera in aquis fere verſantur. Itaque circa ripas cubicula variis contignationibus aptiſſime contabulata & diſtincta conſtruunt, ac pro aquæ vel incremento vel decremento domicilium mutant: ita ut cauda natante reliquum corpus in ſicco maneat. In proſternendis arboribus, ut nimirum in aquam prolapſæ foliis & ramis bene obductis piſces alliciant, quos capiant ac devorent, mirâ utuntur ſolertia; quoties enim dentibus ſuis ictum inflixere arbori, toties ab eadem procurrunt viſum, an nutet, an ruinam minetur, ne forte ab ea opprimantur. Ubi nihil periculi eſſe vident, arbore

adhuc firma plagam repetunt, dum ea tandem prolabatur. Capiuntur autem non propter pellem modo, quæ ad fimbrias veſtimentorum hibernarum adhibentur, aut pilos, e quibus pilei fiunt nobiliſſimi, ſed & propter caudam, (*b*) qua veſcimur, nec non teſtes. Adverſus convulſiones, omniaque nervorum vitia prodeſſe apud Dioſcoridem legas lib. 2. c. 16, ubi & alia eorum remedia tradit. Tantusque in medicamentis uſus compulit Archigenem, ut integrum de iis volumen conderet. Præſtare inter alia dicuntur, drachmæ unius pondere ex aqua ſumpti adverſus ſerpentum morſus: id quod alii tribuunt iisdem partibus Hippopotami. Oribaſius dicit eſſe accommodatiſſimos iis, qui ex plenitudine convelluntur, & tremunt. Ægineta movere menſes, & ſecundas à partu morantes expellere, ipſiusque cerebri adfectibus mirifice conferre. Quod vero feruntur CASTORES a Venatoribus adpetiti avulſis teſtibus ſe redimere ſolere: quo quidem præter Plinium, Apulejum, Ælianum, Iſidorum, alios, Juvenalis quoque alluſit ſatyra XII:

- - - Imitatus Caſtora, qui ſe
Eunuchum ipſe facit cupiens evadere damno
Teſticulorum; adeo medicatum intelligit inguen:

id fidei admodum eſt incertæ, proque fabula habent Valleſius in Sacra Philoſophia c. 3 ac Bodinus lib. 5 theatri naturæ: & ex ipſis adeo vetteribus Dioſcorides

loco

loco ante indicato his verbis : μάτην δὲ ἱστορῆται ὅτι διωκόμενον τὸ ζῶον ἀποσπᾷ τοὺς διδύμους βίπλει· ἀδύνατον γάρ ἐστιν ἅψασθαι αὐλῶν, πρόσυπων ὄντων ὥσπερ ὑός. In edit. Pariſienſ. Anno 1549. pag. m. 75. hoc eſt : fruſtra ſunt , cum referunt , animal hoc, quando id perſequuntur , teſtes ſibi avellere , atque abjicere , quandoquidem , uti in ſue , ſunt ſubſtricti. (c)

(a) LUTRA die Fiſch-Otter (ſchreibet Herr von Hohberg) iſt etwas geſchwinder/ hurtiger und geſchlancker als der Biber/ wohnt nicht allein an groſſen/ ſondern auch an kleinen Wäſſern / Flüſſen und Teichen : Hat ſonſt einen Kopff wie der Biber / aber ſubtiler / und Zähne wie ein Hund / iſt auch am gantzen Leibe länger und ſchmäler / mit einem langen glatthärichten Schweiff. An der Farb etwas bräuner. Wann der Otter einen Fiſch im Strohm vermercket / ſchlägt er mit ſeinem Schweiff ins Waſſer/ davon der Fiſch erſchrocken/den Löchern und Baum-Wurtzeln am Ufer zueylet/ und daſelbſt kan ihn der Otter / wie Bellonius ſchreibet/ deſto leichter abfangen.

(b) Non cauda duntaxat, ſed & alia Fibrorum, Lutrarumque carne tam lixa quam aſſa veſcimur, præſertim Catholici, quibus, dum poſt frequentem longamque carnis abſtinentiam piſces tandem diſſipiunt, ejuſmodi amphibiorum carnes ſunt in delitiis : licet a Schwenckfeldio improbetur, & pauperibus tantum deputetur.

Ihr Fleiſch (inquit rurſus Hohbergius) iſt zähe und ungeſund : Wird als wie der Biber den Carthäuſern erlaubet zu eſſen. Sed fallitur Autor, dum putat, licentia ſpeciali egere Carthuſianos, aut diſpenſatione his carnibus veſcendi. Non enim Carthuſianis tantum, ſed omnibus aliis licet, ſicut piſcibus, veſci hujuſmodi carne jejuniorum & abſtinentiarum feriis. Tibialia ex pelle Lutræ dolores podagræ mitigant ; idem præſtat pellis Fibri, forte ſi recentes adhibeantur, aut applicentur.

(c) Daß ihm der Biber ſelbſt ſoll die Gallen ausbeiſſen / wann er in Gefahr iſt gefangen zu werden / iſt eine alte Fabel / die unmöglich iſt : dann der Biber viel zu dick/ ungelenck / und übel geſchickt iſt / dergleichen zu vollbringen / weil ſie gar inwendig bey den Lenden am Rückgrad verborgen liegen.

§. 4.

AMPHIBIA ubi capiantur in Silesia?

Cæterum Venatio id genus Animalis quanti olim in Silesia fuerit habita, vel ex eo adparet, quod in prædiorum traditionibus nominatim concedi solita, uti ex antiquis Instrumentis videre est. Frequens autem illa ad ripas Viadri, (*a*) Barthæ, Boberi, qui & nomen inde habet. Bobri enim Slavis idem, quod Latinis Fiber, Germanis Biber. Atque ita Ditmarus Episcopus Chronicorum libro sexto, Opitio quoque citatus: *Fixerunt tentoria juxta amnem, qui Bober dicitur Slavonice, Castor latine: quos Boleslaus munitis littoribus præfati fluminis cum exercitu grandi in Crosno sedens, ullo modo transire prohibuit.*

(*a*) Ad Olæ quoque ripas prope Wratislaviam ipsimet lutras interdum cepimus. Quid vero nocumenti hoc animal, dum in piscinis sua habet latibula, œconomis afferat, norunt ii, qui, dum piscantur, non parvum carpionum a lutris læsorum, mactatorumque numerum extrahunt, & inveniunt.

Capitur canibus aquaticis (ait Schwenckfeld in Theriotropheo Silesiæ pag. 108) hyberno præsertim tempore sub glacie: nec non decipulis ferreis, vulgo Otter-Eisen. Sæpe vænit pellis elaborata tribus, quatuorve thaleris.

Pilei ex pellibus lutræ adversus paralysin, vertiginem, & capitis dolorem salubres censentur, & calceamenta podagricis utilia. Schwenckfeld. l. c.

§. 5.

ALCES in qua vicinia?

ALCIBUS, quarum ungulæ posteriorum Crurum, si autumni initio adhuc vivis præsecentur, comitiali

mitiali præſertim morbo laborantibus ſalutares eſſe credunt, finitima gloriatur Boruſſia: (*a*) Unde quidem ad nos haud modo integra crura cum ungulis, ſed & pelles, & coria præparata adferuntur: (*b*) quæ cum craſſa ſint, & ictus ſuſtineant, pretio ſatis magno venduntur, militibus maxime curantibus ſibi ex iis fieri thoraces.

(*a*) Alcium cornua & ungues ad quid ſerviant, tradit Schottus in Phyſica Curiota lib. 8. cap. 1. §. 5. Alcis ungulam mirifice lapidis Bezoar virtutes æmulari, docet Panarol. Pent. 3 obſerv. 33. Ejusdem ungulæ ad *comitialem* morbum mira vis hiſtoricis aliquot & experimentis nobilitata *legitur* apud Lemnium l. 2. c. 3 de occultis rerum miraculis, Agricolam *lib.* 2. Medic. Herbar. Cardanum lib. 10 de ſubtilitate, Menabenum c. 9 libel. de Alce. Ulyſſ. Aldrovand. lib. 1 de Quadruped. Biſulcis cap. 32. Geſnerus de Quadrupedibus lib. 1. fol. 4 hæc habet: Præterea ut Pauſaniæ ſeculo, ita hodieque raro capitur hæc fera, quod vel ex pedis ungulæve precio conſtat; quæ quoniam amuletum eſſe convulſionum & morbi comitialis creditur, in magno eſt pretio, non tanti æſtimanda, ſi frequenter caperetur. Ungula Alcis (ut ſcribit Bonerus) habetur apud Polonos geſtata in digito vel brachio pro ſingulari remedio contra ſpaſmum aut morbum caducum. Obſervatur autem tempus ungulis abſcindendis poſt medium ſcil. Auguſti, usque ad finem Septembris, quo tempore, ut aſſerunt, hoc animal patitur hunc morbum, per quem cum proſternitur, perfricat dextram auriculam dextro poſteriore pede & liberatur. Is pes vivo animali abſcinditur, & ungula detracta ſervatur pro certiſſimo horum morborum remedio, quod utrum ſuperſtitioni an rationi naturali adſcribendum ſit, relinquo aliorum judicio.

(*b*) Non admodum frequens eſt in ſylvis noſtris hæc fera, doch wurde Anno 1675 ein Elend auff der Kautzenauiſchen Heyde im Lignitziſchen gefangen; und auff des letzten Plaſtäiſchen Hertzogs Tafel am Feſt St. Michaelis/ ſo ſein Geburts-Tag war / verſpeiſet / welches vor ein böſes Omen gehalten worden. Frid. Lucæ in Chron. Sileſ. pag. 2153.

§. 6.

LYNCES, aliæque feroces Belluæ, heic raræ.

LYNCES aut nullæ nobis, aut certe (*a*) rariſſimæ, ſicut & haud minus, quam in Italia,

Heic rabidæ tigres deſunt, & ſæva leonum
Semina - - - -

(*b*) PANTHERÆ item, PARDI, aliæque id genus feroces Belluæ, niſi aliunde importentur. Utinam vero æque a nobis abeſſet, aut iisdem artibus, quibus in (*c*) Anglia factum eſt, noxium illud, ac lanigeris gregibus præſertim, hirtisque capellis, quam ipſis quoque equis inſidioſum, (*d*) & infeſtum LUPORUM genus eradicari poſſet, minus certe & damnorum, & moleſtiarum experirentur ruricolæ.

(*a*) In Sileſia noſtra non niſi in altiſſimorum Sudetorum receſſibus aliquando viſuntur. Memini, inquit Schwenckfeld in Theriotroph. binos retibus, quæ leporibus tetenderant, in Fürſtenſtein captos fuiſſe.

Ante biennium, pergit cit. Autor, Lyncem feminam in montibus ſupra caſtrum Kynaſt a Venatore interfectum, generoſus Dominus Chriſtophorus Gotſchius mihi communicavit, cujus ventriculum cum ſecuiſſem, porcellorum ferorum, & leporum carnibus infarctum offendi, quos cum pelle & oſſibus confractis devoraverat.

Hinc bene R. P. Balbinus animadvertit in Miſcell. l. 1. c. 61, male agi cum feris, ſi quam Lynx ſylvam, præcipue cum catulis, occuparit: non enim lepuſculos tantum, aut vulpes, ſed capreolos, imo & cervos venatur, ex arboribus in prædam ſeſe dejiciens, & in fuga impeditam collo inhærens ſtrangulat, & occidit. In Harbarticenſibus ſilvis, pergit ille, quæ Collegio ſocietatis noſtræ Clatovienſi attributæ ſunt, Lynx pepererat: tantam confeſtim ſolitudinem ferarum circa ſe fecerat, ut non lepuſculus, non capreolus, non aper, ne avis quidem, aut attagena, aut urogallus, aut gallina ſilveſtris conſpici poſſet; ſolitudo mera, & triſte ab omnibus minutis & majuſculis avibus ſilentium aliquot annos tenuit, donec viſa Lynx a via-

a viatore; tum cognitum Lynces in iis ſylvis habitare : Venator diu indicia ſecutus ſenem Lyncem capræ incubantem, & avido rictu ſanguinem ſugentem, & ob id cæterarum rerum incurioſam glande plumbea trajecit; minores partim occiſæ, partim induſtria venatoris diſſipatæ ſunt; ſtatim quies ſylvis reddita, feræque & aves redire cœperunt.

(*b*) Qua ratione Tigris, Lynx, Pardus, Panthera, Panther, & Leopardus inter ſe differant, diſerte docet Bochartus P. 1. lib. 3. c. 8.

(*c*) Ferox Lupus eſt beſtia, inquit Schwenckfeldius loco citato pag. 106, rapaciſſima, fraudulentiſſima, voraciſſima, & propemodum inſatiabilis, ſed amans ſobolis. Fera montibus noſtris & ſylvis vaſtis frequens, capris & ovibus infenſiſſima, ſæpe homines adoriri ſolet. In fame præcipue ſæviunt. Interdum in rabiem aguntur. Anno 1588 menſe *Decembri* accidit in pago Girſchdorff, non procul a thermis Hirſchbergenſibus diſſito, ut fœmina ruſtica pro more illius loci circa crepuſculum ad vicinum cum colo mearet, laternamque manu geſtaret. In itinere forte fortuna lupus rabie ſæviens, ex vicinis montibus illi occurrit, ex manibus laternam arripiens, dentibus eam ad lapidis ictum cum candela deportat. Vicini ruſtici clamore commoti, feminæ ſuppetias ferre volentes, a lupo, qui rabie ſæviens modo huc, modo illuc vagabundus erat, multis modis fuerunt læſi, donec tandem prope templum iſtius pagi fuerit occiſus. Duo ex illis ad vulnera ſeu morſus paucis poſt diebus fuerunt extincti : reliqui poſt longum tempus beneficio pharmacorum iterum convaluerunt. Pelle detracta, & ſtomacho reſecato, nihil præter gramen fuit repertum, quod nimia fame coactus ingeſſerat.

Lycæus mons, Lycoreus, der Wolffs-Berg. Mons prope Goldbergam altior, & ſterilis.

(*d*) Aus Engelland (ſchreibet aus Philippo Camerario Herr von Hohberg) ſeynd ſie vertrieben worden / als auff Befehl des Königs ein jeder Ubelthäter (der kein Mörder geweſen) einen Wolff zur Straff hat fangen und lieffern müſſen; und ſo lange dis nicht geſchehen / haben ſie nicht dörffen nach hauſe kommen. Und Monſieur Sanſon d'Abbeville in ſeinem Globo terreſtri in Britannien erzehlet / als König Edgarus (aut Cydarus) von Ludvallo dem Lands-Fürſten in Wallis dahin getrieben worden / daß er ihm verſprechen muſte / an ſtatt Tributs jährlich 300 Wölffe zu lieffern / habe man / als man dieſes drey Jahr lang continuirte / das vierdte Jahr keinen Wolff mehr in Engelland finden können. Conf. Munſteri Coſmograph. lib. 2. c. 19. f. 90.

Wölffe werden gejaget/ geſchoſſen / und in Wolffs-Gruben gefangen: Wie nicht weniger in den Wolffs-Gärten und Fällen. Et quia hortos ejuſmodi etiam in Sileſia habemus, & ipſimet in Epiſcopalibus ſylvis non procul Niſſa paucis abhinc annis vidimus, audiamus D. ab Hochberg diſcurrentem ſequentibus:

Von den Wolffs-Gärten und Fällen.

Ich habe vernommen/ ſcribit ille, als ich in Pommern geweſen / daß man daſelbſt an etlichen Orten in den Wäldern Wolffs-Gärten habe/ die werden mit hohen Plancken allenthalben wohl eingezäunet/ und auff allen Seiten vier Thore dergeſtalt offen gelaſſen/ daß daſelbſt überall ein Fall-Pforten ſey / davon ein Strick in das immittelſt darinnen gebautes Jäger-Hauß gehet / welche man alle gar leichtlich loßlaſſen/ abfällen/ und den Garten alſo beſchlüſſen kan. Wann nun im Herbſt oder Winter die Zeit zu den Wolffs-Jagten verhanden / führt man in denſelben Garten / nicht weit vom Hauß / darinnen ein oder mehr Jäger des Nachts auffpaſſen/ ein verrecktes Vieh / ſchleppt es erſtlich im ſelbigen Wald hin und wieder/ und hernach um den Garten rings herum / und läſſet es endlich darinnen. Kommen nun die Wölffe einmahl auff die Spur / ſo folgen ſie derſelben nach / biß ſie das Aaß finden. Nun muß man aber ſie noch im Sommer/ wann die Jungen noch halb gewachſen / dahin gewöhnen/ dann die alſo von Jugend an eines Ortes kundig ſeynd/ und offt der Speiſe daſelbſt genoſſen haben / die verlaſſen das Ort nicht leichtlich. Und wann ſie den Sommer durch ohn einige Gefahr ein und ausgegangen / ſo vermeynen ſie nicht / daß einige Hinterliſt da zu befahren ſey / weil die Thor Tag und Nacht offen / ſo werden der dahin gewöhnten Wölffe je länger je mehr. Wann nun gegen und im Winter die Bälge gut worden/ werden die Fall-Thüren mit den Seilen mit Fleiß zugerichtet: Wann dann die Jäger vermercken/ daß etliche Wölffe darinnen verhanden / daß der Fang der Mühe werth iſt/ ſo laſſen ſie zugleich alle vier Fall-Thüren zugehen/ ſo kan nichts heraus/ es ſeynd Füchs oder Wölff / die kan man nun ſchieſſen oder fangen/ wie man will.

Andere Manieren die Wölffe in dergleichen Garten zu fangen/ vide apud citatum Hohbergium lib. 11. cap. 90.

De Lycanthropia omnia pervulgata ſunt. De Nominibus atque Inſignibus lupinis egregiam diſſertationem Jacobus Thomaſius Lipſiæ 1662 publicavit.

§. 7.

§. 7.

In REPECUARIA *quondam unicæ Divitiæ.*

Domeſticorum Animalium nomine intelligo non ea ſolum, quæ hominum operas vel ſubvectando, vel arando adjuvant, & communi nomine Jumenta, ſive a jungendo, ſive a juvando, itemque Armenta (etſi Jure-Conſulti hæc diſtinguant ſubtili quadam differentia, quam tamen alii Auctores non obſervant) dicuntur: ſed cæterum omne Pecus, veluti ſunt EQUI, BOVES, OVES, CAPRÆ, SUES, &c. in quibus, ut cunctis per univerſum terrarum orbem gentibus, omnes conſtitiſſe opes, non profanæ duntaxat, ſive gentiles, ſed & ſacræ paſſim teſtantur hiſtoriæ. (*a*) Nec apud ipſos Latinos vocabulum *pecuniæ* non ab auro & argento primo quæſitum, ſed a pecore: quia & apud iſtos hæ unicæ opes, unicæ divitiæ: ipſaque adeo commercia pecudibus inſervientibus, aut intervenientibus fuere tractata, ante omnem æris, argenti, auri, metallique cujuslibet alterius inventionem.

(*a*) Originem & dignitatem (Heresbachius hæc nobis dictat ex Lib. 3 de Re Ruſtica) pecuariæ diſciplinæ antiquiſſimam eſſe, & jam inde a Patriarcharum temporibus ad noſtram ætatem honeſtiſſimam functionem fuiſſe, ſacræ ſimul & profanæ hiſtoriæ teſtantur. Atque adeo Domino hoc vitæ genus placuiſſe declarant primi mundi homines; ſiquidem Abelem ovium paſtorem DEO ſacrificantem reſpexiſſe Dominum, teſtatur ſcriptura. Atque inde Seth, Noë, Abraham, Loth, Jacob, Job, Amos, homines ſanctiſſimi armentorum & pecorum alendorum ſtudiis commendantur, unde opibus polluiſſe, & ſe, uxores, liberos, ac familiam amplam ſuſtentaſſe. Filii Jacob cum a Rege Ægypti rogarentur de vitæ

genere, Paſtores ſe eſſe profitebantur Pecorum, a quo vitæ genere Moyſes, Saul, David ad principatum populi & ſceptra vocati ſunt divinitus. Quin etiam inter Gentes vetuſtiſſimi & Illuſtriſſimi quique partim a paſtoribus educati, partim paſtores ipſos fuiſſe memoria proditum. Romulum atque Cyrum inter Paſtores educatos potentiſſimarum monarchiarum autores. Adde Galerium, Maximinum, Conſtantinum, Probum, Aurelianum, ab armentariorum ſtabulis ad Imperatoriam purpuram evectos. Homerus Ulyſſis ſubulcum magno fortitudinis elogio celebravit. Etenim fortiſſimas gentes Pecorariam exercuiſſe, teſtantur Italorum, & Germanorum, atque Helvetiorum populi, quorum regiones jam, quam olim cultiores, rerum geſtarum magnitudine a multis ſæculis præclari, his potiſſimum opibus gloriabantur, atque etiamnum hoc queſtu pollent, qui ſanctiſſimi ſunt, & graviſſimi. Quare tam veteres & Græci, & Latini ſcriptores in præcipuis opulentiæ laudibus poſuerunt πολυάρνας, πολυμήλους, ac πολυβούτας, ut, qui ipſas pecudes propter caritatem aureas habuiſſe pelles tradiderunt. Unde pelles aureæ in Colchide arietis hiſtoria, ad quam Argonautæ profecti produntur, & aurea μῆλα Heſperidum.

§. 8.

EQUIS inter Animalia Domeſtica primis abundat Sileſia, nec Feris caret.

Quemadmodum vero inter Jumenta facile primum atque principem locum tenent EQUI, ſic iis quoque Regio noſtra abundat, ut ad ſpeciem honeſtis, ſic ad curſum vegetis, & ad vecturam validis, (*a*) nec aliunde duntaxat, Germania præſertim, Polonia, Hungaria, Tranſſylvania (ne de Hiſpanicis (*b*) & Neapolitanis, Principum, aliorumque magnatum delitiis, quid dicam) advectis, ſed ex ſe quoque natis, eo quidem laudatiore progenie, quo nobilior fuerit admiſſarius. Quin reperiuntur etiam in Ducatu Bregenſi, Territorio Nambslavienſi, & alibi locorum (*c*) ſylvæ, & ne-

& nemora, quæ citra ullum ſtabulorum tectum genus alunt equorum FERUM, ac minime cicur: ſed quod captum tamen ad non unius generis labores domatur. Hinc certe haud uno in loco

Καλὸν πεδίοις ἵππων ἀγελαῖον ὁμίλον,

hoc eſt, præſtans campus equorum gregale armentum, pulchram poliam, ſive equitium videre licet: non ſine uberrimo quæſtu, qui ex venditorum animalium pretio ad Dominos redundat.

(4) P. Fiſcherus in Oecon. ſuburb. Tract. 9. P. 1. c. 1 tritum illud problema: num boves in œconomia præſtent equis? diſcutiens, ex Columella inprimis oſtendit, equis omnem œconomiæ ſtatum melius quam bobus confici: & licet indole ſit ferociſſimus, pabulo bove pretioſior; frænari tamen atque domari etiam ab imbelli puero poſſe, ejusque alacritate, celeritate, durabilitate pretium omne compenſari, perhibet. Illis porro, qui ſumptus cum proventu, quem habent ex equis, ſimul conferunt, ferrum in ſoleas conſumptum, pretium in apparamenta expenſum, & vice verſa, boves leviſſimo pabulo contentari, pauciſſimis apparamentis egere, fimum ejus equino multo præſtantiorem, imo carnem ipſius culinæ (cum equorum carnificis canibus objiciatur) prodeſſe conſiderant, reſpondet, equos nihilominus bobus omni anni tempore eſſe præferendos. Cum boves jugales, ſi fortiores operas præſtare, & aſſiduo jugum trahere debeant, pabulum etiam pretioſius, id eſt, farraginem frugum, in mola confractam, deſiderent: neque multum penſandæ ſit labore emarcida, & exſicca caro; quis enim vivo cadavere, & carne ſemimortua libenter veſcatur? Ad hæc accedere ait, quod, licet equus multo ferro in ungulas opus habeat, ad omnem tamen laborem ſit ferreus: & quando bos hyeme fructiperda, glaciemque frangere neſcius domi in cubili deſes otiatur, equus operoſus ſibi & illi pabulum cogatur lucrari, dum ex omnibus viarum difficultatibus, nivium impedimentis, glaciei lubrico, montium præcipitiis, aquarum profunditate, lacunis ſtagnantibus, alacriter emergat; in quibus multum luctatus, tandem laſſus, procumbit humi coriaginoſus bos, nullis ſtimulis facile excitandus. Advertit tamen in campis planis (prout ſunt in Sileſia, & vicina Polonia plurimi)

plurimi) conſtituta œconomia non inutiliter bobus agriculturam committi poſſe: ſed ab aratro non facile amovendi, neque aliis laboribus in longinquum, utpote tardigradi, applicandi: equis vero omnes vecturæ, & remota itinera, lignorum proviſio, fœni & meſſis collectio, onera gravia præſtanda.

(*b*) Oppianus lib. 1 Cynegeticõ *Iberos equos vocat ventoſis pedibus celeres.* Neque aliud ſibi voluerunt, qui equas in Luſitania ex vento concipere primi finxerunt, quam equos ex eis naſci miræ pernicitatis. Hinc Virgilius lib. 12. Æneid.

Alipedumque fugam curſu tentavit equorum.

Et Ovidius lib. 3. Amor. Eleg. 11.

Victor Atlantiades alite fugit equo.

(*c*) FERI EQUI etiam educantur in ſilvis ad Illuſtriſſimos D. D. Barones de Sauorma ſpectantibus.

§. 9.

EQUORUM Uſus, & Color varius.

Nec ſane aliud animal, ex quo homini non in pace modo, (*a*) ſed & cum Mars tubam inſonuit, (*b*) plus uſionis, aut commodorum. Ut minime vanum ſit Georgii Buchanani, quod ſequitur, elogium:

Cætera rerum opifex animalia finxit ad uſus
Quæque ſuos: Equus ad cunctos ſe accommodat unus:
(*c*) *Plauſtra trahit; fert clitellas; fert eſſeda; terram*
Vomere proſcindit; Dominum fert, ſive natatu
Flumina, ſeu foſſam ſaltu, ſeu vincere curſu
Eſt ſalebras opus, aut canibus circumdare ſaltus,
Aut molles glomerare gradus, aut flectere gyros,
Libera ſeu vacuis ludat laſcivia campis.

Quod

Quod ſi bella vocant, tremulos vigor ar. r in artus
It Domino, & ſocios vomit ore, & naribus ignes,
Vulneribusq; offert generoſum pectus, & unà
Gaudia, mœrorem ſumit, ponitq; viciſſim
Cum Domino: ſortem ſic officioſus in omnem:
Ut veteres nobis tam certo fœdere junctum
Crediderint mixta coaleſcere poſſe figura,
Inque Peletbonïis Centauros edere ſylvis.

Variant EQUI nec coloribus tantum; (*d*) Spadices puta, ſive badii, nigri, glauci, gilvi, murini, variegati, candidi, ſcutulati, guttati; ſed aliis quoque qualitatibus: Integri nempe, Caſtrati, qui Varroni Cantherii, nobis a loco, unde frequenter adferuntur, Walachi dicti, &c.

(*a*) Pulchre ad hanc rem Hohbergius prodromo in librum 8 Curioſ. Georg.

Ecquod enim in toto eſt animal generoſius orbe?
Fortius aut melius? vel ad actus utile tantos?
Unde ſuo merito ſummis pretioſus habetur
Principibus bellator equus, dans fulmine Martis
Perficiendarum compendia maxima rerum.

Et rurſus poſt pauca:

Humano ingenio non convenientius ullum,
Aut pace, & marte utilius; pugnaque, jocoque
Eſt animal; ſequitur fidi quacunque Magiſtri
Juſſa, velut poſitas dextre moderatur habenas;
Si furit, ille furit, renuitque nec arma, nec ignes,
Aut rapidos fluviorum æſtus tranare natando.
Si placide incedas, & equus non durius inſtat,
Sic animum domini infuſum ſibi ferre videtur,
Ut quaſi cum ſeſſore ſuo coaleſcere credas.

(*b*) Huc referendi quoque ſunt verſus ipſius ſummi Poëtæ lib. 3. Georg.

tum ſi qua ſonum procul arma dedere,
Stare loco neſcit.

Et Ovidii Metam. lib. 3. fab. ultima:

Ut fremit acer equus, cum bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen, pugnæque aſſumit amorem.

(*c*) Equorum varius uſus: (ex Heresbachio hæc mutuamur) nam alii ad agriculturam, vecturamque, alii curſibus & certaminibus, ac rei militari ac prædationi, alii admiſſuræ deſtinantur: quare ſuis quique uſibus diligendi. Equites ac milites feroces, animoſosque ac veloces quærunt, forma & colore elegantes: Agricolæ tractabiles, corpore vaſto, ad laborem, vecturamque idoneos. Educatio tamen prope eadem: nam ſic educamus, ut omnes ſperemus generoſos futuros.

Generoſi equi notas Virgilius graphice depingit in Georgicis, inquiens:

Continuò pecoris generoſi pullus in armis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus & ire viam, & fluvios tranare minaces
Audet, & ignoto ſeſe committere Ponto:
Nec vanos horret ſtrepitus. Illi ardua Cervix,
Argutumque caput, brevis alvus, obeſaque terga,
Luxuriatque *toro animoſum* pectus, *honeſti*
Spadices, glaucique, color deterrimus albus,
Et gilvo: Tum ſi qua ſonum procul arma dedere,
Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumque premens volvit ſub naribus ignem.
Denſa juba, & *dextro jactata recumbit in armo.*
At duplex agitur per lumbos ſpina, cavatque
Tellurem, & ſolido graviter ſonat ungula cornu.

En quam paucis verſibus equi probati indolem, virtutemque univerſam abſolvit Poëta: quos tamen clarius explicatos lector apud Dominos Hochbergium & Heresbachium legere poterit. Hunc tamen audiamus boni EQUI ſigna contemplantem ſequentibus: *Forma autem EQUI, & corpora diligenter contemplanda. Nam ipſa ſæpe inſpectio certas ſignificationes præbet naturæ bonitatis. Quare ab ipſis calcibus ad verticem exacte contemplanda forma. Et primum quidem pedum præcipua ratio. Nam uti fruſtra elegantiam ſpectaveris ſuperioris ædificii, ſi fundamentum ſit ruinoſum: ita equi neque militi, neque agricolæ, neque viatori uſui eſſe poterunt,*

terunt, qui pedum ſanitate deſtituuntur. In explorando igitur primum ungula conſideranda, ut non tenera ac mollis, ſed dura ſit & ſolida, rotunda ac ſcutellata, ſic concava, ut concavitas ſolo non impingat, nec ladatur, quaque ut cymbalum ſonitu bonitatem pedum declaret, teſte Xenophonte. Si quidem plena & carnoſa, improbantur: & qui tales habent, claudicant facile. Chelidonem vocat idem Xenophon ungulæ concavitatem: carnoſas & pleniores citra cavitatem, χάμηλας. Quare ungulam aſini probant plurimi. Oſſa ſupra ungulam neque procera ut caprarum, quæ ſuccuſſatione ſeſſorem affligere ſolent, & crura hujuſmodi facile inflantur: neque depreſſa nimis, ne ſalebroſis locis exulcerentur. Tibia atque crura cum ſint fulcimenta totius corporis, ea convenit eſſe æqualia, recta, ſciſſa, citra venarum ac carnium obeſitatem, aut tumorem aliquem. Nam ſi carne & venis obeſa ſint, ea duris itineribus facile inflantur, & claudicationi occaſionem præbent. Solidi pedum crura ſtatim juſta menſura naſci proditum, poſt exporrigentia ſeverius, quam creſcentia. Quapropter inde a pullo facile metiri poſſe futurum equi magnitudinem. Genua teretia, flexibilia, nodoſa, & parva, neque introrſum ſpectantia. Rigida vitanda. Femora ſub armis craſſa, pectus muſculorum toris numeroſum, latum, quod & ad formam, & ad greſſu longiores commendabile. Cervix mollis, latæque, non tanquam hirco prona, ſed inſtar galli gallinacei ardua, & ad flexibilitatem idonea. Juba denſa per dextram, alii per ſiniſtram malunt profuſam. Caput exiguum, macilentum. Nam grande & grave caput pigri ac bebetis indicium. Brevis promuſcis. Os amplum, lacerum, quodque frena glomeret mandendo, ſpumamque ejiciat. Sic canit Virg:

Stat ſonipes, frenaque ferox ſpumantia mandit.

Sicci oris equi vitandi. Maxillæ ſint æquales & puſillæ. Nam ſi diſtent nimium, difficultatem frenandi ſignificat. Et inæqualitas buccarum facit, ut ſint ore contumaces, neq; cervicem inflectant, ſed caput turpiter protendant. Oculi magni, ſanguinei atq; igneum tuentes, prominentesq;, quos ἐξοφθαλμοὺς vocant, laudantur tamquam vigilantes, & alacres: concavi, & exigui κοιλοφθαλμοὶ improbantur, ſicut & ſtellæ in oculis nigra pallidaque vitantur. Deprehenduntur noctu ad lucernam luculentius hæc vitia. Columella nigros oculos laudat. Et heterophthalmi ab alterius oculi varietate commendantur, qualem ferunt fuiſſe Alexandri Bucephalum. Auricula breves, & arrectæ, micantes. Aures enim equorum animum indicare ſolent, quare grandes & flaccidæ rejiciuntur. Nares patulæ, ſiquidem hæc ad ſpirandum, quam anguſtæ ſunt, accommodatiores, & ſpiritus ferocitatiſque

que in equo ſignificationem præbent. Armis grandibus & rectis, lateribus inflexis. Spina ſupra armos paulo elatior præbet equiti commodiorem ſeſſionem, & armi reliquumq; corpus firmius conſtringuntur, ſi illa duplex ſit. Latera profundiora ac turgiuſcula ſeſſorem melius excipiunt, & roboris cenſentur majoris. Lumbi quo fuerint latiores, hoc facilius attollit priores pedes, & poſterioribus ſubſequitur, iliaque minora videbuntur, qua vaſtitate ſua partim deturpant, partim etiam debilitant, gravantque equos. Venter ſit ſubſtrictus. Clunes ampla & carnoſæ, ita ut pectori lateribusque reſpondeant. Nam coxas & femora ſi habeat lata, ita ut poſterioribus paululum divaricari videatur, greſſum firmiorem præbebit. Id quod deprehendimus ſublaturi aliquid e terra divaricatis non compreſſis cruribus attollimus firmius. Teſtes habeat pares & exiguos. Cauda longa & ſetoſa criſpaque ἱππεύρις inde dicta, quod equinæ cauda proprium maxime ſit. Longitudinem enim non ad elegantiam ſolum, verum etiam muſcis & inſectis animalibus abigendis idoneam. Sunt tamen qui mutilis delectentur, præſertim ſi clunibus obeſis ſint. Breviter, ſic corpus univerſum compoſitum requiritur, ut ſit grande, ſublime, erectum, ab aſpectu etiam agile, atque ex longo, quantum figura permittit, rotundum. Tradunt equiſones generoſum equum plurium aliorum animantium membris exquiſitis conſtare debere, nempe capite, & cruribus cervinis, auribus, & cauda vulpinis, cervice olorino, pectore leonino, clunibus mulieris, pedibus aſininis.

Sunt & alii mores, e quibus laudari ſolent, nempe hilares, & feroculi, ex placido, & concitato mitiſſimi, ut teſtatur Columella, quod hi reperiuntur ad obſequia habiliores, & ad certamina laborum tolerantiores. Xenophon laudabilis equi argumentum eſſe ſcribit, poſt defatigationem ſi non recuſet iterare laborem. Comperimus & quo quis acrior equus, hoc in bibendo profundius eundem nares mergere. Et pullus cum gregalibus in paſcuis crebro curſu contendens, & ut Poëta notavit, ſi fluvium, pontem prior trajiciat, non reſpectans alios, aut glaciem non reformidet.

(*d*) Spadiceus, ein braun Roß/ Bräunling. Glaucus ein Schimmel. Scutulatus ein Apffelgraues/ propter orbes, quos habet, candidos.

De Coloribus EQUORUM audiamus D. ab Hohberg ratiocinantem: Mit Austheilung und Vorziehung der Farben ſind die Meynungen ſo abgeſondert und zertrennet/ daß man faſt nicht weiß/ welchem beyzufallen. Von der Farben Eigenſchafft haben ausführlich geſchrieben Federico Criſone, in ſeinem erſten Buch von der Reit-Kunſt bald im Anfang/ und der vornehme Neapolitaniſche Cavalier/ Herr Paſquale Carac-

Caracciolo, in ſeinem ſchönen Wercke / das er Gloria del Cavallo nennet / im erſten Buch. Wir wollen aber hier zum Theil an des Herrn Fuggers Beſchreibung uns halten / und gantz kürtzlich von demſelben ausziehen / was von einer oder der andern Farb zu halten / und welche beſſer oder ſchlechter / welche zu verlangen oder zu meiden; Denn das iſt gewiß / daß ſo wohl die Farben / als auch andere Zeichen gar offt betretegen / daß ein Pferd von unglückſeligen Zeichen und böſer Farbe dennoch haupt-gut; und ein anders / welches ſo wohl Farb als Zeichen gewünſcht an ſich hat / dennoch nichts tauget.

Die Farben verhalten ſich nach den vier Elementen alſo: Denn obwohl die Pferde / wie alle andere Thiere / aus der Zuſammenſetzung der vier Elementen formirt ſind / ſo ſchlägt doch des einen Eigenſchafft mehr vor als des andern / und in welcher Eigenſchafft ein Pferd die andern übertrifft / das zeigt ein Pferd ſo wohl an ſeiner Art / als auch ſeine Farbe. Weil aber die Elementen nicht gleich / offt mehr oder weniger in einem ſubjecto ſind / daher wird auch die Farb anders und anders gebildet / dunckler / oder lichter / oder da zwey oder drey Element zugleich vorſchlagen / wird wohl eine ſcheckichte und abgetheilte Farbe daraus.

Die braune Farbe vergleicht ſich dem Element der Lufft / und auch zum Theil dem Feuer / daraus es ſeinen Urſprung nimt / iſt der Blut-reichen Eigenſchafft / die ſind hertzhafft / kühn und freudig / wollen mit Gelindigkeit und Vernunfft regiret ſeyn.

Die Licht- und Goldbraunen participiren mit dem Feuer / die Dunckel- und Schwartzbraunen aber mehr mit der Erden / daher ſie auch träge und melancholiſch; Hat eines viel weiſſe Haar hin und wieder unter den braunen Haaren vermengt / die von den Bereutern Zobel-Haar genennet werden / ſo hat es mehr Phlegma bey ſich / durch welches die choleriſch und melancholiſche Eigenſchafft gemäßiget wird; ſo auch an denen dunckelfuchſen und ſchwartzen Pferden ein gutes Zeichen iſt / doch daß ſie nicht vor dem Sattel / ſondern hinter dem Sattel heraus ſcheinen.

Kaſtenbraun iſt die beſte / lichtbraun und weichſelbraun ſind etwas hitziger / dunckelbraun / wann ſie geſpiegelt ſind / ſehen auch ſchön aus; welche aber von liecht- und dunckelbrauner Farb untermengt ſind / die Pferde von zwey Haaren in Niederland heiſſen / werden für faule matte Roß gehalten.

Herr von Stubenberg glaubt mit Herrn Caracciolo, daß goldfärbichte Braunen / die an der Sonnen glänzen / wann die extrema, ſamt der

Mähne und Schweiff ſchwartz mit einem ſchwartzen Strich über den Rücken gehen/ eine von den beſten und edelſten Naturen anzeigen.

Pirro Antonio Ferraro aber / weyland Philippi II Königs in Spanien Bereuter zu Neapoli/ in ſeinem Cavallo frenato, iſt auch dieſer Meynung nicht entgegen/ und ſagt: il Bajo indorato è d'una vivace, & acceſa Natura, mà biſogno che habbia il doſſo di moſche aſperſo, & di bianchi peli. Das iſt/ er ſolle am Rücken etliche Fliegenreuſſ von weiſſen Haaren haben / welches ein Zeichen iſt / daß ſeine Feuchtigkeit von der Hitze nicht gar ausgedorret.

Sonſt insgemein wird die braune (wiewohl die gemeineſte) Farbe für die beſte gehalten/ wie auch Herr Agoſtino Gallo nobile Breſciano in ſuo vinti giornate dell' Agricoltura lib. 13 ſchreibt/ die braune Farbe ſey die vornehmſte und beſte unter allen/ weil die braunen Pferde freudiger und kühner ſind im Kriege und Streiten; in dem ſich ſolche nicht entſetzen/ ob ſie wohl verwundet ſind/ und ſehen das Blut nicht ſo geſchwind/ ob es ſchon aus ihren Wunden flieſſet/ und ſagt: Ma il Bajo caſtagnato, è il migliore, quando inchina al oſcuro, ò vero che le Caſtagne ſono ſparſo ſopra la groppa, è per tutto il corpo.

Die andere Haupt-Farbe ſind die Schimmeln/ ſo nach den Braunen für die beſte gehalten wird/ die entſpringt von dem Element des Waſſers/ iſt phlegmatiſcher feuchter Eigenſchafft / ſind ſittſamer und gehorſamer als die Braunen. Die vornehmſte und rareſte Farb ſind gantz Schneeweiß/ die ſie in Spanien Blunquillos, und die Italiäner Armelini nennen/ geben ein prächtiges Anſehen / ſonderlich wann die Mähn / der Schopff und Schweiff roth gefärbet ſind / werden hoch gehalten; und bleibt es doch darbey/ daß ſie die aller ſchönſte und ſeltzamſte iſt / taugen ſie nicht zur Arbeit / vor dem Feind / oder zum Strappaziren / ſo dienen ſie doch zum Pracht.

Die übrigen Schimel geben uns auch die Apffel-grauen oder Spiegel-Schimmel/ die ſind einer guten und löblichen Natur/ ſtehen wohl zum Reiten/ und in die Caroſſen; dabey nur dieſes zu bedencken / daß wann man ſie gleich einer Farb zuſammen kaufft / ſie ſelten alſo gleich bleiben/ weil ſie faſt jährlich/ ſo offt ſie hären/ (wie auch faſt alle andere Schimmel) ihre Farbe verändern/ theils lichter/ theils aber finſterer und dunckler werden / und alſo dem Zug eine Unzierd geben. So giebt ihnen auch vor obengedachter Ferraro ein geringes Lob / Leardo melato (ſagt er) ò per dir meglio mal atto à ſervir all' huomo, è compoſto d' humori indigeſti, & diſtem-

distemperati, daraus man die unterschiedliche Meynungen der Autoren erkennen kan. Und das ist seltzam/ da sonst alle andere Füllen ihre natürliche Farbe aus Mutterleibe mitbringen/ kommen allein die Schimmel etwas graulicht/ und kriegen die weisse Farbe erst mit den Jahren/ wie auch Herr von Stubenberg beobachten thut.

Die Fliegenreuffe haben theils rothe/ theils schwartze Tüpfflein/ die letztern aber werden für besser gehalten/ ist eine harte und dauerhafftige Farbe/ wie Herr Fugger bezeuget. Die Schwartz-Schimmel hält man für eine häßliche Farb; die Roth-Schimmel aber sind besser/ wiewohl sie gern Tücke an sich nehmen.

Die dritte Haupt-Farbe sind die Fuchsen/ die haben ihren Ursprung von dem Element des Feuers und der Lufft/ und sind cholerischer hitziger Eigenschafft/ zorniger feuriger Art/ und währet doch ihr Muth nicht lang: denn es sind welche Roß/ erliegen und schwitzen bald in der Arbeit/ wie Herr Fugger will/ und ist gleich ein Ding um sie/ wie um ein Feuer vom Stroh/ das brennet gählings und hefftig/ erlischet doch bald.

Die Dunckel- oder Schweiß-Fuchsen/ so die Italiäner Sauro Bruciato, und die Spanier Alcan tortado nennen/ sind unter dieser Farbe die Besten und Dauerhafftigsten/ nach der meisten Urtheil/ daher auch die Spanier dieses Sprichwort haben: Alcan tortado antes muerto, que cansado: Der Schweiß-Fuchs ist eher todt als müd.

Die vierdte Haupt-Farb schwartz/ ist melancholischer Eigenschafft/ und hat ihren Ursprung von der Erden/ sie sind darneben zornig/ schwermüthig/ träge/ untreu/ stutzig/ werden gerne kollericht/ seynd Mäußfarb-schwartz/ Liecht-schwartz/ und Kohl-schwartz; Diese letztere wollen etliche nicht für gar böse halten/ wenn gute weisse Zeichen dabey sind/ doch haben sie ein kurtzes Gesicht/ derhalben im Kauffen ihre Augen wohl in acht zu nehmen. Die Spanier entgegen halten auff die schwartzen Roß/ die gantz kein Zeichen haben/ sehr viel; und die Ungarn (nach Herrn Fuggers Bericht) sagen/ daß keinem Ritter etwas widerwärtiges auff einem schwartzen Roß wiederfahren sey.

Die Italiäner aber sagen/ wie Agostino Gallo berichtet: Caval morello, ò tutto buono, ò tutto fello, dadurch verstehen sie die Kohl- oder Raben-schwartzen/ die vor Schwärtze gläntzen.

Andere Pferde haben vermischte Farben: worunter die Schecken die erste Reyhe führen. Sonderlich aber werden die weiß und schwartz wohl abgetheilten Schecken hochgehalten/ weil sie von sehr gutem temperament seynd.

Die

Die falb mit weiß vermiſchten Schecken / wann die vier Füß darzu biß über die Knie weiß ſind/ und haben an der Stirnen breite weiſſe Blaſſen/ werden ſie Huveros oder Hoberi genannt.

Die falben Pferde ſetzen etliche unter die Lichtbraunen / iſt aber doch eine abgeſonderte Farbe / ſo weder unter die Braunen / noch unter die Füchſe zu rechnen.

Die Wolffsfalben / bey den Welſchen Falbi Lupini genannt / ſind arbeitſam/ aber nicht langwürig. Percioche un poco calore, ſagt Herr Ferraro, durar non puote lungo tempo, in coſi gran freddezza.

Die Mauß-Farben und Gelbfachen/ ſonderlich wenn ſie ohne Glantz ſind/ werden für träge und melancholiſch gehalten.

Sed *de coloribus variæ ſunt ſententiæ*, (inquit D. Heresbachius) *atque in omnibus fere coloribus, ut vulgo dicitur, & ignavi, & generoſi reperiuntur:* nec adeo refert, cujus ſit coloris, ſi alia ſigna bonæ indolis reſpondeant.

Plurima de ſignis boni EQUI leguntur paſſim, maxime apud ſæpe cit. D. ab Hohberg lib. 8. cap. 17. 18. 19. 20. 21. &c.

§. 10.

EQUORUM curandorum ratio.

De curandis, tractandisque EQUIS ſcripſerunt plures, & inter neotericos quidem Flos Literatorum Joach. Camerarius, (*a*) nec non & Illuſtris Baro Marcus Fuggerus. Tametſi vero ea cura ad inſtitutum noſtrum minime videatur pertinere, lectoribus tamen, philippis præſertim, tædio, ut ſpero, non erit, ea heic monita legere, & recognoſcere, quæ vir ſine controverſia inter nobiliſſimos Doctiſſimus, inter Doctiſſimos nobiliſſimus, idemque in rebus etiam ruſticis variæ ac reconditæ ſcientiæ in adverſaria referre ſua minime dubitavit.

Ante omnia nimirum providendum eſt, ut ſta-

bula

bula ſint (*b*) commoda : magnum enim hoc habet momentum ad oculorum & pedum ſanitatem conſervandam.

Equorum curator in ſtabulo ne cubet ; pulvis enim lectorum equis perniciolus , qui tuſſim inde contrahunt. (*c*)

Eundem patientem eſſe oportet : usque adeo, ut non defuerit, qui ſtabulis inſcribendum aureis literis putavit : PATIENTIA.

Circa horam quartam matutinam ſtabula diligenter expurganda, & ſtramenta everrenda. (*d*)

Tum vertendi equi, ut caput præſepi obvertant.

Deinde diligenter corpora eorum defricentur ; (*e*) frictiones enim non minus equis, quam hominibus proſunt. Strigil autem equorum robori accommodandus.

Frictione perfecta manu ſubigendum caput, & reliquum corpus linteo detergendum, linteum hinc aqua calida lavandum, dein in frigidam intingendum, humoreque diligenter expreſſo ad ſolem vel ignem ſiccandum. (*f*)

Pedes inprimis diligenter detergendi, ita tamen, ut qua parte venæ ſunt, minus fortiter attingantur.

Defricti lineo linteo tegendi. (*g*)

Inde aliquantum fœni in præſepe injiciendum, (*h*) quo abſumpto potandi. Aqua fluens puteali ſalubrior. Si tamen putealis præbenda ſit , per

noctem in vaſo puro aſſervanda eſt, ut non nihil miteſcat. Nimis gelida aqua equis, maxime equabus & fœtui periculoſa eſt. Quin puram, nullisque ſordibus contaminatam eſſe oportet, niſi natura ſit turbidior, quæ nullam noxam adfert.

Interjecto aliquo ſpatio avena præbenda bene evannata, atque emundata; (*i*) ſed cui tamen aliquid paleæ admiſcendum.

Pabulum dum ſumunt equi, non turbandi, ne ſæpius reſpicientes avenam ex præſepi ejiciant.

Hora decima fœnum & avena iterum præbenda.

Hora quarta poſtquam deterſi, pexi, potatique fuerunt, tertio ipſis pabulum, avena puta, & fœnum præbendum, tum ſtratum parandum.

Ungulæ equorum fimo vaccino diligenter muniendæ.

Sal vel molitus, vel foſſilis ad putrefactiones reſolvendas & diſpergendas equis objiciendus, bis minimum ſingulis ſeptimanis.

Aqua illis non in itinere, niſi ſumma cautio adhibeatur, ſed in ſtabulo aut diverſorio præbenda: neque prius, quam aliquantiſper refrixerint: neque affatim & ad ſatietatem usque. (*k*)

Ephippia quoque, antequam refrixerint, non demenda. (*l*)

(*i*) Camerarii libellus hoc titulo prodiit:

In hoc libro hæc inſunt: *Hippocomicus*, quæ eſt diſputatio de curandis equis. *Xenophontis* liber de re equeſtri latinus factus. *Nomina* eque-

equeſtria græca & latina. *Xenophontis* libri de Republica Lacedæmoniorum & Athenienſium. *Itemque* de Præfectura equeſtri, converſi in ſermonem latinum. *Hiſtoria* rei nummaria ſive de numiſmatis græcis & latinis, auctore Joachimo Camerario Pabeperg. Lipſiæ Anno Chriſti MDLVI. 8.

(b) STABULUM ſit in terra ſicca, aura libera, procul a ſordibus: ſi fieri poteſt, ſit prope aquam puram, illimem, fluentem. Pontem ſub equis e minuto lapide ſtruunt: ſed in noſtris regionibus, ubi frigus, utilior ligneus, tabulæ vero non in longum ponantur, ſed in tranſverſum. Sit verſus caput equorum elevatum, ut defluat. In tabulis poſitis in longum equi lubricant. Quod ſi ex utraque parte ſtabuli ſint equi, in medio ſit ſpatium paſſuum octo, per quod tranſeat canalis, qui ſpurcitias excipiat.

In ſtabulis magnis requirit quatuor portas P. Tylkowsky ſibi oppoſitas ob faciliorem eventilationem: cameras, in quibus ſerventur illa, quæ ſpectent ad equos.

Cavendum, ne ullæ aves domeſticæ intrent ſtabulum vel fœnum, quia & plumæ & ſtercora illarum equis nocent plurimum.

Porcus non approximet ſtabulo, quia ejus ægri excrementum generat in equis peſtem, & vermes.

In itinere in hoſpitiis bene prius mundentur, aut plane laventur præſepia, antequam equis in illis pabulum detur: poſſunt enim ab equis morbidis infici.

Luminis plurimum equilia habere debent, ne tenebris aſſueti, cum in lucem producuntur, caligent. Hæc monet Heresbachius.

(c) Hinc attendendum, ne intra pabulum quoque plumæ illis objiciantur, quæ ex lectis involare poſſunt.

(d) Das Stroh ſoll nicht unter der Krippen liegen bleiben / dann es ſtehet nicht allein häßlich / ſondern iſt auch den Pferden ungeſund / und macht ihnen mürbe Hüffe / weil ſie immer darinnen umwühlen / zu zeiten auch das unſaubere Stroh hinein naſchen.

(e) Durch das Striegeln wird der beiſſende Staub abgenommen / und das Geblüt / als Spiritus vitalis vehiculum, in die äuſſerſten Gliedmaſſen gebracht. Die Striegeln müſſen ſcharff und mit kurtzen Zähnen ſeyn. Oder man hat Kartätſchen aus Sauborſten gemacht / dieſe nehmen den Staub trefflich aus den ſubtilen Haaren / die mag man hernach etliche mahl über den Striegel abziehen / und alſo den Staub / der in den Striegel fällt / abbringen.

(f) Der Schweiff/ Mähne und Schopff ſollen/ nach Herrn Fuggers Rath/ nicht naß/ ſondern mit einem trucken Kamm fein ſubtil/ ohn Ausreiſſen der Haar/ ausgerichtet werden. Item ſoll man mit einem Schwamm/ oder in ſauberm Waſſer angefeuchteten Tuch die Augen und den Kopff wiſchen.

(g) Wenn ſie geſaubert ſind/ kan man ſie im Sommer mit einer ſaubern leinen Decken/ im Winter aber mit einer Kotzen zuhüllen.

(h) Herr Fugger will/ (verba Germanica ſemper ſunt Domini ab Hohberg in hoc paragrapho) man ſoll den alten Roſſen zu keiner Zeit Heu geben/ als nur gar ein wenig vor und nach dem Trincken. Was aber junge Roſſe ſind unter ſechs Jahren/ denen mag man wohl um einen guten Theil mehr geben.

Haber-Stroh eſſen die Pferde zwar gern/ machet ihnen aber krancke Bäuche.

(i) Prodeſt ſanitati miſcere ad avenam conciſum ſtramen. Wenn man das Futter eine Stunde lang in der Krippen läſſet/ ſo mag man das übergebliebene wieder heraus nehmen/ ſo werden ſie ſo denn nicht überdrüßig. Die Krippen/ ehe man ihnen einſchüttet/ ſollen wohl gereiniget werden. Man ſoll bißweilen den Pferden dürre Wermuth oder wilde Wegewart mit Saltz unterm Futter zu eſſen geben. Man kan ihnen auch die grüne blühende Wermuth im Früh-Jahr geben mit Hundstrabe/ item wilde Wegwart/ Kraut und Wurtzel/ purgirt/ und ſie verſchlagen nicht.

(k) Das Mundſtück ſoll man ſo offt waſchen/ als es aus des Pferdes Munde kommt/ auch in der Wochen zweymahl mit Saltz reiben/ die abgenommene Sättel an die Sonne/ oder andern truckenen Ort ſtellen/ und hernach wohl auffklopffen/ und die Haar in dem Küſſen wohl auslüfften.

(l) Potandi bis in die; turbidam amant aquam, inquit P. Tylkowsky: Quam tamen alii, ut hic noſter, puram requirunt. Imo experientia nobis conſtat, quod noſtri equi hanc præ illa, puram nimirum præ turbida, velint. Quamvis etiam obſervaverimus, quod ſæpe limpidam pede interturbent. Wann man ſie auff der Reiſe trincken will/ ſoll man ihnen/ nach dem ſie abgekühlet/ zuvor ein wenig Heu mit friſchem Waſſer benetzt vorlegen/ das erfriſcht ſie wohl/ und darnach laſſe man ſie erſt trincken. Läſſet man ſie/ wie die Ungarn/ aus allen Wäſſern trincken/ ſonderlich wañ ſie erhitzt ſind/ ſo brechen ſie durch/ dafern ſie es nicht von Jugend auff alſo gewohnet ſind/ und gehet das Futter meiſtentheils unverdauet von ihnen:

ſonderlich

ſonderlich wann ſie trincken aus dem Waſſer / wo Flachs geriſtet / oder geretzet wird: welches Waſſer ihnen höchſt-ſchädlich.

Die Türcken laſſen ihre Pferde im Krieg und Feldzügen des Tags nur einmahl eſſen / nemlich auff die Nacht / damit ſie des Hungers gewohnen / und deſto nothleidender und tauerhaffter werden. Das thut aber alles die Gewohnheit.

Mit Spießruthen ſoll man ſie (wie etliche den böſen Brauch haben) nicht verziren / denn ſie werden ſchrickich / ſchlagend und untreu.

Man ſoll den Pferden offt ins Maul ſehen / ob ſie nicht dürre Wartzen / ſchieffe Zähne / und dergleichen Mängel haben.

Equo multum prodeſt, ſi ſe voluter: in quem finem aut uſum locus ante ſtabulum habeatur aptus: quod monet Xenophon.

Poſt iter equo diligenter pedes mundandi, ne aliquid luti ſubſit, & ovum plantis ſuccutiendum, tibiæ cereviſia calida fovendæ. Vel urina pedes abluendi.

Paſcantur non in ſiccis, ſed humidis locis, neque inter arbuſta, quia ibi herbæ duræ.

Equus debilis non inducatur in aquam niſi ventre tenus, quia fiet debilior.

§. II.

Regulæ PULLOS educandi & curandi.

Pullorum educatio ſingularem omnino requirit curam, de qua ſequentes exſtant regulæ, ex illis ipſisque laudatis adverſariis excerptæ:

1. Pullum manu ne contingas, præſertim ſpinam.

2. Adverſus aſthma, quo morbo ſæpe laborat, hoc remedium: membranam, in qua natus eſt pullus, ſiccatam in pulverem redige; ejus pulveris tantum, quantum groſſo contineri poteſt, pullo inde cum lacte. Hic pulvis tollit cuticulam, quæ in ventriculo pullorum naſci ſolet, unde aſthmatis origo.

Verum iis tantum pullis exhibetur, qui intra ætatem ſemeſtrem. Etiam pulmo vulpinus ſiccatus, & in pulverem redactus huic malo medetur.

5. Pullum menſe Martio aut Aprili natum, autumno ineunte a lacte remove. Eo enim tempore equi intra ſtabulorum ſepta paſcuntur, foris deficit pabulum. Quo ſerius natus eſt, eo ſerius a mamma depellendus: quod tum rectiſſime fit, cum ſex menſium eſt. Equæ enim ſi diutius eis lac præbeant, noxam trahunt, & ſemeſtres pulli jam eo robore ſunt, ut fœno, hordeo, avena uti commode poſſint. Disjungendi autem pridie ante plenilunium: & viginti quatuor horarum ſpatio ab equa continendi, deinde iterum admittendi, ut lacte ſe expleant. Tum a Matre ſeparandi, & intra ſua ſepta concludendi. Hunc in modum exulantibus a collo ſuſpendi amuleti inſtar ſolet fruſtillum cornucervi tempeſtive interempti. Hoc quod alexipharmacum quoddam adverſus omnis generis morbos creditur. Ante tamen, quam a mamma removeantur, farinam hordeaceam & alia hujus generis pabula objicito, ut iis paulatim aſſueſcant, & materni alimenti ſubtractionem facilius ferant. (*a*)

4. Pullis intra ſepta jam concluſis, ut præſepia dies ac noctes fœni optimi plena ſint curato. Largam enim ſatietatem deſiderat pecus iſthoc, ut veriſſime a Columella traditum eſt: cumque primo anno

anno maxime crescant, valde ad rem pertinet, ne eo tempore penuriam sentiant; fœnum optimum, quod dulcissimum, atque aridissimum.

5. In conseptis ut libere vagentur, permitto: diuturna enim quiete facile noxam contrahunt. (*b*)

6. Cibaria cum præbentur, tum longuriis separandi, ne a robustioribus imbecilliores arceantur. (*c*)

7. Sunt autem eorum cibaria præter fœnum, palea, avena, vel hordeum. Hæc commisceto, & aqua tepida paululum irrigato, ne sicca atque arida halitu pullorum difflentur. Hæc autem non nisi molita, & in farinam redacta pullis objici oportet, ne cibi durioris conficiendi labore in catarrhos, qui equino generi maxime infesti sunt, incidant. Qui fœno solo pascunt, altiores, qui hordeo & avena, crassiores evadunt. quod sic observasse se scribit Fuggerus Baro.

8. In stabulum redactis per tridui spatium præbeto folia salicis: post totidem diebus salviæ sylvestris, qua nihil ipsis, licet adversa sit, salubrius. Tum paullum cichori sylvestris, & alias hujus generis herbas, ita tamen ut ne ultra decimum aut duodecimum diem hæc ipsis præbeantur. Ventrem enim vehementer solvunt: & longiori tempore assumpta pullis debilitatem adferrent. Alii faginam frondem eis objiciunt; nec non minus reliqua cibaria præbent: hæc enim alvum solvit, & pilos nitidos reddit, neque ullam illis noxam adfert.

9. Qui

9. Qui pulchre jubales & caudatos equos habere volunt, pullis, quam primum a lacte remoti sunt, jubam atque caudam forcipe attondent; Ea res facit, ut pili densi, atque setosi succrescant.

Pulli non statim calceandi: & anteriorum pedum ungulæ prius quam posteriorum ungulæ reddantur duriores, latiores, atque rotundiores. Cum autem tempus calceationis advenit, ferreæ soleæ quam levissimæ ipsis inducendæ.

(a) Die Stede muß vor sie gar klein von Rocken-Stroh geschnitten werden/ und unter den Haber gemenget. Werden bald in der Abtheilung der Fütterungen wie andere Pferde gewartet. Das Heu soll auch klein seyn. Etliche reiben ihnen ein wenig weich Brod unters Futter/ und bestreuen es mit etwas Saltz.

(b) Ihr Stall muß rein gehalten / sie auch wohl gesaubert werden/ damit sie nicht Läuse bekommen/ darvon verbutten und sterben sie.

(c) Weilen etliche gar zeitlich groß werden und erstarcken/ so pflegen sie die geringen und langsamen Fohlen immer vom Fressen abzustossen: Darauff soll man nun wohl Achtung geben / daß man die Grossen allwege zusammen/ und die Geringen auch allein thue / und einem ieden sein Theil gegeben werde.

Die Wartung der zweyjährigen Fohlen geschicht also: Man mag sie unter die Feld-Pferde thun/ und sie mit ihnen zugleich füttern. Doch aber ists besser noch allein gestellet. Das andere Jahr werden sie schon an Halfftern gebunden / und gleich wie man den Stutten nur Stede mit Spreu gemenget giebet / also werden diese Fohlen auffs andere Jahr nur auch gefüttert.

Des Morgens giebt man ihnen drey Futter nach einander in der mit Spreu gemengten Stede/ dann Heu/ und darauff getränckt.

Zu Mittag wird ihnen verwurn Gebund in die Roffen gelegt: man läst sie mit den Stutten in Hof gehen/ werden beym Brunnen getränckt.

Abends füttert man sie wieder wie morgens. Legt ihnen Heu vor/ und macht ihnen ihre Streue.

Etliche so da wollen bald schöne Rosse haben / die füttern sie auffs ander

andere Jahr auch mit Haber/ geben die Wochen auff eines zwey Viertel/ welches ihnen eingetheilt wird. Etliche laſſen ſie auff den Sommer mit den Stutten ins Graß lauffen.

Der Dreyjährigen Fütterung geſchicht alſo: man muß denen Hengſten wieder beſſer Futter als das vergangene Jahr geben/ und werden von Stutten abgeſondert in einen ſonderlichen Stall/ ſonderlich angebunden; Die Stüttlein aber bleiben bey den Stutten / und werden bey ihrem Futter aufferzogen. Auff ein ſolch dreyjährig Roß pfleget man wochentlich einen Scheffel Haber zu geben / welcher unter gar kleine geſchnittene Stede von Rocken-Stroh gemenget/ und alſo trucken ihnen vorgeſchüttet wird.

Des Morgens drey gleiche Futter nach einander / wenn man ſonſt die andern Roß auch füttert / zum vierdten Heu eingeleget / darnach getränket. Des Mittags und Abends gleich ſo abgefüttert/ und die Streu gemacht.

In dieſem Jahr mag man ſie ſchon zur Arbeit gewöhnen / bißweilen einmahl mit einſpannen/ vornen zu an das Riehm-Pferd neben bey mit anhängen/ thut ihnen nicht ſo leicht Schaden / als hinten bey der Deichſel. Doch ſoll man ſie dis Jahr nicht allzu ſehr ziehen laſſen / damit ſie nicht rücklich verbrechen/ oder ſich verrücken und wehe thun.

Nos (inquit Heresbachius) *a ſecundo anno equulum moderatiùs laboribus aſſuefacimus, primum occando in agro proſciſſo, quod & pedibus prodeſt, & greſſui: ac dein antro, aliisque paulatim quibuslibet, & frigori, caloribusque cum temperamento præparamus. In jungendo operi hoc cumnudum, ut pares viribus jungantur, ne valentioris robur alteri procuret exitium, hortamen clamoris, & verberis metuentis. Imbendo minus læduntur, quam portando. Subinde laboribus modentis equum exercere utile. Sic enim aſſuefactus non tam facile læditur.*

Quando Equa eſt fatigata, non permittatur ut eam ſugat ſoboles aut hinnulus, quia lac vitioſum ſuget. Hinnuli boni ſignum eſt, ſi ante alios procurrit ad pontes, tranſilit foſſas, hinnit, diſcurrit, elevat caput & caudam, ludit, & alios ad ludum incitat, naribus fiſtulat, eſt cautus, & ex ore lupi elapſus.

§. 12.

EQUORUM caſtrandi ratio.

De caſtratione Equorum hæc annotata reperio.

Equi ſub finem Martii vel initium Aprilis caſtrandi, & quidem menſe creſcente triduo vel quatriduo ante plenilunium. (*a*)

Caſtratum utile eſt ſtatim primo, vel altero die modice exercere, & ad aquam ducere.

Caſtrationis ratio hæc tutiſſima. Priusquam ferrum adhibent, duabus ferreis ungulis vel forcipibus apprehendunt teſtium nervos. Iis comprehenſis genitalibus duo vulnera imprimunt. Tum per unamquamque plagam ſingulos teſticulos exprimunt, & cultro ignito præſcindunt: utramque plagam adurentes, ut ſanguinis eruptionem prohibeant. Inde veſicam ſale implent nullo alio medicamento adhibito. (*b*)

(*a*) Luna decreſcente caſtrandos eſſe docet Tylkowskius de Re Agraria c. 6. Sect. 4. p. 308; & hoc non ante annum completum, ſed melius tertio aut quarto anno, idque in Majo vel Septembri. Sic ille. At audiamus etiam Heresbachium: *Caſtrantur*, inquit, *Annieuli, aut etiam grandiores: nos aliquando quinquennem, aut ſexennem caſtravimus.*

Der Autor des Schleſiſchen Wirthſchafft-Buches redet hievon alſo: Welche Fohlen man nicht gantz behalten will / läſt man in dieſem Jahr (im dritten) im May gemeiniglich / wann ſchöne gute Weide und der Monden neu iſt / verſchneiden / und zu Wallachen machen / damit man dieſelben mit unter die Stutten lauffen laſſen kan / und ſie beym Futter nicht halten darff.

(*b*) Ligatur itaque Equus (inquit dictus P. Tylkowski) & dorſo in aliquam foſſam immittitur, oculis obtectis, nervi intra ligna ſtringuntur, & ſcrotum extenditur, & ſcinditur, ut exiliat, quod exſcindi debet. Tum ſerico rubro fortiter vena ligatur, & fit abſciſſio. Deinde calidum unguentum immittitur factum ex adipe hirci cum terebinthina, equus erigitur, & in loco umbroſo ſicco per horam ſtatuitur, deinde lente ducitur per locum pulverulentum, ut pulveres citius faciant cicatricem. Cavetur interim a muſcis & aqua.

Man

Man ſagt/ (ſchreibt Colerus) die Poleu ſollen ihnen die teſticulos zerdrucken/ weil ſie noch ſaugen / und ſolchen ſollen hernach die Zähne nicht ausfallen/ ſollen auch von Verſamlung böſer Feuchtigkeiten nicht kranck werden.

Modum caſtrandi, quem Colerus præſcribit, quære in ejus lib. 10. cap. 9.

§. 13.

EQUORUM vitia quomodo curanda?

Vitia Equorum, ut de his quoque aliquid dicere liceat, præcipua ſunt: ſi ſint calcitroſi, ſi phrenetici, ſi pavidi, ſi non ſimul jungibiles, ſi retrogradi, ſi ea *lue* infecti, quæ vulgo Rotz appellatur, admodumque contagioſa eſt: Si illo morbo circa ilia laborent, de quo Virgilius 3 Georg.

Tum vero ardentes oculi, atq; attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu gravis; imaq; longo
Ilia ſingultu tendunt - (a) - -

(a) Plura de vitiis Equorum eorumque cura hic ſcribit Henelius, quorum tamen ſenſum genuinum ex nimia characterum confuſione & informitate eruere aut aſſequi non valuimus; ex nonnullis tamen legibilibus colligere licuit, non multum illa diſcrepare ab iis, quæ habent Conradus Heresbachius lib. 3 de Re Ruſtica, Hohbergius in Georg. Curioſ. lib. 8. cap. 87. 88. &c. von der Pferd-Zucht; aliique alibi: ad quos lectores dirigimus.

Was zu beobachten/ wann man ein gutes Pferd kauffen will.

Sich für Betrug hüten/ und recht wählen können/ ſind zwey der vornehmſten Stücke/ die man in Erkauffung neuer Pferde zu beobachten/ und wer darinnen gar nie oder doch ſelten fehlet/ der kan ſagen/ daß er glückſelig und unter einem guten Planeten gebohren ſey. Die Roßtäuſcher und Juden haben ſo viel ſchlauhe Fündlein und Grifflein/ damit ſie das Böſe und Ubelſtändige verhehlen und vermänteln/ und das/ was gut

und löblich an ihren Pferden/ zum Schein vorſtellen und adumbriren können/ daß man wohl hundert Augen des Argi, und alle hundert Hände des Briarei bedörffen ſolte/ alles zu ſehen/ zu begreiffen/ zu erkennen/ zu urtheilen/ und auff den wahren Grund kommen: Mundus vult decipi, und die Erfahrenheit kommt nicht vor Jahren. Mit wenigen will ich mit Herrn Fuggern zu Ende ſeines Geſtütterey-Buchs andeuten/ was einer/ der ein Pferd kauffen will/ betrachten ſolle.

1. Muß man die Zuſammenſtimmung und Proportion aller Gliedmaſſen betrachten/ daß ſie wohl mit einander eintreffen.

2. Soll man vor allem die Füſſe/ als das Fundament der Reuterey/ wohl beſehen und betaſten/ in die vordern Kniebiege mit dem Fuß ſtoſſen/ ob es feſt ſtehe und nicht knacke/ obs von gutem Horn/ nicht vollhüfig/ hornklüfftig/ ſtoßgallicht/ oder bockbeinicht ſey; am Berg-Abgehen mit verhängtem Zaum erkennet man/ obs ſtarck im Rücken/ und gewiß auff den vordern Füſſen; am Berg-Auffgehen erkennet man den Athem.

Ein Pferd ſoll auff den Füſſen (wie Herr Löhneiſen will) gerad/ vornen weit und hinten auch nicht zu enge ſtehen/ die Füſſe wohl auffheben/ und aus den Bügen gehen/ ſoll ſich auch weder hinten noch vornen nicht ſtreichen. Wanns ein ſpitziges Bein zwiſchen den Ohren hat/ ſo laufft es gern; man greiffe einem Pferde in den Schlund an die Gurgel/ da findet man zwo Häute über einander; iſt nun die Unterhaut ſehr dünn und ſubtil/ ſo iſt das Pferd arbeitſam/ wird aber nicht gerne fett. Dis iſt eine alte Beobachtung der Reut-Verſtändigen.

Item wann man die nächſte oder andere Rieb am Schweiff mit zwey Fingern auffhebt/ hält es ſtarck entgegen/ ſo iſts ſtarck; läſt es aber ſolchen leichtlich über ſich heben/ ſo iſt es nicht viel nutz.

Item ſoll mans aus allen Bügen traben laſſen/ zu ſehen/ ob es ſich ſtreicht/ oder in die Eiſen einreicht/ vorn und hinten ſoll man die Füſſe auffheben/ und auff die Nägel klopffen/ um zu wiſſen/ ob es gern beſchlagen laſſe/ ſoll auch acht haben auff die Gallen/ Spaten/ Maucken und dergleichen.

Item ſoll man ein Roß im Gang betrachten/ wie es im Gehen die Füſſe niederſetze/ denn ſo es die vordern Füſſe auswärts wirfft/ und nicht auff den vordern Theil des Horns/ ſondern auff die Ferſen niederſetzet/ ſo iſt ſolches Pferd einmahl rähe geweſen/ welches man ingleichen an den Ringen um den Huff wohl ſpüren kan.

Auch ſoll man die vordern Schienbein und Kegel beſehen/ ſind ſie lang/

lang/ ſo ſtoßt und fällt ein Pferd leichtlich. Dicke/ feiſte und geſchwollene Adern bedeuten/ daß ein Pferd nicht arbeitſam.

Wann man ein Pferd läſt eine Carrera lauffen/ ſo vernimt man die Güte oder Schwerigkeit des Athems/ die Gewißheit der Füſſe und ob es in den Flancken nicht anziehet/ welches ein böſes Zeichen/ und wohl zu fliehen/ bedeutet/ daß es mangelhafft an der Lungen und Hertzſchlächtig.

Item kan man bey dem Lauff am beſten erkennen/ ob ein Pferd hartmäulicht/ ob es ſich bald halten laſſe/ und wohl partire/ obs hitzig/ choleriſch/ oder bald zu begütigen. Auch hat man auff folgende Wahrzeichen Obſicht zu halten; daß ein groſſes hängendes Geſchröt nicht immerdar außhängt/ obs die Ohren weſchelt oder gern hinter ſich legt/ wie die Augen beſchaffen/ obs nicht monſichtig ſey/ das kan man bey warmen Wetter und wachſenden Monden am beſten erkennen/ ob die Augen wolckich/ trüb/ feucht/ ob es ihm gern läſt an die Ohren greiffen/ iſt ein Zeichen/ daß es ſich gern zäumen laſſe; man kan es wohl in ſeiner Gegenwart ab- und auffſatteln und zäumen laſſen/ obs trocken oder feucht im Maul/ das Mundſtück gern annimt und damit ſpielet.

Es iſt auch ein böſes Zeichen/ wann die obere Lefftzen am Maul weit über die untere herab hängt/ dann der Athem iſt nicht gut/ die Naſen ſollen über ſich gezogen und auffgeblaſen/ und die Lefftzen gleich ſeyn; Auch muß man ſehen/ obs gern von dem Pferde gehe/ ob ſichs bald erzörnen laſſe/ ob es leicht wieder zu begütigen/ ſonderlich ſoll man ſelbſt darauff ſitzen/ alles in Betrachtung zu faſſen/ ob es weder hartmäulich noch ſtätig.

Wer einem abſchlägt/ zuvor auffm Pferd ſelbſt reuten zu laſſen/ da iſt ein groſſer Argwohn/ es ſey nicht alles juſt/ man ſoll ein Roß zur Prob nicht auff der Schul/ da es gerichtet worden/ ſondern ins freye Feld reuten/ kein Pferd ſoll unter dem Sattel gekaufft/ ſondern vor abgeſattelt werden/ des Rückens Beſchaffenheit zu wiſſen.

Item ſoll man greiffen/ obs in der Seiten nicht verwimmert ſey von Spornſtreichen/ ſo der Faulheit ein gewiſſes Kennzeichen iſt. Im Stall ſoll man ſehen wie es ſtehe/ ob es wohl freſſe/ nicht gar zu geitzig/ ob es nicht aufffetze/ obs den Haber wohl käue/ und nicht gantz hinunter ſchlinge; wie man dann (ſagt Herr Fugger) auß dem Zirch und deſſen Geruch ſehen und ſpüren kan/ ob ein Roß gute Däuung habe/ oder ſonſt im Leib geſund ſey/ auch ob es fein räſch und nach einander ſtallet.

Wann du an einem Pferd auſſerhalb des Stalls oder auch am Roß-

marck erkennen wilt/ ob es koppt und auffſitzt/ oder nicht/ ſo beſchaue ihm nur die vordern zween Unter-Zähne / wann dieſelben auswärts abgeſchliffen ſcheinen / ſo iſt das Pferd ein Krippenbeiſſer / ſo nicht allein häßlich an ſich ſelbſt / weil ſie / wann ſie im Futterfreſſen die Zähne an den äuſſern Barn anſetzen/ viel Futter unnützlich verzetteln / am Leibe nicht gern auffnehmen/ ſondern auch/ daß andere junge Pferde/ die neben ihnen ſtehen/ dieſe Unart von ihnen lernen.

Wer auff der Streu erkennen will / ob ein Roß rähe oder abgeritten geweſen/ der greiff ihm an die Halffter und rucks hinter ſich/ geht oder weicht es gern zurück/ ſo iſts gut/ magſt du aber das Pferd weder hinter ſich noch für ſich bringen/ ſo iſts rähe und übertrieben/ daher zu meiden.

Inſonderheit hat man ſich vor der Roßtäuſcher Betrug zu hüten/ die erſtlich / wann ſie ein Pferd haben das langöhricht und conſequenter faul iſt/ beſchneiden ſie ihm die Ohren künſtlich / machens kurtz und ſpitzig/ die hangenden Ohren können ſie mit dem Hauptgeſtell über ſich zwingen/ oder machen einen Courteau und Stutz-Ohr daraus/ geben vor/ es komme erſt aus Franckreich/ ſey eines groſſen Herrn geweſen.

2. Den Pferden/ die blöde flüßige Augen haben / helffen ſie mit dem Aderlaſſen / monatlichen Stülſtechen / ja auch mit Wäſſern und andern Künſten; das dauret aber nur eine Weil / wann ſie einen andern Herrn bekommen / der dieſer Mittel unerfahren iſt / werden die Augen ſchlimm wie vorher.

3. Den alten Pferden feilen ſie nicht allein zwölff vorder Zähne/ ſondern auch beyde Hacken ab/ und richtens mit andern Zeichen zu/ daß ſie ein ſechzehen oder zwantzigjähriges vor acht oder neun Jahr verkauffen; an ſchwartzen Tüpffeln aber / wenn es gantz weg iſt / kan man den Betrug erkennen.

4. Können ſie die Maucken/ Räpffen und Galten heilen und ſalben/ daß es eine Weile gut bleibt; wanns aber einer kaufft / der reiſen/ und das Pferd ins Feuchte bringen muß/ ſo kommen ſie wieder.

5. Die Rieb am Schweiff können ſie ſtarr und feſte machen / wann ſie die Nerven/ die aus dem gantzen Rückgrad biß dahin gehet / halb abſchneiden/ ſo wird das Roß lahm.

6. Den langſeitigen Roſſen legen ſie einen langen und den tieffrückichten einen hohen Sattel auff; Item die Ringe an Hüffen feilen ſie glat hinweg/ und beſtreichen die Hornklüffte mit Wachs oder Pech / nachmahls überfahren ſie den gantzen Huff mit einer Schwärtze / ſie machen

auch

auch wohl weisse Zeichen an den Füssen/ und an der Stirne / währet aber nur so lang/ biß sie wiederum hären.

7. Einem Roß/ das schweren Athem hat / helffen sie mit Nasenschlitzen und andern Artzneyen.

8. Wann es sich im Wasser legt / hauen und speroniren sie es und ellen geschwind durch.

9. Wann ein Pferd nicht lauffen will und stätig ist / lassen sie es mit und neben andern vorreuten/ so mercket man seine Tücke nicht.

10. Den Pferden mit dürren Mäulern legen sie ein Mundstück mit Honig und Saltz bestrichen / daß sie daran arbeiten / und einen Fahm machen.

11. Einem unhältigen Roß nehmen sie ein Schnürlein oder kleines Kettlein/ machens auff der einen Seiten an das Mundstück und Kienreiff/ ziehens dem Roß inwendig unter dem hintern Lefftzen herum/ und bindens auff der andern Seiten abermahls an das Mundstück und Kienreiff/ das hält ein Roß hefftiger/ als alle Biß und Kienreiff / die man ihm geben kan: dieses Schnürlein oder Kettlein verdecken sie fein mit den Boucken / daß mans nicht gewahr wird; wann dann der/ so es gekaufft hat/ mit einem andern Mundstück reitet/ und etwan lauffen läst / so gehet es durch / und lässet sich mit keiner Gewalt der stärckesten Armen aufhalten.

Also können auch die Roßträuscher die Rotzigkeit mit Artzneyen auff eine Zeitlang so scheinlich verstellen / daß man sie fast unmöglich / biß es wieder mit Gewalt ausbricht/ erkennen kan; daher auff Roßmärckten vor den unbekandten frembden Roß-Händlern/ vornehmlich den Juden/ sich wohl vorzusehen.

Am besten ist/ wer sich nicht selbst auff die Pferde wohl verstehet/ daß er einen vertrauten/ in diesen Händeln erfahrnen und vernünfftigen Mann brauche / oder daß ihm der Roßhändler / wann er bekandt und angesessen/ vor alle Haupt-Mängel einspreche/ mit dem Beding / innerhalb Monat-Frist/ da sich was widriges ereignen solte / es wieder mit Refundirung des Wirths anzunehmen.

Was einer/ der Pferde kauffen will/ bey jeder Lands-Art in acht zu nehmen/ lehret auch de Campe in seiner Reit-Kunst: daß bey den Deutschen und Niederländischen Pferden die Augen/ vollhüffige Füsse und andere Fuß-Mängel wohl zu beobachten; Bey den Spanischen die Hornklüfften/ Steingallen und Spätt; Bey denen aus Barbaria die Schwachheit der Füsse/ die Uberbein/ Huffzwang/ böse Hüffe und dergleichen / und also ferner.

Von

Von allerhand Untugenden der Pferde.

Es ſind der Untugenden an den Pferden ſo vielerley / die entweder von Natur/ oder durch böſe Aufferziehung und ungeſchickte Reuter ihnen beygebracht werden/ daß es ein gantzes Buch bedörffte / deren Urſach und Verbeſſerung ordentlich zu ſpecificiren.

Der Erbſchäden (wie ſie insgemein genennet werden) ſind eilfferley Arten: 1 Speckhälſig. 2 Stättig. 3 Spättich. 4 Hertzſchlächtig. 5 Rotzig. 6 Kolleriſch. 7 Steingallen. 8 Floßgallen. 9 Uberbein. 10 Vollhüffig. 11 Wann es ein Gewächs auff die Welt bringt.

Wer aber ſelbſt ein Geſtütt hat/ kan in ſeinen Füllen/ wenn er anders taugliche Leute dabey hat/ als in ein zartes und weiches Wachs / austilgen/ was ihm mißfället/ und eindrucken/ was ihm beliebig iſt; da finden ſich ſtättige/ widerſpenſtige Pferde/ die das Gebiß niederdrucken/ die Stangen an die Bruſt ſetzen/ gar ausreiſſen/ durchgehen/ und davon lauffen/ ſich nicht wenden laſſen/ unſtät/ unruhig ſind/ und nicht ſtehen wollen/ aus Boßheit niederfallen/ ſich aufflehnen/ oder gar überſchlagen / weder auff- noch abſitzen/ ſich nicht ſatteln und zäumen laſſen / ſich im Waſſer oder Lacken niederlegen/ durch kein gefrohren Waſſer im Winter gehen wollen / untreu ſind/ beiſſen/ ſchlagen/ mit den Füſſen hauen / und was dergleichen unhöffliche böſe angenommene Laſter mehr ſind/ die ſie entweder durch Verwahrloſung deren/ welche ſie erzogen / geritten und geſtattet / oder ſelbſt aus eigner Fantaſey an ſich genommen haben; wie dann ſonderlich die jungen Pferde/ die man auff die Reut-Schul bringt / mancherley Unarten / als Kopff-Erſchüttern / Ohren- Wechſeln / im Zaum liegen / ungehorſam ſeyn/ falſch galoppiren / das Maul krümmen / und was deſſen mehr iſt/ treiben und fürnehmen/ welches alles/ als unnütze Nebenſchößlinge / von vernünfftigen Reutern muß nach und nach abgeſchnitten / und das Pferd zu recht gebracht werden; doch mehr mit Lindigkeit als Gewalt.

Was die Pferde antrifft / die ſich im Waſſer legen / ſind etliche der Meynung / es ſey ihnen darum gleichſam angebohren / weil es mehrentheils Herbſt-Füllen ſind / die den gantzen Sommer über im Mutterleib getragen werden/ und wann die gröſte Hitze ſich ereignet / ihr Leben empfangen: weil nun theils Mutter von den Sonnen-Strahlen ſo wohl/ als von der ſchweren Tracht / mit Hitz und Schweiß geängſtiget werden/ legen offtermahls/ ſich abzukühlen / in das Waſſer/ und dieſe Gewonheit ſoll das Füllen alſo noch im Mutterleibe an ſich nehmen / und hernach fort und fort behalten.

Dieſes

Dieſes nun zu remediren/ haben die Alten gut befunden/ man ſoll einen Krug mit einem engen Mundloch voll Blutes anfüllen / das Pferd ins Waſſer reuten/ und wann man vermerckt / daß es ſich legen will/ ihm den Krug zwiſchen die Ohren ſchmeiſſen / daß er zerbreche/ und das Blut ihm über den Kopff und Augen hinab flieſſe.

Jetziger Zeit aber findet man für beſſer / wann man einen Knecht Sommers-Zeit nackend darauff ſetzet / alſo ins Waſſer reutet / und ein paar andere Kerln/ auch ausgezogen/ mit Prügeln nachfolgen; wann ſich nun das Pferd zu legen beginnet / ſoll der darauff Sitzende die Stangen des Mundſtücks ergreiffen/ das Pferd feſt niederhalten / daß es ſich nicht könne auffrichten/ inzwiſchen ſollen die zween andere Knechte hinzu eilen/ dem Pferde den Kopff niederdrücken / und wohl unters Waſſer tauchen/ damit ihm das Waſſer in die Ohren / Naſen und Mund gehe / hernach ſollen ſie mit Prügeln hinter ihm her ſeyn/ und ihm fein gute Schläge geben/ ſo werde das Pferd dis nicht mehr thun / ſonderlich wann die Schläge mit einem ſtarcken Geſchrey begleitet ſind. Welches man in eben demſelbigen Waſſer den andern Tag wieder continuiren ſoll.

Wann ein Pferd faul und gantz nicht ſpornflüchtig iſt / gibt Herr Camillo (ein guter an dem Florentiniſchen und Käyſerlichen Hof berühmter Roß-Bereuter) in ſeinem geſchriebenen Unterricht dieſen Rath: wann man des Morgens ein ſolches Pferd auff die Reutſchul bringet/ ſoll man vorhero ihm ein paar ſcharffer und eingreiffender Sporen machen laſſen/ und anlegen/ auff das Pferd ſitzen / und es einen ziemlich geraden Gang/ als einer Galoppo, anſprengen / und hernach eine Cariera; und zu gleicher Zeit dem Pferd acht oder zehen paar Spornſtreich (ſo kräfftig man kan) einhauen / und wo man pariren will / ſoll am Ort ein Junge ſtehen mit einem in Eßig und Saltz getunckten Schwamm/ damit ſoll er das Pferd an den Sporn-Wunden wohl reiben und beſtreichen/ auch ſoll ihm der Reuter die Sporn damit benetzen laſſen / und ſoll gleich wieder in einer Galoppo oder Cariera davon und gleicher Anſprengung abreuten/ ſo wird das Pferd die Sporn fürchten lernen; wann er alſo etliche Tag nach einander wird recht können lehren/ darff er dergleichen nimmer erwarten.

Wann ein Pferd an den Riemen nagt / ſo nimm alte Lederſtücklein bey einem Riemer oder Sattler / hab aber acht / daß keine Nägel oder Dornen darinnen ſind/ gieb ihm zwey oder drey Gauffen voll / oder ſo viel es mag/ an ſtatt des Futters zu eſſen/ laß es aber vor wohl hungerig wer-

den/ du wirſt dein Wunder ſehen/ und das Pferd wird ſein Lebenlang nimmer an den Riemen nagen/ iſt probirt. Wann ein Pferd / im Tummeln und andern Ritterſpielen / den Schweiß hin und wieder ſchwinget / welches für einen groſſen Ubelſtand gehalten wird/ ſo ſtich ihm die groſſe Ader/ die an der Riebe des Schweiffes herunter gehet/ entzwey / kan es alsdenn nimmer alſo wedeln; wiewohl etliche vermeynen / daß ſie hernach nicht ſo wohl / oder gar nicht ſchwimmen können. Wann ſich ein Pferd nicht will ſattlen und zäumen laſſen / ſo geſchiehet es meiſtentheils aus Ungeſtüm des Geſindes / da man ihm den Sattel ſtarck und grob auffwirfft/ daß er offtmahls auff der einen Seiten wieder herab fällt / auch wann man junge Roß/ im Gurten/ mit dem Fuß wider den Bauch und in die Seiten ſtöſſet/ oder im Gurten und Zuziehen Haar und Haut erwiſcht / und klemmet /. oder wann es wund und gedruckt iſt / daß es ſich für Schmertzen fürchtet/ und nicht ſtill ſtehen will; mit dieſem muß man / wenn es nur geheilet und geſund iſt/ fein ſittſam umgehen / und des Tages fünff oder ſechsmahl ſattlen und zaumen/ den Zaum darzu mit Saltz und Honig reiben laſſen; wanns aber untreu iſt/ niemand in den Stand laſſen/ und nur ſchlagen und beiſſen will/ ſo ſpann es auff allen vieren / und handle darnach gelind und ſittſam mit ihm/ dardurch wird es endlich fromm gemacht/ und vergiſt dieſer Untugend.

So hat auch ein Reuter mit einem jungen Thier mehr Vernunfft als Gewalt zu gebrauchen / daß man anfangs ein alt abgerichtetes Pferd neben ihnen habe/ das ihnen vorgehe/ und ſie alſo demſelbigen williger folgen / und ihnen dergeſtalt die natürliche Muthigkeit und Courage nicht gleich anfangs benom̃en/ und ſie zu Furcht/Schrecken und Deſperation geleitet werden möchten. Welches ein Hauptſtück iſt/ junge Füllen wohl anzubringen / wann nemlich der Reuter des abgerichteten Pferdes allzeit darneben iſt / im Traben und Gehen neben- und vorgehet / alſo auch gleichſam den Weg zeiget; ſo kan man das Füllen / wann es eine Widerſetzlichkeit wolte ſpüren laſſen / wohl mit der Stimme und einem gelinden Streich auffmuntern/ dem alten Reuter und Pferde deſto williger zu folgen. Die ſchönen Pferde haben meiſtentheils den Mangel an den Augen / oder ſind von ungeſtümen Reutern durch Harthaltung darzu verurſachet worden. Etliche erſchrecken ſie wohl mit Fleiß / der Meynung/ ſie mit Gepolter und gäher Anplatzung hertzhafft zu machen/ ſo mehr zu ſchelten und auszuſtellen/ als zu loben iſt / weil ſie viel beſſer mit Sanfftmuth/ und auff erſtbeſagte Weiſe/ in Mitgeſellſchafft eines andern

gerechten

gerechten Pferdes/ zur Beſſerung zu bringen ſind. Auch hat ein Reuter vornehmlich zu bedencken/ ob der Mangel des Füllens aus Thorheit der Jugend / oder aus natürlichen angeerbten Gebrechen / oder aus übler Zucht/ oder aus Boßheit herrühre. Viel Pferde werden von den Reutern und Knechten alſo heftig um den Kopff geſchlagen / und mit Sporen alſo gehauen/ daß ſie nicht aus Boßheit oder Ungedult / ſondern aus Deſperation, Furcht und Kleinmüthigkeit/ einige Untugenden an ſich nehmen; Aus Boßheit kommt auch her/ wenn ſie eigenwillig zurück oder nur auff eine Hand gehen wollen / oder ſich gar auff die Erden werffen / oder ſich lehnen und zurück ſchlagen / oder wohl den Zaum ſtehlen/ durchgehen und ausreiſſen. Wie aber mit dieſen Pferden recht umzugehen/ beſiehe nach der Länge Mr. Salomon de la Broüe in ſeinem Cavalerice Francois Lib. I. des Preceptes, daſelbſt wir gebührliche Arten der Verbeſſerungen finden.

Die andern erzehlte Untugenden kan man jungen Pferden mit Sanfftmuth und Vernunfft leicht abgewöhnen; will man aber Pferde kauffen / ſoll man vorher wohl zuſehen/ und die Prob nehmen / damit es von dergleichen Laſtern nicht beſleckt ſey. Wie ſonſt alle dergleichen Mängel und Laſter zu verbeſſern / findet man ſolches in allen Reut-Büchern/ wohin ich den günſtigen Leſer will gewieſen haben.

§. 14.

Bubuli pecoris uſus.

Bubuli ſane pecoris præcipuum apud nos ſtudium, tum quia quaſi laborum ſocii in opere ruſtico, ad terræ culturam, & plauſtrorum tractionem, agrique proſciſſionem, utiliter nos juvant, (*a*) *βόες ἀρότηρες* inde dicti, quibus veſci Athenienſibus olim, & aliis populis interdictum; (*b*) tum quia corpora noſtra carne ſua, ſive aſſa ſit, ſive cocta, ſive recens mactata, ſive ſalſa, & fumo durata (quo quidem modo valde gratæ ſunt linguæ bubulæ) (*c*) ſuffulciunt, ac reficiunt, nec ſolum explent famem, ſed & deliciis re-

plent; (*d*) tum vel maxime propter opera lactaria, quæ tam læta heic & copioſa, ut præter illa, quæ in quotidianum alimentum cedunt, magna quoque pecuniæ vis ex iis, quæ in urbes, oppida & provincias vicinas exportantur, colligatur.

(*a*) Hujus exempla apud Jobum cap. 1. 3. Reg. 19. Iſaiæ 30. & aliis locis inveniuntur. Et hic unus boum uſus eſt, nempe ARARE.

Boum præterea uſus eſt TRITURARE: quod ut intelligas, ſciendum eſt, veteres grana quatuor modis excuſſiſſe, vel extriviſſe. Primo quidem virgis & folliculis excutiebant, & flagellis. (a quibus Germanicum Flegel denominatur) vide Ruth 2. Secundo grana exterebantur quodam tribuli genere facto ex tabula lapidibus aut ferro aſperata, quæ impoſito auriga, aut pondere grandi trahebantur jumentis junctis. Vide Iſaiæ 41. Amos 1. &c. Tertio, plauſtro rotis inſtructo ad triturandum utebantur. De hoc S. Hieronymus in Iſaiæ cap. 25. *Sunt carpenta ferrea rotis per medium in ferrarum modum ſe volventibus; quæ ſtipulam conterunt, & comminuunt in paleas.* Et in Iſaiæ c. 28: *Quæ* (plauſtrorum rotæ) *in ferrarum ſimilitudinem ferreæ circumaguntur, & trahuntur ſuper demeſſas ſegetes.* Quarto ab ipſis bobus, aut jumentis aliis grana obterebantur. De quo Jeremias c. 50. v. 11. Oſeæ c. 10, 11. & Lex Moyſis Deut. 25, 4. *Trituranti bovi non alligabis os.*

Alius Boum uſus *plauſtra trahere*, Num. 7, 3. & alibi. Huc ſpectant Ovidii verſus:

Ducunt Sarmatici barbara plauſtra boves.

Triſt. l. 3. Eleg. 10 & 12:

Stridula Sauromates plauſtra bubulcus agit.

Alius rurſum Boum uſus *onera portare*, 1 Par. 12.

(*b*) *Hic ſocius hominum* (inquit Varro Ruſt. l. 2. c. 5.) *in ruſtico opere, & Cereris miniſter. Ab hoc antiqui manus ita abſtineri voluerunt, ut capite ſanxerint, ſi quis occidiſſet.* Præter Athenienſes autem & Ægyptii, & Phœnices, & Barcæi, & Cyrenæi, & Afri paſtoritii abſtinuerunt.

Itaque Pythagoras ſui ſæculi homines ab animalium horum cæde abſterrens, hoc potiſſimum urget apud Poëtam Metam. l. 15.

Quid meruere boves, animal ſine fraude, doloque,
Innocuum, ſimplex, natum tolerare labores?

Imme-

Immemor eſt Divum, nec frugum munere dignus,
Qui potuit, curvi dempto modo pondere aratri
Ruricolam mactare ſuum, qui trita labore
Illa, quibus toties durum renovaverat annum,
Tot dederat meſſes, percuſſit colla ſecuri.

Et paulo poſt:

Cumque boum dabitis caſorum membra palato,
Mandere vos veſtros ſcite, & ſentite colonos.

Sed his præter exempla Sanctorum Abrahami, Eliſæi, Joſiæ, & aliorum, qui boves in cibum adhibuerunt, legem DEI ponimus tum generalem Gen. 9. *Omne quod movetur, & vivit, vobis erit in cibum*; Tum ſpecialem Deut. 14. *Hæ ſunt beſtiæ, quas comedetis, boves, &c.*

(*c*) Circa feſtum S. S. Galli, & Simonis Judæ, noſtrates carnes ſale maceratas in camino ſuſpenſas fumigant, & in montanis quidem ramis viridibus juniperi acceuſis, dein reponunt, & ſic integro anno incorruptas ſervant. Æſtate operariis & agricolis cibus commodus hinc paratur.

(*d*) Vituli quoque non ſolum in cibis, ſed & in deliciis fuerunt veterum Hebræorum. Hinc Abraham vitulum Angelis tenerum & bonum apponit Gen. 18. v. 7. Nec paterfamilias in parabola quidquam habet lautius, quo reſipiſcentem filium excipiat, quam vitulum ſaginatum. Luc. 15.

Hujus pecoris quatuor ſunt ætates: prima vitulorum, ſecunda juvencorum, tertia boum novellorum, quarta vetulorum. Diſcernitur in prima vitulus & vitula, in ſecunda juvencus & juvenca, in tertia & quarta taurus & vacca. Vacca ſterilis etiam taura, quæ prægnans, horda vocatur.

Caro Tauri craſſa eſt, & melancholicæ naturæ, difficilis coctionis, & pravum gignit ſuccum. Schwenckfeld.

Vaccæ probantur altiſſimæ formæ longæque, maximi uberis, frontibus latiſſimis, oculis nigris & patentibus, cornibus venuſtis & lævibus & nigricantibus, pilofis auribus, compreſſis malis, palearibus & caudis ampliſſimis, ungulis modicis, & cruribus. Eidem.

Carnes vaccinæ præter ſucci pravitatem etiam ſexûs ratione frigidiores ſunt. Agricolas tamen & laborioſos commode nutriunt.

Libera elixa, & laminatim inciſa torrentur in craticula, & vel ſale aut aromatibus, zingibere puta, & pipere reſperſa, vel butyro frixa eduntur, ſaporis non ingrati, at concoctionis difficilis.

Curam BUBULI pecoris a Domino ab Hochberg ligata oratione deſcriptam lector habeat ſequentem:

Elige ſelectum genus, & proventibus aptum
Armenti, ex illis ſtabuli incrementa quotannis
(Deterius vendas) repara, meliore retento.
Commoda Villa homines, animantia, pabula condat,
Quodque decente modo, ſine ſordibus & ſine noxa
Nec calor infeſtet, frigusve aut putridus humor.
Improba ſi pecori contagia forte minentur,
Præſidiis promptis aditus præcludat, & hoſtem
Arceat, & ſanum a morboſo ſegreget agmen.
At pecori augendo, vegetum tibi ſelige Taurum
Corpore non nimio, ſed adhuc florentibus annis
Unicolor, niger aut rufus, vel mixtus utroque
Torva tuens oculus, preſſum caput, auribus hirſi
Et cauda villi ſubſint, frons criſpa capillos
Et camum obſcuro ſine cornua glabra nitore
Pendula, cui latum palearia pectus obumbrent,
Et patula nares, collum dorſumque decenti
Denſentur ſerie, paulo ſubſtrictior alvus
Talo, & crure brevis, conſtansque & fortior Armus
Vacca bona eſt Tauro ſimilis, latus illa extendens
Longius, & brevius caput, uberi grandia monſtrat.
Sed trimus Veneri jam aptus, maturus amores
Taurus init, paulo ſeniori fronte feroci,
Conſcius ipſe ſibi, ne multum exæſtuet igne
Ejice luxuriam, tumidos caſtrato juvences,
Diſcat ferre jugum, ſed ut hæc mutatio profit,
Pabula lauta illi calidum ad præſepe ferenda;
Inde rudimento primo ſociabitur unà
Bos veteranus ei, trahere ut condiſcat aratrum
Sed modico primum penſo exercenda juventus.
Poſt ubi nodoſos ſenium ſub cornibus orbes
Circinat, & major, tum ſegnior incipit eſſe,
Rite ſaginatur, non ſedulitate minori
Quam ſpe lucrandi, pecudes armentaque cuncta.
Si calefacta fuit radiis ſolaribus æſtas

Paſcua

Paſcua mane petant ſummo, ne turpis Aſilo
Et Tabani affligant, miſeros, ſeu pabula noctu
Ad lucem Luna educunt. Sed villica ſolers
Et gravidas vaccas, vitulosque & mollia curet
Corpora majori ſtudio, mulctralia nunquam
Ni lotis adeat manibus, puriſſima vaſa
Omnia, tum quacumque facit, quacumque miniſtrat.

§. 15.

BUTYRI Commendatio.

Lac ipſum crudum & coctum editur, & bibitur inſigni pollens qualitate tum in nutriendo, cum in medicando. Inter ea, quæ ex lacte vaccino conficiuntur, præcipua ſunt Butyrum atque Caſeus. (*a*) Butyrum quidem cibum laudatiſſimum eſſe, ſed barbararum duntaxat gentium, & qui divites a plebe diſcernat, ſcripſit Plinius Comenſis naturæ ille Bibliothecarius: ſed id haud dubie ob eam rationem, quod Butyri res, nomenque, ut & modus diverſas illas ſubſtantias in lacte comprehenſas recte ſeparandi Græcis, ac Romanis ſerius, quam Germanis & aliis gentibus innotuit: Unde quidem mirum non eſt, nihil de eo a Varrone, Columella, ceteriſque rei ruſticæ ſcriptoribus tradi. Inventum quidem Butyri usque adeo recens non eſt, cum in Hebræorum gente tanquam rei notiſſimæ mentionem faciat totus Iſaias cap. 7. &c. Nomen inde videtur ortum, quod fere ex vaccarum lacte fiat, ex βοῦς nempe & τύρος, non prout caſeum, ſed quatenus coagulum notat: tametſi

ex

ex ovino quoque & caprino, atque adeo ex equino & asinino a nonnullis fieri nemo dubitat.

Res ipsa tam salubris, tam parabilis, tam jucunda, tam denique ad plurima utilis est, ut ipsi etiam oleo proprie sic dicto, quod ex olivis exprimatur, hoc a lacte oleum, uti apud Athenæum lib. X nuncupatur, palmam ambiguam faciat: neque adeo tenuioris duntaxat fortunæ, nedum barbararum gentium, cibus sit; sed in Optimatum quoque, imo Regum ac Principum mensis id edulii genus usurpari constat.

(a) Lege Deut. 32. v. 13. 14. 2. Reg. 17. v. 29. Isaiæ 7. v. 21. 22. 1. Reg. 17. v. 18. Job. 29. v. 6. Ubi tam butyri, quam casei scriptura facit mentionem.

Lac vaccinum, γάλα Dioscor. quorumlibet aliorum animalium crassius & pinguius judicatur. Ob id corporis molem & obesitatem adipisci volentibus accommodatissimum, alimentum cum pauperculis, tum divitibus commodissimum, ad pultes & fercula aptum. Renum & vesicæ dolori convenit. Stomachum tamen non assuetis & intestina inflatione vexat. Nocet splenicis, hepaticis, comitialibus, vertiginosis, febricitantibus, & capite dolentibus, attestante medicorum principe Hippoc. Aphor. 64. lib. 5. Hodie contra arthritidem & phthisin præsens in eo requiritur remedium.

Culinis & mensis Silesiæ nostræ nihil frequentius, quam BUTYRUM. Recens contra bestias, quæ virus ejaculantur, venenaque, & foris illitum, & per os sumptum, efficax est. In aëris pestilenti constitutione quotidie cum panis buccella una atque altera devorata notum prophylacticum. Illud observandum, butyrum biliosis & calidioribus naturis, & febricitantibus non æque competere, quod facile in bilem convertatur. Neque ultimo post alios cibos loco (quod frequentius apud nos fieri solet) ingerere convenit; quippe cum humidum sit ac lubricum, facileque subduci queat, in superficie natans corrumpitur: ob hoc ipsum ante alios cibos sumendum est; ita enim citius subducitur, & aliis cibis viam munit.

§. 14.

§. 16.

Butyri conficiendi ratio.

Conficiendi ratio in pleraque Sileſia ſic ſe habet: Lac ubi mulſum eſt per telam mundam colato, ſordibusque, ſi quæ forte inter mulgendum inciderunt, expurgato: (*a*) Inde e mulctris, ſive ut Virgilius appellat, mulctralibus in ſinos (vaſa ea ſunt fictilia rotunda capace alveo) transfundito: Altero vel tertio die poſt cremorem ſive florem lactis nobiliſſimam ejus partem, quæ pinguedine ſua innatat, ac ſummum petit, inde delectum in vas fictile colligito, tamque diu aſſervato, dum butyrum ex eo conficere vacat. Quod fit vaſe oblongo, cylindrica fere figura, anguſto foramine ſpiritum accipiente; in quo crebra agitatione ſurſum ac deorſum concutito, donec pingue a liquidiore ſeparetur. (*b*) Id exemptum abluito aqua pura ſæpius, & addito ſale in uſum reponito.

Nimis diu adſervatus cremor ut mucorem contrahit, ita ingratum Butyro ſaporem conciliat: ne quid de vermibus dicam aliquando innaſcentibus. Æſtate, & ubi cellæ tepidiores ſunt, altero mox die cremor ſeparandus, ne aceſcat. Tenue lactis a Butyro ſeparatum, veluti ὀρὸν, quod Germanis lac Butyri, nonnullis (*c*) lac clatyrarum dicitur, liberaliores matresfamilias cibariis familiæ ſervant: tenaciores autem, & ad rem attentiores caſeos inde quoque conficiunt.

(a) In nonnullis locis aliam hodie rationem faciendi butyri videmus, dum cremor lactis non agitatione ſurſum atque deorſum concutitur, ſed unà cum vaſe in ſuum circulum circumagitato tamdiu vertitur, donec butyrum fiat. Qua verſione facilius utique butyrum conficitur, quam concuſſione, cum concuſſio ſurſum & deorſum facta ſæpe plurium requirat manus hominum, eosque ad ſudorem usque fatiget; verſio vero unius hominis manibus facili negotio fiat per manubrium.

(b) Cultiores aut mundiores œconomæ aquam ſemper ad ſtabulum ferri curant mundam, qua manus ancillarum, & ubera vaccarum, ſi ſordidæ ſint, ſæpius inter mulgendum laventur.

So ſoll auch eine Mierin oder Käſe-Mutter/ ſchreibt Colerus lib. II. cap. 67. gute Achtung auff das Melcken haben / und nicht weit von den Mägden ſeyn/ wann ſie melcken : Denn das Geſinde iſt faul / und entſchläffet bißweilen über dem Melcken/ und verderbet das Vieh/ wann ſie es nicht rein ausmelcken / oder verſchütten die Milch / und gieſſen hernach Waſſer darunter/ damit mans an der wenigen Milch nicht mercke/ wann ſie mit dem Melcken nicht recht umgangen ſeyn.

Drum wird von guten Haußwirthen billich begehret/ daß die Mägde über dem Melcken ſingen/ damit ſie nicht ſchläffen. Das Vieh hat lieber ein frölich Geſinde/ denn daß es traurig iſt / und immer ſauer ſieht oder fluchet. Ut dicit Eobanus Heſſus: Et matutinæ cantant ad mulctra puellæ.

Mäyen-Butter und Mäyen-Käſe behalt ein guter Haußwirth vor ſein Hauß: dann ſie iſt gut zu vielen Artzneyen.

Wann man Butter in Tonnen einſchlagen will / ſoll ſie zuvor wohl gewaſchen/ und von der Buttermilch gereiniget werden : wann ſie geſalzen und zugerichtet / läſſet man ſie einen oder zween Tag in einer Mulden ſtehen/ daß das Waſſer wohl darvon abflüſſen kan. Darnach muß man ſie wieder mit Saltz beſprengen/ und alsdann allererſt recht in die Tonnen ſchlagen. Wann es aber blitzet/ oder ein Wetter iſt / ſoll man ſie drey Tage ſtehen laſſen/ und alsdenn wiederum knäten / mit Saltz beſprengen/ und verwahren/ daß ſie nicht verderbe.

Die Butter gelbe zu machen im Winter / tragen etliche gelbe Blumen im Sommer ein/ laſſen ſie dürre werden / und gebens im Winter dem Vieh unters Heu. Das Kraut Ringel dienet auch hierzu. Vide Colerum lib. II. c. 67.

(c) Schwenckfeldius Lac ſeroſum, agitatum, ebutyratum, acidum, Butter-

Buttermilch/ Rührmilch/ Schlottermilch/ nuncupat: Agricolis & validis corporibus edulium utile, æstate præsertim, judicat. Sumptatum corpora impinguat. Crassi est succi. Refrigorat, humectat, emollit, alvum lubricat, flatus gignit. Confert validiori ventriculo & febricitantibus; frigidiori e contra adversissimum.

§. 17.

CASEUS qua ratione conficiatur?

Atque horum quidem usum etiam a veteribus Romanis cognitissimum fuisse, ex ejus, qui agricolationem latine loqui primus instituit, lib. de re rustica cap. 77. 79. 80. 83 apparet. Et veteres quidem coagulo utebantur hœdino, aut agnino: Silesia pleraque vitulino. Id vero sic præparatur: Ventriculum vitulinum eluito, elutum sale imbuito: cum per dies aliquot ita fuit, virgula dilpescito, ut persiccetur; siccatum denuo immergito, atque ita ad coagulii usum servato. Duo aliquando, aliquando tria cochlearia illius salluginis pro modo lactis adhibeto. Alii ventriculum eluunt, & lac quoque in eo reliquum expurgant. Mox bonitatis periculum in aliquantillo lactis faciunt: quod quidem si coagulum bonum sit, statim coit, condensato addunt de sale, farina, & caseo ex acido lacte confecto, quem Germani Quark vocant. Hoc modo factum ventriculum suspendunt ut persiccetur. Ex eo, quoties opus est, particula decerpitur, frigidoque lacte diluta reliquo lacti permiscetur.

Cavendum autem ne nimium coagulo adhibea-

tur; ea enim res ſiccum caſeum facit, atque aridum; Modus tamen coaguli certus præſcribi non poteſt: cum aliud alio ſit melius. Tutiſſimum autem eſt periculum ejus facere in aliqua parte lactis, ne nimio coagulo totam maſſam corrumpas. Lac ut tepidum ſit, oportet. Itaque pauxillum lactis calefacti reliquo lacti permiſcetur, ut pæne eo tepore ſit oportet, quo ſolet lac eſſe recens emulſum. Vaccinum lac ubi concrevit, cochleari commiſcetur, ut caſei eo facilius in calathis & fiſcellis coëant, minusque diffluant. Ovillum autem manu fere tantum permiſcetur. Cum paulo ſolidior factus eſt, pondera ſuperponuntur. Quod tamen in majoribus tantum fieri ſolet; Puſilli manu figurantur. Hos veteres dicebant manupreſſos: quibus Suetonio teſte Auguſtus Cæſar delectabatur. Hi poſtquam aliquantum ſiccati ſunt, unà cum fiſcellis invertuntur: dum tritis ſalibus aſperguntur, & liquorem acidum exſudant. Deinde in crates imponuntur, ut perſiccentur. Quo ſæpius autem vertuntur, eo celerius perdurantur. In ſaliendo modus ſervandus; nimio enim ſale imbuti facile corrumpuntur, ovilli autem, ſi non ſatis ſint ſaliti, rugoſi proveniunt.

(a) Salbey-Käſe / Majoran-Käſe / oder Pfefferkraut-Käſe / die macht man alſo: Man legt erſtlich eine Hand voll Matten in das Käſe-Näplein/ darnach legt man etliche Salbey-Blätter neben einander auff die Matten/ und wirfft wieder eine Hand voll Matten drauff.

Condiuntur etiam aromatibus, aut aliis herbis, Roſmarino, ſambuci floribus, macis, caryophyllis, croco, &c.

Probatur

Probatur recens in cibo, neque acris, qui noxam ventriculo non inferat, faciliusque concoquatur.

Non Argus, Largus, non Magdalena, Mathuslem,
Non Habacuc, Lazarus, Caſeus iſte bonus.

Frigidæ eſt naturæ, adſtringit, craſſos gignit humores, ægre concoquitur, calculoſis & otioſis maxime noxius. Ruſtica gens & paupercula plebs hoc indifferenter ſine noxa quotidie in cibo fruitur, quam probe nutrit & alit.

Caſeus & panis ſunt optima fercula ſanis.

Si toti humanæ naturæ (verba ſunt Schwenckfeldii) malus eſſet, omnes utique læderet: ſed contrarium longa obſervatione conſtat. Igitur haud offenderit, ſi recens in fine menſæ non multum ſalitus pro ſigillo ſtomachi aſſumptus fuerit, den Magen zu ſchlieſſen.

Schola Salernitana:

Ignari Medici me dicunt eſſe nocivum,
Sed tamen ignorant, cur nocumenta feram.
Experto reor eſſe ratum, qua commoditate
Languenti ſtomacho caſeus addat opem.
Caſeus ante cibum confert, ſi defluat alvus,
Si conſtipetur, terminat ille dapes.
Ad fundum ſtomachi dum ſumta cibaria trudit,
Vim digeſtivam non minus ille juvat.
Si ſtomachus languet, vel ſi minus appetit ille,
Fit gratus ſtomacho, conciliansque cibus.

Vetus, qui linguam parumper vellicat, quam plurimis gratior redditur, omnium peſſimus eſt. Cæteris enim magis adurit, ſitim excitat, & difficilius perficitur. Calculum in renibus gignit, jecur obſtruit, alvum cohibet. In calidis naturis atram bilem gignit. Hollandi, ne caſeus calculum gignat, una cum butyro illum ſumunt. Alii Spiritu terebinthinæ, quo coagulatio in renibus & veſica calculi impeditur, utuntur. Caſeus recens mollis impoſitus, Podagricorum dolores ex calida cauſſa mirifice lenit.

§. 18.

CASEI Genus quod Quarck *vocamus.*

Quod ſi lac vel negligentia, vel etiam matrisfamilias occupationibus aceſcit, conficitur exinde caſei

genus, quod Germanis Quarck (a) vocari ſupra diximus. Veteribus id plane ignotum non fuiſſe, colligitur ex Plinio, qui ſcribit a barbaris gentibus lac denſari in acorem jucundum. Ejus conficiendi hæc fere eſt ratio: Coagulatum ubi dies aliquot requievit, in ſaccum inditur, ponderibusque oneratur, ut humor omnis exludet. Ubi perduruit, in patinam fictilem inditur, interjectis aliquot diebus ſinapi, petroſilinum, ſalviæ, amaracus, cuminum, ſuppillum aut aliud hujus generis condimentum adjicitur. Deinde manu premitur, ac figuratur in ovalem aliamve formam. (b)

(a) Caſeus oxygalactinus Schwenckfeldio dictus, aut Caſeus acidiuſculus.

(b) Darnach (ſpricht Coleru) legt man ſie auff die Darre in einen Käſe-Korb/ oder auff eine Hord/ und läſſet ſie in der Luffe trucknen.

§. 19.

Alii uſus Pecoris vaccini.

Quid de aliis dicam uſibus, quos (a) boves quibusdam ſui partibus, adipe puta ſive lævo ad candelas fundendas, coriis ad calceos, variaque ephippiariorum, & lorariorum opera, cornibus, ut olim apud Romanos, Dionyſio Halicarnaſſeo atteſtante, ad plebejos in unum cogendos, ſic nobis ad convocandas pecudes, nec non laternas hujuſmodi, quæ inſtar vitri pelluceant, conficiendas: ipſis denique alvi excrementis ad lætificationem agrorum conferunt. Rem hanc quidem tam utilem, ut Italia Regi ſuo Stercutio, Pauli

filio,

filio, ſi Plinio fides, ob hoc inventum immortalitatem tribuerit. Ea certe niſi humum fatiſcentem ſubinde adjuves, & abſumptas vires hoc quaſi pabulo refoveas,

Heu fruſtra alterius magnos ſpectabis acervos.

(a) Cornua quoque apta ſunt pectinibus, ſubductoriis; & tubis, quibus bubulci & venatores utuntur. (inquit Schwenckfeldius) Oſſa teſſeris & cultellorum manubriis apta. Ταυρόκολλα, Tauriglutinum, vel Gluten Taurinum, Tiſchler-Leim/ olim ex lentore mucoſo Tergoris bubuli exoquebatur. Plinius ex Taurorum auribus & genitalibus fieri dicit, Hodie ex omnium quadrupedum pellibus conficitur.

Sebum aut Sevum Unſchlit/ ſiccius eſt adipe, nec funditur facile aut liqueſcit, eſtque fragile, & ad liquefactionem coit, atque concreſcit iterum. Valet ad roſionem in Inteſtino recto aut Colo, nec non difficultatem Inteſtinorum, aut Teneſmum experientibus accommodatum.

Os e corde Tauri, Creutzlein aus dem Hertzen / ſæpe in corde boum, maxime Taurorum, cartilago, ſive oſſiculum continetur, cervino non diſſimile, quod Ivanii Wratislavienſes (ait citatus Schwenckfeld) diligenter colligunt, & paſſim pro oſſiculo e corde Cervi Pharmacopœis imperitis obtrudunt damno non magno ægrorum, ut norunt, qui ſciunt, quæ hodie de ægagropilis innotuere; de quibus præ aliis Velſchii viri longe doctiſſimi diſſertat. Medico-Philoſophica legi poteſt.

§. 20.

OVUM magna utilitas.

Poſt majores pecudes OVILLI generis prima ratio eſt: ſi quidem utilitatis magnitudo ſpectetur; (a) nihil enim quicquam in ove, quod ſummopere utile non ſit. Caro ovilla nutrit, fovet, & conſervat, & ceu ferina eſt domeſtica. (b) Preſſi copia lactis non ſolum agreſtes ſaturat, ſed & elegantiorum menſas jucundis dapibus exornat. Panni e lana confecti liberalia

beralia corporibus noſtris præbet velamina. Pelliſ præparatæ membris tegendis adverſus aëris injurias prolunt : calceis pedes muniunt : auro pictæ tapetium modo parietes veſtiunt, adeps ad candelas conducit. Inteſtina chordis aptam ſuppeditant materiam. Fimus denique agrorum ſtercorationi adeo inſervit, ut apud plerosque, quin ovillum ſtercus optimum ſit, nullam dubitationem habeat. Nec defuerint olim, qui oves ſtercorandi tantum fundi cauſa haberent : uti ab Alfeno, & Ulpiano JCtis relatum legimus. Sic ergo tam vivæ, quam mortuæ oves ad rem familiarem plurimum commodant. Idque ſatis expreſſit Ovidius lib. XV Metamorph.

Quid meruiſtis oves placidum pecus, inq; tuendos
Natum homines, pleno quæ fertis in ubere nectar?
Mollia quæ nobis veſtras velamina lanas
Præbetis, vitaq; magis, quam morte juvatis?

Nec ineleganter Owenus feſtiviſſimus:

Seu caro, ſeu corium, fœtus, fimus, Alea, Chorda
Lanave, lacve deeſt: omnia præſtat ovis.

Ut mirum proin nemini videri queat, ſi ob hos, alioſque complures uſus numeroſa ſit in Sileſia.

(a) Inprimis caudæ ovinæ in ſcriptura ſacra ſæpe fit mentio, quod in ſacrificio oblata fuerit, Levit. 3. 7. 8. 9. Fuerant autem ſecundum aliquos caudæ illæ non ovium vulgarium, ut in Europa nos habemus, ſed quales in orientis ovibus ſpectare eſt, *quarum* (inquit Lexicographus Golius) *minime decem, vel duodecim libras pendent: nonnulla autem quadraginta libras pondere excedunt. Eas autem minutatim conciſas liquant, & adipem in uſus ſuos ſervant, vel ad condiendum inprimis frumentaceum cibum,*

cibum, vel etiam ut in Perſia, & alibi, ad conficiendas candelas. Vide Herodotum lib. 3. cap. 115. Ariſt. hiſt. Anim. lib. 8. cap. 48. Ælianum lib. 3. cap. 3. & alios recentiores, inter quos Paulus Venetus de Camandu in Perſide lib. 1. cap. 22: *Arietes illius regionis non minores ſunt aſinis, caudam ferentes tam longam & latam, ut triginta librarum pondus habeat.* Ludovicus Vartomanus Navigat. lib. 2. cap. 5: *Ædibus Principis* (Aden in Arabia Felice) *inerrabat præpinguis vervex, cujus cauda adeo obeſa erat, ut pondo eſſet librarum quadraginta.* Et cap. 9. ubi de Reame, urbe Arabiæ felicis: *Ibi nonnulla vervecum genera, quorum ego caudam animadverti, pondo eſſe librarum XLIV. Carent cornibus, adeoque ſunt obeſi & pingues, ut vix incedere poſſint.* Vide Busbequium Ep. 1. in Itin. Olearium in deſcript. Itineris Moſcov. & Perſ. lib. 5. pag. 548. & pag. 91. Præter caudam in ove, DEUS in ſacrificiis ſibi delegit ſuper altare ſuum adolendas partes alias, puta, arvinæ quidquid habent externæ partes; & in internis omentum, & renes, & ſi quid aliud adipoſum eſt in ventre, & extis usque ad ilia.

Oves plerumque uniparæ, tamen in Judæa, & alibi quandoque gemelliparæ. Alicubi etiam bis in anno pariunt; ſed nusquam ter, ut nonnulli fabulantur.

(*b*) Oves gaudent montibus: ideo forſan Itali Arietem vocant Montonem. Hinc Corydon apud Poëtam:

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

Sed quod hîc annotandum, eſt, quod *procerior* quidem ſit Ovis, quæ in *locis depreſſis* alitur, ſed caro *deterior*. Hoc confirmat præter experientiam Philoſophus Hiſt. lib. 8. cap. 10. illud Columella lib. 8. cap. 2.

Sed de ovium quoque cura placet pauca ſubnectere: Quod paſcua attinet, illa in locis irriguis & uvidis, cum ovis natura ſua ſit pituitoſa admodum, verno tempore nociva ſunt; ideo arida, petroſa, montanaque petenda. *Caveant Paſtores etiam,* (inquit P. Fiſcherus, Tract. 8. Parte 1. cap. 2.) *ne gregem agant unquam ad paſcua, rufo gramine referta, qualia uda & uliginoſa loca copioſe germinant. Vetantur etiam ſata, murium multitudine infeſta: hæc enim omnia oviculis nocent, & morborum manifeſta origo ſunt. Jucundiſſima præreliquo gramine ſunt minuta, recentes, & novitiæ herbæ, præcipue in campis deſertis, novalibus, atque arvis ſubaratis, & quæ menſe Majo, Junio, Julio ſuccreſcunt. Poſt fœniſecium in pratis ſiccaneis, & in quibus* chordum *non ſuccreſcit, paſcuntur non tantum armenta, ſed & oves; illa prius ut fortiores & ſpiſſiores herbas detondeant; hæc*

deinceps, qua ſubmiſſum & humilius gramen ad radicem uſque deglubant. Cavenda pnata irrigua. In ſtipulis ſaluberrima oves habent paſcua. Quæritur a nonnullis, an Ros, aut paſcua roſcida pecori ovillæ ſint ſalubria? Affirmant plurimi, quos inter Poëta in Pharmaceutria:

Frigida vix cœlo noctis decrevere umbræ,
Cum ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt.

Et rurſus lib. 3. Georg.

Luciferi primo dum ſidere frigida rura
Carpamus, dum mane novum, dum gramina cantent
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt.

Non tamen hoc verum ubique, ſi vere Servius ad hunc locum: *Mane paſci præcipit oves ſecundum morem provinciæ ſuæ: nam in aliquibus locis morbum contrahunt, niſi jam ſiccato rore paſcantur.* Quod confirmari videtur ex Arabum teſtimonio, a quibus inter morbos pecudum unus eſt nomine *tharz, cum oves rore madentes herbas comedunt, & venter earum diffinditur:* Ita definit Atlamus. Sed diſtinguenda ſunt tempora. Æſtivis enim ſolum menſibus, capris & ovibus ſalubres ſunt herbæ roſcidæ, quod Poëta his verbis diſerte monet:

At vero Zephyris cum lata vocantibus æſtas,
In ſaltus utrumque gregem, atque in paſcua mittes,
Luciferi primo cum ſidere, &c.

Neque aliter alii ſcriptores. Varro Ruſticorum lib. 2. cap. 2: *Æſtate prima luce exeunt paſtum, præterea, quod tunc herba roſcida, meridianam, qua eſt aridior, jucunditate præſtat, &c. Hac ab Vergiliarum exortu ad Æquinoctium (Autumnale) maxime obſervant &c. Reliqua paſtiones hyberno ac verno tempore hoc mutant, quod pruina jam exhalata, propellunt in pabulum.* Similia habent Columella lib. 8. cap. 3. Palladius lib. 12. cap. 13.

Poſt matutinum paſtum oves hora diei quarta, quæ nobis eſt decima, deducebantur ad aquas, dein ad umbram & quietem meridianam, hinc rurſus ad aquas. Quo facto, iterum paſcebantur usque ad veſperam, & ſolis occaſum.

Virgilius l. c.

Inde, ubi quarta ſitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ,
Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna jubeto
Currentem illiginis potare canalibus undam;

Æſtibus,

Æſtibus, & mediis umbroſam exquirere vallem,
Sicubi magna Jovis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos; aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacra nemus accubet umbra,
Tum tenues dare rurſus aquas, & paſcere rurſus
Solis ad occaſum, cum frigidus æra veſper
Temperat, & ſaltus reficit jam roſcida luna.

Fundo congelato tempore hyemis, mitioribus nivibus, oves ad ſata, loca deſerta, acclives, ſolique pervios colles educuntur. Non minus eis conducunt, & opimant ex ulmo, populo &c. collectæ in autumno, exſiccatæque frondes, præſepibus injectæ; quod & olim apud Romanos conſuetum pabulum fuit teſte Virgilio: *canit frondator ad auras*, dum eas nempe legere conſuevit. Nivibus exitum ovibus interdicentibus, mane gratiſſimum pabulum iis ſtramen hordeaceum eſt; in meridie modicum fœni, advesperum ſtramen piſorum, & viciorum, & triticeum; ex Avenaceo diffluit lana. Proderit etiam dicta pabula mutaſſe, ne ſub uno eodemque miſſu nauſeam pariant. Matribus & anniculis optima proponenda. Selectum fœnum ex ſiccaneis pratis matribus aſſervandum. Menſtrua portio ſalis exhibenda, tanquam remedium huic pecori univerſale adverſus omnes morbos.

Grex ovium per hyemem pro pabuli menſura ſervandus eſt: ſi enim plures ad alendum ſuſceperis, ſtolide egiſti, & totus grex periclitatur. Cavendum proinde prudenti Patrifamilias, ne ſub titulo frugalitatis, ovibus in condimento ſalis, aut in alio pabulo, avarus ſit: in omni enim rata œconomia ſatius eſt liberalem eſſe, quam manum contrahere. Ovium e fame, & competentis pabuli defectu, aut neglectu balatum lugubrem, nihil aliud ſequitur, quam lanæ paupertas, & proventus exiguus, imo totius oviarii interitus.

Huc faciunt quæ Daniel Liberti in ſeiner Adel. Hauß-Wirthſchafft-Kunſt cap. 8 ſcribit: So iſt auch nicht genug / daß ich ſage / ich kan 1500 Schafe halten auff einer Schäferey / wo mit beſſerm Nutzen nur 1000 gehalten würden. Wie ich dann vor wenig Jahren erfahren / daß in einem harten Winter in die 400 Stück geſtorben: und was beym Leben blieb / ware pracke / ſo kaum die Haut tragen und gehen konte. Als wir nun die Woll in Schmideberg mit einander verkaufften / erfuhre ich / daß ein dergleichen Wirth von 150 Stücken nur 72 Stein Wolle / ich aber von 700 Stücken 73 Stein hatte. Da ſah ich den Nutzen / oder vielmehr

Schaden / ſo erfolget / wann man eine Schäferey mit mehr Vieh überleget / als ſie unterhalten kan. Als der Herbſt kam / verkaufften ſie von derſelben Schäferey 200 Stück Schafe und Hämmel / das Stück à 1 Gulden / ich verkauffte 50 Hämmel vor 103 Reichsthaler / und 50 Schafe vor 60 Reichsthaler / ſo hatte ich aus 100 Stücken faſt ſo viel / als ſie aus 200.

Ad ovium curam præterea ſpectant herbæ condimentariæ cum ſale miſcendæ, inter quas P. Fiſchero potiſſimæ ſunt abſynthium, folia querna, baccæ lauri, grana Juniperi, quibus adduntur placentæ ex ſiliquis lini, fuligo ex camino, viva calx, quæ omnia in certa doſi, juxta gregis numerum pulveriſanda, & cum ſale commiſcenda, ovibusque offerenda ; quod medium etiam tollit ſcabiem.

Vel: Das Schaf-Saltz / ſchreibt obgemeldter Liberti, wird alſo bereitet: Nim Saltz / Wermuth und Schafgarben / getrucknet / reibe ſie zu Pulver. Oder / nim wohlzeitige Hollunder-Beer / von Stielen abgebeeret / Mehl darunter geknäten / backe ſie wie ander Brod / hernach ſolch Brod klein geſtoſſen / unter das Saltz gemenget / und den Schafen zu freſſen gegeben.

Wenn man ſich aber beſorget / daß die Schafe möchten faul werden / ſo nim Lieb-Stöckel / Alantwurtzel / Wacholder-Beer / Eſpen-Laub und Lorbeern / dieſes alles unter einander geſtoſſen / darvon gebe man / nach Zahl und Gelegenheit der Schafe / etliche Hände voll den Schafen unter das Saltz / und allzeit über den andern oder dritten Tag auffn Abend / wann eingetrieben wird / unters Saltz im Saltz-Trog. Welches Schaf aber ſchon faul iſt / friſſet nicht ſonderlich darvon / ſondern gehet weg ; ſolchen faulen Schafen nun muß man ſolch gemenget Saltz mit einer Holunder-Röhr in den Halß ſchütten / und halten / daß es freſſen muß: Man darff es aber ehe nicht trincken laſſen biß auff den Morgen.

Damit aber auch die Schafe fein geſund bleiben / ſo nim Erlen-Sprißlein eines Jahrs alt / und Feld-Kümmel / mach es zu Pulver / und giebs den Schafen im Saltz zu eſſen. Oder nim Wacholder-Beer / zerſtoſſe ſie klein / und ſtreue ſie mit Saltz unters Haber / ſo eſſen die Schafe ſolches fein mit einander. Dieſes thut man im Jahr 3 oder 4 mahl.

Lactitinia ovium quod attinet, illa ſub certa lege conducenda ſunt opilioni, ut ab una 12 cruciferos, (ait rurſus P. Fiſcher) vel, ubi occaſio ea facilius vel carius diſtrahendi, 15 cruciferos pendat. Sic enim conductor opilio ſtimulabitur, ut gregem ſedulo paſcat, famulisque invigilabit, ut ſuo tempore pabulum præbeant, ſine Locatoris detrimento. Contra-

rium

rium tamen ſuadet præfatus Liberti : Es iſt aber auch nicht rathſam / inquit ille, wann ein Haußhalter ſchöne Lämmer ziehen will / daß er dem Schäfer die Schaf-Milch verpachte ; denn wird ein Schäfer gezogen/ daß er einen ziemlichen Milch-Pacht geben muß / ſo fängt er an ſcharff zu melcken/ damit er keinen Schaden leiden darff/ und vergiſt darüber der armen Lämmer/ ſie mögen fett oder mager werden. So iſt denn beſſer/ daß ein Haußwirth die Schaf-Milch ſelber nutze; ſolte auch der Nutzen ſo viel nicht bringen/ als der Pacht/ſo kommets doch an den Lämmern wieder ein. Dieſes hab ich ſelbſt erfahren.

Schöne Lämmer zu ziehen iſt rathſam ſelbige auff ſchöne truckene Korn-Saat/wann ſie verhanden/ zu treiben ; wo dieſe nicht iſt/ pflegt man ihnen mit Haber zu Hülff zu kommen/ welcher dann guten Nutzen ſchaffet. Wann aber ein Schäfer auf der Saat hütet/muß ſolches geſchehen/ wann es gefroren/ oder im Frühling fein trucken iſt/ und die Saat fett und tichte ſtehet ; Doch ſoll der Schäfer ſich niemahl zu lange an einem Ort auffhalten/ ſondern alles im Gange und ſachtem Forttreiben überhüten / damit die Saat nicht zu tieff weggefreſſen werde.

Wenn ein Schaf oder Hämmel 8 biß 9 Jahr alt wird / iſt es Zeit ihn abzuſchaffen/ weil er weder zur Zucht noch zum andern Nutzen tüchtig iſt. Iſt beſſer/ wanns ein Schaf/ an der Milch verſäugen laſſen/damit ſichs im Sommer ein wenig aufffreſſe/ und im Herbſt verkauffet/ oder geſchlachtet werden kan. Hæc Liberti.

Tandem ad curam ovium pertinet , ab opilionum fraudibus ſibi cavere ; quas R. P. Fiſcher varias enumerat: norunt enim

1. *Lanam deglubere*, aut gregem in vepreta & ſpineta agere, ſicque lanam decarminare.

2. *Adipem ex vervecibus exſugere*, ſubula latus perforando, & tenuem fiſtulam immergendo, vulnere non facile coaleſcente.

3. *Pelles adulterare*, dum aliunde pelles coëmunt, & totidem oves ex grege vel vendunt, vel domi devorant, atque adulterinas pelles in ſignum demortui pecoris producunt. Hæc fraus cavetur , ſi certum ſignum & character toti ovillo pecori in auricula incidatur ; quod vulnus mox in margine pilis vivis inducitur, in pelle vero aliena, & ſubſtituta, ſigno confecto, nuda ſine pilis remanet cicatrix. Eſtque hæc animadverſio & nota in plerisque nequitiis opilionum cautela univerſalis, dum vel pinguius pecus domino ſuffurantur, & deterius ſubſtituunt ; vel pelles ſcabioſas cum optimis permutant. Aliud diſcrimen inter pelles ex demortuis & ma-

ctatis ovibus manifeſtum eſt: hæ enim plurimas rubicundas & ſanguinolentas venas retinent, illæ pallidas & albas gerunt.

4. *Lac ſubducere*, propter quod Fiſcherus judicat præſtare, ſi totus grex ſub certo cenſu opilioni elocetur.

5. Clam Patrefamilias *proprias oves gregi fraudulenter immiſcere*, & adventante tonſura tantiſper ſubducere, ac deinde libere recipere.

6. *Moloſſos prædones alere:* ſunt enim nonnulli ſcelerati famuli, qui non invito magiſtro alienis gregibus ſuum applicant, & inde peregrinas oves ſubducunt; immo & moloſſos ſuos in hanc prædam dextre inſtruunt, ut ex grege alieno pinguiores verveces in ſuum agmen vel alliciant, vel omnino cogant; inhibenda igitur inter paſcendum aliena ſodalitas: Experientia enim conſtat, ex ejuſmodi mixtura, integra oviaria ſcabie fuiſſe infecta.

7. *De mortuis ſuis agnellis aſſumptas heri vafre ſubſtituere.* Miramur merito fere ſingulis annis, famulis paſtoribus vel nullum, vel rariſſimos, domino autem plurimos agnellos interire; nota hic diligenter opilionum vafrum ingenium, dum jam huic, jam alteri, tertiove famulo agnellus moritur, ſelecto optimo ex grege domini, viduæ ſuæ ovi mox ſubſtituunt. Sed, inquies, omnem alienum partum genuinam matrem rejicere, & arietando repellere. Ita quidem, ſed ut admittat, miram metaphoram opiliones fingunt, & piloſas manus ſimulant; detrahendo enim ſubito e mortuo ſuo agnello adhuc calidam & ſanguinolentam pelliculam, Domini agno induunt, ac circumligant, ut ex exuviis odorem imbibat, & ita dominicum agnellum per noctem faſciatum, & vere infaſcinatum relinquunt: mane vellus fraudulentum, nigri velleris equites exuunt, prolemque heri ovi ſuæ viduæ applicant, quæ fragrantiam & odorem ſubdolum odorata, haud invita, alienam ſobolem nequiter illuſa, ſimpliciſſima benevolentia ſuſcipit in ſuam. Quid remedii? ſæpe luſtrentur, numerentur, & natis agnellis ſtatim character incidatur.

Poſt deſcriptam curam bovilli pecoris, Hohbergius Baro ovilli deſcriptionem ſequentibus ſubnectit:

Altera cum ovis eſt, quæ lana, vellere, chordis,
Carnibus inſervit, ſic lac, & caſeus uſu
Sæpe laboranti præbet jentacula plebi.
Humida ſunt damnoſa, at habet gratiſſima ſiccis
Paſcua ſixa locis. Aries præſtantior albus,
Si quoque lingua caret maculis, totumque palatum.

Is

Is genenat trimus, poſt ſeptem deſinit annos,
Roribus infectas herbas, & ſpicula ſolis
Ægre equidem tolerant, Hyſſopus, Salvia, Lauri &
Juniperi bacca, Sal, Pulmonaria, multos
Praveniunt morbos, gravidis ſed matribus illic
Non datur acceſſus, Paſtor modo ſedulus adſit,
Tibicines, Cantusque ut condimenta putantur
Inter paſturas ovium; ſed paſtor ovile
Pervigilans cingat canibus, candore coruſcent.
Armatum ferro ſit iis collare feroci,
Noctu intermedia Lupus ut non poſſit obeſſe.

§. 31.

OVES quoties, & quando tondendæ?

In lana ſane, & fœtura ovium maximam Chrematiſticæ circa oves partem verſari nemo, opinor, neſciverit. (*a*) Hebræos veteres tonſuræ ovium ſuarum dies cum gaudio & epulatione agitare ſolitos fuiſſe, ex ſacris conſtat. Tondentur in Sileſia bis (*b*) quotannis, menſe puta Majo, & Septembri, ſed ſalubri prius fluvio merſandæ; ea etiam Cœli tempeſtate obſervanda, ut ne hoſce pecorum greges vel ablata lana algore offendi, vel ea relicta æſtu opprimi ſinamus.

(*a*) OVIS ut eſt frigidiſſimum, ita veſtitiſſimum animal eſſe voluit DEUS, quamvis non tam ſibi quam nobis lanam ferat: Unde Poëta:

Sic vos non vobis vellem fertis oves.

In lana ex ſacris ſcriptoribus tria hæc obſervanda ſunt: *Color, Tonſio, Uſus.* Et *color* quidem eſt multiplex, ſed *albus* maxime vulgaris, proinde ſæpe memoratur. v. g. Gen. 30. v. 35. Iſaiæ 1. v. 18. Dan. 7. v. 9. &c. Lanæ colori albo & candido opponitur fulvus, aut fuſcus, Gen. 30. v. 32. Rurſum *varii*, maculoſi, & diverſorum colorum erant mares, quos Jacob in ſomniis vidit aſcendentes ſuper fœminas, Gen. 30. v. 31. Plinius lib. 8. cap.

cap. 48. agens de ovium & lanarum coloribus. Hiſpania *nigri* velleris præcipuas habet, Pollentia juxta Alpes *Cani:* Aſia *rutilt*, quas Erythræas vocant.

De *tonſione* paſſim in ſacra ſcriptura. Gen. 31. v. 19. Gen. 38. v. 12. &c. 1. Reg. 25. 2. Reg. 13. Ad convivia tempore tonſionis ſeſe invitabant Hebræi, ſicut Abſolon Davidem, patrem & fratrem. Nam quia Viris illis πολυμήλοις tonſio fuit altera meſſis, ſolebant tonſionis dies ſolemnes eſſe, & convivales. Veteres porro aliquando lanam non tondebant ferro, ſed vellebant manu, quod docet nomen velleris, non a *tondendo*, ſed a *vellendo* deductum. Varro lib. 4. de lingua lat. *Id dictum, quod vellebant lanam.* Et alibi in eodem libro: *Velia unde eſſent, plures accepi cauſas: in queis, quod ibi paſtores* (Palatini) *ex ovibus, ante tonſuram inventam, vellere lanam ſint ſoliti, ex quo vellem dicta.* Et de Re Ruſtica lib. 2. cap. 11. Alii *Vellens*, alii *Vellumina appellant, ex quorum vocabulo animadverti licet, prius lanam vulſum, quam tonſuram inventam.* Quod ut ævo Varronis ſcias nondum in deſuetudinem abiiſſe, addit continuo poſt: *Qui etiam nunc vellunt* (oves,) *ante triduo habent jejunas, quod languida minus radices lanæ retinent.* Quomodo etiam Plinius lib. 8. cap. 46. *Oves non ubique tondentur, dumt quibudam in locis vellendi mos.* Plura ex Scriptura & Patribus hac de re apud Bochartum.

(*b*) Paucis retro annis, cum ſub hoc noſtro Climate hyems eſſet clementior, & nives, ſicut lana, agros noſtros non veſtirent, oves ex ſegetum paſcuis magis nutritæ, denſioriq; ac longiori, quam aliis annis, lana veſtitæ, multorum in Sileſia œconomorum juſſu prima vice circa Bacchanalia, ſecunda ante Pentecoſtalia, tertia in Autumno fuere tonſæ; & quamvis propterea dicti œconomi ab aliis, & avaritiæ arguerentur, & morborum prædictione, quibus oves in hyeme tonſas correptum, aut penitus peremptum iri putabant multi, terrerentur, nihil tamen poſtea (ſi bene memini) adverſi propter inſolitam hanc tonſionem accidit ovibus; quamvis non erraverim, ſi ſecundam illam tonſionem, ſeu vernam, non tam ſecundam aut divitem fuiſſe dixerim, quam aliorum, tunc prima vice tondentium.

Uſus lanæ præcipuus eſt in veſtibus. Ezech. 34, 3. Proverb. 27, 26. &c. Quamvis enim alicubi etiam e pilis caprinis panni texantur, tamen id eſt infrequentius, neque in Judæa receptum fuit. Et veteres quidem in Lycia & Cilicia capras memorant fuiſſe longiſſimis villis, & ut oves tonderi ſolitas: ſed ex iis nihil contextum, aut confectum legi, præter cilicia, & rudentes in uſum nauticum, aut funes ad tormenta bellica. At lanei panni

panni uſu: ubique receptus eſt, & ab omni ævo. Proinde lanei panni meminit Moyſes, cui linum miſceri vetat, Deut. 22, 11.

Quæ plura de uſu lanæ habet Scriptura, ut puta, quod lanæ primitiæ DEO conſecrari debuerint, Deut. 18. quod pauperi propter DEUM datæ fuerint, Job. 31, 19. 20. aſpergillum ex hyſſopo & lana coccinea paratum, Levit. 14, 49. Item, quod lana pars tributi fuerit Regis Moab, qui pro tributo annuo centum agnorum millia Iſraëlis Regi ſolvebat, & totidem arietes ſimul cum lana, 2. Reg. 3. & alia, hic non adducimus, cum Theologorum ſit, non Hiſtoricorum de illis agere.

Illud tamen de uſu lanæ non inutiliter adhuc referendum eſſe judico, quod apud Ezechielem cap. 27, 18 legitur, cum Tyri urbis opulentiſſimæ ruinam deſleret, merces eas, quæ ab aliis regionibus ad eam deferri ſolebant, enarraret: *Damaſcenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diverſarum opum, in vineto pingui, in LANIS coloris optimi.* Ex quibus verbis conſtat, Tyrum magnam ſuarum opum partem habuiſſe ex Lanis, quas Damaſcus (cujus lana adhuc ævo S. Hieronymi fuit celebris) deferebat Quod vero mihi hoc lanæ Damaſcenæ commercium, & exinde Tyro urbi maritimæ obvenientes divitias conſideranti occurrit, haud raro fuit lanarum noſtrarum Sileſiticarum etiam celebrium negotiatio, qua nimirum exteri, ac maxime Batavi, ſicut Tyrus, *in introitu maris habitantes* diteſcunt, dum lanam noſtram vili quidem pretio emunt, ſed in pannis & mercibus ſuis, quas ex ea conficiunt, nobis carò vendunt. Ac proinde pro bono communi patriæ optandum eſſet, ut (quemadmodum de lanificio ex Autore des Tractätleins: **Oeſterreich über alles / wañ es nur will** / ſupra diximus) ipſimet ex lana noſtra intra patriam merces illas pretioſas, quibus exteri diteſcunt, manibus noſtris pararemus, & opes, quas illi a nobis lucrantur, reſervaremus, easque quas pro mercibus ex lana noſtra confectis accipiunt ab aliis, nobis vindicaremus. Certum eſt, & experientia docet, (ex præfato Autore hæc rurſum ſcribimus) daß ein Land reich an rohen Gütern gemeiniglich ärmer / als ein anders / wo die Manufacturen blühen. Doch iſt der Unterſcheid / daß jenes durch die rechtmäßige beneficirung gedachter ſeiner rohen Güter / ſeinen Mangel / ſo bald es nur will / erſetzen kan / dieſes aber nicht / wann andere ihm die rohe Wahren verweigern. Dependiret derowegen dieſes von andern / jenes aber nicht. Keines von beyden aber kan ſich ſeiner Vortheil hoch rühmen / wann es nicht zugleich ſelbſt zu dem Gewerb thut / ſondern die Auswärtigen allein damit walten läſt. Dann ſie haben ſich ſo falls kecklich

zu verſichern / daß ihnen die frembde Kauffleute in wenig Zeit das beſte Marck aus dem Leibe ſaugen/ und nimmermehr zugeben werden / daß ſie auff einen grünen Zweig gelangen / ſondern bloß bleiben / und frembder Gnade leben müſſen. Dann der Kauffleute finelle iſt unendlich / fürnemlich deren die im frembdem Graß weiden. Ober-Oeſterreich erfähret ſolches mit ſeinem groſſen Nachtheil / als deſſen Leinwand-Handel durch etliche frembde Monopoliſten zu nichte gemacht / und ſeinen ſauer-arbeitenden Inwohnern im Lohn ſo hart zugeſetzt wird / daß ſie kaum das Bret/ worauff ſie ſitzen / ſo zu ſagen / davon bezahlen können. Dergleichen Unglück erfährt auch Schleſien mit ſeinem Woll- und Leinen-Geſpünſt/ nicht nur in deme / daß ſolche Geſpünſt mit weit mehrerm Nutzen im Land/ als anderswo / verwürcket werden könten; Sondern auch weilen hin und wieder in gedachtem Hertzogthum Holländer ſitzen/ derer iglicher jährlich mit etlich hundert tauſenden an Werth/ das Garn auffkaufft/ die Inwohner nicht allein gantz niedrig mit der Zahlung hält / ſondern auch andern damit ſonſt thunlichen Nutzen/wann ſie es ſelbſt in die Frembde verhandleten/ ihnen dadurch abſtricket.

Wolle giebt zwar Böhmen die beſte / (inquit idem Autor alio in loco pag. 57.) inſonderheit die lange Wolle im Pilenſchen Creiß / zu Vortheil der Zeugmacherey. Schleſien kommt dem Böhmer-Land in der Menge und Güte zum nechſten. Mähren ſo ferner. Oeſterreich und Ungarn hat die Genüge/ doch von ſchlechter Feine.

Quantas divitias exteri pro mercimoniis ex lana noſtra paratis apud nos lucrentur, oſtendit pag. 122. Dieſes allein muß ich/ zu Erweiſung/ was an dem Arbeits-Lohn gelegen/ noch beyfügen. Zu Leiden/ welchen Orts in Holland die Woll-Manufactur zum höchſten / werden insgemein täglich hundert und fünff und zwantzig Stück allda verarbeitenden Tuchs (das Stück zu ſechzig Brabandiſchen Ellen) auff die Hall gebracht; dann auch Anno 1672 mitten im Frantzöſiſchen Tumult täglich auff hundert Stück dahin kommen. Wie nun die Holländer wenig Feyertäge haben/ ſo können geraumlich drey hundert Arbeits-Täge gerechnet werden / welches dann jährlich über ſieben und dreißig tauſend Stück Tuchs macht. Nun kommt iedes Stück Tuch für bloſſen Arbeit-Lohn / und die Wolle nicht mit gerechnet/ in Leiden/ von der erſten Wollſcheidung anzufangen/ durch alle Arbeiten / biß es würcklich auff die Hall gelanget/ durch die Banck 40 Reichsthaler/ ſolches bringt gar nahend funffzehen mahl hundert tauſend Thaler. Es wird aber die Tuchmacherey in Leiden nur für

den

den dritten Theil der Woll-Manufactur angesetzt; Dann den andern Theil macht das so genannte Schmalgut/ als Droguett/ Boy/ ꝛc. den dritten aber die wüllen Zeug. Solches alles zusammen/ wirfft auff fünffthalb Millionen Thaler/ gantz klarer Rechnung. Der Gewinn nun/ den die Verleger drauff schlagen/ dörffte nahe das doppelte auswerffen. Ich will es aber auch in die Helffte setzen/ und nur bey zwey Millionen lassen; so macht das gantze siebendhalb Millionen Thaler/ oder nahend zehen Millionen Gulden/ so eine einige Holländische Stadt dem Staat und sich selbst mit ihrer Hand-Arbeit und Verlag in einer einigen Manufactur zu wegen bringt. Wann alle Erblande zusammen/ und in allen nobler Manufacturen oder Fabriquen (dann Schuster/ Schneider und dergleichen gehören nicht in diese Zahl) so viel als sothane einige Stadt mit der blossen Arbeit/ und dem Verlag in das Land brächten/ oder nur darinnen erhalten hülffen/ wären sie glückselig zu preisen.

Dergleichen Exempel giebt uns auch das Beuteltuch an die Hand: (inquit pag. 126.) dann wofern/ nach Anzeig des Patriotischen Autors des Bedenckens über die Manufacturen in Deutschland/ (in nechst abgewichenem Jahr zu Jena gedruckt) allein die Chur-Sächsische Länder jährlich funffzehen tausend Thaler denen Ausländern dafür contribuiren; So kommt die Proportion auff alle Käyserl. Erb-Länder/ und das übrige gantze Reich/ wenigst gegen eine halbe Million Thaler. Und gleichwohl hätten wir schlechter Woll noch genug im Land/ solche zu machen. An der Wissenschafft kan es uns auch nicht manglen/ nachdem sie in Sachsen genug von statten gegangen.

Et pag. 147. Ich bin nicht weit/ inquit, davon gewesen/ als unter vornehmen/ und der Erblande kundigen Leuten gerechnet worden/ daß der jährliche Geld-Verlust/ so dieselbe nur für Frantzösische Wahren thun/ auff drey Millionen Gulden und höher anlauffe. Wann auch/ wie vor wohlerwehntes Bedencken von Manufacturen in Deutschland versichert/ aus den Chur-Sächsischen Landen jährlich funffzehen tausend Thaler Beuteltuch weggehen; Folglich aus den gesamten Erblanden jährlich wenigst hundert tausend Thaler vor eben dasselbe das Reißaus nehmen müssen/ und dann das Beuteltuch kaum der funffzigste Theil ausländischer zu uns kommender Woll-Manufacturen ist; so muß folgen/ daß für diese letzt genannte Manufactur aus den Erblanden jährlich wenigstens sieben Millionen Gulden hinaus streichen. Was ich oben von den siebenhalb Millionen blossen Lohns/ und Verlegers Profit/ der jährlich nach klarer

Rechnung vor die wüllen Manufactur an Tuch / Schmalgut und Zeug allein in der Stadt Leiden bleiben/ gemeldet habe/ wird glaublich machen/ was ich hie von sieben Million Gülden / so für eben solche Manufactur jährlich aus den Erblanden gehen / anführe. Nun wird die Seiden-Manufactur der wüllen nicht eben sonderlich viel nachgeben.

Quam utile foret, si ipsimet ex lana nostra merces pararemus, exemplo notatu digno ostendit pag. 168. Hätten wir aber den Muth einer Königin Elisabeth von Engelland (ob zwar in einer andern Angelegenheit) etwas nachzuthun/ so solte wohl eine löbliche / nutzbare / ob gleich etwas seltzame und kostbare That heraus kommen. Als diese Königin (mich dünckt/ andere schreiben es ihrem Groß-Vater Henrico VII zu) die Woll-Manufactur in ihrem Königreich besser zu stifften entschlossen / thät sie ein Verbot auff die Hinausführung inländischer Woll. Das erste Jahr wolten/ der Hoffung zu wider / wenig Wollen-Arbeiter von aussen erscheinen. Die Woll blieb dem Adel und Landmann in Händen; Es gab Murrens wann Brod vor die Wolle solte da seyn. Solchem zu helffen/ kauffte die Königin alle die Woll für ihr eigen Geld auff / und legte sie bey. Da entstunden andere Klagen; die Königin hätte im Sinn / das monopolium mit der Woll hinauswärts zu treiben / und darauff wäre alles angesehen. Sich hievon abermahls loß zu würcken / liesse sie all ihr eingekauffte Woll auff einen Hauffen bringen / und verbrennen. Dieser Ernst machte/ daß jederman zu der Sach thät / und die Ausländer/ welche vermeinten / sie wolten denen Engelländern die Woll noch wohl ausharren/ verlohren die Hoffnung dazu / schifften mit Hauffen ihrem Brod in Engelland nach (welches insonderheit die Niederlande hart getroffen) und wurde durch eine einmahlige/ zwar verlohrne / aber Königliche Spesa der Cron Engelland ein Kleinod erworben/ so noch diese Stunde ihr bestes ist/ und seinen im Brand einmahl auffgegangenen ersten Verlag nun alle Jahr wohl zehenfach gut macht. Also wolte ich zwar wünschen/ daß auff gemeinen aller Erbländer Unkosten / alle verbotene / zu Zeit des Verbots im Lande würcklich betroffene frembde Wahren / wie noch itzo in Engelland mit allen aus Franckreich dahin kommenden und ertappten Gütern (nur um des willen / weil man befunden / daß Franckreich etwas mehr von Engelland an Geld/ als dieses von jenem jährlich gezogen) unausätzlich beschiehet/ zum Feuer gebracht würden. Wie ein angenehmer Rauch und Geruch müste solches doch nur seyn/ aus welchem die allerwünschlichste Wohlfarth der Erbländer heraus dämpffen würde! Dann bey Vermerckung

kung eines ſo executiven Ernſtes würden ſo Aus- als Inländer abnehmen/ daß die Sache recht von Hertzen gehe / und dermahleinſt Ernſt ſey/ ſich ſelbiger zu conformiren / und das gemeine ſo wohl / als das ſelbſt eigene Hey. bauen zu helffen. Sintemahlen aber ein ſolches ſchwerlich von uns zu hoffen; So riethe ich wenigſt mit denen/ nechſt hievor angedeuteter maſſen / ieden Orts in abſonderliche Magazins gebrachten Wahren die Verordnung zu thun/ daß/ was innerhalb fünff oder ſechs Monaten nicht verkaufft/ mit ſolchem zum Feuer geeilet / oder wenigſt alſo in pios uſus verwandelt würde / daß es von dannen in keinen Kauff mehr könte gebracht werden; Von welcher Gnad ich iedoch meines Orts die frembde Frantzöſiſche Wahren ausgeſchloſſen haben wolte/ als mit welchen Barmhertzigkeit zu üben/ und des Feuers zu ſchonen/ gewißlich eine Sünde ſeyn würde.

Et pag. 222. Das iſt aber mit der rohen Woll und Seiden/ und mit der Genüge an Zeugmachern nicht gethan; Es wollen auch Seiden und Wolle vorhero ſortirt/ reſpectivè gekämmet / cartätſchet / geſponnen / gezwirnt / gewunden / und zu zeiten auch gefärbet ſeyn. Das Sortiren/ Kämmen und Cartätſchen/ Winden / Färben und dergleichen/ hat ſeinen leichten Ort/ indem wenig Leute/ in Anſehen der andern Arbeiter / dazu gehören / ſo aus der Nachbarſchafft und aus dem Spaniſchen Gebiet zu nehmen ſtünden. Auch iſt dem Seiden-Winden und Zwirnen durch die Wind- und Zwirn-Mühlen/ und andere Wercke zu helffen. Das Woll-Spinnen aber will einen weit mehrern Raum/ Ausdähnung und mehr Volcks haben/ als alles übrige/ und iſt ſolches für den Grund der gantzen Manufacteur zu halten. Und zwar was das Flachs- und Woll-Spinnen zu der Leinwand und Tuchmacherey betrifft / ſo iſt aus obigem klar/ daß ſie in Böhmen/ Schleſien/ Mähren/ ꝛc. zu genüge in eſſe, oder doch/ was an der Güte und Feine etwan abgienge/ leichtlich in behörigen Stand zu bringen wäre. Doch laſſe ich dahin geſtellt ſeyn / ob es dem publico fürträglich/ daß denen Tuchmachern in Schleſien das monopolium des Woll-Spinnens allda verbleibe. Mit dem Spinnen der feinen langen Wolle zu den Zeugen hat es etwas mehr Bedencken. Gleichwohl iſt gewiß/ daß ſie in die Erbländer gantz füglich einzubringen / wann nur die Application ſo gut da wäre / als die Fähigkeit der Spinnerinnen. Und zwar was ermeldte Spinnerey der langen Wolle anbelangt / da hab ich vor fünff oder ſechs Jahren in meinem bekandten/ nunmehr von den Türcken ruinirten Land-Städtlein unweit Wien geſehen / daß eine arme Nie-

derländerin in drey oder vier Monaten nur um ein Stück Brod/ auff die hundert Mägdlein/ mehrentheils von zehen zu funffzehen Jahren/ mit solchem Succeſs unterwieſen/ daß die Muſter ſolcher Geſpünſt noch letzo in der Frembde irgendwo für eine Deutſche Oeſterreichiſche Rarität auffgehalten werden/ und bin ich ein Augen-Zeug / daß die rechte Niederländiſche Geſpünſt es dieſer Oeſterreichiſchen im wenigſten nicht bevor gethan. Es iſt aber nicht zu zweiffeln/ daß an eben bemeldtem Ort und dem Bezirck in ſothaner Zeit / wann es eine Nothdurfft geweſen wäre / inner Jahres-Friſt etliche hundert Spinnerinnen würden auffzubringen geweſen ſeyn. Und wann nach Proportion in allen Erbländiſchen Land-Städten und fürnehmen Märckten dergleichen Anſtalt beſchehe / würde inner Jahres-Friſt Böhmen mit all ſeiner langen Woll bey weitem nicht erklecken ſelbige zu verlegen/ und doch dadurch ermeldten Land-Städten eine unglaubliche Nahrung erworben ſeyn. An Lehrmeiſterinnen würde uns auch diſſalls Niederland keinen Abgang leiden laſſen. Viel tauſend ſelbiger unglückſeliger Leute würden unter gegenwärtigen Frantzöſiſchen preſſuren GOtt dancken/ wann ſie nur in den Erblanden durch ihr eigenes Spinnen ein ſicheres Stück Brod zu holen wüſten. So könten auch alle Eltern in den Land-Städten / und auch aus der Bauerſchafft diejenige / ſo denen Herrſchafften tauglich fürkommen / durch zulängliche Mittel vermöget werden/ daß ſie ihre Kinder/ vornehmlich die Mägdlein / ſo bald ſie zu gewiſſen Jahren gelangt/ (ſie möchten hernach das Erlernte gebrauchen oder nicht) zu Erlernung der feinen Woll-Spinnerey hielten. Doch wäre zu verhüten/ daß die Herrſchafften hernach keine neue Roboth daraus machten/ ſonſten wenig Benediction darob zu gewarten. Der Lehr-Lohn wäre entweder von den Landſchafften oder den Verlegern der Spinnerey darzuſchieſſen/ und würde ein geringes ertragen / indem er nur auff 1 oder höchſtens 2 Jahr erfordert/ alsdann aber ſolche Woll-Spinnerey allſchon im Schwung und Herkommen/ ja ein Kind das andere anführen würde. Auch wären den Unvermöglichen anfangs die behörige Spinn-Räder/ ſo gleichfalls nicht hoch anſteigen können/ herzuleihen / und denen die es wolten/ um die Geſpünſt nachmahl abzuverdienen. Ich zweiffle keines wegs/ daß die feine Woll-Spinnerey hiedurch in kurtzem auff ihren behörigen Fuß gerathen würde/ geſtehe iedoch/ daß ſie anfangs eine genaue Auffſicht und Sorge / ja mehr als die Weberey ſelbſt erfordere ; als welche letztere / wofern nur die Geſpünſt gut / eine leichte Sache iſt. Es ſind Mittel die Kinder und Jugend mit Luſt dazu zu bringen / und wann

es

es nur mit der Sache ein Ernſt / wird ſich ihrer die Menge von ſelbſt finden.

Quæ ſi in rem redigerentur, ſo würde (ait ſæpe citatus pag. 277.) an ausländiſche Wahren von ſelbſt nicht mehr gedacht / ſondern eine Glori daraus gemacht werden / ſelbige im Lande ſo gut als von auſſen gefunden / oder auch angegeben und verlegt zu haben / zumahl wann die höchſte Käyſerlichen Perſonen ſelbſt in Hochſchätzung einheimiſcher und Verachtung auswärtiger Wahren mit ihrem Beyſpiel dem Hof / und dieſer den Ländern fürgienge / auch ſothane Verachtung nicht wentger anff die Perſonen derjenigen / denen nach Frembden annoch wehe ſeyn möchte / als auff die Wahren ſelbſt gelegt würde. Wozu dann billich ſo viel gröſſere Hoffnung macht / als die letztregierende Röm. Käyſerl. Majeſtät den Tag dero zweyten Beylagers zu Grätz Anno 1673 ſich gegen einen vornehmen *Miniſtrum* gerühmet / daß ſie nicht einen Faden an dero Leib hätten / der nicht in ihren Erblanden wäre gearbeitet worden. Von Carolo Magno meldet deſſen Lebens-Beſchreibung / daß er nicht allein für ſich ſelbſt mäßig in Kleidung geweſen / und ſich mit ſeines Königreichs eigenen Gütern darinnen begnüget / ſondern auch den ausländiſchen Pracht an ſeinen Hofleuten nicht leiden wollen. Derowegen er mehrmahls bey ſchlimmen Wetter unverſehens in ſeinem Wolffs-Peltz auff das Jagen geritten / und alle Anweſende mit auffſitzen laſſen / die er dann folgenden Tags redlich auffgezogen / wann ſie in geſtutzten Kleidern / da die köſtliche verderbt / eingetreten / er aber ſeinen wieder getrockneten Wolffs-Peltz noch wie vor am Leib gehabt. Sed

Cantantur hæc, clamantur hæc, dicuntur, audiuntur:
Scribuntur hæc, leguntur hæc, & lecta negliguntur.

Unum adhuc reſtat de lana dicendum ex libello Liberti ſæpe citati. Daß nehmlich weil ein groſſer Unterſchied unter der Wolle iſt / ein guter Hauß-Vater ein wachſames Auge habe / und dahin trachte / wie er ſchöne Böcke / die in krauſſer und weiſſer Wolle ſtehen / auffziehe: auch diejenigen Schafe bey ſeiner Heerde nicht dulde / worauff Frühlings-Zeit die Woll erſtirbet / und ſich entblöſſet. So muß auch das Ausmertzen mit gutem Verſtande geſchehen / daß man diejenigen Stücke / ſo an Schafen / Hämmeln und Jährlingen / ſo grob oder hundehärig ſind / abſchaffe. Das Erſterben aber der Woll auff den Schafen / wann ſie ſich ſelbſt ablöſet / und die Haut entblöſſet / geſchicht / wann das Schaf-Vieh mager in Winter kommet / hernach bey harter Kälte das Futter ermangelt / daß ſie die Kräffte / und zugleich die Wolle verliehren.

Hodie,

Hodie, dum hæc in villa noſtra ſcribimus, & ſimul oves tonderi facimus, obſervamus, non eſſe conſultum, tonſarum numerum creta notare, & unicuique tondenti fœminæ ſpecialem in horreo, aut loco, in quo tonſura peragitur, aſſignare locum, ut hactenus incauti fecimus: cum opiliones, Domino aut famulo ad notandum deſtinato, vel modicum diſtracto, minuſve in ovium numerum intendente, facile in ovili, domive ſuæ aliquot gregis partes interim abſcondere, numerum occulta creta ſupplere, & peracta tonſione publica privatim in proprium commodum poſſint inſtituere.

Securius proinde proceſſerit œconomus, aut Villicus, ſi certas teſſeras, vel ex chartis luſoriis, vel quacunque demum alia materia formatas ſecundum tonſarum numerum inter tondentes diſtribuerit, e quibus, quot quævis fœminarum totonderit, ſine periculo fraudis reſcire poterit.

§. 32.

CASEORUM ovillorum bonitas, & encomium.

(a) Caſeorum porro tam laudata eſt bonitas, ut muneris loco in Boruſſiam, Miſniam, Pragam, Norinbergam mitti conſueverint: nec niſi fatuo palato (niſi quis ab eſu caſei abhorreat) diſplicere queant. Cum præſertim non defuerint, qui cum Hollandicis, aut Parmenſibus ipſis ſaporis ſuavitate hoſce noſtros conferre minime dubitarent: niſi luxuria per improbam laſciviam paratis & facilibus faſtiditis, exoticis inhiaret deliciis. Quam in ſententiam hujuſmodi aliquando epigramma ſcripſimus:

Externis quærant alii oblectamina terris,
In patrio natum quos juvat orbe nihil.
Caſeolum dum habeam Sleſium, deſpecta vel ipſa
Parma mihi, ipſa immo terra Batava fiet.

Nullum

Nullum adeo præ illo preciumve decuſve petitis
Stat peregre (exeſto hinc invidia) illecebris.
Verum eſt, quod dico: Quæ ſpernere patria juſſit
Externisque avide ſic inbiarè, gula eſt.

Extat & elegans Tobiæ Sculteti a Bregoſchitz & Schwanenſee, Conſiliarii Cæſarei & Comitis Palatini τῦ μακαρίτυ, in caſeos ovillos Sileſiæ ad Melponenen Horatianam parodia, (*b*) quam non poſſum, quin vel animi cauſa heic ſubjungam:

Quem tu, SLESIADE, ſemel
Veſcentem placido munere ceperis;
Illum non lepus, aut capo
Lactabit vacuum; non avis Indica
Nidore adficiet ſuo.
Illectum, neque opes ambroſiæ dapis
Natam deliciis gulam,
Quod jam caſeolos attigerit tuos,
Oſtendent ſaturam fami.
Sed quæ Sileſiæ fertilis in ſolo
Mulſa ex lacte ovium datur,
Finget lanigero munere nobilem
Stolzæ nobilis in domo.
Dignatur mî epulas inter amabiles
Talem ponere caſeum.
Et jam dente meas delicias premo.
O qui miſtus aromatis
Languentis ſtomachi tadia temperas!

O lentæ quoque nauseæ
Donatare novam, si libeat, famem!
Totum muneris hoc tui est,
Quod Breslea sapit mî cerevisia
Et forte Hungariæ merum:
Quod potor clueo, tuum est.

(*a*) In nobilium aulis optimi fiunt ex lacte integro non dempto flore, & addito vaccino, ut nonnunquam fieri solet. Condiuntur aliquando macere, majorana, &c.

(*b*) Sculteti hæc parodia in caseos ovillos Silesiæ legitur num. XCIII. apud Casp. Cunradum, qui Parodiarum ad Horatii Flacci Melpomenen variorum auctorum & argumenti varii centuriam integram, cum appendice parodiarum ad Od. IX. Lib. III. Carm. Horat. a se collectam, & Dan. Bucretio, Patricio ac Physico Wratislaviensi, inscriptam Olsnæ MDCVI. 8. publicavit.

In Decadibus quinque Parodiarum a diversis auctoribus ad Phaselum Catulli scriptarum, quæ ex Bibliotheca Henelii nostri cum Andreæ Senftlebii Notis Philologicis Lipsiæ MDCXLII. 8. prodierunt, extat Andreæ Senftlebii Caseus ovillus Silesiacus pag. 74. 75. quem hoc loco commode adjectum legere non pigebit lectorem:

Ovillus iste, quem secatis, hospites,
Ait fuisse massa lactis optimi,
Neque ullius boni coagulum seri
Nequisse prævalere, sive nobiles
Opus foret cibare, sive rusticos,
Et hoc negat superba Parmiensium
Negare rura, ovile nec Batavicum,
Boëmicas, Thuringicasque pergulas,
Silesiæve caseorum opercula,
Ubi iste post-ovillus, optima fuit
Coagulatus arte sape Thestylis
Manu subactus, acre reddidit serum.
Polone delicate, tuque Misnia,
Tibi hæc fuisse & esse cognitissima
Refert ovillus, optimaque pro dape

Tuis

Tuis ſtetiſſe dicit in triclinïis,
Tua levaſſe faucis eſuriginem.
Et inde Te per exteris quoque indies
Fuiſſe gratum, & eſſe, ſive prandio
Vacare, ſive cœnula quis appetat,
Parare magna ſive feſta geſtiat.
Nec ulla bella Apolline Æſculapio
Sibi eſſe dicta, quod noceret uſpiam
Modeſte adeſſu, omne, quod nimis, nocet.
Sed hæc prius fuere: nunc inutili
Senet madore, ſeque dedicat tibi
Putredo, rancor, & caterva vermium.

§. 23.

CAPRINUM pecus quid habeat utilitatis?

Caprinum pecus campeſtribus locis rarius, aſperis ac ſylveſtribus ſatis frequens, non tam (*a*) ob carnem, quæ inter illaudati ſucci, ac duræ concoctionis dapes a Medicis reponitur; niſi ea hædina plane fuerit; quam lactis cauſa, quod phthiſicis ad ulcera pulmonum detergenda commodiſſime exhibetur, ac morbis quibuſdam prolixioribus medetur feliciter. Unde Plinius ille naturæ bibliothecarius ſic ſcribit: *Scio Democratem medicum in valetudine Cauſidiæ M. Servilii Conſularis filiæ, omnem curationem auſteram recuſantis, diu efficaciter uſum lacte caprarum, quas lentiſco paſcebat.* (*b*) Caſei, qui ex eo lacte fiunt, ſaporis admodum grati: ſevum autem ob vim abſtergendi, attenuandi, alvumque abluendi, ac ſolvendi Medicis celebratiſſimum. (*c*)

(*a*) Caprarum quidem caro (ait Athenæus lib. 9. cap. 15. Deipnoſoph.) plurimum alit. *Quamobrem Cleitomachus Carthaginenſis, nulli ex Academia novarebus examinandis ſecundus, Thebanum quendam athletam ætatis ſuæ homines viribus ait ſuperaſſe, quoniam caprarum veſceretur carne, ut quæ ſuccum gignat firmum, viſcidum, & in mole corporis diu permanentem. Ridebatur vero, & dicteriis inceſſebatur athleta ille, ob ſudoris graveolentiam.* Hæc Athenæus; addit tamen illa, quæ leguntur apud Antiphanem in Aceſtria, *carnem intelligi caprarum*, quæ ad caſeum lac non præbent, aut hædorum optimorum.

Hircorum caro minime quidem humida; ob fœtorem tamen ingratæ, & ſtomacho inimica, egre concoquitur, & ad ſuccum bonum generandum parum idonea. Schwenckfeldius.

Pellis hircina ab alutariis in veſtimentorum, præſertim femoralium, uſum aptatur.

Anno 1602 Villicus quidam in pago Fiſchbach, hodie ad Dominum de Hein ſpectante, hircum aluit, qui lac ex ubere reddidit papillis duabus. Idem accidiſſe dicitur in Pleſwitz.

(*b*) Caſeum e coloſtro (ut apud Athenæum lib. 14 lac primum a partu vocatur) ſponte & absque coagulo concreſcente, factum apud Romanos in delitiis fuiſſe, ex hoc Martialis verſu intelligitur:

De primo matrum lacte coloſtra damus.

Caſeum autem illum (ut ex Scholiaſte Athenæi colligitur) conficiendi ratio hæc erat: ſcilicet lac illud a parte primum in olla, qua exceptum fuit, ſuper calido cinere aliquantum calefacere, & ex eo in coagulo concreſcente poſtea formare caſeum ſolebant.

Caſeus caprillus, ait D. Schwenckfeld, in cibo utilis, boni ſaporis, facilius dejicitur, quam bovillus, minus nutrit.

(*c*) Serum caprillum, an ſevum ſcribendum ſit, merito dubitaveris: nos primum voluiſſe credimus Autorem, cum vim abluendi, alvumque abſtergendi ei adſcribat, quod ſerum facit, aut ſebum, maxime ſi ſambuci floribus condiatur.

Sevum tamen etiam, aut *adeps*, emplaſticam vim obtinet, acrimonias obtundit. In pulte ex Alica phthiſin & tuſſim ſanat: in ſorbitione convenienti inteſtinorum vitiis magnopere prodeſt.

Hœdus Zieglein / ἀπὸ τῆς ἡδονῆς ab edendo vel a delitiis, eſt adhuc tenellus ex caprarum genere.

Carnes hædinæ tuendæ valetudini ſerviunt, facile concoquuntur, moderate nutriunt, & ſanguinem gignunt bonum. San-

Sanguis hircinus Bocks-Blut colligitur e jugulato juvene hirco, qui poſtremis diebus diureticis altus fuerit; medius excipitur, relicto eo, qui primus fluit & poſtremus: fictili vaſe excipitur, inſolatur, & exſiccatus fideliter reſervatur. Calculos frangit, ſanguinis grumos diſſolvit, ex vino tenui potus, & illitus. Contra toxica efficax, in frequenti uſu noſtræ plebi.

§. 24.

SUS quid ad culinam ferat?

Sus culinæ pernas, ſuccidias, farcimina, apexabones, aliosque uberrimos apparatus præbet, ganeæ etiam tam exquiſitam materiam, ut Cenſoriæ leges ſæpe coërcuerint, interdixerintque cænis abdomina, glandia, teſticulos, vulvas, ceteraque gulæ irritamenta. Et vero non bonitate tantum præſtare cæteris, uti teſtantur Medici, & inter hos Galenus *οὐδὲν ἄλλο τροφιμώτερον* nullam aliam carnem nutrire magis idoneam reperiri lib. 3 de Alimentorum facultatibus cap. 19 oſtendens, ſed & (*a*) ſapidiſſima omnium pecudum æſtimatur ſuilla, porcorum præſertim caſtratorum: quippe cum a Venere abſtinendo non pinguiores duntaxat fiant, ſed & delicatiores.

(*a*) Lactantius Inſtit. lib. 4. cap. 17 obſervat, porcum ad ſolam mortem nutriri, cum nullum, quam diu vivit, præſtare poſſit uſum, ſicut cæteræ animantes, quæ vel ſedendi vehiculum præbent, vel in cultibus agrorum juvant, vel plauſtra collo trahunt, vel onera tergo geſtant, vel indumentum exuviis ſuis exhibent, vel copia lactis exuberant, aut cuſtodiendis domibus, & gregibus invigilant. Proinde in Lœmanis fabulis porcus, qui cum agno & capra ad urbem deferebatur, rogatus, cur, cum illi pacate degerent, ſolus ſe diſtorqueret? ita reſpondit: *Agnum propter lanam, & capra propter lac quæri ſcio; at ego miſer, qui neque lanam, neque lac habeo, cum in urbem venero, haud dubie mittar in lanienam.* Porcus igitur

vulgo hominum non nisi mortuus prodest: at Judæis ne mortuus quidem ulli usui esse potuit, cum neque eum ad sacrificia, neque ad esum adhiberi lex permiserit. Cujus prohibitionis varias causas afferunt, ut in præced. innuimus. Tacitus hist. lib. 5. *Sue abstinent* (Judæi) *memoria cladis, quod eos scabies quondam turpavent, cui id animal obnoxium.* Callistratus apud Plutarchum sympos. lib. 4. cap. 5 Judæos a suibus ideo abstinere suspicatur, quod eos in honore habeant quomodo Ægyptii, qui suem colunt, eo quod summo rostro terram proscindens, arationem & usum vomeris primus docuerit. Ac ibidem Lampridius Judæos suem abominari sibi fingit. 1. Quia sub ventre solet esse lepra plenus, & scabiei pustulis. 2. Quia nullum aliud est animal cœno tam gaudens, sordidisque & impuris locis. 3. Quia cœlum nunquam videt nisi supinus. R. Bechai in legem, scribit, in quibusdam libris medicinalibus se reperisse, *Infantem*, si lac suillum sugat, fieri leprosum. Quod etiam est in Plutarchi Iside: In illorum, qui lac suillum bibunt, corporibus lepra pullulat, & scabiei aspredines. Judæi ergo hanc legem putant physicas habere causas: sed Patres eam ad mores referunt. Clemens Alexandrinus lib. 3 Pædagogiæ per sues, quorum esus in lege prohibetur, vitandos putat, impuros homines, *qui more suum corporeis voluptatibus, stercoreisque cibis, & impudicis titillationibus prurientes, ad perniciosam Veneris voluptatem exultant.* Similia habent Novatianus cap. 3. de cibis Judaicis, Lactantius, Procopius, & alii. Citatus Clemens Alex. lib. 2. Stromat. DEUM Judæis prohibuisse dicit, quæcunque sunt *natum pinguia*, ut suum genus, *quod est maxime corpulentum.* Et lib. 7 suem edere quosdam negat, *quia proclive est animal ad coitum.* Nec multo post addit, suillam, cum sit multi nutrimenti, *iis, qui corpus exercent*, (id est, Athletis) *esse utilem: iis autem, qui ipsam animam augere conantur, non item, propter hebetudinem, quam ingenerat esus hujusmodi carnium.* Verum enim vero interdicti sui hanc solam rationem affert legislator, suem immundum esse animal, quia non ruminat, Levit. 11. & Deut. 14. Quippe Lex Ceremonialis pro mundis ea solum admittit animalia, quæ & ruminant, & ungulam habent fissam. Itaque, ut ut porcus fissam habeat ungulam, tamen quia non ruminatur, censetur in immundis. Quæ si mystice intelligas, dicetur is ruminari, qui cibum animæ, id est verbum DEI, assidua meditatione recolens, ita mandit & concoquit, ut in alimentum suum convertat. Et fissam habet ungulam homo spiritualis, qui omnia discernit, aut dijudicat, ut, postquam probavit omnia, id retineat quod bonum est. Animalia porro, quæ his notis

notis carebant, natura immunda non erant, ſed ſignificatione ſolum, ut recte obſervat S. Auguſt. contra Fauſtum lib. 6. c. 7. natura enim nihil immundum eſt. Quippe creavit DEUS omnia valde bona. Et omnia munda mundis &c. Vide plura in Bocharto.

Sed & e vicinis populis nonnulli, Judæorum æmuli, etiam a ſue abſtinebant. In his primo *Arabes*, teſte Plinio & Solino, quorum hic cap. de Arabia: *Suillis carnibus prorſus abſtinent. Sane hoc animalis genus, ſi invectum illò fuerit, moritur illico.* Hinc Hieronymus de Saracenis, qui Arabum pars erant, lib. 2. in Jovinianum cap. 6: *Hi neſas arbitrantur porcorum veſci carnibus. Sues enim, qui glande, caſtaneis, radicibus filicum, & ordeo ali ſolent, aut raro apud eos, aut penitus non inveniuntur:* & ſi inventi fuerint, alimenta non habent, quæ ſupra diximus.

2. *Phœnices*, teſte Herodiano lib. 5. de Heliogabalo.

3. *Ægyptii*, teſte Herodoto lib. 2. cap. 47. his Ælianus hiſt. lib. 10. cap. 16 cauſam fuiſſe indicat, eo quod ſus præ voracitate ne propriis quidem fœtibus parcat, & cum in humanum corpus incidit, non abſtineat, ſed illud mandat.

4. *Barcææ* mulieres in Africa Cyrenaica. Herodotus lib 4. cap. 186.

5. *Æthiopes* etiam ab iisdem abſtinere vult Porphyrius, eo quod hoc animal in Æthiopia uſpiam videri negent.

6. *Indos* denique addit Ælianus lib. 16. cap. 37. *Suem autem*, inquit ille, *neque cicurem, neque ferum naſci aſſerunt: & Indos tum a ſuilla, quam ab humanæ carnis eſu abhorrere.*

Sed Judæorum leges de non comedenda ſuilla Chriſtus abrogavit Matth 15. & Apoſtoli Actor. 5. Rom. 14. & alibi.

Sus a ſubigendo, quod terram roſtro ſubigat propter cibum.

Porcus quaſi ſpurcus, quod animal ſit obſcœnum & immundum, maxime pituitoſum, & humidum.

Verres ein Eber/ porcus manſuetus non caſtratus.

Scrofa ſus fœmina, quæ uterum habet, σκρόφα, id eſt porca, quæ ſæpe peperit. Ein Fehrmutter/ Mantz oder Mancke: noſtratibus communiter Sau dicitur.

Porcus aut Verres caſtratus, ein geſchnittener Eber.

Porcus ſerarius, ſero paſtus, mit Schrot gemäſtet.

Porcus ſaginatus, Maſt- oder Mühl-Schwein.

Porcus colluviaris, colluvione alitus, mit allerley Unflath gemäſtetes Schwein.

(b) Caro

(*b*) *Caro porcina*, inquit Doctor Schwenckfeld, *cum humana magnam habet similitudinem, omnium præstantissima & saluberrima, præsertim mediocris ætatis, optime nutrit, multum alit, facile digeritur, stomacho idonea, dulcis & origmta : at glutinosi in se nonnihil habet, quo fit, ut jecur obstruat & renes, in quibus meatus angustiores, indè senibus, & humidiore ventriculo minus salubris.*

Est caro porcina sine vino pejor ovina :
Si tribuis vina, tunc est cibus & medicina.

Noſtrates ſale macerant ad dies decem, deinde in carnario, quo fumus penetret, ſuſpendunt, ne fraceſcat, & vitium ſapiat, neve a vermibus lædatur; tandem ad integrum annum reponunt.

Perna, Petaſo Mart. tin Schincken dicitur tam prior, quam poſterior coxa ſalita cum pede, & infumata.

Roſtrum, Pedes, Aures, Cartilagines ſuccum gignunt craſſum, viſcoſum, & frigidum, probe nutriunt. Ex his aceto elixis cum croco, zingib. pipere, paſſulis coqui noſtrates gelatinam, ut vocant, in patina parare ſolent, quod congelatum frigide editur. Eine Schweins-Galert. Weſtphalis Zitter-Brüh.

Porcellus ſubrumus, aut lactens, Spanfärckel/ γαλαθηνὸς Athenæo.

§. 25.

Suilli Pecoris ſaginandi ratio.

Magna ergo hujus quoque pecoris ubiquē cōpia & cura: quod ut ad pinguedinem adoleſcat, hordeo, furfuribus aliisque conditiiis cibis, omnium autem optime glandibus paſcitur. Quippe cum prior illa ſagina fere ſumptuoſa ſit, atque ob id patrisfamilias rationes oneret ; & quæ glande ſaturantur ſues non modo celerius pingueſcant, ſed jucundiorem etiam carnis ſaporem induant. Quare ſi cui fundus glandem non miniſtrat, ex vicinis potius nemoribus ſubſidium petere, quam domi paſcere, expedit. Solidior caro,

caro, quæ quernis quam quæ faginis glandibus saginam contrahit. (a)

(a) Facile tamen ad quodvis pabulum assuescit, & celerrime quoque in pinguedinem proficit pro sui corporis magnitudine, sexaginta scilicet diebus.

Citius saginantur, si per triduum ante saginam nil edant.

Antequam Porcus saginatus mactetur, die una nec edat, nec bibat, ut caro siccior fiat, diutiusque servari possit.

§. 26.

Caro Suilla quot modis condienda.

Assata præstat elixæ, quoniam ignis calor attenuat & consumit viscosum, crassumque, quem gignunt, humorem. Quin carnem domestici suis quinquaginta modis posse condiri, ut totidem ferinæ carnis species judicentur, Plinius, Livius, & Plutarchus tradiderunt. (a)

(a) Huc referri possunt, quæ apud Athenæum lib. 9. Deipnosoph. leguntur: *Cum deinde nobis*, ait ibi, *allatus fuisset porcus, cujus dimidium assatum magna industria arefecerunt, dimidium vero alterum, elixum aqua, ideoque molliusculum tanquam liquaverunt, cunctis coqui sapientiam admiratione prosequutis, ob artis suæ peritiam glorioſus ille, ac de se magnifice sentiens, Quin vestrûm nemo, inquit, ostendere possit, qua jugulatus est, aut qua venter impletus omnifariam lautitiis. Nam & turdis farctus est, & aliis aviculis, & portionibus quibusdam abdominis porcarum, & vulvæ concisis particulis, & ovorum vitellis, & gallinis, quarum venter plenus est tum vulvæ frustis, tum lautis bucceis, & lucanicis confectis ex carnibus minutim tritis, ac cum pipere subactis, &c. - - Vos itaque, porcus quomodo jugulatus est, judicate, atque etiam, quomodo altera ex parte elixus est, assus altera.* Vide plura loco cit.

§. 27.

CANES varii.

Neque canes heic prætermittam, animal philanthropon:

thropon : (*a*) & quo nullum magis ipſa natura nobis junxit : etſi pecudum numero non eſt, ut recte cenſent Juris Conſulti. Varia illorum nobis genera : Sunt enim domeſtici, (*b*) ſive villatici, qui intra villas & ædificia noctu, diuque pervigiles agitant, vel libere circumeuntes, vel catena per diem vincti, ac noctibus plerumque ſoluti; catenarii exinde dicti. Quales Veteribus ad fores cuſtodiæ cauſa frequenter adhibiti : nec vivi modo, ſed & ſculpti vel picti in pariete, ut imagine moniti a vivis illis & veris caverent. Hinc Petronius in Trimalcionis domo : *Ad* ſiniſtram enim intrantibus non longe ab oſtiarii cella, canis ingens catena vinctus, in pariete erat pictus, ſuperque ſcriptum : CAVE, CAVE CANEM. Quo ipſo tamen uti quoque convenit, quoties nobis cavendum a maledico homine & obtrectatore.

(*c*) Sunt deinde pecuarii cuſtodes! pecoris præſertim ovilli : cui inermi generi omnium maxime lupi inſidiantur, niſi canis apponatur defenſor, in quo maxime requiritur fortitudo, & agilitas, ut lupum aliaſve feras repellere, aut raptores proſequi & prædam eripere poſſit.

(*d*) Sunt venatici, iique vel veſtigatores, qui præcipua ſagacitate ferarum latebras & veſtigia lectantur, & produnt : alii mediocres, ſeu media quadam magnitudine, alii minores quidem, ſed iidem pulchriores & auribus fere ad terram demiſſis : vel vertagi,

vertagi, ſive vertrahi, qui feras curſu ſuo ac labore perſequuntur, ſed illæſas pelle ſola, & ſagaciter prehenſa, trahunt ad Dominos. Et heic quidem potiſſima laus fæminæ eſt.

Sunt præterea Canes aquatici aliquanto majores, validi, acres, ore patulo, villis contractis eaque dexteritate ſimul, & acritate anatem ſive aliam quamlibet prædam inſectantes, ut vel illico eam prehendant, vel eo usque defatigent, dum illa curſu diffiſa feritati caninæ ultro ſe dedat.

Sunt denique delicati, & Melitæi, qui (*e*) nobilibus viris & fæminis in deliciis, atque ad luſus eſſe conſueverunt: cetera nullius uſus, niſi forte ad fovendum ſtomachum debilitatum frigore, aut ad prodendum adulterium. Quod feciſſe hujus generis catellum quendam Siculum refert Ælianus lib. 7. cap. 25 animalium. Laudantur maxime, queis roſtrum breve, & obtuſum, ac naris repanda.

(*d*) Multa hic tum de amore, quo canis fertur erga Dominum, & fidelitate afferri poſſent, niſi eadem jam forent protrita. Veteres hiſtorias omittimus, illud tantum, quod Bochartus de Cane quodam narrat lib. 2. c. 56, referentes: *Hodieque*, ait ille, *Lutetiæ Pariſiorum canis vivit, qui Domini in S. Innocentii cæmeterio ſepulti tumulo jam pene triennium incubuit, nec ullis inde blanditiis abduci potuit. Quin a nonnullis vi abſtractus, & ad aliam partem urbis tranſlatus, ibique aliquamdiu detentus, quam primum fuit ſui juris, priſtinam ſtationem repetiit, Domini cadaveri, ut videtur, tandem immoriturus, niſi obſtet vis major. Res anno, quo hæc ſcribo, contigit, æra ſcilicet Chriſtiana milleſimo, ſexcenteſimo ſexageſimo, ideo viſa eſt mirabilior, quod in illo cæmeterio per hyemales menſes nix fuit altiſſima, & frigus intenſiſſimum. Si de tam fidi canis victu lector eſt ſollicitus, ſciat locorum accolas rei novitate perculſos huic abunde proſpicere*,

pane & aqua ad tumulum, cui assidet, subinde missis. Quis famulus amantior Domini? interrogat Columell. lib. 7. cap. 12, *quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor invenîri potest vigilantior? quis denique ultor aut vindex constantior?* Admiranda, stupenda, & prorsus inaudita de canibus exempla habent Jo. Eusеb. Nieremberg. lib. 9. Hist. Natural. cap. 94. Schottus in Physica Curiosa lib. 8. cap. 19, & quem supra laudavimus, Hieron. Rorarius in libris duobus, quos de usu rationis in brutis emisit in lucem.

(*b*) Inter *domesticos* narrat Bochartus loco citato Canes urbicos, de quibus 1 Reg. 14. & Ps 59. Hi vel sunt custodes domus, vel dominum sequi soliti: Sicut ille, qui Tobiam cum Angelo proficiscentem comitabatur. Imo custodiendis Ecclesiis noctu præficiuntur nonnulli, nomen inde adepti CANES TEMPLARII, Kirch-Hunde: plurisque æstimandi, quam canes, qui templa Apollinis olim in Delo custodiebant, de quibus Ovidius in Ibin:

Prædaque sis illis, quibus est Latonia Delos
Ante diem rapto non adeunda Thoso.

De formula: *cave canem*, egit præter alios Jo. Andreas Crusius in Lucubrationibus de Nocte & nocturnis officiis cap. 8. §. 6. p. 191. seq.

(*c*) Canis Pecuarius vel Pastoralis, eine Schaf-Rede/ Vieh-Hund/ Schaf-Hund. De his legitur in lib. Iob. cap. 30. Hesiodus Poëta, qui prope Heliconem pastor fuit, canes habuit, qui juxta eum occisum manentes, occisores latratu prodidere, ut refert Pollux lib. 5. cap. 5. Et, si cum Hebræis nugari licet, Abele a Caino fratre cæso, canis, qui custodiebat gregem Abelis, tutatus est illum adversus omnem feram agri, & volucrem cœli: ita habet R. Eliezer cap. 21. Cum his maxime canibus Isaiæ 56. v. 10 pastores conferuntur, quorum munus est invigilare gregi, & lupos, id est, Ecclesiæ hostes, latratu prodere. Canes facinorosorum proditores exhibet Ælianus Hist. Animal. lib. 7. cap. 13. & 21. & lib. 9. cap. 42.

(*d*) Canis venaticus, ein Wind/ Wind-Spiel/ Jagdhund/ Flieger. Canis vestigator, sagax, odorus, odorisequus, ein Spür-Hund. Vertagus ein Steuber/ paulo minor cane sagaci.

Huc etiam spectant: Canicula cavernarum, Loch-Hündlein/ Küch-Hündlein/ Schlifferlein/ Dachs-Hund/ quæ vulpium, ac melium cavernas subiens, morsibus ad exitum cogit. Canicula sanguinea, Blut-Hund/ der dem Blute nachspüret/ Leit-Hund/ die man an starcken Koppeln

peln allzeit leiten muß: qui feram ſauciatam ac vulneratam ſcrutando prodit. Canicula avicularis, ein Feder-Spiel/ Ablag-Hund/ ꝛc.

Canum venaticorum nomina, eorumque ſignificationes legantur apud Ovidium 3. metam. fab. 2. ubi Actæonis metamorphoſin in cervum deſcribit.

(e) Melitæos, Luſt-Spiel/ oder Frauenzimmer-Hündlein/ ab inſula Melita, ubi in delitiis fuiſſe canes Melitæos, Athenæus ſcribit. Strabo a nobiliore illa Melita illos dici quoque putat, quæ Siciliæ ſubjacet. At Callimachus, Plinius, Stephanus, Etymologus, ad alteram Meliten referunt, quæ pertinet ad Illyricum. Neque his facile poteſt decidi, cum hodie catelli ſimiles in neutra reperiantur. Vocantur etiam catelli iſti Bononienſes, in cujus adpellationis originem alii inquirant. Fœminæ Bajonenſes in Hiſpania porcellos loco catellorum geſtant, & ligaturis variorum colorum exornant, id quod tradit Comitiſſa d'Aunoy in Itinere ſuo Hiſpanico Tom. I. Epiſt. I. pag. 3. Cæterum de pœna, præſertim militari, geſtandi ſcapulis canem animantem, præter Arnoldum Lubecenſem, Ottonem Friſingenſem, Meibomium ad Witechindum, Limnæum & Speidelium, agit Conr. Rittershuſius ad LL. XII. Tabb. pag. 204.

§. 28.

Volucrum varietas & utilitas.

Volucres, ſive alites, quibus ipſis quoque patria noſtra abundat. Et in his quidem primas obtinere domeſticas, ſive villaticas, vel ideo par fuerit, quod proventum nobis quotidianum, ac ſaginam laudatiſſimam ſuppeditant, nec non vineas ac arva fimo lætificant: gallos puta, & gallinas, domeſticas pariter, & (a) peregrinas, quas noſtri Indicas (b) & Calecutenſes, itemque Turcicas, nonnulli quoque pavones Indicos, vel gallopavones adpellant: (c) Columbas, (d) anates, atque (e) anſeres, quorum carnibus & viſceribus bene paſti, bene quoque dormimus

in exuviis : ut ne quid de pennis heic dicam anſerinis, quæ ad animi noſtri conceptus ſcriptionibus exprimendos commodum præbent inſtrumentum.

(*a*) Pavonis (qui peregrinis accenſetur) vivam deſcriptionem ex Schwenckfeldii noſtri legamus Aviario pag. 325. *Avis eſt admirabilis, omnium pulcerrima, & pulchritudinis ſtudioſa. Caput ei parvum, & quodammodo ſerpentinum, maculis ornatum duabus oblongis candidis; in cujus vertice apex inſtar criſtæ, ex nudis quodammodo ſcapis tenerrimis virideſcentibus, veluti liliorum flores referentibus, conſpicuus. Roſtrum candicat craſſum, in extremo aliquantulùm recurvum; in eo nares ſatis patulæ.* Collum longiuſculum, admodum tenue, & exile, ſapphyri colore lucidum. Alæ ſuperiores juxta dorſum cinereum, dilute ad ruborem declinans, nigricantibus maculis tranſverſim cymatili ductu, & virentibus nonnihil. Clypeus ad caudam usque per dorſi longitudinem aureus. Pennæ majores ſeu remiges rubent, numero duodecim circiter; reliquæ inferiores nigricant ex cæruleo nitentes. Cauda duplex, inferior fuſca, brevis, extenſa, vulgo Schwemm-Federn/ ſuperior huic veluti incumbens longiſſima, pennis plumoſis, & in fine pennarum habet orbes ex viridi quaſi chryſolithi ſplendore, & auri & Sapphyri coloribus diſtinctos. Pedes cinerei ſunt, maculis nigris conſperſi, & calcaribus more gallinaceorum armati, digiti fiſſi. Venter prope ventriculum ex cæruleo viridis, prope podicem fuſceſcit.

Avis olim rariſſima, Regibus ſaltem nota : deinde Romæ frequens, ut apud Athenæum legitur ; hodie plus quam frequens in aulis nobilium, & in villis, ubi cum gallinis ſimul paſcitur. Ποιόλογος enim eſt, gramine victitat, & frugibus.

Pupillat Pavo, trinſat hirundo vaga.

Caro Pavonis dura eſt, & fibroſa, frigida & ſicca, ſuavis interim & ori grata : at craſſi & modici alimenti, ac difficilis concoctionis, & melancholici ſucci. Ob id per biduum ſuſpenſa relinqui debet, ut durities ejus nonnihil remittat. Aſſæ eduntur juniores ſuperinfuſo liquamine, ex vino aromatibus condito.

Cauda ad muſcaria colligitur.

Carnem Pavonis mortui non putreſcere S. Auguſtinus lib. 21. de Civitate DEI cap. 4 refert. Sic enim ait: *Quis enim niſi DEUS Creator omnium dedit carni pavonis mortui, ne putreſceret?*

Plura

Plura de Pavone legantur apud Athenæum lib. 9 & in Henelio hoc capite infra §. 33.

(*b*) Meleagris Turn. & Boll. aut etiam Gallina Africana, Numidica. Descriptionem ejus vide in Aviario Schwenckfeldii supra citati, pag. 279. Ex novo orbe primum allatæ, hodie passim in aulis & villis aluntur.

Gallopavones, aut (ut Schwenckfeldius loquitur) Gallopavi in cibo habentur lautissimi, & Principum mensis digni.

(*c*) Multis, quæ in Columbis scriptura laudat, præteritis, volatum ejus inprimis consideremus, de quo Isaiæ 60. v. 8. *Qui sunt isti, qui ut nubes volant, & ut columbæ ad fenestras suas?* Aliqui hoc referunt ad Israëlitas ex captivitate Babylonica cum summa alacritate redituros. Nimirum ut Kimchius: Citius volant, cum redeunt ad nidos suos, quam cum ex iis exeunt, quia ad pullos, quos reliquerunt, redire properant, ut cibum, quem in ore habent, iis offerant.

Sed quod maxime hic notamus, volatus Columbæ perniciissimus est. Unde Ps. 54 alas Columbæ optat David, ut celeri fuga se subducat ex imminenti periculo. Plinius lib. 10. cap. 36 columbas dicit, *soluto volatu esse accipitre in multum velociores.* Hinc Virgilius Æneidos lib. 5 Mnesthei navem, quæ

Agmine remorum celeri, ventisque vocatis
Bona petit maria, & pelago decurrit aperto,

cum columba volante confert tum, cum

Fertur in arva volans, atque aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas.

Et ad locum Psalmi, quem citavimus. R. Simon, R. Jodan, R. Jonas, & R. Kimchius ad quæstionem, cur David alas columbæ aliarum avium alis præferat, sic respondent: *Reliquæ omnes aves cum volando fessæ sunt, super petram, aut super arborem fugiunt & capiuntur: sed columba cum est fessa, alarum unam comprimit, & alteram volat, sicque evadit nec capitur.* Et Aben Ezra: *Meminit columbæ, quia illa degit cum hominibus, & literas per eam mittunt Reges.* Nempe sæculo post Christum duodecimo, quo scripsit Aben Ezra, fuit id in multo usu. Paulus Æmilius de gestis Francorum lib. 4, ubi de Hasarchi, Siriæ oppidi Præfecto: *Ejus Oratores* (ad Balduinum missi, ut auxilium implorarent) *epistolam caudæ columbæ, quam, cum in legationem proficiscerentur, domo secum attulerant, alligaverunt, illamque ex composito remisere. Ita Præfectus certior factus egregie se tutatus est.* Vide plura apud Bochartum Parte 2, c. 2, de S. Script. Animal.

Ex

Ex quo non poſſum non addere pauca ex Heinſii Elegia 10. libri 3. de Columbis Leydenſibus:

Hic voluerem ſacrum trepida demittit ab urbe,
Qua refert ductus illius, illa volat.
Moxque domum gaudens, dulcesque reviſere nidos,
Per medium rurſus aëra lapſa fuit.
Scriptaque Boiſoti, mandataque geſtat in alis,
Jamque miniſterii dulce peregit opus.

Hanc ſcilicet artem (inquit citatus Bochartus) *intermortuam Patrum noſtrorum memoriæ a Belgæ excitarunt.* Et Turcæ quoque, quorum imperatorem ſcribit Linſchottus in Armuzia deſcriptione c. 6. per columbas brevi addiſcere, quid fiat in remotiſſimis Imperii ſui partibus. Confer de Columbis literas ferre doctis Lipſium cent. 3. epiſt. 59. p. 274. Fürer in Itiner. pag. 44. in fin. Rupertum ad Valer. Max. lib. 4. c. 6. & Zeilletum paſſim in Epiſtolis.

Columba domeſtica, cicur, cellaris, Heimiſche / zahme / Schlag-Taube / Flug-Taube. Columbarum varietatem vide apud Schwenckfeld in Aviario pag. 237. Vulgus eas felle carere credit; inde proverbium apud noſtros vulgatum: Tauben haben keine Galle / ſind der Leute aller: ſed fel aliis ventri, aliis inteſtino jungitur.

Carnem habent admodum bilioſam, ſanguinem moderato craſſiorem & calidiorem gignunt, atque ob id febres nonnunquam accendunt.

Veteres propter caliditatem nimiam, & ſiccitatem, concoctionisque difficultatem a cibis abdicantur, durioris alimenti & improbi. Sed Columbarum pulli, ſive pipiones a noſtratibus in cibum recipiuntur, & in deliciis habentur a nonnullis: Vere ſalubriores, uti & pinguiores, cenſentur, quam autumno, & omnino calidiore tempore deteriores, convaleſcentibus utiles. Aſſæ eduntur & infarcti, mixtura ex ovis, pane candido, lacte pingui, add. paſſulis, cepis, croco, macis, petroſelino, majorana, &c. parata. Elixantur etiam, & in ſartagine coquuntur.

Columbæ criſtatæ, ſive Cypriæ Köppichte Tauben / cæteris ceu nobiliores præferuntur.

Criſpæ wollichte Tauben.

Daſypodes, hirtipedes, Ruſticæ, rauchfüßige / gehöſelte oder Reußiſche Tauben. Sileſitice: Latſch-Füßige / ꝛc.

Norwegicæ, niveæ, maximæ, Norwegiſche.

Feræ,

Feræ, Agreſtes, Liviæ a livore quaſi lividæ, wilde / Loch- oder Holtz-Tauben.

Saxatiles, turricolæ, cavernales, Stein- oder Thurn-Tauben.

Arboreæ, montanæ, hohl-kohl-blaue/ wilde Tauben.

In arboribus ſylvarum excavatis, montoſis locis nidificant. Autumno gregatim volant, & retibus, appoſitis allectricibus excæcatis, vulgo Steil-Tauben/ capiuntur. Præferuntur in cibo domeſticis, utpote minus excrementitiæ.

Columbam feram tripodem, monſtroſam civis quidam Gryphibergæ ad Quadum (Quiſſum) fluvium inter alias ceperat ante annos viginti & centum.

(d) Differunt Anates domeſticæ colore; vel enim totæ candidæ, nigræ, cinereæ, vel compoſiti coloris ex omnibus dictis, inveniuntur.

Ova pariunt plurima, quæ ſæpius ſupponuntur gallinis, e quibus pulli orti primum aluntur ab iis, a quibus excluſi, fotique ſunt, deinde eas (matres) relinquunt, & fugiunt, ſequentes quam primùm aquam quaſi naturalem domum.

Anas omnibus volucribus domeſticis calidior; Caro ejus humida & calida ſecundo receſſu, excrementitia, craſſarum partium, & difficilis concoctionis. Melancholicum generat ſuccum, & febres facile procreat: at multi alimenti. Vide Schwenckfeldium, plures illius carnis virtutes deſcribentem.

Anas Indica, Turcica, Türckiſch-Indianiſche Ente. In aulis nobilium aliquando alitur: criſtam habet in vertice. Colore & magnitudine a noſtratibus differt. Caput ei rubeſcit ut ſanguis, oculis flaveſcit circulo nigro. Roſtrum totum cæruleum, pluma illi per totum colli proceſſum reliquum alba. Qua corpori collum jungitur, circulus plumeus, niger, rara pluma alba maculoſus, & inæqualis, per ima anguſtior, per ſumma latior. Per totum imum ventrem alba eſt pluma, per ſummum corpus fuſca. Extremæ alæ atque cauda cum ſplendore vireſcunt, ut Cantharides, tibiarum cutis inciſuris levibus per circuitus ducta.

Anatum ferarum plurimis generibus Sileſia noſtra abundat ob piſcinarum, lacuum & fluviorum frequentiam.

1. Torquata minor, wilde/ blau Ente/ Mertz-Ente/ Rätſch-Blaß- oder Spiegel-Ente. Magnitudine, & forma, & voce accedit ad cicures: caput viride, roſtrum ſubflavum, collum ſuperius viride, infera parte caſtanei coloris habet. In medio circulus albus, &c.

2. Torquata major, Stor- oder Sterꝛ- oder groſſe Wild-Ente. Priori paulo major.

3. Anas fera maxima, Roß-Merꝛ- oder gröſſeſte Wild-Ente.

4. Juncea, vel graminea, ein Schmäl- oder Schmil-Ente/ Schmelichen. A certo graminis, juncive genere anguſtis perpetuo foliis virente, & aquis ſtagnantibus innatante, in quo frequenter verſatur, nomen accepit.

5. Anas mediocris, Mittel-Ente.

6. Anas media criſtata, aut cyrrhata, Strauß- oder Hobel-Ente. Rarior hæc apud nos.

7. Anas macula in fronte candida inſignis, Bloß-Ente. Rarius viſitur.

8. Anas Erythrocephalos, fuſca mediæ magnitudinis, braune Ente/ oder braun-köpffichte Ente/ rothe Ente/ Mittel-Ente/ wilde graue Ente.

9. Anas Erythrocephalos, Penelops Ariſt. Brand-Ente/ rothhalß- oder rothköpffichte Ente. A priori non multum differt.

10. Strepera vel ſtrepitum edens, ein leinern Schnarr-Ente/ Schnatter-Ente/ Schnerr-Entlein.

11. Anas fiſtularis, Pfeiff-Entlein. A ſono acutiore, quem fiſtulæ modo emittit.

12. Caudacuta, Spleß-Ente/ Spleß-Schwantz. Sic denominata a cauda acuta. Utrinque enim pennæ longiuſculæ, ſicuti in hirundine domeſtica, porriguntur. Tales aliquot anno 1702, quo hæc ſcribimus, in paluſtribus prope Wratislaviam cepimus.

13. Boſcas minor. Querquedula Geſn. quoniam querquero, id eſt, frigido & hyemali tempore maxime apparent. Per hyemem enim in lacubus & fluviis, qui glacie non adſtringuntur, degunt, & commorantur. Krück- oder Krich-Entlein.

14. Anas Circia, Querquedula fuſca, grau Entlein/ Birckilgen. Magna ei cum priore ſimilitudo.

15. Querquedula varia, ſchecklicht- oder ſprenglichtes Entlein/ Hernel Argentoratenſibus. Circa caput rufa, ſed punctis albis adſpergitur.

16. Anas parva muſtelaris, vulpanas, ein Fuchs- oder braunköpffichte Ente. Capite rubore muſtelam ſeu vulpem refert.

17. Anas muſcaria, quod muſcas ſupra aquas volitantes capiat. Anas limoſa. Mück-Flügen-Entle/ Moß-Mur-Entle.

18. Anas

18. Anas latiroſtra major, platyryncha, Schellaria, clangula, Löffel-Ente/ breitſchnablichte Schall-oder Schild-Ente / id eſt, clypeata. Inter volandum alis crepitaculorum ſonum repræſentat.

19. Anas longiroſtra, mergus muſtelaris, mergus anatiformis, Anas criſtata, ein Langſchnabel/ Schlicht-Ente/ a gemitu. Teucher/ Wiſelchen/ weiſſe Tauch-Ente. Roſtrum obtinet ſerratum, &c.

20. Anas longiroſtra, melanocephalos cirrhata, mergus major criſtatus, eine groſſe langſchnablichte/ ſcheckichte Strauß-Ente.

21. Anas longiroſtra major, mergus niger major, mergus magnus, ein groſſer Teucher/ Rache/ Tauch-Ente/ ſchwartzer Teucher.

22. Anas longiroſtra, ein Fiſchtreiber / quæ Brantam fere æquat magnitudine. Vertice ſplendet atro, collum album. Per dorſum fuſca eſt. Roſtrum longum ſerratum cum unco. Piſcium eſt voraciſſima.

23. Anas longiroſtra glacialis major, mergus Rhenanus, monialis alba, Eyß-Ente. Ex genere anatis longiroſtræ maxima.

24. Anas longiroſtra varia, ſeu monialis maxima, eine groſſe ſcheckichte Ente. Anatum omnium, quas videre licuit, maxima. Tota nivei coloris, exceptis capite, collo, dorſo medio, & alarum remigibus pennis, quæ nigra ſunt, &c.

25. Anas longiroſtra monialis, glacialis minor, mergulus varius, ſcheckichtes Elſter- oder Eyß-Entlein.

Quæ varia Anatum genera fuſius deſcripta, eorumque differentias vide apud ſæpe cit. Schwenckfeld in Aviario.

(e) Saginatur Anſer radicibus, rapo, carotta, avena. Non magnam curam poſcit, ob id ruſticis gratus. Variis modis a noſtratibus coquis præparatur. Vel enim in veru aſſatur; vel in olla additis cepis frigitur: vel ſuperfuſo liquamine acido nigro ex aceto, pipere, cepis, zingib. caryophyll. elixatur. Præſtant juniores, & quidem hyeme, avena nutriti. Agricolæ deplumatos & purgatos per medium diſſectos ſaliunt, & fumo exſiccant, unde pulchre rubeſcunt: at validum requirunt ventriculum. Adeps, ſeu axungia, Gänſe-Schmaltz/ calidior eſt ſuilla, humectat, emollit, digerit. Plebecula eo, butyri loco, cibos condire ſolet; Puerperæ quædam in Bohemia, & in noſtris montanis, butyro in cibis præferunt. Num recte & commode, penes medicos judicium eſto. Plebs ex oſſe dorſi, aus dem Rück-Bein / hyemem futuram præſagit. Si enim candidius ſit, aſperiorem & graviorem: ſin vero fuſcum, & ſubcæruleum, aut nigredine, maculisque infectum fuerit, mitiorem ac mol-

liorem hyemem fore augurantur : idque vel prima , vel ultima ſui parte.

Anſer nocturnas excubias celebrat. Horis enim noctis fures clangore prodit. Proprium ejus Gingrire ſchnattern.

Anſer ſylveſtris hyemis initio ſegetes virides depopulatur, ubi & retibus capitur. Caro ejus dura & difficilis concoctionis. Juniores meliores, ſi, priusquam coquantur, aqua calida immerſi fuerint, nec ingrati ſaporis. Lingua aſſata calculoſis commendatur. Conf. Schotti Phyſ. Curioſ. l. 9. c. 10.

Dantur quoque *Anſeres grandinis, aut nivis, aut hyberni*, Schnee-Hagel- oder Winter-Gänſe/ toti albi præter alarum extremas quatuor vel quinque remiges pennas, quæ nigræ ſunt.

Item *Anſeres arborei* Baum-Gänſe/ qui in arboribus cavis, in nidis cornicum & ciconiarum nidificant.

Eſt hic fero anſere multo minor, & anatis magnitudine. Roſtrum ei nigrum, qui color etiam capitis eſt, ſed cum ſplendore colli proni, dorſi, caudæ, alarum. Circa oculos & gula tota, ſive collo ſupino, albicat.

Anſerum olim copia ingens in Croatia, ut tradit Hieron. Megiſerus in Annal. Carinth. lib. 12. Zeillerus in Epiſt. 12, fin. Anſerculus vivus ex utero mulieris progreſſus, cit. in An. I. obſ. 109.

Cæterum cum apud noſtrates non ſolum placentæ cornutæ Martinianæ, (Martins-Hörner) ſed & Anſeres Martiniani frequenter in uſu ſint, ejusque ritus origo derivetur ab ætate S. Martini Epiſcopi Turonenſis, qui anſerum ſtrepitu proditus & ad Epiſcopatum ſuſcipiendum coactus fuit, non eſſet forſan alienum ab hoc loco, ſi accuratius in hanc conſuetudinem inquireremus. Sed cum hoc acturus ſit alio tempore amicus quidam noſter, placet interim lectorem remittere ad Jo. Junghanſium, Michaelem Sachſium & Joannem Olorinum, cum quibus Samuelis Schmidii *Martinalia Scholaſtica*, Taubmanni Carmen *Martinalia* inſcriptum, & Blocius in carmine *Collegium Martinale* dicto conferri merentur. Immitia ſortis & mortis ſuæ fata Anſer Martinianus anhelo pectoris ſuſpirio, querulo carminis elogio, & adducto innocentiæ teſtimonio proponit Auctore Jo. Liebenthal R. Morino, an. 1661. 8. Petri etiam Lindebergii Roſtochienſis Epigramma ad Gaſp. Fabricium, cur S. Martini die quotannis mactentur Anſeres, legitur part. 3. lib. 1. Epigr. p. 148.

§. 29.

§. 29.

Gallinarum copia & uſus.

Enimvero nulla pæne domus urbana, nulla certe villa ruſtica, nulla caſa aut tugurium eſt, quod non (*a*) gallos, (*b*) gallinasque colat; illos quidem, ut habeant, qui gallinas reddant fœcundas, & horologii aut vigilum inſtar ad opera excitent domeſtica: has vero cum ob alios uſus, tum vel maxime ob alimoniam, quam ut a morte carne ſua, ſic vivæ ovis præſtant. Caro gallinæ non uno nomine laudata, quia nimirum cibus eſt, qui palato gratus: qui facile concoquitur: qui bonum ſanguinem gignit nec excrementi habet multum: qui denique ſic parabilis eſt, ut facilis ſit appoſitu, ſi hoſpes imparatum, rure prælertim occupet, etſi durior, tamen caro recens occiſæ: quam ob id ut tenera reddatur, vivam immergi Falerno Catius præcipit apud Horatium in hæc verba ſcribentem:

Si veſpertinus ſubito te oppreſſerit hoſpes,
Ne gallina (malum!) reſponſet dura putato,
Doctus eris vivam miſto verſare Falerno.
Hoc teneram faciet.

Gallinis bonitate cibi cedunt galli: eo quod (*c*) propter ſummam libidinem vibroſa illis, duraque caro ſit; ſed quam delicatam admodum, ſi tempeſtive caſtrentur, adipiſcuntur: Capones vulgo vocantur, de quorum laudibus hunc in modum ſcribit Bar-

thius: Platina Cremonenſis lib. 5 de popinæ ſcientia: Omnium avium laudes, quantum ad oblonia pertinet, una caro gallinacea comprehendit. Quid enim popinis adferunt reliquæ altiles, quod non unus capus in ſe habeat, ſive elixum, ſive aſſum velis? hujus avis patina ſtomachum juvat, pectus lenit, vocem ſonoram facit, corpus obeſum.

(*a*) Præcipuum quod in gallo conſiderandum & celebrandum venit, *Cantus* eſt: Gallicinium medium tempus eſt inter mediam noctem, & mane: Quidam vocant ſecundum Gallicinium, quia primum eſt media nocte. Sunt etiam (inquit cap. 19 diei partes enumerans) plura noctis & diei tempora ſubnotata, propriisque diſcreta nominibus, quæ apud veteres paſſim ſcripta inveniuntur. Ea omnia ordine ſuo exponam. Incipio a nocte media, quod tempus principium & poſtremum eſt diei Romani. Tempus, quod huic proximum eſt, vocatur de media nocte. Sequitur Gallicinium, cum galli canere incipiunt, dein conticinium, cum conticuere: tunc ante lucem, & ſic Diluculum vocatur. Mane cum lux videtur ſolis, &c. In Galli cantu ſunt duo mirabilia: unum, quod tantulum animal tam contenta voce canit, ut (Cardano lib. 10 de ſubtilitate id aſſerente) ad mille, & amplius audiatur. Alterum, quod ſtatis horis canit, atque illo ipſo tempore, quo reliquæ aves ſomno indulgent. De quo Damir ſequentia: *In eo maxime mirabile illud eſt, quod novit tempora noctis, & juxta ea, tam æqua lance cantus ſuos diſpenſet, ut ex iis vix quidquam demat, ſive longiora ſint, aut breviora. Et cantus ejus perpetuo præcedat, & ſequatur aurorum. Laus illi ſit, qui eum ad id ir ſtituit.* Mahometes tantæ rei cauſas exquirens ad fabulam confugit: Fingit enim DEUM habere gallum album, cujus alæ ſmaragdis, hyacinthis, & margaritis diſtinctæ ſint, & ab ortu ad occaſum expanſæ, & caput ſub throno gloriæ, & pedes in ſummo aëre: illumque adeo quotidie mane precum tempus indicere, atque audiri ab omnibus cœli & terræ incolis præter homines & dæmones.

Cucurrire ſolet gallus, gallina gracillat.

(*b*) Gallinæ maxime proprium eſt, quod non ſolum ovis incubat, quomodo reliquæ aves, ſed & pullos jam editos ſub alis congregat, ut materno

materno calore foveantur, & vegetentur. Audiamus S. Auguſtinum in Pſalmum 58 & hoc particulare de gallina aſſerentem, quod pullorum ſuorum infirmitate ſic afficiatur, ut ipſa infirma & ægra fiat: *Infirmatus eſt* (Chriſtus) *usque ad mortem*, inquit ille, *& aſſumpſit infirmitatis carnem, ut pullos* (Jeruſalem) *colligeret ſub alas ſuas, tanquam gallina infirmatur cum parvulis.* Et paulo poſt: *Certe notam rem dico, quæ in conſpectu noſtro quotidie verſatur. Quomodo rauceſcit vox? quomodo hiſpidum ſit totum corpus, demittuntur alæ, laxantur plumæ, &c.* Similia habet in Pſ. 90. & Serm. 29 de Verbis Domini.

Gallinæ differunt magnitudine & colore: quædam totæ croceæ, vel ſubflavæ, quædam nigræ, quædam candidæ, quædam variis maculis inſignitæ.

Item aliæ ſunt parvæ, aliæ magnæ.

Veſcuntur ſeminibus cerealibus, & ſaginantur farina.

Paſcitur & dulci facilis gallina farina:
Paſcitur in tenebris, ingenioſa gula eſt.

Pulvere impendio delectantur, in quo ſeſe volutando quodammodo ſcabunt.

(c) Gallinarum nigrarum caro melior eſt, & levior, quam aliarum.

Jus Gallinarum omnes ſuccos corporis temperat, utiliter bibitur in ſtomachi roſionibus.

Cerebella earum ſubſtantiam cerebri adaugent, ac ſenſus acuunt.

Contuſum Gallinæ, ein geſtoſſen Huhn. Gallinam percoquito, donec carnes bene molleſcant, & in pila pulpam una cum oſſibus contunde: tum cum jure omnia per æneum vas colatorium exprime, modicum vini generoſi, & croci, aromatumque, quantum ſatis, adjice, & coques aliquamdiu. Cum inferre vis, panem toſtum ſubjice. Cibus puerperis, & qui venam ſecuerunt conveniens.

Gallinarum pituita ſeu grando κέγχρα der Zip / Pfiff. Id vitium maxime naſcitur apud nos, cum cibi aqua calidiore commiſcentur, vel cum frigore & penuria cibi laborant. Linguam extremam perreptat pellicula alba, quæ leviter unguibus vellitur & locus butyro illinitur, trajecta per nares penna aliquot vicibus, quo poſſint reſpirare. Das nennt man den Zip ſubleiſſen.

Huic malo medentur ſerpillum, origanum, tormentilla in potu, lac ebutyratum, allium, cepa.

Sunt

Sunt præterea Gallinæ Italicæ magnæ, vel Gallinæ Medicæ, ſeu Decumanæ: Welſche groſſe rauchfüßige Hüner.

Gallinæ lanatæ Turcicæ, wollicht- oder Türckiſche Hüner. Vide ſupra §. 28.

§. 30.

Galli caſtrandi ratio.

Quæ veteribus fuerit caſtrandi ratio, Ariſtoteles in hiſtoria animalium, & Rei Ruſticæ ſcriptores tradunt. Noſtrates ventrem, plumis prius evulſis, cultello aperiunt; ita tamen, ne inteſtina lædantur. Deinde digito inſerto τὰς κρεμαςῆρας vel eximunt, vel ſi eximere nequeunt, avulſos obterunt. Poſtea butyro injecto vulnus factum conſuunt, & cinere conſpergunt: tum etiam criſtam reſecant, ut aviditas omnis abſit, & abolita libidine pingueſcant. (*a*)

(*a*) Vulgus cum ſaginare cupit Capos aut Gallinas, plumas cum cauda, quas Maſt-Federn vocant, evellere, cibo lapillos addere, & in locum tenebricoſum reponere ſolent. Alii paſtum forma pillularum ex rebus nutrientibus intrudere ſolent.

Laudes avium omnium una gallinacea caro in ſe comprehendit, nihilque reliquæ altiles popinis offerunt, quod unus Capus in ſe non habeat, ſive elixum velis, ſive aſſum. Caro temperata eſt, bonum generat ſanguinem.

Ἀλεκτορία, Gemma Alectoria vocatur lapis, ſeu gemma cryſtallina ſpecie in ventriculo gallinaceorum ſeu Caponum repertus fabæ magnitudine.

Plura de illo ſuperſtitioſa ſcribuntur, quod Reges eum geſtantes invicti reddantur, quod ſitim tollat, quod mulieribus viros & gratiam conciliet. De hoc Poëta quidam:

Hic oratorem verbis facit eſſe diſertum,
Conſtantem reddens, cunctisque per omnia gnatum.
Hic circa Veneris facit incentiva vigentes,
Commodus uxori, quæ vult fore gnata marito:
Ut bona tot præſtet, clauſus portetur in orbe.

Anno

Anno 1591. (ſcribit D. Schwenckfeld in Aviario Sileſiæ pag. 277.) *Parens meus in Arce Greiffenſtein, cum a coquis mactarentur Capi, forte fortuna diſſecto Capi ventriculo, in eo reperit lapillos quinque inæqualis formæ & magnitudinis, rotundos, & longiuſculos, translucidos cryſtalli inſtar, ſeu potius aquæ limpidæ, ſubobſcuris caruleis fibris, ſeu ſtriis variegatos, aureisque micis opuli inſtar relucentes. Majorem Gen. Dom. Chriſtophorus Gotſchius expolitum aureo annulo incluſum geſtabat.* Hæc ille.

§. 31.

Pullorum Deliciæ.

Quid de ὀρνιθοπαίλοις, ſive (*a*) Pullis dicam gallinaceis? Eorum certe deliciis non ſanos modo, ſed & ægros mire juvari, nemo omnino eſt, qui negare auſit.

(*a*) Pullaſtri alias vocantur: modos hos parandi vide apud ſæpe citatum Schwenckfeldium in Aviario, pag. 275.

§. 32.

OVORUM uſus.

Ova ipſa Gallinarum inter omnes alites optima. Quorum quidem pennatæ illæ matres tam fœcundæ, ut earum aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ ſexagena (annue) pariant, aliquæ in tantum, ut effœtæ moriantur. Romani quidem ab ovis cœnam ordiri ſoliti: neque vero quidquam hoc cibo vel paratius, quaqua iter facies, vel ſecurius, vel purius, mundiusque, vel magis ad nutriendos homines idoneum, vel quod exhauſtos jam & exſuccos æque alat, & minus onerer. (*a*)

De uſu eorumdem in medicamentis multa dici

poſſent, niſi id a profeſſione mea & inſtituto foret alienum. Jam olim certe Æſculapio conſecratum fuiſſe, magna ovi gloria. Ut proinde animum meum mirari ſubeat, reperiri inter noſtrates medicos, qui, cum alii rapiantur in admirationem DEI, tam varie & luculente heic quoque vitæ & valetudini noſtræ proſpicientis, ipſi e contra tam beneficum cibum, tam ad vitam, vigoremque ſubminiſtrandum deſtinatum, tanquam inſalubrem vituperare ob idque ægris ſuis interdicere auſit: dignus fortean, in quem putrida conjiciantur ova, quotquot in maxima Sileſia reperire liceat.

(*a*) Si ſumas ovum, molle ſit atque novum. Servantur ova hyeme in paleis, æſtate in furfuribus, aut cineribus.

Ova recentia ſunt alimentum ſanguini proximum, unde in Regim. Scholæ Salern. ſcribitur:

Ova recentia, vina rubentia, pinguia jura,
Cum ſimila puræ naturæ ſunt valitura.

Varios præparandi ovi modos lege in Aviario Schwenckfeldiano pag. 271. &c.

De ovis Paſchalibus Græcorum & Ruthenorum res nota eſt.

De certo quodam ovorum luſu & exercitatione curſoria, quam Pannifices Wratislaviæ in Bacchanaliorum feriis celebrant, fuſius tractabitur olim in Breslographia.

§. 33.

ALITES FERÆ in Sileſia.

E FERIS ALITIBUS ad aucupia nos invitant, menſamque pretioſis dapibus opulentant (*a*) ATTAGENES, ſive BONOSÆ, PERDICES, (*b*) & quidem inſigniter bonæ, SCOLOPACES,

CES, (*c*) quas Plinius Ruſticulas, Martialis ruſticas Perdices, alii Gallinagines, noſtri Schneppen vocant: Gallinæ MONTANÆ, (*d*) Urogalli, (*e*) Phaſiani, (*f*) a phaſi vel Phaſide fluvio apud Colchos, ubi id genus avium copioſe viget, nomen adepti: FULICÆ, (*g*) GLAREOLÆ, (*h*) ſive Gallinulæ paluſtres, quarum plures ſpecies, COLUMBÆ MONTANÆ, (*i*) PALUMBI, TURTURES, (*k*) ANATES, ut Auſonium audias:

Remipedes lato populantes cærula roſtro,
Et Crure rubro Punico,
Iricolor vario, quos pinxit pluma, colore,
Collum columbis æmulæ:

Sed quarum plura item ob piſcinarum, lacuum, & fluviorum frequentiam genera; (*l*) ANSERES FERI, OTIDES (Geſnero tardæ, vel bis tardæ, Budæo tardi Anſeres, Plinio tardæ aves, TRAPGANSÆ (*m*) vulgo,) COTURNICES, (*n*) STURNI, (*o*) aves ſermonis humani æmulæ, MERULÆ, (*p*) ac TURDI denique (*q*) oppido pingues, clunesque cereos opimati, noſtratibus Krambs-Vögel: quaſi aves juniperi, cujus baccis vivunt, ob idque juniperam virtutem & guſtu & odoratu perceptibilem ventriculis ſuis affricant, merito ſalubres habentur. Ejus forte generis ut præconium mereantur, non Horatii tantum, ſed & Martialis:

Inter aves Turdus, ſi quid me judice certum eſt,
Inter quadrupedes mattya prima LEPUS.

Neque vero prætermittendi ſunt e grandioribus GRUES, (*r*) Auguſti Principatu in cibis gratæ, teſte Cornelio Nepote, ac hodieque inter primos expetitæ; CICONIÆ pietatis cultrices, (*s*) ſub eodem Principatu etiam Gruibus prælatæ, ſed quibus hodie Magnatum menſæ nullum honorem tribuunt. PAVONES (*t*) non pulchritudine duntaxat ob elegantiam pennarum, quas uti inſtar gemmarum vel oculorum variis coloribus adverſus ſolem expandit usque adeo inſignes, ut Athenæo χρυσᾶν ὀρνίθων γένος dici meruerint; ſed & magnatibus in menſarum deliciis, ſi non gulæ, ſaltem ſpectaculi cauſa expetiti. ARDEÆ (*u*) ſive ARDEOLÆ: nec non (*vv*) OLORES, ſive CYGNI, inter aquaticas volucres (ne de plumarum & pelliculæ uſu dicam) candore ſuo longe ſpecioſiſſimi, & qui ob id in aquis perennibus ac rivulis domus & palatia alluentibus aſſervantur: ſed non tamen adeo canori, ſicut & Plato, & Ariſtoteles, & quis non? tot ſeculis, tot Auctoribus credidit, proverbio etiam inde conſtituto, ut κύκνειον ἆσμα Cygnea cantio in illos conveniat, qui ſupremo vitæ tempore ſuaviter facundi diſſerunt. Sed fabuloſum id omne eſſe, quod de næniis olorum traditur, Plinius primum, ac deinde Athenæus animadverterunt: atque adeo verba illa Æliani

ni lib. 1. cap. 14. pag. 9. Ἐγὼ ἄδοντος κύκνου οὐκ ἤκουσα, ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλος, hoc eſt, ego vero Cygnum nunquam audivi canere, fortaſſe neque alius. Hodie inter Compertiſſima numerantur.

Atque ut de Rapacibus illis, (x) AQUILIS, inquam, avium omnium fortiſſimis, atque ob id

- - Cœlivagas inter regnare cohortes
Ceu ſerpentiferis Lybiæ baſiliſcus in agris,
Aut Leo per ſylvas, delphin dat jura per undas,

non immerito creditus, ACCIPITRIBUS, (y) FALCONIBUS, VULTURIBUS, MILVIS, CORVIS, CORNICIBUS, BUBONIBUS, item NOCTUIS, ac VESPERTILIONIBUS, minime longos logos faciam; minorum quoque avicularum infinita eſt multitudo: quales ſunt (z) ALAUDÆ, bonitate ſimul & ſuavitate præſtantes, ut Anglicanis fortaſſe, Polydoro Vergilio usque adeo decantatis, minime cedant: tum (*aa*) LUSCINIÆ, (*bb*) CARDUELES, (*cc*) FICEDULÆ, (*dd*) RUBICILLÆ, (*ee*) RUBECULÆ, (*ff*) REGULI, (*gg*) PARI, (*hh*) GALBULÆ, (*ii*) FRINGILLÆ, (*kk*) BOMBICILLI, (*ll*) LUTEOLÆ, (*mm*) CURVIROSTRÆ, (*nn*) EMBYRIZÆ, (*oo*) LINARIÆ, (*pp*) MOTACILLÆ, (*qq*) & complures aliæ. quæ partim in cibis palata noſtra inſtruunt, partim ſuaviter fritillantes, trutillantes, minuturientes, aliterve modulantes,

dulci ſuo etiam ſine arte concentu, aures ſic demulcent, ut inhumanus videatur, qui iſta avium e mediis frondibus, ut eſt in pſalmo, edentium vocem naturali muſica, ad cujus imitationem excogitatam eſſe ab hominibus priſcis muſices diſciplinam haud pauci ſapientum crediderunt, non delectetur; partim denique anni tempora adventu ſuo diſcriminant, in quo genere hirundines eſſe conſtat veris prænuncias: ſub quarum adventum ſic ceciniſſe conſtat Rhodios accepimus:

Ἦλθε ἦλθε χελιδὼν καλὰς
Ὥρας ἄγουσα καὶ καλὸς
Ἐνιαυτός.

Inter canoras tamen aves palmam omnibus præripit LUSCINIA, ſive PHILOMELA, (*rr*) illa mire vocalis Aëdon, ſylvarum ac ruris dulce decus, dum nimirum

Omnia depromens diſcrimina gutturis, omnes
Elicit innumeris flexibus uſa modos.

Ad quas non æquiparant ſe tibiæ, teſtudines, citharæ, aut ex arte ulli cantus. Unde quidem factum, ut non Poëtæ ſolum, ſed & qui oratione ſoluta ſcribunt, Philomelæ dicam, an Philomuſæ iſtius laudes certatim celebrarint: neque defuerit adeo, qui ejus cauſa totus in auriculas abire optaverit:

O ego in auriculas quam mox aveo omnis abire:
Ut tua vox unis ſenſibus una vacet!

At

At vero illa, ut nulli ſe faciat nimis familiarem, circa feſtum D. Joanni Baptiſtæ ſacrum cantare deſinit, ut hoc modo novi veris, & novæ muſicæ ſpe, auditorem avidum oblectet.

(*a*) Gallina Corylorum, vel Francolinus etiam dicitur: inter corylos verſatur, ejusque gemmis & julis veſcitur. Perdix Alpina, Tarda avis, Eber. & Peuc. Gallina Ruſtica Varroni, ein Haſel-Huhn/ Haſel-Henne / Rott-Huhn / frequens apud nos in Sudetorum jugis circa Gigantæum montem, & aliis Alpinis tractibus. Bis in anno capitur, vere, & autumno, & quidem frequentius. Laquei ſeu retia in terram illis locis, ubi degere ſolent, figuntur, quibus huc illuc diſcurrentes implicantur.

(*b*) Perdix Rebhuhn. Minor ſeu Cinerea.

Caccabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anſer.

Paſcitur gemmis coryli & betulæ, gramine & ſegete virenti, æſtate legit ſemina & ova formicarum. Humi nidum texit in condenſis ſpinarum & fruticum, ac ſurculis conſepit.

Nec facit in ramis, altoque cacumine nidos,
Prope humum volitat, ponitque in ſepibus ova.

Capiuntur retibus, canibus, falconibus.

Hyeme gregatim volant. Duodecim, quindecim, aut plures, unico incubatu excluſi tota hyeme invicem degunt, ad fonticulos & ſub nive in agris virentibus latitantes, ein Volck Rebhühner. Saginantur incluſæ tritico.

(*c*) Σκολόπαξ Ariſtoteli, alias Gallina Ruſtica, Gallinago Gaz. vulgo eine Schneppe/ Schnephuhn / Puſch- oder Wald-Schneppe / Holtz- oder Berg-Schneppe. Currit velociter, & philanthropos eſt: gaudet humidis & paluſtribus locis, ſolis vermibus alitur, nunquam grana attingit. Roſtrum molli luto infigit, & cibum vermium inquirit.

Æſtate recedit, hyemis initio redit.
Tendiculis ſeu laqueis capitur, & retibus.

Caro ejus optima, ſaporis non ingrati, nec mali ſucci. De illa Martialis:

Ruſtica ſum Perdix, quid refert, ſi ſapor idem eſt?
Carior eſt Perdix, ſic ſapit illa magis.

Eſt & alia minor, quæ etiam Gallinago Paludana, item Capella cœleſtis dicitur a voce capram imitante mec, mec, mec, eine Waſſer- oder Graſe-Schnepffe:

Schnepffe : Himmels-Ziege. Poſt æquinoctium vernum advenit. Æſtate a lacuum & piſcinarum marginibus nunquam diſcedit. Udis nidificat.

(*d*) Gallus Alpinus, Gallus Urus, Uragen, ortygometra veterum, ein wilder Auer-Hahn/ ein Auer Ochſe / urotaurus patria lingua quoque dicitur, Ohr-Hahn / Berg-Phaſan. Corporis magnitudine anſerem fere æquat. Circa feſtum D. Georgio ſacrum coit. Et cum voce gallinas allicit, & invitat, wann er baltzet oder locket/ bombarda facile feritur; tunc enim viſus & auditus intercipiuntur, alioquin auditus acutiſſimi: at maxima celeritate opus eſt. Autumno laqueis in terram poſitis capitur.

Grygallum majorem den Grugel-Hahn (ut Geſn. cum vocat) revera fæminam Urogalli putat eſſe Schwenckfeld in Aviario pag. 371. hinc Urogallinam vocat.

Eſt & alius Urogallus minor, alias Phaſianus montanus, Gallus betularum, Attagen Alpinus, Grygallus, gallus Betularum, Birck-Hahn/ Spiel-Hahn/ Laub-Hahn/ Gallina villatica paulo major & oblongior. Grygallum minorem fæminam ejus rurſus credit Schwenckfeld loc. cit. pag. 373, & Gallinam betularum nuncupat, eine Birck-Henne / Birck-Huhn.

(*e*) De Phaſiano Martialis lib. 13:

Argiva primum ſum tranſportata carina,
Ante mihi notum nil niſi Phaſis erat.

Rariſſima avis in Sileſia, nec niſi Magnatibus familiaris, qui eam magno ſtudio alunt.

Fructibus, baccis, granis, ſeminibusque veſcitur. Avena quam maxime delectatur.

Parit vere. Semel in anno fœtificat, & 20 die pullos maturat. Quidam phaſiana ova gallinæ villaticæ incubando committunt, ut una matrix ova quindecim cooperiat.

(*f*) Fulica Recentioribus, κιττὸς Ariſt. Φαλαρὶς Nonn. Gallina Aquatica Agric. Gallina arundinum, Follega, Follata, Fulſa, Fuſca, mergus niger aliis dicitur, Waſſer-Huhn / Rohr-Henne. Frequens apud nos in lacubus, piſcinis & fluviis, nec facile recedit, ſi eſcam habet & pacem.

Veſcitur ſeminulis plantarum aquaticarum, piſciculis, vermibus &c. ſuper ſtipites in aquis nidum exſtruit. Admodum pingueſcit autumno, caro eius quid grave & paluſtre olet. Quapropter prius aqua fervente

vente elixanda, ut odoris virus exhalet; deinde aſſatur & conditur.

Fulicæ matutino clangore tempeſtates prænunciant; quod carmine Aratus confirmat:

Cana Fulix itidem fugiens ex gurgite Ponti,
Nunciat horribiles clamans inſtare procellas,
Haud modicos tremulo fundens ex gutture cantus.

(*g*) Glareolarum Schwenckfeldius noſter genera novem enumerat. 1. Erythropodes, Redshancas, Rottbein / Rottfüſſel / Waſſerhünel mit rothen Beinen.

2. Erythrop. min. vel Gallinulam paluſtrem, die Kop-Rigerle/ Kober-Regerle/ Sand-Vögel.

3. Gallinulam aquaticam, ochropodem magnum, ein Schmirring/ Gelbfüſſel. Talem hoc anno 1702 Sylvanus noſter in Tſchechnitz cepit *in* Aprili. Varii eſt coloris. In breviſſimis alarum pennis extremis etiam rubens, ut in rubrica fabrili. Longiſſimæ alarum pennæ nigræ ſunt, & alibi paſſim in dorſo, cauda, collo, & alis maculæ nigricant. Alba tum in capite, & circa oculos. Palpebrarum margines color croceus tingit. Eſt & fuſci vel cinerei nonnihil in alis. Crura ſubflava, ut & roſtrum, ad dimidium usque; anterior enim pars nigra eſt. Quia vero omnibus, quibus mortuam monſtravimus, peregrina aut exotica viſa, depingi fecimus tanquam raram ſaltem, & in refectorio noſtro ſuſpendi.

4. Ochropodem medium, Grünfüſſel/ Matknillis.

5. Ochropodem minorem, vel Ardeolam arenalem, Sand-Regerlein/ Tullfüß.

6. Gallinaginem, gallinulam paluſtrem holoſericeam, Sammet-Hünle/ Mor-Hünle/ ſchwartz Waſſer-Hünle.

7. Gallinaginem cineream, Aeſch-Hünlein.

8. Gallinulam paluſtrem, quæ λευκόπυγος ſeu πύγαργος Geſn. dicitur, bunt Waſſer-Hünle/ oder ſcheckichtes Mott-Hünle.

9. Cenchramum, aut Gallinulam novalem minorem, kleinen Brach-Vogel.

(*h*) De his ſuperius §. 28.

De Turture ex Schwenckfeldio ſequentia lector habeat. Turtur a voce dicitur, Turtel-Taube / quaſi a verbo troutelen Troutel-Taube/ quod citato Autori idem eſt, quod blandiri, & omnibus modis & geſtibus conari cuipiam placere, & proprie id facere ſuaviis & amplexibus, quod

in turturibus videmus. Præterea & ſonus ejus hac voce quodammodo exprimitur, & ſignificat fidei excellentiam, quæ in turturum conjugio tanta eſt, ut merito princeps fidei dici poſſit. Trou, Trau, fidem notat, Trout, Trauet, idem quod conjugio copulat. Et excellentiam denotat. Hinc Tourtel-Taube/ Troutel-Taube/ quaſi Traute Taube.

Avis eſt caſta inprimis & pudica. Amiſſo enim pari ſuo alterius copulam non requirit, ſolitaria incedit, ſolitudines diligit, hominumque conſortia fugit, perpetuoque gemit, ſiccis arborum ramis triſtis inſidens. Hinc de ea S. Ambroſius: *DEUS*, inquit, *Turturibus infudit hunc affectum, hanc virtutem continentiæ dedit, qui ſolus poteſt præſcribere, quod omnes ſequantur. Turtur non uritur flore juventutis, non tenetur occaſionis illecebra; Turtur neſcit primam fidem irritam facere, quia novit caſtimoniam ſervare, primæ connubii ſorte promiſſam.*

Turtur Turcicus, Indicus, ſeu exoticus, ein Lach-Täubel/ a ſono vocis, quem ridentis inſtar edit, Türckiſch- Indianiſch Turtel-Täublein.

(*i*) De variis anatibus jam egimus ſuperius.

(*k*) De Anſeribus ſimiliter.

(*l*) Anſer-trappa, ein Trappe/ Acker-Trappe. In campis degit ſpacioſis, arboribus inſidet nunquam, nec aquas frequentat. Veſcitur herbis, legit grana & fruges. Nidificat in terra inter ſegetes. Hoc ipſo die, quo hæc ſcribo, narrat mihi Illuſtriſſimus D. L. Baro de Grotſchreiber, in agro ſuo Otidem paucos ante dies captam fuiſſe, miræ magnitudinis, & gravitatis tantæ, ut pondus triginta duarum librarum exceſſerit. Qua ratione a Bohemis aucupibus manu capiantur, curioſe legitur apud Balbinum in Miſcell. lib. 1. cap. 65.

(*m*) Quiſcula, Quiſquila, Qualea, Quaquila, Curreſinus nonnullis, Wachtel oder Quackel. Pullos excluſos denos, duodenos &c. ut gallinæ incubando fovent, prodeuntes ducunt, & ſubinde transferunt, ſecundum illud Bapt. Mantuan.

Sedula per ſtipulas teneræ cum prole coturnix
Paſcitur, & magno natorum examine Perdix.

Capiuntur a noſtratibus aucupibus primo acceſſûs tempore reticulis viridibus, illeatæ fiſtulis ex oſſe & corio confictis. Pingues ſunt & grati ſaporis, & apud aliquos in delitiis habentur, cum veteres eas a menſis prorſus amoverint. Plin. cauſam aſſignat, quod veneno alantur: helleboro nimirum & comitiali morbo laborant. Avicenna earum eſum diſſuadet, quod Tetanum & ſpaſmum inducant, utpote nimia pinguedine palato gratio-

gratiores, ita ventriculo & concoctioni ineptiſſimæ, exigui nutrimenti. Hinc Baptiſt. Fiera:

Sint autumnales croceo tibi pabula lumbo,
Sive Coturnices, ſive voces qualeas.
Senſibus hæc mala ſunt, tenebrique replentia fuſcis,
Ventri inviſa, malis febribus exitium.
Si tamen ulla tuos circumvolitaverit orbes,
Cœna tibi non ſit, ſed leve prandiolum.

Secundum Averroem tamen caro optimi ſucci, & temperata eſt: & ſecundum alios ſanis & iis, qui convaleſcunt, alimentum eſt ad bonam valetudinem accommodatiſſimum. Grapald.

In pretio ſum nunc, olim damnata Coturnix,
Vox nomen, pretium dat ſapor ipſe mihi.

Coturnices ad nos Majo veniunt, & Auguſti fine diſcedunt.

(n) *Dum Turdus ſtrutilat, Sturnus tunc pinſitat ore,*
Sed quod mane canunt, veſpere non recolunt.

Nidificat in ſylvis, in cavis arboribus, ut plurimum in lignis excavatis, in arboribus ſuſpenſis, aut ædium parietibus, ſeu pertica culminibus affixis: nec oppida reformidant.

Voraciſſimus eſt; veſcitur limacibus nudis, lumbricis, mica panis, & carnibus domi educatus, inprimis delectatur ſcarabæolis rutilis, qui Junio menſe arborum folia tenella & roſas arrodere ſolent, vulgo Brach-Käferlein. Qui pullos e nidis auferunt, in ſingulis ſingulos relinquere pro more habent, ut anno ſequenti libentius redeant. Catervatim volitant, omnesque in orbem pilæ circumaguntur, & in medium tendunt agmen. Cum cornicibus & monedulis amicitiam ineunt, cum quibus autumno & veris initio, priusquam nidos ſtruant, volant.

Capiuntur retibus, allectricibus mutis terræ appoſitis, dum a volatu cum impetu prorumpunt, & cum noctu in paluſtribus ſuper arundines pernoctant.

Sturni in cibum quidem cedunt, at ob ſaporem minus gratum, & carnem duram, ac ventriculo inobedientem, ut ignobiles & nullius pretii ut plurimum negliguntur. Pulli tamen frequenter eſitantur capitibus abjectis.

Galenus 6. de ſanit. tuenda, in Calculi renum vitio tanquam cibum tenuis alimenti approbat.

Kiranides Autor eſt, Sturnos in cibo ſumtos juvare omnes, qui

mortiferum aliquid biberunt, & ſi quis præguſtaverit, omnino non lædi.

(o) MERULA alia NIGRA, ſchwartze Amſel / aut merula vulgaris. Fruitur in cibo vermiculis, bacculis ſorbi alpinæ, ſambucique acinis. Clauſæ ergaſtulo carnibus & pane candido, ſive farina hordeacea lacte permiſta veſcitur. Capitur autumno laqueis inter duas arbuſculas extenſis, ſuſpenduntur bacculæ ſorbi aucupariæ, quibus ineſcata illaqueatur.

Caro ejus durior, tardæ concoctionis, parum alit, & ſuccum procreat melancholicum.

Turdis præferunt Savanarola, & Baptiſta Fiera:

Si mihi pinguis erit merulus, tua gloria cedit
Turde, ſalutiferos vult mea menſa cibos.
Igneus ardor ineſt major tibi, fiſtitiis ambo,
Tu gravior redolens, ni tibi bacca favet.
Si tamen aucupiis, laqueo vel rete latenti
Falleris, inde mihi non minus ipſe places.

Merula dulce canit, & vocis amœnitate ſeipſam oblectat, maxime cum vernum tempus imminet. Poſt ſolſtitium tacet, hyeme tantummodo balbutiens. Sæpe humanum imitatur ſermonem, idque præſtat facilius, ſi fere implumis adhuc e nido exempta educata fuerit.

Alia MERULA CANDIDA, weiſſe Amſel / quæ, teſte Schwenckfeldio, aliquando in montanis obſervatur, & capto in Liebthal a nobili F. Zedlitzio.

Alia MERULA VARIA, eine weiß-geſcheckte Amſel / quales apud nobiles incluſas vidiſſe ſe & cantu mirabiles fuiſſe teſtatur idem Schwenckfeld.

Alia MERULA ALPINA, montana, fuſca, Birg-Stein-Hag-Amſel.

Alia MERULA TORQUATA, Ring-Amſel / Schnee-Meer-Roß-Amſel.

Alia MERULA AQUATICA, aut rivalis, eine Waſſer-Amſel / Bach- oder See-Amſel: Quæ ſecus fluenta vivit, limo, vermiculis & arena in cibo fruitur, nec hyeme ab iis diſcedit.

(p) TURDI quoque varii. Sic dicti quaſi Tardi, quod hyemis initio ſe referant, Ziemer / Kramet-Vögel / Wacholder-Vögel. Pabulum quærunt ex fructibus arborum fagi, ſorbi, juniperi, oxyacanthæ.

Ferunt

Ferunt aucupes, Turdos nidificare in Livoniæ, Tranſſylvaniæ, & Moſcoviæ vaſtis ſylvis, tandem deficiente pabulo ad noſtros montes advolare, ac perhibernare. Circa Paſchatis feſtum iterum recedunt.

Retibus, & laqueis, ineſcati ſorbi & juniperi baccis, appenſis allectricibus ejusdem generis, a noſtris aucupibus capiuntur. Hi ſunt

1. Turdi maximi, vel Viſcivori, aut Turdelæ, Schnarren / Miſtel-Ziemer/ Miſtler/ aut Miſpler.

2. Turdi medii, aut pilares, aliis majores, Groß-Ziemer/ Blau-Ziemer/ Kramet-Vögel. Ob gratum ſaporem in delitiis: de quibus hic noſter loqui videtur. Virtutem ejus medicam lege apud Schwenckfeld.

3. Turdi pilares, Groß-Ziemer mit weiſſen Köpffen: qualis anno 1602 in montanis territorii Hirſchbergenſis captus fuit.

4. Turdi minores, Iliaci, Turdelæ montanæ, ſylveſtres, Turduli Bohemici, Winſolæ, Kletu-Ziemer/ Heyde-Droſſel/ Pfeiff-Droſſel/ Heyde-Ziemer/ Berg-Droſſel/ Winſel/ Wein-Droſſel/ Rot-Droſſel/ Giperle. Exotica eſt, advolat hyeme initio cum Turdis, victitat plerumque gregatim, & inter humiliores ſylvas. Saporis eſt nonnihil amariuſculi.

5. Turdi muſici, vel Turdi ſimpliciter dicti, domeſtici, colluriones, collyciones, Sang-Droſſel/ weiſſe/ Zür-Droſſel. Per totum annum apparet. In ſylvis nidificat. Similem cum turdis reliquis cibum quærit. Vermiculis inſuper & ſcarabæis fruitur.

Muſica eſt avis canens vere, voeis multiplicis: ob idque a multis cantus gratia in caveis alitur pane, lacte, carnibus, & farina hordeacea lacte mixta.

Dulce palam reſonat, quam dicunt nomine droſlam,
Sed fugiente die, nempe quietem ſilet.

Autumno etiam ex remotis locis ſingulari Conditoris Opt. Max. providentia advolant. Tanta enim copia in montibus & ſylvis Sileſiæ noſtræ ſæpenumero capiuntur, ut non ſolum ſufficiant alendis incolis præſenti tempore, verum etiam ſemiaſſæ, & aceto immerſæ in ſequentem æſtatem incorruptæ ſerventur. Laqueis vero ex pilis equinis candidis ſeu nigris, appenſis ſorbi alpinæ bacculis, decipiuntur & jugulantur.

(*q*) Sunt Aves advenæ, & clangere dicuntur. Frugibus & ſeminibus veſcuntur. Vim med. Schwenckfeld deſcribit. Vipio, ein junger Kranich.

Non nidulantur apud nos; Sed pro delitiis in aulis nobilium quondam aluntur.

(r) *Glottont immenſo de turre Ciconia nido.* quam Schwenckfeldius pauperibus tantum in cibum præbet. *Aſſa* ſecundum Kiranidem, *ſi ſemel in anno edatur, præſervat a podagra, chiragra, &c.*

Hyeme loca calidiora quærunt Africæ & Indiæ, injurias frigoris fugientes.

Ciconia nigra, vel fuſca, ein ſchwartzer Storch. In paluſtribus & humidis locis aliquando conſpicitur.

De Ciconiis multa habent Plinius, Albertus Magnus, Gaſpar Schottus, Geſnerus, Aldrovandus, Frantzius, & alii. Lipſia inprimis multis ciconiarum nidis in faſtigiis ædium gaudet. Avis eſt migratoria, pia & caſta. Inſigne caſtitatis in ciconia exemplum recenſet Wilckius orat. 1. de Philoſtorgia p. m. 19. 20. cum quo Hieronymus Rorarius paſſim conferendus. De hibernaculis ciconiarum & hirundinum extat egregia Jacobi Thomaſii diſſertatio, nec non Jo. Prætorii Winterflucht der Nordiſchen Sommer-Vögel / an ſtatt eines neuen Zoologiſchen Zeit-Verkürtzers / Lipſ. 1678. 8.

(s) Vide ſupra §. 28.

(t) Ardea, quaſi ardua, quod alte volet. Ardeola, Tantalus, ein Reiger / Reiher / Herrgans. Vox ejus eſt clangere. Eſt autem

Alia ſubcærulea, pella, pulla, cinerea, aſchenfarber / blauer / grauer Reiger. Victum quærit ad fluvios & piſcinas, ubi piſciculos devorat. In denſis ſylvis, non procul a ripis fluminum aut piſcinis ſuper arbores altas gregatim nidificat, veluti ad Viadrum, Bartham, olim ſatis frequenter in abietibus altiſſimis, in ſylva denſa pagi Maiwalde extra Hirſchbergam nidificabant; quæ etiamnum hodie ab Ardeis nomen retinet der Reiger-Wald. Nonnulli ardeam in cibum recipiunt; Sed caro piſcoſum ſapit, fœtida, & inſalubris.

Alia nigra, pulla, aut tota nigra præter alas ſuperiores, quæ cæruleæ viſuntur, ſchwartzer Reiger. In pago Güſmansdorff aliquando capta in territorio Hirſchbergenſi.

Alia candida, Albardeola, weiſſer Reiger. Rarius occurrit.

Alia rubra, Ardeola littoralis, rother / Sand-Reiger. Caro ejus ingrata & inutilis.

Alia ſtellaris, paluſtris, Botaurus, Aſinus, Taurus, quod boum mugitus imitetur, Moß- oder Rohr-Reigel / Moß-Ochſe / Moß-Kuh / Rohrdrummel Sileſiis. Ab arundinibus & tuba, quod inter arundines degere, & tuba ſonum reddere ſoleat. Corpus ei tenue, tanquam pulli gallinacei

cei fere. Alæ ut gallinarum. Color per totum corpus varius, ſubflavus nigris maculis ſplendentibus denſiſſime reſperſum. Vertex capitis niger. Alæ colore lateritio & nigro punctatim diſtingvuntur. Roſtrum fuſcum, acutum, longum. Crura longiſſima ex viridi lutea. Ungues aduncí, longi, maxime, qui calcis vicem gerit, longitudine ſesquiunciam ſuperat. Cauda breviſſima. Collum longum mirè plumoſum obtinet, quod contrahere & extendere ſolet. Irritata mire inflatur, ac intumeſcit, roſtroque ſe munit. In paluſtribus degit, & arundinetis paſſim occurrit. Veſcitur ranis, piſciculis, ſerpentibus. Autumnō fine ſylvas adit, & mures captat, quos integros devorat.

Roſtro longo in aquas immiſſo ſonitum ciet tauri, vel aſini, qui ad quadrantem milliaris exauditur: idque pluviæ prognoſticum eſt.

Paucos ante annos in arundineto ad villam Byrſam prope Wratislaviam in reti, vel naſſa piſcatoria, quam incauta intraverat, & in ea ovum enixa fuerat, fœmellam ipſimet cepimus, quæ omnibus ferme, quibus oſtendimus, neſcio, quid peregrini, rari, miri, aut exotici eſſe videbatur: multis nimirum audita quidem, ſed, quia ſolitudinem amat, paucis viſa, & plerisque adeo ignota, ut noſtra memoria Illuſtriſſimus quidam & peritiſſimus alias œconomus ab aliquo mercatore aſſuto hac ave viva donatus, eamdem ab extremis Indis huc advectam fuiſſe, perſuaſus fuerit.

Alia Varia, νυκτικόρακες, Corvus nocturnus, Caprimulgus, Corvus ſylvaticus aliis, vel etiam Albardeola, ein bunter/ Schild-Reyer/ Focker/ Focke/ Nacht-Rabe. In vertice retrorſum pennæ oblongæ nivei coloris dodrantales tres ut plurimum, aliquando plures mari naſcuntur, quas, dum verno tempore pariunt, abjicere ſolet. Magno veneunt pretio: Juvenes nobiles his pileos ſuos aliquando ornabant, teſte Schwenckfeldio.

Nidificat ad Viadrum prope Steinam & Dubium, nec non ad Pleſſoviam, arcem Promnitziam in alnis, aliisque arboribus, cum cornicibus nigris ſimilem nidum conſtruit. Vox ei ka, ka, ka.

Piſciculis paſcitur, ranunculis, gryllis, &c. Interdiu latet, veſperi & noctu abſona voce moleſta. Primæ omnium avolant: verno tempore cum Ciconiis adventant. In cibo a nonnullis pulli laudantur.

Ob pennas, quæ capiti innaſcuntur, gratæ ſunt, alias inutiles: inde proverbium apud Sileſios natum credit Schwenckfeldius: Du biſt ein loſer Focke/ in hominem levem, inutilem vix ternis pennis dignum, von dem nicht mehr als drey gute Federlein kommen.

(*) De hoc Ovidius:

Corpus

Corpus habet gravius: nec se cœloque, Jovique
Credit; sed - - - - -
Stagna petit, patulosque lacus, ignemque perosus,
Qua colat eligit, & contraria flumina flammis.
- - Collumque a pectore longe
Porrigitur, digitosque ligat junctura rubentes:
Penna latus velat: tenet os sine acumine rostrum.
Grus gruit, inque globis Cygni prope flumina drensant.

Cygni venationem describit Olaus M. Hist. Septentr. lib. 19. cap. 15. & seq. ubi Cygnorum plura millia in uno flumine. Cygni moralia perpulchra vide apud Majolum & Pierium Valerianum. Fuse præter cæteros de Cygnis egit Zwingerus in Theatro vitæ humanæ fol. 1057. seqq. Cygni inter insignia Poëtarum frequentes. Tres Cygnos in Insignibus habet celebris urbs Misniæ Zwiccavia, a quibus etiam antiquitus Cygnaviam dictam fuisse quidam arbitrantur, de quibus Schmidt in Chronico Cygneo p. 138. Cygneam litteratorum quorundam in Germania Societatem Jo. Ristius instituit, de qua ipse passim in colloquiis suis menstruis, mensis præsertim Februarii. De Cantione Cygnea vid. Aristot. Hist. Anim. l. 9. c. 12. Schottus in Physica Curiosa lib. 9. c. 34. Tho. Bartholini Dissertatio de Cygni Anatome ejusque cantu, a Jo. Jac. Bewerlino in Acad. Hafniensi olim subjecta, cum notulis quibusdam auctior edita ex auctoris Schedis a Gaspare Bartholino filio. Hafniæ 1668. 8.

(w) Aquila alia Regalis, aurea, seu fulva, germana, nobilis vera, ein Adler/ quasi Adel-Ahr. Talem genuinam in Silesia a nobili quodam Domino a Lest in Langenau plumbeo globulo trajectam, describit D. Schwenckfeld in aviario pag. 214. &c.

Aquila alia marina, vel Piscium, Corvus Piscator, Fisch-Adler/ Fisch-Ahr/ Rohr-Falck/ Meer-Adler. Similiter ab eodem Doctore descriptam loco cit. invenies.

Aquila alia nigra, melanactus, pulla, Valeria, Leporaria, schwartzer Ahr oder Adeler/ Hasen-Geyer/ Hasen-Ahr. Magnitudine fere gallinæ est. Audacissima est, omnis generis aves, columbas, monedulas, cornices, & lepusculos sectatur.

Alia Aquila nævia, μύρφνος Aristot. ein röthlichter Mäuse-Ahr. Mures ut gratum cibum devorare solet: aviculas etiam, anates & columbas venatur.

Aquila alia ossifraga, Harpe, Barbata, Sanqualis, Steinbrecher/ Skast/

Sfaſt/ groſſer Haſen-Ahr. Aquila omnium maxima. Pedibus nobiles quidam utuntur, ut iis imponant candelabra. Inſignis in hoc relucet pietas, non modo erga ſuam prolem, ſed & alienam, (verumtamen Aquilarum tantum) quæ ab iis excludi nequit, quam ejectam excipit, & cum ſuis educat, conſcia cognationis, quæ ipſi cum illis intercedit. Quo ipſo inſigni paterni affectus officio reliquas omnes, quotquot ſunt, aquilas longe ſuperat.

Ætites, Aquilinus lapis, lapis Aquilæ, Adler-Stein/ Klapper-Stein. Lapis eſt prægnans, cortice duro rotundus, ut galla concavus, alium in ſe lapidem continens. Quidam in aquilarum nidis reperire arbitrantur: hodie paſſim in montium & ſaxorum commiſſuris gignitur. Duplex eſt, mas & fœmina. Vim medicam ſæpe dictus Schwenckfeld deſcribit in Aviar. pag. 222.

(7) Accipiter Habicht/ vom haben/ behalten. Ab accipiendis & rapiendis avibus nomen tulit, quaſi minor Aquila. De Re Accipitraria libri tres carmine ſcripti prodiere Lutetiæ 1584. 4.

Primum genus Accipiter ſimpliciter, Aſtur dicitur, ein Habicht/ groſſer Habicht: varie ab Accipitrariis diſtinguitur, quod alius ſit

Nidarius, nidularius, ein Neſtling/ qui de nido extractus & educatus fuit. Præ cæteris laudatur, quod dominum raro deſerat.

Ramarius, Ramalis, ein Aeſtling/ qui nuper de nido egreſſus parvo tempore matrem ſuam volando de ramo in ramum ſequitur. Et hic celeritate nidulario prævalet.

Sorus, a colore infumato, ein Wildfang: qui jam libere volavit, & poſtquam nidum reliquit, captus eſt. Hic duplex eſt, vel

Hornotinus, ein König Habicher iſt rothmählicht. Primo anno captus, antequam pennas mutaret.

Mutatus, qui jam pennas in feritate mutavit, ein Mäuſer iſt weißmählicht.

Plures diſtinctiones inter Accipitrem majorem nobiliorem, minorem fœminam, minimum, inſtructum, Tercellinum, &c. vide apud Schwenckfeld.

Secundum genus Accipiter nobilis major nivei coloris, qualis anno 1600 in Ducatu Lignicenſi ab aucupe nob. Viri Georgii Ecken in pago Polwitz captus, & per triennium domi inter alias rariores aves enutritus fuit.

Tertium genus Accipiter Buteo, Butorius, triteſtiger, milvus paluſtris, Lanarius niger, ein Buß-Ahr/ Buß-Hard/ Rohr-Ahr/ Meuß-Ahr/ Fiſch-Knecht/ Fiſch-Ahr.

Quartum, Accipiter palumbarius, quod columbas potiſſimum perſequatur & capiat. Vocatur etiam Falco columbarius, Aquila truncalis, Tauben-Falck/ Stock-Ahr.

Quintum Fringillarius: niſus a conatu, niſu, quod aves ſe multo majores rapere nitatur. Dicitur quoque Sparverius, ein Sperber.

Sextum Accipiter fringillarius, qui etiam Muſcetus, Frogellus dicitur, Sprintzling/ a maculis, quibus toto corpore reſperſus eſt. Minor aliquanto niſo: paſſerculos, fringillas, & galeritas plerumque capit.

Falconum differentias lege in Aviario Schwenckf. pag. 258. &c. Similiter Vulturum p. 373. &c. Item Milvorum p. 303. Sunt enim alii Hüner-Ahr/ cum vocem edit, *lippire* dicitur, er heulet. Alii graue Mäuſe-Ahr. Alii nigri, ſchwartze Mäuſe-Ahre. Alii rubei, Rötel-Wether/ Rötel-Wäher/ Rötel-Welb Sileſiis, Wannen-Wäher/ Lach-Wether.

Parvum genus milvi eſt, corpore parvo, plumis muſtelinis, aut caſtaneis, &c. Reptilibus & inſectis ut plurimum vivit. Papiliones, locuſtas, veſpas, & mures capit & devorat. Ædificat in turribus & cavis arboribus.

Aliquando etiam candido colore viſus fuit.

Corvorum nigrorum, alborum, alpinorum, lacuſtrium, differentias in ſæpe memorato aviario p. 245. &c. lector inveniet.

Similiter Cornicum Cinerearæ, aut hybernæ, ſunt aliæ, Winter-Krahen/ quarum vita tam longa, ut de illis Heſiodus:

Ter tria ſecla hominis tranſmittit garrula Cornix:
Quattuor & peragit Cornicis tempora Cervus.

Cornices nigræ frugilegæ, granivoræ, &c. ſchwartze Krähen.

Cornices cæruleæ, feræ, ſylvaticæ, pictæ, Pſittaci Germanicæ, Mandel-Krähen/ alias etiam Rache a voce, Heyden-Kugel-Elſter/ Holtz-Krahe/ Galgen-Regel/ Gals-Kregel/ teutſcher Papagey.

Avis eſt pulcherrima, & pennarum venuſtate nobiliſſima. Magnitudo ei monedulæ, minor cornice.

Æſtate in ſylvis denſis non frequentatis ſolitariam vitam agit. Nidum ut upupa ex oleto conſtruit. Meſſis tempore cum jam frumenta colliguntur, & manipuli in acervos, vulgo Mandeln / a numero quino & denario comportantur, in campis, paſcuis, & ſecus vias conſpicitur.

Vivit ex ſeminibus, vermibus, ſcarabæis, nec non cadavera arrodit.

Autumno admodum pinguis in cibum apud nos recipitur ſaporis boni.

BUBO,

BUBO, ein Puhuy / Huhuy. Ululа major. Bubulat horrendum ferali carmine Bubo. Schottus in Phyſ. Cur. l. 9. c. 23. Avis eſt feralis, omnium nocturnarum maxima, inauſpicata, ſolitaria. Caput habet magnum, corpus anſeris magnitudine, breve tamen, & quaſi decurtatum, ac colore varium, &c. Pluvias denotare, ſi præter ſolitum ululet, monticolæ obſervarunt. Ejus apparitionem mali ominis eſſe, aut bellum, aut famem, aut mortem prætendere, vetus perſuaſio fuit, ad ſeculum noſtrum derivata, inquit D. Schwenckfeld. in Aviario p. 231. Referam, pergit ille, quid egomet obſervarim. Accidit, quod dum in vicinia ante annos duodecim, item ante biennium, nobiles duos magni nominis ægrotantes inviſerem, Bubo inſolito more feneſtras arcium, & quidem ejus hypocauſti, in quo decumbebant, advolans, triſti ululatu eorum mortem quaſi præſagierit, qui paucis poſt hebdomadis huic mundo valedixerunt. Sed audiamus Urſinum in ſua proſopopœia:

Adſunt an Bubo dirum mortalibus omen
(Ut referunt) Bubo, quem tibi mitto, docet.
Quarito Mecænas laudes, & commoda rerum:
Deme ſed auguriis, ominibuque fidem.

Bubo inquit:

Si nulli noceo, volucres ſi in retia duco,
Cur me dirum omen vulgus habere putat?
An quia culminibus carmen lachrymabile fingam,
Sic me fortunam fingere, ſtulte putas?
Sortis quisque ſuæ faber eſt, cur, improbe, ſortem
Accuſas? ſortis ſi faber ipſe tuæ es?
Adde, quod ipſe DEUS fato meliore gubernat
Res hominum: FIDAS (ſi ſapis) ergo DEO.

NOCTUA Gallinæ fere magnitudine, Nacht-Eule. Vox ei tou, tou, tou. Capit aviculas, & nonnunquam columbas, quod hyeme præterlapſa noſtro damno experti, totum ferme columbarium a nocturna hac prædatrice orbatum in villa noſtra Tſchechnitz verno tempore conſpeximus: ubi ex triginta & pluribus paribus non niſi tria paria remanſerunt. Hoc tamen etiam præſtat commodi, quod muribus quoq; veſcatur.

Lucifuga obſcuro latitat nam noctua luctu.

Hanc aves cæteræ petunt, & circumvolant. Ipſa majore multitudine circumdata, reſupina pedibus repugnat, & in arctum collecta, roſtro & aduncis unguibus tegitur.

Noctua aurita, Ohr-Eule/ Ohr-Kutz/ Rantz-Eule. Asio Agric. Asio fulvus Ulyss. Aldrov.

Hui hou, hui hou, vocem edit.

Narravit nobis amicus quidam, accidisse anno superiore, quum celebrem quandam Bibliothecam diligenter frequentaret, ut noctua ab monedulis & gruibus vexata, per vacuum fenestræ spacium in conclave Bibliothecæ fuga se reciperet, quam ab illis, qui tum præsentes erant, captam, quod nullis usibus esse posset, vivam & liberam dimisit Clar. Bibliothecarius, per jocum simul asserens, indignum fore, ut, quæ avis olim Minervæ sacra fuisset, ea jam a Minervii custode trucidaretur.

Ulula, Strix, Ovid. Nonn. Pusch- oder graue Eule. Avis gallinæ magnitudine noctuæ cognata.

Ulula flameata, Otus, Aluco, eine Schleuer-Eule / Kirch- oder Rantz-Eule. Eximii candoris est in gutture & ventre, alioqui candidis, nigris, & flavis lineis, & maculis alternis distincta.

Laus ululæ auctore Curtio Jaele S. Conrado Goddæo scripta extat inter Dissertationes ludicras p. 482-601.

Vespertiliones, de quibus Ovidius:

\- - - *minimam pro corpore vocem*
Emittunt, peraguntque levi stridore querelas.

In cibatu muscæ & culices ei gratissimæ sunt, quas sub noctem circumvolitans capit. Vescitur & libentissime lardo, & carnibus suillis e trabe suspensis. Candelas, & pinguia quævis instar murium ambit.

(z) ALAUDA a laude, quod nimirum DEUM laudet cantu suo: hanc enim septies quotidie in altum evolare, suoque Creatori hymnum canere veteres observarunt. Vel quod ipsa digna sit laude, mira alacritate pennis in aërem exertis, musicam & canoram se declarans,

Laudat alauda DEUM, dum sese tollit ad auras:
Dum se demittit, laudat alauda DEUM.

Hujus aliquæ differentiæ in Silesia nostra observantur.

1. Alauda sine crista, cœlipeta, terrena, eine Sang-Lerche / Feld-Grosse-Himmel-Lerche; Quod in sublime extra oculi captum sese abdat, longioremque moram in eo trahendo cantillet. Quæ nunquam in arboribus consistit, sed in campis & agris degens, seminibus cerealibus & vermiculis vescitur.

Caveis inclusa nutritur milio, & papaveris semine.

2. Alauda cristata, capellata, cassita, viarum, Heubel-Kobel-Kott-Wege-Lerche/ Lürle.

Et

Et hæc muſica eſt, ſed prior præfertur. In terra, non in arboribus diverſatur, & nidificat. Raro evolat. In viis ſæpe obvia. De hac Bapt. Mantuanus:

Prole nova exultans, galeaque inſignis alauda,
Cantat. - - - - -

Sed de priore videtur dicere, quod ſequitur:

- - *& aſcendit, ductoque in aëra gyro,*
Se levat in nubes, & carmine ſidera mulcet.

3. Alauda arborea, fera, ſylvatica, criſtata minor, calandra Nonn. Heidel-Lerche/ Mittel-Baum-Wald-Stein-Lerche. Minor eſt reliquis, colore ſubfuſco. Criſtam habet, & cantiunculam nullam peculiarem edit, parte prona albicat, & pedes ſubrubent. Pinguis ac boni ſaporis.

De Alaudarum captura legatur Balbinus in Miſcellan. lib. 1. cap. 67. ubi ſcribit, octingentas & nongentas etiam Alaudas uno tractu & indagine in Bohemia capi poſſe.

Alaudas in Hungaria cornutas dari docet Danhauerus. Alaudæ Lipſienſes eſu judicantur optimæ, magnitudine corporis & pinguedine carnis præſtantes, & propterea circa nundinas D. Michaelis ultra quinquaginta milliaria ad exteros, cupediarum nomine, tranſmittuntur. Ex noſtratibus in Sileſia Suidnicenſes etiam laudantur.

(*aa*) Philomelæ aliis, Acredula Cicer. Nonn. duplex in Sileſia conſpicitur.

1. Montana, Aucupibus vulgo Jörling/ die kleine Nachtigall. In montibus ut plurimum degit.

2. Luſcinia major, paulo major eſt, quam prior. Tota fere cinerea, parum rubedinis obtinet. Cantûs ſuavitate & voce præcellit. Semper verſatur in planis.

Victitat luſcinia vermibus. Formicas & earum ova avidiſſime legit. In hypocauſtis aliquando ovis gallinarum ad duritiem coctis, nec non panis mica candida enutritur.

Avis eſt ſtolida, curioſa, & minime circumſpecta; ob id captu facilis. Foſſula in terram facta, decipulam pueri collocant ſuperiore parte patentem, ut adeuntibus aviculis aditum præbeat, quæ tamen operculo cooperitur, cum opus eſt, & virgula, qua in altum erectum fulcitur, ne decidat, prohibetur: Farinarios dein vermiculos, Mehl-Würme/ intra & extra decipulam apponunt. Quos animadvertens illico occurrit, tracto loco dimovens virgulam, operculo delabente clauditur & capitur.

(*bb*) Stieglitz / Distel-Finck / Rottkegel. Aurivittis Ulyſſ. Aldr. Zena, id eſt, avis Jovis Kyran.

Suaviſſime cantillat, etiam caveis incluſa. Imperata facit nec voce tantum, ſed & ore & pedibus, quibus pro manibus utitur. Ergaſtulo enim clauſa ſuppoſitam aquam filo appenſam in vaſculo pedibus & roſtro attrahit ab imo.

(*dd*) Rubicillæ, Ruticillæ, Rubicelli, Rubeculæ domeſticæ, Hauß-Rötele / Roth-Schwäntzel / Sil. circa muros & parietes ut plurimum habitant. Summo mane cantum incipiunt, ad matutinum diluculum.

Rubicillæ majores ſaxatiles, turdi ſaxatiles, merulæ ſolitariæ, merulæ cæruleæ, &c. blau Vogel / Stein-Rötele / blau Stein-Ambſel / klein blau Ziemer. Minor merula, major quam fringilla, ſturni fere magnitudine. Suaviter cantat.

(*ee*) Rothkälichen / Rothbrüſtel / Rothkröpffel. Hyeme in hypocauſtis ſervatur cantus ſuavis gratia. Admodum manſueſcit, ut in iis ova pariat, & evolans revertatur ſponte feneſtra aperta. Parem non facile domi admittit. Continuo enim inter ſe pugnare ſolent ad cædem usque. Hinc Alciatus:

In modicis nihil eſt quod quis lucretur, & unum
Arbuſtum geminos non alit Erithacos.

Cum lemmate: *Parvam culinam duobus ganeonibus non ſufficere.*

Dantur etiam Blaukählichen / ſed ſunt rariores inventu.

(*ff*) Reguli criſtati, Regilli, Gold-Hähnlein / Ochſen-Euglein / Tan-Meußlein / id eſt, paruli abietum. Avium omnium minutiſſimi: criſtam gerunt in vertice auream ex pluma latiuſcula pauculis nigricantibus.

(*gg*) Pari, Meiſen. Vocatur hoc avium genus a recentioribus communiter Parix, Parices. Varii ſunt generis.

1. Carbonarii, majores, fringillagines, Groſſe-Spiegel-Brand-Kohl-Meiſen. Adverſus renum calculum & colicos cruciatus efficax a nonnullis remedium prædicatur.

2. Caudati, monticolæ, Schwantz-Zahl-Meiſen / Pfannen-Stieglitz. Minores prioribus, at non omnium reliquorum minimi.

3. Cærulei montani, Blau-Meiſel / Mehl-Meiſel / Pimpel-Meiſel. Exigui admodum paulo majores regulo. Cæruleum capitis verticem alba linea totum caput cingens claudit. Apibus inſidiatur.

4. Fuſci, paluſtres, cinerei, atricapilli, arundinarii, Grau-Meiſel / Aſch-

Aſch-Kott-Rieb-Meiſel. Paulo minores cæruleis, corpore fuſco ad cinereum vergente. Caput prorſus nigrum, utrinque candicans. Pectus & venter albicant.

5. Atri, Carbonarii minores, canini, kleine Kohl-Meiſen/ Humbs-Meiſen. Subflavens macula eis infra oculos, & alia in occipitio, reliquum caput atrum.

6. Criſtati, Strauß-Häubel-Kobel-Heiden-Meiſel. Paulo majores atris. Vertex eis niger, punctis albis adornatus, criſta retro extenſa.

(*hh*) Galbula vel Galgulus, luteo & viridi colore, turturis magnitudine, Widwol & Geelgorſt vocant quidam, Geſnerus Gelbling & Hammerling/ Itali Galber adpellant. Martial. lib. XIII. epigr. 68.

Galbula decipitur, calamis & retibus ales, &c.

(*ii*) Mas cantat primo vere usque ad ſolſtitium. Aucupes eas obſcuro loco reſervant, aluntque, autumno canoras ad aucupium extrahunt, pro reliquis avibus ad retia alliciendis.

Eſt etiam Fringilla candida, weiſſe Buch-Fincke/ quæ rarius occurrit.

Item Fringilla torquata, Ringel-Finck/ cujus collum torques alba cingit.

Item Fringilla hyberna, montana, nivalis, Wald-Winter-Schnee-Tannen-Fincke. Collum habens cæruleum, roſtrum luteum, alas varii coloris, vocem inſuavem, & ſtridulam.

Item Fringilla ſanguinea, Alpina, Pyrrhula, Ignaria, Rubicilla, Blut-Fincke/ Loh-Fincke/ Rott-Vogel/ Bollenbeiſſer/ a vertice nigro, qui niger quaſi cucullus, Thum-Pfaffe/ nomine in contemptum cleri forſan confiſto, a nonnullis dicitur. Communi vero nomine Gimpel audit.

Talis Pyrrhula candida weiſſer Gimpel anno 1601 capta fuit in pago Fiſchbach.

(*kk*) Bombycillæ, Garruli Bojemici, Galeritæ variæ, Microphœnicei, Galluli ſylveſtres, Zinzirellæ a voce, quæ eis *zi, zi. ri*, Seidenſchwentzel/ Schneeteſchken/ Sileſiis. Behmle/ Schnee-Vögel/ Wipſtertzen. Avis colorum varietate elegans, a plumis tomenti mollibus ſic dicta: Roſtro fuſco paſſeris domeſtici pedibus cum ſplendore nigricantibus. Capitis quodammodo compreſſi vertex anterior, & lateralis rubore ferrugineo tingitur, quem linea nigra a roſtro per oculos, & medium caput circumſcribit, apice in ſummo retrovergente more upupæ, coloris ex cinereo roſei. Mentum atrum utrinque mandibulam inferiorem verſus macula alba & rubra. Collum cum pectore, dorſo, & aliis ſuperioribus ex cinereo rubent,

rubent, dilutius in collo, obſcurius in dorſo, ſed prope uropygium leucophæum. Majores alarum pennæ nigræ ſunt, interiores ſubcinereæ ad nigredinem tamen declinantes, punctis triangularibus per tranſverſum in medio lineam albam conſtituentibus, apicibus extremis partim flavis, partim albicantibus, partim minutis donatur ſanguineis. Cauda maris decem, fœminæ duodecim pennis conſtat, inferior tota lateritii coloris, in radice coloris murini; ſuperius nigricat, tota extremitas lutea eſt.

Baccis veſcitur ſorbi aucupariæ, Juniperi, Ribeſii inſipidi, pane, carne incluſa.

Æſtate nunquam apparet: hyberno tempore ad noſtros montes, non tamen ſingulis annis, advolat.

Hiſtoriam hujus avis, cum præterito ſæculo veluti quoddam peſtilentiæ præſagium in Italiam maxima copia advolaſſet, Reverendus P. Balbinus copioſe conſcripſit: cujus compendium in Miſcell. l. 1. c. 71 refert ex Ulyſſe Aldrovando, inter alia ex eodem annotans, quod *penna figuram ſua litteram L exprimant*, & hoc veriſſimum eſt, cum omnes pennulæ in alis vel quinque vel ſex, vel etiam ſeptem L clariſſime depicta geſtent, quaſi Auguſtiſſimo Cæſari, Regique noſtro Leopoldo I & futuræ ejus (quam fovemus) poſteritati, cum univerſa Bohemia ſe ſubditas profitentes, & jubilæa in annos 350 ferentes.

Scribit præterea idem Balbinus, a ſe virum aucupiorum peritiſſimum fuiſſe conſultum de hujus avis migrationibus, & ſequens reſponſum latum: Brkoßlaw/ *dicebat ille, eſt apud nos duplex, major, & minor. Minor quovis anno tertio ita multiplicatur, ut iis omnes diſtrictus Bohemiæ impleantur, (ac tum fortaſſe etiam in alias regiones a nobis avolat) major autem* Czrcetka/ *ſeu major* Brkoßlaw *ſeptimo quoque anno tanto apud nos numero comparet, ut omnia aucupia impleantur. Idque non ita intelligendum eſt, quaſi alio tempore iis careamus, quia omni anno habemus aliquas, ſed pauciores, & in certis tantum diſtrictibus Bohemiæ, ubi eſca idonea copia illis ſuppetit.* Hæc auceps.

PTEROCLIAM hanc avem aptiſſime vocari poſſe judicat, id eſt, alis & pennis gloriosam: ſi a Germanis nomen mutuemur, a ſerico *ſericatam*. Ampelidem ab Aldrovando incongrue vocatam exiſtimat. Cujus rationes loco cit. pag. 170 enumerat.

(*ll*) Ligurini, ſerini, quaſi ſyrenes a vocis dulcedine, item Serides, Citrinæ, Ziſelæ, alias Zeiſel/ Zeißken/ &c. frequentiſſimæ in montibus præcipue & nemoribus, in quibus per æſtatem nidificare ſolent. Facile cicurantur:

rantur: cum e fune hinc cibus hinc potus propendeat, aviculæ hæ fune cibum & potum ſibi e profundo trahunt.

Aliæ nigræ ſunt totæ præter verticem, qui flaveſcit: raræ tamen.

De Luteolarum migrationibus Balbinus ſupra citatus conſulatur in Miſcell. lib. 1. cap. 66. ubi de earum multitudine & ſtupiditate multa curioſa, a ſe in aucupio obſervata, enumerat.

Luteolis annumerat Paſſeres Canarios, ſeu aviculas ſaccharinas, Schwenckfeldius in Av. pag. 298. quæ a Mercatoribus ex Inſula Canaria, ex iis, quæ Fortunatæ dicuntur, huc primitus allatæ ſunt. In magna hodie copia aluntur, earumque domeſtica conſtruuntur aviaria, in quibus nobiſmet ipſis a ſex ſenibus triginta & plures juvenes una æſtate fuere procreati.

Si cum Canaria Carduelis noſter mas alatur, contingit aliquando, aliud genus ex illis gigni, quod *baſtardos* Italica voce appellamus: *firmius* (ait Balbinus) *compoſitum evadit, & commixtum hoc genus lateribus, voce, conſtantia, & aſſiduitate canendi.*

(*mm*) Curviroſtra a roſtri obliquitate. Avis Crucifera, Cruciata aliis, Krinis/ Krumſchnabel/ Creutz-Vogel. Avis olim rariſſima apud nos, hodie pueris nota, paulo major & longior fringilla ſanguinea. Sudetes montes incolit. Nucleis pinaſtri & abietis in cibo fruitur. Semine cannabis mire delectatur ac pingueſcit. Non quotannis viſitur, aliquando turmatim montana advolat. Vulgus earum copiam, annonæ caritatem ſeu peſtem præſagire credit. Viſco facillime capitur, ſuppoſita allectrice, maxime Majo & Junio, cum cæteræ aves nidificant.

De hac egregium exſtat carmen elegiacum D. Jo. Majoris Poëtæ:

Obvia natura rerum veſtigia mentis
Certa ſuæ impreſſit Conditor ipſe DEUS.
Inque feris, quæ mente carent, & moribus harum,
Quæ fugienda homini, quæque ſequenda, monet.
Eſt avibus pietas inter ſe, eſt gratia quædam,
Et ſuus in Dominos eſt amor atque fides.
Id docet exemplo volucris pia, *& advena quædam,*
Chriſtifera geſtans amula roſtra Crucis.
Tempore natalis Chriſti parit: inde triumphi
Tempore per ſylvas agmina veſca volant.
Cum reliquæ indulgent ovis, hæc uſibus apta eſt;
Nec nulla in cantu gratia ineſſe ſolet.

Fert etiam imperia, atque agnoſcit herilia juſſa,
Et cavet infantes ne mala Luna premat.
Ortæ ſagax noctu increpitat Vulcania damna,
Matribus & fœtus non ſinit eſſe graves.
Fama eſt, hæc roſtro tentaſſe revellere clavos,
In cruce pendentem qui tenuêre DEUM.
Si qua crucis Chriſti ſtat imago lignea tecto,
Inſidunt, clavos & ruere ore parant.
Fama pium affectum notat, &, qua novimus illas
Pra reliquis avibus laude vigere, fidem.
Vix uno ſervata die duo nominis hujus
Forte mihi ex cavea plumea turba volat.
Itque, reditque viam in ſylvas, rurſumque frequentes
Tecta, ſuum plenus dum facit annus iter.
Ergo me cantus monet, & pietatis imago
In cruce, quo Chriſti ſim memor ipſe Crucis.
Æquo animo perferre crucem, & dare præmia laudum,
Par eſt, quos ſalvos Crux tua, Chriſte, facit.

Aucupes Sileſiæ cruciatæ avis aliquot differentias agnoſcunt, ex colore, magnitudine, anni tempore, & roſtri flexura deſumtas. Sunt enim majores, minores, rubræ, flaveſcentes, griſeæ, item aliæ roſtrum obtinent dextrorſum, aliæ ſiniſtrorſum decurtatum, recht und lincklſch geſchrenckte Krinſſe.

Quædam pariunt hyeme: Winter-Chriſt-Krinſſe. Quædam vere, & vocantur hæ vernales ſeu æſtivæ, Sommer-Krinſſe / illæ hybernæ, aut hyemiparæ.

Aliud harum genus aliquando apparet ſolo roſtro differens, quod longiuſculum habet & rectum, Schnee- oder Neu-Vogel.

(*nn*) Emberiza varia, Paſſer hybernus, Avis merulæ congener Ulyſſ. Aldrov. ein Winterling/vulgo Schnee-oder Neu-Vogel/ geſcheckter Emmerling. Figura tota aureolam ſeu emberizam flavam refert, excepto colore & magnitudine, qua alaudam fere æquat. Capitur viſco & reticulis in Sileſia inferiore ad Croſſenam, Grünebergam, Sniboſium, & vicinis locis, ubi grana & ſemina ex plantis arefactis legit.

(*oo*) Ægithus Ariſt. Ligurinus, Miliaria, Linota aliis, Henffling/ Lein-Fincke. Alia fera, & ſaxatilis, Stein-Henffling. Alia mitior, Kraut-Henffling: alia Viridis, Chloris, fringilla viridis, Viridia nonnullis dicta, Welſcher-

Welſcher-grüner Henfflíng: Hirßfinck/ Grünling/ Grün-Vogel. Cantat amœne, milio & cannabi in cavea nutritur hæc, illa vero præterea papavère, ſem. lini, & rapi nutrita diutius durat.

(*pp*) Motacilla alia alba, Cnipologus, Albicilla, Albicula, Cauda trumula, Paſſer aquaticus aliis, weiſſe oder graue Bachſtelße/ nonnullis Kloſter-Fräulein: juxta rivulos aquarum degens cauda ſemper mobili. In cujus nido cuculus aliquando educatur. Ejus vis mira prædicatur in atterendo calculo pulv. in aqua ſaxifragiæ, aut vino albo generoſo, pota.

Alia flava, Boarula, Culicilega, Kuh-Bachſtelße/ gelbe Bachſtelße/ ruſticis Kuhſcheiſſe. In arvis circa pecora frequens.

Aliæ complures, quarum hic noſter expreſſe non meminit, ſunt: *Atricapilla*, Ficedula nonnullis, Paſſer fuſcus gramineus, parvus monachus Sileſiis, Schwartzkopff/ Graſe-Spatz/ Mönchlein. Avis ex curucarum genere, ei ſimillima: paſcere paulo minor, vertice nigerrimo. Canora eſt. Nidificat in arboribus cavis.

Aureola, Embiriza flava, Anthus ſeu Florus Ornithologi. Lagopus crocea, Chloreus, Galbula, Galgulus, Icterus, Goldammer/ Gelbling/ Geelgerſt/ Embritz/ Emmerling. Avis notiſſima.

Aurivittis, Fringilla montana, aurea, Quecker Sileſiis a voce quec/ quec/ Gold- oder Quetſch-Fincke/ Laub-Fincke.

Caprimulgus, Fur nocturnus, Connilus nocturnus, quod noctu ad prædam volet Nachtſchade/ Nacht-Räblein/ Tageſchläffer etiam Sileſiis, quod interdiu lateat. Avis nocturna cuculo paulo minor, alias illi ſimilis, niſi quod pedes exiles habeat, & breves. In ſylva noſtra Strachot prope Wratislaviam nuper talem excitavimus, qui paulatim quaſi cæcutiens cum ſtrepitu erumpens, mox iterum decidit, & occultatus fuit. Quin ad capras advolet, earumque ubera ſugat, dubitare videtur Schwenckfeldius, eo quod a paſtoribus hoc nunquam fuerit obſervatum.

Cuculus a ſono vocis notiſſimus. Avis eſt e genere Accipitrum.

Et cuculi cuculant, fritillat nuca cicada.

Parit in nidis alienis, præcipue in palumbium, currucæ, alaudæ, rubeculæ, motacillæ, majore ex parte ova ſingula, raro bina. In currucæ nido, cum duodennis eſſem, in ſpineto (in einem Chriſt-Beer-Strauch) inveni, quem, cum jam plumis veſtitus, & pennis ad volandum utcunque inſtructus eſſet, ligula pedes ipſius nido alligavi, eo quod ulterius

a curruca educandum aut nutriendum ſperarem : ſed poſt biduum ad nidum reverſus, mortuum reperi.

MERGUS major. Ἐθία Ariſt. Colymbus major criſtatus, Urinatrix major, Teucher / Kobel-Teucher / Strauß-Teucher / Merch. Magnitudo anatis fere, roſtrum obtinet ſubrubens canaliculatum in acutum deſinens. Dorſum, & alarum majores pennæ fuſcæ, minores albæ ſunt. Parte prona pectore & ventre candicat plumis fere niveis. Crura juxta alvum vere retrorſum porriguntur natationi potius, quam ingreſſui apta, femoribus in ventro conditis. Digiti pedum terni, lati, adhærentibus membranis, ſed aliquò usque diviſi, non ut in cæteris aquaticis conjuncti, unguibus omnino latiuſculis, præſertim medio fuſcis. Cauda caret.

Talem Tſchechnitzii ante triennium captum in Refectorio depictum oſtendimus.

Mergulus, vel mergus minor niger, ſchwartz Teucherlein.

Curruca, Andothia, Paſſer gramineus, Graſemücke / vel Graſemiſche. Nota paſſim.

Hirundo ab hærendo. Ad Arcturi ortum in loca vicina tepidiora ſecedunt, & in anguſtis montium receſſibus ſe condunt. Circa 7 Kalendas Martii denuo conſpiciuntur. Scribit Olaus M. lib. 9. cap. 11. Hirundines, ſi frigore præveniantur, mutuo conglobantur per plurima, os ad os, pedem ad pedem, alam ad alam mutuo conjunguntur, atque ſe in aquas præcipitant : totaque hyeme immerſæ ita conglobatæ perſiſtunt ad usque ver proximum. Idem Piſcatores in Boruſſia obſervarunt, extrahentes hirundinum copiam.

Hirundinum quatuor apud nos genera :

1. Domeſtica, Hauß- oder Giebel-Schwalbe. Inſidiatur muſcis & culicibus, quos in volatu capit, nec apibus parcit, diem prænunciat, & dormientes excitat.

2. Domeſtica altera, agreſtis ſive ruſtica, apes minor, Leim-Lauben-Fenſter-Dach-Kirch-Schwalben.

3. Riparia ſeu falcula, Ripariola, Ufer-Rhein-Waſſer-Schwalbe. Minima omnium. Ripas excavat, in quibus fœtificat. Hyberno tempore in ripis fluminum latet, & paludum : unde accidit, ut piſcatores interdum ita inter ſe junctas ex aquis extrahant.

4. Muraria Ἄπους Ariſt. Apes, ſaxatilis, ſpeluncaria, Mauer-Geyer-Spier-Schwalbe. Maxima omnium : pedes quidem habet, caret tamen uſu eorum, muſcis, apibus, nec non araneis victitat.

Lanius

Lanius major, cinereus, falconellus, ſpinitorquus, ſylvarum dominus: Wan-Krengel Sileſiis, Wurg-Engel / neun Mörder / Wald-Herr / Wald-Höher, Vox ei clamoſa, canino lutratui ſimilis, quam hyemis præſertim tempore ad nauſeam repetit: hovia! hovia!

Cantillat, & varias modulationes, vocesque avium æmulatur, vere, æſtate, & autumno, quo aves ad ſe capiendas alliciat. Data enim opera exclamat, aliarum ſonos imitatus eo fine, ut illas, generis ſui avem quampiam opprimi ac egere ſubſidio credentes, advolantesque, ſi quæ propior facta eſt, arripiat, lanietque.

Lanius minori varius, Spinitorquus minor, kleiner bundter Wankrengel / Dorndräher.

Lanius minor rutilus, parvus, rubeus, kleiner rother Wankrengel. Paſſeris ſylvatici eſt magnitudine, autumno viſco capitur, aviculas minores jam viſco hærentes dum perſequitur, ipſemet viſco intricatur, & capitur.

Larus major, cinereus, Piſcator, Gavia, a Laris piſciculis, quos comedunt, groſſe weiſſe oder graue See-Schwalbe / Fiſchahr. Magnitudine columbam parum ſuperat. Cibo inutilis.

Larus albus erythrocephalus, rothköpffichte See-Schwalbe. Priori ſimilis præter verticem rubentem.

Larus minor cinereus, Gavia minor, kleine See- oder Rohr-Schwalbe / Fiſcherlein.

Larus minor niger, meva nigra, kleine ſchwartze See-Schwalbe / ſchwartzer Meve / Mey-Vogel / Mühlßlein. Magnitudo ei fere turturis. Nidum in arundinibus ſuſpendit, & Majo parit.

Monedula, Graculus, quaſi garrulus, eine Thale. Ædificat in altiſſimis turribus, nec non cavis ſylvarum arboribus. Hinc a loco ab agricolis noſtris quædam nominantur *alia muraria*.

Mauer-Thalen / quod in foraminibus murorum ſeu turrium nidificent.

Aliæ Arboreæ, Baum-Thalen / quod intra cavas arbores pariant.

Monedula candida, eine weiſſe Thale / viſa a Doctore Schwenckfeld in arce Glogovienſi, ut teſtatur in Aviario ſuo pag. 305.

Monedula roſtro adunco, Krumſchnablichte.

Monedula crucifera, Creutz-Thale. Roſtrum obtinet inſtar Crucis, veluti in Curviroſtra decuſſatum. Cæteris vulgari ſimilis, at rariſſima.

Muſcipeta I Muſcicapa, Culicilega cinerea, Fliegen- oder Mücken-Stecher/ Sticherling.

Muſcipeta II flava, gelber Sticherling/ ein Irlin.

Muſcipeta III Möſſel-Fincke/ Todten-Vogel. Avis peſtilentialis, quod imminente peſte frequentiores, & propius civitates appareant.

Nucifraga, merula ſaxatilis, turdela ſaxatilis, nucifrangibulus, Graculi Alpini ſeu montani genus, ein Nußbicker/ Hacker/ Nußkrahe/ Nußbrecher. Autumno nuces avellanas in terram ſeu arbores concavas recondit, quas hyeme requirit, & confractis in cibo utitur. Solet nucleum cum corticibus duris devorare. Calculoſis & dyſentericis in cibo utilis.

Oriolus, ab aureo colore, Chloreus, merula aurea, Vineo, Vireo, Lutus, Lutea, Bier-Beer-Kirſch-Holb/ Gold-Meerle/ Wittewale. Pici genus merulæ magnitudine. Vivit ex arborum fructibus, ceraſis, erucis, ſcarabæis. Nidum in ramis arborum minutiſſimis mira ſubtilitate ſuſpendit, cyathi in modum, ita ut in aëre ſolo pendere videatur de terra cernentibus. In cibum recipitur.

Ortygometra. Coturnix prægrandis, ſeu magna. Cenchramus Plin. Crex Turn. Rex Coturnicum, Matrix, Serica, Schnercker/ Wachtel-König/ Alteknecht/ a voce kreck/ kreck/ kreck/ ac ſi quis ſerram duceret. Werden insgemein alte Mägde genennet.

Pardulus I Arquata ſeu Numenius Geſn. quòd roſtrum ejus inflectatur ſicut arcus. Gallina novalis major, Torquatus, Capella, Tarlinus, Tarlicus, Geiß-Vogel/ Brach-Huhn/ Himmel-Ziege/ groſſer Brach-Vogel. Magnitudo ei gallinæ villaticæ. Caro ejus facilis concoctionis, probi ſucci: autumno capitur.

Pardulus II Vanellus fuſcus, Kyvitta fuſca, merula novalium, Brach-Ambſel/ groſſer Brach-Vogel/ grauer Kyſitz. Vanello congener, ſed paulo major. Rarus in noſtra patria.

Pardulus III Gallina novalis media, Pluvialis, Vivago, Pluvialis viridis, Vanellus ſubviridis, Brach-Vogel proprie & ſimpliciter Sileſiis, avis eſt pulveratrix, vanello minor. Lauti in cibo.

Pardulus IV Pluvialis altera ſpecies. Gallina novalis minor, Pardulus minor, kleiner Brach-Vogel. Turturis fere magnitudine.

Paſſer a patiendo, quod caducum morbum patiatur. Nimis notus, & moleſtus granariis & agris.

Paſſer albus aliquando in Sileſia comparet.

Paſſer montanus, vel ferus. In montibus extra pagos degens.

Paſſer

Passer torquatus, campestris, sylvaticus, Troglodytes, Ringel-Sperling/ Feld-Wald-Spatz.

Passer arundinarius, aquaticus, Batis seu Rubetra, torquatus palustris, calomodytis, Rohr-Sperling. Cantu lepidus, & auditu gratus, autumno avolat. Nidum inter arundines artificiose suspendit.

Passer Troglodytes, sepiarius, Regulus apricus, Schnee-Zaun-Winter-Meusse-Nössel-König/ Zaunschlipffer. Avicula omnium minima regulo excepto, quo paulo major. Hyeme ad urbes & pagos veniens suaviter cantat, & frigus annunciat.

Adversus calculum renum & vesicæ maximopere commendatur, ait D. Schwenckfeld, si integer evulsis pennis, sale conditus crudus devoretur. Novi quosdam (pergit idem) qui quotannis unicum comederunt, & ab affectione minus fuerunt vexati.

Eadem præstare creditur combustorum cinis.

Petronella, Saxicola, Steinfletsche. Motacillæ magnitudine: at breviore cauda, quam, ut motacilla, semper quatit.

Pica, varia, seu caudata, avis pluvia, quod amplius solito stridens imbrem certo indicet, Aglaster/ Atzle/ Elster/ Egerste. Avis notissima.

Pica loquax varias modulatur gutture voces,
Scurrili strepitu, quidquid & audit, ait.

Canit de illa Martialis, quod lingua sua, quam habet latiorem, sermonem humanum imitetur.

Vim ipsius medicam apud Schwenckfeld invenies in Av. pag. 335. &c.

Pica glandaria, Garrulus, Sicta, Nuß-Här / Nuß-Hacker / Hätzler/ Holtzschreyer/ Herren-Vogel/ Marculphus. Columbæ fere magnitudine, varii coloris, frequens in sylvis, vescitur glandibus quernis, carne-, aviculis, sorbi bacculis. Hæc ne brumali tempore pereat inedia, glandium, quibus dum victitet, acervos, non aliter ac formicæ fruges, in terram seu arbores recondit. Commendatur in cibo calculosis. Garrula est, & lepida, si in juventute educetur.

Picus, Specht/ Baumhacker. Picorum autem plura sunt genera. Rostrum inest omnibus rectum, robustum; lingua longa acutissima, in extremitate quodammodo cartilaginea ad lancinandos vermiculos. Pascuntur formicis & cossis.

Picus niger, seu formicarius, maximus Cornicinus, Pyrrhocorax, Cornix sylvatica, Hol- oder Holtz-Krahe/ Krahe/ Specht/ grosser schwartzer Specht/ Holtz-Huhn. Major graculo, minor cornice, cui similis.

lis. Sonum terribilem æstate in sylvis instar tubæ edit : passim occurrit.

Picus viridis, Martius, quia Marti sacer, medius, Picus graminis: Graß- oder Grün-Specht. Magnitudine est turturis.

Picus varius, major, picarius, marinus, bundter / gesprenglichter Elster-Weiß Specht. Merula paulo major: picæ instar, albo nigroque distinctas pennas habens. Ex vermibus & cossis vivit, qui in putridis lignis nascuntur.

Ovid. 14. Metamorph.

- - duro sens robora rostro
Figit, & intus longis dat vulnera ramis.
Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem,
Fibula quod fuerat, vestemque momordent aurum,
Pluma fit, & fulvo cervix præcingitur auro.

Picus varius minor, klein bundter Specht.

Picus subcæruleus, Sitta, Picus cinereus, ein Blau- oder May-Specht / Baum-Hacker / Baum-Kletter. Fringilla paulo major, alaudæ fere crassitie. Rostrum longiusculum, nigrum, rotundum: linguam divisam. Pascitur formicis & aliis vermiculis. Hyeme alvearia advolat, & apes rostro fisso alveario allicit, & devorat.

Picus muralis, murarius, Mauer-Kletten-Specht. Passere domestico paulo major, sturni fere crassitie.

Platea, Pelecanus, Anser Cochlearius, Cochlearia, Anser platorynchos, Löffel-Gans / Löffler / Pelican. Magnitudo paulo infra anserem: colore candido præter ultimas & maximas alarum pennas, quæ ex inferiori nigricant. Pedes & crura nigra, lingua brevissima. Ungues breves, nigri, acuti; Oculi glauci, cauda brevis. Digiti pedum membrana junguntur. Rostrum latum fuscum, fere cochlearis similitudine, collum longum decem circiter digitos. Avis Ægypto familiaris, partus sui amantissima. Aliquando autumno apud nos capitur; Vescitur herbis aquaticis, piscibus, conchulis, ranis. In cibum recipitur a quibusdam sapore fere anseris. Singularis benevolentia in pullis enutriendis apparet, ut, cum aliunde cibus non suppetit, esculenta, quæ prius comederat, evomat, & in educandos fœtus convertat.

Pullorum attamen suorum proterviam atque impietatem merita morte ulciscitur: mox vero facti pœnitens, pertuso latere suo pullos mortuos vitali sanguine, quo animantur, irrorat. Quod præter Isidorum D. Hie-

D. Hieronymus commemorat, non eadem tamen fide; ſic enim inquit: Pelecani, cum ſuos a ſerpente filios occiſos inveniunt, per triduum lugent, ſeque & ſua latera percutiunt, & ſanguine excuſſo corpora mortuorum ſic reviviſcunt.

Per Pelecanum præfiguratur Dominus & Servator noſter JESUS CHRISTUS, qui ut ſpiritualis Pelecanus, pullos ſuos ſeu filios, id eſt, nos miſeros homines in paradiſo a ſerpente peſtifero Satana lethaliter demorſos, ſanguine ſuo vivificante, quem pro nobis effudit, reſperſos vivificat, & vitæ reſtituit.

Querula, Linaria rubra, cinerea, truncalis, Griſola, ein Zeiſcherle/ Schöſſerle/ Stockhenffling/ Todten- oder Meuſe-Vogel. Aviculâ linariæ ſimilis, at paulo minor. Victitat ſeminulis carduorum, alni, lini, papaveris, cannabis, arenulis. Ubi nidificet, non conſtat. Ruſtici monticolæ quidam has murium progeniem eſſe arbitrantur, rurſusque vere accedente in eas tranſmutari, cum per æſtatem nulla conſpiciatur. Advolant aliquando turmatim ad montes noſtros, ut vulgus credit, ſingulo ſeptennio, & brevi peſtilentiam ſecuturam. Simpliciſſimæ facillime viſco hærent.

Smerillus, Accipitris genus, Ilmerlus, Metillus, Smerla, Æſalon, Aeſalon, Azalon, Merlinus, Smyrle/ Smyrlin/ Myrle. Cognatam falconello naturam obtinet, illo tamen minor, merula major. Omnium avium velociſſima, & quamvis cæteris magnitudine inferior, nulli tamen animo cedit, alaudas, paſſeres, carduelesque plurimum infectatur, ad ſummum perdices & columbas. Vulpi eſt inimicus.

Stoparola, a ſtipulis, Acredula, Glariana, Stoppel-Vogel/ Spreßlerche/ Grün-Vöglein/ Greinerlein/ Gückerlein. Avicula parva ex alaudarum genere, vox ejus piſt/ piſt/ piſt. In cibum venit, ut alaudæ.

Torquilla, Collitorques a colli circumactu reliquo corpore quieſcente. Turbo, quoniam collum ac caput circumagens turbinis imaginem præ ſe fert. Verticilla, Verticollia, Formicarius, Wind- oder Wende-Halß/ Dreh-Halß/ Naterwendel. Varii coloris volucris e picorum genere.

Upupa, Gallus lutoſus, Gallinaceus Stercorarius, Wiedehopff/ Koth-Hahn. Avis eſt ſpurciſſima turdi fere magnitudine, nigris maculis colorata. Criſtam plumeam, rufeſcentem, punctis & apicibus nigris diſtinctam in capite gerit plicatilem, quam contrahit, erigitque ſecundum capitis longitudinem.

Nidum ex ſtercore humano fingit in arboribus excavatis. Vermiculos in ſtercoribus quærit, erucis, ſcarabæis, aliisque vermiculis nutritur, inprimis verticillis, vulgo Werren/ delectatur.

Quas præterea autores, maxime Illuſtriſſimus Baro ab Hohberg in Georg. Cur., tradant rationes aves capiendi, juvenes enutriendi, varie inſtruendi, ægrotantibus medendi, aucupia jucunda & curioſa inſtituendi, adſcribere non poſſumus, niſi longiores eſſe velimus: explicatius tamen aliquando expoſituri, ſi hunc noſtrum laborem lectori gratum fore intellexerimus, animumque exinde conceperimus Henelium noſtrum Germanico idiomate publicandi, & notas noſtras meliori ordine diſponendi. Unum hoc addo, prodiiſſe ante ſeptennium Nicolai Bærii ornithophoniam, ſive Harmoniam melicarum avium juxta naturas, virtutes & proprietates ſuas carmine latino-germanico decantatam, Bremæ an. 1695. in 4to cum figuris impreſſæ.

§. 34.

APUM Copia, & MELLIS uſus.

De Inſectorum Animalibus omnium aliorum majorum terreſtrium, aëreorum, & aquatilium quaſi compendiis quibusdam, quæ peculiariter notari mereantur, vix habeo: niſi quæ inter eas primas tenent, APUM (*a*) puta, in Sileſia quoque permagna paſſim reperitur copia, quæ in villis ac hortis, tum in ſylvis, nec ſolum in Alveariis manufactis, ſed in arborum (*b*) etiam truncis e florum idoneorum nobiliori ſucco, ac ſuctu

- - à - liquentia mella
Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas.

Unde Apiariis ſæpe quæſtus exiguo labore (*c*) venit. Ariſtoteles lib. 9. de hiſt. Animal. cap. 40. *τῶν ζώων καταφώτατον καὶ ἐργατικώτερον*, Lucianus *σοφὰς θεὶς*

θείᾳ μέλιτ@ ἐργατιδὰς nominat: neque id absre; ſolis quippe ex eo genere hominum maxime cauſa genitis. (*d*) Favos conficiunt, & ceram ad vulnera, dolores, ulcera curanda, ad lumen in tenebris, nuptiis, ſacris alendum, ad obſignandas literas, ad imagines effigiandas, ad lintea & coria adverſus aquas muniendа, mille denique ad uſus vitæ. (*e*) Jam mellis liquoris ſecundum vinum diviniſſimi, dulciſſimi, atque ſubtiliſſimi, quàntus in cibis mundioribus, & cupediis, quantus in condimentis, ſive confecturis, quantus in medicaminibus uſus? Interrogatus ab Auguſto Cæſare Pollio, quibus remediis ad tantam ſenectutem (annum centeſimum jam exceſſerat) perveniſſet? reſpondit: Intus mulſo: exterius oleo. Idque didicerat haud dubie a Demetrio, qui rogatus, quomodo homines manerent incolumes, ac longævi fierent? reſpondit: ἐι τὰ μὲν ἔξωθεν ἐλαίῳ τῷ σώματ@, τὰ δ' ἔνδοθεν μέλετι χρίσαιντο.

Quid? nonne ingens Europæ & Aſiæ portio ex melle vinum componit, Cretico viribus, & inebriandi facultate quam proximum? Dies me ante deficiat, quam ſaluberrimum mellis uſum integre deſcribam.

(*d*) Μέλιτ]α, ἢ μέλισσα ἀπὸ τὸ μέλειν, vel τῆς μελέτης, a meditatione, exercitio, & diligentia.

Ἄπας, vel quod ſine pedibus naſcantur, vel quod pedibus invicem ſe alligent.

Muſarum voluctis. Varro.

De Apum ortu ſeu generatione varie ſentiunt Autores. Poëtæ Meliſſam fingunt mulierem fuiſſe pulcerrimam ſpecie, quam Jupiter in apem converterit.

Alii, inquit Ariſtot. hiſt. Animal. l. 5. cap. 21, exiſtimant, per coitum agi, maresque eſſe Fucos, feminas vero Apes: alii contra.

Quidam eas parere, attamen non coire, ſed deportare fœturam contendunt, nec unde portent, conſtat.

Nonnulli parere & coire negant (Apum enim coitus viſus eſt nunquam), ſed e floribus Cerinthi, Arundinis, aut oleæ deportare judicant.

Sunt, qui Fucorum fœturam comportari putant; ſed Apum ortum eſſe a Ducibus.

Et paulo poſt idem Ariſtoteles:

Σχαδόνες, hoc eſt, Soboles optime fiunt, cum mellificatur, aggerunt ſuis cruribus ceram (Kommen gehöfelt/ ut curatores Apum loquuntur) atque Erythacum, mel ore evomunt in cellas, tragen Honig / fœtu poſito incubant Avium more, ſetzen Bruth. Excluſus inde vermiculus dum parvus eſt, jacet in favo obliquus; poſt ſua ipſa facultate ſe erigit, cibumque capit, & favo ita adhæret, ut retineri videatur. Schadones, dum membrana involvuntur, & pedes & alæ innaſcuntur, atque ſub ea ſpecie, cum ſcilicet formæ lineamenta receperint, nymphæ appellantur: jam neque cibum præterea capiunt, neque ullum alvi reddunt excrementum, ſed coërciti & contracti quieſcunt, nec ullo pacto ſe movent, usque dum ſpecies deſtinata perficiatur. Et cum jam ad finem generationis pervenerunt, rupta, qua cinguntur, membrana, evolant. Vide Plinium lib. 11. nat. hiſt. cap. 16 idem affirmantem.

Alii partim ex Apibus, partim ex bubulo aut equino corpore putrefacto, Apes naſci crediderunt.

Virgil. 4 Georgic. priorem modum his verbis depinxit:

Illum adeo placuiſſe Apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
In Venerem ſolvunt, aut fœtus nixibus edunt,
Verum ipſæ e foliis natos & ſuavibus herbis
Ore legunt, ipſæ Regem, parvosque Quirites,
Sufficiunt, aulasque & cerea regna refigunt.

Apum differentias in Schwenckfeldio de Inſectis Sileſiæ, ex Plinio & Ariſtotele ſcriptas, nec non in Conradi Heresbachii lib. 4 de Re Ruſtica (quo jam anno 1573 edito Schwenckfeldius noſter, ante centum annos, videlicet 1602, hiſtoriam Sileſiæ naturalem texens, plurimum uſus fuiſſe videtur) lector inveniet. Aliæ enim ſunt

Immaturæ, ſeu fœtus, qui aut vermiculi, & cum formam capere cœperunt,

perunt, turba communis, *Nymphæ*, *Fuci*, *Sirenes*, *Cephenes* vocantur, aut Pennigeri ſtatim fiunt, & *Regis* nomen merentur.

Perfectæ, aut Regales, quæ imperant.

Populares, plebejæ, quæ vel mella colligunt, & favos conficiunt, ut *Apes frugi*; vel Apibus inſerviunt, ut *Fuci*.

Rurſus aliæ *Domeſticæ*, *Urbanæ*, *Manſuetæ*, zahme Bienen; quarum aliæ breves, aliæ longiores.

Aliæ *Sylveſtres*, *feræ* Varroni, Heyden-Wald-Bienen.

Aliæ *Furcæ*, Raub-Heer-Bienen. Apum genus eſt nigrum, alvo ampliore, paulo minus fucis. Ignavæ ſunt, nec quidquam operantur, ſed cæteris, quibuſcum vivunt, injuriam faciunt, & alienos favos, ſi latuerint, ſubeunt. Sæpe integra alvearia depopulantur; niſi mature repreſſæ, vel igne combuſtæ fuerint. Adeo in ſatietatem replentur, ut interdum vix queant volare, ſed ante alveum volutentur.

(*b*) Locus pro Apum ſtationibus ac paſtionibus Apiarium, μελιτοτροφεῖον, Mellarium, Alvearium, vocatur, item Apum caſtra. Qua ratione ejuſmodi ſtationes ſint conſtituendæ? alvi, alvei, apum tuguriola, aut domicilia, Bien-Stöcke / Beutten / Bienen-Häußlein / Immen-Körbe conſtruendæ, collocandæ? &c. tam in citato Heresbachio, quam Schwenckfeldio, nec non in Virgilio, in Herrn Baron Hohbergs Georgicis, wie auch im Schleſiſchen Wirthſchaffts-Buch / & in multis aliis, deductius legitur.

(*c*) Non divites tantum, & agricolæ, ſed etiam pauperculi, qui amplis agris deſtituuntur, ex hoc ſtudio quæſtum facere poſſunt. Non enim flores atque ſtirpes Apiculæ, ut cætera animantia, depopulantur, ſed libant tantum, ac incorruptas ſervant.

Merula, Varronem, narrat, quotannis quinis millibus pondo mellis alvearia locaſſe; & in Hiſpania e parva villa una cum agello non majore uno jugero, ibi alveario facto, non minus dena millia ſeſtertia, ex melle recipi ſolitum.

(*d*) Cera aut eſt fulva, ſeu lutea, aut fuſca, aut alba. Cera candida, virginea, quam adoleſcentior Apum populus conficit.

Candidiſſima, gelbliche Wachs. Fit poſt inſolationem etiamnum recocta, lucente Syrio.

(*e*) Mel differt: *Colore*, dum aliud flavum aurei coloris, aliud rutilum, aliud pallidum, ſeu albet, quale Lithuanicum.

Sapore, aliud dulce, amarum, acerbum aliud.

Odore, aliud odoratum, aliud fœtidum, inodorum, prout plantæ fuerint, quibus insidet.

Consistentia, aliud fluidum, aliud crassum.

Loco, aliud domesticum, aliud sylvaticum.

Tempore: anthinum aliud vel vernum, aliud æstivum & horæum a tempestivitate præcipua post solstitium dies pene triginta Syrio splendescente. Aliud ericæum vocant, sylvestre, minimeque probatum convectum post primos autumni imbres erica florente, ob id arenoso simile,

Hydromel. Mulsum a mulcendo, medo, meda Polonis, Meth: inebriat ut vinum. Præfertur omnibus medo Lithuanicus.

§. 35.

APUM mira Respublica.

Quanquam vero hæc maxima beneficia queunt videri; sunt tamen ex eodem Insecto longe adhuc majora, præstantioraque: dum videlicet ne maxima quidem Animalia clarius ostendunt Auctorem suum DEUM, quam minutum hoc Insectum: nec aliunde illustriora capere licet partim Ethicarum, partim Oeconomicarum, partim Politicarum virtutum exempla. Respublica certe tota, totumque Regimen ab Apibus præcepta, & Instituta optima deducit, quibus & Regis erga populum, & populi erga Regem, & civium inter se officia quam clarissime docentur, si quæ exempla præbent, ea studiose consequamur, & omnibus actionibus publicis, privatisque exprimamus. (*a*)

Addam heic unicum, quod multis risum movit, de nobili quadam fœmina in Ducatu Silesiæ Oppolienſi: in cujus naturam examen Apum, incertum quo casu, sese immisit: cumque miserlam punctionibus,

nibus, ut credibile eſt, tantum non enecaret, haud, niſi Rege extracto, inde expelli potuit. Res quo magis mira, eo minus fidei habitura, niſi artiſſimis veritatis teſtimoniis niteretur: & ab eo haberem Auctore, cui fidem hic negare piaculum putarem.

(4) Moralia ab Apibus diſcenda paſſim leguntur. Lege Plinium, Picinelli mundum ſymbolicum, Pierium lib. 26; ubi multa ſcitu digna reperies, quæ hic referre brevitatis cauſa prætermittimus. Sunt enim APES regni ſymbolum, vitæ ſociæ amatrices, eloquentiæ hieroglyphicum, ut quæ D. Ambroſio, Pindaro, & Platoni pueris in labellis conſederint; Imperii divinatrices, ut quondam Dionyſio, & Hieroni, nec non Michaëli (ni fallor) Poloniæ Regi ante ſui electionem, regnum portenderunt.

Luſus ad Apiculas, ut Lipſii tumulum cingant, extat in Dan. Heinſii Sylvis Lib. III. n. 6. p. 68. Apum examen in ore quorundam, Judic. c. 14. Plin. l. 11. c. 16. S. Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana lib. 2. c. 28. & Retractat. lib. 2. c. 4. & in libello de cura agenda pro mortuis cap. 17. Majolus Dier. Canic. colloquio de Inſectis. De S. Ambroſio extant in Petri Juſti Santelii S. J. Anno Sacro Poëtico part. 2 ad diem VII Decembris aliquot mellitiſſima epigrammata, ex quibus priora duo adponere lubet, lectori, ut credo, non injucunda:

I.

S. Ambroſius Mediolanenſis Epiſc. in cujus infantis ore apes mellificant.

Sopiebat blandum nutricula dulcis alumnum,
Et ſomnum arguto molliter ore dabat.
Ecce tibi tremula reſonans ſtridoribus ala,
Rauca volatilium turba vagatur apum:
Et cunas armata phalanx, pupique ſonorum
Præſidio cingit circumeunte torum.
Non ſegetem hortorum cunat, non vellera florum,
Non thyma, Cecropii fertile germen agri;

Nam

Nam ſuaves Zephyrorum animas, calique ſalivam,
Et ſapidas pueri libat ab ore roſas.
Inque ſua pretium prædatrix turba rapina,
Condiit infuſis oſcula plena favis.
Ite pia volucres, aliis inſiſtite labris:
Melle peregrino non eget iſte puer.
Nam cum lingua ſonos dederit, mimbitur orbis,
His nectar veſtro dulcius ire labris.

II.

Mel Ambroſii in ejus libros transfuſum.

Dum genitrix agitat leni cunabula motu,
Et puero ſomnos voce, manuque ciet:
Cœtus apum vacui circum laquearia tecti,
Cernitur in longas ire redire moras:
Dumque putat duo labra roſas, duo lilia malas,
In pueri malis inſtitit, inque labris.
Mellificas volucres decepit amabilis error;
Æmula ſunt malis lilia, labra roſis.
At poſtquam gemini ſe floris imagine luſam
Cernit apis, properus ſe rapit inde fuga.
Non tamen inde ſuum prorſus rapit invida nectar,
Nam condita pio nectare ſcripta madent.
Vel labris apis eſt, vel viſa inſidere libris;
Ante labris, ſed nunc inſidet illa libris.

In Maphæi Barberini, S. R. E. Cardinalis, poſt Urbani VIII Pontificis Maximi, Poematibus, quæ auctiora Romæ 1637. 4. prodierunt, hoc de Sole & Ape diſtichon legitur pag. 160:

Luce fugat tenebras, cœna dum veſtit ab igne
Accenſas faculas æmula ſolis apis.

Ipſe ſanctiſſimus Pontifex Apiculas tres in inſignibus habuit, quas Hermannus Hugo S. J. cum pia ſua Deſideria ipſi inſcriberet, egregia præfatione decoravit, cui ſubnectuntur Maximiliani Habbequii S. J. luſus alcaicus

caicus in gentilitias ſuæ ſanctitatis Apes, & Balduini Cabiliavii S. J. Apes Urbani VIII in ſidera relatæ, cœleſtem craterem nectare implentes:

Cur modo cæruleis Apis emicat aurea campis,
Suetæ prius viridi carpere mella thymo?
Alvear ut ſubiit, quod terna Tiara coronat,
Mutat ovans cælo Dia Meliſſa ſolum.
Scis quid agat ſuperis felicior advena regnis?
Id quod humi fecit, jam facit illa polo.
Mel Apis alma favis inſtillat & impluit Aſtris,
Quale dat Enna ſuis, quale dat Etna roſis,
Quale dat Hybla ſacras invitans ruris alumnas,
Quale dat Attais hoſpes Hymettus agris.
Sic olim ſitiens liquido ſine nectare ſidus,
Sidereus cnter jam nova mella bibet.

Leonis Allatii *Apes Urbanæ*, ſive de Viris Illuſtribus Romæ ſub ejus Pontificatu degentibus, prod. Romæ 1633. 8. Coronidis loco ſubjungam epigramma, quod ſub initium Pontificatus luſum fuit a nonnemine in ejus inſignia:

Gallus loquitur:

Gallis mella dabunt, Hiſpanis ſpicula figent:

Hiſpanus reſpondet:

Spicula ſi figunt, emoriuntur Apes.

Italus ſententiam ſuam interponit:

Cunctis mella dabit, nullis ſua ſpicula figet;
Spicula nam Princeps *figere neſcit* Apum.

(o)

CAPUT V.

PRÆCIPUA SILESIÆ FLUMINA, LACUS, PISCINÆ, PISCIUM GENERA ET THERMÆ.

SUMMARIUM

Autoris:	Scholiastæ:
§. 1. *FLUVIIS, terra Venis, non distituitur Silesia.*	§. 1. *FLUVII in magna venenatione apud Priscos.*
§. 2. *Primarius ODERA, antiquis SUEVUS.*	§. 2. *ODERAM SUEVUM esse probatur.*
§. 3 *ODERA Plinii GUTTALUS.*	§. 3. *Idem Cellarius adstruit.*
§. 4. *Ejus FONS, AMBAGES, & tria, quibus in mare effunditur, OSTIA.*	§. 4.
§. 5. *Silesiam & ditat, & spoliat.*	§. 5. *Anni, & damna Eluvionum.*
§. 6. *Studium reddendi magis NAVIGABILEM.*	§. 6. *Propositum alicujus Lotharingi de Odera conjunctione cum Marca Moravia.*
§. 7. *BARTHA Luciorum ferax.*	§. 7. *BARTHÆ fontes ubi? consilium de quercubus in Hamburgum devehendis.*
§. 8. *BIELA alius in Moravia confinibus, alius in montibus Sarmaticis oritur.*	§. 8.
§. 9. *BLOTNISUS ubi fluat?*	§. 9.
§. 10. *BOBERUS, alius HEBRUS, ubi?*	§. 10. *Ejus exundationes.*
§. 11. *BRINCIUS Cruciburgensis.*	§. 11.
§. 12. *CATTUS, ejusque violentæ eluviones.*	§. 12.
§. 13. *CIDRUS Grissovienſis.*	§. 13. *Fabro AURIFER dicitur.*

§. 14.

§. 14. CZIRIA Hohenfridenburgenſis.	§. 14.
§. 15. ISARÆ Fontes in Sudetis.	§. 15. Sileſiæ cap. 2 vindicatus.
§. 16. KLODNICA Bythomienſis.	§. 16.
§. 17. LAVUS Nimicenſis.	§. 17. Ejus exundatio.
§. 18. MALPONDA Tarnovicienſis.	§. 18. Fabro Maandrius cur?
§. 19. MORÆ curſus.	§. 19.
§. 20. NISSUS duplex.	§. 20. Alterius eluviones.
§. 21. OLAVA Mönſterbergenſis.	§. 21. Fabri carmen de OLAVA.
§. 22. OLSUS a CARPATHO oritur.	§. 22. ELSA aliis.
§. 23. OPPÆ Fons, & Fluxus.	§. 23.
§. 24. OSTRA Frideccenſis.	§. 24.
§. 25. POLSNITIUS Waldenbergenſis.	§. 25.
§. 26. PRAUSNA Bicinenſis.	§. 26. Sileſiam non attingit ſecundum Sculteti tab.
§. 27. PRUDNICÆ duo brachia.	§. 27.
§. 28. QUISSUS Limes Luſatiam verſus.	§. 28. Ejus Eluvio.
§. 29. SPROTTÆ ortus.	§. 29.
§. 30. STEINA ex Demerſorio profluens.	§. 30.
§. 31. STOBRA Cunſtadienſis.	§. 31. Fluit intra Quercetu.
§. 32. VISTRICIUS duplex.	§. 32. Das Schweidnitziſche Waſſer.
§. 33. WEIDA, Fabro VIADUS, Wartenbergenſis.	§. 33. Gammarorum bonorum ſenex.
§. 34. ZACUS ex Sudetis oriens.	§. 34. A Fabro deſcribitur.
§. 35. FLUVIOLI alii haud incelebres.	§. 35. Lomnici Schmidebergenſis, & PAUSÆ Francoſteinenſis deſcriptio.
§. 36. VISTULA ex Sileſia oritur.	§. 36.
§. 37. ALBIS Sileſiæ Amnibus annumeratur.	§. 37.
§. 38. FONTES ac RIVULI ſalutares plurimi.	§. 38. Nonnulli recenſentur.

§. 39. *THERMARUM origines.*	§. 39. *Originum continuatio.*
§. 40. *THERMÆ HIRSCHBERGENSES, earumque virtutes.*	§. 40.
§. 41. *BALNEIS qua ratione utendum?*	§. 41.
§. 42. *SCHAFGOTSCHIANÆ a Laubano celebrata.*	§. 42.
§. 43. *Loci circa Thermas amœnitas.*	§. 43. *Ab Opitio descripta.*
§. 44. *THERMÆ LANDECENSES.*	§. 44.
§. 45. *FONS S. Joannis.*	§. 45.
§. 46. *SALSULA sive* Salz-Brunn.	§. 46.
§. 47. *ACIDULÆ ubi?*	§. 47. *De iisdem plura.*
§. 48. *LACUS Silesiæ.*	§. 48. *Plures enumerantur.*
§. 49. *PISCINARUM multitudo, & utilitas.*	§. 49. *Ubi magna?*
§. 50. *PISCIUM varietas.*	§. 50. *Conservatio, & Præparatio.*
§. 51. *CARPIONUM Cum potissima.*	§. 51. *Eorum varietas.*
§. 52. *Eorum seminaria.*	§. 52. Streich- Erstreck- und Gewächs-Teichlein.
§. 53. *LUCIORUM usus, ingluvies, vivacitas, & cum ranis antipathia.*	§. 53. *Eorum varia nomina.*
§. 54. *PISCES alii & varii.*	§. 54. *Piscium nostrorum Index.*
§. 55. *SALMO vel ESOX Odera hospes.*	§. 55. *Melior in fluviis redditur.*
§. 56. *STURIO quoque, vel ACIPENSER.*	§. 56. *Ejus differentia, & apud Rom. æstimatio.*
§. 57. *MURENULÆ in quibus Lacubus?*	§. 57. *Earum præparatio.*
§. 58. *GAMMARORUM sive Cancrorum Laus, & vis medica.*	§. 58. *Gammari Omni a D. Sachsio celebrati.*
§. 59. *Fluvii, libero olim piscatui permissi, piscium fuere fœniciores.*	§. 59.

§. 1.

§. 1.

FLUVIIS, terræ venis, non deſtituitur Sileſia.

AB *Fluminum* celebriorum, quæ ex perenni aquarum (*a*) in unum alveum ex variis fontibus conlectarum decurſu exorta, vel amœniſſimis flexibus campos cingunt, vel potenter urbes, quas circumdant, protegunt, ac muniunt, vel præbitura commerciis viam vaſto, & navigabili curſu vadunt, ſuavi alluvione regioni cuilibet, velut Italiæ ab (*b*) Eridano, & Tiberi, Germaniæ ab Danubio & Rheno, haut parum nobilitatis, imo & utilitatis, accedit. Ἄριστον μὲν ὕδωρ, Dircæus ille ajebat vates, principem olympiorum odam exordiens: eo quod maxime omnium aqua neceſſaria ſit, uſibusque humanis ubique commodiſſime inſerviat: ut non immerito apud Tacitum Tiberius Cæſar relegato Q. Vibio Cereno Gyarum, aut Donuſam interceſſerit, quod utraque inſula aquarum egens eſſet, dandos vitæ uſus dictitans, cui vita concederetur. Nimirum *Venæ* quædam ſunt terræ *Fluvii*, quæ per rura humorem tribuunt, ut rigandis aridis ſua ſuppetat aqua, matris utique naturæ beneficio, ut ob tam multa bona, tamque infinitas, quæ ex fluviis mortalium generi proveniunt, utilitates ſacros eos habuerint Priſci, fontesque ipſorum ac capita Diis ſacrarint, (*c*) & magna ſemper fuerint veneratione dignati. At nos ex Scripturis Sacris meliora edocti, ſingularem

magni illius & potentis DEI noſtri bonitatem ex fontibus ac fluviis inde in concentibus cum Pſalte Regio ultro agnoſcimus. Inde alibilem ſuccum imbuunt terræ, naſcentia inde gramina, flores, ſegetes, frutices, arbores vigent, ac virent, &c. Eo igitur qua decore, qua ſubſidio Sileſia noſtra deſtituta non eſt: nam præterquam, quod fontes & rivuli argenteas, ut cum Apulejo loquar, undas evomentes, pellucidi, & vel media æſtate gelidi, quique adeo non agros modo irrigant, & amœnos, & fœcundos reddunt, ſed &, ut aliis animantibus, ſic hominibus quoque potum ſuppeditant ſuavem ac ſalutarem, in montibus altis, in vallibus, in planicie innumerabiles reperiuntur; *Fluviis* quoque & amnibus irrigatam videre licet quam plurimis ſimul & pulcherrimis: quarum pauci quidem ratium patientes, mercibusque advehendis, ac devehendis ſatis idonei, plerique tamen lectiſſimorum piſcium copia, ac varietate celebres, tum agros vicinos affluente humore rigant, ac ditiſſima ubertate mactant, tum molas & machinas frugibus confringendis, eluendisque pannis verſant innumeras: tum Provinciæ ipſi præter amœnitatem, tutelam quoque & ſecuritatem conciliant.

(*a*) Quod flumina pariter & fontes ex illa pluviali, quæ in terræ viſceribus ſe colligit, aqua oriantur, docet Eraſmus Bartholinus in diſſertatione phyſica de fontium fluviorumque origine ex pluvia, Hafniæ 1689. 4. Ludolfus Hiſtor. Æthiop. c. 7. & Tenzelius in colloquiis menſtruis anni 1691. m. Jun. p. 476 ſeqq. qui evolvendus eſt.

(*b*) Qui Latinis Padus, Virgilio Fluviorum Rex, & Corniger Heſperidum

ridum Regnator aquarum, Claud. Pater ſuperbus aquarum Auſonidum dicitur, juxta quem hodie Mars ſedem ſuam bellicam fixit. Græci Poëtæ Rhodanum, Eridanum & Radanum, qui in Viſtulam defluit, mirifice confundunt, ceu prolixe illud ex veterum Poëtarum aſſertis deducit Cluverium in German. Antiq. lib. III. p. 635. & Opitii Var. Lect. c. 6. p. 504. 505.

(c) Fluviorum capita & fontes ſub ſpecie humana repræſentari ac pingi, adhuc apud litteratos obtinet. Videantur inter Illuſtriſſ. Furſtenbergii Monumenta Paderbornenſia, fontes Luppiæ p. 12, fontes Amiſii p. 50, Viſurgis p. 68, Paderæ fontes p. 168, fons reſonus, vulgo der Buller-Born p. 240 &c. In Trajani Cæſaris nummis *Danubius* ſpectatur ſenex, qui velo caput obtegens & ſiniſtra urnam tenens aquam effundit. vid. Anton. Auguſtini Num. p. 50. *Rhenus* bicornis dicitur apud Virgilium & Claudianum de Alarici victoria, credo, quod duo ejus oſtia ſtatuerent, ut ut hodie tria oſtendantur, ceu Cluverius *de tribus Rheni alveis* & lib. II de Germ. Ant. c. 40 pag. 506 docuit. Rheni ſimulacrum ſua ætate ante annos hos centum & quod excedit Romæ ſuperfuiſſe ſcribit Barthol. Marlianus Topogr. urbis lib. III. c. III. *Tagum* in Hiſpania ſenis imagine ſpectari, qui aureas arenas ex urna profundit, ex nummis antiquis refert Maſenius ſpec. Imaginum p. 208. *Nilus* cum ſemina omnium rerum Ægypto inferat, totamque regionem fœcundet, Patris undoſi imagine deſcribitur. Hinc Statius Theb. lib. IV. v. 708:

Et Patrio undoſi ſonitus expectat hiulca
Ægyptus donec Phariis alimenta rogatus
Donet agris - - - Cum vero origo ejus dubia ſit locumque dederit proverbio: *Nili caput quærere*, quod eſt rem ſuſcipere vires humanas excedentem, igitur operto capite depingitur apud Tibullum l. 7:

Nile Pater, quanam poſſum te dicere cauſa
Aut quibus in terris occuluiſſe caput.

Et Claudian. de Nilo v. 61:

Secreto de fonte cadens qui ſemper inani
Quærendus ratione latet, nec contigit ulli
Hoc vidiſſe caput - - -

Tiberis effigies *Serra* quandoque in numiſmatibus conſpecta, procul dubio quod radat imminuatque ripas: unde Virgilius illum vocat

Stringentem ripas & pinguia culta ſecantem,

patetque idem ex veteri cognomine *Rumon*, quo Servio commentante antiquis adpellatus fuit ad lib. VIII Æneid. p. 1231. præterea & arundinibus cinctum

cinctum habere caput manuque cornu copiæ geſtare fingitur, qualis imago in nummis Veſpaſiani apparet apud Ant. Auguſtinum in Numiſmat. p. 48. Fluvios pro Diis apud gentiles cultos vel ſolus Maximi Tyrii locus oſtendit, cujus in diſſertatione XXXVIII verba ex latina Dan. Heinſii verſione p. 378 adponimus: *Eſt*, inquit Philoſophus, *& ſuus fluviis honos, ſed diverſus. Aut enim utilitatis ergo colunt eos homines, ut Nilum Ægyptii: aut pulchritudinis cauſa, ut Peneum Theſſali: aut magnitudinis, ut Iſtrum Scytha: aut ex tradita per manum fabula, ut Achelоum Ætoli: aut ex lege, ut Spartiata Eurotam: aut ex ſacro inſtituto, ut Niſſum Athenienſes.* Hinc credo factum eſt, ut in nummis non *Fluvii* ſolum, aut *Maris*, aut *Montis* adpicta fuerint vulgi ſymbola, ſed ipſa etiam adſcripta nonnunquam nomina, quo plures nempe urbes ejusdem appellationis opportune dignoſcerentur: qua de re doctiſſime pro more ſuo diſſerit Illuſtriſſ. Spanhemius Diſſ. IX de Præſtantia & uſu numiſmatum, p. 888. ſeqq.

§. 2.

Primarius ODERA, *Antiquis* SUEVUS.

Inter eos autem jure merito VIADER, Germanis die Ader / & variante dialecto die Oder / ODERA quaſi vena bonorum, Helmoldo in Chronico Slavorum ODORA, non Germanica, ſed Slavonica tunc accolentium dialecto (ſic quippe etiam Czechis, ſive Bojohemis, Vindis accolis, & Polonis, aliisque ejusdem generis Populis vocatur) primo loco cenſetur, tum quod magnitudine ſua præ reliquis Sileſiæ propriis conſpicuus, &, ut Helmoldus cap. 2 nominat, *ditiſſimus Amnis Slavicæ Regionis*, & cui adeo Poloni ipſi inter Amnes ſuos proximam a Viſtula dignitatem tribuunt, mediam fere percurrat, & fœcundet: tum quod inter Germaniam ac Poloniam limes (*a*) olim habitus, unde Guntherus lib. 6 Ligurini, v. 87. 88:

pervé-

- - - pervenit ad usque
ODERA, Germanos qua separat atque Polonos.

Et Philippus Melanchthon fines Germaniæ hoc tetrasticho inclusit:

Rhenus ab occasu, Viadri sed flumen ab ortu
Clauserunt fines, Teutona terra, tuos.
Aëreaque Alpes immotum limes ad Austrum
Balthicus ad Boream terminat Oceanus.

(*b*) SUEVUM antiquis, ipsique adeo Ptolomæo eundem dictum, & fluvium adeo binominem esse, sicut Ister, qui & Danubius, ARAR, qui & Sancina, Padus, qui & Eridanus, Tybris, qui & Albula, Melo, qui & Nilus, Vierra, qui & Vilurgis, magni Viri censent, in queis Conradus Celtes:

Heic ODERA, a priscis qui nomina SUEVUS
habebat,
Nascitur. - - -

Aventinus Bojorum Livius: *inde ab Albi Suevi* Senones (ubi nunc Lusatii sunt & Silesii) usque ad Suevum amnem tenuerunt, quem accolæ nunc ODERAM vocant. Brotuffus in Chronico Anhaltino, aliique historici volunt, ODERAM esse SUEVUM fluvium, & hoc est verosimilius, cum & Carpathus mons dicatur Suevus sive Suevicus. Georgius Agricola lib. 4 *de natura fossilium; quæ sunt intra SUEVI amnis, & Vistulæ ostia.* Horum autem sententiam, licet improbet Bilibaldus Pirckheimerus,

merus, Althamerus, Melanchthon, Sabinus, Felix Fidlerus, Peucerus, Fabricius, & magno conſenſu plures alii, SUEVUM nempe cum Sprea eundem facientes, qui e montibus Sudetis duobus juxta Willichium, & Peucerum, vel ſecundum Brotuffum quatuor, ut Chriſt. Manlius obſervavit, tribus milliaribus germanicis communibus, ſupra Budiſſinam oritur, & Luſatiam, Marchiæque partem emenſus, curſu a Septemtrione in occaſum reflexo, ad oppidum Marchiæ Spandaviam aquas ſuas Havelo communicat: in eam tamen, ut cum Petro Albino, nec non Philippo Cluverio ipſe quoque concedam, facile induci me ſiverim; idque potiſſimum hoc argumento, quod Viadri oſtium inter duas inſulas, Uſedom & Wollin, (in quarum illa olim Vineta, in hac vero Julinum, urbes ampliſſimæ & emporiis celeberrimis nobilitatæ floruerunt) vulgari vocabulo, hodieque vocatur *Svvine*, & variante dialecto *Svvene*: quod equidem haut vanum eſt: nam uti Sueones ex una, eademque origine cum Suevis univerſis nomen ſuum acceperunt, ſic flumen etiam in hoc dici potuit Suevo, Latinis Suevus, & variato poſtmodum vocabulo Schwene/ Latinis Sueo, Suio & Schwine/ quemadmodum Sueones etiam Tacito ſunt Suiones. Accedit & illud, quod Semnones Suevorum vetuſtiſſimi ad utramque Viadri ripam late coluerunt. Unde forte ipſi primum hoc nominis a flumine acceperunt,

quod

quod poſtea longe, lateque per ſeptemtrionem diffuſum, indidemque poſtea mari cognomen Suevico nunc die Oſt-See. Nec obſtat fortean, quod nonnulli Viadrum a Ptolomæo Viadum dici contendunt; ſiquidem hoc nominis rectius competere Veidæ fluvio alii docuerunt: quibus & adſenſum ſuum præbuit præſtantiſſimus Faber noſter, de utroque fluvio ſic canens in Sabotho ſuo:

- - - primus Regnator aquarum
ODERA, Carpathi quem vallibus edidit ingens
Hercinia, & centum corrivans amnibus amnes
Arctois primum juſſit regnare Salingis,
Cum Viado (c) venit. Quanquam alta utrinque ſimultas,
Flagrantemque ardens injuria nominis iram
Prærepti coqueret, odiumque immane foveret
Fama recens temere inculcata, & credita vulgo.

(a) Objiciet forſan nonnemo Polonorum opinioni, qua Sileſiæ partem ad Oderum usque ſui juris eſſe ſomniant, faventior: male ſecundo capite partem Sileſiæ Polonicam (quam vocant) Juri Bohemico fuiſſe vindicatam, eo quod hic tam ex Melanchthone, quam ex Gunthero p. in notis Rittershuſii 114 probari poſſit, Oderam illum eſſe limitem, quo Germania ſeparetur a Polonia; ſed reſpondemus diſtinguenda eſſe tempora; non enim ſine cauſa noſter ait, *OLIM* (non hodie) limitem hunc fuiſſe inter Germaniam ac Poloniam, illis nimirum temporibus, quibus (ut cap. 2 ipſimet faſſi ſumus) Sileſia tota pars fuit Poloniæ, antequam ab illa ſepararetur. Qua de re Conringius de Finibus Imp. Germ. l. 1. c. 4. & l. 2. c. 29 legendus.

(b) Ex Ptolomæo CL. Hanckius noſter de Sileſiorum originibus c. 7. §. 8 oſtendere nititur contrarium, eo quod illi Suevus, & Viadrus duo ſint fluvii, hic nimirum Odera noſter, ille Spreva in Bohemiæ finibus

profiliens, &c. Et quamvis noſter hoc ipſo §. p. 15 per Viadum (nam ὀυιάδα, non ὀυιάδος ſcribit) a Ptolomæo non ODERAM, ſed Veidam noſtrum fuiſſe intellectum putet; obſervat tamen Cl. Dominus Cellarius in Geogr. Antiqua l. 2. c. 5, quod Ptolomæus ſolos Amnes recenſeat in Oceanum exeuntes, non in alios fluvios: qua obſervatione ſicut Cellarius autores illos, qui per Suevum Sprevam intellectum volunt, adeoque & noſtrum Hanckium refutat, eo quod Spreva non in Oceanum, ſed per Havelam Albi affundatur; ita noſtris quoque tam Henelio, quam ipſius Duci Fabro poteſt opponi, Ptolomæi Viadum non eſſe Veidam, eo quod nec hic Oceano, ſed, ut infra dicetur, Oderæ noſtro in Sileſia miſceatur. Ex quibus conſtat, nec Sprevam eſſe Ptolomæi Suevum, nec Veidam ejusdem Viadum. Vel igitur, ut quidam volunt, Ptolomæus, Germaniam trans Albim non ſatis cognoſcens, ex uno fluvio duos, ex ODERA nimirum Viadrum & Suevum, fecit, vel quod magis congruit, fluvium hunc ſecundum oſtia disjunctiſſima, & per inſulas Wollinam & Uſidomiam ſeparata, conſideravit, & citerius Oſtium Suevum, ulterius Viadum, aut Viadrum, ſervato amnis nomine, nuncupavit: nam hodieque illa Oſtia diverſis diſtinguuntur nominibus, prout hic noſter, & loco cit. Cellarius inſinuant.

(c) Huc Gorlicenſis Joachimus Bauermeiſterus, in carmine nuptiali quodam anno 1569, illo ipſo videlicet tempore (quo Faber noſter vixit & ſcripſit) edito, collimare videtur, inter reliqua de Wratislaviæ agris ſequentia ſcribens:

Contiguos fœcundat agros Regnator Aquarum
ODERA Sleſiadum, teterque uligine barbam
ALLIA, & ereptum mox Fabro Vindice rurſum
Nomen adepturus (ſuperet modo vita) VIADRUS, &c.

Ubi per Alliam Olam, vel Olavam fluvium, per Viadrum Veidam intelligere videtur.

§. 3.

ODERA Plinii GUTTALUS.

De eo major controverſia, an VIADRUS idem qui GUTTALUS. De quo Plinius lib. 4. cap. 14. Guttalus, Viſtilius, ſive Viſtula, Albis, Viſurgis,

gis, Amisius, Rhenus, Mosa. Solinus Plinii simia cap. 23 de internis ejus partibus: Albis, Guttalus, Vistula, amnes cultissimi præcipitantur in Oceanum. Althamerus sane, Muretus in Oratione pro Sigismundo Poloniæ Rege, & Cosmographorum nostri temporis Princeps Abrahamus Ortelius ita putant; & jam olim putavit Dlugossus in hæc verba scribens: *ODERA alter*, (Poloniæ scilicet fluvius) *qui & ipse scriptoribus Latinis Guttalus inscribitur.* Iterumque *ODRA secundus Polonorum fluvius, qui etiam GUTTALUS* dicitur, infra scriptos accipit fluvios. Ejusdemque sententiæ fuit Jodocus Ludovicus Decius, cum in libro de Sigismundi Regis Poloniæ temporibus Francofurtum oppidum ad *Guttalum amnem, quem Oderam* vocant, situm asserit. At vero Hadrianus Junius ex ordine Plinii id constanter negat, Guttalum eum faciens amnem, qui Regiomontium in Borussia præterlabens, Venedico sinui infunditur, ac postrema nominis sui parte, nihil dum saucia, sed plane integra, hodieque Alle dicitur; Sed quem erroris arguit Cluverius ob causas minime spernendas. Primum, quia Plinius *clarum*, & Solinus *altissimum* Guttalum memorant, quorum neutrum Albiæ tribui potest, amni nimirum exiguo, ac tenui, si Vistulæ, Albis, Visurgis, Rheni, ac Mosæ magnitudinem respicias. Tum, quia credibile non est, hunc voluisse Plinium in claris Germaniæ amnibus numerare, Via-

drum autem altiſſimum, clariſſimumque Amnem negligere. Tum quia Albis non in Oceanum ſuo ore effunditur, ſed in Prægelam tranſit: a quo poſt quinquaginta circiter millia paſſuum per Lacum, qui vulgo dicitur das friſche Haff/ Oceano, ſive mari Suevico redditur. Tum denique, quia Plinio nulla ultra Viſtulæ oſtia ſtatuitur Germania. Itaque quem GUTTALUM inter claros Germaniæ amnes computet, certè citra Viſtulam eum intellexit. Neque mirum, ſi in tam remotis Regionibus Ordinem omnium non ſatis obſervavit, quando in Italia etiam ſua haut ſemel in hac incuria deprehenditur: ipſasque adeo Gentes in quinque genera diſtributas ordine plane nullo retulit; Solinus certe erroris eum circa Guttalum coarguere noluit, dum inter Viſtulam, Albimque eum poſuit. (a)

(a) Ex Cellarii ſuperiore §. citati lib. 2. c. 5 pro clariori horum explicatione tranſcribere libet ſequentia: *Succedit*, inquit ille, *Solini Guthalus, inter Albim & Viſtulam cap. 20 poſitus, latiſſimis Amnibus Germaniæ adnumeratur: qui a Plinio ſcribitur Guttalus, ſed turbato ordine ultra Viſtulam removetur. Quem ſi preſſe ſequi volueris, de Boruſſo quodam Amne, forte Bregela, interpreteris. Quod vero Solinus, qui Plinium tranſcripſit, Guthalum citeriorem ponit (ait enim: De internis ejus (Germaniæ) partibus Albis, Guthalus, Viſtula, Amnes latiſſimi præcipitant in Oceanum;) nec vero in Boruſſia eſt tam clarus, ut Plinius ſuum Guttalum facit, aut tam latus, ut dixit de eodem Solinus, quam Odera Pomeraniæ; turbatus ordo Plinii a deſcribentibus videtur, eique ordo Solini præferendus. Quod ſi eſt; Guthalus non poteſt alius quam Odera eſſe, quia Pomeraniæ alium tam memorabilem & clarum, latiſſimumque non habet, neque credibile propter hanc cauſam prætermitti a Plinio vel Solino Oderam potuiſſe. In quo etiam Philippum Cluverium, præſtantiſſimum Geographum Germaniæ, conſentientem habemus.* H. J. Jo.

Jo. Fechnerus, cujus Elyſiæ Sylvæ, ſ. Deliciæ Sileſiæ inferioris Bregæ 1675. 8. prodierunt, ſerie ſecunda, ubi Viadrum amnium Sileſiæ maximum carmine heroico p. 35-45 deſcribit, Viadrum facit eundem cum Guttalo; pag. enim 42 ita canit:

Tu quoque Warta piger longa ambitione pererras
Sarmaticas oras: ſed tandem invadere Pontum
Agmine cum poſſes toto, te credere mavis
Amni Guttalidum - - - & pag. 44:
Quarta tibi ex oppidis cecidit gloria junctis
Guttale!

Eadem ſentit in antecedentibus, ubi fontes Albis, Viadri & Viſtulæ deſcribit, pag. 30:

Sed quem te memorem, quo te jam carminis orſa,
Guttale magne, canam - - -
Odera nam patrio, Latio ſermone Viader
Diceris.

§. 4.

Ejus Fons, Ambages, & tria, quibus in mare Balthicum irrumpit, Oſtia.

Cæterum naſcitur hic *Sileſiarum Regnator Aquarum* in confinio Moraviæ & Sileſiæ, ſive, ut Helmoldus, *in profundiſſimo Saltu Maraborum*, qui ſunt ab oriente Bohemiæ, haud procul a vico Bern, qui Veterum Barienna non nemini creditur, novoque vico Oder / indeque ab ortu Solis ad Aquilonem, non rectà, ſed per varias ambages (ne nimirum defraudet mortales, quorum cauſa creati ſunt fluvii, duplici utilitate, quarum prima eſt communicata pluribus Solis commoditas propter aliam atque aliam anfractuum appulſionem: altera, quia ſic diutius, & uberiores aquæ ſuſtinentur, ſive ex prolixiore meatu, ſive

ſive ex objecto ſolidioris ripæ retardatæ) decurrens, bonam Sileſiæ partem irrigans, & fœcundans Orientalium præſertim, ſeptentrionaliumque terminorum metas alluit: ut alterius principium ſit alterius finis. Sileſia relicta Marchiam, & Pomeraniam ulteriorem permeat, jamque aquis refertus plurimis gravem ſinum, & ſic auguſtior ac ſuperbior factus, nomine ubique ſuo, aliquot infra Stetinum Pomeraniæ Metropolim milliaribus eum aquarum ſinum, cui nomen eſt das groſſe Haff/ diffuſus, duabus celebrioribus faucibus Schwiene & Dievenam in mare Suevicum ſive Balthicum, ſinumque Venedicum, qui & Codanus, nonnullis Germanis Oſt-See adpellatur, irrumpit, ſive, ut alii exprimunt, infra Stetinum ad quartum milliare, in lacum recentem, ſeu ſinum aquæ dulcis, Friſch-Haff dictum, decem milliaribus longe delatus tribus in Balthicum mare oſtiis exit. Quorum ſiniſtrum a Pani, ſive Penio flumine prope Ankelam a ſe recepto Paniſs adpellatur, & infra Wolgaſtum mari aperto prope Uſedom miſcetur. Medium Swine & Swene nominant; dextrum Divencam, ſive Divenam dictum haud procul VVollino oppido ad Camenum eidem mari infunditur. Dlugoſſus oſtia ſic expreſſit; *Oſtiis quatuor*, inquit, *infunditur in magnam paludem*: quorum primum apud villam Swinia, quod in Polonico vulgari ſignificat Scropha, ſecundum apud villam Dziwoo, quod in Polonico idioma-

idiomate ſonat *mirabile:* Tertium apud villam Pwana, quod in Polonica lingua ſonat ſpuma: quartum apud oppidum Volgoſch. Evolvens autem ſe de lacu ſtricto alveo in Oceanum prope oppidum Strzalsmith illabitur Oceano, ſive Germanico mari.

Currens primum omnium Teſcheinam, inde Oſtram, Elſam, Oppam, Niſſam, Bielam utrumque, Olam, Stobram, Lavam, VVeidam, Bartham, Boberum, Niſſam Luſatiæ, Pleiſſam, VVartham, Plonam, aliaque complura flumina in alveum ſuum recipit, atque exhaurit: urbesque ac oppida non ignobilia in Sileſia, Oderam, Oderbergam, Ratiboriam, Coſolam, Crappicium, Oppolium, Bregam Ducum ſedem, VVratislaviam Sileſiæ Metropolim, (ubi in diverſos rivos, velut ramos, diſſectus diverſas inſulas efficit) Leubuſium Cœnobium, Stenaviam, Kobenam, Glogoviam majorem, Beuthenam, Croſnam; in Luſatia inferiore Fürſtenbergam, in Marchia Brandenburgica Francofurtum Academiæ ſedem, Lubuſium Epiſcopatu nobile, Cuſtrinam opibus validis & munitionibus ſeptum, Friedlandam, Brielam Fidæ cognomen habentem, Freienwaldam, Oderbergam, Stolpenam &c. in Pomerania denique Gartz, Grippenhagen, Provinciæque Metropolim Stetinum, Urbem Hanſeaticam, ſede Dulcini, emporio, portu, Gymnaſio præterea, & operibus contra vim hoſtilem ſatis idoneis famoſam, præterfluit: & hcic quidem, ut hæc de ſuo

mihi largiatur Nathan Chytræus in itinere Dantiſcano:

- - *ſe quinque in brachia findit,*
Pontibus & totidem ſtratas, facit Urbis amœnum
Proſpectum, ſemperq; bonis fora piſcibus implet,
Pontigradasq; rates tranſmittit ad æquor, onuſtas
Mercibus omnigenis;

Sed tanti eſt, ut Helmoldi Presbyteri locum jam plus una vice laudatum heic adſcribamus integrum. Sic igitur ille: *Eſt autem Odora ditiſſimus Amnis Slavicæ Regionis, & oritur in profundiſſimo ſaltu Maraborum, qui ſunt ab oriente Bobemiæ, ubi & Albia ſortitur principium. Nec longis ab invicem diſtant ſpaciis, ſed diverſo currunt meatu. Albia enim in occaſum ruens, primo impetu Bohemos alluit cum Sorabis, medio curſu Slavos dirimit a Saxonibus, noviſſime Hammenburgenſem dividens Parochiam a Bremenſi, Victor Oceanum ingreditur Britannicum. Alter fluvius, id eſt,* Odora *vergens in Boream tranſit per medios VVinulorum populos, dividens Pomeranos a VVilzis: in cujus oſtio, quo Balthicum alluit pelagus, quondam fuit nobiliſſima civitas Vineta præſtans celeberrimam ſtationem barbaris, & Græcis, qui ſunt in circuitu.* Quibus & in gratiam eorum, qui Poëticæ ſtudiis nobiſcum delectantur, ſubjungere lubet deſcriptionem metricam Felicis Fidleri:

Effluit

Effluit Albiaco conterminus Odera fonti:
Sortitus Viadri nomen hic ante tulit.
Alluit exſtructis inſignem turribus urbem,
Qua non majorem ſub Jove Sleſus habet.
Marchiacos campos, Pomeranaque perfluit arva,
Et petit Arctoi ſidera tarda poli.
Humida pampinea redimitus tempora vite,
Cultori præbet muſta bibenda ſuo.
Audiit ille pias modulantes carmina muſas:
Cantarusque ſacris Vatibus auxit opes.
Heic doctas Eobane fides pulſare ſolebas:
Heic Huttene tuos audiit unda modos.
Nomen & antiqua referens a gente Sabinus
Threicio Viadri carmine mulſit aquas.
Non ſecus, ac cythara præſtans Rhodopeius Orpheus
Ad ripas cecinit, Corniger Hebre, tuas.
Inde receſſerunt Muſæ, niveumque ſecutæ
Pegaſen aſſiſtunt, Bregela flave, tibi.
At vagus obliquo prolabitur Odera curſu,
Arctoasque ſuo gurgite miſcet aquas.

Spumeum appellat, eo quod frequenter ſpumet, Laur. Corvinus in Carmine Elegiaco de Apolline ac novem Muſis:

Spumeus *hoc circum ſinuoſis volvitur undis*
Odera: arenoſam, & gurgite radit humum.

Fontes Viadri ſequentibus deſcribit Vechnerus pag. 30:

Sed quem te memorem, quo te jam carminis orſu,
Guttale magne, canam? proprium te Sleſia mater
Amplexu fovet alma pio, Dryadumque corona
Cingit amœna tuos ſemper venerata liquores.
Tu caput aureolum Sudetûm promis in oris
Qua propius Monvos ſalum proſpectat Oréas
Hercynia, & ſatyros proclivi e monte ſalutat
Elyſios. Hic tu gaudes dimittere venam
Jugis aqua, tibi qua peperit memorabile nomen
Odem nam patrio, Latio ſermone Viader
Diceris. Aonidum ceu nobilis Hippocrene
Monte ruit gemino: ſic tu de colle refuſus
Natali per prata tubis ſinuoſa meatus
Dulciſtrepos, & mox rivis ſocialibus auctus
Menus & undarum per rura vagaris aprica,
Tot populis, miti quos viſis flumine, tecum
Emolumenta vehens, quot non argenteus amnis
Adfert Braſilia, non Ganges gemmifer. Indis.

Et infra in pleniori Viadri deſcriptione p. 36. 37:

Ad fontem primum rivi viſemus amœni;
Hinc ſua deducet nos per veſtigia Najas.
Eſt locus Elyſia, Quadis venerabilis olim,
Qua propius Monvos proſpectat Hamadryas agros
Sudetis, prænumque caput ſummittit Oreas
Indigeta Genio, Sileſicolasque Napéas
Eminus e montis venemur dejuge dorſo.
Hic tu tantarum, Viader, regnator aquarum
Exeris aureolum cornuta fronte honorem.
Hic laticem promis manifeſto fonte perennem.
Salve præſtes aqua, patulo qui fuſus in antro
Deprehendi gaudes, cryptæ neque condis in altæ
Urnam virgineas proclivem fundere lymphas.
Obſcurum caput occultet ſub montibus Afris
Indignatus aqua Nilus ſtagnante Canopi
Eluere inceſtos agros & ducere limum,
Tu purus caſtusque fluis, poſcitque ſubinde

Arbitro

Arbitro ſine Sylvano Dictynna retingi
Rore tuo. Fugit hinc Satyrorum ſæva juventus,
Nympharumque cavet regnum fœdare protervo
Acceſſu Faunus. Tanta eſt reverentia fonti,
Oderis unde ſacrum ſanxit deducere crenam.
Adſpicis, ut trepidet ſalientem trudere rivum
Nympha fugax. Dices alatum calce caballum
Hic venam elicuiſſe novam: ſic labilis humor
Garrit Hyantéum facundo murmure labrum
Argute ſimulans, ſeu colle volutus aprico
In planum deflectit iter, ſeu valle vagatur
Curva Mæandrum reflua ambitione viarum
Æmulus. At ſimilis ſibi prodit ubique benignum
Ingenium, &, quem natali fornice ſumſit,
Splendorem, quanquam rivis jam pluribus auctus,
Qui properant regi ſociales undique vires
Jungere, &c. Ubi de ambagibus ejus, urbibus, quas alluit, & oſtiis, quibus in mare influit, eleganter ſcribit, ac legi meretur.

§. 5.

Sileſiam & ditat, & ſpoliat.

Fluvius ſane, ſi quisquam alius, affatim piſcoſus, (*a*) idemque cum vicinis agris irrigandis, tum lignis ad neceſſarios uſus vehendis, ac molis volvendis apprime utilis; (*b*) ſed qui, ubi vel largiori imbre, vel ſolutis nivibus, aliiſve de cauſis intumuit, late per adjacentes campos

Sternit agros, ſternit ſata læta, boumq; labores
Præcipitesq; trahit ſylvas. - - -

Unde paſſim ſublimes aggeres eductos videas, & valla oppoſita furenti Oderæ: ne eluvione ejus nimia agris injuria adferatur. Quo quælibet loca ortui flu-

minis viciniora ſunt, hoc citius, maturiusque ſentitur augmentum. Itaque mos humaniſſimus obſervatur, ut vicini vicinos triduo ante ad minimum ſcripto commoneant, hi rurſus alios. Ex ea cauſa factum, ut Dlugoſſus ODERAM dictum putet, quaſi *ſpoliantem*, eo quod præcipiti curſu ſua ſpolia nemoribus & campis ſoleat inferre: neque mirum adeo, ſi haud raro novos alveos, novasque inſulas, novos inſuper lacus, quaſi quosdam efficiat, aliquando etiam in veteres reflectatur. Id quod ipſum commune habere cum aliis Bohemiæ fluminibus ex eodem ſcriptore, quem laudavi, diſcere licet.

(a) De Piſcoſitate ejus Fechnerus ita ſcribit pag. 39. 40:

Qua mage miremur, ſpectacula ſufficit amnis
Intimus, atque jubet luſtrare examina gentis
Squamigeræ, tacito plauſu qua ludit in undis,
Nympharumque ſinus tranſit petulante natatu.
Lucius amnigeni prælucet in agmine cœtus,
Lucius obſcœnæ peſtis certiſſima nuna.
Inde ſubit mullus, qui ſi quid credis Apici
Judicio, cœnæ caput eſt, & gloria menſæ
Divitis. Huic audet contendere perca, ſalubres
Exhibitum dapes, quamvis armata minaci
Pinnarum ſerie præacutas tollat ariſtas.
Nec deſunt amiæ nobis abdomine tardæ,
Affinis longis non deëſt anguilla colubris,
Non imis hærens barbatus gobio fundis.
Multus in hoc leuciſcus habet mugilque fluento
Lubricus, & profugus piſcinæ carpio ſeptis,
Nec non lorica tectus tergumque caputque
Cancer, qui prendit chelis ultricibus hoſtem.
Dicere quid refert tincas, ſolatia vulgi,
Cum procerum menſis acipenſeni mittat opimum

Odem,

Odera, quem regem venentur natio ſima,
Pinnigerumque ſecus? ſed qui te, Salmo, tacerem
Advena, qui Codano dilapſus gurgite noſtrum
Flumen ins, illectus aquæ dulcedine ſuavi?
Dum tu deliciis menſam ſaliaribus ornas,
Trutram nemo mihi ſtellatam terga ſigillis
Sanguineis ponat, peregrinos nemo ſiluros
Lautis adſpangis, ſcitamentisque palati
Præcinctos variis condita in lance coronet.
Me non ſic murena juvat, non erutæ fundo
Oſtrea Lucrino, non æquoris incola rhombus
Externi, ut piſcis Viadrino natus in amne.
Servet venales ſibi ſardos Sardus, halece
Condito fatuo ſale Flander paſcat agrorum
Foſſores, comedant pulpam male-mollis aſelli
Norvagii Lappique truces, boreique truones?
Adſuevit noſter ſtomachus melioribus eſcis,
Quas didicit guſtus ſapiente probare ſaliva.
Inſtruit ecce focum piſcis viadrinus abunde,
Quem Gripus prendit ſtudiis fallacibus, amnem
Late depopulans. Nam cum ſe continet Auſter
Imbrifer, invadit temeraria cymbia fluentum,
Nodoſisque plagis muti timbit agmina cœtus.
At lunata ſinu qua ſemet ripa recepit,
Viminei ſub aqua protenduntur labyrinthi,
Quos ſimul ac piſcis ſimplex intraverit, inde
Non remeare valet. Neque paucos hamus ineſcat
Perlecebra fallente cibi, dulcique lucello
Piſcatoris opes auctat, prædaque culinam
Flumina, modico quam quisque redemeris ære.

(*b*) *Fluminum ſane* (verba ſunt noſtri Henelii ex Breslographia Ren. c. 10 huc collata) *atque amnium perennium quanta & neceſſitas ſit, & utilitas, & amœnitas, pluribus eſtendere velle, tam ſupervacui foret laboris, quam ſi in ſole piſcis facem præferas, & accenſu luminum claritudinem diei adjuvare geſtias. Fluminis impetus lætificat civitatem DEI, inquit Divinus Vates: Fluentem Cedron, qui fluebat ante Hieroſolymam, ejus dimidium ambiens, ac rivos in ipſum influentes, puta Gibonem utrumque ſuperiorem,*

riorem, & inferiorem Siloab, & alter procul dubio intelligent. Hoc vero nomine ſicut Breslavia noſtra ob bina illa, quibus ſuperbit, flumina, complurib⁹ rivis exaucta, multis urbibus præſtat, nullis ob id indigens ciſternis, neque puteorum aut fontium (etſi neque hi deſint) ſubſidiis. Sic ab aquarum eluvionibus grave damnum ſenſit plus vice ſimplici. Ex quo nimirum ſubinde Viadrus, ſive a pluviarum frequentium delapſa, ſive nivibus hybernis in aquas ſolutis, ſive ab aquarum ſub terra copioſiore generatione, aliisque de cauſis intumeſcens, alveique uſitati terminos egrediens,

Per ſata, perque vias fertur, nec ut ante ſolebat
Riparum clauſas margine finit aquas.

Unde quidem fieri vix poteſt, quin Wratislavienſium quoque pontibus, molendinis, adificiis, aggeribus, hortis denique & agris plurimum detrimenti accedat. Et annos quidem, qui inundationibus hujuſmodi laborarunt, ex diverſorum memoriis collegi, 1461. 1500. 1501. 1516. 1522. 1531. 1537. poſt nivium illarum inſolitarum, a quibus plurimi deinceps annos computare ſoliti, colliquationem, 1542. 1543. 1557. 1564. 1565. 1571. 1578. 1591. 1592. 1593. 1598. & 1606. in quorum ſane penultimo triplex notatum fuit aquarum incrementum, menſibus puta Auguſto, Septembri & Octobri, infra hominum memoriam maximum: ſed id tamen neque ab imbribus nimiis, cum tota æſtas ſereniſſima fuiſſet, neque

Ab nive, quæ Zephyro victa tepente fluit:

cum multis ante menſibus maxima ſui parte jam ſoluta eſſet, quam ulla de inundationibus ſuſpicio ſubiiſſet. Prout ea quoque, quæ in ſexageſimum ſextum annum incidit, abſque ullis pluviis continuatis, aut nivibus copioſioribus fuiſſe legitur. Quæ quidem res Viro ſummo Martino Weinrichio occaſionem præbuit: ut de inundationum in natura cauſis accuratius inquireret, commentatiuncula phyſica de eo argumento publice in Gymnaſio D. Eliſabethæ, in quo tunc Profeſſoriam linguam cum laude exercebat, ornatiſſimo, inque conſeſſu maximorum virorum recitata, nec nullo favore excepta: quam & paſſus eſt paulo poſt in manus hominum pervenire.

Poſthac Odera frequenter rurſum ſecundum nomen ſuum ſpoliavit per eluviones accolas, quarum memorabiliores fuere, quæ anno 1634 pontem, ad Olaviam Oderæ ſuperſtructum, non ſine magno Cæſarei militis damno avulſere, & quæ an. 1650 in Oppol. ac Bregenſibus ſylvis pagisq; adjacentibus magnam hominumq; pecudumq; ſtragem edidere, quæq; an. 1652 integros pagos, ingentes aggeres tam circa Wratislav. quam alibi avexêre.

Noſtra porro ætate atque memoria ſimiliter graſſatus eſt Viader noſter

ſter annis 1667 & 1675. (da allein auff Seiten der Herren Breßlauer der an Beſtungen/ Dörffern/ Feldern/ Wäldern/ Wieſen/ Dämmen gewaltige Schaden auff die 5 Tonnen Goldes geſchätzet worden) item 1685.

In privatis vero Ephemeridibus noſtris tempore Magiſterii noſtri ſexennali hucusq; continuatis peculiariter annotavimus diluvium illud anni 1698. quod 26 Martii molam noſtram Mathianam tam profunde aquis immerſit, ut, qui illam intrare voluere, genuum tenus vadare debuerint: vigeſima vero octava tantopere intumuit, ut aquæ in platea ſurſum usque ad plateam alteram tranſverſam, quæ ad RR. PP. Societatis ducit, aſcenderit. Hypocauſtum hydromylæ Mathianæ irruentes undas profunditate ulnam excedentes hoſpitio excipere debuit. In Byrzam, prædiolum noſtrum, quarta milliaris parte Breslavia Oderam inter & Olavam ſitum nautas miſimus, qui pecora ex ſtabulis exundationi innatantibus ad domum lateratiam ſupra tabulata elevatiora tranſveherent, & ab interitu vindicarent.

Aggeres vicorum noſtratium in Stein & Margareth, omnes ferme vel diluit, vel prorſus diruit, caſasque humiles ita aquis irruentibus immerſit, ut miſeri Incolæ ſubditi noſtri, aliique vicini Viadri accolæ, una cum pecoribus in excelſiores campos tranſmigrare, reditumque per aliquot dies differre coacti fuerint. Per aggeres Hundsfeldam verſus, præſertim illum, qui P.P. Præmonſtratenſium Elbigio ab aquis irruentibus muniendo congeſtus eſt, ingens torrens, isque rapidiſſimus irrumpens, non tantum,

Struvit agros, ſtruvit ſata læta, boumque labores;

Sed & per utrumque Elbigium, Vincentinum puta, & Mathianum, totumque tranſoderanum ſuburbium, hortos, arbores, domosque diluit, evertit, deſtruxitque. Damnum, quod vel ſolum Hoſpitale Mathianum noſtræ curæ concreditum hac ſola eluvione in agris, pratis, ſylvis, villis, molis paſſum fuit, nec mille imperiales reſarciverint; quod autem damnum eo fuit gravius, quo tardius ejuſmodi eluvio circa feſtum nimirum S. Joannis Baptiſtæ, aut paulo poſt per aliquot annos non dudum elapſos, & ſegetes, opimam meſſem promittentes, adeo ſtraverit, & gramen aut ita maculaverit, aut fœnum prorſus avexerit, ut horrea, granaria, fœnilia, manſerint inania, non ſine graviſſimo vulnere Rei familiaris, & Pecuariæ. Quod privatum damnum ideo recenſemus, quia hinc colligi poteſt, quantum fuerit damnum publicum, quod alii omnes accolæ in mœnibus, aggeribus, pratis, ſylvis, agris, molendinis, aliisq; juxta hunc fluvium ſitis ædibus, paſſi fuere.

Sed & hodie, dum hæc ſcribimus, die 19 Julii anni 1701 non minora rurſus damna ab eluvionibus noſtrorum Fluminum, Oderæ præſertim, Niſſi, Catti, Viſtricii, &c. paſſi ſumus Sileſii.

§. 6.

Studium reddendi magis navigabilem.

Intra Sileſiæ fines devectionibus onerariarum navium minus ſervit: idque ſive propter nimias, quas volvit, arenas, ſive propter molas & aggeres frequentes, quibus eum accolæ molarum cauſa inſtruxerunt. De Navigatione quidem commodiore reddenda, tollendisque aquarum ſeptis & obicibus, ſive divorgiis illis molendinatiis, quo nimirum ſatis & latitudinis, & profunditatis ad navium vecturas amnis conſequeretur, ſæpiusnumero (*a*) conſultatum: eo quidem magis, quod jam olim Joannes Boëmiæ Rex edicto publico A. C. 1337 præcepit, univerſa obſtacula in fluvio Odera facta, ubicunque ſint, removeri, & aquæ curſum usque ad amplitudinem ſedecim ulnarum, & unius palmæ dilatari propter navium tranſitum commodiorem intra Bregam & Croſnam. In eandem ſententiam Carolus IV Imperator ad Capitaneum, ac Conſules Wratislavienſes reſcripſit: quod univerſa & ſingula obſtacula, vulgariter Wehr dicta, ſuper aqua Odera noviter inſtaurata, & per quemcunque locata, *quæ hactenus & ab antiquo ibidem non fuerint, annihilare, & removere* (verbis loquor edicti) *pro utilitate Civitatis VVratislavienſis totaliter debeant.*

beant. Signatum hoc A. C. 1349. Et exſtat ejusdem aliud edictum A. C. 1355, in quo allegata veteri conſuetudine, & obſervantia ob liberum piſcium & navigantium meatum, conceptiſſimis item verbis, omnia & ſingula obſtacula infra Bregam & Croſnam per cujuscunque conditionis aut dignitatis homines in Odera facta, poſita, vel poſſeſſa ad latitudinem ſedecim ulnarum, & unius palmæ paſſum, & usque ad fundum aquæ pro communi utilitate aperiri jubet pœna graviſſima in contravenientes conſtituta.

Quid ſubſecutis temporibus factum ſit, pluribus indicare, nimis longum foret. Illud interim ſilentio heic minime prætereundum, univerſo huic navigationis exercitio maximam difficultatem a Francofurtenſibus Cis-Oderanis potiſſimum injectam fuiſſe. Tametſi enim inter utramque civitatem, VVratislaviam & Francofordiam, mutua quædam pacta, commerciorum gratia, Matthia I Rege rerum in Hungaria & Boëmia potito A. C. 1490 inita, iisque hujuſmodi clauſula diſertim addita, quod mercatores ex VVratisl. & Sileſia in Francofordiam, & ultra locum depoſitionis mercium ipſorum in Stetin, Sunda, Luneburg, Lubeck, ac in Italiam, Allemanniam, Brabantiam, cæterasque quascunque terras partium inferiorum, non obſtantibus Privilegiis civium Francofurt. ire, mercimoniaque ſua deferre, inferreque, ac alias negociari ſine omni impedimento libere ac ſecure valeant & poſſint.

poſſint. Francofurtenſes tamen eam ipſam clauſulam poſtmodum ſic interpretari, quaſi ad terreſtrem duntaxat mercium tranſvectionem, quæ, ut difficilior eſt, ſic longe majores requirit ſumptus, quam quæ fluminis ſit beneficio, referenda eſſet, atque adeo Odera clauſo dictatorias leges commerciorum ſcribere conati ſunt. Ita difficultas ex difficultate orta: ex quo præſertim Electores Brandenburgici, patrocinio Francofurtenſium ſuſcepto, flumen ſua natura publicum, ob idque unicuique pervium, Jurisdictioni ſuæ, ac poteſtati, etiam in alieno, quod mirere, territorio, mancipare tentarunt.

Ei malo, ut remedium reperiretur idoneum, Ferdinandus I, Maximilianus II & Rudolphus II Impp. Glorioſiſſimi nihil intentatum reliquerunt: Hinc enim tot Legationes, tot Tractationes, tot Actiones, ſed quibus hodieque ad compoſitionem res deduci plane nequiit, imo nihil fere præter impenſas hinc factum fuit; idque non tam temporum injuria, quam invidia hominum monopoliis immane quantum habenas laxantium. Exſtant conſilia Clariſſimorum JCtorum ac Fiſci Cæſarei Procuratorum Henrici Stephani, & Martini Crumerugerii eo de negotio ſcripta, nuperrimeque adeo ſucceſſor eorundem Georgius Schœnbornerus JCtus de Viadrina navigatione nonnihil ditata, ad ſalutarem Commerciorum, quæ Civitatum ſuccus & ſanguis ſunt, augmentationem reducenda,

ducenda, velis, remisque incitatus operoſe ſolicitus jus Sac. Cæſ. Majeſtatis, & incolarum utriusque Sileſiæ per alveum Oderæ in mare usque Balthicum, & ultra navigandi peculiari ſcripto, eoque erudito aſſeruit. Poſt Viadrum præcipui ſunt, ac velut majorum Gentium in Sileſia fluvii, qui ſequuntur.

(a) Noviſſime quidam natione Lotharingus ſe obtulit, qui Danubium Auſtriam & Hungariam permeantem cum Marca fluvio (die Marth) Moraviam ſcindente, hunc vero cum Odera noſtro ſe conjuncturum promiſit, ita ut merces Turcicæ, præſertim autem Vina Hungarica, ſola aqua, ſive per naves ad noſtram Wratislaviam, & hinc in Hollandiam & Angliam, quæ Vinis Budenſibus mire delectatur, poſſent devehi. Transmiſit hoc propoſitum S. Cæſarea Majeſtas Supremæ in Sileſia Curiæ, nec non Principibus & Statibus hujus provinciæ pro explorandis eorum ſenſibus, qui negotii hujus uſum promovendis commerciis utiliſſimum quidem judicant, de effectu tamen propter plurima Lotharingo illi forſan incognita obſtacula non immerito dubitantes, reſponderunt interea, ſeſe libenter conſenſuros, ſi Autor ille ſuo periculo, ſuisque ſumptibus negotio huic ſe velit accingere, nec præmium labore dignum, re tamen finita, aut confecta, Inventori eſſe denegaturos.

§. 7.

BARTHA Luciorum eximie bonorum ferax.

BARTHA Dlugoſſo Baricz, die Bartſch/ Auctori magni Chronici Norimbergenſis, Althamero, & aliis, *Barusſius*. Fabro noſtrati *Bariſſus*, fluvius amœnus, paluſtribus aquis ripas herbidas lambens, ac præter alios piſces ab Joanne Mollero D. & P. L. Cæſ. Liberi Baronatus Trachenbergenſis Medico carmine elegiaco deſcriptos, Lucios eximie bonos, qui & ſale macerati condiuntur ac fumo exſiccantur, magna co-

pia fundens. Ortus in Polonia, (*a*) indeque in Sileſiam tranſgreſſus, Milicium, Trachenbergam, indeque recepto in ſe *Horla* fluvio Hernſtadium, ac nobiles pagos, *Sendevvolde & Rützen*, luſtrat; inque Ducatu Glogovienſi ſupra pagum Schwuſen Viadro ſociales undas defert. Si Dlugoſſo fides, Gneſnenſem Diœceſim a VVratislavienſi dividit.

(*a*) Hic, dum apud Fabrum noſtrum Sabothum viſitavit

- - properans hoſtili a gente Bariſſus,
Auſus limitibus vetitis excedere venit.

ubi *limites vetiti* vocantur *Polonici* propter frequentes commerciorum prohibitiones.

Fallitur Frid. Lucæ, dum pag. 2163 in Chron. Sil. Bartham in Dynaſtia Wartenbergenſi naſci ſcribit, quam nec alluit quidem, ſed ex Polonia rectà Milicenſem ingreditur.

Dum hæc ſcribimus, en novum de promovenda hujus fluvii celebritate conſilium! Offert ſe nimirum Joannes Chriſtianus Riemannus, militiæ olim, nunc ſtudio œconomico prope ripam hujus fluminis addictus, polliceturque id ipſum ſe redditurum navigabile, ita, ut quercus iſthic locorum abunde creſcentes, fundorumque dominis exiguum ferentes commodum, mediante hoc fluvio ad Oderam, & dehinc Hamburgum poſſent tranſiici, dicitque Autor, ſe a mercatoribus celeberrimi illius emporii ſumptus ad promovendum opus hoc neceſſarios ſuppeditaturis hac in re maxime ſtimulari. Tranſmiſſum eſt nuperrime hoc propoſitum Patriæ noſtræ Proceribus, qui tamen de effectu ejusdem non minus, ac de illo Lotharingico, dubitant: imo Lotharingo infelicior eſt Riemannus, cum ille tantum incredulos, hic vero plurimos fluvii hujus accolas, præſertim molendinorum jure gaudentes, reperiat contrarios.

§. 8.

BIELA alius in Moraviæ confinibus, alius in montibus Sarmaticis oritur.

BIELA, Fabro *Bilus* in Moraviæ confinibus loco a fontibus fluv. cognominis, quem Comitatus Glacen-

Glacenſis ſibi vendicat, haut procul diſſito ſupra Freiwaldam oppidum Epiſcopale ortus, & præterlapſus Zigenhalſam adit, Niſſam urbem nobilem percurrit indeque ejusdem nominis fluvio ſe confundit. (*a*) Sed & ſuperior Sileſia Bielam habet, qui e montibus Sarmaticis originem & incrementa ſumens oppidi *ὁμωνύμου* muros ſubterlabitur, indeque territorium Plesſenſe ingreſſus, in hujus, ac Ducatus Oſwicinenſis confinio Viſtulæ feſtinat famulis, quam primum adlambere nymphis.

Habet & alium ejusdem nominis fluvium Comitatus Glacenſis, eum puta, qui Thermas Landecenſes alluit.

(*a*) Ob und warum die Hexen von dieſem Fluß den Nahmen Biel-Weiſen haben? mögen andere unterſuchen.

§. 9.

BLOTNISUS.

BLOTNISUS, *Blotniza Brincio* vicinus infra Lublinicium procurrit, ac Schurgaſtum inter atque Oppolium in Viadrum effluit. (*a*)

(*a*) Malponda primus: Blotniſus ſecundus eſt fluviolus, quem Odera haurit infra Oppolium.

§. 10.

BOBERUS aliis HEBRUS.

BOBERUS, Bober/ Slavis Caſtorem ſonans, ut notat Ditmarus in ſua hiſtoria, (*a*) quod ad ejus ripas frequenter capiatur. (*b*) HEBRUS idem eruditis

ditis quibusdam dictus. Amnis concitus, arenosus & saxosus, ob idque bonorum piscium nutritor. Nascitur in loco denso & opaco juxta Schetzlaviam supra cognominem sui vicum Bober / perque montes & valles eluctatur Landishuttam, Cupferbergam, Hirschbergam præterit, receptoque in se Zaco, Lâhnam, Leobergam, Boleslaviam, (*c*) Sprottam, (ubi fluvio cognomine auctus mox Quissum etiam absorbet) Saganum & Naumburgum versus labitur, ac prope Crosnam Viadri

- - *properat non degener ire sub undas.* (*d*)

(*a*) Gemella plane sunt, quæ Opitius Var. Lect. cap. XV. p. m. 522, ubi feras quasdam & animalia Sarmatica recenset, his verbis meminit: De Castore Tertullianus lib. 1. adv. Marcionem: Jam & bestiis illius barbariæ importunior Marcion. qui enim tam castrator carnis castor, quam qui nuptias abstulit? Solinus cap. XIII. per universum Pontum Fiber plurimus, quem alio vocabulo dicunt Castorem. Bebrus infimi ævi scriptoribus dicitur. Glossæ veteres: Castorinum vebrinum. Germanis hodie Bsber. Inde Boberæ nobili Silesiæ amni nomen. Ditmarus Mersburgensis Episcopus, qui A. C. MXVIII decessit: Fixerunt tentoria juxta amnem, qui *Bober* dicitur Sclavonice, Castor latine. Quo Bolizlaus munitis littoribus præfati fluminis, cum exercitu grandi in Crosno sedens, ullo modo transire prohibuit.

(*b*) Boberus vel Bohebrus, Silesiorum *Hebrus* carmine heroico descriptus apud Fechnerum extat p. 45-50 & legi omnino meretur. Fontem Boberi fluminis amœnissimum idem Fechnerus pag. 31. 32. seqq. decantat:

Salve virginea fons præses nobilis unda,
Boberi, qui Sudetis sub montibus ortus
Umbroso e luco rivum dimittis amœnum
Valles in riguas, & ruris in æquor apricum.
Vix te sat poterit laudare Thalia, Marones
Summi cum nequeant te dicere carmine digno.

Tu

Tu caſtas defundis aquas amnemque benignum,
Quem non inceſtat Satyrorum turba proterva,
Non gaudens putri rnnarum natio limo:
Gratia ſed paſſim comitatur blanda meantem
Liniferos per agros, per culta novalia, denſos
Per pagos. Neque enim miſis tuus humor eremos
Deſertas rudit, vel late teſqua pererrat
Avia; conſpicuas ſed praterlabitur urbes,
Quas Muſæ celebrant ſtudiumque fidele Minervæ.
Scilicet Aonidum mixtus vocalibus undis,
Orphea non unum nutris, generoſe Bobebre.
Hinc audis merito telluris ſplendidus Hebrus
Elyſia. Tot tu vatum cum corda rigaſti,
Quot non paſcit Hymettus apes, vel amabilis Hybla.
Nec tantum claros aluit tua lympha Poëtas,
Sed ſimul omnigenum doctorum protulit agmen,
Artes per varias quos duxit Dædala Pallas,
Et conſulta Dia docuit, Medicina vel alma,
Vel Pitho venenata, viam qua monſtrat ad aſtra.
Macta bis eſto bonis venerabilis unda Bobebri,
Attollit cœlo te fama perennis, ut inter
Sidera perluſtres tempe ſpecioſa polorum,
Non minor Eridano ſtellanti flumine lucens.

(c) Martini Opitii reſtauratoris Poëſeos Germanicæ patriam, qui exinde nobile cognomen *a Boberfeld* accepit. Juvat hic Fechneri quosdam verſus ex pag. 49. 50 allegare:

Nunc vocat ad partes clarum Leoberga Boleslaum,
Qua dedit in lucem Phœbi tot germina, quot non
Heroës produxit Epeus e ventre caballi
Dumtei. Cunas hinc debet Opitius urbi,
Teutonici princeps Heliconis & alter Apollo,
Ac plures, niveo quorum Tritonia peplo
Nomina commiſit. Non unum Sleſicus Hebrus
Orphea nutrivit. Multos vocalibus undis
Imbuit Aonio permixtus fonte Bobebrus.
Vates, qui reſono tunxerunt carmine ſylvas.
Cum canerent illi Satyrosque ferasque choreas

Vidiſſes ductare leves, motareque pinum
Hirſutum caput, & plauſum dare denſa viretis.

Confer quæ idem in deſcriptione Viadri pag. 42. 43 refert:

- - - cui Boberis trunite recto
Tendit in occurſum, fluvii non unius hoſpes.
Nunc age, pande ſinus Viader, fratremque lacertis
Excipe porrectis. Hoc concurrente bicornis
Jam vere factus, geminoque potitus honore
Magna mole ruis. Neque tu non nobilis amnis
Acceſſum ſentis, cum pompam nominis ampli
Boberis unda trahat ſecum nutricula Phœbi.
Scilicet hanc vatum Princeps Germanicus olim
Altius immerſa clauſit Opitius urna.
Hac propter fas eſt, ut plena laude tumeſcat
Oderis, Eridano nil conceſſum ſuperbo,
In cœlo licet is diffuſa luce niteſcat.
Attollunt cœlo vates tua nomina plures,
Quum ſtellas liquido trahit ille volumine Tybris,
Invidet ipſe tibi fama creſcentis honores,
Auſonios ex quo ſentit frigere poëtas.
Hactenus Aonidum patronus Mœnus amœnus
Transſcribit tibi ſceptra lubens regnumque Thalia
Committit totum. Jam te fautore Tuiſcon
Non cunctis ſiccos Aſcra perquirere fontes.

Flumen id auriferum eſſe, Fechnerus pag. 47 his docet:

His potiore bonis Phaſis non fudit opimus,
Nec Tagus auriſluus. Sed quis voluiſſe negabit
Auri grana meri fundo in lucente Bobrbrum?
Nam ſi non voluit, potuit voluiſſe videri.
Nemo metallorum minerας hoc temporis audet
Scrutari & gremium Veſtæ penetrare, quod olim
Fecit ſedulitas majorum gnava, quod aris
Inveſtigatrix tentavit Cypriis, unde
Nomen adhuc retinet magna cum laude vetuſtum.

(*b*) Boberi alterius Brincio & Blotniſo ſuperioris Sileſiæ fluviis vicini meminit Faber noſter in Sabotho, quem cæteris Sileſiæ Amnibus, Sabothum viſitatum euntibus, comitem addit ſequentibus:

Bober

- - Bober hos comitatur euntes,
Inventa nuper celebris mur aque ſuperbus
Haud dum matura, ſed enim feliciꝰ Aſtrum
Emicet, adveniantque ſuis ſtata tempora fatis
Veſtigal Patriæ uberius, nomenque daturus,
Sarmaticas olim vincet bonitate Salinas.

Quem vero fluvium Sileſiæ per hunc Boberum, & quas Salinas intelligat, hactenus reſcire non potuimus. Quod autem alium ab hoc noſtro diſtinctum indigitet, poſt aliquot verſus oſtendit ſequentibus:

Hinc Bober alter adſt, vicino proximus Albi
Fontibus exorto undenis - - -

Boberus autem Albi tantum vicinus eſt quoad fontem, uno duntaxat milliari ab Albis fontibus diſtantem. Ceterum Albis meridiem, Boberus vero ſeptemtrionem verſus, dum a fontibus ſuis ſeparantur, ab initio procurrunt, donec multis milliaribus a ſe invicem diſtantes occaſum verſus flectantur uterque.

Anno 1674 ergoß ſich der Bober unbeſchreiblich / überſchwemmete das Städtlein Lähn/ und thät an Menſchen und Vieh groſſen Schaden. Anno 1679 im Auguſto ergoß ſich abermahl der Bober/und thät im Hirſch- und Lembergiſchen unbeſchreiblichen Schaden. Frid. Lucæ pag. 2238. &c.

Anno 1685 iſt der Bober zu Lähn in der Kirchen biß ans Altar gangen. Roch. p. 348.

Anno 1702, dum hæc ſcribimus, in Julio, ad eandem altitudinem intumuiſſe, nec non præter alia damna, quæ fecit, tam in homines, quam in bruta deſæviſſe ſcribitur.

§. 11.

BRINCIUS.

BRINCIUS Brinnitz naſcitur in territorio Cruciburgenſi, laplusque juxta Brinitzka, a quo & nomen accepiſſe videtur, & Potzelum pagum prope Schurgaſtum in Oderam effunditur.

§. 12.

CATTUS, ejusque violentæ exundationes.

CATTUS, die Katzbach/ naſcitur ſub mon-

tibus Riphæis (*a*) in Plumbini jugis, qua pagum Ketſchdorff/ vel Katzdorff (unde nomen nactus) deſpiciunt; quem etiam primus influit. Abinde violentus, & torrens nobiles pagos Kaufungen, Alten, Schönau, & huic cognomine oppidum præterlabitur. Poſt alii & alii eum excipiunt pagi, Reversdorff, Roſenaw, Neukirch, Hermsdorff: donec Aurimontii quaſi ex carcere emiſſus libero alveo per ſubjectos patentiſſimos campos ſe diffundit, indeque Lignicio, ubi aquam nigram recipit, ac Parchwicio luſtratis, Viadro tandem Steinoviam properanti ſupra pagum Altlaß aquas committit ſuas. Maximos & nobiliſſimos gignit fundulos: clarus jam olim ob rutilantis metalli ramenta: Tagum ſcilicet, Pactolumque æmulatus: quo quidem nomine χρυσόῤῥοᾳ (*b*) haut immerito appellari queat; ſed qui & ipſe ſubinde (licet ſiccis hinc inde pedibus trajiciendus) vel hibernis nivibus, vel tempeſtatibus auctus ad inſaniam usque excreſcat. (*c*)

- - *oppoſitas evincens gurgite moles*
Fertur in arva furens cumulo, camposque per omnes
Cum ſtabulis armenta trahit.

Anno quidem a DEO nato ſupra mille ſexcentos octavo, quarto Nonas Junii, (uti teſtatur inſcriptio, quam titulo *diluvii Goldbergenſis* Johannes Frigius, Scholæ Ducalis Rector Reique publ. Conſul, poſterita-

ritati conſecravit) ab hora tertia ad ſextam pomeridianam inter imbres, & tonitrua prodigioſa inundatione, alicubi ad ulnas aſſurgens octodecim, reſtagnans ad mille quinquaginta duas, ita excrevit, ut funeſtis & abominandis fluctibus intra duo milliaria agros, pomaria, prata fœdum in modum devaſtaret: ripas, aggeres, muros dirueret: arbores etiam bicubitales medio fractas, fiſſasque abduceret, ſaxa ingentia, lapides molares, lintres ſaxeos abriperet: villas ſeptem, ædes ſupra quinquaginta, horrea viginti quatuor everteret, fontes quoſvis, ædificia innumera, hydromylas omnes corrumperet: domum ictu fulmineo ardentem ad aliquot jugera deveheret, pecora ſupra ſexcenta, gallinas quoque & ipſos anſeres ſuffocaret: homines omnes attonitos redderet, multis miraculoſe quaſi poſtliminio vitæ reſtitutis: plurimos re familiari, non paucos &, eheu! centum ac viginti ſex, nec prægnantibus, nec puerperis parcens, vita privavit. E quibus quidem Goldbergenſium quadraginta duo, extraneorum quatuordecim, ut comitatu frequentiſſimo, ita ſpectaculo luctuoſiſſimo juxta ædem D. Nicolai funerati fuere: pluribus interim adhuc deſideratis, qui non reperti in rationem quoque Libitinæ non venerunt. (*d*) De qua quidem inſolita & inaudita Catti eluvione, qui plura deſiderat, operæ pretium fecerit, ſi V. Cl. Danielis Vechneri orationem de illa ipſa in Gymnaſio Aurimontano habitam, Commentatiun-

culam item vernaculo ſermone ſcriptam a M. Davide Namslero Theologo Goldbergenſi, Benedicti denique Paullini eadem de re ad Joannem a Bibram, Equitem Sileſium, Buchwaldæ Dominum, Epiſtolam legere gravetur.

(a) Fontes Catti deſcribit Opitius in Hercinia, & Fechnerus in Sylvis Elyſiis pag. 32. 33:

Quæritis, unde mihi manet puriſſimus humor,
Clarior & vitro ſplendida lympha fluat?
Non ſub rupe cava, non Veſta naſcor in alvo:
E Veneris gremio venula noſtra ſalit.*

Idem:

Nemo miretur nitidam me fundere lympham:
Exilit e concha Cypridis iſte liquor.

Idem:

Hæc quam ſplendenti cernis proſerpere rivo,
Profluit e nitido Cypridis unda ſinu.

(b) Cattus fluvius, olim Chryſorrhous, a Fechnero pag. 30. ſeqq. ita celebratur:

Aurea Lucigero Matutum fugaverat ortu
Noctem, Solque novo ſpargebat lumine terras,
Cum Cattus vitreo liquidum caput extulit amne,
Naiadum genitor Cattus, qui jugis aqua vim
Cypridos e molli gremio derivat, & almo
Flumine Sudetum nudices lambit opimas.
Nec mora: fœcunda ſalicis diffuſus in umbra,
Rus Neukirchiacum, Lygiis quod ſummovet agris
Umbo Vulturni celſus, reſpexit amico
Lumine, jamque memor ſortis famæque prioris
Ingemuit, gemuere ſimul per prata Napéa
Argutumque nemus ſuſpiria traxit, & ipſa
Conſortem viſa rupes ſentire dolorem.
Tandem ſollicito depromſit pectore talem,
Juſſit & auritas pinus ediſcere voces:

Nympha

* Sc. infra Cyprimontium.

Nympha lucorum domina montisque propinqui,
Hercinia viridi qui claudit limite ſaltum;
Et colles Satyrus pariter Cererique benigna
Gnti, qui longo præcingitis ordine tractum
Vicinum, & ripas noſtras, & prædia ripis
Adſita; vos humili jam-nunc e valle ſaluto
Suſpicioque lubens. Nam vos mea gaudia ſoli,
Soli delicia, poſtquam me volvere fata
Tot voluere vices, tot cernere damna meorum.
Heu qualis jam ſum, quantum mutatus ab illo
Catto, lucentes auri qui trivit arenas,
Foſſorum cum turba frequens hoc littus obiret,
Veſtigans ſub rupe cava precioſa bonorum!
Aurea tunc alas vena mihi divite fluxit,
Tunc vel Pactoli potui certare fluento,
Et ſupernare Tagum. Teſtis, tu Chryſori, Catto,
Ac vos exciſi montes cryptæque profundæ,
Quæ monſtratis adhuc cæci veſtigia Pluti.
Hic excuſſit opes antiqua Sileſia Veſta
E gremio, turpi diteſcere neſcia lucro.
O quæſtus majorum inſons! o pura cupido!
Tu patriæ contenta bonis, non Herculis ultra
Improba cum velis tendebas vota columnas,
Poſteritas quod avara facit, qua currit ad Indos
Extremos, alioque petit ſub ſole calentes
Terras, unde domum propenſæ celoce reportet,
Quod luxus populator opum male diſſipet, aurum.
Vah! quid opus peregre molimine quærere tanto
Divitias? quid opus Peruano arceſſere ab orbe,
Sors offert quod amica domi? quod quæritis, hic eſt,
His eſt ante pedes. Corylo tentate bifurca
Florentes mineras: acres adhibete bidentes,
Præruptique latus montis perfringite, cives:
Grande operæ pretium, Catto ſpondente, feretis.
Auri vim tantam pregnans hic condit Oréas,
Quantum in Pannoniis vix eſt reperire fodinis.
Nil equidem fingo magno promiſſor hiatu,

Non crepo Perſarum montes, non gryphis opimos
Raptoris nidos: pro me res ipſa loquetur.
Explorate modo. Sed enim quid tundimus aures
Queſtibus occluſas? narratur fabula ſurdis,
Et voces fruſtra fuſas vaga diſſipat aura.
Nemo requirit opes antiquas, æſtimat aurum
Abſtruſum nemo. Latet aſſiduumque latebit
Gaza crena potens, & quem enducit inane
Nomen, inops auri dudum mons aureus aret,
Ac pariter fons alget opum. Jam pauper aquarum
Cattus ego, & tenuis rivus vix præbeo lymphas
Squamigeræ pecudi: ſolas has nempe reliquit
Sors mihi divitias. Humilis jam ſerpo jacentes
Per valles, quondam quo non jactantior amnis
Ibat in occurſum Viadri, cui cedere ſoli
Viſus eram: tanto me vulgus honore colebat, &c.

(c) Fechnerus de ejus exundationibus p. 53 ita pergit:

Ipſe ego, qui caſtos derivo ex fonte liquores,
Turbidus ecce ruo, lacrymis torrentibus auctus
Nympharum. Hinc ripas exſcendo ſubinde virentes,
Et ſata per, per & arva feror, ſternoque labores
Agricolæ tauri, ſortem indignatus iniquam.

Idem in deſcriptione Viadri pag. 42 hæc habet:

- - at qua jam Cattum decumbo camœna?
Hic ſtrepero lapſu primum contendit ad Arctos,
Longinquum meditatus iter: mox torquet ad ortum
Præcipites curſus properans occurrere patri
Quem longe per prata ſonat Lygiæa, Viadro.

(d) Quas ſtrages Cattus hoc anno 1702 in Julio ediderit, quot domos everterit & avexerit, arbores evulſerit, homines æque, ac pecora ſubmerſerit, verbis exprimi vix poteſt, & in recenti memoria retinent Goldbergenſes, Lignicenſes, aliique accolæ.

§. 13.

CIDRUS.

CIDRUS, Zider / prope Griſſam fluvius infra Landis-

Landishuttam ad pagum Krippelhoff in Boberum decurrit, *auriferi* epitheto a Fabro honoratus. (a)

(a) Poſtquam enim Boberum deſcripſit, ita canit:

- - - Huic CIDRUS arena
It Comes auriſem.

§. 14.

CZIRIA.

CZIRIA, Zierl/ inter oppidum Hohen-Friedenburg/ & Caſtrum Fürſtenſtein means

Strigam alluit, & ibi - - -
Conjungitur.

§. 15.

ISARA.

ISARA, die Iſer/ Bojemis Ciezera, in montibus Sudetis duplici fonte ebullit: quorum unus per medium prati cognominis, majore ſui parte ad Sileſiam pertinentis, lento gradu fluit, cum altero inde aliquot rivulis auctus ad montem fagorum conjunctus, atque e montanis tandem progreſſus, oppidis nonnullis viſis Boleslaviæ novæ obverſum Coro latus ambit, & aquam intra muros hydragogicis machinis, ſive ſiphonibus immittit, ſub Brunduſio autem ab Albi abſorbetur. (a)

(a) Hunc, aut ſaltem fontes ejus, Sileſiæ vindicavimus capite ſecundo, ubi de limitibus Sileſiæ egimus.

§. 16.

KLODNICA.

Kladnitz. Dlugoſſo KLODNICA, oritur ad

fines Poloniæ: Beuthena a dextris, Glivicio autem a ſiniſtris relictis, Ugeſtum attingit, infra Koſelam Oderæ fluentis permiſcetur.

§. 17.

LAVUS.

LAVUS, ſive LAA, die Lohe/ haud procul Nimicio exoriens, infra arcem Ducalem, quæ rubra vulgo dicitur, per Nimicenſis ac Strelenſis territoriorum partem decurrit, pagumque Teutſch-Lauden præterlapſus, inde Wratislavienſem permeat Ducatum, ejusque Metropoli a dextris relicta prope klein Maſelwitz Viadrum ſubintrat. (a)

(a) Anno 1671 ergoſſe ſich die Lohe / und thät dem Geträlde im Nymptiſchen Weichbild unſäglichen Schaden. Fr. Lucæ p. 1236. Fluvius per novem milliaria circiter decurrens.

Fechnerus in deſcriptione Viadri p. 42:

Cur me langueſcens remoretur Lohna meatu
Tardo. - - -

§. 18.

MALPONDA.

MALPONDA, Malpenam, alii *VValpenam*, Dlugoſſo *VValdapens*, haud procul Tarnovicio (a) circa villam Czynkow erumpens, pagum Koliſchen/ & Monaſterium Czarnovanſenſe ſanctimonialium ordinis Præmonſtratenſis tranſit, pauloque infra Oppolium in Viadrum ſe recondit.

(a) De hoc ita Faber:

- - *Interquensque ſuas Meandrius undas*
Malponda emenſas reflua, dum ſæpe reviſit
Gurgitibus ripas, cunctanter ibat:

pulcher-

pulcherrima fluvii per varios flexus & reflexus in plano, admodum tarde fluentis, deſcriptio.

§. 19.

MORA.

MORA, die Mohr/ non is quidem, qui Moraviam a ſeptemtrione verſus Auſtrum pæne mediam ſecat: ſed qui in montibus Sileſiam a Moravia diſterminantibus oriens, Moravitz pagum alluit, itemque Römerſtade/ & Friedland/ in Oppavienſi autem Ducatu Wigſtett, Caſtrum, Gradecium, ipſamque ſupra Oppaviam ad pagum Hoſtitz hoſpes cum ſuis aquis ab Oppa excipitur.

§. 20.

NISSUS.

NISSA ſive quod alii malunt Niſſus (*a*) die Neyß/ fluvius inſignis, ac bonorum piſcium ferax, in Comitatu Glacenſi erumpens, Mittelwaldam, Habelſchwerdam, Glacium, Wartam, Camentium, Patſchoviam, Otmuchoviam, Niſſam urbem ſibi cognominem, Lewinum alluit: ac Steinam utramque Comitatus inquam Glacenſis, & noſtratem, VVeiſtricium Bielam duplicem ſecum vehens prope Schurgaſtum Viadro commiſcetur. Scaturigo ejus in agro Mittelwaldico ad pedes altiſſimi montis, qui Nins vulgo dicitur, unde quidem vix dimidio milliari abeſt fons præcipui apud Moravos fluvii, qui vulgo die Morel Germanis, Slavis autem Morava dicitur, ejus

ipſius puta, quem Tacitus cum Cuſo amne, ſed non facile inveſtigando, niſi pro Cuſo legas Tiſſam Moraviæ a Maro indubie ſic dictæ conjungit: ipſum quoque fluvium inter primos Thayſam, quem tamen Deinam vel Denam, (uti ſcribitur in hodiernis Moraviæ tabulis) dicere mallem. Plinius Morum appellat.

Aliquanto longius autem, ad quintum circiter milliare, ſed eodem in Comitatu Aquila, der Adler/ Bojemis Morce ab atro, quem habet, colore ſic nuncupatus, reſpectu Albis albicantis oritur. Et Niſſa quidem per Viadrum ad Stetinum in Balthicum mare: Mora ad Commaronium per Danubium in pontem Euxinum: Aquila ad Reginæ Rhadicium in Albim, atque per hunc octodecim milliaribus infra Hamburgum in Oceanum ſeſe exonerat. Ut inde Comitatus Glacenſis altitudinem ſitus vix tamen perceptibilem mirari liceat.

Eſt & alius ejusdem nominis fluvius, isq; admodum rapax: qui in montanis Bojemicis penes Proſevitium pagum ſupra Crazium oppidum exortus, Sittaviam, Hirſchfeldam, & Oſtricium prætervectus, Vitigoq; auctus, Gorlicium, Rotemburgum, Pribuſium Sileſiæ, Muſcoviam, & Forſtum, ubi in tres funditur alveos, alluit, ac tandem infra Gubenam Viadrum ingreſſus opes ejus adauget.

Confundit utrumque fluvium non ferenda hallucinatione Pirckheimerus, cum Neuſſam, ut ipſe adpellat,

pellat, amnem Odera non minorem per Sileſiam & VVratislaviam Civitatem labi, atque ab Odera ſuſcipi annotat: duplici nimirum in errore verſatus: nam ne noſter quidem Niſſa intrat VVratislaviam, quæ præter Oderam & Olam fluvium alium nullum habet.

(a) Anno 1405 iſt die Neyß vom Schnee-Waſſer angeloffen / zur Neyß die Stadt-Thore zerriſſen / nieder gefället / und groſſen Schaden gethan. Roch. in denckwürdigen Geſchichten Schleſiens p. 129.

Anno 1501 den 20 Auguſti wuchs das Waſſer bey der Stadt Neyſſe ſo hoch / daß es bey den Mönchen über den hohen Altar floß. Idem p. 154.

Formoſam Niſſus lingens uxorius urbem
Cum Bilo feſtivus adeſt.

Faber in Sabbotho.

At vero quam ſingua nimis acri linxerit Niſſus urbem Niſſenſem, & quam infeſtivus cum Bilo adfuerit in Julio hujus anni ſupra milleſimum ſeptingenteſimum ſecundi, quamque non in bruta tantum, ſed & in homines eluvionibus ſuis graſſatus fuerit, tum Niſſenſes, tum aliarum urbium, & vicorum, quos alluit, Incolæ in Diariis ſuis annotaverint accuratius, quam nos referre valeamus.

Poſterioris Niſſæ mentio facta eſt ſuperius in carmine de officinis Sileſiorum fabrilibus, cap. 3. §. 43. pag. 343.

§. 21.

OLAVA.

OLA ſive OLAVA, die Ohlaw / ſupra Mönſterbergam

Fonte cadit modico, parvisque impellitur undis:

atque poſt hanc Heinrichoviam, Strelam, VVanſenam, Olſnam minorem, Olaviam præterit: indeque Oderam loco plano paullatim accedit, & longo tractu comitatur, relicto inter utrumque alveum exiguo

ſpacio, donec tandem VVratislaviam urbium cæterarum Matrem attingens, aquis per alveum, ſive Canalem manufactum ex Odera per novam, quam vocant, urbem deductum auctior factus mediam fere interfluit, eaque egreſſus facto cum Viadro alveo, mœnium partem lambente, angulo acuto, aquis ejus limpidioribus turbidas ſuas diſcrimine manifeſto miſcet. Piſcium abunde feracem jam olim ſcripſit Laurentius Corvinus:

Hic ubi ſeptenos Olavia piſcifer *orbes*
Verſat, & illiſis ſuave ſuſurrat aquis.

(a) De OLA ſic Faber canit:

Gratior herebat juxta caput Ola, Budorgis
Luſtrator pulchra, quamvis uligine barbam
Et ferrugineos tmberet lutulentus amictus.

Et Fechnerus pag. 55. 56 hunc in modum:

Cur tu tam tardo manas per rura meatu,
Ola Pater, quo non amnis fœcundior alter
Elyſios ambit campos agrumque Silenſem?
Nimirum Cereris lentis complexibus hæres,
Herbigeraque Pales, qua te dimittere ceſſant
E gremio vernante: tuo ſic ardet amore
Utrumque. Nam glebas prægnante liquore maritas,
Ac oleo veluti pingui ſatæ fœta perungis.
Hinc illa ubertas, hinc mitis copia frugum.
Tot bona Francigenis non præbet Mœnus amœnus,
Vitigeris quamvis ſit collibus undique cinctus.
Orgia thyrſigero non cunct ducere Baccho
Sleſica ſimplicitas agris intenta colendis.
Inde ſibi fruges expectat opesque benignas,
Ubere proventu quas fundit ſemen agrorum
Fertile. Tu largo, pater, hoc alis, Ola, liquore,
Lactea roranti conſpergens littora ſucco.

Rus

Rus tandem ſaturum tranſgreſſus, cornibus intra
Demiſſis Breslam, luſtrasque fluore ſecundo.
O qua non urbi largiris munera tanta!
Unum pro cunctis ſit ſat tetigiſſe: benignum
Officium præſtare Lua contendis amicum
Civibus, & ſordes diffuſa diluis unda.
Sequana ceu Paridis populoſam permeat urbem,
Et Romam Tybris dominam: ſic perluis, Ola,
Breslam magnificam & meritis inſignibus opples.
Denique defeſſus celſis ſub mœnibus urbis
In Viadri gremium ſubmiſſa proruis unda:
Scilicet a magno hoc fluviorum es rege ſecundus.

Item in deſcriptione Viadri pag. 42:

- - cum pater Ola meam jam poſcat opellam:
Hunc tranſire nefas fuerit, pinguiſſima rura
Qui præterlapſus ſummiſſo flumine Breslam
Intrat, cui promta ſua munera ſufficit olla.
Hic ſeſe miſcet Viadro ſordesque receptas
Diluit. - - -

Non facile tamen majorem traxiſſe barbam crediderim Olavam noſtrum, quam hoc ipſo tempore, quo notamus iſta, dum nimirum imbrium abundantia, ruptisque ad Henrichoviam piſcinarum vaſtarum aggeribus, per prata ſibi adjacentia adeo graſſatus fuit, ut præter alia damna omne ferme fœnum, quod deprehendit, ſecum abſtraxerit, & ex ſolis noſtris pratis ad villam Gröblowitz duobus Wratislavia lapidibus diſſitam ſpectantibus, ultra triginta veheſ avexerit, & quod reliquit, lutulentia ſua inutile reddidit; piſcatoribus tamen noſtris illa eluvione eo gratior, quo plures Cyprinos ex præfatis piſcinis ruptis ſecum raptos advexerit, quos alias raro in illo piſcaberis. Cæterum hunc fluvium auri, argentique, nec non aliorum metallorum, immo gemmarum, & pretioſorum lapidum, gladiorum, aliorumque arte factorum feracem fuiſſe ſaltem, vel hinc oſtenderis, quod anno hujus ſeculi primo, cum ob diuturniorem ſiccitatem minor factus a Wratislavienſibus intra urbem mundaretur, varia metallorum artefacta, & pretioſa utenſilia, qui vel caſu illapſa, vel ſtudio injecta aliquando fuerant, in illo reperta ſint.

§. 22.

OLSUS.

OLSUS, Elſa/ ex montibus progreſſus Hungaricis, Jablunkam, Teſchenam, Freiſtadium, Oderbergam præterlabitur, & infra hunc ipſe quoque curſum ſuum in Viadrum accelerat.

(a) ELSA aliis ſcribitur: an vero etymologia nominis Sileſiæ aut Elyſiæ ab OLSA, vel ELSA, quaſi Elyſa diceres, petenda, vide cap. primum.

§. 23.

OPPA.

OPPA oritur in montibus Moravis, ac Troppelwitzium, Carnoviam, Oppaviam, cui nomen impertit, & ſupra quam ei Hoſnicz & Mora fluvii miſcentur, Beniſchoviam & Hilſchinum prætervectus, ſupra Oderbergam communi lege

- - *in Viadro celerat conſumere nomen.* (a)

(a) Huic epitheton *liquidiſſimi* Faber impertitur. Confer Fechnerum pag. 42:

Prætereo tenues Oppam Niſſamque monarchas
Præ reliquis fluviis famulis adlambere lymphis
Certantes.

§. 24.

OSTRA.

OSTRA, Oſter/ juxta Fridekam, Miesko & oppidum ſibi ὁμώνυμον fluit, atque inter hoc & Hilſchinum Viadro illabitur.

Fechnerus pag. 42:

- - *Oſtram taceo, Stobramque fluentem*
Nominis obſcuri.

§. 25.

§. 25.

POLSNITIUS.

POLSNITIUS, Polßnitz / ſupra VValdenbergam exortus, hanc ipſam, & Freibergam inviſit, inde longius per Strigam, tandemque per Cantienſe territorium lapſus, ac VVratislavienſem Ducatum ingreſſus, prope pagum Romberg Viſtricio ſe committit.

§. 26.

PRAUSNA.

Prauſna Dlugoſſo Przoſna particulam Sileſiæ attingit, (a) circa Bicinam, in cujus vicinia oritur, cætera totus Polonus in VVartham decurrit.

(a) Sileſiam non attingit, ſi accurata eſt Tabula Geographica Jonæ Sculteti, Sprotta-Sileſii.

§. 27.

PRUDNICA.

PRUDNICA, die Brudnick / duo habet brachia ab læva Viadri ripa, niſi duos potius Amnes ὁμωνύμους dicere cui libeat, quorum unus apud Arcem Fulſtein exorſus, Hoſoblaviam, & inde Glogoviam minorem præterfluit; alter vero apud vallem S. Joannis inter Zuckmantelam, & pagum Schnellenwalde ſcaturiens Neoſtadium attingit: uterque autem ſupra eandem Glogoviam aquis ſuis commixtis, & ſic

- - inter medios hominumq; boumq; labores
Strinxit ubi ripas, & pinguia culta ſecavit,

juxta Krapicium pleno alveo in Viadrum decurrit.

§. 28.

QUISSUS.

QUISSUS, der Queiß/ limes Sileſiæ, Luſatiam verſus in montanis ſupra Guren pagum venis plumbi candidi celebrem erumpens, Fridebergam, Laubam, Naumburgum oppida, ac ferrifodinas aliquot, puta in Klitſchdorff, Reiſe & Giſenberg, attingit, prope Saganum autem una cum Czirno Bobero inſeritur. (*a*) Legantur de hoc Æmilii verſus hujusmodi:

Hactenus ampla pedes tenuit Luſatia veſtros,
Præbuit & longam Vandala terra viam.
Præferet optatos jam culta Sileſia fines:
Terra potens ſtudiis, frugibus, ære, viris.
Quiſſia Vandalicis quam lubrica dividit oris
Limitis officio flumina functa ſuo.
Cujus ad irriguas urbs condita cernitur undas,
Quanquam circuitu parva, vetuſta tamen.
Et bene, ſi memini, rectèque relata recordor
Inclyta de viridi nomina fronde tenet.

Ubi tamen ex Manlii judicio haudquaquam diſſimulandum, male ibidem Laubam initium Sileſiæ conſtitui, cum ad Luſatiam illa pertineat.

(*a*) Quiſſus fluvius, continuus inter Sileſiam & Luſatiam limes, a Fechnero pag. 56. 57 ita laudatur:

Si quis erit fluvius genuino clarendus honore,
Quiſſus erit, Quiſſus gemina bis-nobilis ora
Limes. Ab Elyſiis hic Luſatæ dividit arva
Campis, ambobus gratus, velut arbiter æquus

Finiti-

Finitimas inter gentes, communis utrique.
Nil opus eſt Herma ſaxo, quod mobile nulli,
Nulli cedit iners, Agrum diſtinguit ab agro,
A ſalteu ſaltum, tantum uni terminus harens
Affixusque loco. Melius confinia Quiſſi
Labilis unda ſecat liquidi, pingitque ſecando
Diverſas longo regiones limite ſignans.
Amnis hic Hercinii in ſaltus de fonte ſerena
Exiliens, rivo declivi rura pererrat
Sudetos infra montes. Ibi tendit ab urbem
Fridbergam, pacis venerando nomine clarum.
Mox ad Gryphoridos demiſſo ammice Pyrgum
Antiquum & Pyrgo vicinam volvitur urbem,
Textricis celebrem ſtudio ſolerte Minervæ.
Candida nam mittit peregrinas linteа in oras
Urbs hæc, quæ Tyria non deteriora parantur
Sindone. Decedens Quiſſus regionibus iſtis,
Fluxu contendit ſinuoſo ad mœnia Laubæ,
Inter Luſatias qua non eſt ultima laude
Urbes. Elyſiis hæc moribus æmula priſcis
Elyſia eſt gentis quoque viſa colonia quondam.
Nec tu, Quiſſe, negas, geminam qui limite gentem
Contiguo ſocias. Vires tu fluminis ampli
Hic capis effuſas. Dein velox culta per arva
Et virides ſaltus contendens agmine toto
Roberi ruis in gremium ſuaviſſimus hoſpes.
Nominis inde tibi famam cupis ire ſecundi,
Mergere dum nomen majori in flumine gaudes.

Anno 1567 iſt der Queiß ſo hoch angeloffen / daß er zu Friedeberg 14 Häuſer / und zu Greiffenberg die Brücken weggeriſſen. Roch. pag. 195.

Quiſſus delicia Herois Gottſchonis, & Oci
Conſcius emeriti, menſisque aſſuetus opimis
Latior it. - - - Ita Faber ſæpe cit.

§. 29.

SPROTTA.

SPROTTA oritur in Ducatu Lignicenſi prope

pagum Spröttichen / inde per territorium Bolcovicense lapsus, Sprottaviense item emensus ad Primmicavium lacus efficitur, indeque ad ipsam Sprottaviam Boberum, sive Hebrum subit.

§. 30.

STEINA.

STEINA in ea montium parte, quæ demersorii nomen habet, originem trahens, juxta cognomine opidulum, Friedlandium, & Falckenbergam decurrit, atque in Nissam inter. Lewinum, & Schurgastum procurrit.

§. 31.

STOBRA.

STOBRA, Stober / ex mediocribus Silesiæ Amnibus juxta Cunstadium, Städtlin / Ketzendorff / & Köln fluens, haud procul Briga in Viadrum procurrit.

- - - it fronde revinctus
Strobri caput querna. - - - Faber Strobram

fluentum obscuri nominis adpellat Fechnerus p. 42.

§. 32.

VISTRICIUS duplex.

VISTRICIUS, Weistritz / (a) Polio Weltzbach / e montibus Sudetis fontes aperiens, aus dem Rompel-Bronne prope pagum wüsten Giersdorff Swidnicium & Cantium præterfluit, rivulisque nonnullis, ac cumprimis Polsnitio plenior, Lissa Oppido lustrato infra pagum Protsch Viadro illabitur.

Diver-

Diverſus ab eo VVeiſtricius Comitatus Glacenſis, cujus fontes prope oppidum Reinhertz a papyri, quæ ibi conficitur, bonitate celebratum.

(a) Es iſt ein ſtarck reiſſendes Waſſer/ daß es auch kaum 50 Schritt von ſeiner Quelle bereits Mühlen treibet. Frid, Lucæ.

Eluvionibus ſuis Viſtricius noſter ſæpius, præſertim anno 1574 proxima Dominica poſt Trinitatis, magnas & miſerabiles in agris, ædificiis, pecoribus, & ipſis hominibus accolentibus, edidit ſtrages, ſi diario Manuſcripto Civis cujusdam Schwidnicenſis fides.

§. 33.

VEIDA ſive VIADUS.

VEIDA, die Weyde/ fortaſſe a ſalicibus, quæ ad ejus ripam fœcundius naſcuntur, Cromero, Dlugoſſo VVidawe, Fabro *Viadus*, fluvius (a) excellentibus & ipſe piſcibus, atque cancris nobilitatus, in finibus ortus Poloniæ, VVartenbergam, Namslaviam, Bernſtadium, indeque per Ducatum Olſnenſem ſpacium emenſus ſatis longum, campos caninos præterfluit, collectisque aquis multiplicatus duobus fere a VVratislavia milliaribus bey der Breſſeley in Viadrum occurrentem devolvitur.

(a) An jure Viadi nomine gaudeat, vide ſupra, ubi de Viadro egimus. Fechnerus pag. 42:

- - - lateat præcinctus opaco
Et latus & frontem limoſam Weida ſalicto.

§. 34.

ZACUS.

ZACUS, der Zack/ Slavis Zakako/ id eſt rivulorum conſtillatio, ex Sudetis montibus originem habens,

bens, multis ſtipatus rivulis Kinaſto, & Thermis Hirſchbergenſibus viſis ad Hirſchbergam ipſam infra montem Hanßberg dictum Bobero ſe immiſcet. Fluvius piſcoſus, ac trutis præcipue optimis fœcundus.

Confer Opitium in Hercinia, & Fabrum in Sabotho:

- - - Zacusque e monte Gigantum
Prognatus venit, Zacus qui ſulphura cava,
Et medicas volvit thermas, nivibusque ſubinde
Tempent æſtivis, calidasque refrigerat undas.

Fechnerus in deſcriptione Boberi pag. 49:

- - - redeamus ad alma fluenta
Amnis Boberi, cui poſtquam convena Zacus
Rivales immiſit aquas. - - -

§. 35.

FLUVIOLI alii.

Atque hæc quidem primaria arbitror, quæ Sileſiam perlabuntur, flumina, præter quæ haud incelebria quoque cenſentur ſequentia.

1. *Aqua nigra*, das Schwartz-Waſſer / in nemore Regio territorii Boleslavienſis oritur, pagosque Modlaw, Reyſicht, Sambitz, Reichwalde, Neuſorge prætervectus Driczam fluv. in ſe recipit, atque inde Lignicium usque progreſſus Cattum ibidem ingreditur.

2. *Deichza* in confinio Ducatus Jaurovienſis, & Goldbergenſis territorii ſupra pagum Probſthein ſcaturiens, poſtquam Pilgramsdorf/ Ullersdorf/ Adelsdorf/ Modelsdorf/ Weitzdorf/ Cunnersdorf pagos inviſit, Hanoviam oppidum ſalutat, & ad Gotſchavienſem

vienſem & Reersdorffenſem agros prolapſus ſub pagum Neuſorge aquæ nigræ commiſcetur.

3. *Horla* in Polonia haud procul Obræ fontibus exortus, Jutroſchin & Dublin, Poloniæ oppida, in territorio autem Trachenbergenſi pagum Karſentza allabitur, indeque cum Barthæ aquis confunditur.

4. Kaltenbach ſupra pagum Lerchenborn in Ducatu Lignicenſi oritur, Lubenam oppidum alluit; complures inde molas ſibi impoſitas ad Steinam usque volvit, infraque hanc Viadro illabitur.

5. *Lomnicus*, die Lomnitz / in montanis ortus Schmidebergam attingit, ac ſupra Boberſteinum Bobero miſcetur. (a)

(a) Hunc e monte Gigantæo ruentem ſequentibus noſter Poëta laudat:

Lomnicus ex illo per ſenta, & confraga ſaxa
Monte ruens, intemperiem, tetrumque cucullum
Rupicina fugiens, propemntior ibat, ut illum
Eheu nec pietas monſtro, nec fida levarit
Sedulitas furiis: fluxu quod, & amne perenni
Verſat, agitque molas, relevatque in tempore duro
Farre famem molito, Procyon dum proximà ficcat
Flumina, congelat aut alios Borealibus auris
Bruma rigens amnes, & acuto marmore ſiſtit.

6. *Ochel* in territorio Grünbergenſi inter Lethwitz & Sweidnitz pagos naſcitur, curſuque in Orientem directo occurrentes ſibi Quelbach, Einſidelbach, ac Leimbach fluvios abſorbens: VVartenbergam inde oppidum alluens in Dynaſtiæ Beuthenſis Viadro immergitur.

7. *Rohr-*

7. *Rohrbach* in Suibuſienſi territorio naſcitur. Suibuſium ipſum rectà petit: inde in Poloniam defluens. Alias Faulobra dicitur, ad differentiam nimirum vicini fluvii Obræ, qui Poloniæ proprius.

In hoc Gammari naſcuntur a D. Sachſio celebrati, de quibus § penultimo.

8. *Tſchirna*, Fabro Cirnus, cum ſic de eo loquitur;

Sprotta brevis curſu, & breviori gurgite Cirnus
Accurrunt.

in Luſatia ſuperiore ortus fonte exit duplici (groß und klein Tſchirna) ſed utroque tandem concurrente in Ducatu Saganenſi poſt ferrifodinas complures luſtratas Bobero miſcetur.

9. *VVeisfurt* in territorio Sprottavienſi oritur: Neoſtadiumque Ducatus Glogovienſis oppidum præterlapſus e regione Carolathi in Viadrum præceps ruit.

10. *Lacus* Nöslichenſis duos ex ſe effundit fluvios, quorum unus Milbach dictus verſus meridiem in Viadrum prope Netkam Teutoniam decurrit; alter ad ſeptemtrionem Paklitz indigitatus Libenaviam, & Paradiſum Monaſterium alluit; inde in Poloniam converſus Obræ fluvio miſcetur prope Meſeritzium.

11. *Raudam* ſuperioris Sileſiæ oppidum Fluvius lambit nullo ibi nomine in tabulis geographicis inſignitus: ſed qui inde in Ducatum Glogovienſem progreſſus,

greſſus, & jam aquis rivi præſertim aurei (Goldbach) e territorio Bolavienſi erumpentis auctior factus Großgraben dicitur, juxtaque pagum Zarke, haud dum metropoli Ducatus viſa in Oderam & ipſe ſe abſcondit.

11. *Kreſſen* oritur apud Grotcoviam, eandem, ut & Michelaviam alluit, Niſſæ dein miſcetur.

13. *Kokava*, Dlugoſſo teſte, Epiſcopatum Cracovienſem a VVratislavienſi dividit, ortus ad oppidum Bythoniam ex torrente Klitzboon ac brevem nactus curſum fluvium Kladnitz ingreditur.

Alios velut minorum gentium rivos, (*a*) fluenta, atque torrentes, quia obſcuriores, evitando prolixitatis faſtidio heic omittere viſum.

(*a*) Pauſæ fluvioli prope Silberbergam naſcentis, pagum Tarnau (noſtrum in pueritia hoſpitium,) & Francoſteinam, Zadelamque (ubi triviales ſcholas frequentavimus) præterlabentis, poſt trium vero milliarium curſum infra Camencium Niſſæ ſeſe miſcentis, meminiſſe hic placuit, quod in pueritia penes illum, & cum illo, præterlapſa, noſtras ad ejus ripam delitias innocentes venati fuerimus, & panem ex molendinis ab eo actis comederimus: qui tamen, ut ut modicus eſt, interdum etiam adeo exundat, ut anno 1613 menſe Junio (ſi Rocho fides) & domos multas deſtruxerit, & homines non paucos ſubmerſerit; id, quod noſtra quoque memoria accidiſſe ſcimus, nullo tamen, quantum meminimus, his eluvionibus homine ſubmerſo.

De Aupæ fontibus in Sudeticis Alpibus vide Opitium in Hercinia.

§. 36.

VISTULA ex Sileſia oritur.

VISTULAM Dominum ac Decus omnium eorum Amnium, qui Boream verſus per Sarmatiam

feruntur, antiquiſſimæ Germaniæ Sarmatiæque ad Suevicum mare juxta Melam, Plinium, & plerosque alios, terminum. Plinio Viſtillus, alio nomine, nonnullis Iſtula vocatur; accolis Germanis die Weiſſel/ & variante dialecto die Wieſel/ Slavis VVisla. Fluvius quidem Poloniæ proprius, & omnium in hac parte maximus, nobiliſſimusque, dignus ſane, qui præ omnibus aliis ſeptemtrionis fluviis antiquiſſimam mortalium memoriam obtineat: quando nunc etiam alimenta toti propemodum Europæ tranſmittenda ad mare commodus devehit: ſed qui originem tamen ſuam non alii provinciæ, quam patriæ noſtræ debet: ob id vel ſolum hoc loco nominandus. Oritur in Ducatu Teſchinenſi e Sarmaticis Alpibus ſupra villam VVſtronie, ac verſus Boream primum Skotzoviam, indeque in ditionem Pleſſenſem, mox verſus Orientem curſu directo Oſwencinum, Zatoriam, Cracoviam, Regum & Regni Poloniæ domicilium, Cazimiriam, Sendomiriam ad Savi confluentes defertur: hinc rurſus in ſeptemtrionem flexus VVarſaviam Maſoviæ Metropolim, Ploſcum, Uladislaviam, ac deinceps in Boruſſia Thorunium urbem Hanſeaticam, mercimoniis & ſtudiis florentiſſimam, Culmam Hanſeaticam, & ipſam Grudentiam, Marien VVerder, ſedem olim Epiſcoporum Pomeraniæ, Morum, Mariæburgum, Derſaviam alluens, multa fluminum rapina jam onuſtus, quatuor milliaribus ab urbe Gedanenſi

nenſi (quæ hoc noſtro ſeculo Dantiſcum a vulgari vocabulo Dantzke, nonnullis Gedanum appellatur) ad Hovet, & Furſtenwerder in duo dividitur cornua: quorum altero verſus ortum, in ſinum aquæ dulcis, cui nomen eſt, das friſche Haff / illabitur; altero autem ſiniſtrorſum fertur, ac nobiliſſimum toto tractu, optimaque fama toti pæne terrarum orbi notiſſimum emporium ſtringens unico, eoque brevi ab urbe milliari in mare Venedicum ſive Balthicum ad Mündam exoneratur.

Viſtulæ fontes Fechnerus pag. 31 ita depingit:

Nunc ad te venio fluviorum Viſtula princeps,
In boreale latus mundi qui tramite prono
Tendunt. Tu Lygios quondam rigidosque Gothones
Robora Teutonica fortiſſima gentis Eoo
Limite cingebas, Germanis finibus arcens
Sarmaticos equites ex rapto vivere ſuetos.
Jam ſors hæc verſa eſt: emigravere coloni
Germani, Sclavisque ſolum ceſſere relictum.
Subdere ſic juſſus tergum ſervile Polonis
Viſtula, Lechiadum campos & pinguia rura
Perrigat, inque ſinum fœcunda fluenta Codanum
Mittens, Germanis iterum jam redditur oris.
His tamen & debet liquidi incunabula fontis.
Nam caput Herciniis in ſaltibus exerit udum,
Sleſiacumque ſolum rivo perluſtrat ameno,
Invitus linquens patriæ confinia terræ.

Opitius Var. Lect. cap. VI. p. 504. 505 de Viſtula quædam non proletaria obſervat.

§. 37.

ALBIS Sileſiæ Amnibus annumeratur.

Quin imo haud deſunt inter Noſtrates, qui ALBIM

BIM quoque inter Sileſiæ Amnes numerant. Albim, inquam, qui nunc vulgo Germanis ſuperioribus die Elbe / inferioribus die Elwe / Venetis ſive Slavis die Labe nuncupatur. Meminerunt ejus inter Latinos, Paterculus, Mela, Plinius, Tacitus, item Seneca, Solinus & alii. Dicitur eodem nomine Græcis Auctoribus, Straboni & Ptolomæo, ἄλβις, Dionyſ. ἄλβιος Albius: Ubi tamen corruptus eſt caſus genitivus τῦ ἀλβηίυ pro ἀλβίυ Vopiſco, & Spartiano Alba, poſterioris ævi ſcriptoribus Albia. De fonte ejus orta controverſia inter Dionem & Tacitum: quorum ille in montibus Vandalicis ῥεῖ, inquiens, ἐν τῶν ϐανδαλικῶν ὀρῶν, fluit in Vandalicis terminis, hic autem *in Hermunduris* oriri tradit. Nec multo minus inter alios de ipſo nominis etymo certamen exiſtit. Bojemi a vernaculo ſuo Labe per literarum metatheſin dictum putant. A numero fontium ſive ſcaturiginum undecim, unde oritur, Germanis appellatum eſſe Elbe / quaſi Eilfe / vir doctiſſimus Georgius Fabricius ſibi non ſolum perſuaderi paſſus eſt, ſed & Abrah. Ortelio, & aliis perſuaſit. Eorum nomina aliter ipſe, nec non Petrus Albinus, aliter Caſpar Eberhardus, aliter denique Michael Bavarus apud Nicolaum Polium exprimit. Atque ab accolis loci veriora diſcere licet; nempe in confinio Sileſiæ non longe ab oppido Schmideberg ad vallem Teuffels-Grund / quaſi dicas vallem Diaboli (ob famam de ſpectris

ſpectris illic graſſantibus) ex eo montium jugo profluere, quod hodieque *Albis ſumma*, die hohe Elbe vel Albe dicitur; Quin igitur Albis ex eodem loco originem pariter ac nomen trahat, nullatenus dubitandum videtur. Et vere montes, qui Latinis ſunt Alpes, veteribus Celtis Alben, vel Alpen ἄλπια vel ἄλβια Straboni fuiſſe dicta viri docti jam pridem oſtenderunt.

De curſu Albis vide præter alios Polium noſtratem ſub finem hiſtoriæ incendiorum.

Fontes Albis apud Fechnerum p. 29. 30 ita deſcripti leguntur:

Hercinii montes, Sudetorumque virentes
Ardua, quæ juga vicinis attollitis aſtris,
Vos adiiſſe juvat, juvat excuſſiſſe receſſus
Oreadum gelidos, quorum ſub vallibus Albis
Exerit undenis caput almum fontibus, Albis
Nympharum pater & late regnator aquarum
Teutonidum. Veſtro tantum deprompſit amnem
E gremio, qui tot populos, tot regna perernat.
Cernitis, ut primum mittat natalis aquæ vim
Bojorum in campos: liquido mox tramite flexo,
Ad ſeptem plena contendat mole triones;
Et memor, Allmanæ quod ſit prognatus in uſum
Gentis, Miſenos in agros glomembile flumen
Volvat. At hinc ora progreſſus in arva Cheruſca,
Saxoniam & late luſtrans pragnantibus undis
Partes in geminas Germanum dividit orbem,
Hammonis poſthac urbem tranſgreſſus opimam,
In patris Oceani gremium diffunditur amplum.

Fontes Albis Sileſiæ noſtræ vindicat Opitius non tantum in fabula paſtorali, quam Herciniam adpellat, ſed etiam ſylvarum lib. 1. pag. (edit. ult.) 14 in oda, quæ thermas Hirſchbergenſes, a Sereniſſ. Lygiorum Duce frequentandas, inter alia ſic alloquitur:

Rieſen-Berg erfreue dich/
Dein begrüntes Baum-Gewölbe/
Die Gebährerin der Elbe
Neige für dem Printzen ſich.
Steht zu Dienſten allzumahl
Wieſen/ Feldern/ Wald und Thal.

§. 38.

FONTES ac RIVULI ſalutares plurimi.

FONTES ac RIVULI ſalutares, (a) amœni, pellucidi, argenteas, ut cum Apulejo loquar, undas evomentes, & vel in media æſtate gelidi, quique potum ſuppeditant ſuaviſſimum juxta, ac ſaluberrimum, in montibus altis, in vallibus, in planitie innumerabiles reperiuntur: ex quibus haud minus, quam ex fluminibus paſſim locorum variis Syphonum ac Canalium generibus in Caſtella pulcherrima aquæ derivantur, magno periculis incendiorum futuro præſidio, ſi, quod ſæpe contingit, graſſentur,

Tecta per, & pavidas urbes, vicosque cadentes
*Straminea*que *caſas, & quidquid ubique domorum.*

(a) De fonte quodam, quem *ſcatebras in Sileſia recens exortas ſalubres* nominat, in epigrammate quodam lib. 5 præclarus Sileſiæ Poëta Andreas Calagius ad Joannem a Scharffenberg, Med. Doctorem, ſcripſit ſequentia:

Elicitas nuper tonitru, qua cernitur Niſſam eſt,
Voſne ſalutares prætereamus aquas?
Abſit? At enumerem vires epigrammate, quantas
Exerit immenſo nullus in orbe liquor?

Quippe,

Quippe, fere cunctos istic concedere morbos,
Gallorum præter, conscia fama canit.
Si nobis meliora dabunt hinc fata recursum,
Nostinque clarescent lumina fontis ope:
Quod nomen vobis vix inclarescere cœpit,
Ad cœlum memori carmine, quæret iter.

Quod autem nomen sit loci illius, in quo aquæ istæ scaturiant, hactenus rescire non potuimus.

In pago Olbersdorff ad Franckstеinam fons emanat, sulphur & alumen ferens, quo ante nonnullos annos multi sanati fuere: qui vero latiore fossa postea auctus, accedente forsan quadam, ut vocant, fera vena, aut scaturigine, virtute, qua ante pollebat, Medica, vel non pollet amplius, vel quia ab ægris negligitur, pollere non advertitur.

Amœnorum fontium nomen merentur præ cæteris Hermsdorffensis prope Goldbergam, & Queckensis (der Queck-Brunnen) prope Boleslaviam ad Boberum, cujus amœnitatem Opitius lib. 4 Sylvarum Sonulo IV celebrat. Qui hodie Fons Regius dicitur; causam vero hujus Epitheti insinuat noster sequenti capite, dum de Boleslavia tractat, ubi pluribus de eo.

§. 39.

THERMARUM Origines.

Nec desunt adeo Silesiæ calidarum aquarum uberrimæ scaturigines: Quæ cum non exiguum sint naturæ clementis munus, haudquaquam sicco pede prætereundas duco.

Enim vero terra hæc, quam calcamus, non modo prope infinitis excesa est poris, & hiulca; sed quanta quanta est, continuis prope sinubus, immensisque velut barathris excavatur, iisque minime vacuis, sed aëre, sed aqua, sed multiplici vapore, imo igne prægnantibus, ac turgentibus. Vaporem sane in terræ penetralibus stagnantem, & inclusum humidum aqua passim

paſſim ubique locorum ex terræ gurgite ſcaturiens, ac dimanans, heic ſincera, illic impura, omninoque pro multiplici vaporis ingenio varia ſatis arguit: ſiccum autem & calidum diverſæ mineralium, metallorum, lapidumque ſpecies, nec non ignis ex antris terræ in ejusdem ſuperficie, longe lateque eructans & emicans luculenter prodit. Et vero latentis in terra (*a*) ignis, quæ clariora indicia, effectaque haberi poſſunt, quam fumus, caligoque aërea late complens? flammæ ac favillæ late diſperſæ, & tam crebra, vaſtaque, ruptis veluti caminis, incendia e montium verticibus erumpentia? ut omittam ſulphuraria, æſtuoſaque, & ferventium terrarum loca, imo maria, quæ fluvios ignes magnam tellurem præterlabentes ſuo amplo excipiunt alveo.

Principio tellus habet in ſe corpora prima, inquit Poëta,

Unde mare immenſum volventes flumina fontes
Aſſidue removent: habet ignes, unde oriantur.
Nam multis ſuccenſa locis ardent ſola terra,
Ex imis vero furit ignibus impetus Ætnæ.

Et clarius alter Poëta Manilius:

Sunt autem cunctis permiſti partibus ignes
Qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubes,
Et penetrant terras, Ætnaque minantur Olympo,
Et calidas reddunt ipſis in fontibus undas, &c.

Ab his ergo ignibus, queis juge pabulum alumen, ſulphur,

ſulphur, bitumen, & hujuſmodi alia præbent juxta illud Poëtæ:

Sive bitumineæ rapiunt incendia vires,
Luteaque exiguis ardeſcunt ſulphura fumis.

Cum incaleſcens tellus vaporem in ſuperiora emittat loca, fit, ut eo offenſi vicini fontes inter venas ſuas efferveſcant, atque ita calidi profluant: incorrupto interdum ſapore, ac tepidiores, ſi remotior ab ignis pabulo fontium ortus: at ſi per ipſa loca ſulphure, alumine, ferro, nitro, bitumine plena tranſeant aquæ, non fervorem modo, ſed & ſaporem atque odorem beneficio materiæ, per quam fluunt, trahant.

(*a*) Rectius originem caloris Thermarum auctor cum Ariſt. & Empedocle noſter petit ab igne ſubterraneo, qui interdum tantopere aquas calefacit, ut animantia immerſa depilent; Exempla ferventium ejuſmodi aquarum recenſent Agricol. lib. 3. de nat. quæ effluunt c. 14. Cæſalpin. lib. 1. de Metall. c. 7. Baccius de thermis aliique. Rectius, inquam, calorem illum hinc deducit, quam Seneca lib. 3. quæſt. nat. c. 24 a calce viva, aut alii a radiis ſolis; Et ſane ſi a calce viva oriretur thermarum calor, non tantum redolerent lapidem calcarium, id quod rariſſime fit, ſed & calor ille minus eſſet diuturnus; lapis enim cito conſumitur, thermæ vero per multa durant ſecula. Et ſi radii ſolares terram poroſam, raram ac mollem permeantes cauſa ejus caloris ſunt, quî fit, ut non omnes aquæ fontanæ, & fluviatiles ſoli expoſitæ inde calorem nanciſcantur? Magis adhuc a veritate abeunt, qui vel a ventis ſubterraneis & valido aquarum motu, vel a ſulphure, per quod aquæ fluunt, thermas calefieri contendunt. Nam ſi motus ad calorem aquæ aliquid confert, cur non aquæ, quæ magno cum murmure & impetu ex altiſſimorum montium cacuminibus volvuntur, calidæ ſunt? ſi vero a ſulphure calorem aquæ mutuantur, cur non omnes ſulphur redolent? aut nonne ſatis conſtat, quasdam aquas calidas omni ſulphure deſtitui, quod de Villenſibus teſtatur Solenander, de aliis alii. Nec Chymici exhauriunt negotium hoc, & vix hic

applicari poſſunt, quæ leguntur apud Helmont. de febrib. c. 9. §. 25. & ſeq. atque hinc ut plerique etiam recentiores eandem cum auctore noſtro ſententiam profiteantur, quemadmodum conſtat ex Joach. Becheri Phyſic. ſubterran. lib. 1. ſect. 2. cap. 4. §. 9. Joh. Baptiſta Hamelio, & recentiorum Phyſicorum Primipilo Claudio Perrault aliisque pluribus.

§. 40.

THERMÆ HIRSCHBERGENSES earumque Virtutes.

Hujuſmodi fontes ſunt duo parvi milliaris itinere ab Hirſchberga oppido celebri in pago, qui Warmbrunn dicitur, (nos ad aquas Sileſiacas Veterum conſuetudine vocare poſſumus, quibus moris fuit hujusmodi loca, in quibus calidi fontes ſunt, aquarum nomine adpellare) haud magno intervallo ab ſe invicem diſtantes, calidis aquis ebulliunt: quos variis corporum morbis curandis efficaciſſimos eſſe (ſi quis ex Medicorum præſcripto ac legibus præparatus accesſerit) multis experimentis cognitum eſt: & adhuc indies magis ac magis cognoſcitur, quam plurimis utriusque ſexus mortalibus, variis ex locis, valetudinis recuperandæ gratia, eo confluentibus. Utraque ſcaturigo colligitur in ſcrobe effoſſa, quælibet tamen in ſua propria, ut commodius inſeſſio fieri poſſit, quæ ſit ad mentum usque. Prior, qui ligneo pariete & aſſeribus continetur, ob idque ligneum lavacrum, & quia pauperi plebeculæ deſtinatum eſt, omnibusque patet, lavacrum egenorum vulgo nuncupatur, ex argilla, ſeu cœno lento, pingui, copioſo, arena & glarea per-

permixtis ſenſim promanat. Aqua moderati eſt caloris: plurimum ſulphurea: atque adeo mediocriter calefacit, exſiccat valde, ex alto trahit, diſcutit: præterea cachecticis, & omnibus aliis, quibus totum corpus, vel pars aliqua, exſiccatione & calefactione indiget, apprime utilis. Alter, qui muro & lapidibus quadratis foris circumdatus eſt, interius vero aſſeribus cinctus, ut inſidere in alveum homines duodecim vel quatuordecim poſſint, lapideum balneum dicitur, qui non ſunt de infima plebe. Profilit ex ſaxo duriſſimo excavato. Atque ultra primum gradum calida ſulphurea, ſed minus quam illa, quæ in fonte ligneo, vim præterea habens aluminoſam & ferream. Bituminis igitur, ac ſulphuris ratione emollit, ac diſcutit etiam tendines ſcirrhoſos; ob alumen vero & ferrum adſtringit, & corroborat: itaque propter mixturam prædictorum partim reſolvit, partim vim ac robur membris adjicit, & meatus coarctat; unde fit, ut qui fluxionibus ad ſcapulas, ad ſpinam, ad coxendicem, ad juncturas manuum & pedum obnoxii ſunt, ad has potiſſimum thermas ſeſe conferre ſoleant; viſique haud raro & viri, & mulieres pedibus capti, ac pæne immobiles inferri, poſt aliquot autem dies baculo innixi, etſi lente huc illuc ſe transferre, ac tandem libere ſine ullo fulcro pedibus jam validis incedere.

Conducunt eædem humidis & frigidis morbis, catarrhis, diſtillationibus, cephaleæ, (ſi ex frigida cauſa)

hemicraniæ, ſibilo aurium, ſuſurro, tinnitui, earumque fluxionibus, & doloribus, nec non gingivæ affectibus. Ventriculo (ſi intemperies humida & frigida) auferunt cibi faſtidium, appetentiam excitant, concoctionem promovent, dolorem mitigant, vomitiones compeſcunt. Tollunt quoque obſtructiones, viſcerum flatus craſſos reſolvunt, & præſens ob id contra colicam (ſi ex frigida ſit cauſa) præbent levamen. Nec deſunt, qui teſtantur, calculoſis haud parum profuiſſe, calculum attriviſſe, dejeciſſeque, lumborum, dorſi, laterum cruciatus reſolviſſe, gonorrhœam curaſſe, in mulierum, ad hæc & matricis humidis ac frigidis morbis efficaciſſimum fuiſſe, quippe cum uterum expurgent, frigidum calefaciant, lubricum & humidum exſiccent, roborentque, reddantque fœcundum, & conceptioni idoneum: menſes etiam retentos provocent, nimium fluentes reprimant, inordinatos corrigant, pruritum denique, ſcabiem, cutis maculas, & ſimilia curant.

E contra vero obſunt calidis & biloſis naturis, morbisque ex ſimili cauſa prognatis, febricitantibus, acutis morbis, aſthmaticis, phtiſicis, tabicis, hydropicis, viſcerum inflammationibus, maniacis, melancholicis, gravidis, lue Venerea infectis, ulceribus, ſerpentibus, infantibus, ſenio confectis. Atque hæc omnia ſic tradentibus Medicorum filiis, & inter hos maxime Caſpare Hoffmanno Leobergenſi, Electoris Brandenburgici

burgici Archiatro, & Caſparo Schwenckfeldio Gryphimontano: Quorum illius epiſtolam ad Paulum Lutherum, Electoris Saxoniæ Medicum, inter Epiſtolas Scholtzianas, hujus autem Commentarium eruditum lingua vernacula de fontium iſtorum uſu ac virtute conſcriptum, qui plura cognoſcere cupit, legat. Noſtri enim inſtituti non eſt, exactius iſthæc perſequi. (a)

(a) Thermas Hirſchbergenſes duplici carmine celebrat Fechnerus pag. 33-35, utroque digno, quod hic legatur.

O fons Hygéa ſoſpitis arbiter,
Præſens calentis vi laticis graves
Sanare morbos, ſpemque torvi
Ludere præcipitem Charontis.
Te purpuranti picta colit roſa
Malas juventus, te calido expetit
Voto ſenectus, agritudo
Quæ vetulo eſt frigili perennis.
Te pauper optat ſollicita prece,
Te dives ambit, cum podagra improbus
Vexat dolor fixum gnbato,
Atque tuos inhiat liquores.
Formidoloſa ne lue concidat
Mortale corpus, neu ſubito hoc ſtyga
Emiſſus atra lictor orci
Sternat atrox ſpolietque vita.
Te viſit ultro blanda Lubentia,
Feſtos amores & Charites manu
Ductans amica, nec voluptas
Dulcis abeſt, Geniumque latus.
Sed dirus hydrops, acris & iſchias
Tuſſisque cedit: diffugiunt pede
Nutante febres, morsque nigra
Teque tuosque timet receſſus.

Salve ſalutis tutor amabilis,
Salve medela Paeonia tenax,
Quam ſulphur ardens nutrit intus,
Igniſluus atomis redundans.
O funde lymphas e calido ſinu
Semper ſalubres, ſemper Hyge tuis
Praſit ſcatebris, dum propinquus
Arva fluet per aprica Zacus.

Eædem Thermæ.

Si mihi ſint linguæ centum, ſi Phocis inundet
Fonte cabillino mea pectora, Phœbus & ipſe
Pieria donet citharæ mihi mobile plectrum,
Non potero memorare ſatis, quæ dona miniſtrat
Humano generi calida ſcaturigo ſalubris
Lymphæ. Sunt peniti Veſtæ caciique meatus,
E ſiphone cavo tacitæ in tellure latentes
Qui jaculantur aquas medicas. Has ſulphure vivo
Ferventes undante ferunt erumpere ab æſtu.
Tales emergunt geminis in Sleſidos oris
Auſtriæ thermæ, quæ ſub Sudetibus altis
Urbs a cervorum venatu dicta pateſcit,
Et qua Landecum Bojamis dividit agris
Colles Hercinia præſinos. Huc confluit æger
Plurimus e varia terræ regione, ſalutem
Corporis inde petens trucis in diſcrimine morbi,
Tollere quem neſcit curæ panacea medentis.
Confer jam Pactolus opes quas aurifer adfert,
Et dices, Thermas potiores fundere gazas.
Si ſanum recipis corpus, nil, crede, valebunt
Divitiæ tibi regales affundere majus.

§. 41.

BALNEIS quomodo, & quamdiu utendum?

Tametſi vero potæ quoque (ſi modo bibantur poſt exhauſtum & mundatum fontem, antequam quis-

quisquam insideat scaturientes) eximiam multis operam contulerunt, balneis tamen sive lotionibus multo maxime serviunt. Idque potissimum in Maji medio, & frequentius Junio Mense, eo quod etiamnum medio Majo ab niveis montium cacuminibus venti spirent frigidiores. Quibus vero verno tempore ire non licet, ii Augusto & Septembri se huc conferant. Tempus balnei pro cujusque natura, & viribus, ac modo operationis mensuratur; nec enim fas est, de omnibus pariter statuere, cum dispares sint plerique. Solent tamen magna ex parte balneis centum horas impendere, sed ita determinatas, ut primis diebus paulatim adscendant, sequentibus in statu perseverent, postremis numerum diminuant, & ad principium redeant: ne repente abrupta lotio periculum valetudini adferat ob subitam aëris alieni alterationem. Ponamus ergo in horis senarium numerum fore summum, ultra quem raro quis progreditur; tum vero horas ita distribuunt, ut per biduum singulis diebus insideant hora una: sequenti biduo moræ horam adjiciant dimidiam, tum ordine procedant, ad duas, tres, quatuor, quinque, sex horas: quoque diutius lavare constituerunt, eo pluribus diebus sex horis lavent; non tamen uno, eodemque in sessu continuandis, sed juxta temporis antemeridiani & pomeridiani partitionem incidendis. Postquam officio satisfeciſſe Thermæ videntur, tum ordine retrogrado quotidie de mora detrahitur,

trahitur, & iisdem gradibus horæ balnei diminuuntur, quibus ante augebantur. Vulgarium opinio est ad summum balnei perventum, ubi cutis adparent pustulæ, & efflorescentiæ rubræ: ac tum primum de horis aliquid remittendum, nec e thermis discedendum, nisi sanata prius cute. Biß es ausschlägt/ und wieder vergehet.

Idque tribuunt facultati, ac laudi thermarum. Caput lavare aqua obest: sicut & refrigeratæ vis imminuitur: nec transportata, quamvis in vicinum oppidum, quod medio duntaxat milliari abest a thermis, eandem habet, quam in propria scaturigine, efficaciam. Contiguum thermis Laconicum est, seu sudatorium, cujus usu præparari potest corpus ad lavacrum, ut apertis cutis meatibus facilius aqua thermarum ad interiora penetret.

§. 42.

SCHAFGOTSCHIANÆ a Laubano celebratæ.

Quin haud ita pridem Baro Schaffgotschius thermo-venam, ligneam olim, novo, magnificoque palatio exornavit a Melch. Laubano versibus descripto, dignis equidem, qui heic quoque legantur.

O de ruinosa atque humili casa
Educta in auras artificum manu
Fabra, Deabus sanitatis
Najadibus domus apta salve!

Salve

Salve rotundo circuitu foris
Deſcripta moles, quæ media tui
Bis parte ſenſim arctata tandem
Deſinis in teretem cylindrum!
Plaga hac, eidemque oppoſita eminent
Fores ſuperbæ; quas quibus eſt datum
Intrare, bis ſenæ patent mox
Anterius Cameræ per orbem.
Diſcocta nempe hæc ſunt ſpoliaria
Prompte exuendis commoda veſtibus.
Mox unde lauturi ſalubres
Corpora nuda ferunt in undas.
Terræ profundis e ſcatebris aquæ
Stagnant calentes ſulphure plurimo, &
Aluminis, ferri, nitrique
Suppetiis bene temperatæ.
Sexangularis gurgite claudit has
Capace Crater; cui ſupereminet
Crepido ſuſtenta crebris
Marmore de niveo columnis.
Sex oviformes dum domui undique
Claram feneſtræ lucem Hyperionis
Donant: Feneſtellis tot infert
Solem apice e ſupero cylindris.
Ætate noſtra ſcilicet ardua
Delubra Romæ qui ſtudioſius
Conſideraverunt, figuram
Hic Mariæ inveniunt rotundæ.

Hac ſe recens hæc Gotſchiada Inclito
Structura debet; Gotſchiada cui
Pallas togata, armata Pallas
Sponte ſua opulentitates
Tranſcripſit omnes. - - ſacro huic
Dum caſtius pro tempore gurgiti
Corpuſculo defenderint, ſi
Lutra meo medicata ſævos
Renum dolores, articulisque ſi
Redibit iſtis ſaltem aliquis vigor
Antiquus, inſanis podagra
Torminibus male diſſipatus.
Na poſt Jehovam, qui mea vita, qui
Mea eſt valetudo, ipſaque ſanitas,
Hoc omne raris imputabo
Gotſchiadæ meritis, in æde
Hac innovanda magnifice; dedit
Fruenda ſeris quæ modo Poſteris.
Pol quo quis eſt excelſior, rem
Promovet hoc magè poſterorum.

Obiter hic monemus, celebrati easdem thermas ab celebertimo Opitio tum in Hercinia pag. 276, tum Oda illa, quam ſylvarum lib. 1 extantem modo laudavimus, tum etiam Sonulo quodam Germanico, ibidem p. 47, quem ob elegantiam hoc loco adſcribendum duximus:

Ihr Nymphen / die ihr hier um dieſes grüne Thal/
Das mit dem Schnee-Gebirg' und Alpen ſteht umgeben/
In ſtiller Einſamkeit verbringet euer Leben/
Ihr weiſſen Najades/ und du/ o ſchönes Qual/
Durch deſſen werthe Krafft die Menſchen ſonder Zahl

Bißher

Bißher geneſen ſeynd/ wölle ihr nach Ehre ſtreben/
Die nimmer ſterblich iſt/ und euch noch höher heben/
So nehmt diß edle Pfand/ das nun auch dieſes mahl
Sich zu euch her gemacht/ geſund und friſch zu werden.
Bewahret und verſorgt die Hoffnung unſrer Erden/
Diß Landes beſten Troſt/ ſo bringet ihr den Danck
Der Treu und Wachſamkeit/ daß ihr durch euer Pflegen
Habt den erquickt/ an dem uns ſämtlich iſt gelegen.
Iſt er nicht mehr wohl auff/ ſo ſind wir alle kranck.

§. 43.

Loci circa Thermas Amœnitas.

Adauget Thermarum præſtantiam nativa loci (*a*) amœnitas, quippe cum ſitæ ſint intra Sudetes ad Zacum fluvium elegantiſſimâ planicie, haud ita magna, & ex omni fere parte montibus, collibusque obvallata, ut cum Statio Papinio haud injuria dicere liceat:

Net ſi Bajanis veniat novus hoſpes ab Oris,
Talia deſpiciat (fas ſit componere magnis
Parva) Neronea nec qui modo lotus in unda,
Heic iterum ſudare neget.

Niſi cui fortean lubeat potius Auſonianos huc transferre verſus:

Quodſi Cumanis huc afforet hoſpes ab oris
Crederet Euboicas, ſimulacra exilia, Bajas
His donaſſe locis: tantus cultusque, nitorque
Allicit, & nullum parit oblectatio luxum.

Pagus ipſe Dominos agnoſcit ex parte Baronem Schaffgotſchium, cujus nimirum progenitori adeo genero-

ſiſſimæ familiæ primario, Gotſchoni Schaffio, Balco Dux Sileſiæ Swidnicenſis, quod in bello Erfurtano ſtrenuam ſibi operam navaſſet, thermas iſtas una cum Dynaſtia Gryphimontana, Kynaſtina, aliisque pertinentibus donavit; ex altera autem Abbatem Griſſovienſem, idque beneficio ejusdem familiæ: ceu teſtatur documentum ex Archivis Monaſterii impetratum, quod Vir Nobilis ac Clariſſimus D. Jacobus Schickfuſius, Conſiliarius Cæſareus ac Fiſci Sileſiaci Patronus, publice nobis repræſentandum duxit.

(a) Lege Herciniam noſtri Opitii.

§. 44.

THERMÆ LANDECENSES.

THERMÆ LANDECENSES ad Comitatum pertinent Glacenſem: ſed qui cum & ipſe aliquando pars Sileſiæ fuerit, factum inde eſt, ut & ipſæ Thermæ a Scriptoribus nonnullis Sileſiæ annumerarentur. Nomen illis vulgare St. Georgen Bruñen. Aqua ſubviridis, ſed frigidior, calefactione opus habet. Calefacit ipſa, ſiccat, extenuat, abſtergit, nervos roborat frigidos. Opitulatur contracturis, ſpaſmo, convulſioni, podagræ, chiragræ, aliusque a frigida cauſa morbis. Reſolvit aurium tinnitum, viſum acuit, oculorum dolores mulcet, renes & veſicas excalefacit, appetitum proſtratum erigit, &c.

Hæ aquæ an thermæ vocari poſſint, dubitat Balbin. in miſcellan. hiſtor. regn. Bohem. lib. 1. c. 24. De Virtutibus harum aquarum medicis peculiari libello egit D. Adamus Frideric. Kremer. Quo cum ſucceſſu ægri

in

in variis morbis ad ſalutiferas has confugiant aquas, Collegæ Academ. Naturæ Curioſor. Leopoldinæ Vratiſlavienſes doctiſſime expoſuerunt in hiſtor. morborum, qui anno 99 ſuperioris ſeculi apud nos graſſati ſunt, p. 93. & ſeqq.

§. 45.

FONS S. JOANNIS.

Fons calidus S. JOANNIS, ſive S. Joannis Brunnen in Sileſiæ finibus verſus meridiem intra montes Sudetos. Aqua omnis odoris & ſaporis expers, ſubtepida eſt, & ignitis lapidibus ad lavantium uſus calefit. Medetur illa, ſive bibas, ſive laves in ea, frigidis affectibus, fluxionibus, aſthmaticis, calculoſis, inteſtina frigida habentibus, paralyticis, colica laborantibus, calles emollit, luxata, convulſa reſtituit, &c.

§. 46.

SALSULA ſive Saltz-Brunn.

Quinto lapide ab Arce Fürſtenſtein in pago Saltz-Brunnen/ aqua & ſalſula pura, clara, limpida, muro quadrato clauſa, ſulphuris exigui particeps, ochræ item ferruginoſæ, quæ canali adhæret. Aqua hæc gratiſſima ad potum, & ruſticorum nectar tempore meſſis. Sitim mirifice reſtinguit, appetitum excitat, ventriculum laxum roborat, a pravisque humoribus liberat: ſiccat, aperit, abſtergit, cruditates emendat, concoctionem promovet, meſaraicas venas reſerat: renum, veſicæ obſtructiones tollit, & quia diureticus, calculos pellit. Dicitur quoque ventris do-

lores & tormina potu aufferre: quin hydropici etiam, tabidi, & cachectici ejus frequenti usu pristinæ sanitati fuisse restituti dicuntur. Rustici vaccis sorbendum dant lactis augendi causa, idipsum testante Casp. Schwenckfeldio.

§. 47.

ACIDI FONTES sive ACIDULÆ.

ACIDI fontes, in Comitatu quem dixi Glocscano plures uno, in ipsa autem Silesia minus frequentes: nec tamen omnino nulli reperiuntur, e quibus, qui in Ducatu Carnovienſi, magno & palati & stomachi bono bibi, melioremque valetudinem iis adjectam fuisse, compertum est. (a)

(a) His annumerantur Acidulæ Tannhausenses, & Reichenovienses in Swidnicensi Ducatu, & Girenses in Jarovienſi, quæ ultimæ ab affluxu feræ scaturiginis & sapore & virtute, qua ante pollebant, hodie ferme sunt destitutæ.

Inter Acidulas nostras autem eminent illæ, quæ a viciniore pago der altwasserische Sauer-Brunn / qui vix decem pedibus a molendino pagi Alt-Wasser lignosa arboris excavatæ circumferentia incluſus reperitur. Ejus naturam & contenta Medici explorarunt. Narravit mihi Cl. D. D. Helwich, a gallis affusis alium has aquas quidem induere colorem, sed qui non exacte niger sit, sed obscurus violaceus; a Spiritu salis affuso ut & Spiritu nitri instillato nullam in hac aqua observari mutationem, nec a solutione cinerum clavellatorum per deliquium. Huic aquæ calenti si Thee, tot hominum hodie delitium, infundas, acquirit colorem brunnum, non autem nigrum, quod est documento, non æque vitriolum in nostra abundare. Contenta fixiora monstrat evaporatio. Hæc in loco scaturiginis si ad cuticulam usque instituatur, terra ochrea lac sulphuris quodammodo æmulans in lingua solubilis, calefaciens non nihil in fine dulcescens colligitur; si vero ad siccitatem usque evaporetur, sedimentum gustu & colore exactissime nitrosum remanet. Confer. Decur. 1. Ephemer. German. An. 4.

An. 4. obſerv. 97. Vratislaviæ ſi fiat Evaporatio ad cuticulam usque, in fundo vaſis & lateribus ejusdem ſpectatur, terra furfuracea gryſea, inſipida; ſi vero ad ſiccitatem usque exhaletur, remanet pulviſculus albiſſimus inſipidus. Narratum quoque mihi eſt, in acidulis per annum Vratislaviæ ſervatis inſtitutam fuiſſe exhalationem ad medium usque, ac in his deprehenſam fuiſſe terram furfuraceam levem aliquo modo reſplendentem & ochræ miſtam; cum vero deinde usque ad ſiccitatem facta fuiſſet exhalatio, iterum quidem remanſiſſe terram albam, ſed eam habuiſſe ſaporem, ſalſo acidum, & adſtringentem. Noſtri in omnibus affectibus chronicis magnas his acidulis tribuunt virtutes, ac invenias quibus loco potus ordinarii ſunt.

Poſtea innotuerunt etiam aliæ acidulæ, e. gr. der Salßburner / Reichenauer / Oberlangenauer / ꝛc. in territorio Glacenſi. Iſtæ ad nos fere turbidæ adferuntur, ſi guſtes, ſapore ſubacido, qui mox in ſalſum parum adſtringentem vertitur, linguam afficiunt. Contenta ejus prodit evaporatio, hanc ſi rite inſtituas, reliquum erit ſal alcalici ſaporis inſtar ſalis ex nitro & tartaro parati, quod cum deſtillato aceto effervesçit. Illæ (ex Reichenau) limpidæ ſunt inſtar aquæ fontanæ, & citra ſedimentum ullum ad nos adferuntur. Saporis ſubacidi ſunt & ſalſi cum leniſſima vi adſtringendi. Nullo odore nares feriunt. Gallam contuſam ſi commiſceas, turbantur, & nigra ſubſtantia ad fundum ſubſidet. Si Spiritum ſalis armoniaci, oleum tartari per deliquium &c. infundas, aqua turbatur & aliquo modo albeſcit, ſed ad imum nihil quicquam præcipitatur. Nec ullam in has vim exerit ſpiritus nitri. Si poſt hunc aquæ affuſum inſtilles iterum ſpiritum Salis armoniaci, magna excitatur effervesçentia. Cum aqua per aliquot ſeptimanas ſepoſita eſſet, Vitri lateribus & fundo adhærere videbatur terra quædam, qualis etiam in alembico poſt deſtillationem in arena reſidua eſt. Hæc in lingua colliqueſcit & tamen nullum prodit ſaporem. Ultimæ tandem acidulæ itidem limpidæ exiſtunt, ſed ſedimenti parum inſtar Ochræ in fundo ſpectandum offerunt. Suavi acrimonia ſubacida guſtui blandiuntur, quæ in dulcedinem martialem deſinit. Ex commiſtis gallis obſcurum, ſed non plane nigrum nanciſcuntur colorem, ſi ad cuticulam usque evaporentur, in ſuperficie cremorem album cernere licebit; ſi vero proſequaris opus ad ſiccitatem usque album, ac reſplendens ſedimentum inſtar talci videbis, hoc poſt aliquot dies linguæ admotum ſalſum & acidum ſaporem prodit. Sunt & plures aliæ acidulæ poſt tempora Schwenckfeldii, qui ſub initium lib. 3 de foſſil.

pag.

pag. 357 ait, *binos tantum fontes acidum quoddam resipientes intra Sudetes ad Silesiorum fines existere*, detectæ, sed in quarum vires inquirere Medicis nostris non fuit integrum. Sicuti & illud ingenue fatentur, quodne illarum, quas hic breviter descripsimus, vires in corporibus ægrorum sufficienter adhuc dum fuerint exploratæ. Et utinam liceret Medicis nostris & aliis Physicæ peritis rectius examinare aquas ejusmodi medicis virtutibus gravidas; ita judicare facilius possent, quibus morbis & cui ægrorum constitutioni conveniant? Præiverunt hac in re Germanis Galli, & prostant observationes super aquis mineralibus diversarum provinciarum Galliæ in Academia scientiarum Regia A. 1670 & seq. magna & exquisita diligentia factæ a D. Duclos Consil. & Medic. Reg. Ordin, perplacet sane methodus, quam in examine observarunt, quam heic transcribere minime pigrabimur. Voluerunt autem notari,

1. Unde aquæ illæ allatæ essent?

2. Quo tempore, quave aëris dispositione ab ipsa scaturigine exceptæ essent?

3. Quando in lagenas ad transmittendum missæ essent?

4. An in lagenis puris bene obturatis conservatæ essent?

5. An aliquid in lagenis subsedisset, & quale illud esset?

6. An aquæ illæ limpidæ essent vel turbidæ?

7. An odorem vel saporem quendam manifestum haberent?

8. An pondere ab aquis simplicibus & communibus differrent?

9. An tincturam vel colorem aliquem a pulveribus gallæ, foliorum quercus, corticum granatorum, myrobalanorum &c. reciperent.

10. An aëri expositæ, vel non nihil calefactæ colorem mutarent?

11. An per alembicum in balneo Mariæ elevaretur, & primum distillaret subtilior reliquo liquor, & an aliqua in diversis portionibus unius ejusdemque aquæ, seorsim exceptis, differentia occurreret.

12. An in superficie illarum aquarum, dum igne moderatissimo distillatio vel evaporatio absolvitur, pelliculæ quædam formarentur; vel an aliqua terrestris concretio, floccorum instar, in aqua hinc inde ferretur, aut in latere vasorum, vel fundo hæreret, & qualis illa esset.

13. An post totalem fere aquæ distillationem vel evaporationem in residuo liquore, in frigidum locum misso, salina quædam, fibrosa, granulata, foliorum instar, vel aliter composita concretio formaretur.

14. An aqua ad siccitatem usque distillata, sedimentum quoddam relinqueret, & quale, quantumque illud esset.

15. An

15. An terreſtria ſedimenta aliquid Salis retinerent, vel non.

16. Ad quam Salis vulgo noti ſpeciem referri harum aquarum Salia poſſent.

17. An Mercurium ſublimatum, in aqua communi ſolutum, præcipitarent in colorem rubrum, coccineum vel flavum, & an terras etiam vitrioli communis ſulphureas præcipitarunt, perinde ut nitrum verum antiquorum, & natrum Ægyptiacum, vel gluten album, & borax foſſilis, nec non alcalia, vel ſalia fixa ſulphurea plantarum.

18. An ſyrupum violatum mutarent in viridem, & an cœruleum tornaſolis colorem ope acidi aluminoſi vel vitriolati, aut alterius reſtituerent, quod vera nitra faciunt.

19. An tornaſolem rubore inficerent, quod facit alumen & vitriolum.

20. An liquorem ſalis fixi tartari ſolutum prompte condenſarent, & coagularent, quod ſucculenta, & ſecunda portio ſalis communis facit, quæ non condenſatur ſine prævia totali evaporatione aquæ, in qua ſal ſolutum eſt.

21. An aliquam mutationem efficerent in aliqua ſolutionis mercurii ſublimati, vel vitrioli, nec in colore tornaſolis, & ſyrupi violati, nec in liquore ſalis tartari ſoluti, non magis quam ſal nitri, & prima portio ſalis communis, quæ in frigido & humido in cryſtallos vertitur.

22. An terreſtres harum aquarum reſidentiæ, poſt ſeparationem ſuorum ſalium, omnes vel quædam in aceto vini diſtillato cum aliqua effervescentia ſolvi poſſent, perinde ut quædam cretarum ſpecies, & terra candida coagulationes ſalium nitroſorum, & alcalium, a miſtura ſecundæ portionis ſalis communis productorum.

23. An terreſtres hæ reſidentiæ a ſale liberatæ, & in ignem miſſæ, ac in crucibulis Germanicis fortiter ignitæ fixæ eſſent: an colorem mutarent, vitro obducerentur, vel in calcem redigerentur, & an ope ſalis reductivi aliquid metallici ex illis elici poſſet; nec ne.

24. Et an hæc ſalia depurata poſt fuſionem in igne, & bonæ notæ crucibulis vitriatis, extraordinarium quendam colorem induerent.

Hæc aquas minerales examinandi ratio ſatis commoda viſa eſt, ad acquirendam aliquam proprietatum illarum cognitionem, & quidem majorem, quam illi, qui de his ſcripſerunt, habuiſſe videntur, & qui non niſi ab effectis, qui ad diverſas cauſas referri poterant, judicium tulerunt.

Secundum hoc examen, in numeroſa multitudine aquarum a di-

verſis ſcaturiginibus allatarum, tum calidarum quam frigidarum, particulatim obſervata ſunt ſalia & terræ diverſarum qualitatum, & in quantitate diverſa.

Salia aquarum, quæ ad Academiam allata, & poſt diſtillationem vel lenem evaporationem condenſata ſunt, ad duo genera reduci poſſunt: alia ſc. ad nitrum antiquorum, quod eſt ſal ſulphureum minerale, quale alcali plantarum alia ad ſal commune, in utraque differente ſua portione, vel ſecundum utriusque miſturam conſideratum. Quamvis ſi dicendum, quod res eſt, multum etiam ad ſummam rei conferet, noſſe vicini ſoli & canalium, per quas fluunt, qualitatem; item num certas aliquas mineræ fodinas regio habeat, & quales inde aquæ effluere ſoleant &c. Nec Angli hac in re ſuam paſſi ſunt deſiderari diligentiam, ut conſtat tum ex aliis tum ex Martini Lisleri Exercitat. & Deſcriptionib. Thermarum ac fontium Medicat. Angliæ. His probandi modis addi poſſent etiam alii, quos recenſent Baccius, Guintherus, Andernacus, Tabernæmontanus, Fallopius, Mercurialis, Fuchſius, Geſnerus, Agricola, Hauptmannus, & noviſſime etiam Vicarius in hydrophylacio novo, aliique plures.

§. 48.

LACUS Sileſiæ.

LACUS in Sileſia non pauci, iique ambitu & amœnitate ſpectabiles: quorum piſcatu nihil aut jucundius, aut fructuoſius. Inter eos non poſtremi loci Cunicenſis, (*a*) Coiſchwitzenſis, Slabacenſis, Katzenauer in Ducatu Lignitz, (*b*) Rhorbachenſis, & Nöslichenſis in agro Suibocenſi, der heilige See in territorio Grünbergenſi, itemque der Kölßger See in Ducatu Glogov. atque alii, quorum nec numerum, nec adpellationes cum certa fide referre poſſum. (*c*) Gigantæo quidem monti lacus adjacent bini: accolæ den groſſen und kleinen Teich vocant; quorum ille occiduus, montibus a meridie altiſſimis, perpetuaque nive

nive rigentibus, ex parte autem ſeptemtrionali ſcopulis minus altis circumdatur. Aqua ipſa nigricat dira, & ferruginea facie, immenſæ profunditatis, ac vadi incomperti: adeo quidem, ut cum anno hujus ſeculi decimo ſexto poſt Divi Joannis feſtivitatem Illuſtris Baro Joannes Ulricus Schaffgotſchius ejus loci Dominus ratibus ſuperimpoſitis hoc in lacu (id quod nemo a multis annis propter ſubito exorientes tempeſtates ſine notabili corporis & valetudinis jactura conari auſus fuerat) circumveheretur, filaque ad Cl. hominis longitudines menſurantia (Faden nautæ vocant) ſecum haberet, ejus tamen profunditatem, in medio potiſſimum, metiri nequiverit. Nullos alit piſces: nec aliud quicquam præter ranas ac bufones generat. Alter minor orientalior, & depreſſior, in quem multæ aquæ ex montibus decurrentes ingrediuntur. Trutis abundat maximis, nigricantibus prorſus; ſed qui cauda plane aſſimilantur Cyprini caudæ, & craſſitie quoque vulgares ſuperant: cæterum boni ſaporis ac probi ſucci.

(a) Dieſe zween Kunitzer und Kolſchwitzer Seen liegen drey viertel Meilwegs von Lignitz/ und zwar einer eine kleine viertel Meilwegs vom andern. Zwiſchen beyden paſſiret die Land-Straß über eine ziemliche Höhe/ unter welcher der Muthmaſſung nach ſich dieſe Seen durch Canale und Gänge vereinigen: Dann man erzehlet/ welcher maſſen etliche mahl die gezeichneten Carpen in den Kunitzer See geworffen/ hernach in dem Kolſchwitzer See wieder wären gefangen worden. Aus dieſer Meynung entſtehet auch die gemeine Rede/ daß beſagte Höhe zwiſchen beyden Seen die breiteſte Brück in gantz Schleſien ſeyn müſſe. Frid. Lucæ pag. 2169.

Vindicare hunc locum (den Koiſchwitzer See) cum aliquot pagis intendunt RR. PP. Carthuſiani, ad quos olim ſpectavit, multisque pro hoc fine obtinendo Cæſarem compellant ſupplicationibus, quarum una memoratu dignam, ſi vera eſt, continet hiſtoriam, ultimum nimirum Bregenſium Ducem Georgium Wilhelmum, cum paucis ante mortem ſeptimanis piſcationi hujus lacus adeſſet, cyprinusque ingentis magnitudinis extraheretur, non ſolum ejusdem eſu abſtinuiſſe, ſed & piſcatoribus, ut lacui reſtituatur, ſevere mandaſſe additis his verbis: Dieſe Karpe iſt vielleicht noch von den Cartheuſern/ alſo mag ſie auch ſo lange drinnen bleiben/ biß die Cartheuſer dieſen See wieder bekommen werden.

(*b*) In Brigenſi in pago Neudorff Lacus eſt Marwitzenſis, nomen a Domino de Marwitz, loci poſſeſſore, adeptus.

In eodem Ducatu prope Brigam ſitus eſt Lacus, (der Pfaffen-Tümpel genannt) ſic dictus, quod olim ad Canonicos Brigenſes ſpectaverit, vel, ut quidam volunt, quod ſacerdos quidam magni nominis in eo ſubmerſus quondam fuerit.

(*c*) Slavacenſis in Glogovienſi Ducatu pertinet ad Illuſtriſſimum L. Baronem de Fernemont, quem Fridericus Lucæ in Chronico pag. 2169 Comitem eſſe ſcribit, non vano fortean augurio, quo & nos eidem Illuſtriſſimo hunc dignitatis gradum ob præclara merita non immerito auguramur, eumque ut ex gratia Cæſarea feliciter conſcendat, animitus exoptamus.

§. 49.

PISCINARUM multitudo & utilitas.

Tametſi vero miranda piſcium fœcunditas, ut tot flumina & ſtagna, quæ dixi, univerſæ Sileſiæ, quaqua patet, ſufficere poſſe videantur, mortalium tamen curioſitate eo ventum eſt, ut ſtagna quoque arte & manu humana effodi cœperint: quæ quidem vulgariter PISCINAS appellare placuit. Eæ vero in Sileſia, iis præſertim in locis, ubi propter exilitatem ſoli fructus alii terræ percipi cum lucro non poſſunt, occurrunt innumeræ; (*a*) in hunc plerumque modum

modum conſtitutæ, ut extra aggerem, qui a fronte, lunæ modo, in cornua curvatus, interdum etiam a latere ſecundum flumen rectus, adverſis opponitur aquis, nihil præterea habeant clauſum: ſed ſine ullo obice, ac ſine ullis ripis pateant omnia; libereque per planum ac apertum ſolum aquæ diffundantur ad extremas usque oras a libratore præſcriptas; tam inſuper alicubi grandes, ut veterum piſcinæ, ad iſtas comparatæ, nugæ videantur, & imagines muſcarum. A quo primum inſtitutæ his locis, aut quo tempore eſſe cœperint, promptum non eſt adfirmare: antiquiſſimum illarum uſum in Bojemia (*b*) & Moravia fuiſſe, atque inde velut e fontibus diſciplinam illarum ad vicinos Sileſitas, Polonos, Hungaros migraſſe, cenſet Joannes Dubravius, qui poſtea Olomucenſis Epiſcopus in Moravia factus, Johannem ſe nominavit, ac, præter hiſtoriam Bojemicam, de piſcinis ac piſcibus docte & eleganter ſcripſit. Quantam ex illis pecuniæ vim poſſeſſores ſibi corrogent, equidem dici vix poteſt, quippe cum non tantum Cives & incolæ habeant inde, unde laute victitent, ſed in viciniam quoque, communi bono, piſces exportentur. Quæ quidem cauſa eſt, cur nec viros nobiles honoratos, & copioſos, operi piſcinario intervenire pudeat: neque minorem illi animo percipiant voluptatem, cum retia trahentes ſquammoſas pecudes, & natantium omne genus in ripas captivum educunt; quam cum feras

inſectando jaculis configunt, aut emiſſis canibus comprehendunt. Auctor ſane Dubravius, incidiſſe ſe in Sileſia in quendam hujus regionis Principem, more piſcatorum cruribus ocreatum, cum caſu iter per aggerem piſcinæ facerent, audiviſſeque habitum hunc piſcatoris, ſimulque piſcatum talibus propemodum verbis excuſantem: *ſi Principi venatio lepuſculi non eſt inhoneſta, neſcio, quam ob rem piſcatio cyprinorum & luciorum videri debeat pudenda, pœnitendaque.* Enimvero vixiſſes noſtra ætate, Dubravi, ac Sileſiam hanc itidem peragraſſes, quam non Principes modo, ſed ipſos etiam Archi-Duces piſcinariis operis & operibus occupatos, nec alium quam piſcatoris habitum indutos reperiſſes? Platonica certe illa piſcationis reprehenſione, quaſi ſit illiberale exercitium, & ignaviæ nutricula ac fomentum, eo minus abſterritos, quod noſtra res piſcinaria ignaviam haudquaquam alat, ſed curam, induſtriam, ac labores requirat ſatis graves. Neque vero lucrum inde proveniens, ſi non aut fundus ab invitis ſubditis extortus, aut agris eorum per piſcinæ ſtructuram nocitum ſit, injuſtum cenſeri debet, eo quod Ariſtoteles non ſolum Peripateticorum, ſed omnium Philoſophorum facile Princeps nullum condemnat acquirendi pecuniam, aut patrimonium amplificandi modum, modo utile cum honeſto conjungatur. Cui quidem etiam augendo id obſervant boni Patresfamilias, ut piſcinas ſuas, poſtquam

quam aliquot annos piſces tulere, ſolo quippe jam aquis macerato, & pinguefacto, frumento conſerant; experientia nimirum edocti, lætiſſimas inde ſegetes ac meſſem copioſam non ſine multiplici fœnore ut plurimum redire.

(a) In Oppolienſi Ducatu jacet Piſcina magna Regiani, Brigenſi ad Arcem Rubram inſignis illa, quam Lavus adaquat, a Principe Georgio II multum aucta. In Lignicenſi alia rurſus, cujus peripheria ad integrum milliare extenditur, der Wirche-Teich/ a Friderico I Lygiorum Duce ſtructa. In Wolavienſi alia rurſus ingens, a Friderico II Principe Lygio reparata. Aliæ alibi. Piſcinæ ſunt optimæ, quæ in plano ſitæ per totum annum aquam vivam, maxime vero pluvias ex opimis agris decurrentes, haurire poſſunt: non nimis profundæ, ſi enim aquæ a ſole bene calefiant, mire conducunt piſcibus. Beſiehe das Schleſiſche Wirthſchaffts-Buch pag. 214, ubi ſcitu neceſſaria ad piſcinarum curam ſpectantia præſcribuntur. Item Georgica Curioſa Domini ab Hohberg lib. II. cap. 20. 21. &c. Cujus tamen carmen de cura Piſcinarum conſervationi impendenda, lectu jucundum lector hic habeat:

Non minor eſt in piſcinis, lacubusque voluptas;
Servando nempe proſunt vivaria piſci.
Huic tamen artifices opus eſt adhibere labori,
Solertesque manus, ubi fert natum locorum
Perpetuas conſtanter aquas, has aggere firmo
Ante coërcere & robuſto immittere vallo;
Absque tuo arbitrio ne gutta excurrere poſſit.
Cyprinis ſtatio hac gratiſſima, quando triennes
Conſtiterint, magno evacuas Vivaria quæſtu,
At piſcina, cui gelidis ex Fontibus humor,
Si ranis ſcatet innumeris, & vilibus ultro
Piſciculis, dentato immittitur ocyus ore
Lucius; ille brevi eſurientem hos condit in alvum,
Et mire augetur, Dominoque immenſus honori eſt:
Illic & ſero autumno ferus anſer hiemat,
Et circum variis Anatum magna agmina pennis,
Arquata, Fulica, Gallinago, Ardea, Ceyx,

Mergus,

Mergus, Onocrotalus, Gaviaque & Cygnus & Otis;
Decipit hos vario Venator providus æstu,
Et sæpe egregiam recipit per littora prædam.
Sic fluvios penes, ambiguum, telluris, an undæ
Incola, Fiber adest, & sternit dentibus alnos
Populeasque trabes, Salicesque, & Myrtea Tesqua.
Lutra quoque haud parvam dat per vivaria stragem.
Investigantur canibus; positoque cubili
Inde exquiruntur, reti, ferroque trisulco
Confixi, quod ni mature obveneris illis,
Ingluviem magno pascunt per flumina damno,
Et depradantur per stagna humentia pisces.
Tempore sic nullo laxanda est cura Coloni,
Piscinas crebro invisat, si qua aggere fracto
(Principio ex minimo, vastum persæpe periclum
Ingruit) insilet aqua, ah! subito ruptum obstrue vallum,
Etsi qua ipse nequis, Præfectum his suffice curis
Cordatum, isque vices agat indefessus heriles.
Sæpe insida manus furum, cum cana diem nox
Opprimit, astuta pisces intercipit arte,
Hamo, everriculo, funda, facibusque, lucernisque
Alliciunt (amat omnem hæc gens Neptunia lucem.)
Sæpe venenatas etiam fraus præparat escas.
Consumptis quibus, infausta vertigine tacti
Squamigeri invertunt ceu corpora mortua ventres;
Unde impune queunt manibus contoque prehendi.
Sic hæc non paucos potis est deterrima pestis
Exstirpare greges, habitatasque inficit undas.
Quin etiam advertas, si milvius ungue rapaci
Piscinam super impendet, gyrosque reducit;
Margine arundineo vel ubi sedet Ardea fallax,
Ferrata globulisque onerata hic utere Canna,
Insidiasque graves cum vita extingue nocentum.

(b) Joannes Wegner in ſeiner kleinen Oeconomia Bohemo-Auſtriaca meldet/ es ſey ein altes Sprichwort in Böhmen:

Schäfereyen/ Brau-Häuſer und Teich
Machen die Böhmiſchen Herren reich.

§. 50.

§. 50.

PISCIUM varietas.

Quod jam piſcium qua ſquamis obductorum, qua cute glabra indutorum, quibus unda natatur Sileſia, alicubi quidem, atque alicubi melioribus (usque adeo neque palatis omnibus, neque locis ſingulis eadem æque ac ſemper ſapiunt) tot ſpecies,

Nominaque, & cunctos numeroſæ prolis alumnos,

ſcrupuloſius recenſere, iisque examinandis & condiendis, (*a*) qualiter elixi, aſſi, frixi, aut juſſulenti, ſive, ut malunt quidam loqui, juſculenti, ſapiant optime, immorari velim: longum id nimis fiat; & opſophagus aliquis (quo nomine inſigniti olim, qui piſcibus delectarentur) quam ego melius præſtiterit: Lectori interim curioſo ad Caſparem Schvvenckfeldium Medicum, a quo in iſta quoque captura præventi ſumus, (ne quid de aliis dicam) remiſſo, ac monito præterea, ut immenſam Dei erga nos bonitatem heic quoque conſideret, qui non contentus pro cibo dediſſe plantas, quadrupedes, aves, etiam piſcibus ſuppeditandis inſervire nobis juſſit flumina, ſtagna, maria, idque non alimoniæ ſolum cauſa, ſed etiam ad deliciarum non inelegantium voluptatem: imo & ad varios, quos habent, in medicina uſus.

(*a*) Piſces vel conſervantur, vel præparantur. Conſervantur muria conditi, vel ſalſamento macerati, eingeſaltzen / ut haleces, lucii, ſalmones, anguillæ. Exſiccati, & durati aëre frigidiſſimo, ut aſelli: Fu-

mo omnis generis, Salmones, Trutæ, Cyprini, Lucii, Brami. Nonnunquam assi seu elixi aromatibus respersi, aceto immerguntur, Lampetræ, Sturiones. Præparantur, si aqua & sale elixentur, im Saltz gesotten. Si assentur vel simpliciter, vel infarcti sale respersi. Si frigantur in lebete cum butyro, gebackene Fische.

§. 51.

CARPIONUM cura potissima.

In Piscinis quidem palmam obtinent Cyprini, sive Carpiones: adeo, ut horum potissimum causa piscinas ædificemus. (*a*) In quas e Seminariis parvuli translati, primum quidem incrementi, inde vero saginæ causa (ad quam biennii fere spatio opus habent, cum qui primo statim autumno eximuntur, fluxa sint adhuc carne) studiose includuntur, jamque opimiores facti satis delicate pascunt: sic ut nulla fere, quamvis lautiora, sine Cyprinis ineantur convivia. Neque vero dubium, quin pro piscinarum ac vivariorum situ ac natura magnas alimenti sortiantur differentias, cum alibi pingviores, alibi graciliores, alibi glutinosiores, & lutulentiores, qui omnium pessimi sunt, esse deprehendantur. Illud cum aliis piscibus plerisque commune habet, quod ubi exspiravit, nec statim coquitur, multum de saporis bonitate amittit, ut, si quis haud libenter Carpionem gustet, nisi quem natantem palpitantemque viderit, haudquaquam videatur reprehendendus.

(*a*) Sunt autem Cyprini alii *Lacustres*, See-Karpen / qui in lacubus pinguescunt: alii

Flu-

Fluviatiles, qui in fluminibus; hic agitur von den Teich- oder Weyher-Karpen.

Pro ſexu ſunt alii mares, alii fœminæ, vel Milcherne alii, Rogerne alii.

Cyprinus maximus dicitur Haupt-Karp / ſ. Zwicke.

Cyprinus admiſſarius, Saam-Karpe.

Pro ætate appellantur:

1. Fœtus annuus, Strich / Jährіger Saamen / einſommriger Saamen / Setzlinge.

2. Fœtus bimus, zweyjährіger Strich / Sprel,

3. Fœtus trimus, dreyjährіger.

4. Quarto anno, Carpo, Karpen.

§. 32.

Eorum Seminaria.

(*a*) Seminaria quod attinet, permultum refert, ut illa in proprio fundo paterfamilias habeat: cum & fœtus care ſit emendus, & non exigua ejus pars in piſcinis etiam optime conſtitutis pereat, ac denique ſæpenumero accidat: ut pro fœtu trimo (talis enim ſit oportet, qui laginæ cauſa piſcinis infertur) non modo bimus, qui licet interdum reſpondeat, ſæpius tamen piſcinarii expectationem fallit, quoniam tenuiori plerumque & graciliori alvo eſt, ſed & quadrimus, qui ſi in vivariis aliquamdiu fuerit concluſus, in piſcinas immiſſus intempeſtiva ſobole piſcinas replet, ac reliquorum incrementum prohibet, non mediocri patrisfamilias detrimento ematur. Solent autem matrices pomo florente in Seminaria immitti, ac ſi tempeſtive competat, poſt pluviam. Et duabus quidem fœmellis unus plerumque mas (Milchern Germani a lacteo

humore vocant) adjungitur. Antequam autem immittantur, genitalia admiſſariorum tam marium, quam fœmellarum, pipere & ſale confricantur: ea enim re ad Venerem ardentiores reddi creduntur. Iisdem admiſſariis plerique ſæpius ad fœtum utuntur; & aliquando per annos ſex, & eo amplius. Immo (ceu vulgo creditur) magis fœtificum ſemen, & ſecundo coëuntium modo quam in piſcinas immittantur, in anguſtiori aliquo loco, aut vivario aliquamdiu fuerint concluſi: unde tanquam e carcere in amplioris ſpatii ſeminarium emiſſi majori ardore in Venerem ruunt. Pro piſcinæ modo interdum plures immittuntur, interdum pauciores: quia tamen ad fœturam haud omnes æque idonei, & fœtus quamvis exilis (modo certum ſit bimum eſſe) plerumque emptorem reperit, & copia ſua pretii vilitatem facile compenſat, præſtat in exceſſu peccare, quam in defectu. Multum ad fœturam refert, cujusmodi aqua piſcinæ, aut ſeminaria compleantur, nec enim libenter pariunt in aqua amari ſaporis, aut ſalſi: ſicut & ſulphuratæ & nitroſæ fœtus inimicæ. Gratiſſima, quæ ex imbribus collecta, & in quam ſterquilinium exoneratur, quare aquæ geliditas edomita mitescit. Putant & ad fœturam plurimum conferre, ſi ante admiſſuram ſolum ſeminarii ſulcetur: eaque re libidinem admiſſariorum irritari, & facultatem eis ſeſe mutuo atterendi majorem præberi exiſtimant. (*b*) Id quod aliquoties expertum fuiſſe Il-

lu-

luſtriſſimum Principem Joachimum Fridericum, Ducem Lygio-Brigenſem, in adverſariis Rhedingerianis adnotatum reperi.

(a) Die Teiche/ in welche die Karpen zum ſtreichen ausgeſetzt werden/ ſeynd nicht groß/ werden Streich-Teichlein genennet. Die Teiche/ in welche der zweyjährige Saamen geſetzt wird/ werden Erſtreck-Teichlein genennet/ weil ſich der Saamen darinnen erſtrecket. Die Teiche zum dreyjährigen Saamen zum ein-oder zweyjährigen Gewächſe werden Gewächs-Teichle genennet.

Beſiehe das Schl. Wirthſchaffts-Buch p. 220.

(b) Si quicquam veri huic narrationi ſubeſt, cauſa forte petenda eſſet a more, quem in congreſſu ſervant piſces. Nam, ut recte Rondoletius: *Piſces*, inquit, *congreſſuri latebras quarunt & receſſus ſuos petunt, &, quamvis etiam maris partem incolant, in profundum ſeſe recipiunt &c.*

§. 53.

LUCIORUM uſus, ingluvies, vivacitas, & cum Ranis antipathia.

Proximi Carpionibus ſunt Lucii, ſive (a) Luci, ſic dicti, quod eo pariter ſint ingenio, quo lupi quadrupedes, miræ quippe ingluviei depaſcentes, quicquid eſt, minutiorum: adeo ut Alberto Magno, & Julio Cæſare Scaligero Autoribus, ne ſui quidem generis piſcibus parcant, quod frequenti experientia comprobatur. Sed qui & ipſi ad ulus menſarum, quantumvis nobilium, frequentiſſime leguntur: non ii quidem qui aut ranis (quibuscum mira luciis eſt antipathia, ut & hi illas devorent, & hos excœcando emacient) fuere paſti, aut

- - *obſcuras ulva cœnoque lacunas*

obſedere, ſed qui in piſcina fluminibus pervia, ideoque gravi odore vacua, cyprinorum fœtu ſupervacuo nutriti, ſaginatique. Lepidum me hercle duellum Lucii & Ranæ Dubravius libello, quem dixi, commemorat, cujus ipſe, & Anteceſſor in Epiſcopatu ſuus Stanislaus Turzo ſpectatores fuerint. Ranam in inſidiis latitantem in lucii forte ad inſidiarum locum delati, ibique ſecure apricantis caput inſiliiſſe, lateque divaricatis pedibus frontem piſcis circumplexam oculos potiſſimum ejus invaſiſſe: at illum moleſtum inſeſſorem nulla vi nec corporis rotatione, nec ad arundinem attritu excutere valuiſſe, ſed victum tandem, & viribus exhauſtum ſuccubuiſſe, ſeque ranamque in ima gurgitis demerſiſſe; Exiliſſe paullo poſt ranam victricem miris modis tripudiantem, & tanquam opimis de hoſte ſpoliis receptis in palatia ſua ſe recepiſſe. Extractum vero continuo retibus & Lucium devictum, utroque lumine orbatum repertum fuiſſe, affirmaſſeque tunc piſcatores, rem non novam hanc, ſed de certaminibus hujuſmodi aſſuetos ſæpenumero Lucios a ranis excœcatos piſcari, quibus ad hunc modum amiſſis oculis piſcium captura adempta eſt. Illud ſuperioribus annis nemini non mirum viſum, in piſcina quadam Baronatus Trachenbergenſis repertum fuiſſe Lucium albidi coloris, longitudine cubiti unius & ſemiſſis, pinnis, notis, maculisque per corpus rubentibus: qui quidem ſæpe captus, & iterum atque iterum in piſcinas ejectus nunquam colorem mutavit. Quar-

Quantæ vivacitatis piſcis ſit, docuit vægrandis ille Lucius in ſtagno Luthræ Cæſareæ vicino, per quod ipſe fluvius Luthra tranſcurrit A. C. 1497 captus, & in Aulam Philippi Electoris Heidelbergenſem illatus: Qui cum eviſceraretur, annulum collarem deprehenſus fuit habere ad branchias, ſed cute obductum & carne, ære Cypriofactum, cum inſcriptione græca hujus argumenti: *Sum ille piſcis, ſtagnum omnium primus ingreſſus per Imperatoris Friderici II manus quinta die Octobris Anno 1230. Ex quo* lequitur, piſcem in ſtagno illo hæſiſſe per annos 267.

(a) Varia a coquis & piſcatoribus fortiuntur nomina: Lucii maximi groſſe Haupt-Hechte / mediocres Schüſſel-Hechte / parvi Zahl- oder Leum Hechtel. Martiales Mertz-Hechte / Lacuſtres See-Hechte nigricantes. Fluviatiles Fluß-Hechte albentes. Piſcinarii Teich-Hechte. *Omnium horum nota eſt voracitas; certum eſt, ait, feles parvos & canes in vivaria luciorum conjectos ab illis devorari. Cracovienſis quidam Polonus nuper nobis retulit, anſeris pullos duos in ventre lucii a ſe viſos. Apud nos etiam fulica in Ventriculo Lucii reperta eſt. H. J.* Percæ tamen illæſæ præſertim majores circa lucios degunt. Abſtinet a buſone, & ſi arreptum primo impetu devoravit, illico tamen revomit teſtante *Alberto*. Voracitas autem ejus a phyſicis deducitur a fermento glanduloſo cito conſumenti & ab attritu ventriculi. Auſonii tempore nullo in pretio fuit lucius, nunc inter lautos fluviatiles cenſetur.

Lucius amnigeni præducet in agmine cœtus,
Lucius obſcœna peſtis certiſſima rana. Fechnerus *pag. 39.*

§. 54.

PISCES Alii & Varii.

Reliqui PISCES tam majoris quam minoris incrementi, nullo fere deductore, ſed ſua ſponte cum flumi-

fluminibus ac rivulis ipſis in piſcinas illabuntur: illapſique ſicut numerum piſcium, ita piſcinarium quoque tributum augent. quorum de grege ſunt Auſonii verſibus leviter immutatis,

- - - virides, vulgi ſolatia Tincæ,
Stridentesque focis, opſonia plebis, Alauſæ:
Queis adde Alburnos prædam puerilibus hamis,
Perca hinc, delicia menſarum, ac Lucioperca
Perpexique jubas imitatus Gobio Barbi. (a)

Quin & ipſe Barbus, ſive mullus, qui, cum piſces alii vetuli Ariſtotele teſte difficulter concoquantur, ſuccique ſint deterioris, ac minus nutriant, hanc ipſe ab Auſonio laudis prærogativam meruit, quo grandior natu & magis longævus ſit, eo meliorem eſſe.

Tu melior pejore ævo, tibi contigit omni
Spirantum ex numero, non inlaudata ſenectus.

Et cujus adeo roſtrum, quam ſit gulæ proceribus gratum, quamque avide expetatur, nemini non eſt notum: hinc characes ſive Karaſſii Karaſſe a ſpinis aſperioribus, quibus vallati ſunt, ſic dicti, Interdum & anguillæ cum fluviis piſcinas ſubeunt: Et hæ quidem Græcorum menſis tantopere expetitæ, ut Epicureorum non nemo apud Athenæum τῶν δείπνων Ἑλένην id eſt cœnarum Helenam vocet. Toſtæ præſtant elixis, quia lentus ac viſcoſus humor ab igne corrumpitur, nec inutile eſſe inter edendum pitiſſare vinum generoſum plerisque creditum. Im-

pro-

probant anguillæ esum Hippocrates, & Galenus. Præsertim vero illis ab anguilla abstinendum, qui facile obstructionibus laborant, item nephriticis doloribus, quia lentore suo conglutinant materiam, unde calculi generantur.

Sunt autem ex fluviatilium genere, qui in notitiam quidem meam pervenerunt, præter jam enumeratos, Albiculi, Bdellæ, Bliccæ, Brancæ sive Prassii, Capitones nes cærulei, Capitones capaces, Coracini, Cobitides barbatuli, sive funduli, quod in rivorum limpidorum fundis plerumque natare soleant, pisciculi delicatissimi, erythrophthalmi, Gobiones capitati, Lampetræ majores, saporis quidem illæ optimi, sed carnis lentæ, & viscosæ, eoque succi illaudati: Lampetræ minores, quæ & saximordæ, Lacerti, seu Mustelæ, quarum hepar pro summis habetur deliciis, usque adeo, ut apud Thuringos Comitis Bichlingici conjux dicatur in has delicias omnes Principatus sui reditus profudisse. Nasones, sive nasuti, Percæ rotundi ac minores, Pæciliæ, Rubelliones, siluri sive Amiæ, spinachiæ, squali majores, & minores, Thryssæ, Thymalli, vulgo Aschiæ, & qui primo loco nominari merebantur, Fariones sive Solares potius,

- - *purpureis stellati tergora guttis*,

siquidem hoc nomine ab Ausonio appellantur, quę Trutæ vulgariter nobis dictæ, vocabulo (si Goropio, si Gesnero, si Dornavio fides) Cimbrico saltem Germanico, olim

communiori his ob æſtimium tributo, atque Gothorum tempore, quo gentes ſe in Italiam, Galliamve effundebant, a Gallis, ab Italis in illorum, latinamque linguam tracto. Iſidorus *Varios* dictos putavit a varietate, & maculis, quas vulgo Tructas vocant, inquit. Forellas nonnulli corrupto Germaniſmo, alii Auratas ob maculas undique efflorescentes, quaſi auri puncta nuncupant, niſi quis ſic dictas malit, quia caro veneunt, atque aurum decerpunt emtoris. Piſcis nobilis ſucci, concoctu facilis, & laudabilis ad ſtabiliendam ſanitatem alimenti: cujus plurimi Sileſiæ Amnes, Rivi, Rivuli, torrentes, fertiliſſimi ſunt. Lubens, *lætus*que in montanis degit, aquas ſibi deligens ac conquirens limpidas, & leni ſuſurro labentes, placidas, & ſapore dulces, atque amabiles: easque potiſſimum, quæ ſaxis conſtant, ſub quæ recipere ſeſe, ac ſtruere aliquod, Plautino verbo, confidentiæ ſtabulum poſſit: quodque non minus memorabile, cum pabuli gratia prodeundum eſt, contra aquarum decurſus adverſo alveo magna vi luctatur, ſubitque rivos altiſſimos, ut in ſummis etiam jugis immoretur. Caro tanto æſtimatur nobilior, quanto propior fuerit flavedini. Quæ tinctura etſi nonnullis creditur a micis auri, quas Trutam cum arena deglutire, carnemque iſto colore pingere, ut Gallinas auro nutritas cum Plinio dictitant; magis tamen eſt, ut *πανσόφῳ* illi *καὶ παναρέτῳ* Dornavio, Amico meo, dum vixit, ſummo, adſentiar: ex

eo

eo nimirum, quod ſic coloratæ reperiantur in locis etiam minime auriferis, haud male ſtatuenti, carnem Trutæ flaveſcere e ſubjecta terra, quam pro alimento attrahit. Nam de cetero vili arena, & ſcrupuloſo ſabulo, atque etiam detrimentis lapidum, quæ præſto ſunt, victitant. Magnitudine gaudent mediocri: cubitum quippe haud excedunt. Nam quæ grandiores in Bobero, Zacco, Quiſſo, & aliis montium fluviis aliquando capiuntur, maculis rubentibus pictæ, & carne ſuaviter rubente, non tam ad Trutarum genus, quam ad Salmonum pertinere videntur, quas ob id Trutas Salmonatas ævi noſtri ſcriptoribus dicere allubeſcit: & in mare delapſas in Salmones evadere vulgus exiſtimat. Farionis nomine appellaſſe videtur Auſonius in Divina ſua Moſella, dum inquit:

Teque inter geminas ſpecies, neutrumque & utrumque,
Qui necdum Salmo, jam Salar ambiguusque
Amborum medio, Fario intercepte, ſub ævo.

Cæterum ſolent œconomi elegantiores vivaria quoque non magis in quæſtum, quam in lautitiam epularumque magnificentiam, Trutis conſtituere, ſed quas tamen conſtat longe inferiores bonitate iis, quas dat exiguus parvæ rivus aquæ leviter adſtrepens.

(4) Piſcium noſtrorum ſeriem Alphabeticam ex Schwenckfeldio in compendio annectere lubet:

1 Acipenſer, vel Sturio Stör/ de quo infra.
2 Albiculus, vel Albula cœrulea, Ockele.
3 Alburnus, vel Albulus, Weißfiſchel/ Elchſtera.

4 Anguilla ab anguium similitudine, Ahl.

5 Astacus fluviatilis, vel Gammarus, Cancer improprie: de quo infra.

6 Barbus saxatilis, Mullus, Barbatulus Cicer.
Barbatus Var. Barbo, Barbe / Barme.

7 Bdella, Phoxinus lævis Gesn. Elderitz / Bachbamle / Bitter-Fischel / Pfollen.

8 Blicca, Ballerus, Plestga, Bläbe / Bleye / Blick / Blickling / Brettele.

9 Capito fluviatilis cœruleus. Alosa nonnullis, Jese / Jyse / Bratfisch. Noster Alausam ex Ausonio vocat. In Viadro, Weiba / lacubusque nonnullis frequens.

10 Capito fluviatilis rapax, Coracinus fluviatilis, Corvulus fluviat. Rappe / Raub-Alet. In Viadro nascitur.

11 Charax, Carasus, Karas: alius est Vernaculus, gemeiner Karas / alius dimidius, halb-Karis / Karisskarp.

12 Cobitis, Gobio fluviatilis, Cobitis barbatula, Turdus Peuc: Fundulus seu Fundula Alb. Mustela fluviatilis minima, vel Pæcilias minimus. Gründel Silef. Smirle Misnens.

13. Cobitis aculeatus, Mustela fluviatilis parva, imberbis, Echeneis fluviatilis, Turdus saxatilis Steingründel / Steinbeisser / Steinschmerle / Dorngründel. Vocantur etiam saximordæ.

14 Cochlea palustris, vel Concha palustris turbinata, Wasserschnecken. Alia longa, lange Fluß-Muscheln / oder Schnecken. Alia margaritifera, mater Perlarum, Concha unionum Perlen-Muschel / Perlen-Mutter. Littora incolit arenosa Quadi vel Quisi fluvii. Margaritæ Silesiacæ, unioues fluviatiles, Lapilli concharum pretiosi. Schlesische Perlen. Quadi fluvii.

15 Cyprinus, Cyprianus Dor. Cyperius Oppian. Carpo, Carpus, Carpa, Carpena, Karp / de his supra.

16 Cyprinus latus, Prasinus, Abramis fluviatilis, Brama, Bresma, Bresse / Pletsche / Breite Karp.

17 Erythrinus, Rutilus a pinnarum colore. Rotfieder.

18 Gobio fluviatilis, Merula, Turdus, Kresse / Bachkresse / Smirle. Nonn. perpetuo parvi.

19 Gobio fluviatilis capitatus, Cottus, Capito, Müller / Kaulfisch / Kopp.

20 Lam-

20 Lampreta major, Muræna, Muſtella ſtellaris Peuc. Oculata major, Lampret / groſſe Neunaugen ad Croſſenam in Viadro aliquando capta.

21. Oculata minor, Lampreta media, muſtela lævis, Lumbricus aquaticus minor, Neun-Auge / Neun-Ocke: capiuntur Bithonii in Sileſia inferiori Dynaſtia Schœnaichiana: fumo induratæ vulgo Brücken: aſſæ vero aromatibus reſperſæ aceto conditæ, nomine Murænen / ad nos feruntur ex Belgio & Boruſſia.

22 Lampreta minima, ſaximorda, Stein-Beißle.

23 Lampreta minima cænoſa, vel ſpuria cæcula, Pæcilias minor, Schlampetzker. Querder Sil.

24. Lucio-Perca, Aſellus fluviatilis, Lupi-Perca, ein Zehend / Zaut / Schil / Nag-Maul in Viadro frequens.

25 Lucius, Lupus, Hecht: de hoc ſupra.

26. Murænula Sileſiaca, Albula Siles. Albiculus, Murænichen / ab Oppidulo Marchiæ, Moryn / ubi frequens captura: de qua infra.

27. Muſtela fluviatilis, vel Gobius, Lota gallica, Lacertus, Aalrup / Teuſche.

28 Naſus piſcis, Platyrinchos, Labeo, Chelon fluviatilis, Naſo, Naſutus, Naſe / Schreiber-Aſche Piſcat. wratislav.

29 Perca major, Perßke.

30. Perca rotundus, Kaul-Perßke: dicitur etiam Cernua, Aurata fluviatilis.

31 Pæcilias, Muſtela varia, Cobitis varius, Beißker / Pful-Fiſch / Schlachtſetzer / Polniſche Gründel / Schlam-Peißker.

32 Rubellio, Erythrinus, Rubiculus, Rutilus, Roth-Auge.

33 Salmo, Elox, Eſox, Lachs: de quo infra.

34 Silurus, Amia, Acchia, Solaris vel ſolans, quod ſoli in ripis fluminum ſe exponere delectetur. Velſus, Welß / Weller / Schelde-Fiſch. In vaſtitatem ac longitudinem maximam creſcit ad quatuordecim dodrantes, und / welches zu verwundern / inquit Frid. Lucæ pag. 2168, ſo werden auch manchmahl in der Oder Welße von unglaublicher Gröſſe gefangen / ſonderlich zwiſchen Auris und Steinau / und umb das Kloſter Leubus / alſo daß etliche 30 biß 40 Pfund wägen. Immo majores haud raro vidimus.

35 Spinachia, Centriſſus, Aculeatus, Piſciculus pungitivus, Alber. Columbus fluviatilis an perculus bimus? Stichling / Stachelfiſch / Wolff.

36 Squalus major, Capito fluviatilis major, Alat / Alte / Dübel / Meuſer. Stomacho infeſtus creditur, nec boni ſucci, ſecundum tritum illud:

Man koch oder brate den Dübel/
So ſchmeckt er allzeit übel.

37 Squalus minor, Alburnus, Capito fluviatilis minor, Häßling / Weiß-Fiſch / Schnot-Fiſch.

38 Thryſſa, Aloſa fluviatilis, ein Zerte / Zart / in Viadro & Viſtricio capitur.

39. Thymallus, Umbra fluviatilis, Thymus, Temelus, Aſchia, Aſche / Eſchen / Iſer.

40 Tinca, Merula lacuſtris, Tencha, Schleye.

41. Truta, Aurata, Variola, variolus, Vario, ein Fohre / Forelle. Hujus differentiæ ſunt plures:

42 Truta lacuſtris nigricans, ſchwartze Fohren / in lacu minore ad Gigantæum montem.

43. Truta Salmonata, ſalar, Aurata, ſalmunculus, ſalmo parvus, magna rubea truta, Lachs-Fohre / oder Gold-Fohre / maculis rubentibus picta.

44 Truta piſcinaria, Teich-Fohre: quæ a Nobilibus in piſcinis veluti Cyprini aluntur.

Eraſiſtratus Comicus: omnium ſane, inquit, *ut arbitror, quibus veſcimur, anguilla tanquam regina voluptatis obtinet Principatum ſolusque piſcium eſt ſine ſpina.* Archeſtratus Meſſanenſes ob anguillarum copiam beatos prædicat. Nihilominus noxiam eſſe anguillam uno fere ore affirmant Medici, ut vel hinc Jovio impia fuerit orta querela, penè inique feciſſe naturam in producenda anguilla, cum ſit ſapidiſſima. Platina cum præparationem earum eximiam dediſſet, ſubjungere non dubitavit, etiam ſic paratas hoſti apponendas, cum nihil boni in ſe habeant. Anguillas vero ab his accuſationibus abſolvit Cl. Paulini in lib. de anguill. ſect. 3 cap. I. Piſces in Viadro obvios ſupra ad §. 5 cap. hujus ex Fechnero recenſuimus.

§. 35. *Sal-*

§. 55.

SALMO vel ESOX.

Abſit vero, ut inter Amnica munera SALMONEM ipſum, qui & ESOX aliis dictus, heic prætereamus: inſignem illum, ac vere quoad dotem ſaporis Regem piſcium: cerebrum pæne Jovis ſupremi, quomodo ſcarum adpellavit Ennius: Viadri advenam civem, ut Rheni Fortunatus, dicere liceat civem quidem, quod plurimus in eo habitet, & capiatur; advenam vero, quod alibi natus, & ab Oceano illuc advenerit:

- - - - ne lata Viadri
Flumina tam celebri defraudarentur alumno.

Marinus enim origine piſcis eſt, cumque limpidis ac dulcibus fluviorum aquis delectetur, adverſis niſibus e mari Suevico in Oderam, huicque illabentes rivos amat adſcendere: mitiorque (*a*) jam in iis factus, & cum Martiale, ut dicam,

Æquoreo dulces cum ſale paſtus aquas,

circa Beuthenam potiſſimum, Glogoviam, Steinaviam, & Wratislaviam inſidioſis capſis, ſive machinis collocatis capitur.

(*a*) Melior in fluviis redditur, & præſtantior: Virus enim illud marinum exuit. Vere plerumque capitur, tunc enim melior eſt. Dum vero auctor noſter credit ſecutus forte Rondeletium, quod Salmo in mari natus ſubeat fluvium, humani aliquid patitur, ut viri docti in Anglia oſtenderunt, cum hoc potius verum ſit, quod in fluvio natus ex iis in mare deſcendat. Nuper quæſitum hic Vratislaviæ meminimus, quid de unico ſentiendum ſit: de quo admodum probabilis nobis videtur

detur ſententia D. Johnſon, qui in Willongbii Ichthyograph. lib. 4. p. 190 ſcribit: uncum hunc teli uſum præſtare mari coitus tempore, dum Veneri militat, ad fœturam defendendam & ovorum liguritores abigendos, quem mare ingreſſus brevi amittat.

§. 56.

STURIO vel ACIPENSER.

Quin & STURIO, quem ACIPENSEREM (*a*) antiquis dictum quidam crediderunt; ANCORAGINEM apud Caſſiodorum ſenator nominat. Romanæ autem deliciæ tanti juſſerunt (*b*) fieri, ut in menſam inferrent coronati cum cantu tibiæ. Viadro non inſolens, tantoque honor additus amni, inter eos quidem & ipſe piſces, quos *ἀναδρόμους* adpellant Græci: origine quippe æquoreus; ſed qui vere ineunte dulces fluvios conſectatur, ac prius exiguus (ita Rondeletius ſcribit) in illis demum ſaginatus in ſuam illam molem excreſcit, ac circa æquinoctium, vernum maxime, ſingulari dexteritate capitur. Eodem quo ſalmo privilegio gaudet, quod

- - *Res fiſci eſt, ubicunque natat.* -

quemque adeo extra commercium poſitum ad Aulam, menſamque Principum atque aliorum Dominorum (quippe cum gulam ſuaviter demulceat) continuo deferre piſcatores jubentur. Piſcis eſt grati ſaporis, & carnis duræ, pinguis ac viſcoſæ, eoque difficulter concoquitur, & ſuccum generat craſſum: ob id non aliis conducens, quam ſanis: & his quoque condiendus aromatibus: (*c*) vinum deinde ſuperbibendum.

(*a*) ACI-

(a) ACIPENSER, ſic enim Græci ſcribunt: Ἀκίπενσερ, ein Stür/ vom Stüren a ſcrutando. Differentias aliquot patriæ noſtræ piſcatores in Viadro circa Beuthenam, vel (ut noſter ſcribit) Bethaniam obſervarunt. Sturio maximus, ein Haupt-Stür/ aliquando ad ſex ſeptemve cubitorum longitudinem captus fuit.

Unter andern (ſcribit Frid. Lucæ pag. 2167.) fingen umb die Jahre 1652 die Fiſcher auff dem Briegiſchen Reſier einen überaus groſſen Stör/ welchen die Hertzoge nach ſeiner natürlichen Gröſſe im Schloß abmahlen laſſen: daſelbſt er noch als ein Wunder im Schloß-Hoff an der Cantzeley-Seite geſehen wird ſambt der Zahl ſeines Gewichtes. Bellonius 18 pedes longum Franciſco Galliarum Regi oſtenſum ſcribit. In Albi aliquando capiuntur tanti, ut libras 200 appendant.

Sturio minor, ein Stierle.

Sturio πλατύρυγχος, cui roſtrum eſt obtuſius. Ein Breit-Schnabel.

Sturio ὀξύρυγχος, cui roſtrum acutius. Ein Spitz-Schnabel.

(b) Apud veteres Romanos piſcis fuit maximi pretii & ſummæ nobilitatis, adeo ut eum a coronatis miniſtris cum tibiis quaſi quadam non delitiarum, ſed Numinis pompa, in convivium inferri conſueverint. Hinc Martialis lib. 13:

Ad Palatinas Acipenſera mittite menſas,
Ambroſias ornent munera rara dapes. Schwenckfeldius.

(c) In Hollandia ſturiones in fruſta ſecant, & in doliis, quæ Cags vocant, ſingulis ſingulos ſale & muria ante conditos reſervant. Caro hoc modo condita in ſummo apud multos honore & pretio eſt. De cætero, teſte Plinio, apud antiquos omnium piſcium nobiliſſimus habitus. Quantum ad uſum ejus, rectiſſime de eo judicat Henſius noſter, & cum eo conſentit etiam Schizius lib. 3. de fac. Aliment. p. 1030.

§. 57.

MURENULÆ.

MURENULÆ in piſcium delitiis ob carnem dulcem, ac laudabilis ſucci non poſtremas partes habentes, non niſi paucis lacubus inferioris Sileſiæ ſunt fa-

miliares, veluti qui ſunt ab Suibuſium, & Paradiſum. Captura earum fit hieme, ut plurimum ſub glacie, & circa ſolſtitium æſtivum. Salvizas & Siclavas Polonis dici teſtatur Cromerus. (a)

(a) Elixantur aqua fervente, & ſale condiuntur, & cum aceto menſis inferuntur. Etiam frigidi eduntur cum aceto. Sale conditi etiam cadis aſſervantur, & eſus tempore elixi ex aceto eduntur; quod tamen in Sileſia non adeo frequens eſt. Magis uſitatum id in Holſatia & Megapoli, ubi harum captura eſt uberrima circa feſtum Jacobi. Et cum harengo in omnibus partibus reſpondeant, pinnis, inquam, branchiarum inciſione ampliori, dorſi ſubnigro, laterum argenteo colore & ſquamis facile deciduis, quid de eorum uſu ſit habendum, in aperto eſt.

§. 58.

GAMMARORUM ſive CANCRORUM LAUS, & Vis medica.

In Cruſtaceorum genere ſunt Aſtaci ſive Gammari, Cancri fluviatiles nonnullis, qui in eduliis non poſtremam habent laudem, eo quidem gratiores, quo elegantius per coctionem rubeſcunt. Sed qui per ſe difficilis ſunt concoctionis; variis modis præparari ſolent. Mares in ea parte, qua corpus ad caudam continuatur ſubtus, quatuor longas prominentes virgulas habent, quibus fœminæ deſtituuntur. Iis menſibus, qui literam R. non habent, vulgus commendat: alii vero Martio & Aprili menſibus: luna inprimis creſcente. Novilunio enim emaciantur, plenilunio pingueſcunt: capiuntur ubique in fluminum, lacuum, ac rivulorum marginibus, præcipue vero grandes, & ſuavis, ac laudati ſaporis educat

Wei-

Weida fluvius. (a) Quantæ in re medica ſint utilitatis & efficaciæ, Medicorum dicant filii: quos inter Hennemannus Reyſinck Medicus Cæſareus tantum oculis Cancri, quantum lapidi Bezoartico, imo plus quoque tribuit: nec id quidem ſine ratione: nam talis eſt, inquit, inter illos differentia, quod lapis Bezoar inventæ capræ cujusdam reperitur: Oculi vero cancri in ventriculo cancri majorem tamen vim lapis cancri exerit in cancro, quam lapis Bezoar in capra: quia in cancro generat nova putamina, imo generat nova membra, quod in capra non poteſt præſtare Bezoar. Habent multi experientiam, profuiſſe lapidem Bezoarticum in peſte, in variolis, & morbillis, ac Hungaricis in febribus. Ego dico, experientiam teſtari etiam, in talibus morbis Bezoarticum hunc lapidem nihil profuiſſe, nec etiam rationes habet phyſicas, cur in talibus prodeſſe potuerit: & exemplum habemus hic in quodam Chymico Medico, qui talem ſat magno pondere ſumpſit, ſed nullo cum fructu, imo cum amiſſione vitæ ſuæ, quod non aliis communioribus alexipharmacis uſus fuiſſet.

(a) Rivus eſt (verba ſunt CL. D. Doctoris Sachſii, Wratislavienſis ante nonnullos annos Poliatri, in Miſcell. ſive Ephemerid. Academ. Leopold. Curioſæ anno primo) in extremitate Sileſiæ & Poloniæ limites interſecans, in Ducatu Glogovienſi, Obra dictus, magnitudine Weidam itidem Sileſiæ fluviorum æquans: ille ex Poloniæ finibus veniens, ubi oppidulum Meſeriz tranſiit, Wartæ fluvio illabitur, & cum hoc ad Caſtrinum Viadro jungitur. In toto hujus Obræ tractu, & littoribus uliginoſis, creſcit ingens copia calami Aromatici ſilveſtris; hujus radicibus avide veſcuntur ibidem Gammari, modo vul-

gari (minus tamen recte) cancri dicti; unde cocti & cibis adhibiti saporem semper exhibent amarum, non tamen ingratum, quin ob hoc nutrimentum ex calamo aromatico attractum salubertimi sunt, & viscera primæ regionis apprime roborantes. Primam horum mentionem in Litteris mihi hoc ipso anno fecerat è Vienna Exc. Dn. D. Fridericus Ilmer a Wartenberg, Instit. Med. Prof. P. Viennæ: plenius eandem narrationem mihi oretenus confirmavit Adm. Rev. P. Augustinus Gainitius, modo Soc. JESU in Colleg. Wratislav. *Rector*, non auritus, sed oculatis testis. Is cum ante aliquot annos in oppidulo Wartenberg in Ducatu Glogov. sito, aliisque vicinis pagis cis & ultra Viadrum (quorum pars Obræ fluvio adjacet) ad Societatem pertinentibus nomine societatis Administratorem ageret, sæpiuscule istos amaros cancros ex Obra captos mensæ adhibuit, eorumque salubri esu adeo delectatus est, ut communes dulces, postmodum nauseabundo aversaretur stomacho. Hi ipsi Gammari amari maximo cuidam Principi aliquoties oblati, tam sapidi judicati fuerunt, ut testatus fuerit, se nec in Hispaniæ, nec Italiæ, nec Galliæ itineribus tam salubres, aut tam gratos sapore se invenisse. Idem P. Gainitius promisit brevi se procuraturum, ut tales amari Gammari pro confirmanda dictorum veritate Wratislaviam deferantur.

Qua ratione Gammari ranarum pelliculis, & ollis, in quibus milium coctum, capiantur, vide Hohbergii Georgica Curiosa lib. II.

Bezoar in capri-cervarum orientalium capsula ventriculo alligata reperitur. Conf. Bauhinus de lapide bezoar, ut & Bapt. Sylvatic. Monaides; ast Bontius & in Indicis Capris & Europæis inveniri contendit. D. Graba in descriptionis Cervi præfatione eo usque progreditur, ut dicat, ex lapide bezoar non modo nullam utilitatem, verum etiam plus damni quam commodi ægrotis sæpius emergere. Atque hinc etiam monuit Matthiolus, ut circa usum ejus probe circumspectus & cautus unusquisque sit.

§. 59.

FLUVII libero olim Piscatui permissi, piscium fuere feraciores.

Nec plura nunc de squammigeris undarum Silesiæ incolis: nisi, quod silentio minime tegendum, irro-

irroboraſſe paulatim, atque cogitationes plerorumque hominum penitus inſediſſe, libero olim piſcatu, amnes Sileſiæ multo exſtitiſſe piſcium feraciores, quam ex quo tempore promiſcua illa piſcandi facultas vulgo adempta. Qua de re ſolens ſuo more, id eſt, perquam eleganter Franc. Faber in Sabotho:

Veſtra nec illaudata velim ſapidiſſima nantum
Agmina, gratuito permiſſa prioribus annis
Libera piſcatu. Nam quaque, infraque, ſupraque
Vel tenues rivos, aut flumina juſta, perennes
Volvitis haud interdicto communibus hamis
Gurgite Squammigerum vulgo genus omne dediſtis,
Expoſitum prædæ: nec cuiquam copia fraudi
Captura uberior fuit uſurpata, ſed inter
Libertas ſtetit illa ſuas non invida leges:
Atque ſtatas habuit metas, tempusque, dies q.
Nil minus hæc inopi conceſſa licentia plebi
Fovit inexhauſti creſcentia ſemina fœtus
Vulgaremque auxit Domini benedictio prædam.
Durius occluſos, vetitosque ſeverius amnes
Deſtituit, velut execrata piacula, piſcis.

(o)

CAPUT VI.

INGENIA, ET MORES SILESIORUM, CORPORUM HABITUDO, EDUCATIO, STUDIA, SCHOLÆ, REI FAMILIARIS CURA, VICTUS, ITEMQUE VESTITUS RATIO, HOSPITALITAS, MERCIMONIA, IDIOMA.

SUMMARIUM

Autoris:

§. 1. Silesiorum INGENIA.

§. 2. Silesii unde audiant ONOPHAGI?

§. 3. Laus Asini.

§. 4. Dicterii contra Silesios ingeniosa redargutio.

§. 5. Silesius & Misnensis ejusdem gemi.

§. 6. Silesiorum Habitus externus.

§. 7. Silesiorum statura, & mulierum forma.

§. 8. Juventutis Silesitica educatio, & ad provincias exteras peregrinatio.

§. 9. Exercitia Martia juventutis Silesitica.

§. 10. Silesii Artium tam liberalium,

Scholiastæ:

§. 1. Morositas & Pudor eorum excusatur.

§. 2. Novum illius fabulæ Commentum explodituv.

§. 3. Eadem continuatur.

§. 4. Primi quatuor paragraphi rhythmis Germanicis includuntur.

§. 5. Scaligeri de Silesiis sententia refutatur.

§. 6. Boteri de Silesiis hallucinatio.

§. 7. Erroris Scaligerani continuatio, & fœminæ laudandæ ratio.

§. 8. Eadem versibus Germanicis proponuntur, & de peregrinatione disceptatur.

§. 9. Regis Matthiæ & Bertii de Silesiis sententia.

§. 10.

quam

quam mechanicarum capaces.

§. 11. Viris eruditis, præsertim Poëtis, claret Silesia.

§. 12. Silesiorum Schola.

§. 13. Goldbergensis & Bregensis quando & a quo erecta?

§. 14. Wratislaviensis duplex.

§. 15. Alia plures.

§. 16. Schola publica, sive Universitate caret Silesia.

§. 17. Gymnasium Bethanienſe.

§. 18. RR. PP. Soc. Jesu Gymnasia.

§. 19. Eorumdem docendi ratio.

§. 20. Rei familiaris cura diligentissima apud Silesios.

§. 21. Agricultura auctior, quam olim.

§. 22. Fœminarum industria œconomica.

§. 23. Silesiorum victus mundior.

§. 24. Carnis procuranda ratio.

§. 25. Nobiliorum victus pretiosior.

§. 26. Silesia sumptuoso gula luxu contaminata.

§. 27. Priscus Silesia potus Biera.

§. 28. Potus illius alia nomina.

§. 29. Cerevisiæ conficienda ratio.

§. 30. Ejus virtutes.

§. 31. Primaria Schepusium.

§. 32. Hordeaca Virtus.

§. 33. Oppaviensis commendatur.

§. 34. Suidnicensis cujus virtutis?

§. 11. Idem continuatur.

§. 12. De his plura.

§. 13. Ubi erecta, aut in quali loco?

§. 14. Ejus inscriptiones antiquæ.

§. 15. Schola Catholicorum.

§. 16. Sed anno præterito accepit.

§. 17. a Frid. Luca celebratur.

§. 18. De illis plura.

§. 19. Describuntur aliquot Bibliothecæ Silesiæ.

§. 20. Discrimen inter Germanos & Slavos rusticos.

§. 21. Ad caput tertium Lector remittitur.

§. 22. Ad paragraphum 8 revocatio.

§. 23. Ad 3. 4. 5tum caput remissio.

§. 24. Sulla conservatio.

§. 25. Epularum luxus.

§. 26. In eundem invectiva fusior.

§. 27. Quando inventus?

§. 28. Idem.

§. 29. Brasiatorium, aut Braxatorium unde?

§. 30. Steinaviensis olim celebris.

§. 31. Ejus laudes fusiores.

§. 32. Goldbergensis & alia quædam celebrantur.

§. 33. Quæstum ex illa faciunt Incolæ.

§. 34. Hodie virtute pristina caret.

§. 35.

§. 35. *Jure Cerevisiam coquendi qui gaudeant?*

§. 36. *Secundariam & aquam qui bibant?*

§. 37. *Vina unde advehantur?*

§. 38. *Medo non infrequens in Silesia potus.*

§. 39. *Adusti usus & abusus.*

§. 40. *Compotationes frequentiores in Silesia.*

§. 41. *Ebrietas commune Germanorum vitium.*

§. 42. *Improbratores nostri urgentur gravioribus.*

§. 43. *Praeter Germanos alii quoque populi sunt dediti ebrietati.*

§. 44. *Propterea non excusatur Ebrietas.*

§. 45. *Germani tamen ebrii minus culpabiles censentur.*

§. 46. *Non autem immanes belluones.*

§. 47. *Magistratuum Indulgentia fomentum hujus mali.*

§. 48. *Vasa mensalia pro varietate status varia, etiam Argentea.*

§. 49. *Vestitus ut aliorum Germanorum diversus.*

§. 50. *Luxus Vestium modum excedens etiam invaluit in Silesia.*

§. 51. *Quod remedium huic malo opponendum?*

§. 52. *Silesiorum erga Peregrinos humanitas, hospitalitas, & charitas.*

§ 35. *De eodem plura.*

§. 36. *Aquam qui olim biberint?*

§. 37. *In Vini abusum invectiva.*

§. 38. *Medonis etymon.*

§. 39. *Mülpforti de eo judicium.*

§. 40. *Salutes insalubres.*

§. 41. *Id quod fusius deducitur.*

§. 42. *Germani verum in vino inveniunt.*

§. 43. *Populi bibaces enumerantur.*

§. 44. *Quantum noceat?*

§. 45. *Minoris culpa rationes.*

§. 46. *Qui tales censeantur?*

§. 47. *Sed poena coelitus timenda.*

§. 48. *Orbes nostri lignei & amphora Boleslavienses commendantur.*

§. 49. *Variant illum Germani, Gallos imitantes.*

§ 50. *Contra eumdem luxum plura, foeminarum praesertim.*

§. 51. *Piissimus summi Principis conatus hunc luxum exstirpandi, sed irritus.*

§. 52. *Continuatur argumentum.*

§. 53. *Negotiationis tam utilitas, quam neceſſitas.*

§. 53. *Mercatorum dignitas, ſed vili Judæorum negotiantium colluvie hodie contaminata.*

§. 54. *Sileſiorum cum Vicinis commercia.*

§. 54. *Lites cum Polonia propter commercia.*

§. 55. *Itinera Sileſia hodie tuta.*

§. 55. *Olim a prædonibus & latronibus infeſtata.*

§. 56. *Diverſoria pro peregrinis ſat commoda.*

§. 56. *Vituperantur Polonica & Hiſpanica.*

§. 57. *Lingua vernacula olim Slavica.*

§. 57. *Hanc præ cæteris Balbinus celebrat.*

§. 58. *Hodie potiori ex parte Germanica, & Slavonica dialectus ſingularis.*

§ 58. *Idem.*

§. 59. *Lingua Germanica difficultas, Majeſtas, Antiquitas.*

§. 59. *Eadem prolixius celebrantur.*

§. 60. *Dialectus Lingua Sileſitica.*

§. 60. *Eadem.*

§. 61. *Idioma Germanicum Sileſii ſingulariter excolunt.*

§. 61. *Inter hodiernam, & antiquam Germanicam linguam quantum diſcrimen.*

§. 62. *Idioma Polonicum mordicus retinent Sileſii ſuperiores.*

§. 62. *Hoc non exſtirpandum, ſed ſimul cum Germanico addiſcendum.*

§. 1.

Sileſiorum INGENIA.

DE regione ipſa Sileſiorum, poſtquam pro noſtri inſtituti ratione ſatis hactenus diſſertum eſt: proximus hinc videtur labor, ut Incolas etiam ipſos, & quæ circa eorum corporis & animi bona notanda veniunt, contemplemur. Ac primum quidem ad Sileſiorum temperamentum quod attinet, cum illa vulgariter Virginis & (*a*) Mercurii

tutelæ ſubjiciatur; huic ipſi cœleſti conſtitutioni Curæus ingenia Sileſiorum reſpondere ſcribit. quippe quæ ut plurimum media ſint inter Sanguinea, & melancholica, ideoque plerumque in illis, qui doctrina & uſu non ſunt exculti, naturalem quandam triſtitiam, (*b*) moroſitatem, δυσωπίαν vel ſubagreſtem quendam pudorem (*c*) cerni. Verum ſi accedat cultura ex liberali inſtitutione & aſſuefactione, ingenia noſtrorum hominum non ſolum optime eſſe omnium artium capacia, verum etiam accipere elegantem quandam dexteritatem ad res magnas efficiendas. Quod ſi addam ego, bellicoſos eſſe Sileſios, & ad conſerenda prælia, depoſcendaque pericula audaces, ſed ſine mala malitia, mente candida & ſimplici, (*d*) magisque falli, quam fallere aptos, nihil, opinor, falſi dixerim. (*e*)

(*a*) Conf. Schickfuſium lib. IV. c. 1. p. 5. qui Sileſios inde medium plerumque tenere inter temperamentum ſanguineum & melancholicum dicit. & ibid. c. 8. p. 47. ubi in ſpecie Wratislaviæ illum ſitum ait adſcribi, quem cum Pariſiis, Pavia, & Baſilea habeat communem, illi convenire ſcribit incolarum ingenia, mediorum inter temperamentum ſanguineum & cholericum.

(*b*) Torvitatem hanc vocant alii, præſertim Germanorum ſugillator Scaliger, qui (ut habet liber, cui titulus: *Scaligerana*) monet cavendum eſſe a torvitate Germanorum. *Sed pace tanti viri dixerim* (ita Scaligero reponit Autor Epiſtolæ Politicæ de Germanorum Peregrinationibus) *iniquum, minimeque ſincerum eſt hoc judicium, dum torvitatem pro gravitate, humanitate temperata accipit.*

(*c*) Hujusmodi pudorem ſæpius in noſtratibus non adoleſcentibus tantum, ſed & in adultioribus, etiam in ſenioribus, animadvertimus: Contingit aliquando, ut inter Viros ſpectabiles, & magnæ Autoritatis

varii

varii miſceantur ſermones, doctique formentur diſcurſus: adſit tunc doctus, & rerum, de quibus fit ſermo, Sileſius longe peritiſſimus, ſed pudore naturali nondum audacia temperato impeditus obmuteſcit, timidus, ne, ſi rem forſan perperam, aut minus recte proferat, confundatur: ac proprerea frequenter ab audacioribus (ne dicam impudentioribus) ſimplex, rudis, ſtupidus Corydon eſſe creditur, ac dicitur.

Quamvis (meo quidem judicio) hic pudor nobis agnatus magis beneficium, quam error naturæ dici poſſit: hoc enim Juvenes redduntur in loquendo cautiores, in agendo prudentiores, conanturque illud, quod ex pudore proferre non audent, melius addiſcere, penitius penetrare, ac expeditius dein proponere. Cum e contrario alii a natura impudentes, audaculi, ſcioli, quamvis immaturam ſententiam vænum exponant, & præcipitationi, temeritati, & inconſiderationi, vitiis (ut docet Angelicus Doctor 2. 2. Q. 53. a 3. & 4.) prudentiæ oppoſitis aſſuefiant. Accedit, quod pudor in Juvenibus non ſemper ſubagreſtis, ſed multoties virtutum Parens ſit. Optime de verecundia ſcribit Seneca: *Bonum in adoleſcente ſignum eſt, cum illi ex alto rubor ſuffunditur:* & Juſtus Lipſius in epiſtola ad Valentem Acidalium ſcripta: *O ornamentum Juventutis pudor! ſeges vera gloriæ, & doctrinæ! parva tibi videantur, quæ feceris, ut majora cottidie poſſis. Vix autem faciet, qui facere ſe jam putat.* En pudorem a Juſto Lipſio, a Seneca, magnis duobus Morum Magiſtris, deprædicatum! pudorem videlicet, de quo nemo dulcius quam Doctor mellifluus ſer. 86. in Cant. *Quid amabilius*, inquit, *verecundo adoleſcente? quam pulchra & quam ſplendida gemma morum eſt Verecundia in vita & vultu adoleſcentis; quam vera & minime dubia bonæ ſpei nuncia, bonæ indolis index, Virga diſciplinæ, expugnatrix malorum, propugnatrix puritatis innatæ, ſpecialis gloria conſcientiæ, famæ cuſtos, vitæ Decus, virtutis ſedes, Virtutum primitiæ, Naturæ laus, & inſigne totius honeſti.* Hæc S. Bernardus.

At enim vero audiamus etiam, quid laudatus modo Lipſius in notis ad 3. lib. Polit. ex citato Didaſcalo Seneca præcipiat: *Quorundam* (ait hic de Tranquillitate) *parum idonea eſt Verecundia rebus Civilibus, quæ firmam frontem deſiderant*, id eſt: in rebus magni momenti, quæ requirunt firmam frontem, hominem conſtantem, ſententiæ ſuæ in ſano judicio rectaque ratione fundatæ immobiliter inhærentem, virum videlicet ab Horatio lib. 3. Ode 3 ad amuſim deſcriptum ſequentibus:

Juſtum, & tenacem propoſiti Virum,
Non Civium ardor prava jubentium,

Non vultus instantis tyranni,
Mente quatit solida: neque Auster,
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Jovis manus,
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

E contrario, pergit allegatus Philosophus, *quorundam contumacia non facit ad aulam*, hoc est eorum, qui in rebus etiam minoris momenti nimium duri sunt, pertinaces, præsumptuosi, & soli sapere volentes. *Medium ergo tenendum*, inquit rursus ibidem Justus, *ut & fiducia adsit, & contumacia absit*, ut, qui rem agendam bene ponderavit, sententiam suam rectæ rationi conformem esse sane judicavit, eandem proferre atque tueri non dubitet, maturoque suo confidat judicio, ita tamen, ne hujusmodi confidentiam mutet in pertinaciam, aut contumaciam, qua solus sapere sibi videatur, aliorumque sana consilia fastuose contemnat & rejiciat.

(*d*) Non male huc adduxerimus scitissimam illam sciagraphiam, qua delineato prius homine perverso, virum simplicem & rectum, Jobum puta, & per hunc genuinum Silesium describit Magnus Ecclesiæ Doctor Gregorius lib. 10. cap. 16 Moralium. *Deridetur justi simplicitas. Hujus mundi sapientia est, Cor machinationibus tegere, sensum verbis velare; quæ falsa sunt, vera ostendere; quæ vera sunt, falsa demonstrare. Hac nimirum prudentia usu a juvenibus scitur, hac a puero pretio discitur: hanc qui sciunt, ceteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciunt, subjecti & timidi in aliis mirantur: quia ab eis hæc eadem duplicitatis iniquitas nomine palliata diligitur, dum mentis perversitas urbanitas vocatur. Hæc sibi obsequentibus præcipit bonorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere: cum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere; cum virtutis possibilitas deest, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate simulare.* Ecce prudentiæ mundanæ delineationem! Sed audiamus Justi descriptionem: *At contra* (pergit Magnus ille) *Sapientia Justorum est, nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera, ut sunt, diligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quam facere: nullam injuriæ ultionem quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hæc justorum simplicitas deridetur: quia ab hujusmodi sapientibus puritatis virtus fatuitas creditur. Omne enim,*

quod

quod innocenter agitur, ab eis procul dubio ſtultum putatur: & quidquid in opere veritas approbat, carnali ſapientiæ fatuum ſonat. Quid namque ſtultius videtur mundo, quam mentem verbis oſtendere, nil callida machinatione ſimulare. &c.

(*e*) Lucas de Linda, cujus deſcriptio orbis & omnium Rerumpublicarum Amſtelodam. 1665. 8. excuſa prodiit, pag. 812. 813 Mores Sileſiorum ita deſcribit: *Sileſii eleganti ſtatura, nec nimium elata, nec nimium depreſſa, forma eximia præditi ſunt. Illorum ſexui muliebri albus pulcherrimusque color eſt. Ad omnes artes, inprimis Poeſin, feliciſſima habent ingenia. Nobiles animoſi, in conſiliis ſuis circumſpecti, ad executiones promti, ante pericula quieti, audentes in occaſione eſſe judicantur. Nobiles juxta ac cives, divites pariter & pauperes, ipſaque ruſtica plebs in Scholas, (quas plurimi faciunt) pubem ſuam ablegant. Filias ad fila ducenda, litteras exarandas, aliasque hunc ſexum decentes artes æque Nobiles ac Cives applicant. Nobiles libris & venationibus, vel equeſtri exercitio delectantur. Viri, gravioribus impediti negociis, uxoribus ſuis rem familiarem tuto permittunt. Quæ exacta & ſedula ſunt matres familias. Cibum plebejis natura ſimplicem eſſe voluit, luxus opiparum delicatumque Nobilibus perſuaſit. Qui vinum habent in pagis, ſunt rariſſimi, hujus defectum ſapidiſſima cereviſia penſat. Quemadmodum autem Sileſii fide & candore, ita ſe etiam poculis Germanos probant, quæ pro ſalute ſuorum Principum, in conviviis funditus hauriri, ad illaque hoſpites ſollicitare optime didicerunt. Inter pocula Muſicam adamant, ad quam natura feruntur, & ubi mero Hungarico, vel cereviſia, aut etiam vino aduſto incaluerunt, muſicum ſolenne inſtrumentum, illis dictum* der Bock / *ſonare imperant, choreasque ex ordine ducunt. Nuptiarum & exequiarum ſolemnia magna cum pompa, majoribus tamen ſumtibus, inſtituunt, præſertim Nobiles, quorum multi opimos habent reditus. Maximam quidem illorum partem diuturnum Germaniæ bellum bonis exhauſit, illi, licet alias pares fortunæ conditione non ſint, pares tamen ſemper animo eſſe volunt. Habitus Sileſiorum cum reliquo Germanorum convenit, niſi quod illi, qui exteras Nationes peregrinationibus adeunt, Gallicâ moris veſtes domum adferant. Fœminarum veſtitus auro argentoque interextus, margaritis onuſtus, bonam opum partem ſpectando luxu enervat. Lingua illorum Germanica eſt, cui utplurimum Polonicam adjungunt, quam præ reliquis Germanis purius loquuntur Wratislavienſes. Delicatus ciborum apparatus & cereviſia* Scheps

valde commendat; neque adeo sunt solliciti de multa hæreditate liberis relinquenda, modo aliquam mechanicam artem bene calleant. Igitur præsentibus utuntur bonis, hilaremque vivunt diem, dicentes id sibi ab Imperatore (*) privilegii datum, ut bene comedant, & melius bibant.

(*) confer infra §. 37.

Gemella fere sunt, sed quædam cordatiora, quæ apud Abrahamum Kittelium, Lubena-Silesium, in Encomio Silesiæ, publica oratione Witebergæ recitato & typis an. 1661 ibidem exscripto, leguntur, ad quem lectorem curiosum ablegare possumus.

§. 2.

Silesii unde dicantur ONOPHAGI?

Eaque res haud dubie occasionem præbuit fabulæ illi vulgo decantatæ de asina a Silesiis pro magna leporum matre devorata. (*a*) Sed quæ Gens non aliquando fuit rudior? Romani ipsi ἀγροικότεροι adhuc, Leones, quia ex Numidia advecti, ac feritate terribiles essent, Ursos Numidicos, sive Lybicos; tum visos primum elephantos, quod nullum bove majus animal nossent, Boves, & quia ex Lucania adducti, boves Lucas adpellarunt: pariterque Struthionem passerem marinum, Camelopardalim ovem feram, Pantheras mures Africanos crediderunt. Ne quid heic dicam de aliquot Gentibus, quæ hoc ipsum animal cum summa jucunditate in ventrem demiserunt. Nec enim tantum caro Asini phthisin sanat, sed & Mecænati, aliisque in maximis deliciis ponebatur.

(*a*) Novum de fabulæ hujus origine figmentum nuper audivimus: fuisse nimirum (narrant nonnulli omni Silesio simpliciores) aliquando Silesios missos vel Viennam, vel aliò, ubi Cæsar aut Rex tunc moratus esset, in,

in, neſcio, quo gravi communis patriæ negotio, ſecumque vel argenteum, vel prorſus aureum Præſepiolum, ut vocamus, id eſt, ſtatuas perſonarum, & brutorum animalium CHRISTO in ſtabulo naſcenti olim præſentium deſignantes portaſſe. Cum vero diu ad Cæſarem aut Regem non admitterentur, viaticoque ſuo jam conſumpto mutuum nuſpiam accipere poſſent, coactos fuiſſe, auream vel argenteam aſini ſtatuam aut oppignorare, aut plane vendere, tandemque illud donum haud integrum, aſino quippe abſente, extradere: atque hinc onophagos dici cœptos. Sed apage fabulam fabulæ aſininam rudiſſima natam Minerva, omni prorſus veritatis umbra carentem & omni autoritate deſtitutam.

§. 3.

Laus ASINI.

Et vero ecquod animal aſino patientius? (*a*) Hinc certe in ſacris Iſaſchar Jacobi Filius Aſinus fortis, quod oneribus ferendis dorſum ſubmiſſurus eſſet, nominatur: neque aliam ob cauſam, quam ſummam tolerantiam Homerus, primus ille omnium Poëtarum & Philoſophorum Parens, Achillem præſtantiſſimum Heroëm, qui ſolus Hectorem ſuſtinuit, non cum Elephanto, ne quis erret, ſed cum Aſino conferre voluit, quod libro Iliados undecimo legere, qui volet, poteſt.

(*a*) Samuël Bochartus in doctiſſimo ſuo opere de S. Scripturæ animalibus l. 2. c. 13. Aſinum ſeptemplici labori aptum animal eſſe probat ex ſacris litteris.

1. ad ferenda onera, Gen. 42, 26. Gen. 45, 23.

2. ad inſidendum ſeu portandos homines, non plebejos, ſed nobiliſſimos, puta Abramum, Moyſen, Baalamum, & ipsum Chriſtum &c.

3. ad vehenda plauſtra, Iſaiæ 41.

4. ad trahendum aratrum, Iſaiæ 30, 24. & 34, 20.

5. ad

5. ad Molendina agenda, aut rotanda; hinc lapis molaris in latino textu Matth. 18. & Lucæ 17 Mola Asinaria nuncupatur.

6. ad serviendum in bello, 2. Reg. 7. v. 7. 10.

7. ad cibandum, quod ejus Caro saltem tempore famis comesta fuerit, uti probatur ex lib. 2. Reg. 6. ubi scribitur caput asininum in Samaria, cum a Syriis obsideretur, octuaginta siclis fuisse venditum.

In eo quod nos Christiani carnem asininam comedere non soleamus, Judæos imitamur, quibus in veteri testamento prohibitum fuerat animalia non ruminantia, & fissas ungulas non habentia edere: ad quam tamen legem jam abrogatam nos amplius non obligamur. Quamvis alii, & hos inter Pietro Messia in Raggionamento del Contentioso credat, ideo hujus carnis esum olim fuisse prohibitum, aut modo non esse in usu, quod animal sit adeo utile homini, & necessarium, de quo veritas ipsa, Salvator noster, discipulis mandaverat, ut dicerent: *Dominus his opus habet.* Sed sufficiant hæc de Asino, plura hujusmodi, quæ esores asini excusent, & isthoc animal commendent, lecturiens, præfatum Bochartum adeat, & R. Patrem Balbinum, apud quem l. 3. c. 17. §. 5. in Miscellan. inveniet, Bohemos etiam olim carnes asininas comedisse, quos tamen ideo vexari nemo hactenus audiit: apud illum vero in laudato opere lib. 2. c. 14 leget, laudem Asinæ, quæ Angelum (a Propheta necdum visum) viderat, & voce humana locuta ostenderat, quam crebro DEUS ea a sapientibus & prudentibus abscondat, quæ parvulis revelat, Luc. 10. Leget cap. 15. & deprædicabit virtutem maxillæ asini, qua Samson mille Philistæos occidit, & quam miraculose aqua ex maxilla profluens sitientem recreaverit. Leget & admirabitur pietatem illius asini, qui lib. 1. Reg. c. 13 ad corpus mortui Prophetæ constanter permanserit, a leone adstante nec læsus, nec absterritus. Leget & venerabitur fortunam asinæ, in qua CHRISTUS solennissimum suum Introitum celebravit in urbem Jerusalem, & per hoc animal mansuetudinem suam ostendere voluit secundum illud: *Dicite Filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi, mansuetus sedens super asinam* &c.

Et quis hoc animal non magni æstimet vel ideo, quod in Decalogo ipsius, & bovis duntaxat meminerit DEUS aliorum animalium nullo prorsus expresse nominato: vel ideo, quod in Issachare (prout hic quoque insinuat Henelius) ipsum Salvatorem nostrum præfiguraverit: vel ideo,

ideo, quia in ſtabulo Bethlemitico naſcentem CHRISTUM Dominum ſuum eſſe cognovit, & præſepi ſuo loco lectuli Eidem ſervire potuerit: vel ideo, quia ſecundum S. Auguſtinum & alios figura fuit veræ Eccleſiæ, & Gentium ad Chriſtum converſarum: prout primi Chriſtiani propterea quoque *Aſini* dicti fuere, eodem *Auguſtino* teſte.

Mittimus alia, quæ pro laude aſini tam ex profanis quam ſacris autoribus adduci poſſent quam plurima.

§. 4.

Dicterii contra Sileſios ingenioſa Redargutio.

Etſi tamen non ſum neſcius, aliam huic ſive joco, ſive dicterio, & veriorem quidem cauſam ſubeſſe, quam nimirum Georgius Tilenus V. CL. Conſiliarius Ducalis Olſnenſis ſequenti epigrammate expreſſit:

Eſores Aſini quondam dixere Sileſos:
Cauſa rei qua ſit, quæſtio mota fuit.
Mons prope Reichſtenium eſt, auro divesque fodinis,
Aureus hinc Aſinus nomine dictus erat. (a)
Hos quia Sileſii ſolum tenuere fodinas,
Eſores Aſini ſint quaſi, nomen habent.

Quod ſi quis adhuc eſt, qui ridicula illa exprobratione nobis moleſtus eſſe pergat, is pro me tribus verbis reſpondentem ſibi optimi genii & ingenii Poëtam Noſtratem audiat:

Dicis, Grille, Aſinos Sileſia devorat omnes:
Si verum eſt, ne te devoret illa, cave. (b)

Du Grille / ſagſt / daß wir nur Eſels-Freſſer ſeyn /
Wenns wahr iſt / hüte dich / komm nicht zu uns herein /
Es möchten ſich an dir die Schleſier vergeſſen /
Und dich aus Mißverſtand für einen Haſen freſſen.

(*a*) Auri-Argentive fodinas *Aſinos*, imo *aureos Aſinos* fuiſſe nuncupatos, ex hiſtoriis oſtendi poteſt, præſertim ex Lib. I. c. 17. Miſcellan. Balbini, ubi ſcribit, Kuttenbergæ in Bohemia in illo loco, in quo hodie celebris S. Barbaræ Baſilica viſitur, fuiſſe fodinam Aſini nomine claram, ex qua Regi ſumptus tanti provenerint, quanti Regiæ Dignitati tuendæ, bellis gerendis, urbibusque regiis redimendis ſufficerent.

(*b*) Anno 1610. 23. Auguſti Francoſtenii Valentinus Franckius, Annæbergenſis Miſnicus, Conſiliarius Cæſareus, Ducisque Monſterbergenſis intra Diœceſin Francoſteinenſem Syndicus, cum in convivio aliquo magnifico de fabulæ hujus origine quæreretur, ſequenti extemporali epigrammate reſpondit:

Quæritis inter vos, cur Gens antiqua Sileſos
Dicat aſelliveros, conditione pares?
Reichſtenidum in terris auro meliore fodina
Dives, & hac aſini nomine clara fuit:
Illam noſtrates peregrinis undique pulſis,
Cum peterent niſu fervidiore Patres:
Inde voratores aſini ſunt undique dicti,
Tempora quod Sleſis nomen ad iſta manet.

Ihr fraget unter euch / woher die lieben Alten
In unſerm Schleſien den Nahmen her erhalten /
Daß man ſie hier und dar die Eſelsfreſſer nennt /
Und ob ſie zu der Zeit kein ſolches Thier gekennt?
Allein die Sach iſt ſo: Im Reichenſteiner Grunde
Geſchah es dermaleins / daß man ein Bergwerck funde /
Das ſich mit reichem Ertz und vielem Golde wieß /
Dahero man es auch den göldnen Eſel hieß.

Da

Da wolten Fremde nun von dieſen GOttes-Gaben
Auch ein beſcheiden Theil und reiche Beute haben/
Man drung mit aller Macht auf unſre Väter zu/
Allein ſie gaben nichts/ und ſchafften ihnen Ruh.
Dahero nennte man ſie ſchimpflich Eſels-Freſſer/
Und wie es pflegt zu gehn: der Ruff ward immer beſſer/
Was dieſen Spot betraff; So daß man bey der Welt/
Ob gleich der Eſel todt/ den Titul doch behält.

Qui plura de onophagia Sileſiorum ſcire deſiderat, is legat ſingularem, quam ea de re fovet, opinionem CL. Hanckii in Antiqq. de Sileſiorum Nominibus cap. V. §. 74. p. 40. 41. & Caſp. Sommerum, qui hanc calumniam integra diſſertatione hiſtorica refutavit, in qua ſequens etiam epigramma ab aliquo ex Cæſareis miniſtris in Bohemia de laude Sileſiorum compoſitum adducit:

Eſto Aſinum quondam deglutiviſſe Sileſos,
Objicere ut Sleſis ille vel iſte ſolet.
Aſt Aſini cerebrum non glutiviſſe Sileſos
Inviti Proceres Regis & Acta docent.
Hinc & ſunt adeo cauti catique Sileſi,
Ut vincant alios dexteritate viros.

§. 5.

Sileſius & Miſnenſis ejusdem Genii.

Philippus Melanchthon, cum Sebaſtianum Delicianum Joanni Heſſo D. Theologiæ Wratisl. commendaret, inter alia: *Miſnenſis eſt*, inquit, *cujus Gentis linguam & ingenia cum Sleſiacis maxime convenire judico; Tribuo autem utrisque plus humanitatis*, (a) *quam vicinis Saxonibus, quos plane arbitror poſteritatem eſſe Pyrrhæ, & Deucalionis ortam e Saxis.*

(a) *Mores Gentis in urbibus & pagis reguntur honeſtis legibus, & Gens ipſa non eſt impatiens diſciplinæ*; Sic alio in loco de Sileſiis idem Melanchthon rectius profecto, quam σημειογελφος ille, qui dicteria Joſephi Scaligeri conſcribens, ſequentem inter illa de Sileſiorum

moribus notavit sententiam: *Silesii sunt Barbari, sunt in fine Christianitatis: si quis Silesius non sit Barbarus, habet præclarum ingenium plerumq; Sunt fere prope Sclavoniam, etiam illa lingua utuntur.* Sed qua autoritate aut experientia nixus nos *Barbaros* vocet, nescio, nisi cum antiquis Romanis Barbaros dici velit omnes, quotquot extra ditionem Romanam degunt, populos. *In fine vero Christianitatis* dum nos habitare statuit, Geographiæ ignarum se ostendit, cum non pauca septentrionem versus post Silesiam sint Regna, & Provinciæ Christiano nomine celebres. *Prope Sclavoniam* nos esse fatemur, si per illam Regnum intelligat Poloniæ, cujus tamen lingua tanquam vernacula pauci præter aliquam partem plebis loquuntur, quemadmodum alibi ostendemus. Scaligero interim pro Germanis respondeat Constantinus quidam Germanicus, qui in Epistola Politica ad Justum Sincerum, postquam multa de Germaniæ laudibus, Viris nobilissimis æque ac doctissimis, urbibus, Academiis, Musis &c. edisseruisset, sequentibus in hunc ipsum Scaligerum invehitur: *Eat igitur*, inquit, *Josephus Scaliger (vir cætera Magnus, Illustris, & Admirabilis) ad Ancyras, elleboroque caput bene purget, qui passim in Libro (cui titulus, Scaligerana) Germanos Nostros Barbaros declamitare non erubuit, inprimis pag. 8, ubi illis grandi sane insolentia insipientia & ignorantia vitium inpingit. Cæterum thrasonicos ac stolidos ejusmodi sermones res ipsa confutat, & mendacii convincit. Hic Scaliger (pace mihi liceat, Manes, si dicere vestra) in allegato libro multas nugas deblaterat; animi malevoli livorem, orisque maledici petulantiam non semel ostendit, multa etiam futilia, scurrilia, obscœna, non pauca manifeste falsa effutire nil pensi atque moderati habuit. Tros sive Rutulus fuat, nullo discrimine habet, sed omnes ex æquo pulsat, in omnes dentem Criticum alte defigit; Ubique de se, suisque magnifice, ne dicam thrasonice loquitur, reliquos mortales, si unum aut alterum (Casaubonum, Bezam, Bochartum &c.) excipias, flocci facit. Denique sibi neminem elabi patitur, cujus non errata, vitia, navos etiam levissimos acerrime insectetur, & plus quam Cynica licentia arrodat, ut avitum canis cognomen non male exprimere videatur. Vide præfat. ad Scaligerana: Ipse dicit pag. 232. Hodie docti soli sunt stulti, & ego etiam stultus. Antecedens minime verum, & contradictionem implicat; consequens verum fuisse Germani nostri, quos adeo indignis modis tractat, facile credent. Ibidem Scaliger ait, quod in tribus se virum præstet: In vino, in Poesi, & juger des personnes. Hac tria non raro magnum ejusmodi*

modi virum alterna parte laudis privarunt juxta illud: Wein ein / Wib aus / *Poëten* seynd Narren. &c. *Quod si Erasmi Moriam diligenter legisset Scaliger, credo, quod melius se ipsum & alios nosse potuerit. Cæterum forsan excusandus Scaliger, condonabuntque ipsi moderatiores Germani, si sinisterius quid elocutus. Criticorum enim est hoc proprium in quarto modo Philosophico: Certe si in Auctorum scriptis, per tot diffusis voluminа, est aliquid ignorandum, malo paucula verba negligere, quam ut consumpto in iis Seculo amœnissimos vel sermonis, vel doctrinæ fontes omittam. Quis se (cum Scaligero) in virum non evasisse credit, quis non æternitati litasse, cui stylus hæc vocabula permiserit: Debeo, interpungo, corrigo; Manuscripti sic habent, hoc ab antiquo ritu, & cætera ineptissima ambitionis verba? &c.* Et post pauca alia: *Sed relinquamus Scaligerum, quem forsan Musca comedissent, nisi se Criticum jactitasset, quique omnes, ipsum non prò DEO terrestri colentes, lingua sua in Cameram obscurorum Virorum relegavit.*

§. 6.

Silesiorum HABITUS externus.

Externum quod attinet HABITUM, color hominum fere candidus, nec in paucis tamen subrubicundus. Ubi quidem a crasso errore non excuses Boterum, qui gilvum, aut pallidum iis attribuit: non minus hic hallucinatus, quam in iis, quæ de (*a*) tauro Phalaridis apud Silesios usitato, quasi de re certa, atque indubitata, sed nugatorie proclamat, aliisque non absimilibus nescio quo studio vel affectu prodendis, proque auctoritate Italica rudiori popello obtrudendis. De quo quidem Boteri errore, & aliis non paucis cum Vir nobilissimus, & ab Jurisprudentia, ab historiarum lectione, ab literis politioribus instructissimus Dn. Georgius Schönbornerus, U. J. D. Consilia-

rius Cælareus, ac Fisci Regii per inferiorem Silesiam ac Lusatiam Patronus, pro fraterno adfectu, & eo quod inter nos est,

- - - *alternum sanctæ fœdus amicitiæ,*

Silentio alioqui me præteriturum monuerit, publice heic agnoscere ingenui esse animi duxi.

(a) Verba ipsius Boteri adscribere libet sequentis tenoris: *La gente è bionda, ben disposta, s' inebriano facilmente, e si dilettano oltra modo di pasteggiare. - - Usano in questa provincia un' supplicio cosi fatto: Hanno un bue di rame, ch' essi empiono di carboni, & ascendo il caldo per certe fistole, il menano per tutta la città con alcune ruote.* Parte I. lib. 1. quæ verba Latine sic sonant: *Gens* (Silesitica) *gilva aut pallida est, & bene disposita, facile inebriantur, & ultra modum delectantur comedendo. Utuntur in hac Provincia supplicio quodam hoc modo facto: Habent bovem aneum, quem ipsi implent carbonibus, ex quo per certas fistulas calor exit: hunc vehunt per totam Civitatem in aliquibus rotis.* Ecce hallucinationem, & maculam a Botero, magni alias nominis scriptore nobis affixam, dum penicillo suo, sive calamo alium colorem nobis affingit, appingitque, quam revera habemus; voracitatis aut gulæ nos adeo accusat, quasi vero nos præ cæteris genio indulgeremus, & Epicuri de grege Porci mereremur; cum tamen isthuic vitio alias nationes magis obnoxias esse, probet experientia. Ebrietatem autem quod attinet, illam cum cæteris Germaniæ populis, aliisque quamplurimis communem habemus, ut infra ostendetur.

Et quis unquam Silesius, qui Silesiorum majores unquam supplicium illud, quod Botorus somniat, heic locorum viderunt? quis artifex ejusmodi taurum æneum fabricatus est in patria nostra? quis primus in eo cum Perillo boavit? quando tulit Silesia Tyrannum aliquem, qui homines sibi subjectos ob delicta ignito bovi inclusisset, combussisset, in cineres redegisset? Sola hæc fuit Sicilia, Phalaridem, crudelissimum Agrigentinorum Regem, aut Tyrannum ferens, qui præter cætera novorum suppliciorum instrumenta Taurum habuit æneum, Perilli arte fabricatum, in quem immissi damnati, igneque subjecto bovis mugitum edebant: cujus muneris nomine quum artifex non leve munus speraret, jussu tyranni in taurum conjectus, primus artis suæ specimen præbuit. Ipse quoque Phalaris tamen, quum nimia ejus atrocitas

trocitas ulterius ferri non posset, acto in eum universorum civium impetu correptus, ei ipsi tauro, quo alios exusserat, inclusus, vivus crematus est. Huc illa Ovidii in Ibin imprecatio spectat:

Utque ferox Phalaris lingua prius ense resecta
More Bovis Phario clausus in ære gemas.

§. 7.

Silesiorum STATURA, *&* MULIERUM *Formæ.*

Statura Silesiorum ut plurimum mediocris; habitudo Corporum optima: membrorum ac lineamentorum compositio elegans: (*a*) tum naturalis quædam formæ bonitas: In feminis præsertim & puellis, quæ formæ genuino & non fucato nitore, lacteoque candore gentes finitimas provocant: cumque Bissula Ausonii vel Latias vincunt pupas, ut jam olim magni Chronici Norinbergensis Auctor *sexum femineum* in Silesia *venustum esse, & adfabilem, sed sine pudicitiæ tamen labe*, haud falso scripserit. Cui convenienter Michäel Neander *Veneres & puellas Silesiæ tales esse ait*, ut *vel silicem subigere possint ad amandum.*

(*a*) Æque ac Boterus hallucinatus, præfatus ille, de quo paulo ante, Scaligeri consalinus, dum vel ex ore Scaligeri, vel proprio ausu de Silesiis scripsit: *Silesii sont tous petits, il y en a des braves, ils sont a demy Barbares, boivent bien, sont aussi pourceaux.* Id est: *Silesii sunt omnes parvæ staturæ; sunt tamen inter illos fortes. Sunt semibarbari: bibunt bene, sunt etiam porci.*

Ecce Microscopium inversum! ecce Scarabæum! Silesios vel non vidit unquam, vel vidit a longe, hinc omnes parvæ staturæ eidem visi: non floribus insidet sed sordibus, quas cum sint paucorum, facit omnium. Aliter & genuinis coloribus staturam Silesiorum, formamque delineat hic noster Henelius, fœminarum præsertim, quarum venustatem multo modestius deprædicat, quam Poëtæ nonnulli suas vel Italas, vel Galli-

Gallicas mulieres, quarum genis rosas, narcissos fronti, hyacinthos oculis aspergunt, & Floras nominant; quarum crines in aurum, dentes in margaritas, labia in corallia, collum in alabastrum, genas in rubinos, oculos in carbunculos luxuriante metaphora vertunt, & Helenas nuncupant: quarum faciei stellas, fronti solem, crinibus radios, genis auroram appingunt, & Deas fingunt, Veneresque salutant.

§. 8.

Juventutis Silesiticæ EDUCATIO.

Juventutis Educationem quod attinet, (*a*) ad pædagogia, & Magistros mares liberos mittere, & primis litterarum elementis imbuere, pauperibus æque ac locupletibus, nobilibus ac plebejis (*b*) studium est. (*c*) Puellæ etiam nobiles, & urbanæ, vel in Scholis, vel domi, vernacula lingua legere, literas pingere, & numerare discunt. Adultiores puellæ quidem, rei familiari & sexui convenientibus exercitiis, qualia sunt, nere, acu pingere, texere, coquere &c. manus admovent. Nisi quod alicubi etiam materculæ reperiantur, quæ filias suas, quas ἀλγηδόνας vident esse ὀμμάτων, ne forte maciem contrahant, & faciei sibi pravitatem affricent, ab omnibus laboribus & curis domesticis studiose submovent, atque arcent. Mares vero vel ad Doctrinarum studia, quibus Ecclesiæ ac Reipublicæ esse quandoque usui possunt, admoventur, vel militiæ, aut mercaturæ, aut agriculturæ, aut opificiis mechanicis, aliisque manuariis artibus, aut Principum denique, & Procerum ministeriis (μία γὰρ οὐχ ἅπαντας ἄμμε τρέφει μελέτα, siquidem haud quivis

ad

ad quodvis vitæ genus, aut per naturam eſt aptus, aut docilis aſſuetudine, ſed eſt veteri, veroque verbo,

Hic ſatus ad pacem, hic Caſtrenſibus utilis armis,

neque adeo naturæ tantum ſemina, ſed etiam

Fortunæ ſequitur munia quisque ſuæ,

ſeſe addicunt: complures etiam, præſertim nobiles ac ditiores, variorum populorum, rerumque publicarum moribus, & inſtitutis coram intuendis, noſcendiſque Lares paternos, deſerunt, & longinquas terras, (*d*) inprimisque Italiam, Galliam, Angliam, Belgium, clariſſima illa omnis elegantiæ & humanitatis domicilia adeunt: unde non ſolum doctiores, ſed & cæterarum rerum peritiores domum revertantur, atque ita demum non illotis, quod ajunt, manibus, ſed ſic ſatis inſtructi ad Rempubl. accedant.

(*c*) Educationem Sileſiticæ Juventutis aliquando, dum in Tuſculano noſtro nobiſcum literæ ruſticarentur, ſequentibus rhythmis Germanicis complexi ſumus:

Was unſre Kinder-Zucht in Schleſien belanget/
Pflegt ſie/ wie anders wo/ hier eben zu geſchehn/
Die Sitten junges Volck gemeiniglich empfanget/
Die es bey Eltern/ und bey andern/ hat geſehn.
Das Sprichwort bleibet wahr/ daß/ wie die Alten ſungen/
Auf eben ſolche Weiß/ in eben dieſem Thon/
Und eben dieſes Lied/ das pipen ihre Jungen:
Wie es der Vater treibt/ ſo treibets auch der Sohn;
Gleich wie die Mutter iſt böß' oder gut beſchaffen/
Von einer ſolchen Art iſt auch das Töchterlein;
Dann Kinder haben was gemeines mit den Affen/
Was ſie vor Wandel ſehn/ muß Ihr Getaudel ſeyn.

Gallicas mulieres, quarum genis rosas, narcissos fronti, hyacinthos oculis aspergunt, & Floras nominant; quarum crines in aurum, dentes in margaritas, labia in corallia, collum in alabastrum, genas in rubinos, oculos in carbunculos luxuriante metaphora vertunt, & Helenas nuncupant: quarum faciei stellas, fronti solem, crinibus radios, genis auroram appingunt, & Deas fingunt, Veneresque salutant.

§. 8.

Juventutis Silesiticæ EDUCATIO.

Juventutis Educationem quod attinet, (*a*) ad pædagogia, & Magistros mares liberos mittere, & primis literarum elementis imbuere, pauperibus æque ac locupletibus, nobilibus ac plebejis (*b*) studium est. (*c*) Puellæ etiam nobiles, & urbanæ, vel in Scholis, vel domi, vernacula lingua legere, literas pingere, & numerare discunt. Adultiores puellæ quidem, rei familiari & sexui convenientibus exercitiis, qualia sunt, nere, acu pingere, texere, coquere &c. manus admovent. Nisi quod alicubi etiam materculæ reperiantur, quæ filias suas, quas ἀλγηδόνας vident esse ὁμμάτων, ne forte maciem contrahant, & faciei sibi pravitatem affricent, ab omnibus laboribus & curis domesticis studiose submovent, atque arcent. Mares vero vel ad Doctrinarum studia, quibus Ecclesiæ ac Reipublicæ esse quandoque usui possunt, admoventur, vel militiæ, aut mercaturæ, aut agriculturæ, aut opificiis mechanicis, aliisque manuariis artibus, aut Principum denique, & Procerum ministeriis (μία γὰρ ὐχ ἅπαντας ἅμμε τρέφει μελέτα, siquidem haud quivis

ad

ad quodvis vitæ genus, aut per naturam eſt aptus, aut docilis aſſuetudine, ſed eſt veteri, veroque verbo,

Hic ſatus ad pacem, hic Caſtrenſibus utilis armis,

neque adeo naturæ tantum ſemina, ſed etiam

Fortunæ ſequitur munia quisque ſuæ,

ſeſe addicunt: complures etiam, præſertim nobiles ac ditiores, variorum populorum, rerumque publicarum moribus, & inſtitutis coram intuendis, noſcendiſque Lares paternos, deſerunt, & longinquas terras, (*d*) inprimisque Italiam, Galliam, Angliam, Belgium, clariſſima illa omnis elegantiæ & humanitatis domicilia adeunt: unde non ſolum doctiores, ſed & cæterarum rerum peritiores domum revertantur, atque ita demum non illotis, quod ajunt, manibus, ſed ſic ſatis inſtructi ad Rempubl. accedant.

(*a*) Educationem Sileſiticæ Juventutis aliquando, dum in Tuſculano noſtro nobiſcum literæ ruſticarentur, ſequentibus rhythmis Germanicis complexi ſumus:

Was unſre Kinder-Zucht in Schleſien belanget/
Pflegt ſie/ wie anders wo/ hier eben zu geſchehn/
Die Sitten junges Volck gemeiniglich empfanget/
Die es bey Eltern/ und bey andern/ hat geſehn.
Das Sprichwort bleibet wahr/ daß/ wie die Alten ſungen/
Auf eben ſolche Weiß/ in eben dieſem Thon/
Und eben dieſes Lied/ das pipen ihre Jungen:
Wie es der Vater treibt/ ſo treibets auch der Sohn;
Gleich wie die Mutter iſt böß' oder gut beſchaffen/
Von einer ſolchen Art iſt auch das Töchterlein;
Dann Kinder haben was gemeines mit den Affen/
Was ſie vor Wandel ſehn/ muß Ihr Getaudel ſeyn.

(b) Die Kinder-Schulen hat man nicht nur in den Städten/
Auch faſt auf jedem Dorff/ wo man nur Kirchen ſchaut;
Die Jugend anzuführn zum leſen/ ſchreiben/ beten
Und gutem Chriſtenthum ſind Häuſer aufgebaut.
Wo doch zu klagen iſt/ daß Ihrer viel von Alten/
Und zwar auf Polnſcher Seit/ ſo wenig ſich bemühn
Die Kleinen zu der Schul/ und Chriſten-Lehr zu halten/
Und folgends ſelbige ſo übel auferziehn.
Da dann zu wünſchen wär/ es trieben Obrigkeiten
Zur Schul- und Kinder-Lehr ſie ſelbſten fleißig an/
Dieweilen offtermahls bey ſolchen Bauers-Leuten
Der Herrſchafft Eyfer mehr/ als eine Predigt/ kan.
Wann dann das junge Volck in Schulen unterwieſen/
In guter Sitten Art/ in Erbarkeit/ in Zucht/
So pflegt ein jedes was gewiſſes zu erkieſen/
Mit dem es mit der Zeit ſich zu ernähren ſucht.
Ein jeder lieſet aus/ in was vor einem Stande/
Auf was vor eine Weiß/ zu was vor End- und Ziel
Er ſeinem liebſten GOtt/ und werthen Vaterlande/
Durch ſeinen Lebens-Lauff treufleißig dienen wil.
Wer Luſt zum Kriege hat/ lernt Fechten/ Reiten/ Streiten/
Wer Acker bauen wil/ wer Kunſt und Handwerck liebt/
Wer Luſt zur Kauffmannſchafft/ ein jeder ſich bey Zeiten
Auf das/ was ihm gefällt/ mit allem Fleiß begiebt.
Wer höher denckt hinauf/ und andre wil regiren/
Auch ſonſten durch Geburt von hohen Eltern ſtammt/
Der ſucht die Wiſſenſchafft durch fleiſſiges Studiren/
Damit er mit der Zeit erlang' ein Ehren-Amt.
(c) Des Frauen-Volckes auch abſonderlich zu dencken;
Damit man dieſes nun vom böſen Müſſigang/
Der Laſter Anfang/ ab zur Tugend möge lencken/
So laſſen ihnen hier den Ziegel nicht zu lang/
Was kluge Mütter ſeyn: man pflegt ſie anzubinden
Mit Faden/ Seiden/ Zwirn im väterlichen Hauß:
Das Frauen-Zimmer muß im Zimmer ſich befinden/

Sonſt

Sonſt wird der Nahmen falſch / und Frauen-Gaſſen draus.

Viel Eltern ſolten diß ſich ſeyn geſaget laſſen /
Daß ſie den Töchtern doch ſo leicht erlauben nicht
Frey / müßig / und allein zu lauffen auff die Gaſſen /
Damit denſelben nicht dergleichen was geſchicht /
Was Jacobs-Tochter dort der Dina war geſchehen /
Es trieb das fromme Kind aufs Land der Vorwitz aus /
So Jungfern theuer macht / ſich dorten umzuſehen:
Die Jungfrau ging hinweg / die Mutter kam nach Hauß.
Wann ſich ein ehrlich Mann in Eh'ſtand wil begeben /
Wird nicht nach einer / ſo ſchön aufgeputzt / gefrag't;
Wohl aber / ob ſie führt ein eingezogen Leben /
Und ob ſie ſich fein friſch in Küch' und Keller wagt.
Nunmehro haben auch die Urſulinerinnen
Zu Breßlau ihre Schul und Schweidnitz angeſtell't /
Wo ihr Hoch Edler Geiſt ſtets pfleget nachzuſinnen /
Wie von dem böſen ab- von Uppigkeit der Welt
Zur Andacht / GOttes-Furcht / zu guter Sitten Tugend
Zu wahrer Höfligkeit / zu netter Frauen-Kunſt /
Sie mögen führen an die zarte Jungfrau-Jugend /
Dardurch ſie finden kan bey GOtt und Menſchen Gunſt.
Was ſonſt die Häußligkeit / und Kuchel anbelanget /
Kommt unſer Frauen-Volck in dieſer Kunſt ſo hoch /
Daß man weit reinlicher- und beſſre Speiß empfanget
Von ihren Händen / als von manchem Sudel-Koch:
Doch kommet manche Gritt fein ſauber aufgezogen /
Rühm't eine Wirthin ſich / bekommet einen Mann /
Indeſſen findet ſich der arme Kerl betrogen /
Weil ſeine Sudlerin nicht Suppe kochen kan.
Noch andre Arbeit pflegt dies zarte Volck zu machen /
Wann mit der Nadel es die bunten Blumen mahlt /
Die theuren Decken ſtückt / und andre nette Sachen /
Die man mit vielem Geld ſonſt anderwerts bezahl't.
Die Handwercks-Frauen ſind den Männern beyzuſtehen
Stets fertig und bereit / ſie ſparen keinen Fleiß /
Sie waſchen / backen auch / ſie ſtücken / flicken / nehen /

Sie ſpinnen / weben / und verdienen ihren Preiß.
Ein Weib pflegt auf dem Land ihr Arbeit auch zu haben/
Verſteht auf Wirthſchafft ſich/ auf Milch-Speiß / Vie-
he-Zucht /
Sie hilfft den Garten baun / kan graſen/ jäten/ graben/
Und wenn die Erndte kommt / ſo ſamlet ſie die Frucht.

Fœminas litteris & eruditione, vitæque ac morum ſanctimonia claras in Sileſia multas repertas fuiſſe, alio forte commodius loco adductis eam in rem exemplis probabimus. Heic tres ſaltem quaſi ex illis Charites aut Muſas nominaſſe ſufficiat, primam quidem *Helenam Wackeriam a Watkenfels*, celeberrimi Wackenfelſii filiam, multarum litterarum, ſcientiarum atque artium virginem, Pragæ diem ſupremum in florida juventute obeuntem, & a Baldhovenio in Catalogo doct. fœmin. & virg. laudatam. Alteram *Eliſabetham Winckleriam*, Vratislaviæ ſub initium Seculi XVII celebrem, Anno 1613 defunctam, & a Clar. Hanckio inter vitas clarorum e Sileſia Philoſophorum Philologorumque publica panegyri An. 1668. d. 1. Novembr. recenſitam. Tertiam denique *Mariam Cuniciam*, D. Henrici Cunicii Med. Doct. Suidnicenſis filiam, Dn. Eliæ von Löwen, Hæreditarii in Cunzendorf & Hohengiersdorf, Med. Doct. perque Sileſiam & vicinam Poloniam Practici, dum viveret, feliciſſimi, uxorem, alteram certe *Uraniam*, & non in linguis tantum, ſed in Mathematicis etiam diſciplinis ad ſtuporem doctam, cujus *Uranie Propitia* Divo Ferdinando III. Imperatori inſcripta auguſtam ipſi gratiam & æternam laudem conciliavit, dignam propterea, quam Paſchius, Thomaſius, Herbinius, Menagius, & alii plures magnis elogiis extulerunt.

(*d*) Celebrem illam quæſtionem politicam, num conſultum ſit Juniores mittere ad peregrinas Provincias, hic tractare non eſt noſtri inſtituti; quam breviſſime tamen libet eam attingere. Negant nonnulli cum magno illo Magnæ Britanniæ Equite Henrico Wottonio, qui poſtquam ad Venetos ter Legatus ordinarius, ſemel ad Confœderatarum Provinciarum ordines in Juliacenſi negotio, bis ad Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem, ſemel ad unitos ſuperioris Germaniæ Principes in Conventu Heilbrunnenſi, poſtremo ad Archi-Ducem Leopoldum, Ducem Würtenbergenſem, Civitates Argentinam, Ulmamque, & ipſum Romanorum Imperatorem Ferdinandum II. Legatus Extraordinarius, tandem hoc didicit: ANIMAS SAPIENTIORES FIERI QUIESCENDO. Quod tamen Wottonianum Elogium apud cordatiores Germanos noſtros

ſtros tanti non valet, ut regulam Politicam inde ſibi exſtruant. Quin potius humiles illæ, & plebejæ animæ cenſendæ ſunt, quæ ſemper domi reſident terræ ſuæ affixæ; Illa ſane (Judice Lipſio) divinior eſt, quæ cœlum imitatur, & motu gaudet. Eſt enimvero moribus bonis addiſcendis, Civilique prudentiæ comparandæ non utilis tantum, ſed & neceſſaria peregrinatio;

Scilicet haud una capitur ſapientia ſede:
Sed variis terris quæritur, atque locis.
Die edle Weißheit wohnt nicht nur an einem Ort/
Man ſucht und findet ſie bald da / bald aber dort.

Et quamvis delicatuli quidam (Ofen-Hütter/Stuben-Brüter/Mutter-Hänſel) noſtris junioribus ogganniant proverbium illud: *Domi manendum eſt, fata cui ſunt proſpera*, wer wohl leben/ und wohl ſchlaffen wil/ der bleib zu Hauß; illos tamen audire, domique pelli urſinæ (ut loquimur Germanicè) incumbere nolunt: quem nævum ſibi hodierni noſtri Teutones inuri non patiuntur, inter injurias & ignominioſa dicteria referentes, ſi quis alterum *Cuſtodem pellis urſinæ* (Bern-Häuter) nominet. Hoc autem peregrinandi ſtudium non omnibus promiſcue convenit: Domi maneat ruricola, neceſſe eſt, illi dicitur Pſal. 36: *Fac bonitatem, & inhabita terram.* Et ille, de quo Horatius Epoda 2:

Beatus ille, qui procul negotiis
(Ut priſca Gens mortalium)
Paterna rura bobus exercet ſuis
Solutus omni fœnore.
Nec excitatur claſſico miles truci,
Nec horret iratum mare:
Forumque vitat, & ſuperba Civium
Potentiorum limina.

Mechanicis, artificibus, & opificibus ſufficiat præcipuas Germaniæ Urbes inviſere: eo quod artificia ab aliis Gentibus addiſcere neceſſe non habeant: omnium quippe Europæarum Gentium conſenſu palma in artium inventione, earumque eleganti exercitio Teutonibus noſtris debetur, adeo, ut ipſi Galli, acerrimi alias æmuli noſtri, fateri cogantur ob egregie elaborata opificia *Germanorum animas in digitis quaſi habitare.*

Nobilibus tamen atque Viris doctis, quorum animæ ab ſublimia

Rerumpublicarum munia adſpirant, ulterius eundum, utpote quibus ſolis prodeſt

- - - Longinquæ viſere terras.

Intrent Mundi hujus hortos, Galliam & Italiam, quando per belli leges licet, ibidemque morum cultiorum flores decerpant, fructusque ſcientiarum colligant, & domum referant. Sunt quidem nonnulli Scriptores, qui Germanis noſtris diſſuadent Galliam, eamque cum Doctiſſimo Thoma Lanſio (in orat. contra Galliam p. 340) Circen Germanorum nominant, quod, quemadmodum hæc ex hominibus fecit beſtias, ita Gallia Germanos avito virtutum patrimonio ſpoliet, & eorum corporibus belluinos animos immittat. Quæ tamen nocere haudquaquam valet Germanis illis, qui caute cum Ulyſſe Sirenum voluptates eludere norunt, vitæque ſuæ modum tenere, ac ex hujusmodi hortis non ut aranei venenum, ſed ut apes mella colligere didicerunt.

Virtutes gens quæque ſuas, ſua crimina in orbe
Cum terrarum habeat, nilque omni ex parte beatum
Sit: Peregrinantes, ne fœdam imitemur Arachnen,
Cui roſa materies lethalis pura veneni eſt,
Quin imitemur apes potius, quæ e flore Aconiti
Dulcia mella legunt, e crudo nectar acantho.

Atque proinde illi tantum in peregrinas terras mittendi ſunt, quorum pectora occupat vera pietas, & qui jam vitæ ſuæ arbitrium cum recta ratione captare norunt: Suſcipienda eſt peregrinatio maturo judicio, maturo ævo, ut diſcernere ſciant inter bonum & malum, ut non tantum videant, ſed & intelligant, non ſedem duntaxat, ſed & mentem mutent in melius. Ne, ſi ſtolidi exeant & idiotæ, tales redeant, ſecundum illud:

Quisquis ab æde ſua patriæ volat improbus anſer,
Ille domum rediens, anſer, ut ante, manet.

(Ein Ganß flog übers Meer/
Ein Ganß kam wieder her.)

Vel ut habet alius:

Pariſios ſtol dum ſi quis transmittit aſellum,
Si fuit hic aſinus, non ibi fiet equus.

Ob du ſchon nach Pariß kanſt deinen Eſel treiben/
Wird doch kein Pferd aus ihm/ Er muß ein lang Ohr bleiben.

Nos

Nos aliquando convenienter ad rem de Sileſiæ Junioribus ſequentia ſcripſimus:

Viel von den jungen Herrn in fremde Länder ziehen/
Und bleiben zwey/ drey Jahr/ bißweilen länger aus/
Allorten ſehr viel Guts zu lernen ſich bemühen/
Und bringen ſelbiges hernach mit ſich nach Hauß/
Zu einem Ehren-Amt ſich tauglich mit zu machen/
Und iſt offt ſchad/ daß wann was rechtes ſie gefaſſt/
Auch wohl erfahren ſeynd in Vaterlandes Sachen/
Man mit der Wiſſenſchafft ſie müßig ſitzen laſſt.
Obzwar zuweilen auch verreiſen manche Simpel/
Und da nach Tugenden ſie ausgeſchicket ſeyn/
Nach durchgebrachtem Geld als ungerathne Simpel
Mit fremden Laſtern hier dann wieder fliegen ein.

Et ſane dolendum de damno, de quo fuere conqueſti jam plurimi, quibus publica patriæ ſalus cordi fuit, quod nimiorum magna pecuniarum vis ab ejusmodi male peregrinantibus exportetur e Germania, & perdatur in Gallia, pro qua præter artem ducendi choreas, veſtium novitates, artes adulandi, affectumque alterius ſexus venandi, ludos & jocos, in patriam referunt nihil: *Sic enim hodie*, inquit Cominæus ipſe Gallorum Polybius lib. 1. de Reb. Geſt. Ludovici XI: *complures nobiles in Gallia inſtituuntur, quaſi ad ludum eſſent facti, & jocum.* Et utinam pro tantis ſumptibus non etiam frequenter loco virtutum vitia, principia pſeudopolitica fraudulenter cum proximo converſandi, &, ut habet magnus ille morum Doctor S. Gregorius in Moralibus ſupra citatis, *cor machinationibus tegendi, ſenſum verbis velandi, qua falſa, vera oſtendendi, qua vera ſunt, falſa demonſtrandi*, coëmerent! Solent quidem a Gallis Germani noſtri Plumbum vocari ſecundum illud: *Pour faire un bon temperament il faut meſler le vif argent de France avec le plomb d' Allemagne. Plumbo Germano neceſſe eſt miſcere argentum vivum Gallicum, ut fiat bona temperies.* At vero quin argentum illud vivum Gallicum, quod noſtri referunt, tanti ſit faciendum, quanti aurum, & argentum Germanicum in Gallia mortuum, & a prodigis quibusdam filiis iſthic ſepultum, jam multi, qui cambiorum habent notitiam, hactenus dubitarunt. Ita nimirum peregrinantur male, qui pro argento Germanico nihil niſi argentum vivum, pro auro Teutonico nil niſi æs, aut cuprum reportant: quod clarius dicitur, ſi terminis utamur Chymicis,

micis, & pro argento vivo Mercurium, pro ære, sive cupro Venerem, morali verò sensu per hanc fœdas libidines, per illum fraudes & dolos, fallacias, levitates, intelligamus, id quod sequenti districho aliquando expressimus:

Mittitur ad Gallos nostræ Sol, Lunaque terræ:
Gallia Mercurium nobis, Veneremque remittit.

Bene proinde illos, qui recte, utiliterque peregrinari cupiunt, scire oportet, quid observandum sit, quid discendum, quid notandum? si tempus bene impendere, nummos fructuose expendere velint.

Scite ad rem præsentem Scherbius, Professor olim Altdorffinus: Es ist nicht darmit ausgerichtet / wenn man einen fraget: Bistu in der Stadt gewesen? Ja ich bin da gewesen / es hat alda einen hohen Thurm / viel Kirchen / und sieben Thor: Es ist nicht genug / das Geld ist noch nicht recht angelegt. Sed consideranda est Forma Reipublicæ cujusq; loci. Seynd die Geistlichen einig / oder liegen sie einander in den Haaren / wie gemeine Leute? Ist die Obrigkeit sittsam? Hört sie gern? Hilfft sie auch? Ist sie barmhertzig? was vor Handthierung ist in der Stadt? wie ist dieses und das angeordnet? Wie ernehrt sich dieser und der? &c. ita Scherbius ad l. 1. Pol. Arist. Inprimis autem Germaniæ nostræ personæ Illustres, atque nobiles, ut eo melius & cum fructu peregrinentur, & externa atque interna Rerump. (ad quæ inprimis respiciendum) in succum & sanguinem vertant, sibi adjungere debent ejusmodi Ephoros (Hoffmeister) qui rerum gnari sunt, qui Orbis triplicem notitiam, Geographicam, Historicam, & Politicam habent præcognitam. Quibus inserviet multum libellus quidam hoc ipso primo, quo hæc scribimus, anno typo datus Lipsiæ, titulum præseferens: Curieuser Reise-Hoffmeister. In cujus capite primo illa, quæ in quavis Republ. in communi consideranda & notanda veniunt: in capite porro secundo, quorum notitiam præviam peregrinans habere debeat? capite vero tertio, quæ regulæ peregrinanti sint observandæ? edocentur, & deducuntur. Regularum autem

Prima est: Ne tempus, quod Civili prudentiæ addiscendæ applicandum, lusu, nugis, & otio perdatur.

Secunda: Ne in loco peregrino limites temperantiæ excedantur.

Tertia: Ne pecunia, nervus rerum gerendarum, male & in res non necessarias expendatur.

Quar-

Quarta, ne ſomno nimium deditus ſit peregrinans, ſed alacris & ſereni animi.

Quinta, ut hominibus probis & doctis aſſociari conetur; & aliæ Regulæ obſervatu neceſſariæ.

Capite demum quarto Regna illa, Provinciæ & urbes luſtratu digniores, enumerantur.

Plura hic utili peregrinationi ſervientia, cum noſtri inſtituti non ſit, adducere nolentes, lectorem ad Theſaurum inprimis Rerumpubl. Nobiliſſimi Conringii, Viri de Republ. Litteraria optime meriti: item ad Boſios, Hornios, Funccios Scriptores in hac Sparta ornanda ſeduliſſimos, nec non ad Epiſtolam Politicam a quodam (ſub cujus nomine latet Philippus Andreas Oldenburger, qui & alium ſub nomine Burgoldenſis edidit libellum) Conſtantino Germanico ad Juſtum Sincerum ſcriptam de Germanorum peregrinationibus rite inſtituendis remittimus.

§. 9.

Exercitia MARTIA.

Ne quid de Martiis (*a*) adoleſcentum nobilium heic dicam exercitiis: cujusmodi ſunt gladiis punctim, cæſimque dimicandi, equos regendi, curſum illorum pro lubitu temperandi, eosdemque in orbem regendi: ligneum a dextris modo, modo a ſiniſtris equum, quod Romanis quoque fuit uſitatum, celeriter inſiliendi, ac deſiliendi; haſtas more militari quatiendi, aut in altum ſubito emiſſas manu iterum alligandi, ac vibrandi; ad annulum in ſtadio, aut ligneum clypeum, ſcopumque verſatilem (κυντανὸς Juſtino, Imperatori, ab inventore Quinto, hodieque Quintana vulgo adpellatur) decurrendi: & ſi quæ ſunt id genus alia γυμναϛικὰ militiæ, reique fortiter gerendæ quaſi quædam præludia.

(a) Huc referenda ſunt verba Regia Matthiæ Hunniadis, quæ de Sileſiis, quorum genium & ingenium optime perſpectum habuit, aliquando pronunciavit, *Hominem nimirum Sileſium domi ſuæ enutritum non multum eſſe ad arma idoneum; ſed eundem, ſi militari diſciplina imbuatur, eſſe plus, quam virum.* His adjungimus Bertium, cujus verba Kittelius in Encomio Sileſiæ ſequentia in medium profert: *Nobilitas Sileſiaca animis erectis eſt & invictis, manu promta, conſilio provida, ante diſcrimen tranquilla, in periculis audens & concitata. Proinde Hungaria quod reliquum eſt, id magna parte huic Nobilitati orbis Chriſtianus merito acceptum referre debet.*

§. 10.

Sileſii Artium tam Mechanicarum, quam Liberalium capaces.

Sunt autem docilia Sileſiorum ingenia, neque mechanicarum magis, quam liberalium artium capacia. Quanquam mihi lane quam mediocre contigit, ne dicam exiguum, ceu cætera pleraque omnia, ut multo verius verſus illos de me uſurpare poſſim, quam qui de ſe ſcripſit, inquiens:

(a) *Invida me ſpaciis natura coërcuit arctis:*
Ingenii vires exiguasque dedit.

Enimvero apud Majores noſtros Marti magis quam Phœbo deditos, & ut Enniano verbo utar,

Bellipotentes ſunt magè quam ſapienti-potentes,

doctrinæ ſtudia parum fuere culta: in ſingulis Civitatibus vix ſingulis interdum literatoribus repertis, qui prima litterarum rudimenta, nimis profecto rudi Minerva, traderent.

(a) Quam MAGNUS Henelius noſter aliis, licet ſibi PARVUS, fuerit, in Præfatione oſtendimus, quo Lectorem remittimus.

§. 11.

§. II.

Viris eruditis, præsertim Poëtis, claret Silesia.

At avorum, patrum, & nostra ætate doctorum Virorum, summaque eruditione, variis artibus & disciplinis præstantium, qui & patriæ, & populis externis profuerunt, & nunc in magnis Reipubl. negotiis versantur, passimque cum fructu in templis, ludisque literariis docent, in quibus & celebres valde Scriptores aliquot, numerus non exiguus, imo magna fuit copia. Id quod Silesia (*a*) nostra Togata, si publicam aliquando lucem merebitur, abunde repræsentabit. Quod si quis interea mihi fidem abnuat, Philippum Melanchthonem audiat, cujus hæc de Silesia verba in epistola ad Henricum Lignicensem Ducem perscripta hodieque exstant: *Non alia gens in Germania plures habet eruditos viros in tota Philosophia: & urbs VVratislavia non solum habet artifices industrios, & ingeniosos Cives peregrinatores, sed etiam Senatum munificum in portandis litterarum & artium studiis.* Et paulo post: *Nec in ulla parte Germaniæ plures ex populo discunt & intelligunt doctrinas: Multi etiam ad Poesin & Eloquentiam idonei sunt, Ursini, Logi, Rosini, Langi carmina doctissimi Viri in Italia laudarunt.*

(*a*) Liber iste manuscriptus in aliquorum Doctorum Musæis versatur, & ante annum primo tam felicibus esse licuit oculis nostris, ut legerent illum, & manibus, ut describerent: Opus profecto, cujus non tantum forma, sed & materia, non ipsi duntaxat viri in eo celebrati,

verum etiam ſtyli elegantia, cui parem apud paucos ſcriptores legimus, lucem publicam merentur. Dabit is nobis occaſionem, ut in Urbium deſcriptione, quæ altero capite ſequitur, multorum litteratorum patrias & breves etiam laudum ſummas recenſere poſſimus. Cum vero CL. Hanckius, Civis noſter doctiſſimus, *Sileſia* quoque alicui *Togatæ* diu inſudaverit, & pauci forte inter exteros, quæ inſtituti ejus ratio ſit, attenderint, placet ex ipſius orationibus, quibus Programmata Actuum Gymnaſticorum inſeruit, inſignem locum, qui huc ſpectat, & num. VIII. §. 5. p. 156. ſqq. legitur, integrum apponere: *Sileſia noſtra*, inquit, *Polonis, Hungaris, Bohemis adſita, Germaniæ, ſi ab occidentalibus oris principium facias, omnium ultima; ſin ab orientalibus, omnium prima provincia: ſicut omnibus temporibus, non minus quam vicinia, manu ſtrenuos animoſq; generoſos viros produxit, libertatis patriæ ſtatores; ita præſertim, ex quo manſuetiores artes virtutibus bellicis apud nos miſceri cœperunt, ne reliquis illuſtriſſimæ Germaniæ partibus haberetur inferior, ſemper ingenia præclara protulit, aluit, educavit, partim ſibi, partim exteris regionibus ob ſapientiæ ſtudium ſalutaria. Horum vitas qui peculiari volumine conſignatas publicaverit, in neminem hactenus incidi. Qua de re quondam ſollicito, ipſe jam annus eſt, quod Nobiliſſimi* Chriſtiani Friderici Henelii *gratia, magni Parentis*, Nicolai Henelii, Togatam Sileſiam *intra muſeum meum perluſtrare mihi contigit; opus arduum in XII libros diſtributum, ex ſchedarum adjectarum copia duobus adhuc augendum. Mireris, Virum Magnificum in tot tantisque Provinciarum ſuarum ordinariis curis, quibus ſe in commune bonum conſumſit, ea fuiſſe diligentia, ut præter alia multa ſubciſivis horis elucubrata, DCC hominum elogiis componendis vacare ſuſtinuerit. Inter eos, exceptis pauciſſimis, qui Sileſiam meritis, non item natalibus ſuis florentem reddiderunt, utroque genere memorabiles, ſtemmatis antiquitate, celſitudine, gloria, officiisque cum militaribus tum literatis eminentes, Principes, Epiſcopos, Comites, Barones, Equites & quicunque laudem ſuam ex eruditione promeriti, ſplendorem patriæ noſtræ conciliaverunt, liberiore ſtilo repræſentat. Quos ineditos Codices, cum cæteris adhuc in abdito latentibus, omnino dignos, qui tandem in Auctoris & Sileſiæ totius communem laudem ac multiplicem uſum, eruditorum deſideriis venales in Bibliopoliis exponantur, dum hactenus nequicquam expectavimus; interim ego, dudum agitatis conſiliis adductus, mentem dexteramque tali opuſculo cœpi applicare, quod non quocunque, ſed* Scriptis in publicum editis, clarorum Sileſio-

rum

rum vitas *hiſtorica ſimplicitate, non ambitu ornatuque declamatorio, deſcriptas contineat. Huic fœtui ſatis erit, ſi ex tenebris & anguſtiis, in quibus conceptus eſt, & augmenta ſumſit, ad lucem pateat via, ſuo commodo juventus aperiat. Videlicet cum in Eloquentiæ ſtudio publicis ingeniis ſpeciminibus exercenda ſint, conſtitui adſpirante gratia divina, vicibus nonnullis, Scriptorum Sileſiorum vitas, in quantum nobis innotuerunt, aut innoteſcent, quibusdam delectis ex Gymnaſii noſtri cœtu adoleſcentibus & pueris in medium proferendas committere.* Quæ in hiſce verbis promiſerat litteratiſſimus Hanckius, ea quoque præſtitit: Anno nimirum LXV produxit in ſcenam vitas XXV Theologorum, Anno ſequenti XX JCtorum, anno iterum ſeqv. XXV Medicorum, Anno LXVIII XXV Philoſophorum & Philologorum, Anno tandem LXIX. XX Scriptorum Sileſiorum, quorum nomina in ejus Programmatibus modo laudatis recenſentur.

Quid de Jo. Henrici Cunradi Sileſia Togata metrica, ſive Elogiis clarorum Sileſiorum ſingulis diſtichis expreſſis, ſentiendum ſit, Lectori patriarum rerum curioſo relinquimus, quum ſpes aliquando illuxerit, proditurum propediem eſſe in lucem publicam opus iſtud clariſſimi Auctoris.

§. 12.

Sileſiorum SCHOLÆ.

Et hanc quidem ipſam ad rem, SCHOLÆ paſſim haud male inſtitutæ, (a) Gymnaſiaque

Aoniis Camœnis
Sacrata, ſemen multiplicum artium &
Scientiarum: non ſine præmio
Stipendioque elargiendo
Munifice in Capita erudita,
Quorum referta eſt clara Sileſia,
Patrona Phœbi, curia Palladis,
Tutela Cylleni, novemque
Præſidium, acque trium ſororum
Æterna nutrix:

ut verba ſua mihi paullisper commodet Magnus ille Vates, imitator Pindari Thebani feliciſſimus, Romano Pindaro non impar, ac vere μισσῶν μέλιτα: & in quibus adeo literæ, atque artes, fontes illi bonorum omnium in genere humano, ſine queis (*b*) nulla vitæ dignitas, nulla gloriæ æternitas, nullus florens Reipubl. ſtatus vel comparari, vel retineri poteſt, tanto ſtudio, fide & diligentia hactenus explicatæ ſunt, ut earum nomen celebre ſit etiam apud exteros.

(*a*) Die erſte Chriſten-Schul der erſte Biſchoff hielte/
So Godefridus hieß / ein frommer Seelen-Hirt/
Sein Biſchoffliches Amt gantz rühmlicher erfüllte/
Wie dies an ſeinem Ort beſchrieben werden wird;

dum nimirum capite octavo de Epiſcopis peculiariter agemus.

Urbanus, ſo nach ihm der Schleſier Biſchoff worden;
Wie auch Lucilius viel Schulen ſtellten an;
Auch hat im Lehren der Ciſtercienſer Orden
Durch ein geraume Zeit viel rühmliches gethan.

Hanc laudem ſacro illi ordini Fridericus Lucæ in Chronica Sileſiæ mihi pagina 546 tribuit ſequentibus: Anno 1148 war niemand in dem Lande mehr übrig / der den Studiis obgelegen hätte / auſſer denen Ciſtercienſer-Mönchen / deßwegen verordnete der damahlige Biſchoff Joannes II, daß dieſe Ordens-Brüder die rohe und verſäumete Jugend in guten Künſten und Sitten eine Zeitlang unterweiſen muſten / welche ſonſt in Schleſien damahls gäntzlich verloſchen wären.

Anno 1484. (pergit idem Lucæ pag. cit.) ſetzte Biſchoff Joannes IV. Rotus genant die dem Anſehen nach aus Schleſien gewichene Muſen wieder in ſehr guten Stand/und introducirte in den Schulen vernünfftige Diſciplin und Ordnungen.

(*b*) Hic interrogare libet verbis doctiſſimi Autoris Epiſtolæ Politicæ de Germanorum peregrinatione, pag. m. 40. *Et quare non inſtituimus Scholas lingua Italica, ac Gallica, quarum commercio carere hodie haud poſſu-*

poſſumus, ut juventus politiori literaturâ mancipata a teneris unguiculis quaſi exoticas illas linguas addiſcat, ac deinde tantum Italiam ac Galliam citato gradu percurrat? quo Germania noſtra impoſterum tot millones, qui in diuturna ejusmodi itinera quotannis inſumuntur, in gremio ſuo retinere queat. Pauci hodie (inquit idem paulo poſt) in Germanorum Principum aulas recipiuntur, niſi quid Galliſſantes Germani audiunt, id eſt, Gallicis moribus ac lingua imbuti.

Noſtra memoria, & quidem paucos ante annos Wratislaviæ publicam ejusmodi Scholam pro linguis exoticis addiſcendis inſtitutam fuiſſe ſcimus; cur autem continuata non fuerit, ignoramus.

§. 13.

GOLDBERGENSIS, & BREGENSIS.

Multis annis floruerunt (*a*) Goldbergenſis, & Bregenſis, quarum illam Fridericus II, hanc Georgius II. Principes Illuſtriſſimi, omnique laude pietatis ac virtutis præſtantiſſimi, nunquam ſatis laudando inſtituto condiderunt, dotarunt: ac Joachimus deinde Fridericus, immortalis memoriæ Princeps, inter cetera laudati Principis munia, quibus jam inde a primis gubernationis ſuæ auſpiciis per omnem ditionem ſuam res Divinas, humanasque pariter rite atque ordine diligenter procuravit, in majus ſubvehere modis omnibus conatus eſt. Sub Valentino ſane Trotzendorffio, Viro erudito Doctoreque eximio, quique primus quaſi ſignum quoddam ex Arce Palladia ad litteras in hac Provincia inſtaurandas extulit, Aurimontana ad tantam famæ celebritatem ſurrexit, ut nemo fere in litteratorum cenſu, niſi qui ſub Magiſtri hujus ferula didiciſſet, poneretur; pſaque adeo, quod olim de Athe-

nis

nis & Græcia dixit Thucydides πάσης Σιλεσίας παίδευσις Sileſiæque Muſeum ac firmamentum, imo Sileſiæ Sileſia, cum Athenæo eaſdem Athenas laudante loqui liceat, facta fuiſſe dici poſſit. Conveniebat nempe tunc Athenis Sileſiacis Lyſippeum illud: (b)

Si non Athenas viſitaſti, truncus es:
Si viſæ Athenæ non ineſcant, aſinus es:
Si non grave has relinquere, es cantherius. (c)

(a) Aliquæ Lutheranorum Scholæ in Sileſia e monaſteriis, quibus Religioſi vel Religioſæ cedere coacti fuere, factæ ſunt. Et inprimis quidem hæc ipſa Goldbergenſis in talibus DEO conſecratis ædibus a Friderico II Lignicenſi Principe inſtituta, ad annum usque 1617 floruiſſe, dein vero durante Bohemico tumultu defloruiſſe, legitur.

De Brigenſi ſcribit CL. D. Buckiſch in M. S. ſuis Religions-Acten, daß ſie von Hertzog Georgen dem andern mit neun Giebeln zur Erinnerung der neun Muſen / und zwar (wie Friedrich Lucæ meldet) auf den alten Thumhoff gebauet worden.

(b) Quod Lyſippeum a nobis aliquando in ſequentes rhythmos germanicos verſum fuit:

Du biſt ein Stock / wofern du nach Athen nicht kommen /
Ein Eſel / wann dich nicht Athen hat eingenommen;
Ein grob / unfruchtbar Holtz / ſo nur die Reben hält /
Wann von Athen zu gehn dir nicht beſchwerlich fällt.

(c) Varia Cantherius ſignificat, primo genus jugi in vineis, ſeu perticam transverſam poſitam ſuper alias perticas, vel potius palos. Ein Gehält der Reben. Secundo lignum, quod ſubjicitur molibus arborum, dum ſecantur a fabris lignariis, ein Bock. Tertio lignum, cui alia moles in ædificiis ſuperjacet. Und ſcheinet bey den Teutſchen das Wort Zentner / ein Klotz oder Holtz / worauf man die Väſſer leget / vom Wort Cantherius herzukommen. Quarto equum caſtratum. Quinto aſinum apud Apulejum lib. 3. In quo ſenſu Lyſippus hic acceperit, divinet eruditus Lector.

§. 14.

§. 14.

VVRATISLAVIENSIS duplex.

Quid de VVratislavienſi utraque dicam, (a) Eliſabethana, & Magdalenæa? Feliciſſimis certe Juventutis Magiſtris jam longo tempore floruerunt: & ex quorum Officinis adeo tanquam e Trojano illo equo ingens doctorum hominum proventus, qui prima eruditionis fundamenta Wratislaviæ poſita, ad ſumma deinde cujusvis doctrinæ faſtigia perduxerunt, Eccleſiamque, & Rempubl. in partibus ejus ſibi creditis dextre ac feliciter gubernarunt.

(a) Inter Wratislavienſes primaria eſt ad S. Eliſabetham: ſupra portam illius Domus olim lapidi inciſa fuere ſequentia:

Opt. & Graviſs. quisque confitetur, ſe
Multa ignorare, & multa ſibi etiam eſſe diſcenda.
Tum judicant homines, ubi jam pœnitet.
Frangas citius, quam corrigas, quæ in pravum induruerunt.

Supra portam Muſei in Schola Magdalenæa vero, ſcriptos aliquando, & lectos ſcribit F. Lucæ ſequentes rhythmos:

Such GOttes Reich vor allen Dingen/
So wird dir alles wohl gelingen:
Sucheſt du einen andern Anfang/
So geh't dein Thun den Krebs-Gang.

Enimvero de Scholis Wratislavienſibus agendi commodior locus erit in Scholiis ad ipſam Henelii noſtri Breslographiam renovatam. Juvat interim lectorem ad Mart. Hanckii Wratislavienſes eruditionis propagatores, id eſt, Wratislavienſium Scholarum Præſides, Inſpectores, Rectores, Profeſſores, Præceptores, Tabulis chronologicis comprehenſos ab A. C. MDXXV. ad MDCC. ablegare, qui liber cum annotationibus & tribus indicibus Lipſiæ 1701 lucem adſpexit.

§. 15.

Aliæ plures.

Neque vero incelebres hactenus fuere(*a*) Lignicenſis, Suidnicenſis, Freiſtadienſis, (*b*) Leobergenſis, Jarovienſis, Gurana, Neoſtadiana ad Prudnicam, aliæque, quas nominare non eſt neceſſe. (*c*)

(*a*) Lignicenſis Scholæ Rectores ſingulis tetraſtichis laudavit Henricus Miſcherus, ipſe Lygius, in Pietate ſua, quam in Præceptores Academicos & triviales ſcripſit, Lignicii 1671. 8. impreſſ.

(*b*) Elenchus Virorum Clariſſimorum, qui ex urbe & Schola Leobergenſi prodierunt, legitur in Fechneri Sylvis Elyſiis pag. 81. ſqq.

De his Muſa noſtra Germanica canit ſequentia:

(*c*) Die Schulen zum Latein auf un- Catholſcher Seiten
In Breßlau/ Lignitz / Brieg/ die Jugend haben kan/
Ein gleiches konte man zu Schweidnitz / Freyſtadt/ Beuthen/
In Gold- und Löwenberg vorzeiten treffen an.

Quibus paulatim defloreſcentibus, flotere cœperunt præcedenti ſeculo Scholæ Catholicæ, Patrum præſertim Societatis; nam hodie

Lateinſche Schulen man zu Breßlau / Lignitz / Neyſſe/
Großglogau / Schweidnitz / Brieg / Troppau/ und Sagan findt/
Wo Jeſuiten / ſo mit ſonderbarem Fleiſſe/
In Schul'n / und Kinder-Lehr dahin bemühet ſind/
Damit zu GOttes Ehr / zur Seelen Heil / die Jugend
Wol unterwieſen werd / in Sitten und Latein /
In Chriſti Glaubens-Lehr/ in edler Zucht und Tugend/
In Wiſſenſchafften/ die ſehr nütz und nöthig ſeyn.

Quid de Scholis hujus inclutæ Societatis ſentiant aliqui, paragrapho 19 legetur.

§. 16.

§. 16.

SCHOLA PUBLICA, ſive Univerſitate caret Sileſia.

Publica Schola, quam cum omnia diſciplinarum genera profiteatur, & omnibus, qui litteris imbui volunt, æque pateat, Univerſitatem adpellamus & Academiam, ab loco non procul Athenis diſſito, in quo magna diſcipulorum frequentia Plato docebat, quod hactenus Sileſiæ carendum fuit, Polonorum invidia factum eſſe exiſtimatur. Cum enim anno ſalutis CIↃ IↃV. Vratislavienſes auxilio & opera Vladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis, ac Joannis Epiſcopi ſui Academiam erigere conarentur, a Cracovienſibus maxime impediti fuere, quorum inſtinctu Julius Pontifex Romanus, cujus venia & auctoritate opus erat, ad inſtituendam graviorum artium Scholam privilegia ipſis denegavit. (*a*)

(*a*) Id quod prolixius deſcribit noſter in Breslographia renovata ſequentibus: *Vladislaus publico Gymnaſio ſive Academia, in qua per accerſitos undiquaque viros doctrina clariſſimos, prater omne genus artium Philoſophicarum, Theologia quoque, Juris Pontificii ac Cæſarei, nec non Medicinæ Studia tractarentur, Vratislaviam adornandam cenſuit; id quidem ſe facere teſtatus, quia* Vratislavia univerſæ Sileſiæ ſit metropolis, miraque loci felicitate, ædificiorumque ac inſignium ſtructurarum præſtantia, civiumque inſuper humanitate cunctas facile Germaniæ urbes exſuperet. *Ita nimirum habet diploma regis die 20 Julii A. C. CIↃ IↃV. Budæ datum ſignatumque: in quo ille non ſolum Vratislavienſibus poteſtatem fecit, aream & locum, in quo Collegium Generale, & publica ſcientiarum auditoria aliaque ædificia neceſſaria adornarentur, e-*

ligendi, omniaque, qua huic ſaluberrima rei conducere cenſerent, faciendi; ſed & pro alimentis ac ſalariis Profeſſorum proventus atque reditus ſacrarum dignitatum ſive Canonicatuum Eccleſiæ S. Crucis *deputavit. Idque ut eo magis effectum ſortiri poſſet, collationem illarum dignitatum ad jus patronatus regium pertinentem a ſe abdicavit, ac perpetuo jure in ſenatum urbicum tranſcripſit: ea tamen lege, ne quis ad beneficia vacantia, niſi doctor aut Magiſter, admitteretur: & inter hos quoque ipſos ejus maxime haberetur ratio, qui aut eruditione inter collegas emineret, aut majore in prælegendo aſſiduitate & induſtria munus ſuum exornaret. Primus novæ hujus Academiæ Cancellarius deſignatus fuit Joannes Epiſcopus Vratislavienſis, Vice-Cancellarius autem Joannes Thurzo, Decanus Eccleſiæ cathedralis S. Joannis: ſic quidem, ut uterque ille ac deinceps eorum ſucceſſores una cum Senatu Vratislavienſi conſtitutiones in rem & utilitatem Gymnaſii conderent, ſingula maturo & provido conſilio decernerent, pœnas in delinquentes ſtatuerent, ac quicquid ad bonum publicum ſpectaret, diligenti cura & ſollicitudine diſpicerent. Plura alia idem Rex eodem diplomate ſancivit: conſilio utique laudabili, quod tamen quo minus ad effectum perduci potuerit, alii ſacerdotibus, reditus ſibi a Rege detractos ægre ferentibus, alii Polonis cauſſam tribuunt: qui ut Academia Cracovienſis majeſtatem & gloriam tuerentur, novæ erectioni graviter obſtitiſſe & hujusmodi rationes adduxiſſe dicuntur, quibus permotus Pontifex Romanus, cujus venia & auctoritate ad inſtituendam graviorum artium ſcientiarumque Scholam opus erat, privilegia Vratislavienſibus denegaret.* Huc usque Henelius. Quanto labore hactenus Univerſitatis introductionem impedire clariſſimi cives noſtri ſint conati, notum omnibus eſt, ſed ſanctioribus, ut credimus, Cæſar LEOPOLDUS impulſus rationibus, Univerſitatem Vratislavienſem, quam LEOPOLDINAM vocari juſſit, auctoritate Cæſarea fundavit, ad cujus inaugurationem liberalium artium fautores hoc programmate fuere invitati:

FRIDERICUS WOLFF e Societate Jeſu, SS. Theologiæ Doctor, nec non in Cæſareo Regioque Collegio Vratislavienſi ejuſdem Societatis Jeſu GENERALIS atque ſupremus ſtudiorum Præfectus.

Cum SACRA CAESAREA REGIAQUE MAIESTAS Dominus Dominus noſter clementiſſimus, ad majorem divini nominis gloriam, Chriſtiana Reſpublicæ incrementum, incluti Ducatus Sileſiæ, & hujus almæ urbis Vratislavienſis ſingulare ornamentum, atque ſtudioſæ juventutis incita-

eitamentum, Vratislaviense huc usque non tantis privilegiis condecoratum, sub cura & professura Patrum Societatis Jesu, Studium, in Universitatem sub eadem cura & professura, cum omnibus juribus & prærogativis aliarum per orbem Christianum Universitatum elementissime erigere dignata sit, diesque huic Novæ Universitati per publicam Cæsareo Regioque nomine autoritatem inauguranda, decima quinta currentis mensis, sancto LEOPOLDO, Cæsareæ regiaque Majestatis cognomini, sacra constituta sit;

Ad hunc primum & solennissimum, a nomine Clementissimi Fundatoris sui, Augustissimi & Invictissimi Romanorum Imperatoris LEOPOLDI I. dicendæ LEOPOLDINAE Universitatis actum, sub horam antemeridianam dictæ diei nonam inchoandum, sua præsentia condecorandum, omnes scientiarum atque liberalium artium fautores & amatores humanissime invitantur. Dabamus Vratislaviæ duodecima mensis Novembris Anno millesimo septingentesimo secundo.

Verum de his omnibus liberior nobis disserendi campus erit in ipsa olim Breslographia, quam, si Deus vires & vitam concesserit, eodem fere modo, quo hanc Silesiographiam, Scholiis quibusdam a nobis illustratam, in lucem publicam emissuri sumus. Nunc quidem sola Lansii verba, ex Commentario de Academiis pag. 39. 40 exscripta, epiphonematis quasi loco adjiciemus: Habent sane civitates & urbes, in quibus Academici habitant, causas gravissimas, cum istas obvia humanitate & omnibus officiis sibi concilient, adeoque studiosa juventutis subinde æstuantis facta benignissime interpretentur. Academiæ enim conservatione & convictu, emolumenta fluunt pæne innumera. Hinc Religionis purior cultus, Justitiæ accuratior administratio, cura valetudinis exquisitior, reparatio animorum ad sapientiam melior, civilitas morum, ingentes opes; nam si septingenti saltem aut octingenti Studiosi Academiæ cujusdam, quæcunque tandem illa fuerit, sint alumni, non dubitem affirmare, centum aureorum millia quotannis eo deportari, mercatura magis opima, splendida ædificia, matrimonia & affinitates honorificæ, & nominis pervulgata celebritas, & quid quæso non? In Germania, Gallia, Italia, & Polonia sunt oppida, quæ ante Gymnasia litterarum ibidem constructa tam obscura fuere, ut Geographi ea in tabulis suis vel exiguo punctulo noluerint dignari, quæ tamen postea ad tantam magnitudinem ex solo studiosorum concursu Academica claritate excreverunt, ut nunc cum præcipuis urbibus certent. Quæ bona

bona ex commercio Academico in Civitates & urbes redundantia ſi civis non penſitaverit & æſtimaverit, ingratiſſimus & ſtipes ſit, neceſſe eſt.

§. 17.

Gymnaſium BETHANIENSE celebratur.

De quo tamen ne conqueri amplius habeamus, (a) Gymnaſium Bethanienſe facit, ab illuſtri Barone GEORGIO SCHOENAICHIO haud multis abhinc annis, incertum majori ſumtu & magnificentia, an pietate publicitus apertum: ſapientiæ Magiſtris accerſitis, qui & ſacræ ſcripturæ myſteria doceant juventutem, & vitæ ſanctimoniam, & artem æqui bonique, & ſcientiam appoſite curandi ad ſanitatem: *Verbo*, quæ in omni doctrinæ parte digna ſunt, ut a Chriſtianis vel diſcantur, vel doceantur. Salariis certe annuis liberaliter heic aluntur Viri duodecim, fama doctrinaque celebres, qui publice in Gymnaſio profiteantur: Septem alii, qui pari fide, pari induſtria diſciplinas Logicas, artium, pietatisque fundamenta in Pædagogio tradant. Duo denique & ſeptuaginta juvenes, adoleſcentes, pueri, exteri, atque cives, ſine ullo ſumptu, uno eodemque cœnaculo, cibo, potuque abunde riteque apparato, enutriuntur.

(a) Hanc Scholam Frid. Lucæ tanquam adamantem in Corona Ducatus Sileſiæ ſplenduiſſe ſcribit. Ex hac, præter alios Viros eruditos, prodiit Doctor Joannes Jonſtonus. Merentur hoc loco adſcribi verba Caſp. Dornavii, qui an. 1616 ejus Gymnaſii Rector fuit conſtitutus, ex ejus *Evergete Chriſtiano* ſ. vita Illuſtriſſimi Fundatoris, Tom. II. oratt. p. 666. Quid Schola noſtra? verba non invenio, quibus exornem

nem inæſtimabile hoc munus, quo adfecit, non dico, hanc Bethaniam, non Patriam Sileſiam, non denique Germaniam, ſed orbem Chriſtianorum prope univerſum, ad cujus incolas ubi ubi collectos redundare aliquis fructus Bethanei hujus poſſit. Habent, quam meriti ſunt laudem æternam, Principes Auguſtiſſimi, qui Scholas fundaverunt numero plurimas, venerabiles antiquitate & præſtantia, ſive ſtatuum ſubditorumque contributione, ſive legatis aliisque ad pios uſus jam ante deſtinatis. Ab his jure ſibi vendicat locum proximum SCHOENAICHIUS, qui de manuum ſuarum opere, de primitiis terræ ab ſe excultæ, ſine ſudore populi ſui, conſecravit tam divinum holocauſtum præpotenti DEO, cui ſine dubio gratiſſimus odor exſpirat: cum duo & ſeptuaginta juvenes, adoleſcentes, pueri, exteri æque ac cives, ſine ullo ſumtu, liberaliſſime uno eodemque cœnaculo nutriuntur cibo potuque, & abunde riteque apparato. Quam eſt dignum, quod ad æternitatem transmittatur! ſalariis annuis liberaliter ali *Viros duodecim* famâ doctrinaque celebres, qui in Gymnaſio Theologiæ ſacris, & Jurisprudentiæ, & Medicinæ, & cunctis Philoſophiæ myſteriis initiare juventutem poſſint: *Septem alios*, qui pari fide, pari induſtria diſciplinas Logicas, artium pietatisque fundamenta in Pædagogio tradant.

§. 18.

RR. PP. Societ. JESU Gymnaſia.

Celebris Jeſuitarum Societas, autore Ignatio Loiola Hiſpano inſtituta, anno autem ſuperioris Seculi XL. Auctoritate Pontificis Romani probata, velut magnis longe lateque ſe diffudit incrementis, ſic in Sileſia quoque ſedem figere, rerum potiente Rudolpho II Imperatore laudatiſſimo, modis omnibus anniſa fuit. Sed fruſtraneo tunc quidem conatu: eo quod non Principes duntaxat, atque Ordines Auguſtanæ Confeſſioni addicti, ſed & Pontificiorum plerique, cumprimisque Epiſcopus cum Sacri Collegii Sodalibus, pauciſſimis

ſimis exceptis, graviter obniterentur. At vero, quod tunc non ſucceſſit, ſucceſſu temporis tandem obtinuit: Niſſæ primum a Sereniſſimo & Reverendiſſimo Archi-Duce Carolo, Epiſcopo Brixienſi & Wratislavienſi, Gymnaſii aperiendi & Juventutis inſtituendæ poteſtate impetrata. Qualem exinde rebus Religionis jam turbatis in Glogovia quoque majore, Suidnicii & Oppaviæ conſequuta eſt. (*a*)

(*a*) His hodie accenſe, ut §. 15 jam innuimus, Scholam P. P.
Wratislavienſem,
Oppolienſem,
Saganenſem,
Bregenſem,
Wartenbergenſem,
Hirſchbergenſem,
Lignicenſem, &c.

E quibus tanquam ex Equo Trojano (ut phraſi utar; qua utitur Fridericus Lucæ de Sileſiæ Scholis diſſerens) multi etiam hactenus viri celeberrimi, Epiſcopi, Prælati, Heroës, multique qui alibi in Theologos eximios, in Juris-Conſultos prudentiſſimos, in Medicos præclariſſimos, in Philoſophos doctiſſimos formati, patriæ poſtmodum Patres, Doctores, Machaones, Lumina & Columnæ facti ſunt, prodierunt: quos ſi F. Lucæ omnes, aut plurimos ſaltem, quorum habuit notitiam, Catalogo doctorum virorum e Sileſia oriundorum annumeraſſet, ſeriem longe prolixiorem & ſinceriorem texere potuiſſet, quam texuit.

§. 19.

Eorundem docendi ratio.

Docendi rationem, qua Patres utuntur, (ne de aliis ipſorum inſtitutis dicam) eousque nonnulli commendant, ut Principes rei litterariæ agnoſcant, ex quorum Scholis, quaſi ex Muſarum Alvearibus, doctæ Juven-

Juventutis examina prodeant. E noſtratibus quidem Johannes Specht in Hennersdorff JCtus eminentiſſimus, ac Ducatus Glogovienſis Cancellarius, in M.S. ſuo, quod lectori integrum Sileſia noſtra togata repræſentabit, non ſine grati animi ſignificatione teſtatur, a Jeſuita quodam, qui Simonem Simonium Lipſiæ docentem operoſe audiverat, monſtratum ſibi Philoſophiæ univerſæ curſum, ac ſelectiores doctrinas in Metaphyſicis Ariſtotelis: eaque diſputandi facultate prompta & felice inſtructum ſe fuiſſe, ut ipſius nexu crebro Lipſiæ cum ſucceſſu rerum ſuarum ſatis illuſtri ſe exercuerit.

(a) Scribit autem præfatus D. Spechtius Ducatus Glogovienſis Cancellarius de ſuo, quem cum Patribus Societatis converſatus in Philoſophia fecit, profectu hoc modo: *In eadem Lipſia*, inquit de ſemetipſo in curriculo vitæ ſuæ, quod noſter in Sileſia Togata lib. 3 integrum illius viri elogio adjungit, *Jeſuita vir doctus Medicinæ ſtudioſus, qui Dominum Simonium Profeſſorem operoſe audivit, me compellavit, conditionemque obtulit, ut aliquid ſumptuum ſibi ſufficerem, ſe mihi monſtraturum ſolidum Philoſophiæ curſum, & ſelectiores doctrinas in Metaphyſica Ariſtotelis. Illud ſancte præſtitit, & me diſputandi facultate prompta ſane, felicique adeo inſtruxit, ut ipſius nexu crebro Lipſiæ cum ſucceſſu rerum mearum ſatis illuſtri publice exercerem. Audivit & illum David Höſchelium Auguſtanum, cui æque ac mihi omnem elegantiam in hac lingua, qua perfectius quam Romana utebatur, ſuppeditavit.* Pergit dein D. Spechtius & ſcientiam Ethicam ab eodem Patre didiciſſe inſinuat, quam Francofurti poſtea & ipſe profeſſus fuit: *Ante diſceſſum* (Francofurto) *gratus explicui*, ait, *Ethica Nicomachi avide excepta, quod ſaperent acumen Jeſuitæ.* Et paulo poſt rurſus Pariſiis ſcribit: *repetii cum meis* (diſcipulis illuſtribus, quorum Ephorum egit pro didactro annuo) *hic ea, quæ juxta methodum a Weſenbecio nobis præſcriptam illis in Gallia diſcenda propoſui adjutus Jeſuitis primariis in enodatione Polit. Ariſt. & Cic. de Oratore.*

Quemadmodum autem milites non ſola palæſtra, vel locus militaribus exercitiis dedicatus, ſiſtit perfectos, aut ad pugnam plene inſtructos, ſed gladii quoque, pugiones, ſcuta, lanceæ, & id genus alia requiruntur ex Armamentariis; ita quoque doctos viros non faciunt ſolæ Palæſtræ literariæ, ſed armis quoque Scholaſticis opus eſt, Libris puta, quibus miles Scholaſticus recte inſtrui valeat, & armari ad propugnandum ſuas ſententias contra oppugnantes aut contradicentes. Armamentaria vero, e quibus ejusmodi arma Scholaſtica depromuntur, ſunt Bibliothecæ, quas magnus ille Eccleſiæ Doctor S. Auguſtinus aſſimilat turri Davidicæ, ex qua mille clypei pendent, & armatura fortium. Cum igitur de Scholis jam egerimus, ipſa rerum anima, Ordo videlicet, exigere videtur, ut aliquam etiam faciamus mentionem

De BIBLIOTHECIS Sileſiæ.

Inprimis autem luſtrare libet Bibliothecas ſpectantes ad Clerum aut Communitates vel Eccleſiaſticorum, vel Religioſorum. Horum enim liberi ſunt libri, quorum incremento & multiplicationi ſtudere, amore affici, & uſu delectari, & in his librariis bene ordinatis recreari debent, imitantes celeberrimum Archi-Epiſcopum Mediolanenſem S. Carolum Borromæum, qui cum aliquando ab Aulicis ſuis rogaretur, ut Vigeræ ad arcem Epiſcopalem hortum exſtrui, eo illius loci amœnitatem augeri, magisque nobilitari faceret, reſpondiſſe ſcribitur: Il Giardino del veſcouo dev'eſſer la ſacra Biblia, Hortus Epiſcopi debent eſſe Biblia, addo: Bibliotheca. quam familiarem ſibi habeant, & in ea verſentur ac delectentur, qui animarum curis ſunt expoſiti, & paſcuis verbi divini oves ſibi creditas paſcere debent, neceſſe eſt. Militum horum Spiritualium videlicet eſt, Eccleſiam militantem defendere contra hoſtes ſuos, ac proinde eorum Bibliis & Bibliothecis inſcribenda illa Epigraphe, quam Politicus quidam præcipui alicujus Theologi, gladios magis quam ſtylum aut libros amantis, Bibliis privatim affixit: *Domine, hæc ſunt arma militiæ veſtræ.* Invitatus aliquando fuit Franciſcus Gonzaga Epiſcopus Mantuanus ab illius loci Principe Vincentio ad luſum; cum autem hic chartæ folia pro luſu apportari faceret, ille luſum eorum recuſaſſe fertur: eo quod ex ejusmodi charta nullus componeretur liber Epiſcopum decens. Inter Bibliothecas autem noſtras

Prima-

Primaria eſt Eccleſiæ Cathedralis S. Joannis VVratislaviæ,

Cujus prima jeciſſe fundamenta legimus Urbanum hoc nomine primum, ordine vero ſecundum Epiſcopum illo tempore haud Wratislaviæ, ſed Schmogræ ſedentem, qui ex Italia non viros tantum doctos evocavit, ſed & libros procuravit, quibus tanquam veræ fidei lucernis ſedentes in tenebris, & umbra mortis illuminarentur: Eſt enim bonus liber, teſte Luca de Penna in Rubric. C. de noviciular. *Lumen cordis, ſpeculum corporis, Virtutum Magiſter, & exſtirpator vitiorum.* Modum poſtea Codices legitime & ordinate diſponendi dedit Lucilius ordine Quartus Sileſiorum Epiſcopus, & ipſe Schmogræ ſedem ſuam habens Epiſcopalem anno circiter ſalutis reparatæ ſupra milleſimum vigeſimo nono, qui non tantum ſatiari librorum lectione & ipſe non potuit, diu, noctuque inter illos verſatus, ſed & præcedentium numerum ſuis partim ex Italia procuratis, partim a ſe elaboratis adauxit, magnoque theſauro ſapientium videlicet libris ditavit Eccleſiam, laudem illam omnino promeritus, qua veneranda quondam Antiquitas celebravit Lucullum, qui Romanorum Scriptorum teſtimonio innumerabiles prope libros a ſe comparatos, & in concinnum ordinem diſpoſitos communi uſui Romæ propoſuit, & Bibliothecam publicam eſſe voluit, ad quam tanquam ad amœniſſimum Muſarum diverſorium multi Græci, aliique peregrini confluentes, legendo & diſputando integros conſumpſere dies, ipſo Lucullo ſæpius præſente, & ob fructum, quem ex dicto diverſorio reportarunt Muſarum filii, collætante. Quam comparationem aliquando diſticho ſequenti expreſſimus:

Hæc quæ Lucullus Romana fecit in urbe
Præſtitit in noſtra Lucilius patria.

Was guts Lucullus hat zu Rom gebauet an/
Das hat Lucilius in Schleſien gethan.

Tametſi vero primi illi Doctores & Apoſtoli Sileſiæ non Wratislaviæ (ut ante jam innuimus) ſed Schmogræ adhuc ſederint; attamen nullum eſt dubium, ab eorundem ſucceſſoribus, dum ſedem Schmogra-Pitſchinum, hinc Wratislaviam tranſtulere, libros tanquam *vie Comites, Amicos domeſticos, Collegas & Conſiliarios* (ut libros nominat citatus Lucas de Penna) ſimul fuiſſe tranſportatos.

Hi tamen Codices omnes primis illis Eccleſiæ Sileſiticæ ſeculis fuere

Manuſcripti, quos deinde poſt ſalutis noſtræ Annum 1450 arte Typographica jam ſatis adulta mire fuiſſe multiplicatos creditur, illo videlicet tempore, quo tum Laici, tum Clerici, præſertim Religioſorum Communitates, in erigendis librariis quaſi concertarunt, & alii alios librorum vel pretio, vel numero vincere ſunt conati, & quidem eo alacrius, quo velocius hoc librorum imprimendorum negotium ſuccedere videbant, ſecundum illud Campani:

Currant ſcripta licet: typus eſt velocior illis,
Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno.

Quod quidam calamus ſincere & germaniee aliquando faſſus eſt ſequentibus:

Die Feder lauffe zwar ſchnell/ und ſchreibet ab viel Sachen/
Doch kan die Druckerey geſchwinder fertig machen/
Was ihr befohlen wird: ſie druckt auf einen Tag
Weit mehr/ als durch die Schrifft ein gantzes Jahr
vermag.

Pulchre quoque patriæ noſtræ Virgilius, M. Opitius:

Was iſt der Druckerey doch irgend vorzuziehen?
Der edlen Druckerey/ durch die die Künſte blühen/
Und ſo viel Bücher iezt gebracht ſeynd an den Tag/
Mit denen man Athen und Rom auch trutzen mag.

Multorumque præterea eſt opinio, Bibliothecæ Cathedralis Eccleſiæ multum tum decoris tum incrementi acceſſiſſe Liberalitate Joannis IV. Wratislavienſis Epiſcopi, qui præter aulica negotia lectioni & ſapientiæ ſtudiis tota vita vacaverat, inſigni dives Bibliotheca, quam magnis ſibi ſumptibus, optimorum omnis generis librorum copia refertam, comparaverat.

Sub ſeculi decimi ſeptimi initium eidem rei librariæ in novum ordinem redigendæ diligentem navavit operam Doctiſſimus vir Fridericus Bergius: Quo tamen ordine & ornamento, imo & augmento præcedentibus temporibus feliciter acquiſito, infeliciſſime privata fuit, cum Anno 1632 Sueci, Saxonesque S. Joannis Inſulam occupantes, non tantum celeberrimum Templum Cathedrale, Aulam Epiſcopalem, & Canonicorum, ut vocant, Reſidentias, ſive habitacula depopulati ſunt, ſed & potiorem hujus Theſauri partem partim Vulcano, partim Neptuno, partim Mercurio conſecrarunt, igne puta & aqua, furtoque diſperdidere, & in varias diſperſere rudium manus, qui libros poſtea,

poſtea, etiam duodecim conſtantes taleris, duodecim tantum groſſis divendidere: quibus ſpoliis non pauci privati Bibliothecas ſuas ditarunt; id quod fatetur D. Curioſus Sileſius in Animadverſionibus ſuis über die Schl. Fürſten-Crone pag. 159. ubi ſcribit, Libros ex hoc diſperſo Theſauro a ſe viſos eſſe Wratislaviæ in privatis librariis. At vero quæſtio moveri poſſet, num ejusmodi emptores bona fide poſſideant, quod mala acquiſivere, dum nimirum vel nihil, vel exiguum pro illis pretium, quod vel decuplum libri valorem non adæquaret, expoſuere? Legendus eſſet ejusmodi librorum alienorum poſſeſſoribus Doctiſſimus Polyhiſtor Morhofius, qui, poſtquam lib. 1. cap. 4 in Commentario de Auctorum notitia, varios parandorum librorum modos legitimos adduxiſſet, his verbis ad rem præſentem loquitur: *Atque hi omnes*, inquit, *parandorum librorum modi legitimi: luctuoſi ſunt, aut inhoneſti (modi nimirum comparandi libros) cum e manibus hoſtium vel ſpoliis, aut furtis illis comparantur, e quibus non pauca Bibliotheca trevirunt.*

Fridericus Lichtenſtern (quem ipſum Fridericum Lucæ eſſe credimus) hujus Joannææ Bibliothecæ memor, perquam pretioſam eandem nuncupat in der Schl. Fürſten-Crone. Animadvertit autem dictus Curioſus Sileſius pag. cit. ſcribendum fuiſſe ab illo, quod talis fuerit præteritis temporibus. Fuit, wäre auch hie Præteriti Temporis: (verbis ipſius Curioſi utimur) Raube bald / und eyle beuten / hätten dieſe ſchöne Bibliothec zu einem Non-ens gemacht. Verum Dominus *Curioſus Sileſius* his ultimis ſeculi proxime præteriti annis, & primis jam cœpti, videtur non fuiſſe Curioſus in ſæpe dicta Bibliotheca luſtranda; nam alias eandem Reverendiſſimi illius Capituli munificentia, & cura ita hodie vidiſſet auctam, ornatam, ac ordine diſpoſitam, ut nomine illo *perquam pretioſæ*, quod Dominus a Lichtenſtern eidem impertitur, non tantum jure audiat, ſed & hebdomadatim ſtatutis diebus & horis publico uſui aperiri mereatur. Quo publico uſu, quanto venerabiliſſimum illud Collegium beneficio Rempublicam literariam, ac præſertim ſtudioſam Juventutem afficerit, illi æſtiment, & fateantur, qui diligenti illius frequentatione perſpectam ſibi faciunt, & proficuam hanc Bibliothecam. Utilitatem publicam, quæ ex hujusmodi Bibliothecarum uſu publico hauritur, commendat citatus Morhofius eod. lib. c. 3 ſequenti ſimilitudine: *Quemadmodum*, inquit, *proventus, & agrorum fructus congerere ſolemus, ita ingeniorum velut meſſes in his cuſtodire horreis debemus. Qui ſunt tam ſtolidi populi, ut patriæ ſuæ fruges, reditumque perire ſinant, & ingenio-*

rum opes reſcindant, unde maxima genti gloria, civibus commoda? At amplas aliqui poſſident Bibliothecas, publice quoque inſtituta ſunt, ſed non in aliorum uſum. Nimirum quaſi ſcena tot libri inſerviunt, oculos tantum moraturi, non animos ſaturaturi. Cui bono Theſaurus abſconditus? Ergo in tinearum & blattarum gratiam tot opes impenduntur, tot libri colliguntur. Galli in eo liberales, apud quos vel privatæ Bibliothecæ ad publicos uſus conceduntur. Quid juvat apes, ſi flores tantum videant, non autem mella inde exſugant? Conſultum proinde eſt, & communi bono perutile, hos hortos fructibus refertos, hæc prata floribus diſtincta (ut rurſus vocat Bibliothecas ſæpe citatus de Penna) Apibus, id eſt, Studioſis, qui mel ſcientiarum ſugere capiunt, aperire, liberumque aditum permittere, & ingreſſum.

Curam hujus Joannææ Bibliothecæ ſemper aliquis ex Canonicis gerit, cui aliquis ex vicariis ſubeſt. Nec officium infra dignitatem alicujus Canonici eſt, quod licet olim ſolis ſervis committeretur, prout Cicero lib. 13. Fam. Epiſt. 77 Sulpitium reddit certiorem de famulo hujusmodi fuga dilapſo his verbis: *Dionyſius ſervus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit, cum multos libros ſurripuiſſet, nec ſe impune laturum putaret, auffugit.* Poſtea tamen magnam illis, quibus librorum cura fuit commiſſa, contulit dignitatem, quemadmodum paſſim celebribus Bibliothecis non niſi doctiſſimi viri & æſtimatiſſimi præficiuntur. qua de re Morhof. Polyhiſtor lib. I. c. 6 conſulendus, & præprimis etiam epiſtola B. G. Struvii, qua probat Bibliothecas iisque præfectos omni ævo in ſummo fuiſſe honore.

Tantum de Bibliotheca Joannæa, quæ ſi DEUS pacem, quam mundus dare non poteſt, dederit ſervis ſuis longo tempore, priſtinum, eoque forſan majorem ſplendorem recuperare poterit, ſi nimirum ab hodiernis Reverend. & Illuſtr. D. D. Canonicis, privatas Bibliothecas ſibi comparantibus, aliquando donata & ditata fuerit.

Secunda Bibliotheca,

Cujus hic meminiſſe libet, non quidem eſt, ſed fuit aliquando *ad D. Virginem in Arena apud DD. Canonicos Regulares S. Auguſtini:* quam Reverend. Dominus Joannes Ferſius, vir non Latinæ tantum, ſed & Græcæ linguæ peritiſſimus, variaque ſcientia præditus, munificentiſſime quondam locupletavit, dum omnes ſuos raros, pretioſosque libros eidem in tabulis ultimæ voluntatis tranſcripſit. Sed quæ anno præterlapſi ſeculi ſecundo ac trigeſimo idem cum vicina S. Joannis fatum experta, non uno lethi genere periit. *Ter-*

Tertiam ad S. Adalbertum RR. PP. Dominicanorum VVratislaviæ

Henelius noſter Breslographia Renovata a vetuſtate celebrat, additque, complures ibi aſſervari Manuſcriptos, & Monaſterio non exiguum ornamentum ab illa accedere. Qui Theſaurus, quamvis mediis deficientibus hodie non augeatur, bene tamen cuſtoditur, & integer conſervatur.

Quartæ apud Eccleſiam Corporis Chriſti, Equitum Melitenſium

Meminit Fridericus Lucæ in Chronica Sileſiæ pag. 629, eamque libris pretioſis Manuſcriptis præſertim refertam, quondam urbi Wratislavienſi magno fuiſſe ornamento vere aſſerit. Errat autem D. Lucæ, dum eam templo adſcribit S. Salvatoris, quæ ad Equites Melitenſes ſpectare non potuit, ut falſe affirmat, cum teſte noſtro Henelio in cit. Breslographia Renovata Templum S. Salvatoris primo fundatum fuerit ante portam Suidnicenſem ſub ipſos fere muros anno 1561. quo tempore nullus amplius Melitenſium Equitum ſedem Wratislaviæ fixam habuit. Delituit Bibliotheca hæc ultra ſemialterum ſeculum, quo Eccleſia Corporis Chriſti, & omnes Commendæ reditus Senatui Wratislavienſi hypothecæ nomine fuere conceſſi, in pulveribus, donec tandem ante nonnullos annos Reverend. & Excellentiſſ. D.D. Comes de Kolowrath, Magnus dictorum Equitum Melitenſium Prior, vir decoris Domus D E I ſtudioſiſſimus, Commendam redimeret, & Eccleſiam undique collapſam pulcherrima & ſumptuoſiſſima renovatione ante mortem ſuam beatam nova quaſi vita donaret, Librariam vero ſupellectilem a blattis & tineis, quibuscum certaverat, vindicaret, & in loco mundiori ſupra renovatum Templum collocari faceret.

Quintam Sileſiæ Bibliothecam Hoſpitalis S. Matthiæ VVratislaviæ ad Crucigeros cum rubea Stella ſpectantem

Henelius noſter in Breslographia Renovata nominat non contemnendam, cujus fontis Caſtalii ſcaturiginem, incrementum, decorem, & pre-

& pretium Crucigeri, hodie illum haurientes & coronantes, gratiſſimis animis acceptum referimus.

Inprimis Venerabilibus noſtris Prædeceſſoribus, tam Magiſtris, quam aliis Confratribus noſtri ordinis, qui annorum ſucceſſu per ſemi quinque ſecula multos comparavere libros, primisque temporibus, typographia haud dum inventa, manibus ſuis conſcripſere, quorum Manuſcriptorum ſat magnum habemus numerum.

Secundo: Præclariſſimo Dno. Jacobo Monavio, Patritio Wratislavienſi, Aulæque Lignic. & Bregenſ. Conſiliario, viro (prout noſter in Sileſia Togata lib. 4 eum deprædicat) ut ingenio felici, ita judicio acri & exquiſito, nec ſolum juris, ſed & diſciplinarum humaniorum, atque hiſtoriarum amantiſſimo, neque Wratislaviæ tantum ſuæ, ſed & Sileſiæ, imo Germaniæ, imo Europæ fere totius Ocello, & Decori. A quo præter alios ſelectiſſimos exquiſitos habemus Italicos, tum Hiſtoricos, tum Philologos, ſeculum decimum ſextum ſcriptis ſuis illuſtrantes, quos inter Tarcagnotæ hiſtoriam univerſalem in aliquot Tomis, item Guicciardini, Petri Meſſiæ, Joan. Bapt. Caraffæ, Joan. Laurentii d'Anania, Franciſci Sanſovini, aliorumque non minus ſelecta, quam rara Opera numeramus. An vero libros illos Monavianos emptionis, an donationis titulo Hoſpitale poſſideat, hactenus in Archivis aut chartariis noſtris annotatum non invenimus. In ipſis autem libris nihil præter Monavii, & illorum, qui hos ei donarunt, & ex remotioribus provinciis transmiſerunt, nomina ſcripta legimus: Floruit enim (ut rurſus noſter in Sileſia Togata de illo ſcribit) amicitia maximorum virorum non ſolum in patria, & omni, quanta eſt, Germania, verum etiam in Belgio, Gallia, Italia, Hiſpania, Pannonia, aliisque exteris nationibus.

Tertio, ac præcipue Magiſtris hujus Hoſpitalis ſub finem decimi ſexti, & initium decimi ſeptimi ſeculi viventibus, puta Bartholomæo Mandelio, Nicolao Ottoni, Joanni Henecio a Blanckenburg, & Eliæ Bachſtein, quorum virorum converſatio frequentiſſima fuit cum viris doctis, prout ex horum ſcriptis, quibus ſæpe celebrantur, apparet, & alibi oſtendetur. Quorum, præſertim duorum poſtremorum, nominibus & inſignibus notatos libros videre eſt multos & varios.

Quarto admodum Reverendo, Eximio, & Clariſſimo Domino Johanni Schefflero, Medicinæ Doctori, viro fidei & vitæ integerrimæ, Religionis orthodoxæ (ut ex Controverſiis fidei ab eo ſcriptis conſtat) zelan-

zelantiſſimo, nec non cum DEO (prout ex vita innocentiſſima, pietatis operibus, meditationibus & ſoliloquiis ejus manuſcriptis &c. videre eſt) conjunctiſſimo, ejusque amantiſſimo. Hic enim poſtquam per complures annos cum noſtris in Conventu Mathiano communi tecto, communi menſa, communibusque devotionis exercitiis uſus fuiſſet, ſuam nobis Bibliothecam, Theologis, Philologis, Medicis refertam, legavit & ſui memoriam nunquam apud nos intermorituram reliquit.

Quinto aliorum Benefactorum, Mecænatumque munificentiæ, quos inter numeramus RR. DD. Eccleſiaſticos Martinum Mohrholtz, Joannem Woykowsky, qui ſingulari moti benevolentia, qua erga Conventum noſtrum ferebantur, & familiari conſuetudine, qua cum noſtris utebantur, librorum ſuorum Theologicorum nos voluere hæredes. Nec niſi gratiſſimis animis meminiſſe hîc poſſumus pie defuncti Perillustris Domini Joannis Georgii a Frölich & Freudenfels, S. Cæſ. Majeſtatis Conſiliarii, & per complures annos ſupremi ſteurarum (ut nuncupant) Præfecti, qui, præter alia beneficia in nos collata & a nobis pio ſemper & grato animo recolenda, exquiſitos quosdam Homileticos, eosque pretioſos ære ſuo comparari, noſtræque Bibliothecæ adjungi fecit munifice: quorum primis paginis integrum donatoris titulum inſcripſimus, ut iis uſuri futuris temporibus ſæpius admoneantur beneficii, & excitentur ad bene precandum piis manibus.

Nec oblivioni hoc loco dandus piæ recordationis, Anteceſſor noſter Reverendiſſimus Magiſter Joannes Chryſoſtomus Neborak, qui licet ingentes ſumptus in novum ædificium facere coactus fuerit, Bibliothecam tamen etiam nonnullis rarioribus, ſumptuoſisque libris locupletavit.

Quid autem Theſauro iſto fiat hodie, non noſtris verbis, ſed teſtimonio cognitum eſto CL. Domini Chriſtiani Helwichii, Viri non Medicinæ tantum & Philoſophiæ, ſed & litterarum humaniorum, hiſtoriarum, &, cui reliquæ omnes ſcientiæ, velut Reginæ ac Dominæ ſuæ, ancillantur, Theologiæ peritiſſimi, qui, poſtquam hæc Bibliotheca noſtra ſub diligenti, ſapientique ipſius directione per juniorum noſtrorum Religioſorum ſedulitatem ex pulverulentis, anguſtioribus, & obſcurioribus cameris levata, atque in locum mundiorem, ampliorem, lucidioremque translata, nec non in novis Repoſitoriis novam etiam animam, ordinem videlicet concinniorem, adepta fuiſſet, in Diſſertationis ſuæ Polemicæ duos ante annos Glacii impreſſæ, nobisque dedicatæ proœmio ad Nos ſcribens ejusdem meminit ſequentibus:

Ille librorum amor Te accendit, ut de Bibliotheca illa insigni ad S. Matthiam in meliorem transferenda locum, & ordinem cogitaris, & sub Divini Numinis auspiciis cogitata feliciter pe[illegible]is: Tantus enim Thesaurus providentia tua jam asservatur in loco [illegible]no prospectu ac abundanti luce ad delectationem omnium gaudent. [illegible]n antiquis loculamentis & repositoriis in tenebroso & obscuro Museo ante custodiebatur. Sed hoc tuo non sufficiebat ardori Reverendissime Domine Prælate; eundem modo invidendo augere voluisti, & locupletare charis & raris Monumentis: certe inter illa cum approbatione omnium, qui harum rerum notitiam habent, refero 70 Interpretum Versionem, Bibliothecam Patrum, S. Athanasium, Gregor. Magnum, Hilarium, Greg. Thaumaturgum, Balsamonem, Dionysium Areopagitam, & alia Patrum opera Parisiensibus Typis excusa, quibus non invitis eruditioribus annumerare liceat meliores editiones S. Justini Martyris, Clementis Alexandrini, Arnobii, Chrysostomi, Gregorii Nazianzeni, Cocsii Thesaurum. In Censum pretiosorum operum tomos vastos Augustini Barbosæ, Raynaudi, P. Olivæ, ac Vorburgii, &c. etiam nemine repugnante refero. Tuebuntur quoque locum sicum Bellarmini reliqua prater controversias, Pineda, Didacus Stella, Barradius, Lobetius, Meibomii historica, Hortlederus, Thuanus, Patinus de Numismatibus, Begeri thesaurus Brandenburgicus, Cardinalis Norisii lucubrationes, Acta Eruditorum Lipsiensia, ac multa alia opera, quorum nomina charta hujus angustia non admittit. Nefas tamen sit hic silentio pratermittere selectam Possevini ac Gesneri Bibliothecam, & hujus Pandectas, ac Libanii & Alexandri Aphrodisiensis volumina, qua hodie in officinis librariis frustra quaruntur. Hos ac complures alios selectissimos libros intra breve tempus comparasti, ac alios indefesso studio quotidie ex latebris eruis publicisque utilitatibus destinas.

Sexta sit in Burgo Cæsareo admodum RR. PP. Soc. JESU VVratisl.

Quam per sexaginta, & quod supra est, annos, quibus Wratislaviam illustrant dicti Patres, partim emptam, partim a munificentia zelosorum Catholicorum iisdem donatam, ante aliquot annos Illustriss. & Reverend. Dominus Carolus Neander de Petersheyda, &c. Episcopi Wratislaviensis (plen. tit.) suffraganeus piissimæ memoriæ auxit, dum totam suam Bibliothecam Theologis, Juris Canonici Peritis, & Philologis præstantissi-

tiſſimis refertam eisdem PP. legavit teſtamento, eoque ſapientiſſimo. Noverat enim optime vir ille, Catholicæ Eccleſiæ in Sileſia multorum annorum Pater amantiſſimus, Cuſtos, & Defenſor vigilantiſſimus, illam a Spiritu ſancto comparari exercitui, aut ordinatæ terribili Caſtrorum aciei, militantisque nomine audiri: noverat libros militum Eccleſiaſticorum eſſe arma, quibus & nos ſuperius comparavimus, Verbumque DEI gladium eſſe bis acutum: noverat prædictos Patres in hoc Exercitu eſſe Anteſignanos, agere Centuriones quaſi & Decuriones, eſſe illos, qui primi, dum oppugnandum, inſultum faciant, dum defendendum, in acie ſtatuantur: atque ideo armis eosdem indigere pluribus, ſolidioribus, acutioribus, potentioribus: Ut proinde prælaudatus Eccleſiæ noſtræ Pater providentiſſima ſimul, ac ſapientiſſima voluntate ſuum his Eccleſiæ DEI militibus ſtrenuiſſimis legaverit Armamentarium. Quod licet hodie in loco ſit tenebricoſiori, cum deſit convenientior, in quo clariori luci exponi valeant, nihil tamen refert ſpiritualibus illis militibus ubi pendeant arma, modo præſto ſtatim ſint ad manum, dum pugnandum eſt.

Septimam DD. Canonicorum Regularium Præmonſtratenſium ad S. Vincentium.

Numeramus nec hanc contemnendam, præſertim dum modernus Reverend. Antiſtes Carolus ſumtuoſo ædificio Coronidem jam impoſuit, ſumptusque in ſelectos libros impendere cœpit; quo in ſtadio ſi, ut non dubitamus, perrexerit, Bibliothecam brevi in eum evehet ſplendorem, qui doctiſſimæ illi Communitati, in qua Theologiæ Doctores aliqui eximii hactenus claruere, conveniat.

Octava, Nona, & Decima RR. PP. Franciſcanorum ad S. DOROTHEAM, ad S. ANTONIUM, ad S. HEDVVIGEM.

Quarum prima, nempe Dorotheana, profecto ſuammet meretur laudem: Crevit illa per annos quingentos, quibus ordo ſacer degit Wratislaviæ, partim Patronorum benignitate, partim etiam induſtria mul-

torum Virorum doctisſimorum, quibus Communitas illa religioſa conſtanter claruit. Ante tria criciter luſtra, cum incendium Cœnobium illud potiori ex parte redigeret in cineres, & Religioſi de Bibliothecæ indemnitate ſoliciti, durante incendio & inde exorta confuſione, eandem ex Camera, quæ & ipſa periclitabatur, ejicerent ad Eccleſiam, damnum ab accurrente turba, ejusque furacibus manibus perpeſſa fuit non mediocre.

Alteræ duæ, Antoniana videlicet, & Hedwigiana, quemadmodum Mecænatum munificentiis intra paucorum annorum ſpatium in Bibliotheculas coaluerunt ſelectas, ita quoque deinceps, ut munifica Benefactorum liberalitate in Bibliothecas excreſcant ſelectisſimas, Cœtui venerabili virorum doctisſimorum in ſacris illis ordinibus quotidie creſcentium competentes, animitus exoptamus.

Luſtratis autem Bibliothecis ad Clerum Wratislavienſem ſpectantibus, eas etiam, quas Amplisſimus Senatus Breslenſis certis hebdomadatim diebus in uſum publicum aperiri facit, ingrediamur, & quidem

Primo RHEDIGERIANAM

ad S. Eliſabethæ exſtructam, eamque percelebrem, de qua Henelius noſter in Breslographia Renovata in hæc verba ſcribit:

Sacrario ſuperſtructum eſt conclave pulchro fornice, auditorio Theologico a majoribus dedicatum, in quo depoſita viri nobiliſſimi Thomæ Rhedigeri Bibliotheca, magna & exquiſita bonorum librorum tam cuſorum quam manuſcriptorum copia refertiſſima: quos cum incredibili cura & diligentia, magnaque vi auri impenſa, doctiſſimorum ea in re hominum conſilio, atque opera adjutus (ſemper enim ſive peregrinaretur, ſive illuſtri aliquo loco moraretur, apud ſe literatum habebat unum atque alterum, haut raro etiam complures, vatum ob id hoſpes, non minus vere, quam feſtive a Jano Douſa Nordovice viro & ipſo nobiliſſimo adpellatus, cum ad Ger. Falkobergium ita ſcribit:

Meroque curas diſſipare Rhenenſi
Tecum aut apud vatum hoſpitem Rhedigerum
Doctum, atque vere nobilem Rhedigerum)

per Italiam, Galliam, & Germaniam conquiſiviſſet, ſic de iis teſtamento cavit: ut libri omnes una cum numiſmatibus aureis, argenteis, aneis, ſtatuis, picturis, & reliquis Bibliothecæ ornamentis minime vulgaribus,

quam

quam diligentiſſime Wratislavia in uno conclavi ad id ab hæredibus (Adamo & Jacobo fratribus) inſtructo adſervarentur, omniaque in eo ſuis locis diſtincte & ordinate diſponerentur: ita quidem, ut Bibliotheca illa cum ſuis ornamentis non tantum Rhedigeriana familia, penes quam perpetuo eſſe debeat honori, verum etam aliis uſui & voluptati eſſe poſſet. Nemini vero libri vel legendi, vel cum impreſſis conferendi inde darentur. Quo quidem facto, ut propenſa voluntatis rem literariam omnimodis juvandi illuſtre ſpecimen dedit, magnamque ab eruditis omnibus gratiam inivit: ita fieri non potuit, quin ſubiret quam plurimos indignatio cum miſeratione, poſt tot mortu annos haut dum eam fuiſſe voluntatis Rhedigeriana executionem, quam jura & divina & humana expoſcunt: tamque pium, tam utile opus, cujus expectatio totam fere Europam complevit, cujus maxime claritudine omnium oculi debebant perſtringi, depoſitum quodammodo & deploratum jacere, ac libros adeo ipſos duro quaſi carcere concluſos, ſitu ac pulvere magis magisque obduci. Tam rara eſt in hæredibus fides, tam parva mortuorum, quæque illi mandarunt, oblivio. De cujus quidem rei iniquitate jam olim perenni clarum nobiliſſimæ familiæ decus Nicolaum Rhedigerum a Striſa τὸν νῦν ἐν ἁγίοις haut modo plus vice ſimplici conqueſtum, ſed & de patrui ſui Bibliotheca publicæ luci vindicanda admodum ſollicitum, quo minus autem id, quod cupiebat, effectum dare poſſet, πλεονεξία quorundam impeditum fuiſſe, memini. Felicior hac in parte magno patre filius fuit Gulielmus vir Magnificus ac Strenuus, Judicii provincialis in Ducatu Wratislavienſi Adſeſſor, Ordinum Conſiliarius, & Ærarii præfectus: qui cum animo ſecum reputaret, quanto magis publice expedit, etiam in privatorum legatis, nedum iis, quæ publico & bono & ornamento deputata ſunt, ſupremæ hominum judicia non in irritum abire, ſed exitum ſortiri, ne alioqui teſtaturi ſolatio mortis, cujus haut exigua pars in voluntate ultra mortem poſita eſt, defraudentur, tanto certius futurum, ut cum patrui ſui magni nomen ſuum quoque æternitati conſecraret, ſi Bibliotheca ejusdem pro derelicto quaſi hactenus habita curam & ipſe ſuſciperet, publica autem temporum calamitas rationes alias cupita perficiendi non permitteret, auctoritate & ſuada ſua eo rem perduxit, ut univerſa Rhedigerorum familia omne jus ſuum, quod ſibi in Bibliothecam ex teſtamento agnati quocunque modo competebat, Ampliſſimo Senatui Wratislavienſi reſignaret, atque cederet, hac inter alias tergemina conditione: ut quanto citius fieri poſſet, non familiæ, ſed Senatus impenſo & ſumptu

publicis usibus adornetur atque exponatur, haut alibi quam in hoc templo Elisabethico adservetur: nec alio denique quam Rhedigerianæ *nomine, quamvis fortean aliorum liberalitate eam locupletari contingat, indigitetur. Quod ut senatus non gravatim in se recepit, ita eum propediem secuturum effectum, qui tam executoribus, quam fundatori, sit honorificus,*

Et reor, & si quid veri mens augurat, opto.

Ingens huic Bibliothecæ incrementum ante aliquot annos accesit per Bibliothecam Sebischianam. Cæterum hanc Bibliothecam tanquam præsentem vel absens etiam lustrare poterit, qui doctissimum Actum Gymnasticum a præclaro Cive nostro D. Gotlobo Krantzio compositum, & anno 1699 publici juris factum, debita cum attentione, qua legi, relegique meretur, pervolvere non gravabitur.

Secundo MAGDALENÆAM

accedamus, ab Henelio in Breslographia Renov. sequentibus celebratam:

Neque vero parvum Ædi B. Mariæ Magdalenæ decus adjuncta Bibliotheca (pro veteri nimirum more ac instituto sacra illa ingeniorum opera in locis sacratis collocandi) conciliat: qua Amplissimi Senatus & privatorum patricii juxta generis ac tribunitia sortis, addo peregrinorum quoque & inter hos Illustrium, nobilissimorum, doctissimorumque hominum munificentia adornata, ante hos annos septem & triginta in ordinem redacta, librorum omne genus præstantissimorum censu exinde aucta, ac prater Hertwigianorum, & Bergianorum auctarium Wirbiano, Zierotinianorum legato perquam opimo, insigniter locupletata, insuperque favore & magnificentia Senatus Amplissimi, Præside Reip. Stanislao Aichbeusero, curatoribus vero templi Rudolpho John Senatore & Scholarcha, atque Alberto Bibero seniore opere & cultu splendidiore ad patriæ ornamentum, & gratæ posteritatis amulationem restaurata, nec non artificiosis septem Græciæ sapientum statuis illustrata, publicaque utilitati consecrata omnibus bonarum artium cultoribus fruenda patet: testante hoc ipsum nova inscriptione, qua ingredientibus ad dextrum occurrit. Anno quidem hujus seculi secundo ac quadragesimo concepta: sed quam bienno post demum Bibliothecæ dedicatio sequuta est: terris interim erepto, prater Aichbeuserum, Senatus Principem curatore quoq; supremo. Cui dignissime succenturiatus vir

Am-

Ampliſſimus Caſpar Kretſchmerus Senator & ipſe in ſolatium juxta Muſarum & Gratiarum natus, amicus noſter e paucis honorandus, ſummam operi manum impoſuit.

Libros non pluteis impoſitos, ſed in armariis junctim locatos, nulla ut olim catena ligant. ex quo nimirum compertum eſt, ne quidem ferro adſtrictis ab ungulatis & viſcoſis manibus parcitum fuiſſe. Caterum ut laverna filiis furandi occaſio præcidatur, haut omnibus promiſcue, ſed honoratioribus ſaltem inter libros divagari licet: adfixo interea librarum catalogo, cujus indicina ſi quis librum poſcat, ab eo qui huic curat (is vero nunc eſt V. Cl. Chriſtophorus Colerus, Hiſtoriarum in Gymnaſio Eliſabethano Profeſſor, cujus & exſtat de hac ipſa Bibliotheca, cum publicis uſibus redaperiretur, oratio Auſpicalis) capit: ut tabula vicina multorum hominum capaci adſidens, quantum velit, legat Vetus epigraphe interioribus foribus addita ſub præſidio ac patrocinio Davidis Kosleri, ſenatoris, & Michaelis Fürſt in Kupferberg, templi hujus Ædilium, hujusmodi verſus lectori exhibet:

Salve quisquis ades. Pratum tibi nobile monſtro.
Quot flores, totidem cernis in orbe libros.
Hic animum paſce, atque bibe mella liquentia ſuge.
At nocitura tibi quaſo venena fuge.
Noſce DEUM mentis fontem, tuque excole mentem:
Me, ſi vis, auge; ſed ſpoliare cave.

LOGAVIANAM,

Ab Illuſtriſſimo Domino, Balthaſare Friderico lib. Barone de Logau & Altendorf anno MDCCII viam univerſæ carnis ingreſſo, viro tam literarum quam literatorum amantiſſimo, magna ſumptuum vi comparatam, hodie vero clauſam, nec non aliorum Illuſtriſſimorum, Perillustrium, ſublimibus Dignitatibus Præeminentium Virorum Bibliothecas ſelectiſſimas æque ac ſumptuoſiſſimas, inprimis Schakianam quæ omnibus palmam præripit, tanquam privatas, ad quas huc usque acceſſus nobis non patuit, hic tranſire cogimur, earum alio forſan loco, ubi de nobiliſſimis illorum Virorum proſapiis fiet mentio ſingularis, prius a nobis (ſi porta gratioſe patuerit) luſtrandarum, futuri memores.

Religioſarum præterea Communitatum, in Sileſia extra Wratislaviam degentium, Eccleſiarumque Parochialium Bibliothecæ, quas inter

Nis-

Niſſenſis, Glogovienſis, Francoſteinenſis &c. Cœnobiorum ſacri Ciſtercienſis Ordinis præſertim, nec non aliorum Religioſorum, hic etiam non memorantur, capite ſubſecuturo, in quo de Sileſiæ urbibus, opidis, Cœnobiis agemus, obiter ſaltem memorandæ, aut, ſi plenior earumdem notitia acceſſerit, diligentiori calamo deſcribendæ.

§. 20.

REI Familiaris cura diligentiſſima apud Sileſios.

REM Familiarem Sileſii diligentiſſime curant: adeo quidem, ut non dubitem adfirmare, haud eſſe aliam hodie provinciam, quæ plures habeat ſtrenuos & induſtrios (*a*) Patresfamilias in re præſertim ruſtica, quam hæc ipſa patria mea: adeo quidem, ut Sileſiis minime objici poſſit, quod olim de Germanis pronunciavit graviſſimus rerum ſcriptor Tacitus in libro, quem de ea gente conſcripſit. Nec enim cum ubertate, & amplitudine ſoli contendunt.

(*a*) Quantum diſcrimen ſit in Sileſia apud plebejos Patresfamilias, ſeu ruricolas Rei familiaris, quamque ii, qui nationis ſunt Germanæ, multo diligentiores ſint œconomi, quam illi, qui ex gente Slavica ſunt oriundi, norunt optime illi domini, qui ſubditos habent partim Germanos, partim Polonos ſive Slavos; qua de re durior quidam calamus ſcripſit ſequentia:

Ein Deutſcher Unterthan
Sich redlich hält und wacker/
Bau't Hauß und Hoff wohl an
Und richtet zu den Acker /
Iſt fleißig auf dem Feld/
Klug / mühſam und beſcheiden/
Zu was man ihn beſtelt
Verrichtet er mit Freuden.
Was aber Slaven ſind /
Zu ſtehlen gerne pflegen.

Doch

Doch haben Weib und Kind
Von dieſem keinen Segen.
Zur Arbeit ſind ſie faul/
Und was ſie heut erwerben/
Muß morgen in dem Maul
Auf einmahl gantz verderben.
Was ſie vor Wirthe ſeyn/
An böſen Häuſern ſchaue/
Und fället ſelbtes ein/
So heiſt es: Herrſchafft baue.

Quod tamen tam præciſe de Slavis, & Germanis his plebejis Incolis non intelligimus, quaſi vero hi omnes & ſinguli boni, illi omnes & ſinguli mali eſſent œconomi, cum experientia conſtet, & laudem horum aliquibus ex illis, & vituperium illorum nonnullis quoque ex his competere; ſed eo tantum hoc aſſerimus, quod omnes in communi conſiderando, plures ibi Patresfamilias negligentiores, hic plures diligentiores ſit reperire. Scilicet:

Sunt bona mixta malis, ſunt mala mixta bonis.

§. 21.

AGRICULTURA auctior.

Imo vero Agricultura ab his eousque culta, atque etiam inventis aucta, ut, quibus olim locis horrelcebant ſteriles ſilvæ, aut vepreta noxia, ibi nunc vere campi Elyſii eniteſcunt: ibi territoria conſpiciuntur, ea ubertate agrorum, ea amœnitate hortorum, ea magnitudine paſtionis, ea multitudine rerum omnium, quæ ſocietati humanæ ſerviunt, (*a*) aut invidiam cæteris terris facere queant.

(*a*) Ad caput tertium de ubertate Sileſiæ lectorem remittimus.

§. 22.

Fœminarum Induſtriæ Oeconomicæ.

Neque viris duntaxat hæc Induſtriæ Oeconomicæ laus debetur, ſed & fœminis: in quibus utut nonnullæ reperiantur, (quis enim neget?) quæ inſtar inutilium in alvearibus fucorum, quidquid opera virorum quæſitum & coactum eſt, ſciunt abſumere, quærere, & cogere neſciunt, ob idque in Sirenum mythologia gallinaceos habere pedes feruntur, quod ut gallinæ paſci nequeant etiam pleno in acervo, quin diſpergant & diſperdant omnia: plerisque tamen pulcherrima diligentiæ æmulatione flagrantibus unum hoc ſtudium eſt, ut (*a*) cum negotiis maritorum rationem parem faciant, eaque cura ſua majora atque meliora reddant.

(*a*) Id quod ſupra § 8. rhythmis Germanicis lit. c. ſub finem expreſſimus.

§. 23.

Sileſiorum Victus mundior & elegantior.

Victus in Sileſia mundior & elegantior, quin etiam parabilior, quam inter plerasque alias gentes. Plebs urbana & agreſtis pane vulgari cum ex hordeo, tum ex ſecali, pecudum domeſticarum carne, lacticiniis, anſeribus, gallinis, ovis, piſcibus qua recentibus, qua ſalitis & infumatis, halecibus ſive haringis præſertim, paſſeribus ſive plateſſis & aſellis, leguminibusque, oleribus, & pultibus victitat. (*a*)

(*a*) De

(a) De quibus omnibus tertio, quarto, quintoque Capite ſatis jam egimus.

§. 24.

CARNIS procurandæ & conſervandæ ratio.

De Carnis ſufficientia Opidanis proſpicere tenentur laniones, qui ob id animalia, puta boves, vaccas, vitulos, oves, verveces, agnos, hœdos, ſues, porcos non ſolum ex hac noſtra, ſed & vicinis Provinciis, Polonia maxime & Hungaria, procurant, mactatorumque in laniena carnes, ut in macellis ſuis quot diebus, ita diebus Sabbathi in foro publico venales exponunt. Sarcapolia appellare liceat, in queis præcipua, Wratislavienſe, Svidnicenſe & Bregenſe. Sed quibus tamen parum concedit Oppavienſe; Extraneis quoque annonam carnis adjuvare, omnis generis mactata inferre, & venalia exponere licitum eſt. Qui boni patresfamilias eſſe, nec cuncta a macellariis præſtinare volunt, emunt quotannis pro familiæ, & facultatum modo unum & alterum bovem, tum & oves aliquot, & porcos, iis mactatis, & ſale per fruſta conditis, ac (a) fumo induratis penaria ſua inſtruentes magnam anni partem inde victitant.

(a) Qua cura, ſuilla præſertim ſalubrior & gratior redditur, penusque pluribus annis inſtrui & unius anni ubertate ſequentibus ſterilibus ſuccurri poterit. Sus jam ſaginatus pridie, quam occidatur, potione prohibetur, quo ſit caro ſiccior. Nam ſi biberit, plus humoris ſalſura habebit. Ergo ſitientem cum occideris, eum vel aqua fervente, vel ex ſtipula, aut ſarmentis, tenuibusque lignis flamma excitata glabrato. Utroque enim modo pili detrahuntur. Neque pro-

bandum, quod quidam detrahere pellem ſolent. Inde ſuſpenſus poſterioribus pedibus exenteratur, & inteſtina in ſuum quemque uſum repurgantur: & caro refrigeſcens, ubi induruit, mox capite, pernisque, ac ſuccidiis geminis reciſis, in menſa aut tabula largum ſalem infarciunt, maxime in eas partes, ubi oſſa relicta. Inde in ſeriam ſubſtrato ſale immittunt. Salſuram decreſcente Luna volunt fieri quidam. Antequam ſaliuntur, prius omnis ſanies & cruor exprimatur, abſtergaturque. Sunt, qui, priusquam ſalire incipiant, exoſſare conſueverint, exiſtimantes eam rem ſalſuram durabiliorem, & minus vitioſam efficere. Nonnulli quoque non in cupis aut ſeria, ſed in tabulato ſuccidias, reliquasque ſalitas carnes relinquunt ad dies 10, poſt ſuſpenduntur, ut aëre puro perflentur in Carnario, atque ubi aliquot dies perflatæ, paulatim modico fumo, & deinceps acrius perfumentur. Gratiores reddentur carnes, ſi ſimul cum fumo aëris afflatum recipiant. Si initio vehementiori fumo accendantur, rancidæ fiunt carnes. Didymus carnes longo tempore recentes ſervari tradit, ſi repurgatæ, refrigeratæque atque exſiccatæ in locis umbroſis & humidis collocentur, Boreali magis, quam Auſtrali Cœlo expoſitis. Suaviores fieri nive circumpoſita, paleisque ſuperinjectis. Hæc ex Heresbachii lib. 3. de Re Ruſt. pag. 481.

§. 25.

Nobiliorum Victus pretioſior & dapſilior.

Urbanis ditioribus, nobilibus ampliora prædia poſſidentibus, primoribus, atque Magnatibus, ubi præſertim genio ſacra parantur, Victus dapſilior eſt, pollucibilior, ac pretioſior, ut qui menſas cum alitibus domeſticis, tum feris animalibus, volatilibus, ac piſcibus lautioribus, in quibus nec ottrea, teſtaceorum omnium nobiliſſima, aut Sardellæ Venetianæ deſunt, varie coctis, aſſis, frixis, elixis, artocreis, talibusque aliis, in quibus permagnus eſt aromatum, ſacchari & aliorum condimentorum uſus, cumulate

mulate inſtructas habent: Nec oleribus exquiſitis eæ carent, non acetariis, intritis, intinctibus ſuaviſſimi ſaporis non ſcriblitis, & tortis, non bellariis ſumptuoſis, aliisque menſarum ſecundarum deliciis, ac cupediis qua domi natis, qua exoticis & aliunde petitis. Adeo (a)

quidquid quaritur, optimum videtur.

(a) *Aſpice Nomentanum, & Apicium* (ſic Seneca illos Romanos perſtrinxit, qui exoticis gulæ ſervierunt) *terrarum ac maris bona conquirentes, & ſuper menſam recognoſcentes omnium gentium animalia.*

Tanta nimirum fuit Romanorum in epulis ubique terrarum acquirendis luxuria, ut, quemadmodum teſtatur Latinus Pacatus, totæ aliquando aucupum, & venatorum cohortes, quæ ad explendam luxurioſorum militarent libidinem, ſelectæ fuerint: *Ut taceam*, inquit ille, *infami ſæpe delectu ſcriptos in Provinciis aucupes, ductasque ſub ſignis venatorum cohortes militaſſe Convivis.*

Et quemadmodum aves a longinquis terrarum oris laſcivienti Dominorum gulæ ſubmitti debuere, ita piſces etiam, niſi periculoſa naufragiis maria, & regiones longinquæ miniſtraſſent, ruſticum ſapuere. *Quod diſſolutus deliciis ſtomachus vix admittat, ab ultimo petitur Oceano.* Ita Seneca, qui ad Lucilium ſcribens, *Luxuriam terra marisque vaſtatricem* dixit pereleganter. Cur vero piſces e tam remotis regionibus expetiti fuerint, cauſam adfert Satyricus ſatyra 5:

Et jam defecit noſtrum mare, dum gula ſævit
Retibus aſſiduis, penitus ſcrutante macello,
Proxima nec patimur Tyrrhenum creſcere piſcem,
Inſtruit ergo focum provincia.

Piſces vero, qui lautorum menſis ſerviebant, hi præcipue fuerunt: Mullus e Corſica petitus, qui aliquando quinque millibus ſeſtertium emptus, ſive 250 florenis, ut computat Meurſius, nonnunquam ſex millibus ſeſtertium, ſive 300 florenis. Muræna a freto Siculo, quod Rhegium a Meſſana diſpeſcit, petita. Scarus Italicis regionibus ignotus, ut eum vocat Macrobius: in cujus lib. 3. ſaturnal. c. 15 plura lege. Aves etiam peregrinæ variæ fuere, quas inter

Aves Phaſiacis petitæ Colchis,

Phaſianum intellige, quem inde luxus conquiſivit, unde ſummi Heroes furtivam pelliculam devexerunt. Manlius lib. 5. Aſtron.

- - accerſitur inde macellum,
Unde aurata novo convecta eſt aquore pellis.

Primi autem fuere Græci, qui hanc avim e Phaſide exportarunt: hinc Martialis lib. 13. Epigram.

Argiva primum ſum tranſportata carina:
Ante mihi notum nil niſi Phaſis erat.

D. Hieronymus Salvinam monet: *Procul* ſint, inquit, *a conviviis tuis Phaſidos aves, craſſi turtures, & omnes aves, quibus amplisſima patrimonia avolant.* Gellius lib. 7. cap. 16. recenſet alias e Varrone: Pavum e Samo, Phrygiam attagenem, Grues melicas.

Ante ſesquiſeculum avis hæc in Sileſia non generabatur, & ſi in Magnatum menſis videre eam liceret, Bohemiam agnoſcebat patriam. Jam vero Magnates noſtri, præſertim in Sileſia ſuperiore, indigenatum eis contulerunt.

§. 26.

Sileſia ſumptuoſo gulæ luxu contaminata.

Et hanc etiam Provinciam ſumptuoſus (*a*) exterorum luxus ita contaminavit, ut non modo non ſubinde ad detergendam ſtomachi nauſeam excogitentur ſápores, & exquiſita gulæ irritamenta; verum etiam in pompam, quæ ſpectes, non quæ guſtes ſolum, fercula ponantur: Quaſi oculis paretur cibus, exornatur. Menſa ambitionis ſcena quædam eſt, & jam divitias dapes indicant. Lauti ſumus, ſi immenſum conſumimus. (*b*) Ut quidem minime mirum, aut novum videri debeat, ſi nonnullos, quibus Attalico luxu oſtentare, ac frequentare lautas epulas pulcrum fuit, paullo poſt obaudire oporteat, quod Diogenes præteriens ædes cujusdam helluonis inſcriptione notatas

tas venalesque dixisse fertur: *Facile divinabam fore, ut præ immodica crapula domum evomeres.* Eousque certe luxus hic crevit, ut nemo æquus rei æstimator mihi vitio sit versurus, si cum (*c*) Michaële Hospitalio Galliæ Cancellario (at quali & quanto Viro!) exclamem:

O Romanarum Legum veneranda potestas
Sublata e vivis! O Fannia, & Oppia leges! (*d*)
Existetne aliquis concessu & munere Divum,
Errorem hunc animis hominum qui demere possit,
Et nostri immensis moderetur sumptibus ævi.

(*a*) Luxum vocat Exterorum, per quem Genitivum an exteras Cupedias, an vero exteros populos noster significare velit, non satis constat: si primum, (ut ad hoc eum collimare verisimile mihi videtur) illud repetit, quod dictum est paragrapho præcedenti: si secundum, queri voluit de illo, de quo sensatiores olim conquesti fuere Romani; quod nimirum luxus ab exteris sit importatus, quemadmodum Romam scimus esse illatum ex Asia, Syria, Græcia. Quod ex Asia, testatur facundissimus Livius lib. 9 decad. 4 scribens: *Luxuria peregrina origo ab exercitu Asiatico in urbem invecta est. Primum lectos aratos, vestem stragulam, pretiosas plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnifica supellectilis habebantur: Monopodia, & abacus Romam advecta sunt, tunc psaltria, sambucistriaque, & convivalia ludionum oblectamenta, addita epulis, epulæ quoque ipsæ & cura, & sumptu majore apparari cœptæ, vix tamen illa, quæ tum conspiciebantur, semina erant futuræ luxuriæ.*

Idem attestatur Florus lib. 3. c. 12. *Syria* (inquit ille) *victa primo nos corrupit, mox Asiatica Pergameni Regis hereditas, illæ opes, atque divitiæ afflixere sæculi mores, mersamque vitiis suis quasi sentinam, Rempublicam pessum dedere.* De Syria testis est Satyricus satyra 3:

Jam pridem Syrus in Tyberim defluxit Orontes,
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas

Obli-

Obliquas, nec non gentilia tympana secum
Vexit, & ad Circum jussas prostare puellas.

Græcorum luxum adeo Romani sunt imitati, ut, cum omnia Græcorum more fieri, in Conviviis præsertim, videret idem Satyricus, indignatus propterea Romanos Græcam Urbem vocans, exclamarit:

- - Non possum ferre Quirites
Græcam urbem. -

Unde mos Romam allatus, ut se hilarius Baccho proluerent? profecto à Græcis: nam majoribus poculis potare, Græcari Horatius, Pergræcari Plautus, aliique appellarunt.

Discumbitur, fit sermo inter eos, & invitatio, ut Græco more biberetur. Sic describitur convivium, quod Rubrius Verri instruxerat apud Tullium I Verrina.

Quorum autem Exterorum luxus sumptuosus, ut rursus cum nostro loquar, hanc provinciam contaminaverit, dicant alii, qui statum patriæ, ejusque vicissitudines penitius habent perspectas, & forsan etiam ex pluribus dicendis aliquatenus apparebit.

(*b*) Imitantur isti Romanos helluones, qui una cœna patrimonia comedebant, teste Juvenali; quorum Convivia furorem; culinam fœdissimum patrimoniorum exitium vocat Seneca. Sunt eheu! & hodie mores illi, tempora illa, de quibus Michaël Hospitalius, (hoc paragrapho ab Henelio citatus) magnus ille Galliæ Cancellarius & Poëta, queri posset, quod de moribus Galliæ questus fuit in satyra lib. 5 ejus Carminum inserta:

Publica res sensim privataque labitur omnis,
Dum canimus, bibimus, dum membra pedesque movemus
Mollius, & nigris agitamus brachia Mauris:
Dum supra censum se fœmina vestit, alitque
Servarumque greges, & currus jungit equorum,
Tanquam de victo pompam ducturа marito.
Hic ne deterior videatur conjuge pulchra,
Aut Venere, aut epulu, aut turpi denique ludo,
Effundit magno quæsita labore parentum;
Postquam exhausta domi prævopatrimonia more;
Audent inde manus communibus addere nummis.
Sic avidum res nulla potest explere barathrum.

Hæc sub initium dictæ satyræ, quibus quidem primario vestium (de quo nos infra) & externæ pompæ, simul tamen epularum luxum perstrin-

perſtringit: & his conſonant, quibus ille circa medium in ejusmodi prodigos invehitur:

Olim prima fuit virtus, cohibere ſolutos
Corporis atque animi motus, mediamque tenere
Inter utrumque viam, parcum nimiumque datorem.
Nunc eſt in pretio rerum maleſida ſuarum
Cuſtos, nequitia, & laxis effuſus habenis
Prodigus. *hanc comites circumſtant undique multi,*
Quos glomeravit edax, & ventris amica voluptas,
Mox aliò quovis acciſis rebus ituros.
At qui vivendi caſte, parceque Magiſtram
Virtutem fugimus: vulgoque horreſcimus omnes
Importunum aliquem veluti ſavumque tyrannum.
Quin etiam nobis ſtudio blandimur aperto,
Præclari artifices ſceleris, culpæque tegendæ,
Nomina ponentes vitiorum rebus honeſtis,
Virtutum vitiis, abjecto fronte pudore.
Sic homines hodie frugi appellamus avaros:
Contra miramur, quibus arca eſt ſemper aperta
Omnem ad nequitiam, fœdaque libidinis uſum,
Quorum perpetuo redolet nidore Culina.
Hinc adeo fieri nulla ratione, modoque
Ut ſua diſpenſent, paucisque integra diebus
Effundant uno veluti patrimonia jactu.
Venimus ad ſummum, vitiorum prendimus artem;
Publica privatis opibus fortuna, bonisque
Vincitur. & ſeu ſunt epulæ, ludique parandi,
Seu quidvis aliud ſumptu majore gerendum
Æquamus Reges: & tollimus ardua Cœlo
Cornua, non memores, qui ſimus, & unde profecti,
Et qui nos caſus expectent fine ſupremo.
Non aurum a nobis, non gemmæ, & ſerica Reges
Vellera diſtinguunt: epulamur lautius ipſis,
Regibus: & Medos jam vincimus, Arſacidasque.
Non eſt privatos quicquam diſcriminis inter
Et Reges, niſi quod multi latera undique cingant
Cuſtodes, denſæque apparent Regibus haſtæ.

Et post pauca fabulam de Rana Æsopi applicat illis, qui ultra vitæ genus, opes vel in epulas, vel in vestitum (de quo infra peculiariter agemus) vel in alium ejusmodi luxum prodige profundentes, ditiores aut digniores male æmulantur:

Rana bovem dum vult imitari parvula magnum,
Turgentes venas inflavit, & ora, quousque
Abrupit sese mediam, ventrisque tumorem.
Tu ne quid supra vires conêre memento.
Sed pro fortuna, vestitu atque utere cultu.
Et si peccandum est, quod erit minus, eligè semper:
Omnis enim secum trahit exsuperantia damnum
Immoditum, sequitur fraus, atque injuriæ, ruptæ
Calcataque fide. Quodsi huc accessit egestas
Quæ solet huic nimium splendorem claudere vitæ;
Despitient omnes, qui te coluere beatum.
Et tandem infidos frustra implorabit amicos,
Turpis & invisus pariter nigrisque bonisque.
Hæc sunt a nimio prognata incommoda luxu.

Ita nimirum dum per luxum, præsertim lautarum epularum, divitias (ut noster hoc paragrapho loquitur) indicare volunt, egestatem, ad quam per illas devolvuntur, indicant; dum gloriam suam ostendere, & honorem quærunt, ignominiam sui inveniunt.

At enimvero non egestatis tantum, sed aliarum etiam miseriarum mater est ejusmodi luxuria: Tantum cibi, potusque sumendum, ut vires corporis reficiantur, non opprimantur: Monitum est Oratorum Principis. Sed quoties epularum abusus corpora debilitant? infirmant? occidunt? Id quod Hospitalius supra allegatus denuo loco cit. describit:

Nunc age, dicamus, cur sint tam mollia bello
Corpora, & infracta primo certamine mentes:
Cur malint turpes multi prætoria castra
Deserere, & patriam sævo crudeliter hosti
Prodere, quam pulchris decus immortale mereri
Artibus, egregiaque domum cum laude reverti?
Non aliam potius credendum hoc tempore causam,
Quam fuit exitio quæ magnis urbibus olim,
Et populis: luxus nempe, immoderataque rerum

Copia,

Copia, conſiliisque bonis inimica voluptas.
Nam durata quibus ſunt corpora frigore & æſtu,
Aut quibus ægra famis bilem concivit amaram,
Et ſitis anguſtas exercuit arida fauces,
Adſuetique malis, & vitæ ſemper agreſti,
Hi facile & quemvis poterunt perferre laborem,
Et longas intra tentoria ducere noctes:
Et ſaltu vallem ſuperare, & ſcandere muros:
Non unquam arma ſuis humeris graviora putabunt,
Quam veſtem, aut tunicam, vel partes corporis ipſas.
At quem longa quies operum tam fecit inertem,
Cœnaque longa juvat, & ſextam ſomnus in horam,
Ille tibi raras referet certamine palmas,
Ille decem totis non menſibus ante ſedebit
Mœnia, ſed fugiet non viſo ſæpius hoſte.
Quam ſe Roma diu nutrivit pulte, fabisque,
Nil vel conſilio ejus, vel reſtitit armis:
Glebis at poſtquam cœpitque abdomine paſci,
Magnaque quadrato vivaria claudere ſaxo,
Et maria effoſſis immittere montibus intra
Piſcinas, mollesque roſis inſternere lectos:
Perdidit ingenium, vires & corporis unà.

Infirmant porro corpora & occidunt immoderatæ menſarum lautitiæ, quas Pandoræ pyxidem non immerito dixeris, ex qua tot genera morborum velut agmine facto prorumpunt; *Multos morbos multa fercula fecerunt*, inquit Seneca ad Lucilium. Perſius audiatur ſatyra 3. ubi ex nimia ſtomachi repletione in conviviis obrepere tremores, fœtores, & mortes ſubitas ſequi, ſcribit ſequentibus:

Turgidus hic epulis, atque albo ventre lavatur
Gutture ſulphureas lente exhalante Mephites.
Sed tremor inter vina ſubit, calidumque trientem
Excutit è manibus, dentes crepuere retecti,
Uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris,
Hinc tuba, candela, tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto, craſſiſq; lutatus amomis,
In portam rigidos calces extendit.

Huc faciunt verba Melanchthonis dicere ſoliti:

Wir Deutſchen eſſen uns arm / wir eſſen uns kranck / wir eſſen uns in die Hölle.

Die ſchnöde Trunckenheit iſt aller Laſter Quelle /
Wir ſauffen uns ſelbſt kranck / lahm / todt und in die Hölle.

Quot, & quanta homines, mortalitatis ſuæ immemores, ob nimiam ciborum varietatem & abundantiam ſanitatis ſuæ diſcrimina adeant, nemo neſcit; Quapropter non inconcinnus ille Romanorum mos fuiſſe perhibetur, qui inter epularum apparatum, omnes genio liberius indulgentes mortis commonefacere voluerunt. In cœna illa lauta & opipara Trimalcionis apud Petronium: *Larvam argenteam attulit ſervus ſic aptam, ut articuli ejus, vertebraque locatæ, in omnem partem flecterentur. Hanc cum ſuper menſam ſemel, iterumque abjeciſſet, & catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalcio adjecit:*

Heu heu nos miſeros, quam totus homuncio nil eſt!
Sic erimus cuncti, poſtquam nos auferet orcus.
Ergo vivamus, dum licet eſſe, bene.

Ab Ægyptiis hunc morem manaviſſe puto, de quibus Herodotus lib. 2 ſic habet: *Apud locupletes eorum, quum multi convenerunt, & a Cœna diſceſſum eſt, circumfert aliquis in loculo mortuum e ligno factum, ſed pictura, & opere verum maxime imitantem, longitudine cubitali omnino aut bicubitali, oſtendensque ſingulis Convivarum ait: In hunc intuere, pota, & oblectare, talis poſt mortem futurus.*

Sed quid opus eſt ſimulacris ejusmodi? ſufficiunt ad excitandam humanæ mortalitatis memoriam vel ipſa animalia mortua nobis appoſita, quorum copiam dum menſæ opiparæ portare ſolent, quid aliud Convivis, ob heſternam repletionem nunquam vere famentibus, cibosque non tam appetentibus, quam nauſeantibus adumbrant, quam locum Morticiniorum, aut foſſam excoriatorum cadaverum (Schinder-Grub) ubi canes, corvique convicturi conveniunt?

(*c*) Obiit A. 1573. ætat. 70. Vid. Thuan. lib. 56. poſt obitum carmina Ipſius collecta, & edita curante Vido Fabro.

(*d*) Non Fannia tantum & Oppia lex in Conviviorum, aliumque luxum lata fuit, ſed Orchia quoque, quæ omnium antiquiſſima, Licinia, Syllana, Æmilia, Ancia, Julia.

§. 27.

§. 27.

Priſcus Sileſiæ Potus BIERA.

Priſcus, & promiſcuus Sileſiæ potus eſt, cujus uſum etiam ante terræ inundationem primi ſeculi mortalibus non incognitum fuiſſe, Germanos certe jam inde a primordio gentis Celticæ habuiſſe, una cum gente ex Aſia in Europam delatum, probabiliter credidit Cluverius: (*a*) de quo nimirum verſus exſtant leonini (ut vocant Grammatici, quales a Poëtis priſcis tam Latinis, quam vernaculis ſcribi ſolitos, & vix aliquando alios, ex epitaphiis, & aliunde obſervatur) nec tamen illepidi, monachi manu tenentis tritici ſpicas:

Me piget hoc eſſe, cum ſit potare neceſſe,
Vinum de meſſe, quod nos conſuevimus eſſe.

Vinum inquit de meſſe, eadem nimirum ratione, qua οἶνον κρίθινον Athenæus, οἶνον ἀποκριθῆ Julianus Auguſtus & Diodorus Siculus fragrantia, & efficacia vino haud multo inferiorem appellavit: ſive, ut Tacitus loquitur, in quandam ſimilitudinem vini corruptum. Potum me intelligere palam eſt, quem BIERAM, ſive BIRIAM, ſive BERIAM nuncupamus, accepta voce ex ſententia Viri Clariſſ. Gerardi Joannis Voſſii a Romanis militibus, quibus illud in ore: *da bibere.* Sic enim Romani loquebantur: ut Terent. Andr. art. 3. p. 2. ſed pro bibere etiam

dixère biber. Quod idcirco quidam veterum nomen ac neutrius generis putant, uti apparet ex Chariſio & Capro. Ex BIBER autem contractum Bier: ut nomen BIRIÆ ſit generale. Quod quidem etymon multo veriſimilius eſt, quam quod alii quaſi PIRIAM dici volunt, quia ex piris exprimeretur ſimilive pomorum genere.

(*a*) Cereviſiæ potum, aut ejus inventionem & uſum aliqui referunt ad annum mundi 3766 ſequenti chronodiſticho expreſſum:

HorDeo, aqVa, LVpVLo CoqVItVr CereVIsIa, noMen
ſtrVCtVM hoC, VIs CererIs qVoD ſaCra sVbsIt aqVæ.

Imprimis vero notandum hic eſt, præter complures, qui vel de jure aut modo braxandi, vel de ſingularum quarundam civitatum cereviſiis aliquid ediderunt, inſignem laudem meritum eſſe Jo. Henricum Meibomium, cujus de Cereviſiis potibusque & ebriaminibus extra vinum aliis Commentarius, cum Adr. Turnebi libello de Vino Helmſtad. 1668. 4. prodiit, & lectu digniſſimus eſt. De phraſi *da biber* agit is cap. 14.

§. 28.

Potus illius alia Nomina.

Sunt & alia illi nomina, ſed uſitatiora, Zythi, & Cereviſiæ: illa Ægyptiacæ originis vox eſt: hæc ſic dicta vel quaſi CEREBIBIA, quia Ceres, ſeu fruges bibitur; vel quaſi CERERIS VINUM, vel quaſi CERERIS VIS in aqua, vel a colore cereo, vel a Gallico, ſive Celtico vocabulo ZERUS, quod nunc inferioris Rheni accolæ per idem vocabulum exprimunt, quod ipſis frumentum ſignificat; vel denique ab alia voce Celtica, Zehren, quod Germanis notat CONCOQUERE & ALERE, nempe quia vim habet alimoniæ. (*a*)

(*a*) Ma-

(*a*) Magis declarantur iſta de hoc Potu per ea, quæ Clariſſimus D. du Freſne in Gloſſario ſuo habet in voce *Celia*, *Ceria*, & *Cervisia*, cujus verba libet adſcribere:

Celia, *Ceria*, potio Hiſpanis Veteribus familiaris, ut Auctor eſt Plinius lib. 22. cap. ult. qui Celiam, & Ceriam promiſcue nominari indicat. Hujus conficiendæ modum deſcribit Paulus Oroſius lib. 5. cap. 7. Poſtmodum diu obſidione concluſi Numantini duabus de ſubito portis cuncti eruperunt, larga prius potione uſi, non vini, cujus ferax is locus non eſt, ſed ſucco tritici per artem confecto, quem ſuccum a calefaciendo Celiam vocant: ſuſcitatur enim illa ignea vis germinis madefactæ frugis, ac deinde ſiccatur, & poſt in farinam redacta molli ſucco admiſcetur, quo fermentato ſapor auſteritatis, & calor ebrietatis adjicitur. Ab Oroſio excerpſit quæ habent Iſidorus lib. 20. cap. 5. & Papias.

Ex hac deſcriptione liquet non multum abſimilem fuiſſe celiam a cerviſia, quæ quidem non ex tritico, ſed ex hordeo conficitur: quin & a Celia, ſeu potius ceria, cerviſiam dictam opinor, ita ut vocabulo additæ aliquot ſyllabæ, diſcrimen ab Hiſpana potione, quod in hordeo videtur conſtitiſſe, oſtendant, cum Celiæ materia triticum fuerit ſecundum Oroſium. At Florus lib. 2. c. 18 eandem Numantinam deſcribens obſidionem, Celiam ait e frumento potionem fuiſſe, ſicque ab indigenis appellari. Qua frumenti voce hordeum conſtat contineri, quo cerviſia conficitur. Tacitus de Germanis lib. de Morib. Germanorum: Potus, humor ex hordeo aut frumento in quandam ſimilidinem vini corruptus. Unde quidam cenſent Celiam, ſive Ceriam Hiſpanorum, eandem fuiſſe potionem cum Gallorum cerviſia, Gloſſ. Angl. Sax. Ælfrici: Cerviſia, celia: Eala. Matth. Silvatic. Celea potio ex ſucco tritici inebrians. Infra: cellia, i. cerviſia, dicta a calefaciendo. Joann. Sarisberienſis Epiſt. 85. Hoc itaque (vinum) paratius eſt quam Celia, quæ a noſtratibus uſu vulgari Cerviſia nuncupatur. Charta Edmundi Regis Angliæ t. 2. Monaſt. Angl. Quinque congios Celiæ, & unum Hydromeli, & 30 panes reddat Chilienus Monachus in Vita S. Brigidæ cap. 1.

Qui latices gelidos celiæ convertit in undas.

Ubi perperam Colganus ex MSS. cellæ edidit: ibi enim agitur de aqua in cereviſiam mutata, ut eſt apud Laurentium Dunelmenſem in vita ejusdem Brigidæ num. 55. Adde Ordericum Vitalem pag. 539.

Cere-

Certe Dani, ut Auctor est Pontanus, Oel, & Angli Ael, cervisiam vocant, vocibus ex celia confictis. Gloss. Saxonicum post leges Henrici I. Oalehuys, cervisiæ domus: Oale zavel, cervisiæ gablum. Teloneum Monasterii S. Bertini. Omnis tonellus sive vini, sive cervisiæ sive alæ dabit 2 den.

Ejusdem originis est Godale Theutonicum, quasi Goed-ael, proba cervisia. Regestum Cameræ Comput. sign. 123. fol. 10. Foragia godalarum seu cervesiarum, quæ nos Episcopus habebamus in villa Tornacensi unà cum jure ad nos Episcopum ratione dictarum godalarum spectante. Ibidem: Le Roy a acquis de l'Evesque de Tournai -- le bracin des Godales, &c. Guill. Guiart an. 1214.

Asgrans henas plains de Godale.

An. 1304.

Ribaut d' autre partie boivent,
Sans demander chambre ne sale,
Parmi les ruës la godale.

Rursum:

Li autre leur godale crient,
C' est d' Arras si comme il dient.

Constitutum domanii Comitatus Bononiensis an. 1402. Recepte des dangiers de godales, de chervoises, de Bromars, & de Houppenbiers, amenées par mer a Boulogne &c. Vide Glossar. Prisco-Gallicum Pontani pag. 282. Perperam vero Franciscus Bivarus ad Pseudo-Chronicon Maximi a ceria, vocem Cidre, accersit, indeque confectam contendit. pag. 306. 332.

Cerevisia, Cervisia, Cervisa. Glossæ MSS ad Alexandrum Iatrosophistam lib. 1. Passion. Cibiriaticon, Cervisia. Vox Gallica vetus, qua Galli nostri potum, qui ex hordeo conficitur, nuncupabant, ut Auctor est Plinius lib. 22. cap. 25. Nos etiamnum Cervoise dicimus. Jonas in vita S. Columbani cap. 16. Cum refectionis appropinquaret hora, & minister refectorii vellet promere cervisiam, quæ ex frumenti vel hordei succis decoquitur, quaque præ cæteris in orbe terrarum gentibus, præter Scoticas & Dardanas, quæ Oceanum incolunt, utuntur, nempe Gallis, Britannia, Germania, cæteraque quæ ab eorum moribus non discrepant, vas, quod Typrum nuncupant, in cellarium deportavit, &c.

Antequam autem potus ille fiat, redigitur prius in maltam hordeum. Est vero malta, quam Dani, Belgæ, Theutonesque Mout & Molt

Molt dicunt, vix aliud quam Aëtii Amydeni βύτη, quam exponit hordeum aqua madefactum ac maceratum, ex quo germen erumpit, quod deinde cum eodem germine, ſive enatis filulis, torretur. Toſtum, pleneque præparatum molendino frangitur, inque farinam aptatur. Ac mox aqueo humori inditum unà cum lupulo ſalictorio igne excoquitur, fitque liquor potui gratiſſimus, quem Belgæ & Franci vulgo Biere, Dani Oël, Angli Aël appellant. Hæc ex Pontano in Chorogr. Daniæ. Will. Brito lib. 2 Philipp. de Flandrenſibus:

Raris ſylva locis facit umbram, vinea nusquam
Indigenis potus, Thetidi miſcetur avena,
Ut vice ſit vini multo confecta labore.

Cenſent plerique, atque in iis Hadrianus Junius in Batavia, & Goldaſtus in cap. 9. Eckehardi de Caſib. S. Galli, & in Theodorum Eremitam de Vita S. Galli lib. 1. cap. 1 cereviſiam a Cerere dictam, quaſi cerebibiam, quod Ceres, id eſt, frumentum coctum bibatur. Id hauſiſſe videntur ab Iſidoro lib. 20. Orig. cap. 3. Cerviſia a Cerere, id eſt, fruge vocata: eſt enim potio ex ſeminibus frumenti vario modo confecta. At ſententiam hanc improbat Iſaacus Pontanus, cum Gallis, barbaris hominibus, ante Julium Cæſarem, ne nomen quidem Cereris per ſomnium uſurpatum. Ego vero malim a Ceria, quod idem eſt ac Celia, cereviſiam dictam. Nam etſi Hiſpanorum Celia, vel Ceria, non idem omnino potus fuerit cum cereviſia; haut tamen abſimilis fuit, cum Celia, uti jam ſupra annotatum; e tritico, cereviſia ex hordeo madefactis conficiatur, ita ut extremæ in cereviſia ſyllabæ adjectæ voci fuerint ad diſcrimen ceriæ ipſius. Et ſane a veteribus, ſeu potius ævi medii Scriptoribus, Celiæ vocabulo donatam cerviſiam, obſervatum in v. Celia, ubi & de vocis origine quædam attigimus.

Cereviſiam porro Gallis, Anglis, & populis ſeptentrionalibus potum familiarem improbat Henricus Abrincenſis, qui ſub Henrico III Rege Angl. floruit:

Neſcio quod ſtygia monſtrum conforme paludi,
Cerviſiam plerique vocant; nil ſpiſſius illâ,
Dum bibitur: nil clarius eſt, dum mingitur; unde
Conſtat, quod multas feces in ventre relinquit.

Urinam laxivam, Cereviſiam vocat quidam verſificator apud Henricum Rebdoff. an. 1347. Conferri hic poterit Kirchmaieri diſſertatio de veterum Celtarum Celia, Oelia & Zythо, ad illuſtrandum locum Flori no-

bilem de Numantinis, quæ Wittebergæ typis exſcripta eſt: & quem modo laudavimus, Meibomius de Cereviſiis cap. 4. 6. 8. &c.

§. 29.

CEREVISIÆ conficiendæ ratio.

Conficitur paſſim in urbibus Sileſiæ, & pagis ex tritico, hordeove, primum ad regerminationem macerato, ligulisque, enatis torrefacto, indeque molis craſſiuscule contrito, (βύνην Græci, noſtri Maltz / ex latino molitum: mediæ ætatis ſcriptores *Braſium* vocant, a quo BRASIARIUM, (*a*) vel BRATIARIUM, quod horridius alii BRAXATORIUM fecerunt, ipſumque adeo BRAXARE, quod eſt Cereviſiam coquere) ac denique aqua cum lupuli ſalictarii floribus artificioſe decocto.

(*a*) BRASIATORIUM etiam vocabant: ſic enim habet Inſtrumentum, quo Carolus IV piiſſimæ memoriæ Romanorum Imperator, & Rex Bohemiæ, Jus braxandi nobis donavit: *Auctoritate Regia Bohemiæ, & de certa noſtra ſcientia ipſis, Magiſtro, Conventui, & Hoſpitali, BRASIATORIUM noſtrum dicto Hoſpitali immediate contiguum, & ad Majeſtatem noſtram pleno jure pertinens unà cum ipſius area damus, appropriamus tenore præſentium, & largimur per ipſos perpetuis temporibus habendum, tenendum, poſſidendum, & in uſus proprios convertendum.*

Extat Abrahami Werneri Philoſ. & Med. Doct. & Profeſſ. Witteb. Oratio de confectione ejus potus, qui Germaniæ uſitatus, veteri vocabulo, ſecundum Plinium, Cereviſia vocatur. Witteb. 1567. Ingleichen bewährte Bier-künſte / welcher maſſen das Bier / allerhand Aufmerckungen nach mit dem Maltz und dem Brauen zu verfertigen / und wie auch daſſelbige gut- wehr- und ſchmackhaftig zu machen / und wenn es etwa abſchmeckend / ſauer oder dergleichen gebrechlich wäre worden / wie ihme zu helffen / darneben von etlichen Kräuter-Bieren und Eſſige / wie dieſelbigen zu bereiten ſind / ſamt deſſen aller ſeits Natur / Krafft und Würckun-

kungen / zum theil aus eigner Erfahrung und ſonſten glaubwürdigen Scribenten gemeinem Nutz zum beſten beſchrieben / und nun zum andern mal etwas vermehret und verbeſſert durch Juſtum Stengeln / V. zu Waltershauſen. Regenſpurg 1676 4. ad quos lectorem ablegamus.

§. 30.

Ejus Virtutes.

Potus ſane, ſi recte paratus ac rite defecatus ſit, (*a*) ſaluberrimus, optimique alimenti: ut qui ſpiritum roborat, & excitet, animumque exhilarat, & confirmat, non incommodat nervos, non apoplexiam, non paroplexiam, non nervorum reſolutiones, non Comitiales & convulſiones, ac tetanos, non arthritidem denique concitat, quæ omnia potum vini comitari amant. (*b*) Bonitas ejus & præſtantia de ſpuma colligi ſolet, in quam adhuc a recente coctura vertitur: & adhibent quoque eandem noſtrates ad panis fermentationem; quod & idem Plinius de Gallis pariter annotavit.

(*a*) Optimis & ſaluberrimis accenſeri ſolet Strigovienſis: quamquam non deſint, qui illam cenſeant flatulentam, cavendamque iis, qui ſedentariam exercent vitam. Steinavienſis olim celebris, an triticea fuerit, an hordeacea, nobis non conſtat. Illud autem, quod ſcribit Schickfuſius de Conrado Principe Stinovienſi, quod anno 1303 illam Archi-Epiſcopatui Salisburgenſi prætuliſſet, vel dignitatem illam ideo reſignaſſet, quod iſthic Steinavienſi Cereviſia abſtinendum fuiſſet, fabulam ſapit, ut bene advertit Chriſtophorus Gewoldus in Addit. ad tom 1. cum juſtæ Chronologiæ non conveniat, ſed ab Abrahamo Bzovio excogitatum, & in annales ad annum 1300. relatum fuerit.

(*b*) In Breslographia hunc potum noſter commendat ſequentibus: *Ut ut ergo ſumma vino excellentia, eique prærogativa jure ſuo*

ſalva ſemper maneat: cereviſia tamen potus eo minus improbandus, quod, qui illo utuntur, haut modo nihil inde commodi perſentire, ſed & pulcerrima & ſaluberrima habere corpora, tot ſeculorum, tot populorum experientia conſtat: adeo quidem, ut inter alia innumera bona, quibus DEUS Opt. Max. ſeptentrionali plagæ, quæ vino olim tota caruit, proſpexit, ac multa, quæ deſunt, vel niſi alibi proveniunt, uberrime compenſavit, non minimum eſſe cereviſia cenſeri debeat. Ei ergo conficiendæ Wratislaviæ peculiare Collegium, Zythepſarum puta, deſtinatum eſt: quod ut jure cæteris honoratum, ſic ante has turbas, cum non modo intra milliare, vigore Privilegiorum urbicorum, nulla alia in tabernis, quam Wratislavienſis, biberetur, ſed & eadem ultra milliare in diverſas, etiam remotas provincias exportaretur, in ipſa adhuc urbe opifices zytho contenti vinum minus appeterent, eum in modum floruit, ut ædes, ſive officinæ illorum numerarentur ſex ac ducenta, in quibus ſingulis, ſi ſemel duntaxat hebdomadatim pro eo modiorum numero, qui cuique definitus, cereviſia coqueretur, ſepties decies mille octingenta, & triginta tres maldrata tritici, cum una tertia, hoc eſt, ducentis quater deciés mille ducenti quadraginta modii ordinarie annuatim requirebantur. Unde quidem poſſeſſoribus luculenti admodum proventus, imo divitiæ proveniebant. Sed hoc prius fuere: nunc autem exportatio ultra milliare vel prohibetur, vel ob ſubleſtam canponum ruſticorum fidem periculo non caret.

§. 31.

Primaria SCHEPUSIUM quod vocant.

Inter triticeas, quæ diebus quibusvis per integrum annum parantur, præcipuam laudem habet Cereviſia Wratislavienſis, quæ Schepß (*a*) vulgo adpellatur: quanquam non omnibus, quia fortior, vini præſertim potoribus, grata.

(*a*) De Wratislavienſibus cereviſiis Henelius in Breslographia Renovata in hæc verba ſcribit: *Tametſi vero Zythopolæ ipſi haut itapridem albi coloris cereviſiam coquere cœperunt, quæ ſapore quidem ſatis grata, flatulenta tamen eſt, ac minus habere virium creditur, quam ut ea potores contenti extraneas miſſas facere velint. Quidquid vero ſit, interplerasque interim alias, prima noſtrati, ſed veteri illi punicei, vel ſpadi-*

spadicei coloris, atietis *nomine insignita debetur, ut nihil minus de ea dici possit, quam quod de cerevisia Teutonica Julianus Augustus in lepido & arguto epigrammate:* Εἰς οἶνον ἀποκραθῆς ἡδέος νέκταρ ὄδωδε σὺ δὲ τράγον.

Potus enim sapidus, gratus, & jucundus, nec siti magis sedandæ, quam robori, & salubritati quærendæ, præsertim ubi lupulo bene fuerit temperatus: qui & eam ob causam plurimus ad vicinos & externos transportari consuevit. Cæterum, si modum in bibendo excedas, tam potens pollensque, ut dignam sæpe Baccho in cauponis excitet tempestatem, & obstupefactis sensibus rusticum valentem de potestate mentis dejiciat. Cumque Poëta adeo paucis verbis immutatis dicere liceat:

Scepse paras animos, reddisque furoribus aptos,
Cura fugit, multo diluiturque cado.
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,
Mox lites, nec non prælia Scepsus amat.

Imitari ejus bonitatem Cœnobia, & Capitulares Wratislavienses frustra fuisse conatos, nec idipsum aliis, quamvis sæpe eadem urbe & polentam, & aquam, & ipsos Zytheptos evocarint, datum. Swidnicenses id præ ceteris ausi: sed in aliud genus ingrati saporis degeneravit; inde etiam Stehr / *non* Scheps *dictum cum ludibrio. Ita DEUS & natura singulis locis sua munera, ut mutuis auxiliis sibi subveniant, solet dispartiri. Cum vino tamen, siquidem pariter bibuntur, minus bene Wratislaviensi zytho convenire minime nego. Qua & causa est, cur* οἰνοπόται *Strigensi Cerevisia, aut simili alia magis delectentur. Quin factum indidem, ut ipso etiam gustu cum tempore mutato honoratiores Cives albam Cerevisiam, quia tenuiorem, ac refrigerando corpori mensibus æstivis utiliorem, quam nigram nostratem, ac si nimium & incrasset spiritus, & corpulentos reddat homines, bibere malint: nec pauci adeo ex ipsis Zythopolis albæ coquendæ animum adjiciant. Georgii Joachimi Rhetii de 12 signis Zodiaci, ac Cerevisia Wratislaviensi, jocum ex poëmatis Casparis Bruschii, Amphitheatro sapientiæ Socraticæ joco-seriæ Clarissimus Dornavius inseruit. Elegia ipsa longior, quam ut huc adscribi debeat: subjuncta interim elegantissima ad Melpomenen Horatianam Johannis Matthæi Wackeri a Wackenfelsa Cæsarei in Augustalis Aulæ Senatu Consiliarii parodia, ut docto corollario caput hoc concludam, ac obsignem, illoque velut condimento recreatus Lector ortum ex insipidi cibi assiduitate languentis stomachi fastidium levet.*

Cui tu Scepſiade, ſemel
*Guttur Bresliaco * nectare tinxeris,*
Illum non Acheloia
Tentabunt gelido pocula flumine,
Non crudi levis amphora
Rheni Baccarico ſemine proluet
Potorem: neque Creticos
Aut quos uva replet œnotria, ebriis
Guſtabit labiis cados,
Sed quem Bresla liquorem e lupulo coquit
Byne triticea indita
Curis ſollicitum triſtibus eximet.
Bresla Principis urbium
Jam tum me ſoboles inter obeſulos
Potorum numerat greges
Et jam ventris onus vix tumidi fero.
O Cerviſiola aridi
Qua ſedas rabiem, Scepſia, gutturis,
O ipſi quoque Tantalo
Exſtinctura feram, ſi liceat, ſitim!
Totum muneris hoc tui eſt,
Quod ſol ſive oriens, ſive iterum cadens
Me ſemper madidum videt.
Quod nunquam eſuris, nec ſitio, tuum eſt.

Quàm parodiam in germanicos rhythmos a nobis translatam apponimus in gratiam Combibonum Wratislavienſium:

Die mit Scheps dem Breßler Bier
Unſrer Schleſier Malvaſier
Ihren Magen füllen/
Brauchen nach gethanem Trunck
Keinen friſchen Waſſer-Schlung
Ihren Durſt zu ſtillen;
Brauchen keinen Welſchen Wein/
Nichts vom Bacharach am Rhein
Ihren Halß zu netzen/
Auch nichts vom Cretenſer Safft/

Scheps

* Alludit ad vulgare dicterium: Breßlauer Bier iſt der Schleſier Malvaſier.

Scheps kan ſchon mit ſeiner Krafft
Sie genug ergetzen.
Hier zu Breſſel in der Stadt
Dieſer Trunck den Urſprung hat
Von drey guten Sachen.
Hoppen-Saamen / Waitz-Getraid
Wohl im Waſſer abgebräut
Solch Getränck machen /
Das von Kummer / Sorgen / Leid
Und von bittrer Traurigkeit
Unſer Hertz befreyet /
Deſſen ſtarcke Wunder-Krafft
Mir ſo gute Nahrung ſchafft
Und ſo wohl gedeyet /
Daß ich ein-für allemahl
Zu des Bacchus Brüder-Zahl
Mich gantz billig ſchlage /
Weil mir dieſes Trunckes Brauch
Aufgeſchwellet einen Bauch /
Den ich kaum ertrage.
Du / o Schepſel / netzen kanſt
Manchen ausgedörrten Wanſt /
Manche Gurgel laben /
Tantalus mit dieſem Oel
Tränckte ſeine dürre Seel /
Könt' er es nur haben.
Du biſt Urſach / ſüſſer Safft /
Daß der naſſen Brüderſchafft
Ich mich einverleibe.
Daß ich allzeit ſpat und fruh
Hab für Durſt und Hunger ruh /
Niemahls trucken bleibe.

De bonitate & ſalubritate teſtem laudo omni exceptione majorem Johan. Sprembergerum Med. D. Phyſ. Wratisl. qui in Conſilio ſuo de Peſte vernacula A. C. 1555 edito hæc in verba ſcribit: Der des Bieres gewohnet / ließ ich mir unter allen Bieren allhir zu Breßlau / wolt ſagen in der gantzen Schleſien / den Scheps gefallen: Der unter allen

Wal-

Waitzen-Bieren wohl die Cron behält / und dem Wein faſt gleich / unſere natürliche Wärme mehret / die Däuung und alle Kräfften ſtärcket / gute Nahrung giebet / ja eſſen und trincken mit ſich bringt / iſt auch dem Leib gemäß / und angenehm. In Summa der viel gutes bey den Leuten ſchaffet / wo er mäſſig getruncken wird. Hæc ille de Zytho moderate ſumpto.

Sed, ne ſolo Henelio illuſtremus Henelium, alios etiam ſalutarem hunc potum celebrantes audiamus, & præſertim auctorem opuſculi, (qui ſub initium præcedentis ſeculi vixit) Gründlich- und nützliche Erklärung / was des Breßliſchen Bieres / oder Schöpſes / beſte Eigenſchafften ſeyn / cap. 2. in hæc verba ſcribentem: So mag auch in der Wahrheit vom Schöps und ſonſt von keinem anderem Bier geſagt werden / daß der Vers im Büchlein Scholæ Salernitanæ:

Ut vites pœnam, de potibus incipe cœnam,

in warmen Orten und Zeiten gar wohl nach dem Buchſtaben ſich verſtehen laſſe / und ein friſcher Trunck Schöps ſonderlich Sommers-Zeit / kurtz vorm Abendeſſen / ohne einige Verletzung der Geſundheit in groſſem Durſt zu ſich genommen mag werden. Seine Tugenden / kurtz davon zu reden / da er zuvor wohl abgelegen / in ſeiner Würde gelaſſen und mäſſig getruncken wird / ſeynd traun nicht zu verachten; denn Er denen / ſo zum Stein geneigt ſeyn / groſſe Hülff erzeiget / denen die von allen Kräfften kommen / giebt er liebliche Geiſterlein / und iſt ein bequemes Labſal / bekommet auch einem ſchwachen Haupt / ſonderlich nach der Ader / gar öfters weit beſſer als der Wein / denen die ſich abgezehret / und verdorren / giebt er Nahrung / und erſtattet / was ihnen entgangen / giebt eine gute Farbe im Angeſicht / erwärmet / und kältet gar nicht / erhält die natürliche Stärcke und Wärme ſamt der von unſer Geburt an eingepflantzeten Feuchte / mehret die Natur / und machet Fruchtbarkeit / bringet einen ſanfften lieblichen Schlaff / und vertreibet das ſtete wachen / hilfft wohl däuen / bringet zuwegen eine feine / tapfere Mannesſtimme / verhütet vor der Lungen-ſucht und Scharbock / dienet wider allerley Leibes-Schmertzen / öffnet den Leib / und führet ab alle verbrante melancholiſche Materien / macht die Leute frölich / gutes Muths und Geſprächs / räumet wohl um die Bruſt / zeuget behende Milch den Säugern / und iſt der Mutter über die Maß zuträglich / bringet ein dauerhafftiges hohes Alter zu wege / welches alles und jedes

des ohn vielfältigen Beweiß unlaugbar / und tägl. Erfahrung mit übereinſtimmet.

Capite tertio hunc potum defendit ſequentibus: Denn daß etliche dem Schöps übel nachreden / verläumbden / ausmachen / und ſchelten / als ſoll er dem Haupt gar unbequem ſeyn / und das Gehirn mit ungeheuren undäulichen Dünſten erfüllen / engbrüſtig machen / Dampff und Flüſſe erregen / Melancholey und Schwermuth verurſachen / iſt ein nichtig / und falſch ungegründtes Vorgeben / ſo viel die Art des Schöps für und an ſich ſelbſt belanget; aber vom Mißbrauch dieſes Trancks iſts nicht ohn und allzuwahr: Denn was kan nicht ſchaden unnützlich uñ überflüſſig gebraucht / wann es gleich für ſich und an ihm ſelbſt noch ſo nützlich iſt? Beym Feuer mag ſich einer wärmen / es kan auch einer im Feuer gar verderben. Iſt nicht der Wein eine edle Creatur / ſo das Hertz ſtärcket / und ſubtile Gedancken erreget / alſo daß ich einen vortrefflichen Poëten gekennet / welcher wann er einen guten Vers ſchreiben wollen / ein klein Gläßlein mit klarem Wein eingeſchenckt vor ſich ſtehen gehabt / und ſo offt er ſolches fein ſittiglich ausgetruncken / ſelbſt bekant / daß ihm dadurch ſeine Gedancken geſchärfft / und er den lieblichſten und annuthigſten Vers auf die Charte brächte / und nach ſolchem infundiren gar ſchöne Sachen effundiret.

Quibus morbis præſertim medeatur, oſtendit capite quinto in hæc verba ſcribens: Erſtlich was die Steinbehafften anlangt / ſo iſt unlaugbar / daß den Nieren / welche das vornehmſte Lager / Wohnung / Grund / und Boden des Waſſer-Steins ſeynd / nichts bequemers ſeyn könne / als temperirte und ſchlüpfrige Mittel. Denn allzu wärmende oder hitzige Sachen geben Urſach / daß der Stein deſto mehr zunehme / mehr Sand (ſo ſich aus überhäuffter allzuſcharffer klebriger Speiß und Geblüt entſpinnet) aus den Adern auf die Nieren zugeführet / und das Nieren-Fleiſch durch Anhängung des Steins je länger und mehr geätzet und durchpitzet werde / dahero Blut-Harnen und Nieren-Geſchwüre zu gewarten / allzu kühlende Sachen aber ſeynd dem Blut-loſen weiſſen Geäder / und Flächſen (deren am Rücken-Grad / und alſo auch umb die Lenden eine groſſe Anzahl) gantz ſchädlich / und widrig; temperirte Mittel aber / ſo nicht ſonderlich hitzen / noch hefftig kälten / ſeynd am geſündeſten und tüchtigſten / darnach ſchlüpfrige Artzneyen (dadurch die Nieren / ſo von Natur ein hart Fleiſch ſeyn / und derowegen gar leichtlich ſteinhart werden / und alsdann zur naſſenden Waſſerſucht Urſach

geben können / erweicht / der Schmertzen gelindert / der Sand und Steinlein hübsch abgelöset / und also endlich beymählich sanft abgeführet werden) dienen dem Stein / schmertzhafften Nieren gleichfals.

Capite 8 virtutem hujus Cerevisiæ prosequitur his verbis: Viel seynd der gäntzlichen Meynung / daß Schöps nicht Nahrung / sondern blossen Schleim verursache / denen geb ich zur antwort / Ja und Nein. Ja; denn ein jegliches / was gute Nahrung giebt / so man es zu viel genisset / und darauf gantz still sitzet / auch übriges phlegma und Schleim zeuget / wie denn der Poët spricht:

- - *vitium capiunt, ni moveantur, aquæ,*

das ist / Wasser so nicht fortfliesset / wird mösig und übelriechend. Nein / denn wie solt ein süsser Waitzen-Tranck an und für sich selbst nicht nahrhafftig seyn / und viel gutes Geblüt zeugen? Zeuget aber mässiger Brauch des Schöps gut Geblüt / so ist er der Leber / welche des Bluts erste Werckstatt ist / überaus dienstlich / und wird sich im Gesicht durch gesunde Röthe der Leib selbst verrathen: denn daß manch zu Breßlau wohnhafft jung Weibesvolck bleich zu finden / ist nicht des Trancks schuld / sondern daß manches allzu gute Tage ihm gelleben lässet / und aller Arbeit und Leibes-Bewegung sich enthält / wie obgedacht / wiewohl die weiche Lufft auch dazu viel helffen kan. Fruchtbarkeit anlangend / bedarff solches gleichfals nicht vieler Erklärung / sintemahl eines aus dem andern folget.

Alias Schepusii virtutes cap. 10 enumerat: Anlangende nun die übrigen Schöps-Tugenden / seynd solche weitläufftiger Ausführung nicht bedürfftig: doch mit wenig Worten kurtz dieselben zu überlauffen / ist nicht ohn / daß Schöps eine gravitætische Posaun- und Baß-Stim̃e zeuge / und derowegen eine sonderliche Stärcke denen Gliedern zufüge; wie deñ solches auch unser Hippocrates gestehet / daß eine starcke Stimme / starcker Glied-massen Zeugnus sey. Weil aber oben gedacht / daß der Schöps auch zur Leibes Nahrung viel thue / ist ohn mein Erinnerung auch wohl zu gedencken / daß eben dieser Tranck auch Lungsüchtigen nicht undienlich sey / wie und also auch Scharbuckischen / welche Leute gemeiniglich zugleich Lungsüchtig seyn. Daß dieser Tranck auch Leibesschmertzen / innerlich und äuserlich gebraucht / stille und lindere / gibt solches alles zu die tägliche Erfahrung / und ist das Gersten-Korn im Auge öfters durch nächtliche Schöps-Behung / und nüchternen Speichels Auffstreichen abgewendet / so ist auch die Schlipfrigkeit dieses Trancks zu harten und dürren

ren Stuhlgängen ſo kundbar/daß es bey manchen Perſonen ſo wohl thut/ als der beſte laxir Syrup und Purgir-Roſulein.

Von Freuden Erweckung etwas zu erinnern iſt unnöthig; daß er auch wohl die Bruſt räume / und als ein Bruſt-Latwerge (dafern er nur mäſſiglich/ nicht allzu jählings und allzu kalt getruncken wird) wohl auswerffen mache / iſt männiglich / bekanter / als vieler Wort bedürfftig; daß auch dieſer Tranck behende Milch zeuge / iſt kein wunder/ weil er nahrhafftig und ſüß / wie denn auch wegen dieſes Schmacks er der Mutter / und Mutter-Frucht über die Maſſen anmuthig; daß Er endlich auch ein graues Alter mit ſich bringe/ iſt ſolches meiſtentheils wahr an denen / ſo gutes Muthes/ mäſſiglich / und mit vieler Leibes-Bewegung unmüſſig ſeyn.

Laudi Schepuſianæ coronidem imponat verſus, ut antiquus, ſic notus:

Scheps caput aſcendit, nec ſcalis indiget ullis,
Siſtitat in ſtirnis, mirabilis intus in hirnis.

Der Schöps ohn Leiter ſteigt in manches Menſchen Stirn
Und würcket Wunderding in deſſen Kopff und Hirn.

Cæterum non ſuas tantum, ſed aliarum quoque urbium nonnullarum cereviſias propinat Wratislavia, verbo:

Man kan viel gute Bier in dieſer Stadt bekommen/
Die Kretſchmer ſchencken Stähr den naſſen Gäſten ein/
Beſonders wird der Schöps ſehr wohl in acht genoñen/
Der vielen beſſer ſchmeckt / als Nectar-ſüſſer Wein.
Der Schöps macht fett und froh Weñ dieſe ſich beſoffen/
Die in dem Zippel-Pelz im kalten Winter geh'n /
Und eine gute Zech im Bierhauß angetroffen /
So ſind ſie reich und ſtarck/ und wollen viel verſtehn.
Sie jauchzen voller Luſt / und fangen an zu ſingen/
Es wird der Dudelſack auch oft herfür gebracht /
Denn ſieh't man ihrer viel friſch in der Stube ſpringen/
Und wie ein weites Rad der dünne Küttel macht/
Viel ſind die/ weil ſie voll/ nicht wollen Schertz verſtehen/
Umb ein geringes Ding erregen einen Zanck /
Und wider Tiſch und Wand mit ihren Köpffen gehen/
Sie weiſen/ wie ſo ſtarck ſey der ſo ſüſſe Tranck.
Viel wollen friſche Lufft in einem Hofe ſchöpffen /

Und finden hier ein Bett auf einem harten Stein.
Viel turckeln auf der Gaß/und schürteln mit den Köpffen/
Sie lallen mit der Zung / und wollen nüchtern seyn.
Das Rath-Hauß führet uns auf einer breiten Stiegen
In Keller / wo man schmeckt der Ceres edlen Safft/
Wer durstig ist / der kommt hieher sich zu vergnügen /
Man findt viel Fremd alhier/viel von der Bürgerschafft/
Der läst den Igel sich mit Zerbster Biere füllen /
Und jenen schenckt man Bier von Brieg und Goldberg ein /
Ein ander wil den Durst mit anderm Biere stillen/
Man trinckt fast so viel Bier / als Gäst im Keller seyn.
Man fodert / wann ein Gast den Igel hat zerbrochen/
Alsbald das Geld von ihm/und laufft zum Glöckel hin;
Man kan / wann einer sich hat allzusehr versprochen /
Auch zur Erinnerung das grosse Messer zieh'n.

§. 32.

HORDEACEÆ Virtus.

HORDEACEA Cerevisia certo & delecto tempore, hiberno nimirum, & sub veris initium coquitur; ac sine acoris vitio per integrum annum, imo plures quoque servari potest. hujus rei causam sunt, qui referunt ad primi veris vim, atque singularem efficaciam; a quibus alienus Cardanus, lupuli salictarii seminibus, è quibus supervacuus humor omnis putredinis parens absumptus sit, atque exinanitus, vim eam assignat: quasi nimirum solum Martio lupuli istius semen coctura immittatur valido effectu: cur verò non ceteris mensibus eadem vis perstat, quibus etiam magis humiditas decoxit. (*a*)

(*a*) Gold-

(a) Goldbergenſis amara hodie præ cæteris Sileſiæ Cereviſiis hordeaceis celebratur, & non tantum Wratislaviam, ſed & aliò vecta in tabernis Swidnicenſibus propinatur.

Hanc imitatur, licet non amaritudine, bonitate tamen Magno-Strentzenſis RR. PP. Carmelitarum.

Nec non Magno-Peterwitzenſis illuſtriſſimi Dynaſtæ a Maltzan, quæ paucis retro annis nobis illac peregrinantibus ſingulari fuit refocillationi.

§. 33.

OPPAVIENSIS commendatur.

Commendatur præ reliquis Oppavienſis Martiana dicta; quæ liberalius pota vere Martios efficit: ſed qua incolæ ejus Ducatus (uti teſtatus Thadd. Hagecius ab Hageck, Moraviæ quondam Medicus Celeberrimus, ſingulari de Cereviſia opuſculo:) etiam vice medicamenti utuntur, ubi ſe male affectos ſentiunt: & propterea medicinæ non magnus apud eos uſus eſt. (a)

(a) Coctura Cereviſiæ non minimum faciunt Incolæ quæſtum. Ita de illa Henelius cap. ſequenti vel 7 de Oppavia.

§. 34.

SUIDNICENSIS cujus Virtutis?

SUIDNICENSE M hordeaceam (a) Raconicenſi, Zacenſi, Strenenſi in Bohemia idem Hagecius annumerat: cereviſias quidem iſtas, præterquam, quod urinam & menſes provocent, in facultate nutriendi, & lac ſuppeditandi triticeis ipſis anteponens: ut quæ multo celerius, unico quippe hauſtu facto, & pau-

culo ſomno capto, id præſtent, atque ob id à nutricibus mirifice expetantur.

(a) Fuit hæc olim non tantum ad vicinam Bohemiam, Poloniam, Luſatiam, ſed & Hungariam, Budam usque, ubi etiam Taberna Schwidnicenſis fuit, evecta: hodie vero una cum laude ſui etiam Swidnicii evanuit.

De triticeæ vero Suidnicenſis initio, quam Stähr vocant, nominisque origine in antiquo quodam Diario, quod civis aliquis Suidnicenſis conſcripſerat, ſequentia invenio: Anno 1557. den 9 Februarii wurden alhier zur Schweidnitz in Martin Böhmers Hauſe auf der langen Gaſſen zum erſten eingelaſſen zwey Maltz von Weitzen / und den 9 Martii von Matthes Luchſen von Franckenſtein Bräuermeiſtern gebrauet $13\frac{1}{4}$. ſamt einer Brau-Pfann Tiſchbier davon gemacht / wurden verſchencket den 15 Martii: Und hat man wegen groſſen Gedränges nicht meſſen können / nur dem Volck nach Geduncken geben müſſen: Und weilen das Hauß wegen groſſen Gedränges verſchloſſen / iſt alda ein Stähr zum Fenſter unter die Leut heraus geſprungen / davon das Bier den Nahmen Stähr bekommen; Und denſelben Tag drey Stunden vor Abends iſt es völlig ausgeſchencket worden. Iſt alſo aus dem Scheps ein Stähr worden. Imitari namque voluerunt Schepuſium Wratislavienſe.

§. 35.

Jure Cereviſiam coquendi qui gaudeant?

Tametſi vero jus coquendi cereviſiam in pleriſque Germaniæ Provinciis, Urbibus tantum & opidis competat; nobilibus autem non niſi pro neceſſitate ac ſuſtentatione familiæ ſuæ concedatur: In Sileſia tamen Nobiles quoque eodem jure utuntur, cum de illo inveſtiti fuerint, ultra milliare præſertim ab urbe poſiti. Nimirum ut in Bojemia, ſic in hac quoque regione conceſſio juris braxandi pro Regali ſive jure reſer-

reſervato Principis haberi cœpit, ut nemo illô uti poſſit, niſi vel privilegio, ut pleræque Civitates, vel inveſtitura, vel longiſſ. temporis præſcriptione, munitus ſit. (*a*)

(*a*) Paucis abhinc annis in aliquot Ducatibus plurimi Status, qui jus coquendi cereviſiam ex tabulis authenticis non ſatis probare potuerunt, illud titulo oneroſo impetrare coacti ſunt. Auguſtiſſimus etiam anno præterito à Regiis officiis Ducatus Vratislavienſis & Bregenſis in eadem ſtatuum jura inquiri voluit eo eventu, ut iis qui poteſtatem illam ſibi olim à Principibus Sileſiæ fuiſſe conceſſam fide dignis litteris evincere non potuerunt, certa vi argenti perſoluta, à Cæſarea Majeſtate jus illud indulgeretur.

§. 36.

SECUNDARIAM qui bibant, & AQUAM?

Tenuiores qui ſunt, itemque agreſtes, cereviſiæ defectum, vel ſecundariæ illius cereviſiæ, quæ pleriſque locis Tiſch-Bier / VVratislaviæ Lang-Weil vocatur, ac civium quoque familiæ ut maxime præbetur: vel alterius potionis ex pomis pyriſve tuſis, aqua perfuſis atque expreſſis impendio minori conficiendæ, multis nationibus uſitatæ, præſertim Orientalibus: vel lactis aut ſeri potu ſupplent. poſt aquæ puriſſimum liquorem, de quo Lucanus dicebat:

- - *Satis eſt populis fluviusque, Ceresque,*

etſi infimæ duntaxat, omniumque rerum inopi plebi uſitatum, antiquiſſimum apud omnes mortales genus eſt. (*a*)

(*a*) In memoriam hic mihi ſubit ſeveriſſima illa vox, qua Auguſtus Imperator populum de inopia, & caritate vini conquerentem caſtigavit. *Satis proviſum a Genero Agrippa, perductu pluribus aquis, ne homines ſitirent.*

tirent. Non abſimili rigore milites ſuos excepit Peſcennius Niger apud Ægyptum vinum petentes : Nilum habetis, & vinum quæritis? Idem tumultuantibus iis, qui à Saracenis victi fuerant, & dicentibus: *Vinum non accepimus, pugnare non poſſumus; reſpondit: Erubeſcite, inquit, illi, qui nos vincunt, aquam bibunt.*

§. 37.

VINA unde advebantur?

VINO ſanè olim pauci, nec niſi elegantiores utebantur: nunc optimo telluris ſucco nemo (*a*) non abutitur, ex Hungaria præſertim, Auſtria, & Moravia advecto. Quamvis nec Rhemenſia, Rhætica, Italica, Gallica, Hiſpanica, Canarienſia, & alia vina deſint (*b*) apud VVratislavienſes inprimis, quibus jam olim Privilegii loco ab Henrico VI Duce conceſſum reperio, ut non ſolum eſſe illis ac vivere, ſed bene eſſe, bene vivere liceat. Sine Vino ſane nulla placent convivia: quaſi Varronem edidicerint, ita ubique elegantibus illius, & ſuavibus verſiculis occini audias:

Vino nihil jucundius quidquam cluit,
Hoc continet coagulum convivia.
Hoc hilaritatis dulce ſeminarium;
Hoc ægritudinem ad medendam invenerunt.

(*a*) De Epularum ſupra §. 26. hic de potûs, vini præſertim abuſu, luxuque quædam annotanda veniunt. Solent etiam apud nos hodie, ſicut olim apud Romanos teſte Servio in I. Æneid. in Conviviis duæ menſæ poni, una epularum, altera poculorum.

Multa ſane nobis hodie ſunt communia cum Romanis in æſtimandis, potandisque vinis.

Illis Vinum antiquiſſimum, & ignoti Conſulis bibere mos erat: propterea in lauto Convivio Trimalcionis pittacia amphoris vitreis affixa, tabu-

tabulam præferebant, in qua ſcriptum: Falernum Opimianum annorum centum. Vinum hoc celeberrimum, quod L. Opimio Conſule diffuſum, & in ducenteſimum annum commode aſſervabatur, ut teſtatur Plinius lib. 14. cap. 4.

Et nobis vinum illud optimum, quod antiquiſſimum, Hungaricum præſertim.

Romani tam lauti fuerunt, ut vinum nive diluerent. In quem luxum graviter invehitur Seneca pluribus in locis, præſertim vero lib. 4. natural. Quæſt. ad finem: *Unguentarios* (qui nimirum Convivantes ungerent) Lacedæmonii *urbe expulerunt, & propere cedere finibus ſuis juſſerunt, quia oleum diſperderent. Quid illi feciſſent, ſi vidiſſent reponenda nivis officinas. & tot jumenta portanda aquæ deſervientia? cujus colorem, ſaporemque paleis, quibus cuſtodiunt, inquinant.*

Quod illi nivibus, nos glacie hodie deſtruimus, & vinum illa infrigidatum, bibentes ſæpe ſanitatem, non raro vitam perdimus.

Sed mittamus iſta & permittamus. Aliud eſt, illudque fœdum, in quo vix non imitantur nonnulli Romanos illos, qui in more habuere vino tenuiore vomitus provocare, ut majorem ciborum appetentiam excitarent. De tali quodam dicit Martialis:

Non cœnat prius, aut recumbit,
Quam ſeptem vomuit deunces.

& Juvenalis ſatyra 6:

- - - de quo ſextarius alter
Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim;
Dum redit, & loto terram ferit inteſtino.
Marmoribus rivi properant, aurata Falernum
Pelvis olet: nam ſic tanquam alta indolia longus
Deciderit ſerpens; bibit & vomit. - -

Quæ turpis intemperantia etiam Romanarum fuit mulierum, de quibus Seneca ad Lucilium; *Non minus*, inquit, *potant, & oleo, & mero viros provocant, aque invitis ingeſta viſceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remittunt.*

Sed de luxu hoc & abuſu plura in ſequentibus paragraphis. Interim tamen miramur, quî fieri potuerit, ut ejusmodi vomitu majorem ciborum orexim excitarent, cum nauſea hinc orta nobis, vel iſta tantum legentibus tam bibendi, quam comedendi appetentiam deſtruat.

(*b*) Huc adſcribenda putavimus, quæ noſter in Breslographia Re-

novata cap. 8 habet: Vinum, inquit, quod lætificat cor hominis, ex diverſis Regnis & Provinciis huc transvectum in œnopolarum tabernis venditur. Sunt autem vinorum in hac urbe tres fere claſſes ſive ſortes legibus vinariis ſancitæ: quarum unam, qui eligit, a ceteris abſtinere jubetur. Ad primam pertinent vina Hungarica, Auſtriaca, Moravica, Crosnenſia, Gubenenſia, & rubra; ad alteram Rhenenſia, Franca, & Gallica: ad tertiam denique Hiſpanica, & Italica quæcunque, ea præſertim, quæ à Petro Simonis F. Belga primo vitium Germanicarum in Hiſpaniam transportatore nomen acceperunt, Valentinenſia, Canarienſia.

Extra ſortem relicta ſunt Alicant, Cretenſia, ſeu Malvatica, Apiorum, quæ Muſcatella, ſeu Muſcatellina vulgo dicuntur: quibuscum unicuique pro libitu negociari licet. Ea ſortitio, ſicut rationibus nititur optimis, ita ſi exactius obſervata fuiſſet, minus querelarum foret de fraudibus cauponum: qui ut elegantiſſime hac de re ſcribit elegantiſſ. Muretus:

Vina ut vendant, turbant, miſcent, diluunt,
Nec cuiquam vini ſimplicis donant cadum;

Nobis Germanice:

Sie miſchen / ſchmieren / und verfälſchen jeden Wein /
So gar verſchencken ſie kein Faß gerecht und rein.

adeo quidem, ut qui vinum e caupona petunt, vaſe hujusmodi hederaceo opus habeant, de cujus virtute M. Porcius Cato de RR. cap. CII. Si voles ſcire, in vinum aqua addita ſit, nec ne? vaſculum facito de materia ederacea. Vinum id, quod putabis aquam habere, eodem mittito; ſi habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. Nam non continet vinum vas ederaceum. Baptizari vulgo dicuntur vina, quæ ſic ab œnopolis irrigantur: cum qui aut aqua vinata, aut vino aquato magis quam mero & ſincero delectatur (quales quidem Wratislaviæ non niſi pauciſſimos reperire ſit) domi ſibi pro libitu temperare poſſint. Nihilo meliores ſunt, qui Vina Moravica, aut alia leviora Hiſpanicis ita condiunt, ut pro Hungaricis vendant. Omnium autem peſſime illi agunt, qui injiciunt vinum aduſtum, calcem, ſulphur, alumen, & alia corporibus humanis officioſa: in quos publice animadverti eo magis debebat, quo certius eſt, Medicis ipſis atteſtantibus, incredibilia inde morborum genera, ac potiſſimum arthritica naſci. Ut non male fortaſſis Juris Conſultus, ac Poëta clariſſimus Georgius Sabinus ſcripſerit:

Qui

Qui bibit ingrato fraudatum ſulphure Bacchum,
Præparat ad diri ſe Phlegethontis aquam.

Hæc Henelius: quibus tamen addendum, hodie illud quod ſortes illas legibus vinariis ſancitas attinet non obſervari, cum Moravica, Crosnenſia, Gubenenſia, Grünbergenſia ad urbem invehantur quidem, nuſpiam tamen vendantur.

Similiter ſecundæ ſortis vina raro hodie Wratislaviæ vænalia reperies.

Henelianum de vinis noſtratibus, ſive Sileſiticis, Carlatenſibus puta, & Grünbergenſibus, judicium capite tertio, ubi vini Schönaichiani peculiaris facta fuit mentio, lector inveniet.

§. 38.

MEDO non infrequens in Sileſia Potus.

Mellis cum Lupulo aqua decocti (Medonem vulgo vocant, Plinius hydromeli & aquam mulſam) non infrequens eſt in Sileſia potus: quod cum ex Polonia & Lithuania importatur, tum Ratiboriæ, Oppaviæ, & aliis quibusdam locis coquitur. (a)

(a) Etymologiam ex Gloſſario eruditiſſimo Domini du Freſne audiamus, ita deſcriptam: *Medo, meda, aqua mulſa*, & *melicraton*, Medicis, & *Hydromeli, potio melle mixta*, & dicitur *à mel*, quaſi *mela*, inquit Jo. de Janua. Gloſſ. Ælfrici: *Medo, Meda*, vel *Medus*. Ugutio: *Hydromelum, aqua mellita*, quæ conſtat ex aqua cocta & melle. Idem dicitur *medo*, ſcilicet *mulſum*. Concilium Wormatienſe an. 868. can. 30. & Tiburienſe an. 895. can 56. de Pœnitentibus: *Abſtineat a carne & caſeo, a vino & medone, ac mellita ceruiſia, niſi diebus Dominicis*. Adde c. 58. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 26. *Duas amphoras de mellito potu, quem medonem vocant*. Ditmarus lib. 7. *Ignem impoſitum, quia defecit aqua, medone extinguunt*. Chr. Reicheſpergenſe & Tageno Paravienſis: *Omnes Principes à Comite in vino & medone & animalibus multum honorati ſunt*. Æneas Sylvius in Hiſt. Bohem. de Medone: *Erat autem potus ſuaviſſimus, quem Bohemi ex albo melle conficiunt*. Vide Reginonem l. 2. c. 7. 9. Michaël. Scotum lib. 1. Menſæ Philoſophicæ cap. 8. Bromptonum & W. Thorn.

Thorn. an. 1144. Chronicon Montis-ſereni p. 163. Metropolim Salisburg to. 2. pag. 6. &c. Meda eadem ratione, apud Ælfricum, Ethelredus Ricvallenſis: *cum calice plena meda egrediens, proceres invitat ad potum.* Leges Burgorum Scoticorum cap. 69 §. 5. Simile judicium erit de Meda, ſicut de mala cereviſia. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 187. *Decimam totius conredii mei præter decimam vini & medæ.*

Medus apud Ælfricum μέθος, apud Priſcum in Excerpt. de legat. capitulare de villis c. 34. Bracios, cerviſias, *medum, mel, ceram* &c. Medi decoctio, apud Fortunatum de Vita S. Radegundis c. 15. & in vitis Abbatum S. Albani. *Medonis* porrò varios conficiendi modos docent Dioſcorides lib. 5. c. 9. Columella lib. 12. Palladius in menſe Julio, & Plinius lib. 14. cap. 17. Confer quoque Meibomium cap. 20. 21.

§. 39.

ADUSTI Uſus & Abuſus.

At vero ADUSTI, incertum, uſus major ſit, an abuſus: eo quod multos eo inebriatos repentina morte & ſomno ſepultos interiiſſe conſtat: ad hæc multa millia modiorum ſiliginis & tritici, quæ ad uſum panis & cereviſiæ prodeſſent, in hunc abuſum inſumantur, & prodigantur: de quo ob id cohibendo ſæpius, at fruſtra deliberatum fuit. Sublimatum idem dicitur, quia per ſublimationem elicitur: ſed id non ex frumento tantum, ſed ex vino etiam, ejusque fecibus, atque adeo cereviſiæ craſſamentis in fundo vaſis relictis: indeque haud modo plebeji, qui artificio illi ex profeſſo dediti, rem non contemnendam faciunt: ſed nobiliores etiam viri ac feminæ præſertim luculentos proventus percipiunt; ex quo nimirum iſtæ lucro allectæ, quod ſordidis hominibus ſuave eſſe conſuevit ex re qualibet, animum ad vi-

ad vinum illud conficiendum adjecerunt,& hanc victus quærendi rationem inferioris conditionis hominibus eripuerunt. Hoc vinum ardens venditant ſuis ſubditis propolis publice propinandum. Ita autem illud plebs ruſticana, vicem fere jentaculi, pitiſſat, ut plerumque bene poti domum redeant. (a)

(a) Sed audiamus Autorem opuſculi ſupra memorati vom Schöps/ etiam de aduſto ita ſentientem: Der gebrandte Wein aus Wein und Korn gebrennet/ alſo auch das Aquavit (das iſt ein aromatiſat rectificirter aufs neu mit Gewürtzen gebranter Brandwein) hat ſein Lob / und auch ſeinen Tadel / wie andere nützliche Dinge mehr / darvon unnöthig viel aufs Papir zu klecken/ weil beydes nach der Länge aufgezeichnet zu finden in medulla diſtillatoria, dahin ich den Leſer weiſe. Kurtz aber davon zu reden/ iſt er ſchleimiger Bruſt und Magen am bequemſten/ der Leberſüchtigen aber ärgſter Feind und Widerſacher/ darvon muß ich nun etwas erinnern. Dann der gemeine Mann klagt offt übern Magen / und weiß nicht/ daß der Magen unſchuldig daran/ was die Leber verſchuldet / wiewohl die Leber ſo wenig darwider kan/ als der Magen/ was Schlund und Mund einbräuen/ und einkäuen. Blutreichen/ und wohl unterſetzten Fleiſchichten/ ſo wohl auch Choleriſchen/ Schmächtigen/ und Hageren dienet nun̄ermehr ſo wohl der Brandwein / als phlegmatiſchen / rotzigen und feiſten / wie auch melancholiſchen/ einödiſchen und traurigen Leuten. Alſo auch jungen Leuten dienet er nicht ſo wohl/ als alten und verlebten Mannes- und Weibes-Perſonen; Urſach iſt / jene alle haben eine hitzige / dieſe eine kalte (das iſt geringer Wärm) Leber / dannenhero Hitze zu Hitze kommend ſich ſelbſt vor der Zeit aufopffert / und verzehret / oder aber einer ſolches ſein Lebenlang nicht verwindet; wie dann auch den Jenigen wiederfähret/ die allzu zeitlichen das Supaus lernen: dann da ſie in ihren beſten Jahren zu Ehren einen ſtarcken Trunck ſolten vertragen können/ da wird Wein und Bier ihr Herr/ und ſingen mit jenen Spartanern, vor etlichen Jahren wäre ein ſolch Glaß oder Becher nicht mein Herr geweſen/ welches/ da man es beym Lichten beſehen thut / gewiß ein ſchlechter Ruhm iſt / denn alles/ was zur Unzeit geſchiehet/ iſt ohn allen Nutz/ und verderblich; Ein Ehrer-Trunck hat ſeine Zeit/ ein mäſſiger Trunck auch/ wie ſolches aus Geneſ. 41. v. 34. 1. Cor. 9. v. 4 offenbar; dannenhero iſts kein wunder/ daß auch ſo ſchwache Nachkom-

können sich finden/welche obschon in ihrer Jugend sie sich schonen / dennoch in ihrem Alter nicht vermögen einen Ehrentruck zu bestreiten / noch lang austauren können. Eben also gehet es auch den Venus-Kladern/die ungebührlich und allzu zeitlich ihre Pfeile verschüssen / daß sie darnach zu fruchtbarer Ehe nicht viel tauglich seyn mögen. Aber daß ich wieder auf den Brand-Wein komme/ wannenhero kommt/frag ich/ die Wassersucht / dadurch die Leber meistentheils geschwächt wird? als durch unmässigen Brauch hitziger Sachen/sonderlich hitziges Weins und Brand-Weins/ solche geschwächte Leber zu was giebt sie Ursach? Als zu Hauptflüssen / Gicht/Lungensucht/und allerley Fieber. Nun leiden die Hauptflüss:/von der Leber verursacht / also auch von der Leber herrührende Gicht/ Lungensucht und allerley Fieber sambt der Rosen / traun nicht im Leib gebrauchten Brand-Wein / wie solte dann der Brand-Wein allweg dem Magen tauglich seyn / da die Leber nicht mit wil? darauf ist nun wohl acht zu haben / wer nicht vor der Zeit sein Leben zu verkürtzen gedencket. Conf. histor. Morbor. à Colleg. Vratislav. adornatam p. 174 & seq.

§. 40.

Compotationes frequentiores in Silesia.

Cæterum Compotationes in Silesia frequentiores: ubi quidem (neque enim tam patria chara est, ut manifesta negem, ut cum F. Fabri Sabotho loquar) ἀπνευσὶ, ἀμυσὶ καὶ ἄδροσος, non Xenophontis modo minuta illa, & rorantia, (*a*) sed & portentosa pocula, quæ præsertim (*b*) sanitates vocant, (nempe ut bellum, quod in se nihil aut belli, aut amœni habeat) exhauriri videas, & solicite legem illam Græcorum observari ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι, sauff oder lauff / Aut bibendum, aut abeundum. Idque non magis in cauponis, ad quas vulgus compotandi causa convenire solet, quam in Procerum Conviviis, in natalitiis, &i-

& initiationibus liberorum, in nuptiis, in parentalibus, in aliis denique feſtis, conventibus & actionibus. (c) Certare poculis magnificum, vincere glorioſum inprimis putant: indeque crebræ inter vinolentos rixæ & contentiones, quæ non tam in convicia, quam vulnera & cædes deſinunt: ſed ipſæ tandem in compotationibus, ceu Bacchi auſpiciis tranſiguntur, hauſto utrimque philoteſio cratere, concordiæ firmamento.

(a) Ad hanc materiam ſpectantia legantur innumera in ſenatu Deorum pag. 8, ubi inter alia hæc: *Menſa ipſis Cœlum, tot ſcyphi, patera, calices hinc inde ſparſi, velut radiantes quædam ſtellæ varias ſignorum formas conſtituunt. Errones illi vitrei, argentei, aurei, gemmei, planetarum inſtar ſunt, ac convivali ritu in orbem aguntur.*

(b) Quæ tamen valetudini magis nocent, quam proſint. Bene hac de re Sereniſſimus Haſſiæ Landgravius Mauritius:

Qui vult alterius cyathis haurire ſalutem,
Tale lucrum referet, perdat ut ipſe ſuam.

Et Owenus:

Una ſalus ſanis, nullam potare ſalutem,
Non eſt in pota vera ſalute ſalus.

Idem:

Opto tibi multam, nullam tibi poto ſalutem,
Eſt potior pota ſicca ſalute ſalus.

(c) *Teuto ferox olim ferro pugnavit & armis.*
Vitrea nunc bibulo prælia Marte gerit.

P. Meliſſus Schedius in Miſcell.

Cæterum ſordidæ hodie parcitatis nomine audiret Conradi Falckenbergenſis Principis frugalitas, de qua in MSctis diariis leguntur ſequentia: Conradus Hertzog zu Falckenberg hat geringen Hof gehalten/ war fromm und einfältig/ hielte von keiner Pracht; wie man denn zu Oppeln einen alten Brief funden bey einem Bürger Caſpar Sobowsky/ welchen der Fürſt geſchrieben hatte/ wie folget: Ehrbarer/ guter Gönner. Wir fügen dir gnädigſt zu wiſſen/ nachdem der allmächtige GOtt uns und unſer Liebe einen jungen Herrn gegeben/ welchen wir künftig nechſtkoñenden Diene

ſtag/

ſtag / welches ſeyn wird der 26 April, in die Heil. Tauffe einzuverleiben vorgenommen; als will uns hoch vonnöthen ſeyn 23 quart Wein / zwey achtel Bier / ein Viertel Rindfleiſch / umb 12 gr. Weiß-Brodt: wolleſt uns ſolches mit Zeigern überſenden/ſol dir mit eheſten durch unſern Geſchöſſer richtig gemacht und gezahlet werden. Seynd dir mit Gnaden bewogen. Datum Falckenberg den 25 April. im Jahr 1327.

§. 41.

Ebrietas commune Germanorum vitium.

Habent id commune Sileſii cum reliquis Germanis, (*a*) in quibus jam diu quoque notavit ebrietatem Tacitus, aliisque gentibus (*b*) ſeptemtrionalibus, Sarmaticis maxime ac Slavonicis, vitium: quod inde usque a longa antiquitate ſic invaluit, tamque altas egit radices, ut extingui, ut elidi, ut exſtirpari vix ulla poſſe ratione videatur. Deſinit nimirum eſſe remedio locus, ubi quæ fuerant vitia in morem atque conſuetudinem non hominis, ſed gentis, non exigui temporis, ſed ſeculorum abivere.

(*a*) Multi hoc nobis exprobrant. Bartholomæus Georgicowitz in exhortatione contra Turcas ad Maximil. II, Boh. Regem, ita inquit: *Turca ſua vitia domi deponit, Chriſtianus aſſumit: in Caſtris Turcarum nulla delitiæ, arma tantummodo, & neceſſarius victus: in caſtris vero Chriſtianorum luxus, & omnis luxuria commeatus: adeſt gravior turba meretricum, quam virorum: Latrocinatur Hungarus, prædatur Hiſpanus, potat Germanus, ſtertit Bohemus, oſcitat Polonus, libidinatur Italus, Gallus cantat, Anglus lurcatur, Scotus helluatur. Militem, qui moribus miles ſit, vix ullum reperias. Quid igitur mirum, ſi vincant illi, apud quos ſobrietas, parſimonia, vigilantia, fidelitas, & ſumma obedientia? vincantur illi, qui ab hoſtibus vel vagi, ad prædas, vel inter pocula, aut apud meretricem, aliasve abominandas, execrandas nequitias inveniantur?* Pertinet huc etiam illud S. Auguſtini: *innumerabiles jugum Dominationis diu recuſantes, vino-*

vinolentia in alienum redegit imperium. Facilis victoria de madidis.

Falsi scribuntur aliquando Turcæ, quod si Germani ebrietatem vitarent, ab illis se facile superatum iri: hinc optandum esset illud, quod habet dicterium non recens:

Germani cunctos possunt perferre labores,
O utinam possint tam bene ferre sitim!
Quam si bellipotens Germania tolleret, hercle
Fortior hac usquam natio nulla foret.

Et nonnemo: *Cornel. Tacitus, Diem, dicit, noctemque potando continuare, Germanorum nulli probrum. At si hodie supereſſet, quid scriberet, ubi non solum nulli probrum diem noctemque potando consumere, sed inebriari ad stultitiam, insaniamque bibere, non tantum ad nauseam, & ructus, verum etiam ad vomitum usque, nec non obtinuit, quod quotidie experimur, ut alter alterum ad bibendum cogat, & nullum vel fugæ vel deprecationis genus admittat, & ut eo citius inebrietur, in fraternitatem, aut sanitatem aliorum bibitur. Eo autem jam ventum est, ut propinanti* zwey/ drey ꝛc. aus einem *hausticæ, in floribus, quibus, ni fallor, hodie utuntur terminis, sufficienter respondere, virtutis, comitatis, urbanitatis, amicitiæ, favoris, & gratiæ signum sit. Contra vero recusare, aut tantum se excusare, rusticitatis, inhumanitatis, morositatis, vel singularis præeminentiæ, superioritatis, despectus, inimicitiæ, vituperii &c. indicium, & signum reputatur. &c.*

Damianus de Goes in refutatione Münsteri pag. 37. Lusitaniæ: *Exitus certe & finis conviviorum honestior in Italis & Hispanis, quam Germanis & Gallis, qui convivia eo animo aggrediuntur, ut vino se adimpleant, refarciantque, quo fervente animus, sensus, judicium, ratio, reverentia, gravitas, sedulitas, prudentia, & alia multa amittuntur, injuriæ, cædes, luxus, stupra, clandestinæ locutiones, vulnera, plagæ, insidiæ, proditiones, aliaque infinita perpetrantur. Itali & Hispani contra sic ad convivia se ornant, ut bene saturi, cibisque referti a mensa discedant. Hic tametsi corporis salus repletione gravetur, animus tamen & ratio, ut accidit in ebriis, minime læditur.* Ita fit, *ut qui vinum intemperanter ingurgitent, animum, conscientiam, corpus, honorem, vitam labe tingant. Qui autem cibi voraces sunt, corporis tantum saluti noxii sunt.* Istis perpensis judicet æquus æstimator, penes quos laus istius rei consistere debeat.

Alii Germanos nostros *vasa vinaria, ad pastum & somnum nata,*

olim bellicis armis, nunc vino pugnare, & crapula, tantumque habere virium, quantum vini possunt capere, impudenti ore clamant, & calamo scribunt, ut facit Poggius pag. 118. Et vel hinc quoque quidam Germanos Imperii gloriæ incapaces censent. At vero illos ob hoc unicum vitium, (quod quidem & ipsi merito detestamur) cæteris nationibus non posthabendos, sequenti paragrapho ostendemus.

(*b*) Huc referendi Frisones, de quibus lege Kempium de Frisia: Flandri, de quibus scribit Marchantius in Flandria: Flissingenses, de quibus Lemnius lib. 4. de occult. nat. mir. c. 2: Franci, de quibus Taubmannus p. 1302. Meursius, Torrentius ad Horat.

Qui tamen Germani omnes in potando non adæquant exteros populos paragrapho 43 enumerandos.

§. 42.

Improbratores tamen nostri urgentur gravioribus.

At enim vero si suus cuique populo attributus est error, si vitiis nemo sine nascitur, & optimus ille, qui minimis urgetur, maneat sane hoc vitium nostris, dum graviora absint, levitas, fraus, dolus, perfidia, perjurium, blasphemia, immodica, sed inconcessa Venus in nuptas, in virgines, in puellas, in pueros, in bruta animalia, quibus maxime urgentur improbratores nostri. (*a*)

(*a*) Habent nimirum exteri in oculis nostra vitia, a tergo sua; papulas observant Germanorum pluribus obsiti ulceribus: In semet ipsos illi descendant, & domi reperient tetrum vitiorum cacoëthes & errorem ebrietatis nostræ longe superantia flagitia; etenim

Ut nos dulce merum, sic vos Venus improba vexat:
Lex Veneri posita est Julia, nulla mero.

Quemadmodum occurrunt, ut ostendemus §. seq. in omni natione sobrii & ebriosi, sic etiam in Germania, ubi, licet in aliqua urbe plures forte notari queant ebriosi, neutiquam hoc præjudicare potest multis sobriis. *Vina*

Vina parant animos, faciuntque coloribus aptos:

Bibimus & multi bibimus, qui vinis generoſis utimur, non abutimur; ſenſuum facultates acuimus, non amittimus. Etſi ſint, quos potio liberalior deprimit, excuſari poſſunt rationibus infra §. 45 adducendis. Vivitur & bibitur apud Germanos, ſed apud plurimos modeſte: quod reperiatur unus & alter aſotus porcus, is infamiæ ſcabiem affricare toti nationi non poteſt, non debet. Convivimus & combibimus, ſed apud plurimos ita hodie ſicut in convivio Aſſueri, ubi nullus eſt, qui cogat ad bibendum. Videas hodie in multorum dominorum menſis impleri quidem, ſed ad libitum bibentis, & ebibi vitra quatuor, aut quinque in Summi Principis gloriam, florem, felicitatem, in Patronorum ſanitatem, in Cognatorum charitatem, & hoſpitum præſentium gratiam, ſed ita tamen, ne combibentium felicitas perdatur, ſanitas deſtruatur, charitas lædatur, gratia amittatur: His enim Sanitatum vitris (ut vocamus) expeditis, liberum cuique relinquitur, ut bibat, quando, quantumque vult, & quomodo.

Scripſit Poëta Britannicus aliquando in Germanos ſequens tetraſtichon:

Merſum neſcio quo verum latitare profundo
Democritus, nemo quod reperiret, ait.
Si latet in vino verum, ut proverbia dicunt,
Invenit verum Teuto, vel inveniet.

Sed quidquid nugetur iſte, verum tamen dicit; Scimus enimvero tritum illud: Kinder/Narren/und trunckne Leut/reden die Wahrheit: *Quod in anima ſobrii, illud eſt in lingua ebrii.* Cic. de Divin. Verum in vino latere, & Germanum illud invenire, lubenter concedimus, dum nimirum, ſecundum magnum illum Politicorum Magiſtrum Tacitum de Moribus Germanorum, *de reconciliandis invicem inimicis, & jungendis affinitatibus, & adſciſcendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in Conviviis* (inter pocula) *conſultant: tanquam nullo magis tempore, aut ad ſimplices* (veras non fictas) *cogitationes pateat animus aut ad magnas incaleſcat.* tunc enim (ut porro loquitur Tacitus) *Gens non aſtuta, nec callida* (non ſubdola, non fraudulenta) *aperit ſecreta pectoris:* (verum invenit & dicit) *ergo* (concludit ille) *detecta & nuda omnium mens* (non ficta, non ſimulata) *poſtero die retractatur* (errores nimirum retractant, quos ſobrii in conſultationibus commiſſos eſſe agnoſcunt) *& ſalva utriusque temporis ratio eſt*, nimirum quod inter pocula conſultum

tum fuit, non obligat, da heiſt es: geſtern war ich truncken / da ſprach ich nach geduncken. Inter pocula ſit deliberatio tantum, & mane primo, dum ſobrii ſunt & ſereni, concluditur. Hinc optime idem Tacitus hanc illis dicit laudem: *deliberant, dum fingere neſciunt; conſtituunt dum errare non poſſunt.*

Atque hoc eſt verum, quod Teuto in vino invenit. Et profecto ſunt inter Germanos (ut ex vindiciis adverſus Juſtum Lipſium ſcriptis a Joan. Doumanno verba mutuari mihi liceat) viri virtute & doctrina præſtantiſſimi, qui *minime delectantur quidem ingurgitatione cibi, potusque nimia, & tamen interdum, ubi res poſtulat, in aulis Regum & Principum in Legationibus obeundis aut audiendis, in tractandis boſpitibus Principum ſuorum nomine & juſſu* (more jam per Germaniam inveterato, etſi non undique laudabili) *haud paullo pluſculum bibunt, quam ſatis ſit: verum capita geſtant hominum, non pullorum*, nec propterea officium ſuum minus ſtrenue & gnaviter faciunt, ſed & mentis ſuæ ſunt bene compotes, & memoria valent, & eloquuntur, quæ volunt, diſerte & ſuaviter: nec dormiunt propterea in lucem multam, ſed ſurgunt mature, & recte valent: Et ſæpe verum inveniunt in humido, quod in ſicco non inveniſſent. Et ſi ſint quandoque nonnulli debiliores, qui, ut in proverbio eſt, *cum ſemel bibunt, bis ebrii ſunt*, arcentur quantocyus, ubi debilitas eorum Principi innotuerit, ab ejusmodi Germanorum conſiliis, cum ſit periculum, ne, dum verum in vino debeant invenire, ſecreta expiſcando, verum perdant ſecreta ſibi concredita revelando.

§. 43.

Præter Germanos etiam alii Populi ebrietati dediti.

Neque tamen ebrietas, quam objectant nobis, vel Germanis duntaxat, vel ſeptentrionalibus populis propria. Nulla in mundi parte ceſſare eam veriſime jam olim dictum. In inſula Americana, quam S. Mariæ vocant, Regem bene potum ingenti cornu præcinente, & tympano triumphi in modum ſolenniter pul-

pulſato, cubitum deductum teſtantur, qui viderunt. De Græcis quid dicam, unde tamen virtutes, gratiasque omnes prodiiſſe vetuſtas memorat? (*a*) potandi gloria famoſiſſimos fuiſſe, nemo, opinor, negaverit: qui quid *græcari*, quid *pergræcari* olim dictum fuerit, non ignorat. Quid veteres illi Romani? (*b*) Minime paucos eorum, ſed omnem Civitatem, Principes juxta, & plebem potationibus crebris adeoque continuis indulſiſſe, ebrios etiam ſervorum humeris ad ludum ſymphoniacum a Corona efferri ſolitos, unicuique libros eorum, maxime vero Poëtas diligentius legenti liquet. In plebe quidem egregium exemplum memorat Ovidius Faſtorum lib. 3. ut non habeant, cur Germanis magis potationes exprobrent, quam Romanis morum cultu principatum inter gentes adfectantibus. Quin non viros tantum principes, ſed fœminas quoque illuſtres vinolentiæ deditas Romæ fuiſſe notavit Tacitus libro annalium duodecimo. Ipſa hodie polita Gallia, & prudens Belgium apud ſe vitium hoc frequentari, queritantur, nec nullos ex Italis reperire licet, qui tegere melius vitium hoc, quam fugere norunt. (*c*)

(*a*) Videantur, quæ ſupra in §. 26 annotavimus: Confer Neucrantzi de Haring. pag. 5. & D. Baſilii Serm. in ebriet. & luxur.

(*b*) Tiberius duabus noctibus, & totidem diebus haut interpolatis potationi indulſit, teſte Alex. ab Alex. unde quoque militari joco *Calidius Biberius Mero* dictus eſt. Cato Uticenſis, eodem Alex. teſte, quandoque ad auroram cum amicis perpotando vigilaſſe ſcribitur.

Die Römer, inquit D. Hördorfferus, haben ſich nicht allein, ſondern auch

ihr Vieh zum Sauffen genöthiget: Und iſt nun diß Reich auf die Teutſchen kommen.

(c) His annumera Aſiaticos, Sarmatas & Tartaros, qui ſæpe tantum bibunt, ut triduum conſopiti jaceant. Contzen de ſtatu, vita, virtute Aulicorum c. 55.

Polonos, qui mirum in modum ſe inebriant ſuo vino aduſto, & Medone. Neucrantz pag. 5.

Incolas Thracios, de quibus Phylarchus Byzantius ſcribit: quod ſoleant in cauponis dies & noctes commorari.

§. 44.

Propterea non excuſatur ebrietas.

Quæ ipſa tamen non ad excuſationis anſam ei rei prætexendam, ex qua id fere conſequuntur miſeri, & heu! nimis prodigi (a) Salutis ſuæ, ut in corpora, quæ Spiritus Sancti debent eſſe domicilia, deſæviant, ea demoliantur, fortunas, opes, facultates dilapident, dum ad reſtim res redeat, animas denique ipſas diabolo oppignorent, (b) ſed eò tantum dicuntur, ut nihil heic præ ceteris gentibus in Germanis culpandum demonſtretur.

(a) Fornerum de Temulentia, aliosque plurimos Autores eorumque in hoc vitium Invectivas legere potes.

(b) Concludant hunc paragraphum rhythmi antiqui:

O Trunckenheit du ſchwere Sucht/
Bringſt manchen Mann in groß Unzucht/
Von Ehr und Gut/in Spott und Schand/
Von Weib und Kind in frembde Land/
Von Freud und Wonn ins Jammerthal/
Von Speiß und Tranck ins Hungers Qual/
Von GOttes Reich in ewigs Leid/
Diß alles kommt aus Trunckenheit.

§. 45.

§. 45.

Germani tamen ebrii minus culpabiles cenſentur.

Licet non deſint, qui minus culpabiles, veniaque adeo digniores putent, ob ventriculi ſcilicet calorem, qui quo remotius cis Auſtrum homines colunt, eo major, & in ipſo frigore, quod mirandum eſt, æſtuant. (*a*) Hinc igitur robuſtam illam ſitim eſſe: cui ſedandæ & crebriori & largiori potu ſit opus.

(*a*) Arguunt nimirum bibacitatem noſtram omnes, de vehementiori vero ſiti noſtra dicunt nihil: nec recogitant, eſſe temperantiorem eum, qui natura ſic exigente, ſitique urgenti plus bibit, quam qui minus præter naturæ deſiderium haurit. Referunt autem naturæ Conſulti, inquit Bernegg. hanc cauſam, ob quam ſiticuloſi Germani, quia ſunt habitu calidiore, ad quem calorem reſtinguendum potu ſæpius uti neceſſe habent. Eſt enim ſitis nutrimenti frigidi & humidi appetitio, ut conſtat ex Ariſtot. lib. 2 de anim. cap. 3. Quodſi porro quæratur: Ecquænam ergo caloris hujuſce cauſa? ἀντιπερίστασις eſt, qua calor internus ab ambiente frigore acuitur.

Accedit, quod Germani hanc conſuetudinem a Majoribus ſuis, quos per generationes ſingulas interrupte imitati ſunt, ita in ſe derivaverint, & traduxerint, ut quaſi innatam ſibi habeant, & naturalem, quam licet furca expuleris, tamen usque redibit. Hinc admonitus aliquando ab Hiſpanis Invictiſſimus Imp. Carolus V, ut legem ferret pro Germanis de vitanda ebrietate, reſpondiſſe ſcribitur: hoc fruſtra deſiderari, ac perinde fore ac Hiſpanis, ne furarentur, dare mandatum.

§. 46.

Non autem immanes Helluones.

Sed quod ipſum tamen, ſi maxime ita eſſe concedamus, (*a*) immanibus illis Helluationibus ad ebrietatem & furorem usque inſtitutis nullo modo patrocinatur.

(*a*) Im-

(a) Immanes helluones cenſentur, de quibus Meliſſus Schedius in Miſcell:

Quo plures aliquis ſciet exhaurire metretas,
Dignus eo fuerit nobiliore nota.
Sardanapalus licet ore regurgitet hauſtas,
Eſt decus a vomitu mox iteraſſe vices.
Grandibus inſcribunt potores nomina vitris
Signaque eorundem picta feneſtra tenet.
Quoque vitro biberint, id fractum dente comeſtur:
Usque adeo fortes Hectoras eſſe putes.
Quid loquar, ut patera ſumant vice ſæpe matellas,
Calceus & Cyathi fit quoque ſæpe loco.
Lurcones primis ſum deteſtatus ab annis,
Hos & adextremos exſecror usque dies.

§. 47.

Magiſtratuum Indulgentia fomentum hujus mali.

Etſi hoc quoque minime diſſimulandum, haut exiguum huic malo fomentum præberi ab nimia dominorum ac Magiſtratuum indulgentia, quibus dici non poteſt, quam fructuoſa illa potandi licentia exiſtat. Ex hac ſiquidem non exigua & tributorum & vectigalium publicorum juxta ac privatorum portio corrogatur. (a)

(a) Sed verendum eſt, ne, dum Superiores nolunt animadvertere, ſeverius tandem Superi in ejusmodi helluationes animadvertant. Audiamus Matthæum Marianum in Topographia Sileſitica in hæc verba loquentem: Man hätte vor dem letzten verderblichen Krieg (in welchem Schleſien ſchier umgekehret worden/ auch an Haab und Gut einen ſo unwiderbringlichen Schaden / Jammer und Noth gelitten / ſo nicht wohl zu beſchreiben wäre) viel Gaſterey gehalten / dabey bißweilen übermachte Trücke / ſo neben andern Sünden / auch die Straff übers Land gezogen / geben hat. Concordat cum his illud, quod Naſo noſter a Löwenfels in Phænice

nice redivivo pag. 119 ſuſpicatur, ubi peſtem, famemque anno 1633 ex præfato bello exortas, & Schwidnitzii immanius graſſantes, ſequenti concludit exclamatione:

O triſtis rerum facies! incendia claras
In cineres redigunt tot violenta domus:
Et tot peſtifera labis contagia claros
In cineres redigunt pernicioſa viros.
Fors nimio Bacchi celebrarunt gaudia luxu,
Hinc ſequitur Bacchi feſta dies cinerum.

Quod noſtra Muſa ſic interpretatur:

O grauſam Trauer-Spiel! wo Mars und Mors zuſammen
Durch Peſt/und Hungers-Noth/durch wilde Kriegesflammen/
Viel ſchöne Häuſer/ und viel tauſend tapfre Leut
Gantz eingeäſchert/ und wie Staub ins Grab geſtreut.
Vielleicht hat gar zu lang das Faſt-Nacht-Feſt gewährt/
Auf welchem man zu viel in Uppigkeit verzehrt/
Daß Aſch- und Faſten-Täg drauf haben folgen müſſen/
Da man den Uberfluß durch Hunger ſolte büſſen.

§. 48.

Vaſa Menſalia pro varietate Statûs varia.

Vaſa menſalia vili & promiſcuæ plebi pro antiqua ſimplicitate lignea (*a*) & teſtacea, ſive (*b*) figulina: qualia nimirum Agathocles etiam Rex apponi ſibi juſſit, ne patre figulo natus prioris ſuæ fortunæ unquam eſſet immemor. Qui ſupra plebem, ſtannea quoque uſurpat: ſed quibus honeſtiores non contenti, argenteis inſuper utuntur, iisque ſive inauratis, & vario opere cælatis. Adeo in hac (*c*) quoque parte prodiga rerum luxuries paſſim ſe exercet, ac ſtultitiam patiuntur nummi, niſi quod tamen in vaſis, & lancibus argenteis, præter uſum & (*d*) decen-

tiam thesaurus ineſt; quia nimirum & durant, & in ſubitos caſus ſtatim prodeſſe poſſunt.

(*a*) Ligneis aſſerculis vel noſtris orbibus in menſa etiam Cultiores & Magnates utuntur, cum cibi calor in iis melius, quam in ſtanno, aut etiam argento conſervetur, modo hi orbes lignei non porrigantur aut ab artificibus Bohemis nimis craſſi & indolati, aut ab ancillis culinariis Polonicis nimis immundi & fœtentes.

(*b*) Apud Romanos vaſa exulabant fictilia: Hinc Juven. Sat. 3:

Fictilibus cœnare pudet, quod turpe negarit
Translatus ſubito ad Marſos mensamque Sabellam.

Amphoris noſtris figulinis, quas Boleslaviæ Sileſiæ fingunt, aut faciunt noſtri figuli, hanc laudem quivis ferme, qui bibit ex illis, tribuit, quod potus præſertim Cereviſiæ melius conſervetur in iis, ſapiatque integrius inde bibentibus, quam ex poculis argenteis, imo conducat ſanitati magis quam ex æreis, ſive cupreis, & ſtanneis.

(*c*) Quam Romani in hoc luxus genere omnes alias nationes vicerint, in conviviis ſuis lectos ad menſam aureos, argenteos, gemmeos, purpureos, auratos habuerint: Menſas ipſas citreas, eburneas, è Mauritania advectas, ingentis pretii argenteas etiam & gemmis diſtinctas poſuerint: Mappis cocco & auro clavatis, imo aureis uſi ſint, & quam pretioſi abaci cum ſupellectili aurea & argentea, ampullæ unguentariæ, ſalina, candelabra, urcei, urceoli fuerint, & quæ pocula, gemmea nimirum, murrhina, cryſtallina, aurea gemmis diſtincta, cælata, aureis cruſtis illigata inter compotandum adhibuerint, in diſertiſſimo Commentario, quem Dn. Stanislaus Kobierzieki ſcripſit de Romanorum *luxu*, fuſe legitur. In quo luxu Magnates quidam noſtri hodie quidem utcunque adæquant Romanos, tantum non imitentur in eo, ut ipſos cacabos, ſartagines & cætera vaſa culinaria fieri faciant ex argento. Ut de Romanis oſtendit cit. Aut. cap. II.

(*d*) Interim tamen non poſſumus non approbare cum noſtro ſupellectilem argenteam, aut etiam auream, modò ſit moderata, & facultati poſſeſſoris commenſuretur, aut τὸ πρέπον tantum, non autem faſtum, oſtentationemve vanam pro fine habeat: hujusmodi namque theſaurus longe pretioſior eſt, quam pocula vitrea, aut cryſtallina, quocunque artificio elaborata, quæ nonnulli hodie pluris faciunt, quam olim Maximilianus Imp. Venetorum donum: Huic namque cum Veneti pleraque vaſa è cryſtallo per Legatos miſiſſent, juſſit ea cuidam men-

menſæ imponi, quam poſtea, ſubornatis ad id aulicis, quaſi per errorem fieret, una cum fragili dono, in præſentia Legatorum everti ac dejici curavit.

§. 49.

Veſtitus ut aliorum Germanorum diverſus.

Veſtitûs ratio eadem fere in Sileſia, quæ in reliqua Germania, hoc eſt, neque una, neque certa. Sæpe quippe pro tempore, quam forma & ritu, tam qualitate variatur. (*a*) Quo quidem nomine jam diu eſt, cum Germania noſtra vapulat: neque id fortaſſis immerito, ob turpem illam æmulandi habitus aliarum gentium, atque nationum libidinem. Cui rei vel pictoris illius etiam vulgus notum dicterium: nolle Germanum habitu certo uti, ſed nunc horum populorum, nunc illorum ſtultam æmulationem adſumere.

(*a*) Variat nimirum cum Gallis Germania, cum Germanis cæteris Sileſia: Et ſicut teſte Cominæo Galliæ Polybio lib. 1 Comment. de Reb. geſt. Lud. XI. *Sic hodie complures Nobiles in Gallia inſtituuntur, quaſi ad ludum eſſent facti & jocum; & in veſtitu, & ſermone nihil faciunt moderate:* ita Germani quoque in hoc Gallorum ſimiæ, nihil in veſtitu moderate, nihil ſtabile habent, ſed variant. Atque hinc fit, quod, ut fuit, jam olim Ulrici Ducis Würtembergici judicium, *Novus veſtitus introducat novos mores: novi mores introducant novos homines: novi homines expellant Veteres.*

§. 50.

Luxus veſtium modum excedens.

Eum autem in modum ab annis haud adeo (*a*) multis, ut eſt hoc ævum, in quo vitia

Quaſi herba irrigua ſuccrêrunt uberrime,

in corporis cultu & veſtitu luxus invaluit, rerumque potiri cœpit: ut nec is ullis videatur legibus cõerceri poſſe; apud ſequiorem præſertim ſexum (*b*) qui maxime hêc modum excedit: itaque videas paſſim, quæ inſtar avis Junoniæ ſe nova veſtium peregrinitate quotidie jactent, & crines, ſpinas, aures, collum, digitos, manus, ſtolas modo curtas, modo ſyrmata trahentes a tergo ſeptenum pedum, crepidas item, & calceos, argento, auro, margaritis, gemmis, petitis ab Indico, rubroque mari lapillis exornent, quibus toti nonnunquam impenſi cenſus: ut habeant nimirum Mariti, quod facetiſſimus & acutiſſimus ait Epicharmius, *ἀτυχίαν κοσμυμένην*, hoc eſt, pulchre exornatam & expolitam miſeriam.

(*a*) Nam (ut cum Michaële Hoſpitalio, Galliæ Cancellario, conquerar)

- Noſtrorum ætate parentum,
Aut nulli fuit, aut paucis holoſerica veſtis:
Lanea veſtis erat ſcutatis empta duobus;
Nunc fundi reditus veſti non ſufficit uni.

(*b*) Immodica ſeſe ornandi cupidita, hoc facit: L. vulgatum illud Terentii:

- - - noſti mores mulierum,
Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.

Cui Plautus Poëta lepidus conſonat:

Negotii ſibi qui volet vim parare,
Navem & mulierem hæc duo comparato:
Nam nulla magis res duæ plus negotii
Habent, eas forte ſi ornare occeperis,
Neque ſatis hæ duæ res unquam ornantur,
Neque eis ulla ornandi ſatiet as eſt.

Et

Et primo quidem capillorum ornatus, quam inſanus: fiant illi nunc fracti, nunc ſubſtricti, nunc relaxati, modo ſuſcitati, & in circinnos cöerciti, & in ſpiras diſtincti, nunc anteventuli, nunc propenduli, & quidquid veſanus non excogitat luxus. Ovidius audiatur de Romanis Mulieribus ſcribens:

Alterius crines humero jactentur utroque &c.
Altera ſuccincto religetur more Diana &c.
Hanc decet inflatos laxe jeciſſe capillos &c.

Ad comam in gradus frangendam varia inſtrumenta adhibuere Romanæ, & inter cetera ferreas acus, candentesque. Ut rurſus Ovidius:

Quam ſe præbuerant ferro patienter, & igni,
Ut fieret torto nexilis orbe ſinus.

Et noſtrarum inſtrumenta ad ornandos crines quis enumeret? Dicendum eſt cum Naſone, qui, ubi varias formandi capillitii artes recenſuiſſet, ad extremum faſſus eſt:

Nec mihi tot cultus numero comprendere fas eſt,
Adjicit ornatus proxima quaque dies.

Secundo, illius luxûs Commentum quam vanum! dum videlicet alieno & adſcititio crine caput exornant; ut rurſus Ovidius de ſui ævi fœminis:

Fœmina procedit denſiſſima crinibus emptis,
Proque ſuis alios efficit ære ſuos.

Et Martialis lib. 6. Epigrammate 12:

Jurat capillos, quos emit, eſſe ſuos
Fabulla, nunquid illa, Paule, pejerat?

Tertio, nunquid hodiernæ mulieres conveniunt cum Romanis illis, de quibus Lucanus:

Turritaque gerens frontem matronæ coronâ?

In quam conſtruendi crinis formam lepide & argute luſit Satyricus, dum eam *ædificium capitis* nominavit, ſimulque riſit fœminas ſui temporis, quæ a fronte cum faſtigiato capillo proceriores videbantur, a tergo Pygmæis breviores:

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput, Andromachen a fronte videbis:
Poſt minor eſt, credas aliam, cedo ſi breve parvi
Sortita eſt lateris ſpatium, breviorque videtur
Virgine Pygmæa.

Imitatus eſt hunc dicendi modum Gregor. Nazianzenus, ſcribens:

Nec caput edifices adſuto fœmina Crine.

Sed quid fœminas miramur, *flecte quisquis es aciem oculorum tuorum in noſtri hujus ævi nonnullos ſemiviros, barbatasque Veneres, magis de coma, quam de officio ſuo ſolicitos, intuere capillos calamiſtris intortos, cincinnisque ſuis cœrcitos, pulveribus odoratis reſperſos: & abominaberis in viris, quod admiraris in fœminis.*

Quarto, ut rurſus ad ſequiorem, & in hoc magis excuſabilem redeamus ſexum; quis luxum in curanda facie, medicamentis expolita, purpuriſſo, ceruſſa fucata? quis ſpeculorum pretium, & portentoſam magnitudinem ſatis expendet? Audiamus denuo Poëtam, hos mulierum fucos deſcribentem:

Scitis & indulta candorem quærere cera;
Sanguine qua vero non rubet, arte rubet.

Specula illa formæ conſilia quanta fuerint apud Romanos, Seneca dicat: *Poſtea* (inquit is nat. Quæſt. lib. 1. ad fin) *potiente luxuria, ſpecula totis paria corporibus, auro, argentoque calata ſunt, denique gemmis adornata, & pluris unum ex his fœmina conſtitit, quam antiquarum dos fuit.* Quæ quamvis hodie tanto pretio non conſtent, & fœminis pro contemplanda facie libenter concedantur, viros tamen dedecere videntur, præcipue ſi tempus, quod negotiis arduis impendendum, ante ſpeculum perdant, imitantes Imperatorem illum Romanum Othonem, qui inter arma, bellique machinas ſpeculum ſecum circumtulit, ac inter clangorem buccinarum, tubarum ſtrepitum, formam ſuam ſpeculo explorare non dubitavit. Probroſam hanc ejus curam carpit ſumma cum indignatione Juvenalis:

Ille tenet ſpeculum patici geſtamen Othonis,
Actoris Aurunci ſpolium, quo ſe ille videbat
Armatum, cum jam tolli vexilla juberet,
Res memoranda novis annalibus, atque recenti
Hiſtoria, ſpeculum civilis ſarcina belli!

Quinto, ſtudium elegantioris amictus mulieri magis convenire, quam viris, quis neſcit? & tamen hujus quam varii in utroque ſexu hodie colores cernuntur:

Quot nova terra parit flores, cum vere tepenti
Vitis agit gemmas, pigraque fugit hyems,

Lana

Lana tot, aut plures ſuccos bibit - -

Ut rurſum ex Ovidio hæc mutuemur:

Quam pretioſa virorum, æque ac mulierum tegumenta? Ut bene, vereque dicere poſſimus cum Propertio:

Matrona incedit cenſu induta Nepotum.

Et cum Satyrico Satyra 6:

Prodiga non ſentit pereuntem famina cenſum,
Ac velut exhauſta redivivus pullulet arca
Nummus, & e pleno ſemper tollatur acervo.

Quam e longinquis terrarum Oris, præcipue tamen quoties, & quantis impenſis petuntur ex Galliis, non jam fœminarum duntaxat veſtes plusquam Dædaleo artificio confectæ, ſed virorum quoque togæ, capillitia, fœmoralia &c. Et utinam ſub togis gallicis multorum Germanorum fortes animi in molles Sybaritas non degenerarent, ſub capillitio Gallico Gallicis moribus non imbuerentur! &, ſit venia verbo, in caligis Gallicis, ipſa lue Gallica ſæpius non inficerentur!

Notior hic luxus eſt, quam ut pluribus proponi indigeat. Legat, cui hæc non ſufficiunt, ſupra citatum Kobierzieckium de Romanorum luxu, & plurima ſi non omnia, quibus illos reprehendit, noſtris convenire corruptis temporibus, & moribus, fateri cogitur. Præſertim autem advertet, ſequiorem ſexum gravem ſemper exſtitiſſe, & etiamnum exiſtere rei familiari, & utinam non etiam quandoque fidei matrimoniali injurium, dum domi quidem formæ ſuæ negligentior, foras autem egrediens gemmis & auro non ſatis ornati, onerarique poteſt. Audiant tales Mariti adhuc ſemel Michaelem Hoſpitalium loco citato in hæc verba ſcribentem, & monentem:

Nupta domi reſidens, ſe negligit, atque maritum:
Egreſſura foras gemmis ornatur & auro,
Et fuco maculas inboneſti contegit oris.
Scire velim cur tam lætetur diſpare cultu?
Non mihi, crede, ſuo cupit illa placere marito,
Aut non huic ſoli: nam cur ſe negligat intus?
Omne adeo ſtudium, melioris & anxia forma
Cura eſt obſervanda tibi, ſuſpecta velut res.
Nec me compoſita hæc in fraudem oratio mutat:
Vivimus exleges, facimusque & dicimus (ajunt).
Omnia liberius, deceat quam forte pudicas:

Atta-

Attamen illæſum retinemus mente pudorem:
Tu bona ſis, & ne talis videare, labores!
Sæpe mali probrum ſpecie virtutis obumbrant.
Verum qui bonus eſt, malus optat nemo videri.
Quæ bene compta coma, bene toto corpore compta eſt,
Depilare genas, ciliumque evellere gaudet,
Seque peregrinis per totam mercibus urbem
Venditat, atque oculos in ſe convertit & ora.
Quæ perfunditur unguentis, ne puteat hircum.
Aurea quæ geſtit crebris diſtincta ſmaragdis
Cingula, cui talos veſtis deſcendit ad imos
Multicolor gemmis interlucentibus auro:
Unio cui grandis propendit ab aure forata;
Adde iſtuc operis Phrygii femoralia (credo)
Quo cadat, inque thorum decumbat honeſtius auſis,
Auſis hanc mihi tu pro certo dicere caſtam?

Viris vero ex eodem magno Viro hoc monitum, quo luxum veſtium, aut nimium ornatûs conatum illis diſuadet, pro fine hujus paragraphi ſcribimus:

Quodſi tanta animo ſit nobis cura colendo,
Quantum nos opera noctesque diesque colendi
Corporis, aut ornandi cauſa inſumimus ultro,
Cernemus facile, & quid pulchrum, & quid ſit honeſtum:
Hoc vero ſtudium quam circa corpus inane eſt!
Ac ſi quis veſtem neglecto corpore curet,
Aut alia ipſius cauſa quæcunque parantur.
Non hoc ſunt animorum oblectamenta bonorum,
Omnia deſpiciunt, quæ tu miraris & optas,
Et curis animum longe melioribus addunt:
Occultas rerum gaudent cognoſcere cauſas,
Et patriæ prodeſſe ſuæ, prodeſſe propinquis
Hoſpitio qui ſunt, & amoris fœdere juncti
Privatim exercent odium cum nemine: tantum
Ut recte valeant in vita corpora curant:
Nec ſeſe replent potu uberiore, ciboque
Quam ſatis ad vires cognoſcunt eſſe tuendas:
Adde, ſuis æqua ſemper quod mente fruantur,

§. 51.

§. 51.

Quod medium huic malo opponendum?

Cui quidem malo promptum, ſi quod judicare poſſum, remedium: ſi magni minoribus præirent, & Summates atque Nobiles exemplo ſuo, quod cupide inferiores amplectuntur, inter decoris orbitas plebem redigerent. (*a*) Quod dum non fit, accedente inſuper & compendii publici, quod Magiſtratus inde capit, & privati quæſtûs reſpectu, qui omnem politiam confundit, nequidquam ſperamus ſublatum iri malum, quod quaſi ſentina rempublicam mergit. Sed nolo nunc de his plura, ne intempeſtive cenſorium opus objurgandis moribus noſtrorum temporum ſuſcepiſſe videar. Quanquam non invenietur, opinor, tam ſuperſtitioſus amator ſui ortûs, cui grave ſit in recenſione patriæ etiam vitia nominari. Si enim neminem mortalium tam conditis moribus natura fingit, in quo non aliquid deſideres, velut ultimam artificis manum; cujus ſupercilii eſſet totas provincias publico facto velle eripere, & indignari ſe, ubi peccatur, hoc eſt, inter homines eſſe? Faceſſat in omnibus ſuæ gentis præceps favor, ſimulque ceterarum averſatrix invidia. (*b*) Et noſtros ipſi nævos fideliter agnoſcamus, & virtutes in aliis nos delectent.

(*a*) Quam ſolicite mediis hunc immodicum non veſtium tantum, ſed aliarum quoque rerum luxum exſtirpandi Summus & Clementiſſimus Princeps noſter Auguſtiſſimus, Imperator Leopoldus, ſemper ſtuduerit, ex variis Literis Patentibus contra veſtium præcipue pretioſarum exceſſus annis 1659, 1686, 1697 Vienna datis, hic etiam quidem promulgatis,

hodie vero in Cancellariis Archivis, & Chartariis ſine fructu & effectu reconditis, abunde conſtat.

Extractum audiamus Cæſarei illius Mandati, quod anno 1659 in hoc negotio emanavit:

Wann wir dann (verba ſunt Cæſarea) gnädigſt erwogen / daß allerhand koſtbare Sorten und Waaren / ſonderlich von Gold und Silber / viel mehrers zu einem übermäſſigen Pracht / als zur Erbarkeit und nothwendigen Bekleidung gebraucht / dadurch viel Geld zu mercklichen Schaden des gemeinen Weſens unnützlich verſchwendet / das gemeine Volck auch nur deſto mehrers zur Hoffart angereitzet / und deren viel gar in Armut und gäntzliches Verderben geſtürtzet werden: Als haben wir uns gnädigſt reſolviret, dergleichen unnothwendige und überflüſſige Waaren von Gold und Silber: als nemlichen die gantz güldene und ſilberne Stück / wie auch andere mit Gold und Silber eingetragene Zeug; Item gantz gold- und ſilberne / oder auch mit Gold und Silber eingetragene Borten / Spitz / Galonen / dergleichen geſtickte / oder mit Gold und Silber gezierte Wehrgehäng / Handſchuh / und alles anders gold- und ſilbernes Geſtick / und Bräm-Werck: Item reiche Bänder von Gold und Silber / wie auch die weiſſen Niederländiſche / oder andere koſtbare Spitz / ſo auſſerhalb Unſerer Erb-Königreich und Länder gemacht werden / jedermännglich indifferenter, und zwar alſo gleich gäntzlich zu verbieten und einzuſtellen; inmaſſen wir ſolche hiemit in Krafft dieſes Unſers offenen patents allerdings und gantz ernſtlich verboten / ab- und eingeſtellet haben wollen / dergeſtalt / daß hinführo Niemand von unſern getreuen Ständen / Unterthanen und Inwohnern weder Manns- noch Weibes-Perſonen / ohne Unterſcheid / was Condition, Weſen / oder Würden ſie ſeyn / ichtwas von denen oben ſpecificirten gold- und ſilbernen Sorten und Waaren (auſſer der goldenen und ſilbernen Knöpf / deren man ſich zwar auf die Mäntel und Kleider / jedoch allein ſo viel die Nothwendigkeit erfordert / nicht aber an ſtatt eines Brämwercks / noch ſonſt zu einen Uberfluß / oder ungewöhnlichen Pracht gebrauchen mag) an ihren Kleidungen tragen / ſondern ſich aller derſelbigen obbenenten Sorten / bey Vermeidung Unſerer ſchweren Ungenad / und wohl empfindlicher würcklicher Straff / die wir wider die Ubertreter / nach Befund und Geſtaltſamkeit der Sachen / mit allem Ernſt vorzunehmen nicht unterlaſſen werden / allerdings und gäntzlich enthalten ſollen. Wollen dieſem nach gnädigſt / daß dieſes Verbot der obgenan-

nanten Waaren in unſerm Hertzogthum Schleſien/ aller Orten in Städten/ Märckten und Flecken öffentlich angeſchlagen/ von allen und jeden unſern nachgeſetzten Hohen und Niedern Gerichten/ und Inſtantien, wie auch ſonſten allen andern Herrſchafften und Obrigkeiten des gantzen Landes/ mit allem Ernſt feſtiglich darob halten werde. Wie wir dann denenſelben hiemit ernſtlich befehlen/ und wollen/ daß nicht allein die Obrigkeiten ſelbſt in ihrer Jurisdiction und Gebieten fleiſſig darauf achtung geben/ ſondern auch gewiſſe Perſonen in der ſtille gehalten/ und aus denen eingehenden Straffen beſtellet werden/ welche auf die Ubertreter eigentlich aufmercken/ dieſelbe der Obrigkeit zu gebührlicher Abſtraffung anzeigen/und ſie die Obrigkeit alsdann gegen die Verbrecher/ nach Befund und Geſtaltſamkeit der begangenen mutwilligen oder freventlichen Ubertretung/mit würcklicher Straff unverſchont verfahren. Uberdiß ſo wollen wir umb deſto mehrern Nachdrucks willen auch ſonſten iedermänniglich zugelaſſen haben/dergleichen Ubertreter bey ihren gehörigen Inſtantien anzuzeigen und zu denunciren/und ſolle alsdañ auf erfolgende würckliche Beſtraffung dem Anzeiger/oder denuntianten jedesmahls der dritte Theil von der eingehändigten Straff zur recompens gegeben und außgefolgt werden.

Cur vero finis laudabilis, quem Mandatis S. Cæſ. Majeſtas ſancte intendit, ſecutus non fuerit, ex ipſo Heneliano textu præſenti compertum eſt. Singulari aliquando remedio Henricum IV. Galliæ Regem ad ſupprimendum immodicum veſtium auro intextarum luxum fuiſſe uſum legitur; Cum enim videret edictis pœnalibus nihil effici, ſed plurimos in vetitum niti, edicto novo veſtium illarum uſum ſevere quidem prohibuit, ſimul autem adjunxit, prohibitionem hanc tantum ad viros fœminasque honeſtate gaudentes ſpectare; reliquis autem, nimirum crumeniſecis (filoux) & meretricibus libertatem concedi ejusmodi veſtibus impune utendi, quo facto obtinuit, ut altera die nemo ex aulicis utriusque ſexus prohibitis uteretur veſtibus, cum nemo ex illorum numero, quibus liber conceſſus erat uſus, eſſe voluerit.

(*b*) Henelium noſtrum veteribus Hiſtoricis hic accenſeas, de quibus illud Poëtæ Britannici:

Lex fuit hiſtoriæ vetus hæc, ne dicere falſum
Audeat, & verum dicere ne metuat.
Hæc eſt hiſtoriæ nova lex, ne dicere verum
Audeat, & falſum dicere ne metuat.

Et quamvis idem Poëta Hiſtoricos vera ſcribentes a vero deterreat ſequentibus

Liber in hiſtoria loqueris? nocet eſſe locutum:
Ad miſces falſi nil, tacuiſſe nocet.
Diſſimulans, ſimulansque, ſibi per omnia diſpar,
Qui volet hiſtoriam ſcribere, ſervus erit.

Apertius aliquando interpretati ſumus hæc verba:

Wann du Geſchichte ſchreibſt zu frey und ohne Scheu/
Auch nichts von falſcher Waar dem Leſer ſetzeſt bey;
So glaube ſicherlich/ es wird dir nicht gelingen/
Dann Wahrheit wird dir Haß/ das Schweigen Tadel bringen.
Darumb wer ſchreiben wil/ damit er kan beſtehn;
Muß/ was zu tadeln iſt/ mit ſchweigen übergehn;
Was aber löblich ſteht/ vermehrt/ und falſch beſchreiben/
So wird er überall in Gunſt und Liebe bleiben.

Noluit tamen noſter aut vera tacere, quibus diſſimularet contemnenda, aut falſa fingere, quibus ſimularet laudanda, ne turpiter ſerviret fictis encomiis.

§. 52.

Sileſiorum erga Peregrinos Humanitas & Hoſpitalitas.

Erga advenas & peregrinos, quos lex divina non minori charitate fovere, quam viduas, aut pupillos jubet, Sileſii perquam humani atque benigni: in ſedibus quoque ſuis inoleſcere eos haud inviti patiuntur, minimeque adeo in communicando eisdem Civitatis jure, niſi quid aliud obſtet, ſeſe præbent difficiles: quin optimis moribus hoc ab iis impetrarunt: ut, cum heic habitare cœperint Sileſiaco corpori non indigna, aut inutili adoptatione inſerti, alia in patria ſe natos eſſe oblivíſcantur. (*a*) Quæ quidem præclara omnino laus eſt, non ob id continuo Sileſiæ deroganda, quod unus forſan & alter homines nequam & improbi jus hoſpitale ſanctiſſimum negligant nonnum-

nunquam, aut violent. Zizania utique tritico permiſta ſunt: nec triticum propterea vilipendendum.

(a) de quibus non inepte Poëta Britannicus:

Illa mihi patria eſt, ubi paſcor, non ubi naſcor,
Illa ubi ſum notus, non ubi natus eram.
Illa mihi patria eſt, mihi quæ patrimonia præbet:
Hic, ubicunque habeo, quod ſatis eſt, habito.

Et hoc quidem in loco prolixus ſeſe campus aperit laudandi chariſſimos cives noſtros, quibus (quod præfiſcini ſcripſerim) nulla certe natio hoſpitalitatis & benevolentiæ palmam præripiet. Nolo hic repetere, quæ Tacitus, uti de Germanis, ſic de noſtris quoque majoribus prædicat, quum in Piaſto Principe auguſtiſſimum ejus rei exemplum viderit antiquitas, & niſi in gentiliſmo id accidiſſet, cum illis, quæ de Abrahamo & Lotho legimus, fere comparandum: quæ quidem virtus ex Piaſtæo veluti ſtirpe orta, in hac Piaſtæa arbore, præſertim in frondibus illis, qui ad Chriſtum converſæ fructus tulerunt meliores, ita crevit, ut innumera ejus ſpecimina in vitis Piaſtæorum ſit reperire. Sed de his alibi fuſius.

§. 53.

Negotiationis tam utilitas quam neceſſitas.

Enim vero negotiatio res tam non utilis modo, ſed & neceſſaria eſt: ut Juris Conſultorum Aquila, Baldus, *mundum ſine ea ſtare non poſſe adfirmarit*, Laurentius autem Medices Princeps fortiſſimus *Caput* eſſe dixerit, *unde robur & nervi manant in Rempubl.* DEUS ſane hanc ipſe ſanxit, quando cuncta, quibus vita indiget, omnibus locis ſuppeditari à natura noluit: artibus etiam aliis alias gentes dedit excolere. Quo enim iſta? niſi quod voluit mutua egeſtate, & copia humanas foveri amicitias? ne ſinguli ſe putan-

tes ſibi ipſis ſufficere, hoc ipſo redderentur inſociabiles. (*a*) Nunc factum eſt, ut gens altera alterius ſuppleret inopiam, divinæ juſtitiæ inſtituto: ut eo modo (ſicut Plinius in Panegyrico dicit) quod genitum eſſet uspiam, apud omnes natum videretur.

(*a*) Quod ſicut fit per negotiationem Mercatorum, ita hinc colligendum, eos merito honeſtiorum civium numero eſſe accenſendos, imo dignos, qui ad Magiſtratus etiam gerendos, æque ac patricii, ſi modo cæterà idonei ſint, admittantur. Quin imo Mercaturæ exercitium in eo honeſtatis gradu collocatum ſcimus, ut in Hiſpania, in Italia, apud Venetos præſertim, Genuates, & Florentinos, in Germania inferiore, inque ea Germaniæ parte, quæ Italiæ negotianti confinis eſt, non tantum ipſa Nobilitas per honeſtam negotiationem ſplendoris ſui Eclipſin nullam patiatur, ſed etiam nec Principibus quidem ea res turpis eſſe videatur.

§. 54.

Sileſiorum cum Vicinis Commercia.

Atque ſic ergo Sileſiis quoque magna ſunt variarum rerum tam inter ſe, quam vicinis cum gentibus commercia: quibus ipſi haud modo rubiam tinctoriam, lanam, & linum (ex quibus nempe tribus, iisque pannis, & rebus aliis, quæ inde præparantur, præcipuum mercaturæ commodum, ac potiſſimum Sileſiæ vectigal) ſed & coria ſive pelles illas, quæ pilis ademptis, in commodiorem uſum concinnatæ, atque emollitæ, tenuesque redditæ, *aluta* latinis, patria lingua Sämiſch vocantur, frumenta, piſces, cereviſiam, mel, ceram, aurum, plumbum, ferrum, lythargyrum, arma, utenſilia denique omnis generis infinita propemo-

pemodum copia communicant: viciſſim vero, grata quadam commutatione certatim ab ipſis recipiunt, pannos holoſericos & ſubſericos, auroque, & argento intertextos, varia panni Anglicani genera, maxime cariſæos, alios item pannos laneos lineosque ſubtiliores, ex ſubtili caprarum pilo in fila deducto contextos, quos camelotas vocant, mocajarros; pellium pretioſarum eximiæ pulchritudinis compluria genera, ut zabellinarum, martium, murium Alpinorum, lyncium, luporum, cervorum, pantherarum, muſtelarum, vulpium candidarum pariter & communium, coria bubalina, & urſina, coria cordubana, quæ vocant, goſſypium, quæ lanugo eſt ſtirpibus innaſcens, margaritas, gemmas, aurum, argentumque per fila diſſectum, ſal, haringos, qua muria, vel aqua ſalſa, ſive aceto ſalſo conditos, quà leniter ſalitos ac fumo duratos, aſellos, paſſeres exſiccatos, ſive plateſſas, lampretas aromatibus reſperſas, & aceto conditas, vina omnis generis exotica: mala granata, cytria, aurantia, oleum, olivas, & cappares, ut & limaces muria maceratos, ſaccharum, aromata, puta caryophylla, piper & cinnamomum, nuces myriſticas, zinziber, zedoariam, galungam, crocum, tum pharmaca omnis generis, ut rhabarbarum, aloën, caſſiam fiſtularem, folia ſenæ, ſalſam parillam, radicem illam magni in medicina uſûs, mithridaticum, atque theriacam, confectionem alkermes, aut ſiquid aliud eſt,

eſt, quod natura cœli & ſoli genius nobis negavit, aut artificum induſtria non paravit.

Harum autem rerum, atque mercium exportandarum & importandarum commercia Sileſiis ſunt cum Germanis, & in his præcipue Marchiacis, Pomeranis, Boruſſis, Auſtriacis, Bojemis, Moravis, Hungaris, Tranſſylvanis, Italis, Anglis, Scotis, & Belgis, quorum inſtitores Niſſæ, Francoſteinæ, Hirſchbergæ, Leobergæ, Libenthalii, alibi negotiantes novimus: multo autem omnium maxime cum vicinis Polonis; ſed unde crebra rixarum, litium, & injuriarum occaſio, longaque gravaminum tela. (*a*)

(*a*) Anno 1511, ſcribit Frid. Lucæ, abandonnirten die Polen die Breßlauiſche / und ſuchten andere Niederlagen / und richteten den Breßlauern zu Trutz neue Zölle auf. Solches verdroß König Vladislaum, und begnadigte hingegen die Breßlauer mit einer neuen Niederlage / alſo daß ſelbige zwiſchen Polen und Teutſchland die Gräntze hatten / und ein jede Nation allhier ihre Waaren ablegen / kauffen / und verkauffen ſolte. Joachimus Churfürſt zu Brandenburg accommodirte ſich ſelbſt und machte zu Franckfurt an der Oder gleiche Verordnung: allein ſothanes in Teutſchland bereits publicirte Vorhaben erreichte nicht ſeinen gewünſchten Zweck; denn die Böhmen mißgönneten den Breßlauern das Glück / wiegelten die Polen auf / und gaben denſelben / wider das Königl. Verbot / freyen Paß zu fernerer Fortſetzung ihrer vorigen Handlungen. Gleichfals inhibirte König Sigismundus ſeinen Polen alle Kauffmannſchafft mit den Breßlauern / daher kamen weder Polniſche / weder Teutſche Handels-Leute mehr nach Breßlau: ſo erlitten der Stadt Gewerbe und Jahrmärckte augenſcheinlichen Abbruch / welche ſich deßwegen vier Jahr lang mit den Polen vergeblich zancketen.

Nach der Zeit hat ſich die Stadt ziemlich mit ihren Handlungen wieder erholet / daß nun derſelben Polen / Böhmen / Mähren / Ungarn / Siebenbürgen ſchwerlich entrathen kan / ſonderlich ihrer vier jährlichen Jahrmärckte.

§. 55.

§. 55.

Itinera Silesia tuta.

Itinera per Silesiam hactenus quidem longe, quam alibi fuere tutiora, idque fideli cura Principum atque Ordinum, qui per latrunculatores, & emissarios suos, quos non exiguo alebant numero, malis hominibus provinciam ita purgarunt, velutique de spumarunt, (*a*) ut mercatores opulentissimi iter facerent libere, ac suas merces ultro, citroque transportarent absque ullo stipatorum comitatu: quo quidem in vicinis regionibus opus erat.

(*a*) Quantopere seculis præteritis prædonum latronumque infestationibus Silesia nostra, & præsertim tempore motuum Hussiticorum seculo decimo quinto vexata fuerit, fuse apud nostros historiographos memoratur, & ingenioso cothurno in Fabri nostri Sabotho producitur, cujus verba sicut non tædet adscribere, ita Lectori forsan non displicebit legere; Is igitur, postquam arcem Fürstenberg in Sabotho sitam descripsisset, ad prædones, qui latibula sua isthic habuere, & inprimis quidem ad eorundem Antesignanum aliquem, Theodorum a Düring, stylum convertit:

Ergo ubi Principibus domus hæc viduata Polonis,
In vastasque abiit penitus deserta ruinas,
Arripit in medio positam & prædonibus aptam
Düringus speculam, similis quem turba nepotum
Consectata latrociniis, & cædibus omnem
Infestans oram miseras exercuit urbes:
Cautus ut has properans nota regione viator
Maluit ambages, quam per compendia montis
Accelerare viam, qui sic digressus abibat
Incolumis, scironia creditus antra specuque
Infestos, castuque animi effugisse cruentos.
Cumque laborantes graviter tot pestibus urbes
Assereret nemo, progressis nullaque septo
Tuta, nec oppositis occulta semita vallis,
Aut quæsita altis divortia fallere silvis
Prædonum insidias possent, potuisse latronum

Mercatorum ullum intentas indagine nares
Scilicet effugere? & tuto transmittere merces?
Num vero illuvies, furumque e plebe manipli
Tot passim immunes potuere avertere prædam
Cædibus? & toti regioni illudere rapto?
Altius ab longe, & majoribus excita Cauris
Tempestas eadem in deprensos undique Cives,
Sæviit, & sicca tellure voracibus hausit
Naufragiis casos, fortunaque exuit omni.
Ipsi etenim, nimirum ipsi, quos nuper agrestis
Nobilitas fastu inflavit, vanique sub umbra
Nominis, ausuri quodvis scelus omniaque ausis
Delicia, crabronum instar perrumpere casses
Sacrarum legum, vastosque obtendere fumos:
Tum quibus ignava otia, & allia, & alea pernox
Semente haud facta, sine rastro & vomeris usu
Aurea proveniens alieno messis in agro,
Vectigal, censusque fuit, rerumque facultas
Summa parandarum, has ipsi movere procellas,
Vexarunique omnem furtis, & cædibus oram:
Hæcque adeo scabies vernacula semina sparsit
Circumquaque, vagantque ingentibus incrementis
Ordinis egregii titulos, & nomen equestre
Emeruit, progressa alte, & radicibus hæsit,
Vix ut carnificum nuper, gladiisque, rotisque
Quiverit evelli, nec enim mansuescit aratro
Ista filix alio: atqui nec sic dira ferarum
Restincta est rabies volucrum, in spelæa, domosque
Harpyiarum itum est, flammis & vindice ferro
Eruimus tristes latebras, cæcosque receptus,
Excussitque suo nidos e monte Sabothus,
Obscœnarum avium, & vacuam popularibus arcem
Ostentans longa cives formidine solvit.
Quodque omnis posthac pacatior ora quievit,
Tutus & in quavis mercator valle diurnum
Carpit iter, Tibi Præstantissime Jagellonum
Jure tuo, meritisque tuis, Sigsmunde, fatemur

Debe-

Deberi: ta magna ſequi non Herculis acta
Invicto puduit noſtris graſſantia terris
Monſtra domare animo, ſontum nec ſanguinis ortus,
Aut Equitum ſplendor movit, nec honeſtior enſis
Diviſit pœnam, ſed equiſo pependit eadem
Cannabe cum domino, cupidam & crocitantibus eſcam
Effracteque olim afflictis ſolatia ciſtæ
Prebuit: hos primum noſtri videre trementes,
Et quamvis magnos furca palleſcere fures.

Placet hic quædam adhuc ſubjungere ex Anonymi Chronico ſive Annalibus MSC. verbis ipſius auctoris ſemper, prout ea invenimus ſcripta, retentis:

Ad Annum 1274. Die Jeltſch drey Meilen von Breßlau an der Oder gelegen / iſt vorzeiten ein Raubhauß geweſen / darauf ſich Landbeſchädiger enthalten.

An. 1309 ſtarb Hertzog Heinrich in Polen vor groſſem Kummer und Hertzleid ein gerechter Fürſt / hat die Straſſen in Polen ſauber und rein gehalten / darüber ward ihm der Adel ſehr feind.

An. 1433. worden zu Franckenſtein zween Huſſitiſche Räuber und Mörder gefangen / mit Nahmen Böderich und Michaelcke / werden beyde gekopfet / ſolches geſchahe am Tage Aſſumtionis Mariæ.

An. 1434 erlegte Hertzog Nicolaus zu Ratibor den Hertzog Boleslaum zu Oppeln / der den Hußiten beyſtund / und die Breßler erlegten ihren groſſen Feind und Räuber Peter Polecke / und erſchlugen ihn.

An. 1442 hat Kouſcha ein Landbeſchädiger das Kloſter Heinrichau überfallen und erſtiegen / geplündert und ſehr beſchädiget. Bald hernach überfielen beyde Tſchirnhauſer den Kouſcha, und erſchlugen ihm alle ſein Volck / daß er mit Noth ſelbſt davon kam / und jagten ihn aus dem Lande. In eben dieſem Jahre fielen die Polen in Schleſien / und die Schleſier in Polen zum oftern ein / raubten und mordeten und brandten immer fort. Alle Straſſen waren voller Räuber / denn niemand wolte ſteuren und wehren.

An. 1444. wurden die Herren von Breßlau mit dem Kouſchen und Tſchirnhauſen gäntzlich verglichen und vertragen.

An. 1445 iſt Hertzog Wilhelm zu Troppau / welcher zuvor den Landbeſchädigern und böſen Buben ſehr abgünſtig geweſen / eines andern Sinnes worden / und hat dieſelbe auf ſeine Seite gebracht / als Opitz und Hans Hayn /

beide Tschirnhauser auch zu trutzen/ und George Stössel/ alle von Adel/ diese haben in der Christnacht viel Dörfer und Güter des Bischoffs geplündert / gebrandschatzet und niemandes verschonet. Auch in diesem Jahre in der Heil. Drey König Tag ist gegen den Abend eine gemeine Flucht von dem Thumb geschehen in die Stadt / von wegen der Feinde / die so herumb streifften und übel hausirten. Den 8. Julii ward der Handel zwischen den Herren und denen von Troppau beygeleget/ darbey war Hertzog Vladislaus/ Fürst zu Glogau / als ein Mittler zu versöhnen ꝛc.

An. 1461. nahmen die Breßlauer das Städtlein Constadt ein/nicht mit Gewalt / sondern sie ergaben sich selber gutwillig: darinnen war ein Landbeschädiger Johannes Jeltsch. Dieser hatte viel Sachen hin und wieder geraubet / ward ihm alles wieder genommen / und ist zu Breßlau am Ringe enthauptet worden.

An. 1474 hat König Matthias in Ungarn / Böhmen ꝛc. die Fürsten und Stände des Landes an St. Annæ Tag nach Breßlau beruffen / ihnen den Hertzog Casimirum von Teschen zum Landes-Hauptmann über Schlesien geordnet / sie zu guter Policey / Ordnung / Friede / und Gerechtigkeit vermahnet; es solten auch die Strassen und Wege sicher und rein gehalten werden/ und so einem Gewalt wiederführe/ dieselben Verbrecher mit Schwerdt / Rad und Feuer straffen.

An. 1475. zog König Matthias nach der Schweinitz/ und eroberte Fürstenstein / das war ein Raubschloß / darinnen hielten sich viel Böhmische Räuber auf. Man hat es dazumal gantz geschleiffet / und alle/ so man darinnen bekommen / geköpft / und eines theils gerädebrecht.

An. 1502 kam ein zu Breßlau Sigismundus/ des Königes von Polen/ Bruder/ und ward Obrister Landes-Hauptmann. Dieser Fürste hat die Strassen rein und sauber gehalten / niemand verschonet / weder arm noch reich / hat sie an die Bäume hencken lassen.

An. 1503 haben sich etliche lose Gesindlein zusammen gegeben/ und ihr oberster Führer ist gewesen ein Landes-kündiger Rauber / mit Nahmen Adam Schwabe. Diese haben bey Nacht wollen den Thumb überfallen und den neuen Coadjutor mit seinen Helfern erschlagen; es wäre auch angegangen / aber es ist in dieser Nacht so ein Glatteiß worden / daß niemand wol gehen oder stehen können / dahero ist es geblieben.

An. 1506 den 5. Januar. ist ein Fürstentag zum Neustädtlein bey der Neisse gehalten worden durch den Hertzog Casimirum von Teschen / und ward allda gehandelt / wie man die Reuter-Buben und Dreher

aus

aus dem Lande Schleſien bringen möchte: denn es dorften ſich weder geiſtliche noch weltliche Perſonen auf die Straſſen machen/ ſie wurden alſobald gefangen/beraubet und übel geſchlagen.

An. 1508. haben ſich die von Breßlau berathen mit ihren Bürgern Krieges-Volck anzunehmen/ damit den Landbeſchädigern möchte geſteuret/ und die Straſſen rein und ſauber gehalten werden; ſolches geſchahe und ward bewilliget 200 Mann anzunehmen/ und zogen hinauß und erſchlugen ihrer viel/ nahmen auch ihrer viel gefangen mit ſich.

In dieſem Jahre ſagten zwey von Adel der Stadt Breßlau ab/ nehmlich ein Haugwitz und ein Stöſſel/ aber ſie wurden in wenig Tagen verglichen/ denn die Urſache war auch nicht ſo wichtig. Nach dieſer Vergleichung ſtarb Bernhard Haugwitz/ und lieget zur lieben Marge begraben aufm Sande in der Kirchen.

An. 1513. den 13. Aug. zogen etliche Fußknechte mit Hertzog Friedrichen von der Lignitz und andern Städten/ als Schweinitz/ Jauer/ Brieg/ Strige/ Lignitz/ Breßlau/ vor den Kaltenſtein/ in Meinung denſelben zu gewinnen/ darinnen war Hertzog Bartholomeus/ und Kauffung der Hauptmann/ als der Schleſier Feind. Man konte aber nichts enden/ ſondern man muſte abziehen; darüber blieb tod Hans Lindner ein Kürſchner und andre mehr von Breßlau. Den 12. Sept. zog man wieder mit groſſer Gewalt vor Kaltenſtein/ in Meinung die Räuber und Landbeſchädiger/ ſo ſich darinnen aufhielten/ zu ſtören/ aber ſie kontens nicht enden/ und muſten wieder abziehen.

An. 1536. den 28. Auguſt. iſt der gewaltige Straſſen-Räuber Röſſel genant/ ein abgeſagter Feind des Biſchoffs zur Neiſſe/ von ſeinem eignen Knechte zu Poſen verrathen und daſelbſt geſpiſſet worden. Auch iſt in dieſem Jahre Joſt Ludewig von Gottesberg mit Gewalt hinweg geführet worden durch Verrätherey/ und mit ihm Faber Michel von der Lignitz. Dieſe zweene hat man zum Jauer gevierttheilt/ ſie haben groſſen Schaden gethan/ und Sünden begangen/ es iſt übel davon zu ſchreiben.

An. 1539. ſchickten die Herren von Breßlau mehr denn 200 Mann auf die Straſſen/die Landbeſchädiger/ſo man auf dem Lande und in den Hauptmannſchaften finde/ lebendig oder todt zu bringen/ damit die Straſſen möchten rein gehalten werden/und ſie brachten herein viel loſe Geſindel/ davon worden ihrer viel gerichtet und ihrer viel verweiſet.

An. 1565 iſt der groſſe Fehderer und Dreher/mit Nahmen Rumpelt/ ein Mitbürger zu Nambslau/ welcher den Herren von Breßlau abgeſa-

get / und ſie ofte geängſtiget und Schaden zugefüget / in der Stadt Wilda in Lithauen gefangen / und daſelbſt enthauptet worden. Die Herren von Breßlau ſchickten auf ihre eigene Unkoſten einen Bürger von Breßlau / Nahmens Eraſmus Schreiner / dieſer hat ihn daſelbſt richten laſſen. Alſo verlohren die Breßler ihren Feind.

Auctor Chronici Boleslavienſis MSCti habet etiam nonnulla, quæ huc ſpectant, ex quibus ſequentia tantum adnotare placet:

In der Breßler Chronica wird geleſen / daß Anno [illegible]3 ein gewiſſer Fürſt in der Schleſien geweſen / (deß Nahmen unbillig geſchwiegen wird) der hat die Rauberey und Aufbauung der Raubſchlöſſer verſtattet / ſonderzweifel aus der Urſachen / auf daß er in vorfallender Krieges-Noth deſto mehr Reuter hätte / die ſich vom Stegereiffe genehret. Nachdem aber die Dörfer beſſer erbauet / und die Büchſen gemeine worden / iſt die Rauberey gedämpfet; darbey denn die von Görlitz ſonderlichen Fleiß gethan / die Raubſchlöſſer zerſtören helffen / und die Räuber / ſo ſie gefangen / mit Sporen und Stiefeln ohn allen Verzug an einen ſonderlichen Galgen gehenckt.

Et paulo poſt: Was den **ſchwartzen Chriſtoph** anbelanget / von dem das Sprichwort: **Du leugeſt wie der ſchwartze Chriſtoph** / iſt geweſen ein armer von Adel / aber ein ſehr groſſer Räuber. Zu Altzenau unter dem Fürſten von Lignitz hat er ſeinen Sitz gehabt / und viel gute Leute betrübet. Den Gelehrten / da er ſie angetroffen / hat er etwas nachgeſehen / doch haben ſie ihme müſſen eine Feder ſchneiden und ihre Schrift beweiſen. Die Leuemberger waren mit ihm zu Breßlau auf dem Jahrmarckt geweſen. Im heimziehen / als ſie durch den Haynwald kommen / vermeinten ſie / ſie wären nun gantz ſicher / und hatten ihre Büchſen loßgeſchoſſen / da wurden ſie zwiſchen dem Haynwald und der Stadt in einem kleinen Büſchlein vom ſchwartzen Chriſtoph und ſeiner Geſellſchaft angerennet und beraubet. Wie er aber vermeinet / er habe ſicher Geleite vom Hertzoge / ſo kamen die Goldberger nach Altzenau und nahmen ihn gefangen / wiewol er ſich heftig zur Gegenwehr geſetzet / und ihnen entwiſcht wäre / wo ſie ſein Hauß nicht allenthalben umringet. Iſt darauf gen Lignitz geführet / und daſelbſt an den lichten Galgen gehenckt worden. In dem hinausführen hat er geſungen: nolite confidere in Principibus, neque in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus. Diß iſt geſchehen Anno 1513. umb Michaelis. Seine Wohnung

zu

zu Altzenau iſt gar verwüſtet / und ſeine Aecker hat itzo ein Bauersmann.

Verum, quod ad latrones attinet, non in Sileſia tantum, ſed per univerſam Germaniam illis temporibus ingens copia fuit, quod omnium provinciarum annales teſtantur.

§. 56.

Diverſoria pro peregrinis ſat commoda.

Diverſoria ipſa, quæ peregrinos excipiunt, ſatis commoda & inſtructa: longe certe non vicinæ duntaxat Poloniæ, ſed ipſius etiam Italiæ meliora: quorum nimirum & hæc & illa graphice nobis Gul. Barclajus in Icone animorum deſcripſit, de Italicis quidem ſic inquiens: *Quicquid peregrini de publicis illis operibus credunt, certe privatas hoſpitiorum ſordes, ac plerumque egeſtatem non ſine triſti ſenſu & mirantur, & oderunt. Quippe in diverſoria delatos jejunæ ſqualentesque epulæ inter aviditatem & faſtidium dividunt, tum tricliniorum ſitus, tum culicum, cimicumque omni genere infeſta cubilia: acer inde diverſitor, & inclementis hoſpitii gravis merces.* De Polonicis vero: (*a*) *deducuntur in ſedem peregrini, quæ januis, & plerumque perfoſſis ad accipiendum lumen parietibus, ventis quoque & hyemi patet. Nulli quibus decumbant lecti: non erecta ad epulas menſa: longo ac multiplici clavo paries fixus eſt. Illic hoſpites ſarcinas, quas habent, in ordinem appendunt. Multo deinde ſtramento ſternitur ſolum; & hoc in illis diverſoriis pro thoro eſt. Itaque per illam*

illam regionem proceſſuri ad iter ita ſe comparant, quaſi domum circum ducant. Cibos & cetera in alimentum ferunt, lectulos in rhedis collocant; ut nudis illis tectis excepti ſua ſupellectile & famem & frigora arceant.

Quæ de hoſpitiis Hiſpanorum Lanſius, de Helvetiorum Barclajus, de Weſtphalorum Lipſius & Huetius conqueruntur, pervulgata ſunt, & ulteriori commemoratione non indigent.

§. 57.

Lingua Vernacula olim Slavica.

Linguam ſive idioma, quod attinet, quemaddum originis, & nominis communione, ſic & linguæ Societate gens Sileſiaca cum Polonis olim conjuncta fuit. Ejus puta linguæ, quæ populis Sarmaticis, Moſcovitis, inquam, & Ruſſis, Polonis, Bojemis, Crovatis, Bulgaris, Serviis, Venedis denique ſive Vindis, quorum reliquiæ longo à Sileſia ad extremum usque Albim tractu etiamnum ſuperſunt, communis, in varias tamen dialectos diſtracta fuit: tanti quidem ipſis etiam Germanis olim habita, ut de Othone (*a*) Magno, quod præter linguam Saxonicam, & latinam, etiam Slavicam addidicerit, Wittechindus teſtatur; Carolus autem Quartus Imp. in Sanctiones ſuas, quas Aureæ Bullæ nomine inſignivit, etiam iſtud retulerit: quo ſapienter jubet, Electorum filios, & ſucceſſores præter Grammaticam (hoc eſt latini ſermonis peritiam, quemadmodum paſſim apud horum & proximo-

ximorum temporum Scriptores accipi, Freherus docet) linguas etiam discere Italicam atque Slavonicam: ea indubie fini, quo sermonem cum diversis gentibus communicare possent. (*b*)

(*a*) Huc quadrat admonitio Æneæ Sylvii, postea Pii II Pontificis Maximi, ad Ladislaum Bohemiæ & Ungariæ Regem scripta: *Regna non minus amor, quam ferrum tuetur, sed amari eum, qui non amat, impossibile fuerit: Amoris autem conciliator lingua commercium. Tibi ergo, cum per ætatem licet, intentum esto, ut subditos per te audire, intelligere, & affari possis. Contingunt sæpius aliqua, quæ tibi soli referre subditi velint, interpreti non fidunt. Princeps, qui per alium semper loquitur, nihil minus quam Regis nomen meretur.*

(*b*) Laudem, antiquitatem, amplitudinem linguæ Slavicæ scire gestiens, R. Balbinum adeat, & in ejus Miscellaneis lib. 3. cap. 20. §. 4. 5. & 6 leget, quam hoc idioma mordicus semper a Bohemis retentum, ad mare usque Balthicum olim extensum fuerit.

§. 58.

Hodie potiori ex parte Germanica & Slavonica Dialectus singularis.

Postea vero, quum novorum Incolarum ex tot populis, Germaniâ præsertim, concursus (unde quidem & nomen Silesiæ Bojemorum nonnulli repetunt, quibus Convenæ Slezovve dicuntur) mixtusque per connubia sanguis, unam in gentem coalescere fecit: (*a*) ipsa denique provincia velut de corpore suo excisa fuit, factum inde est, ut non modo linguæ Slavicæ singularis dialectus nasceretur, (*b*) sed & successu temporis, linguæ Germanicæ, à Mercatoribus maxime huc accitis & ad ministeria Ducum aulica admotis

hominibus, usus in potissima Silesiæ parte invaleseret, ac prævaleret.

(*a*) Id quod Faber noster in Sabotho cap. 1 sub finem citatus eleganter exprimit: quo Lectorem remittimus.

(*b*) Quam Dialectus sit singularis & ab idiomate hodierno Polonico multum aliena, ipsi fatentur Poloniæ interioris incolæ, sæpe conquerentes Slavicam nostræ plebis linguam a se difficulter intelligi.

§. 59.

Linguæ Germanicæ difficultas, majestas, antiquitas.

Tametsi vero hæc ipsa lingua perceptu multùm difficilis, pronunciatu etiam difficilior plerisque videtur: majestate tamen, ubertate, splendore rerum, ac verborum, & ad conceptus animi exprimendos aptitudine adeo felix est, ut cum quavis aliâ periodorum decenti tractu, atque circuitu, vicisim quoque copiâ, perspicuitate, brevitate, pronunciationis lenitate, singulari denique dictorum elegantiâ, & emphatica venustate paria hoc ævo facere possit. (*a*) Præcipuus ejus Assertor non minus quam imperii Carolus Magnus fuit: quem duodecim mensibus, & ventis vocabula juxta propriam linguam imposuisse, antiquissima carmina, quibus Veterum Regum actus & bella canebantur, scripsisse, memoriæque mandasse, quin etiam inchoasse Grammaticum patrii Sermonis, ex Eginhardo liquet. Quod quidem vel solum argumentum refellendis iis sufficiat, qui cœptam demum in Germania paullo post tempora Friderici II

Imp.

Imp. circa annum Christi 1131 linguam Germanicam excoli, latinisque characteribus exarari opinantur. At vero nonne Ottfridus Weisenburgensis S. Galli monachus sub Ludovico Germaniæ Rege Pii F. Magni N. librum Evangeliorum lingua Franconicâ rhythmicâ conscripsit, cujus gustum nobis præbet de Originibus Francicis V. Cl. Jo. Isac. Pontanus? an non VVilleramus Episcopus Mersburgensis Cantici Canticorum paraphrasin Teutonicam sub Henrico III circa annum Christi CIↃLXXX composuit à Paullo Merula editam? Nonne Tatianus Syrus Harmoniam quatuor Evangeliorum in eandem linguam jam olim transtulit? an non S. Annonis Archi-Episcopi Colonienſis circa A. C. 1076 defuncti vitam ac virtutes æqualis ejus, aut ætate non multo minor, Teutonico libello, quem à Michaële Flandrino Senatore VVratislaviensi ex bibliotheca Rhedingeriana communicatum Martinus Opitius de Bobersfeld publico dedit, complexus fuit? Quidquid vero sit, tametsi jam tunc Caroli ævo lingua Teutonica per amplissima terrarum spacia, populosque plurimos diffusa esset, haud eo minus tamen Romana in litteris publicis, tabulis, monumentisque ad Rudolphum usque Habsburgicum perennavit: qui sicut de Romano imperio, deque patria Germania multis nominibus meritus fuit, sic de lingua quoque vernacula mereri voluit optime: Nam cum natio Germanica jultas ad ipsum querelas deferret, cogi

se in tanto neglectu sermonis patrii, servire exteris linguæ Latinæ scribis, fluxæ haud raro fidei hominibus: Cæsar optimus consilia habens, Norinbergæ Anno 1272 omnium Ordinum Imperii consentientibus sententiis decrevit: ut deinceps in curiis ac tribunalibus, in contractibus denique Teutonum lingua admitteretur. In Silesia tamen longius adhuc sermonis latini usus durasse, innumera instrumenta Vetera, cumprimisque Ducum ac Principum investituræ testantur, quarum pleræque latino sermone sunt scriptæ: sed qui & ipse tandem, Germanico prævalente, frequentari desiit.

(a) Attamen nulla nationum aliarum linguam suam minoris facere, nulla suam verbis exoticis, nominibus exterorum idiomatum tam frequenter confundere, destruere, prostituere videtur, quam Germani suam Germanicam: qui nullum miscemus sermonem, nullas scribimus literas, nulla instituimus colloquia, mandatum nullum, testimonium nullum apponimus, emptionem, transactionem, aut quotcunque instrumentum aliud conficimus nullum, in quibus vel Latina, vel Gallica, vel Italica ab exteris verba non mutuemur, nostriq; idiomatis puritati & integritati non assuamus: & (quod ignominiosius magisque linguæ sibimet abunde sufficienti injuriosum) ubi energia opus, dum intima mentis distertius exprimere volumus, peregrinis vocabulis utimur, ipsumque Sermonis nucleum, aut medullam externorum verborum cortice adeo involvimus, abscondimus & sensum variis variarum linguarum coloribus obfuscamus, & obscuramus, ut sæpe, dum clarius nos loqui putamus, loquamur obscurius, atque nonnunquam Germanus Germanum Germanice, sed lingua corrupta, loquentem non intelligat: quasi vero lingua nostra tanta laboraret inopia, quæ conceptibus animi exprimendis non sufficeret, aut sermo noster tanti non esset valoris, nisi vel in Gallico, Italico, Latinove carro advectus vænum exponeretur. Audiamus hic loquentem Germanice pro lingua Germania Michaëlem Praun, mihi

(in

(in der Vorrede der Alten Teutſchen Reichs-Sachen Anmuthigkeiten) per *omnia* conſentientem: Wir Teutſchen haben eine ſchöne/ reine/ Wort-reiche/ majeſtätiſche Sprach/ welche eine von den allerälteſten iſt/ wie Herr Morhoff und Herr Schottelius ſtattlich bewieſen. Aber es iſt eine Schande/ daß die Teutſchen/ welche GOtt zu dem allerhöchſten Volck in Europa erhebt/ und bey welchem die Ehre den Käyſ. Titul zu führen ſtehet/ Krafft welchen ihrem Oberhaupt das Directorium in Republica Gentium Chriſtianarum in Europa gebührt/ den Ruhm und die Herrligkeit ihrer Sprach nicht beſſer bekant zu machen/ und außzubreiten trachten. Plura in hanc rem apud eundem loco citato lector inveniet.

Sed & celeberrimi Ordinis Leopoldini (cujus præter alios fines laudabiles hoc etiam inſtitutum eſt, ut heroicam Germanorum linguam indies magis exaltare, illiusque majeſtatem, & præcellentiam, præ aliis doctiſſimo terrarum orbi ob oculos ponere conetur) Magiſtrum audire lubet in opuſculo quodam paucis abhinc annis excuſo pro linguæ Germanorum vernaculæ majeſtate, & encomio in hæc verba ſcribentem: Prächtig und zierlich iſt auch die Teutſche Sprache: denn wenn die wüntſchet/ lobet/ oder dancket/ ſo muß die Spaniſche Pracht und Welſche Zierligkeit erſtummen. Dahero König Philipp in Spanien/ als er ſeinen Herrn Vater/ Käyſer Carl den Fünften/ mit einer prächtigen Lob-Rede einholen wollen/ auf des Redners abgelaſſene Frage: In was vor einer Sprache ſolche verrichtet werden ſolte? geantwortet: ob er nicht wüſte/ daß die Teutſche allein zu Bewillkommung eines Käyſers geſchickt ſey. Sie iſt klar/ und deutlich/ von aller Falſchheit und Betrug/ Ungewißheit/ Zweyſinnigkeit/ und verwirrtem Weſen entfreyet/ weßwegen ſie auch durch die grimmige Fluth ſo vieler Zeiten und Jahre hindurch gedrungen/ und bey ſo unzehlbahren Veränderungen ſich immermehr fort erhalten. Käyſer Rudolph der Erſte hat im Jahr 1273 zu Nürnberg/ umb dieſer Sprache willen/ einen Reichs-Tag gehalten/ und zu ſelbiger Zeit dieſen Schluß gemacht: Daß zu Vermeidung böſen Betrugs forthin alles in derſelben vorgebracht/ gehandelt/ und verabſchiedet werden ſolle; Welchen Käyſer Maximilian auf dem Reichs-Tage zu Cölln im Jahr 1512 von neuem beſtätiget/ welches die Niederländer/ wie Grotius von dem Alterthum des Holländiſchen Gemeinen Weſens am 27 Blatte anziehet/ ebenfalls zu einer Satzung bewogen/ Krafft derer die Holländiſchen Fürſten und Obrigkeiten in ihren Schreiben

und Handlungen / sich nur der Teutschen Sprache gebrauchen sollen. Sie ist kurtz und wortreich / und hat nicht Ursache / gleich andern Sprachen / weite Umbschweiffe zu machen / sondern kan alles aufs Kürtzeste / jedoch gantz vollkommen / vorbilden und beschreiben. So fehlet ihr es auch nicht an kräfftigen Einflüssen der Wörter / und ausschweiffenden auff vielerley Art abflüssenden Spruch-Reden. Sie weiß auch jedem nach Standes Gebühr zu begegnen und seiner Verdienste nach zu erheben; Welches die Frantzosen und andere wohl bleiben lassen müssen. Dieses hat eben Käyser Carln den Grossen dahin bewogen / daß er keine andere / als die Teutsche Sprache / mehr reden oder schreiben wollen / ohngeachtet er deren achte verstanden. Auch ist Käyser Friedrich der Erste / welcher Pabst Alexandern dem dritten auf seine weitläufftige Rede / so er vom Friede zwischen ihm und dem Käyser / in dem Pallast des Patriarchen zu Venedig / mit Lateinischen Worten gehalten / in Teutscher Sprache geantwortet / seiner kurtz und wohl gefaßten Rede halber von männiglich gepriesen worden. Sie ist lieblich und beweglich / und weiß durch ihre Annehmligkeit dieselbste Ernsthafftigkeit zu freundlichen Blicken zu bringen / auch mit dem Nachdruck ihrer beweglichen Worte die grausamsten Felsen-Hertzen zu erweichen. Der berühmte Rechts-Lehrer Staudius kunte den sonst ernsthafften Käyser Maximilian den Ersten / durch eine liebliche Teutsche Rede gantz verzuckt machen. Käyser Carls des fünften Gesandter den sonst harten König Franciscum I in Franckreich (welcher als ein sonderbahrer Liebhaber der Teutschen Sprache gerühmet wird) durch seine nachdenckliche Rede zu Friedens-Gedancken bewegen / wie denn dieser König sich außdrücklich vernehmen lassen: nicht des teutschen Käysers Freundschafft / noch die Kriegsgefährligkeit / noch die grossen Kosten / sondern des Teutschen bewegliche Reden hätten ihn vor diß mahl umgekehrt. So kunte der Churfürst von Sachsen Friedrich der Dritte / in Pilgrams Gestalt / mit seinen beweglichen Worten den sonst unerbittlichen Barbar und Sultan in Syrien im Jahr 1493 nicht allein zu Loßlassung vieler gefangenen Christen bereden / sondern auch dergestalt meistern / daß er gegen die Seinigen gestanden: Er könne diesem Pilgram nichts versagen; Wie er denn letzlich auch aus seiner Beredsamkeit und dessen Händen seinen Fürsten-Stand geurtheilet. Sie ist endlich reine / auch selbstständig / oder hat ihr Wesen aus sich selbsten / und nicht Ursache bey andern Sprachen etwas zu entlehnen / viel weniger ihre köstliche Perlen-Reden mit dem unächtigen Putze außländischer Worte zu

ver-

verfälſchen. Wovon der groſſe Käyſer Carl ſelbſt ein gültig Zeugnüs ableget / wenn er ſeinen Höfflingen auf ihre abgelaſſene Frage: Was S. Maj. doch an der Teutſchen Sprache erſehen hätten? zur Antwort giebet; Er ſchätze ſie darumb über alle Sprachen / weil ſelbige leicht/und wol außzuſprechen / und vor ſich ſelbſt wortreich / auch zu Reimen und Liedern am tüchtigſten; über diß einen Menſchen geſchickt mache/der Außländer Sprachen wohl zu reden. Weg demnach mit dem unbeſonnenen Vorgeben/ als ob die Teutſche Sprache nicht vor ſich ſelbſt beſtehe / ſondern die natürlichen teutſchen Wörter / auß der Lateiniſchen genommen; da doch aus uhralten Reimen und Denckmahlen augenſcheinlich darzuthun / daß dergleichen in Zeltiſcher Sprache brauchbar geweſen / ehe und bevor einiges Lateiniſches Wort über die Alpen in Teutſch-land fliegen können. Weg mit dem neidiſchen Geifer / welchen viele Ausländer / ſonderlich aber der verleumderiſche Bodinus, wider die Teutſche Helden-Sprache in ihren Schrifften ausgeſtoſſen / da ſelbiger nunmehro alle andere Sprachen einhellig den Scepter überreichen müſſen; Es lieget ja ihre vergötterte Hochachtbarkeit gnugſam am Tage / wird auch/ gleich dero Helden-müthiger Lands-Leute Tapfferkeit/ ohne alle außwärtige Beyhülffe in ohnendiger Dauerung beſtehen.

Fuſius etiam ibidem inquirit Autor in ejus antiquitatem, quam ab Adamo Mortalium primo deductam fuiſſe oſtendere nititur.

Ut proinde non immerito cum inclyto illo Leopoldino Ordine in Germaniæ linguæ laudem exclamemus:

O teutſche Sprach / es muß dir alles weichen/
Du Götter-Werck im Paradiß erdacht /
Wo findet man noch izo deines gleichen /
Wenn man den Werth von deinem Glantz betracht/
So wil der Geiſt faſt aus ſich ſelber gehen/
Man ſiehet uns in vollen Freuden ſtehen.

Du biſt die Saat / ſo von dem Himmel kommen /
Die fort bey uns viel Zucker-Früchte trägt/
So Adam hat aus GOttes Mund genommen/
Die uns zur Luſt vor Traurigkeit bewegt/
Durch dich kan man die Götter ſelbſt verehren/
Der Helden Ruhm und hohes Lob vermehren.

Du kanſt den Gifft der Untreu gar nicht leiden/
Betrügerey hat bey dir keine Statt/
Was Schmincke heiſt/ wilſtu wie Flammen meyden/
Die man doch ſonſt in vielen Sprachen hat.
Drum liebet dich der Leopolden-Orden/
Du biſt als Braut mit ihm vermählet worden.

Nun wachſe fort/ du Schatz der gröſten Helden/
Du biſt ihr Gold und allerbeſter Stein/
Weil du ihr Lob/ wie Fama/ kanſt vermelden/
Solſt du forthin die gröſte Sprache ſeyn.
So lange wir uns treue Teutſchen ſchreiben/
So wirſtu auch die Helden-Sprache bleiben.

§. 60.

Dialectus Sileſitica.

Enimvero cum antiqua lingua germanica, per gentes diffuſe ac varie ſparſa, admodum & ipſa variaret, ſumma autem & ampliſſima ejus non minus, quam terræ, diviſio eſſet, ſi Frehero fides, in Sueviam, ſive Alemanniam, ac Saxoniam, haud difficulter Gryphiandro, & aliis ſubſcripſere, qui veterem illam linguam per idioma Saxonicum, maxime conſervatam fuiſſe ſtatuunt. Id vero ſicut ultra Oceanum ad Danos, Suecos, & ipſos Britannos usque graſſatum fuit: ita Sleſiis quoque ſic placuiſſe, ut id ſuum facerent vero ſit ſimile, ac pronum adeo oſtendere, ſi opus foret. Vocabula certe Veterum plurima retinent, quorum uſus jam alibi vel rarus vel nullus. v. g. Mere (*a*) ſive pro fama, ſive pro fabula. Mähre (*b*) pro equa: Ich torſte nicht/ pro non aulus ſum, & alia.

alia. In ſermone tamen ipſo proferendo nimium quanta heic quoque apud plebejos præſertim varietas apparet: v. g. cum pro a. quidam u. alii o. ponant: nonnulli item i. pro ii & ő & ay pro ag; ut cum dicunt: Rimiſche Münche / pro Römiſche Mönche. Mügen pro mögen: die Mayt ſayt pro die Magd ſagt / Nayl pro Nagel / Wayn pro Wagen: id quod a Fabiano Franco acceptum notavit Conr. Geſnerus in Mithridate, & ex eo Abrahamus Vandermilius in addit. ad ling. Belg. c. 27. (c) Sed & heic notandum, cum a ceteris Germanis tum a Polonis quoque hujus nationis homines blæſo quodam; (d) ſed non indecoro, præſertim in feminis, oris ſono diſcerni: qui quidem peculiaris eſt iis maxime, qui natale ſolum nunquam egreſſi, niſi patrium ſolum, linguamque norunt.

(a) Vom Himmel hoch da komm ich her /
Und bring euch viel der gurten Mer /
Der gurten Mer bring ich ſo viel /
Davon ich ſingen und ſagen wil.

(c) Ein alte Schind-Mähre.

(b) Curioſius attendens indies plura obſervare poterit.

(d) An forſan illud, quod notare ſolemus noſtra paræmia: Er hat vom Lammel gefreſſen?

§. 61.

Idioma Germanicum Sileſii ſingulariter excolunt.

Quemadmodum vero & noſtro & ſuperiori ſeculo reperti fuêre non pauci, qui linguæ patriæ gloriam vindicare, cultumque ejus hodiernum pronunciationis aſperitudine emollita, duritie levigata, augere ac proferre modis omnibus conarentur: ita intra omnes palmam mereri viſus eſt is ipſe, quem paullo ante laudavimus, Opitius Noſter; Qui tantum opus magno animo, ſtudio, & induſtria aggreſſus,

Sanctosque auſus recludere fontes (a) Linguam Germanicam ab illuvie & ſordibus exoticis, quibus male feriati homines & peregrinatiunculis ſibi ſuis placentes eam infecerunt, perpurgavit: quæque multis adhuc barbara, horrida, ac quaſi intractabilis habebatur, ſub leges revocatam, adſtrictamque numeris pari diligentia, pari ſucceſſu eum in modum expolivit, ut non modo Italis, Gallis, aliisque Pontanos ſuos, Petrarchas, Sannazarios, Salluſtios, amplius non invidere, ſed immo etiam in certamen cum illis venire queamus.

(a) Quantum diſcrimen linguam noſtram hodiernam inter & illam, qua ante nonaginta, centumque annos uſi ſunt Sileſii noſtri Germani maxime in verſibus, ſive rhythmis, non ſine riſu advertet, qui verſificatorum illius temporis opuſcula, ut puta, Epiſcoporum Wratislavienſium vitas à Niſſenſi quodam, Deſcriptionem item des Fürſtlichen rechten Frey-Schüſſens ſub Sereniſſimo Carolo Archiduce Auſtriaco Epi-

Episcopo Wratislaviensi anno 1612 &c. à Wratislaviensi quodam lepidissime scriptum legere non gravabitur.

Quem puriorem idiomatis hodierni fontem gratis animis acceptum referimus tam laudato Opitio, quam Hoffmannowaldau, Lohensteiniis, Gryphiis, aliisque quam plurimis nostris Poëtis.

§. 62.

Idioma Polonicum mordicus retinent Silesii superiores.

Atque sic ergo Silesia nostra germanice loqui didicit, quamvis opida sint pene tota & pagi pleni, in ipsa etiam metropoleos nostræ vicinia, multo maxime autem in superiore Silesia, & transOderana regionis plaga hac etiamnum ætate sermonem Slavicum eumque alibi ad Polonicum, alibi ad Bojemicum idioma accedentem, mordicus retinentium: (a) usque adeo, ut in Oppolienſis, Ratiborienſis, Oppavienſis, Telchinenſis Ducatuum Judicii provincialibus lingua duntaxat Bojemica lites intendere, ac negotia tractare liceat. Idq; haud dubie Bojemorum & Moravorum exemplo, quibus hanc inter alias legem esse, ne cui Illustri vel Equestri Ordine nato, cujusquam hæreditatem cernere prædiorum, quae Lands-Güter adpellantur, jus aut fas sit, nisi linguæ Slavicæ perito, ut Eruditissimus Forstnerus Austrius Cancellarius Mompelgardensis notavit. Id certe genti & linguæ Slavicæ fatum esse, ut quamvis plures Slavorum provinciæ a Germanis sint occupatae, in pagis tamen

etiamnum ruſtici Slavici generis habitent, haud aliam quàm Henetam, ſive Slavicam, licet corruptam, & pluribus propter commixtionem aliarum linguarum mutatam, in loquendo uſurpantes. Et quis rerum Germanicarum tam imperitus eſt, ut neſciat?

(*a*) Opportunum autem linguæ Slavicæ paullatim exſtirpandæ, Germanicæ implantandæ medium prope Wratislaviam hactenus adhibuere nonnulli Domini, dum nimirum ſubditorum ſuorum pueris Ludirectores Germanos præfecerunt, ut, dum legere, ſcribere, orare docerentur Germanice, loqui ſimul etiam diſcerent linguam Germanicam, & dediſcerent Slavicam. Quod tamen ultimum nulli ſuaſerimus, parentes potius adhortantes, ut, quandocunque poſſunt, occaſioni ſtudeant, qua proles una cum Germanica addiſcat Polonicam, utpote Sileſiis, Slavica Gente undique cinctis, in quovis vitæ ſtatu magnopere neceſſariam.

CAPUT VII.

URBES, OPIDA, ARCES, MONASTERIA, & PAGI SILESIÆ.

SUMMARIUM

Henelii:	Scholiastæ:
§. 1. *Urbis, & Opidi etymon.*	§. 1. *Urbis & Opidi alia derivatio.*
§. 2. *Urbium Silesiticarum frequentia, cultus & munitio.*	§. 2. *Turres in quem finem?*
§. 3. *Urbium elegantiam quibus Silesia debeat?*	§. 3. *Num etiam Germanis Veteribus?*
§. 4. *Urbium Princeps Wratislavia.*	§. 4. *Breslographiæ Heneliana Summarium.*
§. 5. *Urbium indicem promittit Auctor.*	§. 5. *Eundem Scholiastes.*
§. 6. *AURASIUM Opidulum, feudum Castrense.*	§. 6. *AURIS hodiernis Incolis.*
§. 7. *BENISCHOVIA, Opid. Oppavienſe.*	§. 7. *Ostentum hic in aëre visum, & pluvia sanguinea, quidque de illa sentiendum?*
§. 8. *BENDSCHINA, Opid. Jägerndorff.*	§. 8. *Aliis BENSCHA.*
§. 9. *BERAUN Opid. Auctor credidit Silesiticum.*	§. 9. *Sed Polonici Juris esse, & Baronovam dici, ostendit Scholiastes.*

§. 10. BERNSTADIUM, Opid. Principum Oelsnenſium.
§. 10. Ejus munitio, & fatum.

§. 11. BYTHONIA Orientalis.
§. 11. Succeſſio, & Seſſio in Com. Gen. hodiernorum Dynaſtarum, & alia quadam.

§. 12. BYTHONIA, vel BETHANIA Occidentalis.
§. 12. Ejus Dynaſtæ promotio in ſtatum majorem.

§. 13. BICINA, Op. ad Pol. Collimitium.
§. 13. Ejus fata & inſignia.

§. 14. BILICIUM, Opid. ad fines Poloniæ.
§. 14. Ejus infortunia, & Viri doctrina clari.

§. 15. BOLESLAVIA, Urbs Ducat. Jarov.
§. 15. Multa memoratu digna, & Viri docti, Poëtæ præſertim hic nati.

§. 16. BRIGÆ vel BREGÆ munitio & ornamenta.
§. 16. Eccleſia diruta, Viri litterati, & alia monumenta.

§. 17. BRALINUM, Opidulum Dyn. Wartenberg.
§. 17. Ejus Arx & Eccleſia ſat ampla, domus lignea.

§. 18. BOBERAVIA, Opid. Duc. Carnovienſis.
§. 18. BORAVIA, opidul. diœceſ. Stulenſis ab Henelio omiſſum.

§. 19. BOBERBERGA Ducatus Crosnenſis.
§. 19. Ejus ſitus.

§. 20. Bulconis Fanum, Bulckenhayn & ejus Caſtrum.
§. 20. Ejus etymologia, inſigne, Viri præclari.

§. 21. CANTIUM, Opid. Juris Epiſcopalis.
§. 21. Ærumnæ in Huſſiticis turbis & Thomæ Cantienſis laus, &c.

§. 22. CEREQUITIA, Opidulum ad Canon. Wratiſl. ſpectans.
§. 22. Fratris Czirkwitzii encomium.

§. 23. COBENA, Opid. Duc. Glog.
§. 23. Ejus incendium.

§. 24. COSELA, Opidum mediocre, Ducatus olim titulo clarum.
§. 24. Belli injuria, quæ paſſum eſt, & Elogium Magiſtri Neborackii.

§. 25. COZONOVIA, Opidul. Ducatus Oppolienſis.
§. 25. Diſtinguendum a Micro-Kotzonovia.

§. 26. CRAPPICIUM, Opid. Ducatus Oppolienſis.
§. 26. A Suecis ad incitas redactum.

§. 27. CRUCIBURGUM, Duc. Bregenſis Opid.
§. 27. Ejus Eccleſia, hujus jus Patronatus, & fata in Bello Huſſitico &c.

§. 28.

§. 28. GROSNA, Urbs March. Brandenburg.

§. 28. A Principe Saganenſ. vexata.

§. 29. CUNSTADIUM, Opidul. Poſodowskiorum.

§. 29. Latronum olim diverticulum.

§. 30. CUPFERBERGA in Duc. Jarov. Fürſtiorum.

§. 30. A quatuor fontibus celebris.

§. 31. DOBRODEIN, Oppol. Opidul.

§. 31. DIHRENFURT Glaubitzii peculium.

§. 32. ENGELSBERGA, Ord. Teuton. metallicum Opidul.

§. 32. Situs ejus, & Mercatus.

§. 33. FALCOMONTIUM, Opidum arcipotens.

§. 33. Noſtra memoria Zerotinorum.

§. 34. FESTENBERGA.

§. 34. Jure Civitatis gaudet.

§. 35. FRANCOSTEINA, Urbs non ingloria.

§. 35. Monumenta quædam ipſius.

§. 36. FREIBERGA, Opidul. Duc. Swid. aliud Teſchinenſ.

§. 36. FRIBURGUM aliud.

§. 37. FREISTADIUM, Urbs Duc. Glogov. & cognomine Opid. in Teſchinenſi.

§. 37. Ejus ſitus, & denominatio, atque Viri præclari inde oriundi.

§. 38. FREIWALDA, Opidul. Montanum Epiſcopi; & aliud in Saganenſi.

§. 38. Cujus Legatum?

§. 39. FREIHANUM Dynaſtæ Militenſis.

§. 39. Diſtantia a Metropoli.

§. 40. FREUDENTHALA Ord. Teuton.

§. 40. Quando a Juriſd. Lichtenſt. exemta.

§. 41. FRIDEBERGA Juris Epiſc. & alia Opidul. duo homonyma.

§. 41. Monumenta.

§. 42. FRIDECCA, Opidul. Teſch.

§. 42. Incendium, & Inſigne.

§. 43. FRIDLANDIUM, Opidul. Duc. Oppol.

§. 43. Aliud Swidnicenſis, patria Trecendorffii creditur.

§. 44. GEORGENBERG, Opidul. metallicum.

§. 44. Diſtantia a Metropoli.

§. 45. GEPPERSDORF, Opidul. Duc. Opp.

§. 45.

§. 46. GLOGOVIA MAJOR, ejusque Encomia.
§. 46. Varia memoratu digna, & eruditorum Virorum celebritas.

§. 47. GLOGOVIA MINOR, olim Ducum sedes.
§. 47. Fundatio Collegiata, & Virorum egregiorum natales.

§. 48. GLEIWICIUM, Oppol. Duc. Opid.
§. 48. Civium strenua contra hostem defensio. Stredoniorum patria, &c.

§. 49. GOLDBERGA, Opid. Duc. Lignic. a Schola celebris.
§. 49. Diluvium, arumna bellica, & Viri eruditi.

§. 50. GORTZOBA, Oppol. Duc. Opidul.
§. 50.

§. 51. GOTSBERGA, metallicum Opidul.
§. 51. Metallifodina quando reperta?

§. 52. GOURA, Urbs ad lim. Polon.
§. 52. Memorabilia.

§. 53. GRYPHIMONTIUM Schaffgotschiorum.
§. 53. Greiffensteina arx, & scitu digna.

§. 54. GROTGOVIA, Opid. Jur. Episc.
§. 54. Injuria belli.

§. 55. GRAETZ, Oppav. Duc.
§. 55.

§. 56. GRÜNBERGA in Confinio Marchiæ.
§. 56. Ejus fata quædam, & Viri doctrina celebres.

§. 57. HEINOVIA a cerevisia olim commendata.
§. 57. Nominis origo, & arumna bellica.

§. 58. HERNSTADIUM territorii Wolav.
§. 58. Ejus Insigne, & alia quædam.

§. 59. HIRSCHBERGA a linteis celebratur.
§. 59. Temporum injuriis vexatur, Viris eruditis claret.

§. 60. HILDSCHINIUM Duc. Oppav.
§. 60. R. P. Widia patria.

§. 61. HOSOBLAVIA Episc. Olomuc.
§. 61. Separata a Silef.

§. 62. HUNDSFELDA clade Henrici V insignis.
§. 62. Præmonstratensium peculium.

§. 63. JABLUNKA, Silesiæ Propugnaculum.
§. 63. Ejus præsidia belli tempore.

§. 64. JÆGERNDORFFIUM sive CARNOVIA.
§. 64. Notatu digna.

§. 65. JAUERNIGA, Opid. Episc.
§. 65. Nomen Castri Joannæum.

§. 66.

§. 66. *JAVORIA Caput florentiſſimi Ducatus.*	§. 66. *Memorabilia, & Viri artibus ingenuis præcellentes.*
§. 67. *JOANNISTHAL, Opidul. Epiſc.*	§. 67.
§. 68. *KALTENSTEIN, Opidul. Monzan.*	§. 68.
§. 69. *KATSCHURA, Opidul. immæn.*	§. 69. *Diſtantia a Metropoli.*
§. 70. *KETZERDORFFIUM arcipotens.*	§. 70. *Num hic olim Monaſterium?*
§. 71. *KOBELGURA, Opidul. exig.*	§. 71. *Juris Polonici.*
§. 72. *KOSTENBLUT Civit. Jure gaudens.*	§. 72. *Eſt Præmonſtratenſium. Ejus Privilegium dubium.*
§. 73. *KRANOVICIUM immænit. in Duc. Oppav.*	§. 73. *Reyſewitziorum.*
§. 74. *KONIGSBERGA, ejusd. Duc. Opidul.*	§. 74. *Kuniberga aliis.*
§. 75. *LANDISHUTTIUM Duc. Suid.*	§. 75. *A linteis celebre, & priſca devotione.*
§. 76. *LEOBERGA. Ejus fama a Viris doctis.*	§. 76. *Plura memorata digna. Virorum præſertim doctrina præſtantium Syllabus.*
§. 77. *LEOBSCHUCIUM Duc. Carnov. nund. frum. celebre.*	§. 77. *Civium ingenioſa defenſio contra Wallenſteinium: & Ingenia bona.*
§. 78. *LAUTERBACH, Opidul. Glog.*	§. 78.
§. 79. *LESNITIUM, Oppol. Opidul.*	§. 79. *A Zebracis miſere vaſtatur.*
§. 80. *LEWINUM, Opidul. immænit.*	§. 80. *Fata bellica.*
§. 81. *LHÆNIUM Duc. Jarov.*	§. 81. *Lhænhuſium arx memorabilis.*
§. 82. *LIBENOVIA, Opid. territ. Suib.*	§. 82.
§. 83. *LIGNITZIUM, ejusque celebritas.*	§. 83. *Memoria varia, Virorum præſertim eruditorum.*
§. 84. *LISSA, Opidul. immæn.*	§. 84. *Regis Matthiæ II hoſpitium.*
§. 85. *LOSLAVIA Duc. Oppav.*	§. 85. *Quanto diſtet Wratisl.?*
§. 86. *LUBENA Duc. Lign.*	§. 86. *Temporum fata, & Viri litterati.*
§. 87. *LUBENTHALA Sancti Monial. Benedict.*	§. 87. *Martyres, & Cives a conſtantia fidei commendati.*

§. 88. LUBENITIUM Ducat. Oppol.
§. 89. MEDCZIBORIA Duc. Olsnenſ.
§. 90. MIESLOWITZ Dyn. Pleſ.

§. 91. MITTELWALDA, Opidul.
§. 92. MILITZIUM, Opidum cum Caſtro.
§. 93. MONSTERBERGA, ejuque Domini.
§. 94. MUHLBOCK Suibuſ. territ.
§. 95. MUSCAVIUM Epiſc. Olom.
§. 96. NACKEL, Opp. Opidul.
§. 97. NAMIESLAVIA Clavis Sileſiæ.
§. 98. NAUMBURGUM ad Boberum Promnitziorum.
§. 99. NEUMARCUM, Opid. Wrat. Duc.
§. 100. NEOSTADIUM Henelii patria.
§. 101. NEUKIRCHEN Duc. Oppav.
§. 102. NISSA. Situs ejus, & Libertas, &c.

§. 103. NIMITTIUM, Opid. cum arce mediocre.
§. 104. NICOLAI Dyn. Pleſ.
§. 105. NICOPOLIS Duc. Lig.
§. 106. ODERA, Opid. Duc. Oppav.
§. 107. ODERBERGA immæn. arcem habens vetuſtam.
§. 108. OLAVIA Ducali arce prædita.
§. 109. OLSNA, Urbs Ducalis Polonis familiaris.
§. 110. OPPOLIA, vel Oppolium, Caſtro vetuſto præditum.

§. 88. Quondam Teſchin.
§. 89. A Polonis devaſtata.
§. 90. MICHELAVIA inſeritur, hodie jure Civit. gaudens.

§. 91. Nundinæ ipſius.
§. 92. Epiſcopalis olim juris.

§. 93. Dominorum variatio, & injuriæ belli.
§. 94.
§. 95. Lector ad cap. 2 remittitur.
§. 96.
§. 97. Ejus initia, & injuria bellica.
§. 98. Aliud ad Quiſſum.

§. 99. Ejus Inſigne, & variæ memoratu dignæ.
§. 100. Ejus infortunium. Neoſtadiolum, aliud Opidul.
§. 101. Ejus Situs.
§. 102. Injuriæ bellicæ, & ſtrenua contra Huſſitas defenſio. Virorum vario artium genere excellentium celebratio, &c.

§. 103. Fata bellica.
§. 104.
§. 105.
§. 106. Diſtantia a Metropoli.
§. 107.
§. 108. Bellorum adverſitates.
§. 109. Notatu digna.
§. 110. Infortunia.

§. 111.

§. 111. OPPAVIA, vel TROPPAVIA & ejus ornamenta.
§. 112. OTTMUCHOVIA Juris Epiſc.
§. 113. PARCHWITZIUM Duc. Lig.
§. 114. PATSCOVIA Jur. Epiſc.
§. 115. PAURWITZ Duc. Carnovienſis.
§. 116. PILLAWITZ Duc. ejusd.
§. 117. PLESSA Promnitziorum prope Viſtulam.
§. 118. POLLOVITIUM Ducat. Glogov.
§. 119. PRAUSNITIUM Dyn. Trachenb.
§. 120. PRIBUSIUM Ducat. Sagturi quadam celebre.
§. 121. PRIMICAVIA Duc. Glogov.
§. 122. PRUSCAVIA Duc. Oppol.
§. 123. RATIBORIA fertilitate & commoditate celebris.
§. 124. RAUTENA Diœceſ. Wolav.
§. 125. REICHENBACHIUM olim elegans.
§. 126. REICHENTHALA, Opidul. Epiſcopale.
§. 127. RIBNICIUM arce praditum in Duc. Ratib.
§. 128. ROSENBERGA Duc. Oppol.
§. 129. SAGANUM, ejusque celebritas.
§. 130. SASSINKOVICIUM, Oppidul. Duc. Oppol.
§. 131. SCHLAVA, Opid. Duc. Glog.
§. 132. SCHLAVENTITIUM arcipotens Oppersdorffiorum.

§. 111. Ærumnæ bellicæ, & Eccleſiæ Reformatio.
§. 112. A Bob. & Suecis quid paſſa? Doctorum hom. fama.
§. 113. Origo & Inſignia.
§. 114. A Taboritis direptum.
§. 115. V. P. Knwarsky patria.
§. 116. PILOWICIUM Latin.
§. 117. Concluſæ ejus firmior munitio.
§. 118. Ejus incendia.
§. 119. Temporum injuria.
§. 120. A Vulcano quid paſſum?
§. 121. Aliis Primulavia.
§. 122. Proskowskiorum Comit.
§. 123. Thomæ II. Epiſc. olim refugium, & alia memoratu digna.
§. 124 A milite quid paſſa?
§. 125. Antiquitates, ærumnæ bellicæ, Viri litterati.
§. 126. A Vino aduſto inſignis.
§. 127. Romanoſtadium aliud Opidulum hic inſertum Jur. Morav.
§. 128. Devotio erga Beatiſſimam, & S. Annam.
§. 129. Inſignia, Eccleſia &c. & Canonia, ut vocant Canon. Regul.
§. 130. Lacus celebre.
§. 131. Baron. de Fernemont.
§. 132.

§. 133.

§. 133. SCHMIDEBERGA, Opid. metall.

§. 133. Insigne, & linificium.

§. 134. SCHÖNBERGA Ab. Grüff.

§. 134. Castro pradita, ab Hussiis olim deletum.

§. 135. SCHOENAVIA ad Catum Amnem.

§. 135. Arce olim potens.

§. 136. SCHURGASTUM, Opidul. Duc. Oppol.

§. 136. Pawlowskiorum nostra memoria.

§. 137. SILBERBERGA, Opidul. metall.

§. 137.

§. 138. SKOTZOVIA, Opid. Duc. Teschin.

§. 138. R.P. Nicolai Muzick istic nati Elogium.

§. 139. SOMMERFELDA, Ducatus Crosn. Opid.

§. 139.

§. 140. SORA, Duc. Ratib. Opidul.

§. 140.

§. 141. SPROTTAVIA, Opid. elegans arce munitum.

§. 141. Omnes populi amarunt ripas flum.

§. 142. STINAVIA, Ducatus olim tit. insignis.

§. 142. Lusus in nomen, & bellorum arumnæ.

§. 143. STRELA. Ejus Celebritas.

§. 143. Ejus Insigne, temporum injuria, & fundatio propuellabus.

§. 144. STRELICIA MAJOR arce munita.

§. 144. Ejus Situs, &c.

§. 145. STRELICIA MINOR, Opid. apertum.

§. 145. Mercatus ejus.

§. 146. STREGOVIA cerevisiâ celebris.

§. 146. Memoratu digna varia.

§. 147. STROPPAVIA, Opidul. immænit. Duc. Olsn.

§. 147. Ejus Nundinæ.

§. 148. SUIBUSIUM, Opid. Duc. Glogov. limitan. March. & Polon.

§. 148. Ingeniorum bonorum ferax.

§. 149. SUIDNICIUM, Celebritas, & nominis ratio.

§. 149. Varia memorabilia, & Viri litteris & dignitatibus præcellentes.

§. 150. TARNOVICIUM metalliferum.

§. 150. Distantia a Silesiæ Metropoli.

§. 151. TESCHENA Arce Ducali potens, & Walachis celebris.

§. 151. Olim a S. Adalberto visitata & illuminata.

§. 152.

§. 152. TOSTUM, Opidul. Duc. Oppol.
§. 153. TRACHENBERGA, Dyn. olim Schaffgotſch.
§. 154. TREBNICIA, Opid. Duc. Olſn.
§. 155. TSCHIRNA, Opidum recens.
§. 156. VIASTUM, vel UGESDUM, Duc. Oppol. Opidul.
§. 157. WALDENBURGUM, Duc. Suid. Opid.
§. 158. WANSENA, Jur. Epiſc. Opid.
§. 159. WARTHA Opidul. Bardum olim.
§. 160. WARTENBERGA, Dynaſt. de Dona Opid. & altera in agro Freyſtad.
§. 161. WEIDENAVIA, territ. Niſſenſ. Opidul.
§. 162. WEISKRETSCHEM, Opidul. apertum in Duc. Oppol.
§. 163. WINCIUM, Opid. Duc. Wolav.
§. 164. WOLAVIA, variorum Ducatuum vario tempore Opid.
§. 165. WOGSTADIUM, Opid. Duc. Oppav.
§. 166. WIGSTINEL, Duc. Oppav. Opidul.
§. 167. WOSCHNIG, Duc. Oppol. Opidul.
§. 168. ZABOTHUM, Opid. Duc. Suid.
§. 169. ZAUDICIUM, territ. Carnov.
§. 170. ZIGENHALSIUM ad Bielam amnem in territ. Niſſ.

§. 152. Mercatus ejus.
§. 153. Dracomontium nonnullis, hodie Hatsfeldiorum.
§. 154. Memoratu digna quadam.
§. 155.
§. 156. Mercatus annui.
§. 157. Nominis etymon, & antiqua devotio.
§. 158. Herba Nicotiana ferax, &c.
§. 159. Notatu digna de gratioſa Imagine.
§. 160. Illius Situs, & Caſtellum, & hujus poſſeſſores PP. Societ.
§. 161. Incendia, & Nundina.
§. 162. A Coſacis vaſtatum.
§. 163. Fertilitas, & infortunia.
§. 164. Hodie Ducatus peculiaris nomine audit. Quid bellorum tempore paſſa?
§. 165. Diſtantia a Metropoli.
§. 166.
§. 167.
§. 168. Ejus initia, caſtrum, & montis amœnitas, ad cujus radices marmor effoditur.
§. 169.
§. 170. Belli injuria.

§. 171. ZUCKMANTELA, Opid. metallicum Ep. Wrat.

§. 172. ZULAUFF, Opidul. apertum.

§. 173. ZULCHOVIA, agri Cros. Opidul.

§. 174. ZULTZ, nonnullis CILICIA, Opidul. Duc. Oppol.

§. 175. Alia quadam Opidula.

§. 176. Monasterii LEUBUSIENSIS Fundatores.

§. 177. HEINRICHOVIENSIS Fundatio.

§. 178. CAMENCENSE in territorio Francost.

§. 179. GRISSOVIENSIS Fundator.

§. 180. RAUDENSE, & JEMELNICENSE.

§. 181. CZARNOWANCENSE Sanctimon. Præmonst.

§. 182. COSTENTHALENSIS, vicus Duc. Ratibor.

§. 183. COMMENDÆ Melitensium.

§. 184. ARCES, & CASTELLA enumerantur.

§. 185. PAGORUM numerus.

§. 171. Arx Edelstein olim valida, hodie diruta.

§. 172. Nominis derivatio, & Domini.

§. 173. Ærumna bellica, &c.

§. 174.

§. 175. Eadem.

§. 176. Ejus celebritas, Prælati, & alia notatu digna.

§. 177. Antistitum series, & hodiernus decor.

§. 178. Ejus initia, Abbates, & æruma ab Hussitis accepta.

§. 179. Ejus Præsules, devotio ibi instituta, Domus DEI decor peculiaris, & Conventus in Warmbrun.

§. 180. Brevis eorum descriptio ex Cistertio bis tertio desumpta.

§. 181.

§. 182. Ad RR. PP. Paulinos spectans: ab Henelio per errorem Parthenon creditus.

§. 183. Earum fusior commendatio.

§. 184. Eorum continuatio, pluriumque locorum notabilium ordo litterarius.

§. 185. Idem accuratior, licet non perfectus.

§. 1.

§. I.

URBIS & OPPIDI, vel OPIDI, Etymon.

Vllis hucusque Sileſiæ donis magnam partem naturalibus, ad artificialia nunc progredimur: in quorum numero Urbes, Oppidaque, Monaſteria campeſtria, arces ſive Caſtella, & pagi.

Urbs ab urvo, ſeu urbo, hoc eſt, aratri curvatura ſic dicta eſt, propterea, quod olim veteres in condendis urbibus aratro ſulcum ducere (*a*) ſolebant, per quem illarum magnitudinem definiebant: iisdemque deſtructis eodem modo aratrum adhibebant. Opidum dicitur, quod opem (*b*) præbeat adverſus hoſtem, vel quod homines in eo opes ſuas recondant: qua de cauſa & Opidorum nomen urbibus aptatum. Neque vero per ſe inter Opidum & Urbem multum diſcriminis eſt: tametſi vulgo voce Opidi intelligi ſoleat Urbs duntaxat parva, quæ bene munita eſt.

(*a*) Hoc faciebant Hetruſco ritu Religionis cauſa die auſpicato, ut urbs foſſa, murisque munita eſſet, & locum, unde terram fodiſſent, Foſſam vocabant. Virgil. lib. I. Georg.

Aptæ dies legitur, quæ mœnia ſignat aratro.

Et ſicut veteres in urbibus, ita in Templis quoque condendis Chriſtiani ſuperioribus ſeculis hunc ritum obſervaſſe videntur: immo a perſonis Principibus boves & aratra, quibus templorum erigendorum muros ductis ſulcis deſignarunt, directa fuiſſe legimus. Audire juvat, quod Scriptor Mariophilus R. P. Balbinus in Hiſtoria Montis Sancti *l. 1. c. 8* refert in notis de Templo illo, quod in Kaubitz ad Francoſteinium in Sileſia (ubi Imago

Virginis Matris dolorosæ miraculis olim clara, *Nostra Cham Domina ad Arborem VIRENTEM*, unſer liebe Frau zum Baum / a Marianis Clientibus ſalutata, hodie denuo honorifice, ut infra ſub finem capitis pluribus inſinuabimus, adſervatur & colitur) A. C. 1495. perilluſtris ac admodum Reverendus Dominus de Reibnitz ad S. Crucem Wratislaviæ Canonicus Joanne IV Wratislavienſi Epiſcopo facultatem & indulgentias auxiliantibus concedente cœpit exſtruere lapideum. *Magna*, (verba ſunt Balbini) *dum templum eſſet condendum, interceſſere lites, ruſticis quibusdam controverſiam de finibus moventibus. Sed Nepotes Georgii Bohemiæ Regis, Albertus, Georgius, & Carolus Mönſterbergæ Duces honorem D. Virginis defenderunt: Carolus certe ut litem componeret, non dubitavit ad ſtivam ſeſe demittere & principali manu vomerem ducere, quo ducto, deſignatam aream Templo B. Virginis donavit.* Exſtantque donationis pulcherrimæ & arationis hujus literæ (quas infra, de hujuſmodi locis ſacris acturi, una cum Epiſcopalibus integras adſcribemus) a Principibus Mönſterbergenſibus datæ an. 1501. die Decollationis S. Joannis; ex quibus huc referenda duximus verba ſequentia: **Und auff daß ein ewig Gedächtnüß ſey / und ſo gehalten werde / hat ſeine Lieb** (nimirum Carolus) **in eigener Perſon einen Pflug in ſeine Hände genommen / und der wohlmannhafftige Geörg von** Latusky **genannt / Unſer ältiſter Rath und lieber Getreuer / auff die Pferde den Pflug zu führen geſeſſen / und die gemeldte Scholtz und Bauern von Hennersdorff vor den Pferden gutwillig gegangen / und / wo die Gräntz alſo mit dem Pfluge ſolte gemacht werden / gezeiget haben / dieſelbige Gräntz Unſer lieber Bruder mit dem Pfluge / wie gemeldt / gefahren / abgezeichnet.** Quod humilitatis exercitium memoratu dignum, quo honori Beatiſſimæ ſtuduit Princeps laudatiſſimus, cum aliquando devotionis gratia ſacrum hunc locum ſalutantes meditaremur, in itinere inde reduces meditationem noſtram ſequenti incluſimus epigrammati:

Dux arat, ante Ducem præcedit ruſticus; ergo
Dux agit agricolam? ruſticus ergo Ducem?
Sic eſt: terrarum hic invertitur Orbis amtro:
Tityrus hic Dux eſt: Carolus agricola.
Spes alit agricolam: Te ſpes Tua, Carole, alebat,
Exaltans humiles, Virgine teſte, DEUS.

(*b*) Ab Opponendo aliis derivatur, & geminato p. ſcribitur. Sed Grammatici certant, & adhuc ſub Judice lis eſt.

§. 2.

URBIUM Sileſiticarum Frequentia, Cultus & Munitio.

Eſt autem Sileſia qua urbibus, qua opidis ſatis hodie frequens, & exculta: quorum quædam, ſed pauciora, nullis mœnibus circumdata, pleraque & portis prædita, & mœnibus, foſſisque cincta, ſacras etiam publicasque ædes commodas pro modo magnitudinis plures & pauciores, nonnullæ denique arces ſat validas ac munitas habent adjunctas. Privatæ ædes contiguæ ut plurimum, & continuæ ſunt, atque pro civium facultate, vicorumque diſpoſitione conſtructæ. Divites lapidibus & laterculis coctis elegantius ædificant; pauperes luto & ligno humilius ſtubas habent, ſive hypocauſta: qualibus nunc univerſa Germania, & aliæ verſus ortum regiones utuntur; etſi a nonnullis tamen camini quoque uſurpantur. Ædium tecta ſcindulis, (quibus Romam etiam usque ad bellum Pyrrhi, hoc eſt, per ſeptuaginta fere annos, uſam fuiſſe Cornelius Nepos Auctor eſt apud Plinium) alicubi etiam tegulis latericiis, cum ob decorem & elegantiam, tum incendii vitandi cauſſa, ſunt conſtructa. Plateæ utplurimum ſilicatæ. (*a*) Neque vero exiguam urbibus dignitatem conciliant

faſtigiatæ, quibus vel templa, vel curiæ, vel portæ eminent, turres: quas etſi ſunt, qui otioſam duntaxat, operoſam, & ſtultam Civitatum molem ac machinam arbitrantur; fallunt tamen ac falluntur quam maxime, quippe cum præter elegantiam, (*b*) obſidione preſſis multoties ſpeculæ uſum exhibeant, ipſosque adeo hoſtes terreant. Unde quidem Thebani absque turribus & muris habitare minime auſi fuere, teſte Homero: ſicut contra quibusdam Urbibus, ne turres conſtruerent, pœnæ loco injunctum legimus.

(*a*) Pulchre ad rem Faber noſter:

Confer & egregiis munitas turribus urbes,
Paucorumque opera annorum tot condita paſſim
Oppida, & impoſitas præruptis collibus arces.

(*b*) Templorum Turres magnificentiam Eccleſiæ, DEIque veri gloriam ſuper omnia mundi decora elevatam ſignificant, juxta illud Pſ. 47. *Circumdate Sion, & complectimini eam, narrate in TURRIBUS ejus. - - - Quoniam hic eſt DEUS, DEUS noſter in æternum, &c.*

§. 3.

URBIUM elegantiam Epiſcopis Italis, & Germanis advenis debet Sileſia.

Ordinem porro & elegantiam urbium partim Epiſcopis debemus, quorum multi, cum Itali eſſent, architectos ſecum adduxerunt, aut evocarunt, qui novam & commodiorem rationem hominibus omnis fere cultûs tunc ignaris præſcriberent: partim Germanis, ſubinde ſive accitis, ſive ultro venientibus; quorum

rum inprimis cura & opera ut reliqua Polonia, ita Sileſia quoque & hominibus frequentari, & cultior eſſe pagis atque Opidis cœpit. Germanorum namque propria hæc laus eſt, ut quocunque eos tanquam in colonias deducat gentibus propitia ſors, humanitatis cultum, induſtriæ æmulationem, omnesque adeo artes, quibus vita hominum perpolitur, ſecum invehant. (a)

(a) Capite primo prope finem idem aſſeritur. Quamvis nec Germani veteres hanc laudem meruerint: nam (ut cum Dornavio loquar de Felic. ſeculi.) *Quid olim univerſa noſtra erat Germania? pagi habitabantur rudes, aut vici, imo ne paſſi quidem Teutones antiqui conjunctas ſedes, colere vero diſcretas, atque diverſas: ut fons, ut campus, ut nemus placuiſſet: ne cæmentorum quidem apud illos, aut regularum uſus erat.* Hæc ille de Veteribus. *Noſtra vero ætate* (pergit idem) *qua Germaniæ dignitas? quam ampla Urbes? quam inſtructæ omnis generis apparatu? Fidem certe Bohemorum ſplendidiſſima Praga facit, a paucis annis ſtructura ædificiorum nobilitata: teſtem citamus BRESLAM iſtius Sileſiæ, quæ poſt Caroli IV Cæſaris tempora mirum quantum crevit, etiam per res adverſas, & domorum magnificentia, & (quod anima Reip. eſt) legibus ac diſciplina.*

§. 4.

URBIUM Princeps VVratislavia.

Metropolis gentis eſt Wratislavia, vulgo Breßlaw/ totius Sileſiæ epitome, & quaſi umbilicus, ac meditullium provinciæ tantum reliquas inter Urbes eminens, quantum, ut ait ille, inter viburna cupreſſi: ut ob id non ſolum ὀμφαλὸν, quomodo Delphos olim ὀμφαλὸν γῆς dixere, ſed & ὀφθαλμὸν Sileſiæ, imo Sileſiæ Sileſiam, non minori jure, quam quo Athenas

Athenas ἑλλάδ' ἑλλάδα, Græciæ Græciam Jon Poëta vocavit epigrammate in Euripidem, adpellare, quodque de Bajis Martialis,

Ut mille laudem Flacce verſibus Bajas,
Laudabo digne non tamen ſatis Bajas:

hoc idem mihi de Wratislavia audacter, citraque invidiam uſurpare liceat.

Nolo heic loci ſigillatim perſequi omnia nobiliſſimæ Civitatis ornamenta, tum ne caput nimis excreſcat, tum quia datum hoc a me ipſius gloriæ, ut, quæ ſunt illuſtriora, ac de ea memoratu maxime digna, peculiari ſcripto complexus fuerim. (*a*) Etſi facere tamen nequeo, quin encomium illius brevi hoc carmine tanquam in contracta tabella lectori exhibeam:

Prima Urbes inter Sleſicas, blanda hoſpita nobis
Bresla potens, opulenſq́, almi clementia cœli
Quam beat, & riguæ larga indulgentia terræ:
Coctilibus muris, vallis foſſisq́, profundis,
Ac muniminibus quam circuit ambitus ingens,
Perque latus rapido prælabitur amne Viadrus,
Ad mediam placitis interluit Ola fluentis.
Diſtincta egregie quid dicam ſtrata viarum?
Quid latas plateas, directaq́, compita? turres
Quid, quarum aëreas tangunt faſtigia nubes?
Innumeræ heic, cultaq́, domus: heic curia ſplendens;

Magni-

Magnificæ moles heic, & decora alta ſacrarum
Ædium, & Aoniis ſacrata palatia muſis.
Horrea præſidiis dubiarum heic condita rerum:
Belligero ſtructa heic armamentaria Marti.
Heic fora mireris variis mercatibus ampla:
Mirere omnigenæ vecta huc commercia terræ:
Heic ſtrictas mirere molas, ubi fluminis unda
Torquet præcipiti Cerealia ſaxa rotatu.
Heic nitidos mirere hortos, tempeque beata:
Milleque delicias, atque oblectamina vitæ.
Quis vero Procerum inſignem, clarumque Senatum
Pro merito laudare queat, ſanctumque tribunal?
Patricias gentes, & nobilitatis honorem
Quis memoret? fœcunda quis & facunda virorum
Ingenia? egregios mores? exercita bello
Pectora? & inſignes operumque hominumque labores?
Omnia quæ excellunt adeo, certare quibusvis
Æmula Teutoniæ Breslavia ut Urbibus auſit.
Haud ſeſe Auguſta anteferat (pulſa, oro, faceſſat
Invidia) haud palmam eripiat mons Noricus illi:
Præferat ipſa ſuos nec magna Colonia honores.

(a) Quod cum & nos in lucem publicam edere meditemur, viſum quidem & nobis fuit laudes hujus Almæ metropolis in illud opus differre; ne tamen, dum aliarū urbium decora fixius intuemur, earum Reginam fugitivo tantum oculo pertranſeamus, obvia ſaltem, atq; vulgata hujus Urbis

ornamenta quædam, eaque ex his ipsis Henelianis fontibus secundis obiter tanquam rivulos derivabimus, sitim interim excitaturi conterraneis, ut avidius postmodum, ubi publici juris liber ille factus aliquando fuerit, eum volvere, dulcemque rerum patriarum notitiam ex ipso fonte dulcius haurire non detrectent.

CAPITE proinde I

Scriptionis suæ rationes reddit Henelius, quas inter prima Studiorum suorum fundamenta hac in Urbe posita, beneficia accepta, amicitias cum civibus arctissime contractas, uxores duas lectissimas ex gynæceo Wratislaviensi sibi datas, tandemque refugium & hospitium Francosteina a milite fugienti indultum, immo honoratam Syndici functionem sibi non ambienti, non prensanti, non opinanti ab Amplissimo Senatu oblatam & ejus generis alia fuisse significat; communiora notioraque deinde Wratislaviæ encomia ex scriptis adducens Virorum Illustrium, qui *OCULUM & LUMEN & SOLEM SILESIÆ*, qui *Reginam Urbium*, qui *florem Europæ*, qui *Urbium Ocellum*, qui *Ocellum pulchrum*, *floseulumque candidum*, *pulcherrimarum*, *quas videt sol aureus*, *Urbium*, *&c.* indigitant: Id quod Auctor doctissimis Poëtarum eximiorum, Valentis Acidalii, & Georgii Logi, quondam Cathedr. S. Joan. Wratislav. Canonici & S. Crucis Præpositi, Epigrammatibus concludit.

CAPITE II

Disputat de origine, etymo ac situ urbis, Ptolomæi Βρόδογλι esse non adfirmat. Annum ejus conditæ refert Astrologus quidam in A. C. 798. Jo. Magirus, Med. & Mathemat. celebris, in A. C. 1030. & Dlugossus Polonus in A. 983. quarum sententias examinat. Litteram *W*, quam Wratislavia pro insigni gerit, ab Instauratore suo Wratislao Bojemiæ Rege deducit Carolus V. glor. mem. Imp. in privilegio suo: sed easdem nominum suorum initiales litteras Monsterberga & Glogovia Major in armis repræsentant, & urbis nostræ memoria Wratislao Bojemo antiquior est, quam Ditmarus Lib. VII Chron. *Worcislavam* nuncupavit. Quidam a *Brodslawa*, h. e. *trajectu Slavorum* Wratislaviam derivant, & probat Henelius, quod *Broda* trajectum significet. Ostendit porro ex Archivis urbicis, quod sub Henrico III. A. C. 1260. portis lapideis claudi & muris cingi cœpit, quod ab Henrico IV, magna accessione aucta, in *antiquam* & *novam*

novam urbem distincta sit, (quas Henricus VI, jure perpetuo, sub uno magistratu conjunxit) quod Carolus IV Imp. pomœria amplius produxerit, & Ferdinandus I Imp. qui Viennam & Wratislaviam animi oblectandi gratia metiendas curavit, triginta ulnis tam in longitudine, quam latitudine Viennam a Wratislavia superari deprehenderit. Addit dein commoda ex Ola & Odera fluviis, & annos urbium climactericos explodit.

CAPITE III

In variis urbis operibus, *muris* puta, *vallis, fossis, propugnaculis, turribus*, quarum septuaginta quatuor, opportunis locis dispositas, mœnia interstinguere notat ex Polio; *portis* item probe munitis, *circis* sive foris ad rerum nundinationes aptis, & pontibus recensendis brevis est Henelius: at in locis sacris, templis nimirum, Monasteriis, eorumque Antistitibus enumerandis, ac *Xenodochiis*, seu *Hospitalibus* prolixior: multus tandem in profanis quoque ædificiis, *Curia* puta *Senatoria, Hoplothecis*, sive *Armamentariis, Granariis*, aliisque publico civium usui servientibus domibus, mercatorum laniorumque officinis, carceribus publicis, operibus Hydraulicis, molis sive moletrinis, earumque usibus, nec non in locis, quæ vel sagittarum ex arcubus, vel pilularum plumbearum e bombardis, sclopetis ac tormentis majoribus, pulveris nitrati beneficio spargendarum exercitiis, quasi belli quibusdam præludiis, destinata sunt. Sub finem vero Capitis privatas Civium ædes, Canonicorumque palatia deprædicat, hortos suburbanos, eorumque flores depingit, præcipue tamen *Hortum Scholtzianum*, non ipse duntaxat suis, sed alienis etiam coloribus, lectissimis puta Poëtarum præcipuorum carminibus tam decore, tam suaviter adumbrat, ut, quotiescunque hæc legimus, avidæ cupiditati, qua lucem scripti publicam & nos meditamur, & alii præstolantur, satisfacere gestientes, ipsimet novum Studio nostro, pioque hac in re conatui, animum adjiciamus.

CAPITE IV

Dominos Wratislaviæ veteris ævi, Regia nimirum Piasti stirpe oriundos enumerat.

CAPITE V

Dominos mediæ ætatis, e Regibus puta Bohemis, sed diversarum familiarum recenset.

CAPITE VI

Ævi recentioris Dominos e Regibus item Bohemiæ, sed gente Austriacis, describit.

Ex his tribus vero capitibus, ne longiores simus, hic nihil annotamus, capite nono, ubi de ipsius Silesiæ Dominis tractabimus, nonnulla in medium adducturi.

CAPITE VII

Formam Reipublicæ, qua Wratislaviani utuntur, ait esse Aristocraticam, quod nimirum ex Patriciorum ordine, ac lectiore Civium honoratiorum parte, quindecim, ex tribubus vero, Institorum puta, Zythopolarum, pannificum, & lanionum, nonnisi quatuor in Senatum adsciscant: Hunc Senatum conscriptos a Romulo Patres, aut Athenienſium Areopagitas referre, ejusdemque dignitati nihil ob id decedere, quod non omnes Patricii sive nobiles sint; sed plebeji etiam ac tribules intermixti; cum hi ipsi haud raro illis virtute, prudentia, ipso etiam censu non tantum pares sint, sed & longe superiores. Ad Reip. gubernacula, pergit, antiquitus vix alios quam Cives originarios fuisse admissos, postea tamen peregrinæ virtuti hospitali honore prorsus non fuisse interdictum. Inter alias leges & illam Autor comperit, ne Senatores Principi alicui prædiorum ratione jurejurando sint obstricti, quippe cum haud raro intercurrant, quæ utrumque minime patiantur: eam tamen haud adeo stricte observari. Præfecturam in universum Ducatum Wratislaviensem huic Senatui ob perpetuam sapientiæ opinionem, ab Imp. jam ab anno 1336. quo Henrico VI Wratislaviensi Duce jure Caducitatis Ducatus in possessionem Joannis Luxemburgici pervenit, usque ad annum 1636 a Bojemiæ Regibus fuisse commissam, quorum Tabulam, a nobis infra, ubi de Senatu Silesiæ agemus, exhibendam, secundum temporis seriem adjungit. Præsidialem postea dignitatem cœpisse in Bartholomæo Dobschutzio & in hujus fato concessi locum suffectum fuisse Stanislaum Aicheuserum de Leonhartwitz, Sac. Cæs. Majestatis Consiliarium, Virum laudibus omnibus majorem, cui vel ideo multum debeat Wratislavia omnisque posteritas, quod post abdicatam Ducatus Præfecturam exemptionis a Cæsare Augustissimo petendæ Senatui inter primos Auctor fuerit, ipseque adeo una cum nobilissimo *Joanne de Pein*, Syndico, Imperatoriæ itidem Maj. jam nunc Consiliario, & Ducatus Wratislaviensis Cancellario in Aulam Cæsaream profe-

profectus. commissum sibi negotium summa fide & industria, parique felicitate expediit: obtento ibi privilegio, ut Wratislavia deinceps in numerum Statuum Immediatorum relata, & a Præfectura Ducatus Wratislaviensis, ejusque jurisdictione, tam in politicis & militaribus negotiis, quam in administranda justitia, exempta penitus ac separata, a nemine alio, quam Bojemiæ Rege, ejusque Supremo in Silesia Præside, dependere debeat. His deductius & doctius explicatis docet ulterius noster, Dignitatem illam Senatoriam non temporariam esse aut unius anni, velut Romanorum Consulatum Tertullianus vocat, sed perpetuam & ad vitam; nisi quem aut munus suum gravi de causa deponere, vel eodem ob noxam aliquam destitui, contigerit: Officiis interea ipsis, quæ ut numero plura, ita pulcherrime distincta sunt, subinde inter Senatores permutandis. Subnectit dein rationem, tempus, & ritus electionis, cujus peractæ approbationem sive a Rege Bojemiæ, sive a summo Silesiarum Præfecto petere, Senatui non esse necessarium: idque ex speciali Principum suorum ac Regum indulgentia.

Tum ad Consulum, Scabinorumque gubernationem & officium:

Syndicorum porro, & Secretariorum, (ut vocamus) Scabinographorum, Tutelarium Magistrorum, seu Præfectorum pupillarium, Advocatorum item urbicorum &c. munia digreditur. Quibus late descriptis, bonas Wratislaviæ leges, & præclara Reipublicæ instituta erudite deprædicat, eorumque exactam observationem, justitiæ præsertim administrationem celebrat, adducto in testimonium Caselii carmine, ad Thomam Rhedigerum scripto:

Quin & ego Breslæ felices prædico Cives:
Non quia sunt dites, uti sunt, & jugera campi
Millia arant, mercesque vehunt, revehuntque per urbes.
Mœnia mirantur, palatia, strata viarum,
Turritas alii portas, & splendida templa,
Quæque procul veniens primum novus aspicit hospes.
Nam placet una mihi perrara & plena salutis
Eunomie, *princeps rerum clarissima Soloni:*
Eunomie *pœnis enormia facta coërcet:*
Eunomie *fovet, & tribuit sua præmia justis,*
Et non degeneres ad summos ducit honores, &c.

De Jure postmodum Saxonico hic introducto, ejusque auctoritate disserit, additque inter Urbis prærogativas non postremam esse, quod Se-

natui Leges ferre, abrogareque, atque ita ſciſcere & antiquare, uti temporum ratio, atque uſus poſtulat, jus fasque eſt: adeo quidem, ut nec principali autoritate ſive confirmatione in eam rem opus habeat.

Ex quibus Henelius occaſionem nanciſcitur de Statutis urbis peculiaribus, de Conſtitutionibus judiciariis, proceſſu juris ordinario, de præſcriptione præſertim rerum immobilium &c. prolixius diſcurrendi, tandemque monendi, poteſtatem illam Wratislavienſium in Statutis condendis intelligi oportere, *ſalvo Jure Regio*: ne nimirum de Caſibus ſummæ poteſtati reſervatis diſponant aliud. De *bonorum Communione inter Conjuges* demum paucis differens capiti ſeptimo facit finem.

CAPITE VIII

Civium Jura, Ordines, & Studia, varia item Civitatis decora, quaſi per ſatyram recenſet: Communitatem Wratislavienſem præter nobiles, patricios, litteratos, & ſi qui alii in hunc cenſum ex honeſtioribus venire poſſunt, magna ſui parte ex MERCATORIBUS (qui Græcis non ſimpliciter ἔμποροι, ſed μεγαλέμποροι, Latinis nonnullis, & in his Apulejo, Magnarii Negotiatores, nuncupantur) multo maxima autem ex Opificibus ſive Mechanicis conſtare ſcribit: hos in certa corpora, collegia, ſive ſodalitia diſtributos eſſe, ex ipſis ſodalitatibus alias aliis potiores; ſed ita conſtitutas, ut Civitati & Reipublicæ ſua opera & opere vere opem ferant & opes: Ampliſſimas inter eas jam olim fuiſſe, quæ vel ex lana pannos, vel ex lino telas, etiam exteris pretioſas, ſingulari artificio texuerunt, pannificum nimirum & linteonum.

De Zythepſarum porro Collegio, honore, ſtatu priſtino, & reipublicæ ab iis hauſto vectigali, multa, pauca vero de Oenopolarum fraude, quam in vinis condiendis, vendendis adhibent, nonnulla etiam de ſtatutis, legibus, congreſſibus, ſemioribus, quibus opificum corpora gaudent, differit.

Quo loco & illud annotatu dignum cenſet, cum Urbs tota in quatuor vicos, aut regiones, *Viadrinam* puta, *Ruſſam*, *Olavienſem*, ac *Novoforenſem* rite ſit diſcriminata, ſingulis regionibus *Magiſtros Vicorum*, vulgo Viertel-Meiſter/ præfectos: ad quos vel incendio aut tumultu exorto, vel alia neceſſitate poſtulante, univerſæ regionis habitatores accedant: ut ſinguli ſuæ præfecturæ Viros in locum ſibi attributum, ad cuſtodiendum puta Urbis portas, Curiam, armamentaria, molendina, loca alia publica,

blica, vel plateam aliquam deducant. Wratislaviam denique portarum accuratam esse observatricem, periculorum quippe memorem, quæ Urbes manent, nisi huic parti summa prudentia & vigilantia prospiciatur.

Ad præsidium tandem militare procedit Auctor, cujus Legiones pro signorum militarium ratione, aut vexillorum colore in *Caruleam*, *Rubram*, & *Flavam* sortitur: quibus sua ætate pro defensione Insulæ D. Joannis accessisse Quartam, *Viridem* a vexilli itidem colore dictam, tradit. Civitatem ipsam divisam fuisse suo tempore in cohortes duodecim, quarum quælibet Præfectum habuit, & hic vicissim legatum, seu Vicem ejus gerentem, nec non vexilliferum ex honestissimo Civium ordine delectos, istisque muneribus idoneos: tum Curatores alios inferiores ad imum usque, quales sunt in cohortibus militaribus stipendio conductis. De quorum Præfectorum negotio, cohortium officiis, exercitiis, armis, excubiarum ordine, & similibus breviter tractans, digreditur ad

CAPUT IX,

In quo Ecclesiastici Status, ac Regiminis rationem, Scholarum & Hospitalium Constitutionem exponit, quorum tamen methodum hic adducere nolumus, cum multa, quæ iis objicienda sunt & opponenda, habeamus, quæ brevibus proponi & explicari sufficienter nequeunt: imposterum autem, ubi in ipsam illam Breslographiam commentabimur, sine bile, & sine alterius partis læsione modestis verborum pacificorum coloribus exprimenda.

CAPITE X

Adversa Urbi ab aquis, peste, igne, & annonæ caritate enumerat.

CAPUT XI

Incommoda a bellis & hoste externo, variaque inde eventa sub oculos, animosque subjicit.

ULTIMUM

demum pericula Urbi ab hoste domestico & seditionibus illata secundum temporis rationem fusiori depingit calamo: quæ omnia cum absque fusiori descriptione plene & perfecte intelligi nequeant, lectorem invita-

invitamus, ne moram impatienter ferat; erit enim, ubi facundum iſthoc, & curis ſecundis fœcundum, opus in lucem dabimus, & in unica Wratislavia totam Sileſiam, veluti cor in corpore, Sileſiam in Sileſia, exactamque dulciſſimæ patriæ imaginem in ſpeculo quaſi clariſſime expreſſam, jucundiſſimeque luſtrandam, exhibebimus. Meretur interim Wratislavia caput Sileſiæ phaleuco, eademque nobiliſſima nobiliſſimorum virorum genitrix heroico carmine ab Jo. Fechnero in Sylvis Elyſiis deſcripta commendari, quæ duo carmina ſerie III. pag. 58-63 leguntur, & ſuo forte quondam loco a nobis inſerentur.

§. 5.

URBIUM Indicem promittit Auctor.

Reliquarum urbium & Opidorum, quæ præſertim fama celebriora ſunt, nomina & ſitum tabula chorographica Martini Helwigii lectori exhibet. Indicem tamen quendam, velutique notitiam adſcribam: ſed indicem tantum dico, eumque ordine litterario diſpoſitum, donec pleniorem aliquis, cui plus ocii ad minutiſſima quæque indagandum ſupperit, deſcriptionem urbium exhibeat; Summa ipſe rerum capita duntaxat ſectatus, faſtigia (*a*) laudum quaſi pugno comprehendam: aliis radices, herbas, flores relinquam.

(*a*) Auctoris veſtigiis & nos inhærebimus, ea tantum adjecturi, quæ vel præſentia explicent, vel ea, quæ ab Henelii tempore hucusque mutata ſunt, breviter indicent: fuſius enim referre nec noſtri inſtituti eſt, nec virium, cum omnia libri hujus anguſtia non caperet, nec plura nobis ſint perſpecta, quam ea, quæ obiter duntaxat, & tumultuariò addemus.

§. 6.

AURASIUM.

Auraſium (*a*) Auraß/ opidulum, Oderæ fluvio adſitum,

adſitum, tribus milliaribus Wratislavia diſtans, nullis quidem mœnibus circumdatum, ſed arce præditum: ex eorum numero, quæ feuda burgenſia (*b*) ſive caſtrenſia dicuntur, & cujus adeò Dominus inter ſtatus minores cenſetur. Georgii Bojemiæ Regis beneficio circa annum Chriſti 1466 dominium ejus acquiſivit, & arcem inibi exſtruere cœpit Chriſtophorus à Skopp, vir bellica laude inſignis (*c*)

(*a*) Auris vel Aures hodiernis Incolis audire mavult.

(*b*) Burg-Lehn.

(*c*) de hoc heroe Scoppio confer infra Scholia ad §. de urbe Francoſteina.

Exſtrui cœptum eſt anno 1466; verum 1555 bina vice, menſibus Februario & Octobri, magnas ab irato Vulcano clades accepit.

Nundinæ celebrantur 1. in Converſione S. Pauli. 2. Feriâ tertiâ Pentecoſtes. 3. Dominicâ poſt Bartholomæi feſtivitatem.

Anno 1673 erkauffte dis Städtlein vom Freyherrn von Sauerma nebſt zweyen dazu gehörigen Dorffſchafften (Titul) Herr Caſpar Freyherr von Schallenfeld/(Tit.) Herrn Peters von Muckendorff Eydam/ vor und um vierzigtauſend Thl. Schl. J. H. Cunradi in MS. Jetzo wird Auras beſeſſen von Ihro Durchl. dem Hertzoge Chriſtian Ulrich von Würtemberg und Oels.

§. 7.

BENISCHOVIA.

Beniſchovia **Beniſchau**/ opidum in agro Oppavienſi (*a*) cum arce ſplendida Melchiorum. Argenti fodinas in eo tractu quondam floruiſſe, apparet ex privilegio, quod Ottocarus Bojemiæ Rex Civitati Oppavienſi Anno Chriſtiano 1275 conceſſit.

(*a*) Ligneum præter Eccleſiam & arcem, ad Oppam fluviolum ſitum.

A. 1624 ſanguine hîc pluiſſe, & duos in aëre exercitus contra ſeſe invicem pugnantes fuiſſe viſos, ſcribit F. Lucæ fol. 2220. Quod de pluviâ ſanguinea addit, fabulam redolere videtur. Scriptum eſt ab Avicenna, pluiſſe aliquando vitulo. Memorant etiam pluiſſe carnibus. At quis hoc credat, ut merito quærit Gaſſendus Animadv. in 10. Diogen. Laert. p. 997. Mea fecerim hic verba D. Ch. Helwich ex diſputat. quadam Regiom. habita: Non poſſumus à nobis impetrare, ut hiſtoriis iis (de inſolitarum rerum pluviis) *citra ullum dubium indifferenter omnibus ſubſcribamus.* Et dudum Τερατολογῦντες illi apud ſagaciores fidem decoxerunt. Conf. hac de re Cl. Hartman. Diſſert. in append. Anni, niſi fallor, ſeptimi decur. 2. Ephemerid. German.

§. 8.

BENDSCHINA.

Bendſchina Bendſchin/ Opidulum (*a*) immunitum ditionis Jägerndorffenſis in Moraviæ confinio, famam aliquam nactum à Joanne Cuntio, viro, dum vixit, ibi Senatorio, ſed poſt mortem lemure apprimè inſigni. Hiſtoria lectu digna, quam à capite ad calcem usque eruditè deſcripſit præmiſſam Illuſtris illius Joh. Franciſci Pici Mirandulæ Domini Concordiæque Comitis de ſtrigibus, ſive dæmonum ludificatione *dialogis* V. Cl. Martinus Weinrichius, (*b*) Doctor olim noſter, cujus etiamnum mihi eſt memoria.

(*a*) Benſcha quoque dicitur; præter Eccleſiam lignea.

An. 1645 machte ſich der Ungriſche Graf und Obriſte Palfy überaus luſtig mit ſeiner angenehmen Geſellſchafft in einem Hof vor dem Städtlein/ ward aber vom Schwediſchen Reichwald unverſehens überfallen/ und gefangen weggeführt. F. Lucæ in Chron. Sil.

(*b*) Acceperat iſte Martinus Weinrichius à Magnifico Domino Joanne Cratone à Craftheim, cui fuit familiariſſimus, Joannis Franciſci Pici Mirandulæ Domini Concordiæque Comitis *Strigem* ſive de Ludificatione Dæmonum dialogos tres, quos cum aliquandiu apud ſe retinuiſſet, filius deinceps Carolus, J. U. C. poſt patris mortem Argentorat. 1612. 8. edidit,

edidit, & Henrico Wenceslao Monsterbergensium ac Olsnensium Duci inscripsit, in qua dedicatione alia quædam Patris opera commemorat. Adjecit quoque Epistolam Patris ad Cl. Medicum & Philosophum, D. Andream Libavium, de quæstione: Utrum in non maritatis & castis (virginibus aut viduis) mola possit gigni? Dialogis illis præfationem luculentam adjecit Pater, continentem narrationem duorum operum magicorum & judicii de iis lati, ut verissimam ita cognitione dignissimam, contigeruntque An. 1591 & 1592 in Silesia. Epistola hæc scripta est Breslæ Cal. Mart. An. 1601.

§. 9.

BERAUN.

Beraun Opidulum Dynastiæ Wartenbergensis. (a)

(a) Illustrissimi Burggravii de Dohna opidulum hoc esse non noster tantum, sed & Geometræ scribunt, ac præsertim Sculteius noster Sprottaviensis; de quo tamen loco Ipsemet Illustr. Dynasta nihil sese scire mihi bina vice confessus est. Videtur etiam Autor libelli, in quo Viader noster describitur, (der Oder-Strom) cum *Berauna*, quam Monasterium esse scribit, confundere *Beraunam*, vel (ut alii scribunt) *Braunam*, celebre illud RR. PP. Benedictinorum Cœnobium in vicina Bohemia haud procul à Silesiæ limitibus.

§. 10.

BERNSTADIUM.

Bernstadium, Cromero Beriltovia, & Beroltho-via, nonnullis Berolstadium, Berolstadt, in veteribus diplomatibus, hodie autem vulgariter Bernstadt/ (a) opidum ad VVeidæ fluenta, loco neque inamœno, neque infœcundo situm, & Ducali (b) arce ornatum: quæ nunc sedem præbet Excelsissimo Principi Henrico VVenceslao, Duci Mönsterbergensi in Silesia & Olsnensi, supremoque Silesiarum Præfecto. Miserabili

incendio anno hujus (c) seculi tertio funditus ferè delectum, cives maximam partem restituerunt.

(a) Fossis & muris cinctum, Templo sat amplo, turribusque spectabilibus ornatum. Ex Urbium illarum numero, quas An. 1293 Henricus V Wratislavienſis Cunrado Glogovienſi cedere coactus fuit. Hæc tamen Cunrado I Olsnenſi Principi ab Henrici V filio An. 1319 restitui debuit.

(b) Arx ista à Sereniſſimo Principe Chriſtiano ante nonnullos annos renovata; quæ tamen hodie, postquam Princeps hic Olsnam transmigravit, Ducalis sedes Principis Julioburgenſis esse cœpit. Præterito seculo circa annum 1642 & 47 magnas à Suecico milite sustinuit ærumnas.

(c) An. 1659 abigne, quem sceleratiſſimi duo incendiarii suppoſuerant, postea VVolaviæ & ipsi rogo impoſiti, Urbs tota quanta concidit, fortunis rei familiaris penitus privata.

An. 1643 truncken zu Bernstadt drey Soldaten bey einem Leinweber aufs Teufels Gesundheit. Worauf der böse Geist alsobald zum Fenster hinein kam/ und den Anfänger mit den Füssen haltende/ etlichemahl mit dem Kopff wider den Ofen warff: wie dieser aber öffters JEsus! rief/ verließ ihn der Satan/ fuhr oben durchs Dach/ und riß etliche Balcken/ und ein Theil des Schindel-Dachs vom Hause hinweg. Frid. Lucæ p. 2252. Item Tom. V Theatri Europæi fol. 55.

§. II.

BYTHONIA.

Beuthena, ſive Bythonia, **Beuthen** / Polonis Bithom, opidum in Sileſiæ & Poloniæ confinibus ad radices Carpathi ſitum, vetuſtis argenti fodinis ac Baronatus dignitate clarum: qui à Matthia I Hungariæ Rege Johanni Zerotinio cum caſtro Schwerlenicenſi, omnibusque adeo pertinentiis, juribus & emolumentis A. C. 1477 oppignoratus ad Johannem poſtea Oppolienſem eodem jure pervenit: à quo Georgius Marchio Brandenburgenſis certâ pecuniæ ſumma perſolutâ

ad

ad ſeſe transtulit, Ludovico Rege in tantum conſentiente, ut oppignoratio iſta ad Georgii & proximi ejus hæredis Succeſſoris vitam duraret, nec niſi mortuis illis luitio fieri poſſet. Et poſſeſſionem quidem Marchio nactus eſt, etiamnum vivo Duce, metallicasque fodinas, quæ ſive ob operarum negligentiam, ſive alia (*a*) de cauſa intermiſſæ fuerunt, præcipuè verò Tarnovicenſes argenti & plumbi feraces inſtauravit. Ei ſucceſſit Filius Georgius Fridericus, quo Anno Chriſti cIↃ IↃ III defuncto Joachimus Fridericus Elector Brandenburgicus poſſeſſionem Ducatus Jägerndorffici, juxtaque Beuthenſis, & Oderbergenſis pariter oppignoratarum Dynaſtiarum poſſeſſionem adiit: nec multo poſt eam provinciam Sileſiacam filio ſecundo genito Joanni Georgio cum omnibus juribus ac pertinentiis ad ſe devolutis ceſſit: quam & poſtea illi frater in familiæ erciſcundæ pactis adſignavit. (*b*) Ab hoc vero cum Cæſar Beuthenſem & Oderbergenſem ditiones Antichreſeos jure ad ſe devolutas repeteret, gravis exinde, quoad melioraciones maximè, & fructus exorta controverſia: cui finis tandem decima ſeptima Maji A. M DC XVIII per ſententiam in ſupremo Sileſiæ judicio latam impoſitus fuit. Hodie toparchias iſtas, non exigua pecuniæ ſumma interveniente, eodem pignoris jure poſſidet Vir nobilis Lazarus Henckelius. (*c*)

(*a*) Autor Antiquitatum Monaſterii Miechovienſis R. D. Samuel Nakielsky pag. mihi 288 ex Cromeri lib. 12 cauſam ſcribit ſequentem: *Hoc ipſo Anno 1367* (inquit ille) *teſte noſtro Miechovienſi cives Bythomienſes*

in Silesia furore acti, Petrum Paracum, & Nicolaum, qui ipsis erat à sacris concionibus, submiserunt, & propter hoc vena argenti & plumbi olim fœcundissima apud eos evanuerunt, neque hoc modo pœnâ Bythomienses faciem illud luerunt, sed etiam ab Episcopo Cracovienſi interdicto percussi, & honore omni privati sunt, damnatiq;. ne qui ex posteritate eorum deinceps sacris initiarentur, aut ullis sacerdotia obtinerent. Qui demum ab interdicto, & cæteris pœnis post biennium apud Pontificem Max. permagno se redemerunt.

(*b*) Quam graviter Anno 1609 dimicatum fuerit inter R. D. Blasium Bronovienſem Ordinis Canonicorum Regularium Custod. SS. Sepulchri Crucigerorum cum Cruce duplici Ecclesiæ Xenodochialis extra opidum Bythomienſis Præpositum, & Bernhardum Lychonowsky, Calvini sectatorem, Præfectum Bythomienſem, occasione Cœnobii ejusdem Civitatis, ad dispositionem ac jurisdictionem solius Conventus Miechovienſis ex vi fundationis spectantis, & quam Præfectus ille miris modis dictum Præpositum exagitaverit, inhibendo propriis ipsius subditis, incolis Charzovienſibus, præstationem servitiorum ac operum, de jure sibi, suæque Ecclesiæ debitorum, totam hanc potestatem in se transferendo, quamque iniquis Præfecti conatibus, ea animi constantia ac doctrina, qua præditus fuit, Præpositus restiterit, sub protectionem Celsissimi Principis Episcopi Wratislavienſis uti supremi ac Generalis utriusque Silesiæ Capitanei, ad quem confugerit, ac illius opem in tali oppressione imploraverit, exacte legitur in Historia Monasterii Miechovienſis, p. m. 824. 825. & seqq. ad quam lectores remittimus, illos præsertim Religiosos, qui bona possident, aut pagos habent in Territoriis, quæ absente Principe per Præfectos gubernantur.

Fuit autem Cœnobii illius primus Fundator Vladislaus Oppolienſis & Ratiborienſis, ut ex documento hujus Ducis authentico An. 1257 nona Kalendas Junii dato constat. Satmulta etiam de Cœnobii hujus erectione & dote inveniuntur in libro, quem de Monasteriis per Diœcesim Cracovienſem constitutis conscripsit Rerum Polonicarum scriptor gravissimus Joannes Dlugossus, Canonicus Cracovienſis.

Fundationis Pelliceorum pro pauperibus illius Nosocomii, quam R. D. Joannes Brarkowsky loci Præpositus erexit, annectere libet Instrumentum sequentis tenoris:

In Nomine Domini Amen.

Proconsul, & Consules, totaque Communitas Civitatis Bythomienſis

ſis ſuperioris Sileſiæ, matura deliberatione inter nos facta & de unanimi omnium noſtrorum conſenſu, in publica congregatione, quam die 18 Maj. Anno Chriſto nato 1623 in loco conſueto Curiæ Civilis, alias in Prætorio, habuimus, & in Acta Conſularia Civitatis noſtræ, ad perpetuam rei memoriam futurorumque Succeſſorum notitiam, ingroſſare volumus. Quia nos inſtinctu Chriſtianæ pietatis à R. Dno. Joanne Bratkowsky de Ordine Canonicorum SS. Sepulchri Domini Hieroſolymitani, Conventus Miechovienſis Hoſpitalis S. Spiritus in ſuburbio Bythomienſi conſiſtentis Præpoſito, certam ſummam ducentorum talerorum, in quemlibet talerum groſſos triginta ſex legitimæ & uſualis monetæ Polonicæ, computando, in fidem publicam noſtram Succeſſorumque noſtrorum recepimus, cum obligatione cenſus annui duodecim talerorum, monetæ uſualis Polonicæ, in quinque Pelliceos arietinos in operimentum pauperum & miſerabilium perſonarum, in Hoſpitali S. Spiritus, extra muros Bythomienſes (profeſſionis tamen Catholicæ Eccleſiæ) degentium, juxta piam intentionem ac voluntatem dicti Dni. Præpoſiti expendendorum. Qui quidem pellicei debent eſſe ſufficientes, bene expoliti, duodecim taleris condignè reſpondentes, ſi leviori pretio fuerint coëmpti, tunc id quod ſuperfuerit Dominis Proviſoribus reſtituendum: ſin autem graviori, tunc id, quod reſiduum fuerit, Proviſores impendere tenebuntur. Eos autem pelliceos Nos Præſul & Conſules, pro tempore exiſtentes, tempeſtive parare, & absque ulla dilatione, pro quolibet feſto S. Michaëlis Archangeli, quotannis ad manus Dni. Præpoſiti & Proviſorum dicti Hoſpitalis exhibere curabimus, in pauperes ibidem degentes diſtribuendos. Licebit autem Domino Præpoſito & Proviſoribus, pro qualitate & neceſſitate perſonarum, dictos pelliceos diſtribuere, & vetuſtiores, ſi qui ſuperfuerint, in alias miſerabiles perſonas, etiam extra Hoſpitale degentes, convertere. Quam quidem fundationem & ordinationem Dni. Præpoſiti, Nos Proconſul & Conſules, totaque communitas, uti verè Chriſtianam ac religioſam in omnibus punctis & clauſulis perpetuo duraturam cupientes, ſe ſuosque Succeſſores ad omnia, quæ in hac inſcriptione expreſſa habentur, inviolabiliter fideliterque præſtanda, obſtrictos & obligatos eſſe declaramus in ævum. Ne quis autem de fide harum literarum dubitet in evidentiam, & teſtimonium veritatis, eas ſigillo Civitatis noſtræ communiri & roborari juſſimus. Factum in præſentia totius Senatus, utpote Joannis Grochut, Conſulis, Jacobi Dluginickl, Georgii Goczki, Joannis Bernhart, Joannis Ogun Senatorum, & Matthiæ Chmiel Judicis, Beuthomiæ 8. Maj. à Chriſto nato 1623.

Nos

Nos in piam pii Pelliceorum Fundatoris memoriam, nomen, & charitatem egenis exhibitam ſequens ana- & epigramma ſcripſimus:

JOANNES. anagramma: EN JASON!

EN JASON noſter Reverendus Myſta JOANNES!
Quod fert Pauperibus Vellus, inaurat amor.

(c) Cujus poſteri ab Auguſtiſſimo Cæſare Leopoldo Comites creati, ſpecialis in Comitiis generalibus Seſſionis, & voti habendi prærogativa donati ſunt, quemadmodum cap. 2 annotavimus.

Quid verò in Succeſſione Dynaſtialis hujus dignitatis hodie, & imposterum obſervandum, ſubjunctum Decretum Cæſareum, ad ſupremam Curiam datum, indicat:

Leopold.

LIebe Getreue / demnach Wir ſo wohl die beyden bißher in Streit geſtandene Partheyen / als nemlich die (Tit.) Julianam Maximilianam verwittibte Gräffin Henckelin / gebohrne Gräffin von Coob / nomine ihrer mit weyland Leo Ferdinand Graffen Henckel erzeugter unmündiger männlicher Pupillen / und dann den (Tit.) Carln Maximilian Graffen Henckel / Freyherrn von Dommere-Marck / wegen der von beyden prætendirten Succeſſion in der Würde und Prærogativ der freyen Standes-Herrſchafft Beuthen / als auch Regierung derſelben / und dann der Bevormündung obbeſagter Pupillen vermöge des Beyſchluſſes allergnädigſt beſcheiden laſſen / als auch ihre pacta diviſoria de An. 1668. & 1670. jedoch unter gewiſſer Reſtriction des Pacti de Ann. 1665. in Paragraphis quinto & vigeſimo, wie die Beylagen gleichfalls zeiget / allergnädigſt confirmiret haben. Als wollen Wir Euer Ld. und Euch ſolches hiemit nicht allein zu Dero und Euerer Wiſſenſchafft allergnädigſt bringen; ſondern auch in Gnaden anbefehlen / daß Sie und Ihr über ein und andern die Ober-Amtliche Hand halten: und abſonderlich ratione Tutelæ in der fernere Vorſehung thun ſollen / womit alles gehöriger und gnädigſt reſolvirter maſſen vollzogen und derer Pupillen Beſtes beobachtet / die Vormünderin aber beſonders in der führenden Regierung in allen erforderlich mainteniret / und aller Prærogativen der freyen Standes-Würde / nomine Ihres ältern Sohnes / biß zu deſſen erlangter Mündigkeit / genoßbar gemachet werde. Hieran beſchicht ꝛc. Wien den 8. Aug. 1701.

Von

Von der Röm. Kayſ. auch zu Hungarn und Böheimb Königl. Maj. Unſers allergnädigſten Herrn wegen/ ꝛc. der wohlgebohrnen Frauen Julianæ Maximilianæ verwittibten Gräffin Henckelin/ gebohrnen Gräffin von Coob/ hiermit in Gnaden zu eröffnen; Allerhöchſt beſagte Ihro Kayſerl. und Königl. Maj. hätten Ihnen alles dasjenige/ was ſo wohl Sie Frau Gräffin Henckelin/ nomine Ihrer mit weyland Hn. Leo Ferdinand Graffen Henckel ꝛc. erzeugter zweyer unmündiger Söhne/ als auch der wohlgebohrne Herr Carl Maximilian Graff Henckel Freyherr von Dommersmarck ꝛc. in puncto der Succeſſion in der freyen Standes-Würde/ und Regierung des Beuthniſchen Adels / wie nicht minder der Bevormündung beſagter Gräffl. Pupillen in unterſchiedenen Supplicatis und deductionibus bey Ihrer Kayſ. und Kön. Maj. allerunterthänigſt angebracht/ das Königl. Ober-Amt darauf gehorſamſt eingerathen/ und vorgeſtellt/ umſtändlich und gehorſamſt referiren und vortragen laſſen/ dabey auch in allergnädigſte Conſideration gezogen/ in wie weit die Pacta diviſoria de datis d. 19 Maj. 1665 und den 17 Junii 1670ſten Jahrs hierinnen zu admittiren oder der Sachen einigen Ausſchlag zu geben vermöchten.

Und nun allerhöchſt ernennte Ihro Kayſerl. und Königl. Maj. nach reiffer der Sachen Erwegung/ und derer dabey ſchwebenden Umſtänden wohlbedächtiger ponderirung aus erheblichen Urſachen allergnädigſt befunden/ und reſolvirt/ daß des verſtorbenen Herrn Leo Ferdinand Graffen Henckels hinterlaſſene Söhne/ und männliche Poſteritât mit Obſervirung der Primogenitur, ſo lang ſelbige Linie währet/ die [illegible]ge Standes-Würde/ und die davon dependirende Prærogativæ, wie nicht minder die Regierung des Adels der freyen Standes-Herrſchafft Beuthen halten/ genieſſen und führen.

Wann dieſe Linie aber verlöſchet/alsdann des Herrn Graffens Carl Maximiliani Henckels Poſteritât/und nach dieſer die Oderbergiſche Linie, mit jederzeitiger Obſervirung der Primogenitur dazu gelangen; keiner aber/der nicht der alleinſeligmachenden Catholiſchen Religion öffentlich zugethan/ admittiret werden ſolle: Allermaſſen auch ſolches in der unter heutigem Dato allergnädigſt ergangenen Confirmation derer pactorum diviſoriorum mehrers enthalten iſt/ dahingegen die Frau Gräffin/vermöge der unterthänigſt gethanen Anerbietung/ auch die Abſchreibung derer 50000. Fl. an der Henckelliſchen Cameral-Obligation allein auf die Part ihrer Kinder zu nehmen verbunden ſeyn ſolle.

Was aber die Tutel über beſagte ihre Pupillen belangt/haben Ihro

Kayserl. und Königl. Maj. allergnädigst resolviret / daß solche der Frau Gräffin auch ratione der freyen Herrschafft Beuthen b ß zu erlangter Majorennität ihres ältern Gräfflichen Pupillens dergestalt aufgetragen seye / daß selbte die alldortige Gräfflichen Landes Hauptmann / und Regierung pro Assistentibus, & Contutoribus, oder Neben-Vormünden haben solle: Allermassen auch auf solche Weiß und Art diese Tutel hiermit allergnädigst aufgetragen / und sie sich derer Pupillen besten in allem gehörtiger massen anzunehmen wissen wird. Welches mehr allerhöchstgedachte Ihro Kayserl. und Königl. Maj. der Frau Gräffin / wie hiemit beschiehet / pro Clementissima resolutione zu bedeuten allergnädigst verordnet haben. Wornach sie sich zu richten. Und es verbleiben öffters allerhöchst ernennte Ihro Kayserl. und Königl. Maj. der Frauen Gräffin mit Kayserl. und Königl. Gnaden wohlgewogen. Decretum per Imperatoriam Regiamque Majestatem in Consi. Bohemico, Viennæ die 8 mens. Aug. An. D. 1701.

Johann Frantz Graf von Würben.

(L.S.) H. W. G. von Franckenberg.

H. von Pein.

WOn der Röm. Kayserl. auch zu Hungarn und Böheimb Königl. Maj. Unsers allergnädigsten Herrn wegen ꝛc. dem (Tit.) Herrn Carl Maximilian Henckel / Freyherr von Dommersmarck / hiemit in Gnaden zu eröffnen. Allerhöchst besagte Ihro Kayserl. und Königl. Maj hätten Ihnen alles dasjenige / was so wohl der Herr Graff / als auch die verwittibte Frau Gräffin Henckelin gebohrne Gräffin von Coob nomine Ihrer *mit* weyland Leo Ferdinand Graffen Henckels erzeugter zweyer unmündiger Söhne in puncto der Succession in der freyen Standes-Würde / und Regierung des Beutheniſchen Adels / wie nicht minder die Vormündung besagter Gräfflich. Pupillen betreffend / in unterschiedenen Supplicatis und deductionibus bey Ihrer Kayserl. und Königl. Maj. allerunterthänigst angebracht / das Königl. Ober-Amt gehorsamst eingerathen / und vorgestellet / umständlich und gehorsamst referiren / und vortragen lassen / darbey auch in allergnädigste Consideration gezogen / inweit die Puncta divisoria de datis 19 Maj. 1665 und Junii 1670 Jahres hierinnen zu admittiren / oder der Sachen einigen Ausschlag zu geben vermöchten; und nun allerhöchst ernennte Ihro Kayserl. und Königl. Maj. nach reiffer der Sachen Erwegung / und derer dabey schwebenden Umstände wohlbedächtiger ponderirung / aus erheblichen und wichtigen Ursachen allergnädigst befunden / und

und reſolviret / daß des verſtorbenen Herrn Leo Ferdinand Graffen Henckels hinterlaſſene Söhne / und männliche Poſteritât mit Obſervirung der Primogenitur, ſo lange ſelbige Linie währet / die freye Standes-Würde / und die davon dependirende Prærogativas, wie nicht minder die Regierung des Adels der freyen Standes-Herrſchafft Beuthen halten / genieſſen / und führen: Wann dieſe Linie aber verlöſchet / alsdann des Herrn Graffens Carl Maximilians Henckels poſteritât / und nach dieſer die Oderbergiſche Linie mit jederzeitiger Obſervirung der Primogenitur darzu gelangen; keiner aber / der nicht der allein ſeligmachenden Catholiſchen Religion öffentlich zugethan / admittiret werden ſolle. Allermaſſen auch ſolches in der unter heutigem Dato allergnädigſt ergangenen Confirmation derer pactorum diviſoriorum mehrers enthalten iſt / und dann Ihro Kayſerl. und Königl. Maj. auch zugleich allergnädigſt reſolviret / daß der Gräffl. Frauen Wittib die Tutel Ihrer mit weyland Hn. Leo Ferdinand Graffen Henckels mehr mentionirter maſſen erzeugter unmündigen Kinder / und nachgelaſſener Pupillen auf gewiſſe Art und Weiſe zu conferiren ſeye;

Als haben mehr allerhöchſt gedachte Ihro Kayſerl. und Königliche Maj. ihme Herren Graffen dero allergnädigſte Reſolution, wie hiemit beſchiehet / zu bedeuten allergnädigſt verordnet. Wornach derſelbe ſich zu richten wiſſen wird. Und es verbleiben ꝛc. Decretum &c. Viennæ die 8 Menſ. Aug. An. 1701.

Ceterum, ut ad opidum redeamus, notatu dignum, quod, poſtquam anno 1588 Maximilianus Archi-Dux, ad Bitſchinum infeliciter pugnans, à Polonis captus fuiſſet, anno ſequenti, 1589, Beuthenæ Cæſarei, Polonique Legati congregati de Archi-Ducis liberatione tractarint, quæ & hoc ipſo anno ſecuta fuit.

An locus ille, quem Franciſcus Dux de Gonzaga Tractatu magno de Origine Seraphicæ Religionis Franciſcanæ, ejusque progreſſibus &c. BITHUM nuncupat, hæc ipſa ſit Bythonia, an altera occidentalis, de qua ſequenti §. agemus? certo nobis non conſtat. Orientalem eſſe, nobis quidem videtur veroſimile: cum RR. PP. Franciſcani Conventuales hodieque ſedem ibi fixam habeant, aut Conventum; ſcribit autem *à Catholicis Bithenſibus* A. D. 1453. *Conventum Minoriticum* (ut vocat) *Bithi*, quam *Sileſiæ civitatem* vocat, *in honorem S. Nicolai erectum fuiſſe eleganter ſatis, communibuque ſumptibus proviſum; & ab eorum Succeſſoribus, hæreſi infectis, poſtmodum ad terram dejectum.* fol. 458. In Annalibus RR. PP. Franciſcanorum Diſcalceatorum Conventus iſte, qui hic

Bithenſis audit, *Bithumenſis* vocatur, quemadmodum in ſequenti venerabilis P. Alexii brevi elogio à præmemoratis Patribus mihi communicato legitur: *Venerabilis Pater Alexius de Czips, incontaminatæ vitæ ſacerdos, obiit in Conventu* Bthumenſi *in Sileſia ſito, nunc autem non inhabitato, An. 1489 in Sacello S. Crucis ſepultus, miraculis poſt mortem clarus: nam ſicut refertur in libro continente memorabilia Provinciæ in membrana antiquo charactere ſcripto, 89 ſigna & prodigia ſub conſcientioſis teſtibus examinata, patrata ſunt ad ejus invocationem. Ita ſcribunt illi.*

§. 12.

BYTHONIA vel *BETHANIA.*

Eſt & Ducatui Glogovienſi ſua Bythonia, Carolatenſis Dynaſtiæ opidum Viadro impoſitum, celebre olim nomen conſecutum, cum A. C. 1109 arce munitiſſima in excelſo colle ad ripam Viadri Henrici Cæſaris vires in oppugnatione maſculè ſuſtinuiſſet. Bethania hodie dici amat, (*a*) in qua noſtra ætate Illuſtris ac Generoſus Dominus Georgius liber Baro (*b*) à Schönaich, Carolati, Bethaniæ, Ampticii, Milcaviæ, Nenckerdorffii Toparcha, duorum Auguſtiſſimorum Cæſarum Conſiliarius, memor procul dubio eruditionis potiſſimum ſubſidio ſe ad iſtiusmodi axioma evectum, (*c*) Gymnaſium litterarum nobiliſſimum ſumptibus maximis fundavit, inſtruxitque collegio operoſiſſimo: tum ipſum opidum muniendum exortus foſſis, ac vallis, templo, foro, curia, Xenodochio publico (in quo LXX circiter vel pueri imbecilles, vel ſenectute, quæ per ſe morbus eſt, obruti, vel alio nomine miſerabiles inſtruerentur cunctis ad neceſſitatem ſufficientibus vitæ adminiculis) aliisque ædificiis elegantiſſimis decoravit,

ac

ac multis modis ampliavit: utramque item ripam Oderæ ponte egregio conjunxit: leges denique, Statuta, jura, modum tuendi, conſervandi Collegiis omnibus manu ſua, & ingenio ſuo prompta, non aliunde mutuata præſcripſit: Joannem Schönaichium ex fratre filium hæredem ac Succeſſorem nactus.

(a) Germanis nonnullis Beuthnitz pro diſtinctione ab altero Beuthen in Oppolienſi Ducatu ſito.

(b) Et hujus poſteri Illuſtriſſimi Dynaſtarum Sileſiticorum, Seſſionem & votum in Comitiis Generalibus habentium, numero Gratiâ Cæſareâ hodie accenſentur, uti ſimiliter cap. 2 §. 35 p. 198 ſeqq. legitur.

(c) de hoc Gymnaſio vide, quæ ſup. cap. VI §. 17 pag. 702. 703 ex Dornavio jam adduximus, qui præſertim in Quercu hieroglyphica & Evergete Chriſtiano præclara Illuſtr. Schönaichiorum Proſapiæ decora celebravit, ex quo auctore nonnulla ſeq. cap. ubi de vario Sileſiorum ſtatu agendum, excerpemus.

Sanctimonialium olim hoc opidum habuit Parthenonem, temporum poſtea injuriis Sprottaviam translatum.

§. 13.
BICINA.

Bicina Bitſchen/ opidum juxta Sileſiæ & Poloniæ collimitium, (a) à jurisdictione Ducum Brigenſium dependens: nundinis, (b) ad quas magna præter alias res venales lini copia advehitur, celebre: in annalibus autem noſtris nulla re notius, quam ob cladem An. C. cIↃ IↃ LXXXIIX a Polonis acceptam. (c) Qui cum capto Archi-Duce Maximiliano opidum invaſiſſent, miſere id deprædati ſunt, atque exuſſerunt: Cives ad hoc crudeliſſimè ab iis habiti: multi trucidati: compluresque in acerbiſſimam ſervitutem à Tartaris, qui Polonis militabant, abducti.

 (a) An-

(a) Antiquitate celebre, & Eccleſia Parochiali, turrique ac campana ſpectabile. Noſtrates Germani linguæ Slavicæ ignari proles ſuas huc mittere ſolent Polonici Idiomatis addiſcendi gratiâ. Curia, aliæque domus per incendium anni 1654 deſtructæ ad priſtinum ſplendorem hactenus non rediere. Celebrem præterea facit ſedes Epiſcopalis, quæ aliquando Schmogra ob bellorum inquietudinem eo translata ibi permanſit, donec A.C. 1052 à Caſimiro I Vratislaviam transferretur. Urbis inſigne murus eſt ex lapide quadrato, juxta quem duæ turres ſex faſtigiis conſpicuæ.

(b) Præter linum væneunt in copia mel, cera, equi, boves, & alia pecora.

(c) Annus hîc citatus 1588 à majoribus noſtris ſequenti rythmo notatus fuit:

Tauſend fünfhundert achtzig acht/
Das iſt das Jahr/ was ich betracht/
Gehet daran die Welt nicht unter/
Geſchehen doch ſonſt groſſe Wunder.

Erit operæ precium verba quædam de clade Bicinenſi ex Abrahami Sculteti curriculo vitæ adponere. Sic autem ille p. 17. 18 ad hunc annum: Percellebatur ante meum ex patria abitum univerſa Sileſia irruptione Polonorum in Ducatum Bregenſem. Sed illi capto Archiduce Auſtrio Maximiliano, Rudolphi Cæſaris fratre, nihil præterea hoſtile contra Sileſios aggreſſi ſunt: niſi quod oppidum Bitſchinum, in quo Archi-Dux conſederat, direptum exuſſerunt, cives crudeliter tractarunt, multos trucidarunt, plurimos in triſtem ſervitutem abduxerunt. Cujus miſeriæ cum ſpectator eſſet Eccleſiæ illius loci paſtor, in tanto periculo ſeipſum minime deſeruit, ſed Joannem Zamoſcium, Magnum Regni Poloniæ Cancellarium, eundemque ſummum exercitus Polonici Imperatorem, fidenter adiens, hoc illum diſticho allocutus eſt:

Hoſtis es, an hoſpes? nam quis te dixerit hoſtem,
Qui patrio victos victor amore colis?

Quibus verbis adeo ſibi conciliavit literati victoris gratiam, ut multis aureis Ungaricis ab eo donatus, & militum præſidio ſtipatus, in loca tuta cum ſuis ſit dimiſſus. Verum de hac clade plura aliquando in capite de ſupremis Sileſiæ Dominis acturi ſumus. Notamus interim hoc adhuc unicum, quod extra opidum collis oſtendatur, ſub quo cæſorum corpora quieſcere dicuntur.

§. 14.

§. 14.

BILICIUM.

Bilicium Bilitz/ munitum atque amœnum opidum cum arce non inelegante neque (*a*) invalida, ad cognominem fluvium Bilam, (*b*) extremosque Poloniæ fines. Pars quondam fuit Ducatus Teſchinenſis, à quo exempta poſtmodum ad diſſolvendum æs alienum à Friderico Caſimiro Duce relictum, Carolum Promnicium Baronem aliquamdiu Dominum agnovit: ab hoc ad Adamum Schafgotſchium tranſiit: tandemque in Illuſtris Sonnecciorum (*c*) Baronum de Budiſtin familiæ poteſtatem pervenit.

(*a*) ob ſitum præcipuè elevatiorem.

(*b*) qui in Polonia minore in Viſtulam influit.

(*c*) hodie Comitum.

A. 1578 Principibus & Statibus Sileſ. in Conventu Publico concluſum, ut Bilicium, aut caſtellum potius, quod juxta Poloniæ Sileſiæque limites ſitum ſit, validius firmaretur. *J.H. Conradi in MS.*

A. 1587 à Coſacis & Polonis miſerè devaſtatum. Id.

A. 1684 die 8 Septembris Rebelles Hungari in Sileſiam irruentes Sileſiæ confinia, & hæc inter opidum Bilicium ſpoliarunt, ubi ultra centum perſonas immaniter trucidarunt, ipſumque Archipresbyterum, haud dubie ex odio fidei, in fruſta ſecarunt.

Inter viros doctrinâ claros, quos Bilicium genuit, celebratur ab Henelio noſtro in Sileſia Togata lib. X Elog. 35

Adamus Bielsky à Bilitz/ ſequentibus:

Ingenium habebat ad omnia verſatile: judicium acre: memoriam promptam ac tenacem. Prater Juris utriusque ſcientiam, quæ ei erat loco viatici, Poëſin quoque haud infeliciter attigerat: in oratione ſoluta talis, ut nec elegantiam nec eruditionem deſiderares. Moribus & facillimis & ad omnem vitæ conſuetudinem oppoſitis, ut non minus videretur natus Gratiis, quam Muſis. Equeſtri autem ordini D. Matthiæ Cæſaris autoritate adſcriptus.

ſcriptus. Inde cum ferveute jam bello civili, militiæ laudem ſtudiorum gloriæ adjungere cœpiſſet, in ipſis caſtris maligna febri correptus menſe Februario, Anno Chriſti ſupra mille ſexcentos undevigeſimo, ætatis vero ſuæ trigeſimo ſexto è terris humanis ceſſit non ſine ſummo dolore noſtro &c.

Item lib. VI Elogio 42

Elias Kuntſchius à Breitenwald / *Med. Doct.*

de quo inter cætera in hunc modum ſcribit loco citato:

Erat in illo acerrimum ingenium, & ad ſtudium magnus impetus. Itaque facillimè jactis præclaræ eruditionis fundamentis, cum in Germanicis Academiis aliquot annos medicinæ ſtudio impendiſſet, Alpibus inde ſuperatis Italiam adiit, ex qua poſt edita doctrinæ excellentis præclara ſpecimina Aſclepiadeam tiaram tanquam βραβεῖον promeritum, ſolemni ritu ſibi collatum, in patriam aſportavit. Quos quidem honores Academicos, qui rem leviculam putant, aut ridiculam, ne illi nil plus, quam Lappi, gravitatis habent, & cæci de coloribus, ſurdi de ſonorum varietate judicant. Ad ſuos reverſus cum praxin aggreſſus Oppolii ſedem fixiſſet, plurimis ordinum hominibus fidem, induſtriam, prudentiam ac felicitatem in medendo ſuam eximiè probavit; ob id non modò gemini illius Ducatus Oppolienſis & Ratiborienſis incolis, quibus potiſſimum operam ſuam honeſto ſtipendio addixerat, ſed vicinis quoque, ad quos Medicationum cauſa frequenter vocabatur, in honore ac pretio habitus.

Carmen condidit tam lepidum & eruditum, ut lauream illam ſuam, qua ſe tamen minimè venditabat (& quotusquisque fuit, qui id noſſet?) non à Cæſaris aliquo Vicario, ſed ab Apolline ipſo accipere meruiſſet. Vidi ejus epigrammata diverſa, ſed à quibus præ cæteris illud mihi placuit, quod in ὁμότεχνον quendam ſcripſit in hunc tenorem:

Parturit ancipiti tibi nota puerpera nixu:
Teque ſibi Medicum partui adeſſe jubet.
Excipit obſtetrix: Patris præſentia partum
Difficilem facilem reddere ſæpe ſolet.
Utrius officio es functus? Medicine? Patrine?
Tu Medici *dices: dicet at illa:* Patris.

Denatus eſt Oppolii A.C. 1566, ætatis 57.

§. 15.

§. 15.

BOLESLAVIA.

Boleslavia Bunßlaw/ Althamero Bontzlaviã, Boleslavez Bullæ Innocentii PP. IV. Urbs haud ignobilis, tredecim à Sileſiæ metropoli milliaribus in Ducatu Javorienſi ad Boberum amnem ſita, loco commodo & amœno, ad nemora quippe, & porrecta camporum æquora floridis & irriguis diſtincta pratis: egregiis publicè, privatimque ædificiis (inter quæ Parochiale templum D. Virgini & D. Nicolao (*a*) ſacrum eminet) conſpicua: ab aëris denique ſalubritate, ac ſoli circumjacentis, multò maximè autem ingeniorum præſtantiſſimorum fœcunditate præ aliis commendata. Originem & etymon juxta ſuum debet Bolizlao Alto: (*b*) à quo unà cum arce ſive burgo A. C. 1190 condita, & ab Succeſſoribus Henrico Pio, & Henrico Barbato, qui metallicas iſtheîc fodinas exercuerunt, non parum exornata perhibetur. Propinquus Urbi verſus plagam orientalem fons eſt, lacûs tamen ferè ſpeciem magis habens, quam fontis, viginti quippe tres ulnas longus, latus autem quatuordecim, vulgò der Queckborn/ à voce Saxonica Queck/ quæ pecus ſignificat, quod eò aquatum duci ſolitum, nuncupatus: isque limpidiſſimas aquas largiter & copioſe ejiciens, quæ in piſcium vivaria primum, (ad XLVI eſſe ajunt) per rivum transmiſſæ; mox in piſcinam ſe diffundunt; indeque per tubos ligneos in urbem deductæ publicis &

privatis uſibus ſerviunt: duorum ad hæc molendinorum rotis, antequam in Boberum ſe exonerent, verſandis ſufficiunt. Nullo unquam tempore quicquam impuri, etſi pecus immittatur, in fonte cernitur: tam quidem claro & perſpicuo, ut infimum ſolum, ac ſi nihil obſtaret, perluceat. Æſtate friget: hibernis autem menſibus calet. Coquitur ex ea aqua magnæ bonitatis cereviſia: quam ob id jam olim in Panegyrico ſuo anno ſuperioris ſeculi ſexto Patavii edito celebravit Pancratius Vulturinus verſibus, qui ſequuntur:

Urbe Boleslavâ Cereris commendo liquorem,
Qui longum per iter reliquas deductus ad urbes
Triſte hominum caput exhilarat, Bacchus velut alter.

Regii fontis unde nomen acceperit, ſubſequens epigramma edocet:

Teutonicè Queckborn *me patria terra vocabat,*
Quod fuerim pecudum potus, amorq; gregi.
At Ferdinandus, qui Regia Sceptra tenebat,
Ex me cum liquidas forte bibiſſet aquas:
Protinus obtinui REGIS de nomine nomen:
REGIUS hinc ut FONS nunc ego jure vocer.
Quæ mihi laus major, quam ſi me calcis ab ictu
Elicuiſſet atrox Bellerophontis Equus. (c)

Patria fuit hæc urbs MARTINI, (d) Epiſcopi Wratislavienſis.

(a) De S. Nicolai Templo extra muros Anno 1202 à foſſoribus metallicis

tallicis erecto nihil hodie, præter pauca rudera, conſpicias: in loco vero, ubi hodie Parochialis fundata, jam anno 1190 Wratislavienſis quidam Mercator ad DEI gloriam, & S. Dorotheæ honorem Templum exſtrui curavit ligneum, quod anno dein 1198 mutatum in lapideum, præcedenti vero ſeculo anno 1642 decore ſuo per incendium, quod integram urbem devaſtavit, privatum: annis tamen proximè lapſis plenè fuit reſtauratum: ad cujus introitum in Altari de novo erecto ſequens legitur Ἐπιγραφὴ:

O DEIpara, Virginitatis perpetuæ Exemplar Incomparabile!
Semper honos, nomenque tuum, laudesq; manebunt.
Tibi, tibi Reginæ Cœlorum, hoc poſuit
JOANNES CHRISTOPHORUS BITTNER, pro temp. Reip. hujus Conſul,
unà cum Conjuge ſua dilectiſſima,
BARBARA SOPHIA SCHOESSERIANA.

Munificentia Illuſtriſſimi Ottonis L. B. de Noſtitz ante dimidium ſeculum Ducatuum illorum Capitanei erectum fuit in illo Templo ſacellum, & S. BARBARÆ dedicatum, notatumque aureo hoc epigrammate:

Servus ubi extremam mihi finiet heſperus horam,
Tu mihi ſis præſto, BARBARA ſancta, precor.
Tuus
O Glorioſa Virgo, & Martyr Chriſti, glorioſa
Patrona Agonizantium ſpecialiſima.
Devotiſſimus & humillimus Cliens Ego
Otto L. B. de Noſtitz, p. t. Ducatuum Capitaneus, A. O. R. M DC LXI.
calend. Aug.

(b) Alii hujus Urbis originem Boleslao Criſpo adſcribunt; qui verò cum noſtro Boleslaum Procerum primum faciunt fundatorem, tempus illud reſpicere videntur, quo muris cincta fuit civitas; quod dum Anno M C XC fieret, devotus fœmineus ſexus candidiſſima byſſo veſtitus, Muſica præeunte, pulcherrimo incedens ordine, præeunte Conſulis Conjuge, præſente & annuente Principe, lapidem primum ſeu fundamentalem apportaſſe, & poſuiſſe, foſſores vero metallici lapides reliquos advexiſſe ſcribuntur: id quod Cl. D. Naſo de Löwenfels/& ipſe Boleslavia oriundus, ſequenti celebrat carmine:

Fœmineus nivea ſexus ſub cyclade, primum
Imponit lapidem, fundat & urbis opus.
Aurifodina litat fundandis mœnibus urbis
Saxa, duplex fauſti cardinis omen habet.

Fœminei virtus pietas eſt propria ſexus,
Denotat & puram candida palla fidem.
Sub candore fides hîc à pietate locatur,
Aurifodina, DEI gratia, donat opes.
Communis fiat generis pietatis alumna,
Fœminei generis quæ fuit ante, fides:
Ante alias urbes tunc Boleslavia creſcat,
Quando litabit opes Aurifodina DEI.

Tenuia hæc urbs initia habuit: locus enim, in quo ſita eſt, olim dictus fuit: *Ad tres Popinas* (zu den drey Kretſchamen) iſthic loci in via Regia ſitas.

Inter cetera Privilegia, à Principibus olim urbi conceſſa, inſigne eſt, quod *Tres Turres* ſibi invicem unitas exhibens, *Magiſtratum*, *Scabinatum*, (ut vocant) den Schöppen-Stuhl/ & *Civium Communitatem*, firmiter & conſtanter *Conſentientes* denotat: ab unione tamen iſta deſciverunt Cives, dum Anno 1517 contra Magiſtratum inſurgentes, Conſule è Magiſtrali dignitate dejecto, alium ſua autoritate in illius locum ſublegerunt: duravit autem hoc diſſidium ad annum usque 1523.

Ex Phœnice Redivivo lubet annectere, quid hæc urbs ab hoſtibus ſuis, latronibus præſertim & Huſſitis, olim paſſa fuerit:

Im Jahr 1217 hielten ſich in der Wildnüß/nicht ferne vom Gretzberge/ viel Räuber auff/ welche denen Reiſenden auff dem Lande hin und wieder groſſen Schaden gethan / auch viel / ſo ſich zur Gegenwehr geſtellet/ jämmerlich ermordet. Erwehnte Räuber unterſtunden ſich einer kühnen Vermeſſenheit / verkleideten ſich auff unterſchiedene Geſtalt/ theils in Bauern-Tracht/ theils zogen auff in Kleidung der Handels-Leute/ theils auch/ gleich andern Reiſenden/ ſo ſich einhellig vereinigten/in der Anzahl von 64 Perſonen/ durch Liſt der Stadt Buntzlau ſich zu bemächtigen/ und ſo viel an Gold/ Silber und Kleinodien davon tragen möchten/ einen betrüglichen Raub vorzunehmen: Dannenhero ſelbige an einem Wochen-Marckte / obgemeldten Jahrs/ ſich mit allerhand Handels- Land- und Bauers-Waaren auff etlich und zwantzig Karren / worin ſie ihr Gewehr verborgen hielten/ eingefunden/ und ihren eingeführten Vorrath ſo hohen Werthes gehalten/ daß ſie zu Verheelung ihrer darunter begriffenen Gewehre ſehr wenig verkauffen durfften. Worauff ſie dann ſich in die Wirths- und andere Häuſer/ zuſammt ihren Waaren und Karren/ eingetheilet/und

zum

zum nächtlichen Raub eine gewiſſe Stunde beſtimmet haben. Als nun die Bürger und Inwohner der Stadt in dem ſüſſen Schlaff beſänfftiget lagen/ verſammleten ſich die Räuber/ ohne Gebrauch der Kertzen/ unter den damahligen Fleiſch-Bäncken/ fielen um Mitternacht mit groſſem Geſchrey heraus/ und plünderten die vornehmſten Häuſer/ ermordeten auch über 11 Perſonen/ welche ſich in dem unverſehenen Auffruhr zur Gegenwehr geſtellet hatten. Jederman war beſtürtzt/ und wuſte niemand/ wer ſolchen mitternächtigen Auffruhr erwecket/ oder wie mächtig die Feinde wären. In ſo urplötzlicher Zerrüttung der Gemüther faſſete Johann Bleyhan/damals Vorſteher der Stadt/ ein recht männliches Hertz/ ſchrie den Bürgern und Inwohnern mit heller Stimme zu/ ein jedweder ſolte ſich auf den Ring verſammlen/ um daß man den nächtlichen Räubern und Mördern (welche in dem Raube ſehr geſchäfftig waren/ und die Stadt-Pforte zu eröffnen ſich bemüheten) widerſtehen möchte. Auff ſolche Ermahn- und Ermunterung verſammleten ſich in der Eil mit Nacht-Lichtern und unterſchiedenen Handgewehren auf 200 Inwohner/ denen gedachter Bleyhan/ als ein muthiger Löw/ vorgegangen/ die Stadt-Thor alsbald beſetzt/ die daſelbſt angetroffene und bereits ermüdete Räuber mit bewehrter Hand erleget/und nachmahls mit den Seinigen ſich zurück auf den Ring gewendet/und die übrigen Mörder biß auf 12 Perſonen hingerichtet und todt geſchlagen/ und alſo die in äuſerſter Gefahr vertiefte Stadt von allem Unheil lobwürdig erlöſet hat. Die 12 Räuber/welche man auf angetroffener That in ein Gefängniß feſt verwahret/ haben hernach/nach Ausſprechung der Rechte/gebührenden Lohn empfangen/die erſchlagene und in ſtück gehauene Mörder verſcharrete man unter das Gerichte; dem Bleyhan aber/der durch ſeine Wachſamkeit und männliche Zuthat die Stadt errettet/richteten auf die Bürger und Inwohner eine groſſe ſteinerne Säule/ gegen Mitternacht/die Zeit des erſchrecklichen Auffruhrs damit anzudeuten/ bekröneten die Ehren-Säule mit einem in Stein ausgehauenen ſchön gemahleten Lorber-Krantze/ und ſetzten oben darauff einen vergüldeten Hahn/ nach dem Nahmen und zu ewiger Gedächtniß ihres ritterlichen und unerſchrockenen Vorgängers.

Im Jahr 1427 haben die grimmige Huſſiten (ſo damals die Stadt verheeret und eingeäſchert) auch die ſchöne Ehren- und Ruhm-Säule darnieder geriſſen/ und das Denck Zeichen der männlichen Gegenwehr gantz und gar zernichtet und auffgehoben. Die geiſtlichen Ordens-Perſonen ſperreten ſie ein in die Kirche der H. Hedwig/ und legten um und um Feuer

an/ worinnen die fromme Christen als ein Brand-Opffer dem Himmel gewidmet und auffgeopffert worden. Und weiln die gottselige Christen diesen schmählichen Tod um des heiligen Catholischen Glaubens Bekäntniß willen standhafftig erlitten und ausgestanden/ wie viel Blutzeugen JESU haben ihren Geist in der umschränckten Glut auffgeben? Dem Pfarrer schlugen die Hussiten einen Nagel durch den Kopff/ Frauen und Jungfrauen schändeten sie auff dem Ringe öffentlich/ unter welchem Wunder-Spiel eine wunderschöne Jungfrau Anna Catharina Reinerin/ Ulrici Reiners eines Rathmannes Tochter/ (so damals wegen ihrer fast unvergleichlichen Schöne und tugendreichen Eigenschafft in dem gantzen Lande gepriesen wurde) eine merck- und lobwürdige That erwiesen: Dann als 2 Hauptleute der Hussiten sich kühnlich unterstanden/die Schönheit der keuschen Jungfrauen mit Liebkosen und Schmeicheln (cum taliter obtentus amor gratior & dulcior sit, quam qui violenter exigitur, secundum Epicur. Phil.) in der Pfarr-Kirche (allwo hin Sicherheit wegen die Jungfrau sich verhelet und verwahret hatte) zu besiegen/und ihre angewendete Müh vergeblich uñ umsonst zu seyn erscheinete/setzeten sie den entblösseten Dolch an das reine Hertz der geliebten Jungfrauen/ mit ernster Bedrohung/ daß/ so ferne die Jungfrau nicht ihren hitzigen Begierden zu willigen lebete/anjetzo ihr Blut vergiessen und das Leben verlassen müste. Anna Catharina Reinerin war viel begieriger zur Ehre und Erhaltung des Jungfräulichen Kleinods/ ihr Blut zu vergiessen/ als die Haupt-Leute behertzt ihr dasselbige zu nehmen: stande gleich einem harten und unbewealichen Felsen/ der durch ungestüme Meeres-Wellen wird angefeindet/ [illegible] dennoch nicht erweichet/ noch überwältiget werden kan. Da nun die angeflammte Venus-Geister auch mit Grimm und Bedrohung des Todes nichts auszurichten vermochten/legten sie ihre Dolche auf die Seiten/und untermasten sich die Jungfrau mit Gewalt auf die Erde zu legen/ und ihren zarten und weissen Leib/ als den Sitz und unbefleckte Wohnung der Keuschheit/ durch Antrieb frecher fleischlicher Kühnheit zu entblössen. Die von aller Welt verlassene Jungfrau wuste in ihren Nöthen/ unter den Klauen der begierlichen Tieger-Thiere/ keinen Rath/ wendete ihre Augen gen Himmel/ als zum Zeugen ihrer verwahrten Unschuld/ mit thränenden Seufftzen/ liess mit der rechten Hand ihren Rock fahren/ und ergriff gleich der kühnen Judith des einen abgelegten Dolch/und stach denselben dem einen Hussiten in den Leib/ daß er seinen unreinen Geist aufgeben und verlieren muste. Worauff sie sich zu dem andern (der ihr nach ergangener That an die Gurgel gegriffen/

und

und ſie zu erwürgen gemeint) unerſchrocken wendete / ſtach ihm unverſehens den Dolch in die rechte Seite / welcher gleichfalls neben ihr darnieder gefallen / und mit erſchröcklichen Heulen und Brüllen um Hülffe geruffen: deme dann viel Huſſiten / die auſſer der Kirch ihren Muthwillen und Grauſamkeit an dem Frauen-Volck ſchändlich verübten / beygeſprungen / und die reine mit Blut beſprengte Jungfrau / (ubi purpura ſanguinis candore liliorum intermixta augebat pulchritudinem) unverletzt an ihren jungfräulichen Ehren / bey dem Altar unſer lieben Frauen auf der rechten Hand in viel Stücke erbärmlich zertheilt haben.

Ad pudicam Virginem, Annam Catharinam Reineriam.

Caſta ſuum ut ſervet mulier Judith a pudorem,
Fortis Holoferni demetit enſe caput.
Ut florem intacti ſerves, Catharina, pudoris,
Huſſitas perimis Tu pugione duos.
Sic bene defendit tua Virtus ſtrenua florem,
Erubuit tinctus ſanguine nonne pudor?
Scinderis in multas, Virgo pulcherrima, partes:
Ergo quis intactum dixerit eſſe decus?

Hæc Naſo de Huſſitis: Ubi tamen notandum eſt, quod ſecundum alios, & quidem etiam ſecundum Henelium in Breslographia renovata cap. undecimo, *Boleſlavia ſummam horum hominum crudelitatem jam anno ſexto ac vigeſimo experta fuerit:* ac proinde credibile ſit, uno anno citius, quam Naſo ſcribat, martyres illos Boleslavienſes paſſos fuiſſe.

Eccleſiam S Crucis ab Henrico Barbato jam olim A. 1234 ex lapide ſtructam, & ſacro Prædicatorum Ordini donatam, per Huſſitica verò & Lutherana diſturbia in ruinas penitus collapſam, nec non Monaſterium eorum, easdem cum templo injurias paſſum, præfati religioſi pro viribus hactenus reſuſcitare conati ſunt.

(c) Non tantum FERDINANDI Regis, ſed MATTHIÆ quoque Cæſaris ſacra præſentia hunc fontem fecit ſacratiorem: nam uterque hujus aquas volâ manûs hauſtas deguſtavit; & Ferdinandus quidem Rex, dum manu aquam hauriret, egenæ mulieri amphoram porrigenti Regium donum præbuiſſe ſcribitur à Naſone noſtro in Phœnice Redivivo, qui etiam in fontis hujus ſcaturiginem luſit ſequentibus:

Caſtalium celebrant ſolemni laude Camœna,
Eximios Vates quem genuiſſe ferunt.

Tot

Tot fœcunda ferat quot Boleslavia vates,
Non miror, simili munere gaudet aqua.
Majestas Augusta tuum, ô mea patria, fontem
Effecit celebrem, Castalioque parem.
Ex quo perpetuæ laudis tibi fama scaturit,
Dum tua largiflua vena scaturit aqua.
Non ulla extinguet Puteanum secula nomen,
Livida vis citius concidet in puteum.

Fuit circa annum 1545 Doctor Sebastian Kerntschner, Boleslaviensis, Leobergensis Reipublicæ Medicus, qui ex hoc fonte argentum vivum (Queckſilber) extrahere voluit, atque ab eo dictum fuisse somniavit. Apud Opitium sonulus Germanicus (ein deutsches Sonnett) in hunc fontem legitur inter ejus Poemata. Extat etiam Queccus scaturigo Boleslaviensium celeberrima, vulgo der Queckbrunn / verius der Erquickbrunn / à Sebastiano Alischero, ipso Boleslaviensi & P. L. C. elegia non ineleganti celebratus, quæ Lignicii 1660. 8 prodiit.

(*d*) At non MARTINUM solum Episcopum, sed alios quoque multos excellenti doctrinâ viros *Fœcunda* (ut eam hic vocat Henelius) *ingeniorum præstantissimorum* Boleslavia protulit: Poëtam audiamus ex nostratibus aliquem, hanc urbem in hæc verba salutantem p. 86. 87:

Salve doctorum fœcunda Bolesla virorum
Mater, præ reliquis celebrat te Cantor Apollo
Urbibus, & dudum celso transcripsit Olympo.
Tot non heroes emisit Gracia pugnax
Contra Trojugenas, tot non Urbs alta Quiritum
Tarpejas arces vidit conscendere lauri
Fronde coronatos, quot protulit una Bolesla
Insigni claros studiorum dote nepotes.
Scilicet in lucem magnos dedit illa colonos
Parnassi. Cunas huic debet Opitius urbi,
Germana sator Euepia Phœbique sacerdos,
Musas, qui dudum profugas Helicone canoro
Teutonia in sylvas felix deduxit amœnas.
Huic jungi meruit Tscherningius optio, & Herma
Colerus decus Ausonii, & Senfftlebius acris
Scrutator veteris doctrinæ & Gellius alter.
Nec mirum est pullos Musæ generasse Bolesla:
Hinc nam fundit aquas vocales fontibus haustas *Aoni-*

Aonidum doctis Boberus, nobilis Hebrus
Elysia terra, quam multus prædicat Orpheus.
Quid nemorum Quecci fontem laticemq; benignum,
Qui ciet ingenii vires humore salubri?
Hinc est doctorum tam felix copia vatum.
Sed leviora cano: supra ipsa cacumina Pindi
Exeruit caput excelsum generosa Bolesla:
Nam proceres genuit patria magnosque Dynastas.
Vitales auras hic cepit honore tiara
Illustris sacra Præsul Gerstmannus, habenis
Qui Slesios aquis summo pro Cæsare rexit.
Sed quid ego tenuis canto sublimia? nemo
Condigna te laude valet cantare, Bolesla
Inclyta, te nisi sit genetrice Poëta creatus,
Aut Quecci biberit lymphas mitisque Bobebri.

Cui consonat, quod Naso canit, & ipse Silesius Boleslavienſis:

Est fœcunda parens magnorum nostra virorum
Patria, degeneres non amat illa satus.
Martinos celebrat: Gerstmannus Episcopus, olim
Promeruit magni nomen habere Ducis.
Principis obtinuit Martinus Opitius inter
Laurigeros titulum, præsidiumq; viros.
Ergo Duces genuit tantos mea patria? felix
Mater es à magno quæ Duce nomen alis.
Dum Ducibus præbes orta incunabula vitæ,
Ecce Duces, quos Turite sequaris. habes.

Princeps igitur principe loco gaudeat, necesse est:

I. MARTINUS GERSTMANNUS, Episcopus Wratislavienſis,

Cujus virtutum & ingenii gloria eò magis suspicienda, quod vix ulla Majorum splendore commendatus, nec nisi exiguis fortunæ opibus subnixus suis ipse meritorum monumentis per varios honorum gradus, in diversis muneribus, & functionibus probatus, ad hoc illustre dignitatum culmen conscenderit. Verba sunt, quibus Henelius in Silesia Togata Lib. I. encomio 26 hujus Principis orditur Elogium, alibi forsan integrum à nobis scribendum, hic autem brevitatis ergo stylo R.P. Crugerii summatim duntaxat referendum:

Martinus Gerſtmann (inquit hic in Pulv. ſacris 23 Maji) *Viri Conſularis* ex Civitate Boleslavienſi Sileſiæ filius, Decanus Wratislavienſis, *D. Cæſaris Maximiliani II Secretarius Imperialis à latinis, ac Sereniſſimorum Archi-Ducum Auſtriæ, Matthiæ poſtea Cæſaris & Regis, & Maximiliani Tyrolenſis, primo Teutonici Magiſtri, deinde etiam Poloniæ electi Regis Præceptor, in defuncti Caſparis Logi Epiſcopi locum ſubrogatus eſt. Quod Maximiliano Cæſari tantopere placuit, ut epiſtola ex Molendino Catterburg, propria manu ſcripta, & ſecretiori parvo obſignata ſigillo, iterum, atque iterum Epiſcopo electo humaniſſime gratularetur. Hic omnem ætatem ſtudiis, ac rebus tam in Eccleſiaſticis, quam politicis negotiis gerendis cum laude ſua, ac commodo Eccleſiæ inſumpſit. Graviſſimas Cæſaris nomine legationes ſæpe ſubivit; in Epiſcopatu diligenter curavit, ut & Epiſcopi & Capitanei ſupremi autoritatem ſtrenuè tueretur.*

Natus eſt Anno C. 1527. 8 Martii.

Vixit ſub infula annis decem, totidemque planè menſibus, & podagrâ primum, & chiragræ doloribus longo tempore, ſed per intervalla quædam implicitus, ad extremum vitio ſtomachi ſupra integri anni ſpatium laborans, eo vel morbo, vel nimio, ut nonnemo credidit, medicamentorum, à quibus ſemper abhorruerat, uſu extinctus placidiſſimè ex hac vita migravit Niſſæ decimo Kalendas Jun. anno quinto & octuageſimo: Chriſti verò A. 1585. ibidem ad D. Jacobi honorificè ſepultus. Sic quippe tabulis ſupremis caverat, (ut rurſus habet noſter Henelius) ut ſi Niſſæ quid ſibi humanitus attigiſſet, iſthic quoque humo conderetur, ac quidem ſine pompa: ſin Wratislaviæ, ibi maneret.

Bonorum hæredes ſcripſit ex triente Canonicorum Wratislavienſium Collegium, & ex triente propinquos ſuos, triente rel'quo per Legatarios diſtributo: quos inter Wenceslao Cromero, Secretario ſuo, Viro inſigniter docto, ad hiſtoriam Sileſiæ abſolvendam, edendamque mille taleros reliquit. Breviſſimè de illo C. Conrad. D.

Jura Cathedralem mihi contribuere tiaram:
Hinc, bene quod quavis res mihi geſta fuit.

II. SEBASTIANUS GERSTMANNUS, J.C.

Ex illa ipſa & urbe, & familia, cui Martinum Præſulem imputat Sileſia, oriundus, Patre laudatiſſimo Boleslavienſium Conſule Vincentio, Matre autem Urſula Hencelia, probatiſſimorum morum fœmina, inter evi

ſui

sui prudentes, sive celebritatem, sive felicitatem, sive denique scripta (digna planè quæ in lucem referantur) spectare libeat, punctum omne calculosque bonorum tulit. Absoluta Periodo Academica (in qua se totum Astræa manciparet) postquam in patriam rediit, admirabilis doctrinæ & judicii specimen Francofurti Marchionum tale dedit, ut non facilè tantum illi fuerit ad professoriam Cathedram conscendere, quam summa cum laude, & utilitate publica totis 27 annis tenuit, . . . verum etiam à Serenissimo Electore Joanne Georgio in Consiliariorum ordinem cooptari meruerit, inter Aulicos βελησόρους locum recepturus, nisi vitam sibi magis probari Academicam vocanti persuasisset. Cui fidam nihilominus cum in aliis illustribus negotiis, tum in legatione perhonorifica, quam cum Saxonia Septemviro ad dicasterium Imperii summum, quod est Spiræ, obiit, operam navavit: tam fecundâ eloquentiæ, prudentiæ, candoris, & auctoritatis famâ, ut à popularibus Silesiis frequenter in consilium adhibitus, à Principibus vocatus, ab exteris magno studio quæsitus, & ad patrocinium postulatus, ab ipso tandem Invictissimo Cæsare Rudolpho II Consiliarii dignitate coboneſtatus fuerit. Natus anno, quo magna locustarum agmina, diræ herbarum, leguminum, segetum, stirpium pestes, in Silesiam involarunt: inter vivos numerari desiit dignitate, fortuna, opibus florentissimus anno 1601. 15 Novembr. cum vixisset annos 59, menses quatuor, & aliquot dies. Ita noster in Sil. Tog. lib. 3. No. vel elogio 23.

III. ULRICUS GERSTMANNUS, SS. Theologiæ Doctor, Canonicus Wratislaviensis.

IV. JEREMIAS GERSTMANNUS, J.U.Doctor.

V. BARTHOLOMÆUS GERSTMANNUS, U.J. Licent. Consul Lignicensis.

VI. FRIDERICUS SCHAUER, SS.Theol.Doctor, Canonicorum Regularium S. Augustini Saganensium Abbas dignissimus.

VII. JOANNES SCHRAM, SS. Theol. D. Canonicus Wratislaviensis.

VIII. ARNOLPHUS STEIERMANN, U.J.Doctor, Appellationis Cæsareæ Prag. Consiliarius.

IX. SIMON HANIWALD, U. J. Doctor, *qui* (Henelii verbis rursum utimur ex Sil. Tog. lib. 5 No. 16) *memoriâ apud posteros duraturâ dignus est, cui patria Boleslavia, parentes autem ex iis Majoribus contigere, qui partim Senatorii, partim aliis muneribus publicis cum laude functi sunt.*

Adoleſcentiam & juventutem ubi egerit, id quidem minimè nobis cognitum. Illud conſtat, ubi in virum evaſit, iis moribus probatum, ea rerum civilium peritiâ inſtructum apparuiſſe, ut non Epiſcopi duntaxat Wratislavienſis, ſed & Rudolphi II Imperatoris Auguſtiſſimi Conſiliarius, nec non Principum atque Ordinum utriusque Sileſiæ Orator creari meruerit. Quæ quidem præclaræ dignitates de virtutibus viri præclaris ſat magnam fidem facere poſſunt, ſic præſertim obitæ, ut curas ſuas omnes, ſicut aliis honeſtis ac laudabilibus rebus, ita Cæſaris potiſſimum autoritati tuendæ, provehendæ Præſulis ſui dignitati, denique patriæ ſaluti procurandæ impenderet. Et Imperator quidem hominem cum aliis magnificentiſſimis donis adfecit, tum peculiari privilegio ac diplomate in ſplendidiſſimum Equitum ſive Nobilium ordinem adſcivit, minimè id quidem facturus, niſi factis ille egregiis novitatem generis quaſi familiarum vetuſtati inſeruiſſet, ac nobilitatis nomen nobiliſſimis rebus comparaſſet. Acceſſit ad has laudes fortunæ amplitudo, cum ad cuncta ejus momenta circumſpecta vitæ ratione proſpiceret, atque adeò & ad rem attentus, ut in ſumptibus faciendis ſic reſtrictus eſſet, ut multis nimius etiam in re augenda, & magnas inter opes inops videretur. Sed nimirum noverat ille magnum vectigal eſſe parſimoniam: at hanc eamdem in fundo ſeram. Neque verò rei familiaris amplificatio nemini nocens ex Tullii ſententia vituperanda eſt: ſed fugienda ſemper injuria eſt. E vita abiit anno 1596, honorificè in Templo Rotenſirbæno funeratus, ac monumentum ibidem nactus ſumptuoſum.

X. HENRICUS WEIGER à WEIGESFELD, U. J. D. Rudolphi Cæſaris II Conſiliarius.

XI. JOANNES BRENNER, U. J. D. Maximiliani II Conſiliarius.

XII. HENRICUS SENFTLEBEN.

Cum egregia rerum divinarum ſcientia, tum eximia prudentia, atrique ingenii vis per varios procurationum gradus ſpectata Henricum Senfftleben Boleslav. dignum reddidit: quo haud ſolum Eccleſia Wratislav. ad D. Job. gauderet Decano, ſed & Fridericus III Imp. ſapientiſſ. uteretur Conſiliario. Sic Auguſtus ipſe in epiſtola ad Æn. Sylv. tunc Card. Senenſem: Ex litteris Henrici Senfftleben Conſil. noſtri Ulrico Epiſcopo Gurcenſi etiam Principi ac Conſiliario noſtro pridem ex urbe deſtinatis intelleximus &c. *Id quod unum magno profectò eſt argumento, fuiſſe in viro virtutes, propter quas acerrimi Judicii Imperatorem haberet ſui cupidum &*

gra-

gratioſum. Enimverò, quantum Viri doctrina, fidei ac dexteritati tribuerit ipſe Sylvius, poſtea Pius II, apparet ex diverſis Epiſtolis, quas vel ad eum amicè ſatis & familiariter, vel de eo ad alios, puta Ladislaum Hung. Regem, Ulricum Epiſcopum Gurcenſem, Joan. Ungnadium Imperialem Camerar. &c. perquam honorificè Ann. 1453 & ſeqq. ſcripſit. Et ex ea quidem illud inter alia diſcere licet, haudquaquam noſtro difficilem fuiſſe ad Epiſcopatum Olomucenſem pervenire, ſi modo dignitatem illam ambire in animum ſuum inducere potuiſſet; ſic enim ibidem Sylvius: Si placuiſſet tibi Olomucenſis Eccleſia, idque tuis litteris intellexiſſemus, nihil omiſiſſemus ad honorem publicum procurandum; Sed viſum eſt Reverentiam tuam non habere animum in ea re, ideò ſuperſedimus, ne credentes placere diſpliceremus. *Quanta viri etas fuerit, aut quo anno extremum diem egerit, definire non audeo, quod deſtituar, unde indagare liceat. Hac Henel. in Sil. Tog. lib. 2. No. 1.*

XIII. VALENTINUS SENFTLEBEN. In lucem is editus Boleslaviæ die octava Auguſti A. C. ſupra mille quingentos quarto & ſeptuageſimo. Primum Wratislaviæ, poſt in Academia Francofurtana pretioſam litterarum ſupellectilem ſibi comparavit. Baronum Biberſteiniorum dein Ephorus, deinde verò in patriam reverſus Scholæ præficitur, Prætor tandem, & Conſul deſignatur. Rempublicam etſi decumanos inter fluctus fide bona, ſingulari induſtria, Juſtitiæ adminiſtratione integerrima geſſit; ac ſicut quondam Dionyſio à ſceptro ad ferulam dejecto hunc Cynicæ mordacitatis jocum Diogenes intulit: *Quam malus olim populi Rex fuiſti, tam nunc es malus puerorum Rector:* Sic ipſe è contra Senftlebio à ferula ad ſceptrum provecto ejusmodi encomium tribuat meritiſſimum: *quam bonus olim puerorum Rector fuiſti, tam nunc es bonus populi Magiſter.* Ex paucis certe illis bonis fuit, qui Magiſtratum adepti curam & tutelam Reip. non prædam aut rapinam in Republ. ſibi datam arbitrantur. Publici iſti, deteſtabilesque bonis Vulturii ſunt, qui honores eò ambiunt, quo potentiores noceant, aut tutius etiam depeculentur, domeſticas facultates augeant, ac liberis rem domi amplam relinquant.

- - Dî talem terris avertite peſtem!

hodie quidem in tanta ſeculi avaritia, ut cum Puteano dicere liceat:

In nummis hominum pietas, & Numen in auro,
Nil opus eſt arâ, poſſidet arca DEum.

Sed à qua noſter ſic immunis fuit, ut in contrariam planè partem palmam obtinuerit, nec Conſulis modò, ſed & Patris Patriæ titulo, atque

honore dignissimum sese ostenderit. Obiit anno 1627. Hæc breviter ex Sil. Tog. Henelii, lib. II. No. 41 fusius ea referentis.

XIV. ANDREAS SENFTLEBEN, Phil. & JCtus.

In cujus encomiis, ab Henelio in Sil. Tog. lib. undecim. No. 50. eleganter descriptis, bonorum Advocatorum officium ad amussim depingitur. Ubi inter reliqua boni & pii Advocati partes refertur, ut, si causam pravam fovere clientes cernat, liberè, candidè, fideliter moneat, ut aut desistant, aut de disidio vel Magistratus autoritate, vel amicorum operâ componendo cogitent: in iis etiam causis, quæ bonæ & justæ videntur, haud eò minus ad transactionem admittendam suos hortetur, & vulgaria illa dicteria, *meliorem esse macram concordiam, quam pinguem sententiam; melius esse sumere pecuniolam oblatam repente, quam expectanciam litigii plenam lentè; melius denique esse secundum Accursium unicum TENE, TENE, quam centum CAPE, CAPE, per longum & molestum litigium*, inculcet.

Præterea hunc Andream noster deprædicat, quod apta concordia, seria & severa illa Themidis studia eruditis Musarum amœnitatibus edulcare solitus fuerit: Unde factum esse, ut Vir præstantissimus præter Carmina eruditissima egregios aliquos libellos nobis concinnavit, quorum partem, *Nuces* puta *Saturnalitias*, *Phaselum Catulli* cum elegantioribus notis Philologicis, & *Argo sive Naves antiquorum*, publicæ luci, etsi ægrè ad id (ut erat ambitionis fugitans, & ipse sui contemptor) adduci poterat, exposuit: partem verò, in qua *Alea veterum*, *scriptum* multæ curæ & artis &c. morte præpeditus *ἀνέκδοτον* reliquit, quod post fata viri lucem vidit.

XV. ANDREAS SCHEPSIUS, J.U.D.

Hunc noster lib. 6. No. 30. in Sil. Tog. Doctorem vocat eximium, & Practicum insignem, quem inclyta Boleslavia priscis & magnis *Haniwaldis*, *Gerstmannis*, *Schaueris*, *Namsleris*, *Seileris*, & aliis patriæ decoribus haud invita aceenseat. Syndicus fuit Reipubl. Budissinensis. Cujus, & aliorum Schepsiorum, non minus doctorum virorum, præmaturum obitum Joannes Hartmannus Medicus celeberrimus deploravit, in hæc verba ad Casparum Dornavium scribens: *Immatura admodum mortes virorum clarissimorum* DD. Schepsiorum *me valde reddidere solicitum. - - Sed quid sumus proclivis turba in mortem? dum non speramus, & vix respiramus, postico venit nobis terribile fatum, nosque & nostra rebus humanis eximit.*

XVI.

XVI. CASPARUS KIRCHNERUS, Sac. Cæſ. Majeſt. nec non Duc. Lignic. Conſiliarius.

Hunc Henelius noſter in Sil. Tog. l. 6. N. 41. inter viros claros, quibus jure gloriatur Boleslavia, non poſtremum patriæ ornamentum vocat, & inprimis ex epiſtola, à Martino Opitio ad ſe ſcripta, Juventutem ejus & peregrinationes variis exornat laudibus: Vocatum dein ad Aulæ negotia in hæc verba deprædicat: Lignicium poſtea ab Illuſtr. & Opt. Principe Georg. Rudolph. accitus, ut à Bibliotheca illi eſſet, aptam majoribus dexteritatem adeò diſſimulare non potuit, ut à Conſiliis eſſe protinus cœperit. Inter hæc negotia, & τὸν πραγτικὸν βίον non addiſcere rerum uſum, ſed adferre in Aulam videbatur. Nemo quidem ex umbra in forum artibus fori venit inſtructior. *Sagacitatem verò animi ejus, prudentiam, facilitatem conſiliorum ac promptitudinem, peracre judicium, & quidquid negotii ejusmodi ratio poſtulat, omnes admiratione, non pauci invidia proſequuti ſunt &c. De ſumma ejus eloquentia nihil dixerim, cujus beneficio & Cæſaris ipſius, ad quem provincia nomine magnis de rebus An. M DC XXV mittebatur, animum in ſententiam ſuam attraxit; ita morum ſuavitate, jocis ingenuis, & Socraticis leporibus, ignotiſſimum quemvis, etiam æmulos, ſibi conciliavit. Cum verò Cæſar equeſtri dignitate ignotum adhuc ornaſſet, ſic tot virtutum decoribus captus inter Conſiliarios ſuos adlegit, in negotiis arduis haud dubie eo uſurus, niſi feſtinata mortis leges tantas ſpes expectatione citius præcidiſſent.*

XVII. JOANNES KIRCHNER, J. U. Doctor, & Rudolphi II Cæſ. Conſiliarius.

XVIII. MARTINUS OPITIUS à BOBERFELD.

Princeps reſtauratæ Poeſeos Germanicæ, cujus encomium nobis omnino eſſet pertexendum, niſi Chr. Colerus in Oratione de ipſius vita & laudibus habita, typisque exſcripta, argumentum nobis præripuiſſet, & Cl. V. Mart. Hanckius in ſuis de Sileſiorum ſcriptoribus memoriis, deſiderio lectorum ex aſſe aliquando ſit ſatisfacturus.

XIX. GEORGIUS SEILERUS, Med. Doctor.

Si quiſquam in Catalogo Sileſiorum togæ artibus celebrium legi dignus eſt, ſolertus alma quos manus Promethei

Luto creavit optimo, quos præmium
Fama manet beatioris, non mori,

merito de ſuo hic quoque ſiſtit Georg. Seiler, egregium patriæ, quæ Boleslavia fuit, ac ſeculi ornamentum. Erat in viro ingenium acre, & ad ſtudia

dia laudabilis impetus, itaque facillime tantam Rei Medicæ (cujus ſtudio ſe totum conſecraverat) cognitionem ſibi paravit, ut Baſileæ anno 1589 Doctor renunciatus, Phyſici munus in patria honeſto ſtipendio exerceret. Evocatus inde in Acad. Francofurtanam concesſit, medicinam ibi & publicè profeſſus, & nominis celebritatem à felicisſima praxi conſecutus: ſed ipſe tandem peſſimo illo morborum, qui ſcorbutus vulgariter dictus, extinctus A. 1607. Henel. Sil. Tog. lib. 9 No. 15.

Alterius GEORGII SEILERI, Med. Doctor. Francofurt. ad Mœnum P.P. meminit Naſo in Phœn. Red. p. 176.

His addendi ſunt

XX. ANDREAS BEVER de BEVERSWALD, U.J.D. Ferdinandi I Imp. Auguſtiſſ. Conſil.

XXI. MAXIMILIANUS TEICHNER, Med. Doct. & Vladislai Regis Polon. Archiater.

XXII. PETRUS WERNER, Poeta Laur. U.J.L. Notar. Imper. & Conſul Brunenſis in Moravia.

XXIII. JOANNES HILLER, Med. Doct. Duc. Anhalt. Archiater.

XXIV. BARTHOLOMÆUS HILLER, Med. Doct. D. Imper. Matthiæ Medicus.

XXV. DAVID HEINTSCHEL, U.J.D. Duc. Luneb. Conſil.

XXVI. JOANNES SCHAVER, U.J.D. & Prof. Paduanus.

XXVII. SEBASTIANUS GESNER, U. J. D. D. Imper. Matthiæ Conſiliar.

XXVIII. EPHRAIM IGNATIUS NASO à LOEWENFELS, JC. & Poeta Laut. Supremæ Regiæque Curiæ Duc. Sileſiæ à litteris. Hic ſtudiis abſolutis, quæ Jurisprudentiæ impenderat, in patriam reverſus, Præturæ inprimis urbis Suidnicenſis munere functus, iis virtutum ingeniique dotibus effulſit, ut ab Auguſtisſimo Cæſare ad dictum inclutæ ſupremæ Curiæ officium vocatus fuerit, quam Spartam ſibi commiſſam per annos complures exactisſime ornavit. Quam vero promptus fuerit in linguæ tam Latinæ quam vernaculæ puritate, vivaces ingenii ipſius partus teſtantur: quos inter *Phœnix Redivivus Ducatuum Suidnicenſis & Jaurovienſis*, & varia opuſculo illi inſerta epigrammata, aliaque rerum diverſarum elogia: in quibus nihil triviale, coactumque nihil contra leges poëticas continetur. Ac proinde non ſine animi dolore ferunt doctiores Sileſii, quod *Hiſtoria Sileſitica plenior*, quam (ut ipſe in Phœnicis Redivivi proœmio fatetur) meditatus fuit & molitus, vel morte, vel aliis fatis Auctoris impe-

dita

dita in lucem non prodierit, apparatus etiam ille, quem ex diverſis Curiarum, dicaſteriorumque Manuſcriptis magno labore conquiſiverat, cum moriente ſimul diſparuerit. Quem quidem theſaurum reperire diligenter hactenus conati ſumus, & in eam tandem ſpem inducti, ut ſi modo Adm. R. & Eximius Pater *Joſephus Naſo*, ejusdem filius, in celeberrimo Cœnobio Ord. S. Benedicti Braunovienſi Profeſſus, ibidemque Prior dignisſimus, MScta illa, quæ ſecum extra Sileſiam ex ſæpe laudati parentis ſui Bibliotheca aſportaſſe dicitur, etiamnum poſſideat, eorundum copiam nobis ſit facturus.

Quot & quales fœcunda bonorum ingeniorum mater Boleslavia viros doctrina præſtantes ante proxima duo ſecula genuerit, vel parcè notatum, vel, quod dolendum, injuriis temporum præclari Majores illi in oblivionem rejecti ſunt. Unus tamen ante Huſſitica & Lutherana turbamenta Boleslaviæ natus, in Tutelari Sileſiæ, ſive in Vita B. Ceslai à P. Abrahamo Bzovio ſcripta, à nobis inventus eſt, nimirum.

F. ABRAHAM BOLESLAVIENSIS, qui librum ſcripſit, cui Titulus eſt: *Rhapſodus* per modum Quodlibeti (ut vocant) diverſarum materiarum Prædicabilium. Initium eſt: *Suxit mel petra*, & eſt ordine alphabetico digeſtus.

Cæterum ut de Boleslavienſi cereviſia in tranſitu quædam adhuc notemus, celebris ille ſemper fuit, & Pancratio Vulturino in Panegyrico Sileſiæ jam laudata his verſibus:

Urbe Boleslai Cereris commendo liquorem,
Qui longum per iter reliquas perductus ad urbes
Triſte hominum caput exhilarat, Bacchus velut alter.

Cum anno 1465 filius Georgii Podiebradii Luſatiam cum copiis ſuis popularetur, & Laubam prætergreſſus Boleslaviam veniret, à civibus nihil poſtulavit præter cereviſiam, quæ ipſi etiam ex urbe fuit miſſa. Compoſita eſt in hanc expeditionem cantilena, cujus inter alios hi verſus memorantur:

Sie lieſſen den Lauben ſincken/
Gut Bier zum Bongel wolten ſie trincken.

Hæc ex Holſtenii Chronico MSt. Boleslav.

§. 16.

B R E G A.

Brieg/ Cromero *Bregum*, (*a*) urbs Ducatûs ſui metropolis, & præcipuis, quæ in Sileſia ſunt, connumeranda, (*b*) Wratislavia & Niſſa pari ſex milliarium intervallo abjuncta. A ponte nomen reperiſſe putat Philip. Cluverius: at **Brzeg** Polonis, **Breg** Slavis, ripa eſt, & *Brega* in Privilegiis veterum illius Ducum ſemper ſcribitur: atque adeò in literis Fundationis Henrici Ducis de A. 1250 *Civitas Altæ Ripæ* nominatur. Adjacet alveo ſiniſtro Viadri fluminis (*c*) loco amœniſſimo pariter ac commodiſſimo, ubere quippe circumjacentis terræ victum ſuggerente copioſiſſimum: plateis ipſa, templis, turribus, aliisque ædificiis, quà publicis, qua privatis, admodum venuſta: vallis, itemque foſſis ac novis propugnaculis munita, (*d*) tum verò magnifico Principum ſuorum Piaſteorum Palatio, elegantiſſimo (*e*) ac verè Regali ædificio, ſingulari artificio, ac ſymmetriâ, longa cubiculorum ac tricliniorum ſerie, ſpectando ſuperba. Nec verò parvum illi decus & ornamentum ab Gymnaſio illuſtri, quod Aulæ Ducali è regione decenter adſtructum, bonarum artium & diſciplinarum ſtudio hactenus fuit florentiſſimum. (*f*) Templum Cathedrale Ludovicus Dux exſtruxit, & honori S. Joannis Baptiſtæ (*g*) & S. Hedwigis dicavit primo fundamenti lapide ab ſe poſito A. C. 1368. de cujus fundatione

tione Matthias de Mechovia Chron. Pol. l. IV. c. 28 hunc in modum ſcribit: *A. D. 1369 Ludovicus Dux Bregenſis ad honorem S. Joannis Baptiſtæ & S. Hedvvigis Collegiatam Eccleſiam, & certum canonicorum numerum in Brega inſtituit: impetrato à ſede Apoſtolica Privilegio, ut Decanus illius ſolennibus diebus mitrâ utatur Pontificali & baculo &c.* Interius templum auro rutilat: cumprimisque ibi inſpectione dignum ſtemma Principum Lygio-Brigenſium, ſtatuæ ad vivum expreſſæ in choro, ſuggeſtum eximii operis, ſolido quippe, eoque unico ſaxo, quod Swotâ illuc ſedecim equis advectum fuit, unà cum ipſo fundamento terræ infoſſo, conſtans. Nobilium denique familiarum inſignia, & quorumdam epitaphia elegantiſſima. ARMAMENTARIUM Ducale ſatis inſtructum; (*b*) nec longa inde via ad MOLENDINUM, (*i*) cui, haud ſcio, an aliud in Sileſia ſimile. Gaudet urbs mercatu boario celebri valde ac momentoſo, cum ingens adeoque mirabilis boum numerus è Polonia vænum huc mittatur, decies quidem ac duodecies mille bubuli pecoris capita (temporibus pacatis, nec infeſtis itineribus) ordinarius ibi numerus ac ſolennis: Sed qui haud rarò excedit. A. C. 1096 à Brzecislao Bojemorum Duce per vim occupata, direpta, & vaſtata. A Bulcone Swidnicenſi Henrici Craſſi liberorum tutore reparata; patrum autem, & noſtrâ memoriâ à Friderico II, Geor-

gio II, Joachimo Friderico, & Joanne Christiano magis magisque exculta & munita fuit. Anno hujus seculi undevigesimo iratum sensit Vulcanum, quo ingens ædificiorum numerus concidit, ne nunc quidem plenè & ex solido restauratus. (*k*) In singulis ferè privatarum ædium pinnis cervorum cornua venationis copiam indicant. In Codice MS. à D. Christophoro Henschero, Reipubl. Wrat. Syndico, mihi communicato, cui titulus: *Slesia magna Hessi*, sequentem reperi descriptionem, quam hinc excerptam invidere lectori hoc loco nolui:

Brigam Stenus patriam suam maluit, quam quod Poloni sub sibilo & stridore Bregam dicunt: quod & Alemannis est familiarius, & cognomen, & multarum in Hispania Civitatum. Jacet ad Oderæ ripam, quæ altiuscula est, unde Altam Ripam, ut in antiquissimis monumentis est, quondam vocarunt. Ejus Autor Conradus Dux Silesiæ, qui cum legibus & jure VVratislav. jussit uti, tum valde munivit, muro undique cingens, & crassiore, quà fluminis alluvie caret, qui binos tutò simul ambulantes capit: Cui etiam agger cum lorica, fossaq;, & antemurali prætenditur. TEMPLA quinque: Fratrum Ordinis S. Francisci, & Dominici, S. Joannis Hierosolymitani, & S. Antonii; Cujus Præceptor eximius Divinæ Philosophiæ Mystes M. Joannes Guvalterius Corvinus Rhonanus: Quintum (S. Hedvvigis) ad Duca-

Ducalem ſedem Canonicorum habet Collegium, cujus Decanus inter ſacrificandum Epiſcopalibus utitur inſignibus. Multis hoc erat olim donariis, Sanctorumque Reliquiis, antequam toties inſidiis urbs caperetur, opulentum. Et quamvis ambitu majorum ferè urbium ſpatium includit, non perinde tamen eſt populoſa, quòd eam partim hoſtes, partim flammæ, quibus æquè fuit obnoxia, vaſtam reddiderint. Fert inſignia trium anchorarum. Habet S. Nicolaum Patronum, quod indicio eſt, maritimas urbes, quæ ad Balthicum ſinum in Pruſſia ſunt, hic celebraſſe commercia. Tantum Stenus de patria. Elevatio poli eſt 50, 55. Longitudo 40, 16.

(*a*) BRIGAM noſtram cum veteri illa Quadorum urbe (quam *Bregetionem* Ammianus Marcellinus, *Bergentium* Aurelius Victor, *Bergetionem* Nicephorus, *Bergitionem* Socrates in hiſt. Eccleſ. nuncupat, alii aliter flectunt, & pronunciant) eamdem non eſſe, contra Curæum, Schickfuſium, & Cromerum exactè non minus, quam eruditè oſtendit Cl. Hanckius de Sileſ. Antiq. cap. 19. §. 50, 51, 52. &c.

(*b*) Francofurtò ad Oderam conformem & æqualem eſſe ſcribit Frid. Lucæ ipſe Brigenſis.

(*c*) Hinc eleganter de illa Joannes Heermannus, apud Fechnerum p. 64, 65.

O Mea Brega, ſitu pulchro tua rite triumphat
Fulgiditas: hic omnis abeſt impura Mephitis,
Spurcitiesque loci, plano tua culmina campo
Effers: arborea facie circumdata vernas
Editius: Pomona ſuos placidiſſima faſces
Exerit: & Chloris tua floribus arva coronat,
Et Zephyri mulcent fruticantia murmure prata.
Te veneranda ſuis fabricavit in orbe vetuſtas
Sumtibus, & veteri ſat Fundatore vigeſcis,

Et quam perdideras formam vel temporis æſu,
Ipſe Boleslaus, Fridricus, & inde ſecundus,
Et ſumptu ornavit graviore Georgius alter,
Ut poſſit veterem vix cognoviſſe Ducatum.
Amplificata nites, variiſque referta columnis
Tollis ad aſtrigerum ſublime cacumen Olympum.
Tam multis ſpectata bonis, domuumque nitelis
Undique clara nites. Quo templa ſacrata cothurno
Concelebrem? Inprimis ſi celſa viderit arti
Ædem contiguam, & cautis luſtrarit ocellis
Schemata, pictura juxtim pranobile puro
Suggeſti veluti pendentis in aëre fulcrum.
Si videas aulam, quis non mirabitur aulam,
Qua reſidet magni Gens vera & ſera PIASTI.
Si vis, cerne oculis armamentaria latis:
In quibus adſpectu facili tormenta videbis
Ænea, nixa ſuis grandi pra ponderc rhedis.
Tranſeo, qua ſurgunt quadrato durima fundo
Mœnia, turritumque decus minitantibus auctum
Aggeribus: vallis munimina firma ſuperbis,
Et portas taceo, quas fluxilis Odera lambit,
Et quas fœcundo cingit piſcina ſuſurro.
Plurima non recito vaſtiſſima pradia agrorum.
Tangam, qui circi clavum moderantur avita
Integritate, viros, qui propria commoda temnunt,
Et ſtudio vigili florentes publica curant.

(*d*) de munitionibus urbis conſuli meretur Frid. Lucæ in Chron. Sileſ. ad quem lectorem, ne prolixiores ſimus, ablegamus.

Cum An. 1612 nobile illud jaculandi exercitium (das groſſe Freyſchieſſen/ de quo, dum de urbe Niſſa agemus, plura ſumus dicturi) à Sereniſſimo & Reverendiſſimo Archi-Duce Carolo Epiſc. Wrat. in Epiſcopali Urbe Niſſenſi celebraretur, verſifex quidam idiomate patrio, ſtylo quidem (ut illa tempeſtate viguit) hiulco, lectu tamen jucundo, rhythmologiam compoſuit, in qua præter cæteros ad illud invitatos Status & Civitates, Bregenſium non civium modò, ſed ipſorummet Sereniſſ. Principum Lygio-Bregenſium, Joannis Chriſtiani & Georgii Rudolphi, qui etiam invitati comparuerant, hunc in modum meminit:

Ihr

Ihr Fürſtlich Gnadn Johann Chriſtian
Schuß alle drey zum Zirckel nahn/
Aber Ihr Fürſtliche Genadn
Johann Rudolph thät Ihm ſelbſt ein Schadn/
Und fehlte den mittelſten Schus/
Welchs Ihr Fürſtlich Gnaden verdruß.

In Austheilung aber der Gewinſte muſte Hertzog Chriſtian funffzig andern/ ſo näher geſchoſſen/ nachgehen; dahero meldet der Reimenmacher ferner:

Hertzog Johannes Chriſtian
Kunt ingleichen nicht herzu nahn/
Daß dieſelb hätt was mehrs bekommen/
Hat dieweil ſo verlieb genommen.
War No. 51. 3 Ducaten.

Ein ander mahl aber hatte dieſer Hertzog beſſer Glücke:

Ihr Fürſtlich Genadn von Brieg
Hätt in dem Schüſſen bald den Sieg
Erlangt/ wann Er nur etwas nähr
Um ein ſchlechtes nein kommen wär.
War Hertzog Johann Chriſtian/
Dannoch eilff Ducaten bekam.

Und wieder:

Ihr Fürſtlich Gnadn Görg Rudolff
Ingleichen Ihrm Schuß beſſer hulff/
Und thät zimlich zum Zirckel ſchüſſen/
Verhofft was beſſers zu genieſſen.
Bekam 7. Rthl.

Noch ein beſſeres Lob bekommt alldort Hertzog Johann Chriſtian beym Vogelſchieſſen:

Im andern Rennen that ein Schadn
Dem Vogel Ihr Fürſtlich Genadn
Hertzog Johannes Chriſtian/
Macht ein zimlichen derben Span.

De Civibus notantur inter alia, quæ ſequuntur:

Aus der Stadt Brieg warn ihrer zween/
Der Schüß all drey thäten durchgehn/

Herr

Herr Caſpar Gerlach war der ein/
Herr Heinrich Steinmetz/ der thut ſeyn
Der ander/ beyde gute Schützen/
Thun ihre Röhre öffters nützen.

Steinmetz bekam No. 45. waren 5. fl. Ung.
Gerlach bekam No. 48. waren 4. fl. Ung.

(e) de palatio aulico conſulendus iterum eſt Lucæ, qui originem proverbii: Weſſen die Kuh iſt/ der nehme ſie beym Schwantze/ ex pictura quadam portarum aulæ deducit, & ſic inter alia pergit: Es wird auch nebſt andern Sachen das Schloß gezieret durch den ſchönen Fürſtl. Marſtall/ durch den groſſen Baumgarten/ welcher durch ein langes Hauß/ und eine Mauer von dem gegen der Stadt ſtehenden Luſtgarten abgeſondert wird. Unten in den Gewölbern des langen Hauſes (worinnen vormahls vornehme Hof-Diener/ jetzo die PP. Societatis logiren) wurden im Winter die raren Gewächſe verwahret. Hucusque Fr. L.

Nos in illud PP. Societatis receptaculum ſequens aliquando tetraſtichon ſcripſimus:

Hic ubi præcipuis fuerat Ducis aula Miniſtris,
Ac ubi pro raris fructibus hortus erat:
Præcipuis hodie JESU patet aula Miniſtris,
Atque bonis horum fructibus hortus erit.

(f) Gymnaſium iſtud A. 1564. 21. Martii extrui cœptum, An. verò 1569 perfectum fuit: noveno faſtigiorum numero ſuperbiens peculiarem quaſi ſedem cuivis Muſarum exhibet. Nachdem der Hertzog zuvorhero (inquit F. L.) den alten Thum-Keller abbrechen laſſen/hat man darinnen einen abſcheulichen gifftigen Wurm faſt einer Elen lang/ und faſt zwo Handſpannen dicke/ deſſen ausgeſtopffte Haut im Zeug-Hauß zu ſehen iſt/ gefunden; an welchem Ort der Grund-Stein des Gymnaſii unter Trompeten- und Paucken-Schall geleget worden.

Supra portam Scholæ Fundatoris memoria in hæc verba celebratur:

Illuſtriſſimus, & omni laude pietatis ac virtutis erga DEUM & homines Præſtantiſſimus Princeps ac Dominus D. Georgius II, verè populo ſuo ſecundus, atque patriæ Pater, in Sileſia Lignicenſis & Bregenſis Dux, hoc illuſtre Gymnaſium ut veræ doctrinæ de DEO Patre, & Filio ipſius Domi-

Domino noſtro JESU Chriſto, & Spiritu Sancto, juxta Prophetica & Apoſtolica ſcripta, Orthodoxæ Eccleſiæ Symbola, & Potentiſſimo Cæſari Carolo V Auguſtæ Vindelicorum exhibitam confeſſionem, atque ſanioris Philoſophiæ & Virtutum omnium domicilium ſit, Gloriæ Dei utili, & Poſteritati ſalutari conſilio, Auguſtaque liberalitate, ac Dei inprimis propitii nobis propter Filium beneficio ædificavit, atque erexit, Anno beneficii Salvatoris noſtri M D LXIV. Confer quæ ſup. Cap. VI. §. 13. p. 695. ſeq. monuimus, & quæ V. Cl. Godofredus Thilo, Gymnaſii illius p. t. Rector, in Programmate quodam Dramatico de Gymnaſio & Rectoribus Scholæ diſſeruit.

(g) Das Patrocinium dieſer Stiffts-Kirchen anlangende/ vermeine ich (verbis utimur D. Buckiſch ex Prolegom. der Schleſ. Kirchen-Geſchichten pag. 29.) daß ſie nebſt S. Hedwig nicht dem H. Johanni dem Täuffer (wie Schickfus vorgiebet) ſondern vielmehr der allerheiligſten Dreyfaltigkeit mit dediciret ſey: dann ſolches nicht allein die inner der Kirchen oberhalb des Gewölbes zu ſehen befindliche alte pictur der allerheiligſten Dreyfaltigkeit nebſt der H. Hedwig andeutet/ ſondern auch zu ſchlüſſen/ daß wie der eine Jahrmarckt Montags nach Nicolai der ietzigen Stadt-Pfarr- ſonſten vor alters Commendæ-Kirchen Sancti Nicolai: Item der ander an unſer lieben Frauen Geburt der weyland vor dem Breßlauiſchen Thor geſtandenen Marien-Kirchen/ alldo vermuthlich dieſe dritte/ und Collegiat-Kirche der allerheiligſten Dreyfaltigkeit mit gewidmet worden ſeyn wird/ weilen an dieſem Feſt der dritte und vornehmſte Jahrmarckt und Kirchweyh gehalten wird: Bevoraus nachdem über dis alles Pabſt Urbanus VI, als er hieſigem Decano das Recht/ an gewiſſen Feſten in infula zu celebriren/ conferirt/ in ſeiner darüber gegebenen/ und bey hieſigem Archivo befindlichen Bulla dieſe Kirche ſelbſt ad SS. Trinitatem & S. Hedwigem intituliret.

In dieſer Kirch ſiehet man unter andern Raritäten (ex F. Lucæ Chronica loquimur) morgenwärts den Piaſtiſchen Stammbaum im obern Feld/ unterwärts lieget Piaſtus in Lebensgröſſe/ bey welchem folgende Beyſchrifft zu leſen: Extinctâ veterum Poloniæ Ducum Familiâ in Popielio Poloni ſibi præfecerunt Piaſtum, Virum humili loco natum, ſed virtute & juſtitiâ excellentem, circiter An. Dn. D CCC XLII. à quo priſca Regum Poloniæ progenies, & Sileſiæ Duces, deſcendunt. Aus dem Hertzen Piaſti ſteiget ein vergüldeter Zweig/ aus dem die Schleſiſche Hertzoge entſproſſen/ und ſich ausbreiten/ alſo daß/ nachdem ſie poſteriren/ ein vergüldeter Zweig den andern herfür bringt.

An der mitternächtigen Seiten præsentirt sich eben in der Form der jetzige Chur-Brandenburgische Stamm Hohen-Zollerischer Linie mit seinem Urheber/ und bedeckt auch ein Feld an der Morgen-Seite.

Hinter dem Stand der Räthe ist der Ertz-Hertzogliche Stamm von Rudolpho Habspurgico an bis auf Kayser und König Rudolphum II, auf einem blauen Feld über die massen wohl gemahlet zu sehen.

Ornamenta hæc sunt hujus Ecclesiæ à F. L. descripta. Sed illa quoque audiamus ex MStis D. Godefridi Buckisch, quæ sacrum hunc locum profanarunt & contaminarunt.

Ist also bey dieser Stadt (inquit ille l. c. Vol. I. c. 5. m. 8.) an Kirchen und geistlichen Gebäuden nichts übrig geblieben/ als die von Ludovico I. A. 1369 zu Ehren S. Joannis Baptistæ (secundum dicta, S. Trinitatis) und Hedwigis gestifftete Thum- und Collegiat-Kirche/ welcher zwar durch das sonderbare Kunst-stück des allhier sich befindlichen Predigstuls/ als der zusammt dem Fundament in der Erden ein eintziger Stein ist/ und A. 1573 den 16 Augusti von Strelen mit sechzehn starcken Pferden anhero gebracht worden/ durch die damalige uncatholische Herrschafft ziemlich gezieret/ aber doch auch durch Einhauung in dessen Crone das jüngste Gericht/ Himmel und Hölle/ darinnen aber der Pabst mit der dreyfachen Crone sitzend/ und vom leidigen Teufel angegangen/ . . . zu befinden/ (welches Abentheuer doch Schickfusius eine schöne Biblische Historie nennet) nicht wenig verstellet; auch über dis durch Einbauung des Fürstlichem Schlosses gleich gegen dem Altar über An. 1544 um ein grosses deformiret und verkürtzt worden: zu geschweigen anderer mehr in dieser Schloß-Kirchen sich befindenden ärgerlichen Gemählden/ die noch heutiges Tages darinnen/ und sonderlich unter dem gewesenen Sing-Chor eine Tafel zu sehen/ darinnen drey Tromboniſtæ, zwey Tubicines, zwey Cornelistæ, und zwey Vocalistæ, in primo Vocali Hecht im Schmaltz/ Karpffen im Saltz; in secundo aber o re wie schmeckst du! musiciren: Auch noch unvergessen/ wie noch vor wenig Jahren der aus gedachtem Fürstl. Schlosse weit heraus in die Kirche zwischen unsere Catholische Beichtstühle gehende leimerne Back-Ofen amovirt werden müssen: Woraus erhellet/ in was Ehren und Würden diese GOtt und seinen Heiligen geweyhete Kirch gehalten worden.

Notatu verò dignum, quod, cum descriptum illud toreuma, ab Acatholicorum quodam Phidia cælatum, effigies nimirum in Suggestu lapideo formata, Romanumque Pontificem in Inferni faucibus hærentem exhi-

exhibens, ſuperioribus annis, antequam hæc Eccleſia reſtituta fuiſſet Catholicis, alicui ex Societate JESU noti nominis Patri in Pontificis contemptum ab Aulicis Acatholicis monſtraretur, riſu jocoſerio ludibrium iſthoc à Patre exploſum fuerit: quot annorum, quæſivit iſte, cælatum iſthoc opus? centum, reſpondent illi: Ecce, reponit Pater, quam durus bolus Romanus Pontifex, quem tot annis Infernus deglutire non potuit, Lutheро atque Calvino jamdudum in tormentorum ſuorum abyſſum abſorptis! Liberatus tandem fuit ex hoc Inferno perſonato Romanus Pontifex, dum ipſum templum ab Acatholicorum poteſtate liberatum ad ſacra rediit orthodoxa, Anno nimirum 1677, menſe Februario die quinta, mandante Auguſtiſſimo noſtro Leopoldo Rom. Imp. & Boh. Rege, ſummoque Sileſiarum Principe &c. per Illuſtriſſimos Commiſſarios Cæſareos, D. Chriſtophorum L. B. de Fragſtein &c. D. Chriſtophorum L. B. à Banner, D. Joannem Bidermann de Biberfeld, pleno jure occupatum, & à Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo D. Franciſco Lib. B. de Welczeck Canon. Wrat. Commiſſ. Epiſcop. reconciliatum, & in illud Sacerdos Catholicus Fridericus Ferdinandus Flade introductus, huic verò domus, quam Superintendens antè habitaverat, incolenda, aſſignata fuit. Ex qua Eccleſia A. 1678. 9 Junii in feſto ſacratiſſimi Corporis Chriſti Proceſſio Theophorica prima rurſus vice à Romano-Catholicis celebrata præſente & comitante Cæſareo Præſidio, puſilloque grege Officialium Catholicorum.

Abſonderlich aber (ruſſus ex Buckiſch iſta referimus l. c.) iſt bey dieſer Schloß-Kirchen merckwürdig/ daß/ da ſonſt alle Catholiſche Apparamenta ſeithero verlohren gangen/ gleichwohl die ad Sacrificium Miſſæ deſtinirte/ und darunter vornemlich noch von Fräulein Hedwigis des Fundatoris Ludovici I Gemahlin verſchaffte Kelch und Patenen durch Göttliche Providenz in ſalvo erhalten/ und der Kirchen poſt Reconciliationem integra reſtituiret worden ſeynd.

Qua verò ratione ipſe Canonicatus hujus Collegiatæ introductâ hanc in urbem Lutheri doctrinâ adminiſtratus, ejusque proventus impenſi fuerint, in MStis Buckiſchianis Vol. I. Cap. 9. membro 13 Lector inveniet.

Sed audiamus porrò, quid loco ſupra citato, nimirum cap. 5. membro 8, ſæpe laudatus D. Buckiſch de reliquis hujus urbis Eccleſiis ſcribat: Ingleichen (ait ibi) hat ſich auch noch allhier die Pfarr-Kirchen in der Stadt zu S. Niclas erhalten/ die vormahls den Creutzherren zugeſtanden/ hernach aber wegen allerhand ihnen zugeſtoßenen Verdrüßligkeiten ſub Acto Strelen den 20 Januarii A. 1573, nebſt dem daran ſtoſſenden Creutz-

Hofe gegen einem Æquipollent der Fürſtl. Herrſchafft/ von dieſer aber der Stadt cedirt und abgetretten worden. Quæ ceſſiones fuſius in crebro allegatis MSt. Vol. I. c. 10. memb. 13. & c. 8. memb. 7 referuntur.

Fallitur autem F. Lucæ, qui tam Eccleſiam, quam domum illi contiguam ad Crucigeros cum rubea ſtella ſpectaſſe, & ideo etiamnum Creutz Hof locum illum vocari, perhibet: non enim horum, ſed Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani, ſive Crucigerorum Melitenſium fuit Commenda.

Sed quo fato reliquæ quatuor urbis Eccleſiæ penitus interierint, ex Buckiſchianis ſæpiſſime memoratis intelligimus: An. 1533 iſt allhier zum Brieg (ejus verba ſunt) wegen vorhabenden Wall- und Feſtung-Baues der Anfang zu Einreiſſung der ſchönen/ bald vor dem Breßlauiſchen Thore nahe dem Hoſpital zum heiligen Geiſt (welches aber den 6 April 1538 abgebrant/ hernach in die Stadt verleget worden) ſich dazumal befindlichen unſer lieben Frauen Kirchen gemacht/ und den 7 Martii nachgehenden Jahres vollführet worden/ davon noch vor weniger Zeit der nunmehro zugefüllete Brunnen auſſer dem Schloſſe ſeines guten Waſſers halber berühmt geweſen/ und der Marien-Brunn/ das Thor aber valva Beatæ Virginis, und die davon gehende Straß unſer lieben Frauen Gaſſe in den alten Fundation-Briefen genennt worden.

So haben vorzeiten auch allhier zwey Klöſter geſtanden/ deren das eine ein Dominicaner-Kloſter geweſen/ welches auf dem jetzt ſo genanten Sperlings-Berge geſtanden/ und ad S. Crucem genennt worden/ wie ſolches aus den alten bey hieſiger Königlichen Cantzeley befindlichen Auffloß-Briefen derjenigen allhier auf dem damals benahmten Cloſter-Berge/ und hinter den alten Fürſtl. Ställen in locum Monaſterii erbauten Häuſer/ und ſonderlich Hanſen Rohrs von Metzlohr/ Mitwoch nach Exaudi A. 1540. worinnen expreſſis verbis dieſes Kloſters Prediger-Ordens gedacht wird: und Frantz Heintzens des Weinſchenckens Donnerſtag nach Miſericordias An. 1552 datiret zu ſehen; Muß auch eine geraume Zeit vor dem andern dem Nieder-Kloſter erbauet ſeyn worden/ weil in der Baron Franckenbergiſchen Bucheldorffiſchen ausgeführten Genealogia gedacht wird/ daß allbereit 1372 Hans Franckenberg auf Proſchlitz bey Reparation des Cloſters S. Crucis Ordinis Prædicatorum in Brieg ſeine liberalität zu löblichen gedächtnüß erwieſen/ und dahero Freytag nach dem Tod-Sontage deſſelben/ und ſeiner Ehefrauen Annæ, wie auch ihrer Vorfahrer Anniverſarium und Jahrs-Tag mit gewiſſen Vigilien und Meſſen begangen werden ſollen:

ſollen: So aber heutiges Tages/da das Cloſter dergeſtalt annulliret worden/ daß man auch deſſen nicht ein Veſtigium mehr ſiehet/ zugleich mit verloſchen. Aus dieſem Cloſter hat man teſte Polio in ſeinem Diario den 18 Junii 1546 Fräulein Helenæ einer Fürſtin von Orlamunda Gebeine aus dem Grabe genommen/ ehrlich in die Stadt begleitet/ und in die Thum-Kirche ins Fürſtl. Begräbnüß geleget/ hernach aber das Chor-Gewölbe und Mauer gemeldten Cloſters unterhacket/ mit Holtze geſtützet/ unterfahren/ angezündet und eingefället/ nachmals den Platz biß an die Stadt-Mauren an mit Häuſern beſetzet/ und vermöge eines hierüber zu Brieg Freytags nach Margarethä Anno 1553 datirten Briefes unter gewiſſen Conditionen der Stadt überlaſſen/ auch der Stadt-Freyheiten fähig gemacht. Quemadmodum ex harum litterarum tenore, quas integras MStis. ſuis Cap. 8. memb. 8. Vol. I. D. Buckiſch inſeruit, colligitur. Hujus autem Sacræ Ædis demolitionem R. P. Crugerius in Pulv. ſacris 10 Junii hunc in modum refert: A. C. 1335. Boleslaus ejus nominis III Brigæ Dux fundat ibidem urbis Patribus Dominicanis ſacrorum Virorum Cœnobium: Templum Eorumdem ſub A. D. 1338 abſolutum Nankerus Wratislavienſium Epiſcopus conſecravit. In hac Eccleſia præter Fundatorem ſepulta quoque fuit ejusdem uxor Helena Comes Orlemundia, quæ die SS. Gervaſii & Prothaſii ſub A. C. 1369 deceſſit. Hanc Duces poſtea Evangelici prætextu vallorum civitati proximorum A. D. 1545. 6 Auguſti terrâ oppleri curaverunt, ſublatis tamen prius ex ea prædictis oſſibus, & translatis in Collegiatam SS. Joannis Baptiſtæ Hedwigis Sileſiæ Duciſſæ, totius hujus nunc etiam reſiduæ Poſteritatis Piaſteæ Majoris, ſed Catholicæ, ſed vitæ ſanctiſſimæ Cœlitis. Hæc Crugerius: qui tamen à Schickfuſio, aliisque deceptus errat in eo, quod Eccleſiam Dominicanorum confundat cum illa, quæ fuit Franciſcanorum: hanc enim Boleslaus III erexit, & Nankerus Epiſcopus conſecravit, illam autem Dominicanorum ab Henrico Craſſo erigi cœpiſſe, à Bulcone verò, juniorum Principum Tutore, perfectam fuiſſe traditur. Boleslaum porrò mortuum non in Dominicanorum Brigenſi, ſed in Ciſtercienſium Lubenſi ſepultum, Helenam autem Orlemundam ipſius Conjugem non fuiſſe, ex F. Lucæ oſtendi poteſt; cujus tamen veritatem cap. ſequenti indagabimus; hic interim Buckiſchianam alterius Monaſterii deſcriptionem proſequamur:

Was aber das andere (pergit ille) das Nieder-Kloſter in hieſigen Cantzeley-Regiſtraturen zu S. Petri und Pauli genannt/ welches aber Schickfus cap. 10. lib. 4. fol. 77 allein S. Peters-Kirche nennt/ betrifft/

hat ſolches referente eodem Schickfuſio lib. 2. Chron. cap. 7. fol. 42. Hertzog Boleslaus III. Ann. 1335 nach ſeiner erſten Gemahlin Frauen Margarethæ Wenceslai Königs in Böhmen Tochter tödtlichem Hintritt vom Heurath-Gut Frau Catharinæ ſeiner andern Gemahlin vor die Conventualen oder Minoriten geſtifftet/ und Biſchoff Nankerus auf Pabſt Joannis XXII Befehl Anno 1338 eingeweihet; welches / nachdem es Anno 1527 von den Mönchen völlig verlaſſen/ und immittelſt von der Bürgerſchafft ein und ander Hauß dahin gebauet/ auch gar ein Theil zu der damals zu bauen vorgehabten Fürſtl. Mühle gezogen worden/ Hertzog Georg vermittelſt eines gewiſſen Briefes d. d. Brieg Sonntag nach Sim. Judæ 1557 der Stadt übergeben/ (quemadmodum litterarum copia ſonat à Buckiſchio relata in MSt. Vol. I. c. 9. memb. 2.) die den gantzen Umfang vollends mit Gebäuden ausgefüllet / die Kirche aber ſelbſten zu einem Zeug-Hauſe gemachet/ welche ſie doch ſub Acto Brieg den 23 April. Ann. 1582 der Fürſtl. Herrſchafft gegen Verwechſelung des Juris Patronatûs bey der Pfarr-Kirche/ und darzu gehörigen Creutz-Hofes/ wieder abgetreten. Zu dieſem Cloſter hat ſonſten auch die alte Kirche/ oder Capelle beym Oder-Thor S. Antonii, als den Franciſcanern zugethanen Patrons/ gehöret/ welche aber ebenfalls nach Aufmerckung mehr gemeldten Schickfuſii loc. nimirum cit. lib. 4. cap. 10. fol. 77 mit obgedachter der Minder-Brüder zu St. Petri und Pauli Kirch den 22 April am Sonntage Judica A. 1494 und dem dritten Theil der Stadt Brieg/ davon noch heutiges Tages die Veſtigia an jetziger Capuciner Capell oberhalb der Glocken zu ſehen/ abgebrant/ und bey hernach einbrechendem Lutheraniſmo wüſte geſtanden/ und vollends baufällig worden/ biß ſie endlich den 1 Maji An. 1595 des Morgens frühe von ſich ſelber gar eingefallen: auf deren Stelle heutiges Tages von hinten zu die Badſtube/ von fornen her aber die Münte gebauet worden. Und weil auch die Clariſſerinnen oder Cloſter-Jungfrauen von Strelen bey beſorglichen Zeiten / unweit von dieſen Patribus Franciſcanern / als ejusdem Ordinis, ihre Wohnung oder Retirada in Brieg gehabt haben ſollen/ ſo hat der Ort noch biß dato davon den Namen der Nonnengaſſen behalten. Num Franciſcani, qui olim Conventum hic habuiſſe leguntur, *Conventuales*, aut *Diſcalceati* fuerint, nihil ad nos: diſputent ea de re illi, quorum intereſt.

Anno 1683 RR. PP. Capucinis aliquot domus fuerunt extraditæ, ubi piorum Patronorum munificentiâ & Templum & habitaculum pro ſolita ſua humilitate ſtrictius exſtruere cœperunt: quibus autem ad perfectionis apicem

apicem necdum eductis, beneficas hodieque manes præſtolantur Paupe-res illi Religioſi, quibus ſacræ ſuæ Domui coronidem imponere valeant. Plateam, quam inhabitant, incolæ Sancto Antonio Paduano nuncupare inchoant, cujus Divi, nec non S. Leopoldi honori Templum etiam no-vum eſt dedicatum.

(*b*) In ARMAMENTARIUM, ut ſuprà meminimus, Eccleſia SS. PETRI & PAULI mutata, ſequentem ſupra portam ex lib. Judicum accepit epigraphen:

Hie Schwerdt des Herrn/ und Gideon.

Nos in ſanctorum loci hujus Patronorum piam gratamque memoriam ſequens pentadiſtichon adjicimus:

His bene conveniunt Armamentaria Sanctis:
Armorum vires Divus uterque gerit.
Ecce duo gladii hic *ſunt, Petrus Apoſtolus inquit,*
Quorum uno Malchi deputat auriculam.
Enſem acie bina Tarſenſis Paulus acutum,
Quo gentes Chriſto ſubdidit, alter habet.
Inſuper hic geſtat romphaam ſanguine tinctam,
Qua Martyr Domini ceſus amore fuit.
Divus uterque ſua hac ſi permanſiſſet in Æde,
Tutior hac Princeps forſan in urbe foret.

(*i*) Von denen beyden Mühlen und der daran ſich befindenden Walckmühle/ wie auch einem artigen Caſu, welcher ſich mit einem bey der Werder-Brücken geſunckenen Schiffe begeben/ kan Frid. Lucæ nachge-ſchlagen werden.

(*k*) Quas alias tam à Marte, quàm morte, & à Vulcano quoque ſibi illatas tulerit hæc urbs injurias, prolixius aliis recenſendas relinquimus, & ſola fere Balbini verba huc apponimus. *Sileſia enim* (inquit iſte in Diva Wartenſi Cap. I. §. 2.) *etſi rebus abundat ſcribendis, ſed caritate idonco-rum ſcriptorum laborat: Fortiſſimi enim & magnanimi Sileſiæ Duces ſcri-ptorum manus virtutibus ſuis poterant fatigare, maximè qui à D. Hedwige, & Podiebradio deſcenderunt: Urbes Sileſia cum Regibus bella geſſerunt, & ediderunt fortitudinis ſuæ monumenta maxima, quæ tamen quaſi per indi-cem tantum, non Hiſtoriâ, & perpetua oratione retulerunt Sileſia ſcriptores.*

An. 1642 belagerte ſie der Schwediſche General Torſtenſohn mit 12000 Mann; es ſind aber der Schweden in derſelben vier-wöchentlichen

Beld-

Belägerung über 1400 ſitzen blieben ohne die Gefangene und Verloffene; daher das Sprichwort kam:

Brieg/ Freyberg und Brünn/
Machen die Schweden dünn.

Als Anno 1582 Hertzog Georgius II den groſſen Stein-Tamm an der Hauptſtraſſe zwiſchen Briſe und dem groſſen Teich mit groſſen Unkoſten erbauete / ließ er zum Gedächtnüß einen ungeheuren/ breiten und hohen Stein bey die Hauptſtraſſe aufrichten/ und demſelben den Fürſtl. Adler und folgendes Diſtichon einetzen:

STRAVERUNT ALII NOBIS: NOS POSTERITATI:
OMNIBUS AT CHRISTUS STRAVIT AD ASTRA VIAM.

Ex viris litteratis, qui huic urbi natales ſuos debuerunt, recenſendi ſunt

I. HENRICUS BITTERFELDIUS, S. Prædicatorum Ordinis, S. T. M.

Cujus inſignis ille Annalium Eccleſiaſticorum Conditor P. Abrahamus Bzovius ejusdem ſacri Ordinis in Tutelari Sileſiæ, ſive in Vita B. CESLAI Odrovanſii mentionem facit, quemque honorifico eorum numero, qui ad S. Adalbertum Wratislaviæ olim degentes Eccleſiam Catholicam ſcriptis illuſtrarunt, accenſet. Scripſit autem ad Hedwigem Reginam Poloniæ Librum de Contemplatione & Vita Activa, & librum de Regimine Hominis.

II. BARTHOLOMÆUS STENIUS,

Ordinis Crucigerorum ſacerdos, ortûs ſui incunabula vidit in Sileſiæ celebri urbe, quæ Brega dicitur. Vir fuit ingenio præclaro, & majori quam pro ſua ætate, in qua caligo adhuc ferè in Germania, nec clara illa fax litterarum ſatis illata, eruditione præditus, illiusque & hujus ævi ritu Magiſtri titulum adeptus: cujus nimirum ſanè nullam uſpiam in Annalibus patriæ reperio mentionem. Sed nimirum non omnes novimus omnes, & (quod verè quidam ſcriptor nobilis dixit) *famam alii merentur, alii habent.* Meminit tamen Stenii in Bibliotheca Conradus Geſnerus, ejus de Ducibus, Judicibus, Legibus Iſraëlitici populi compendioſam Commentationem laudans, editam à Thoma Venatorio, atque impreſſam Norimbergæ per Hieronymum Holvet anno 1523. Libris tribus inſigniorum urbium, & locorum deſcriptiones induſtriè, & exquiſitè, ſi non eleganter aut ſcitè, complexus eſt: unde non pauca in adverſaria ſua MSt. ſive Sileſiam magnam

magnam beneficio V. Cl. Chriſtophori Henſcheri JCti, Reipubl. Wratisl. Syndici, nobis aliquando communicatum transtulit Joannes Heſſus: ipſum autem ſcriptum ſive fatali patrum incuria, ſive inſidioſa magnis ingeniis longi temporis ſerie (niſi fortè adhuc in libraria quadam ſupellectile lateat) periiſſe vero videtur ſimile. Epitaphio, quod parentibus ſuis Bregæ poſuit, tetraſtichon inſcriptum hujusmodi:

Veſtibulum hoc, ubi ſtilla rigat delapſa ſuperne,
Oſſa duplex gemini corporis urna tegit.
Anna Steni conjunx noti pietate Georgi,
Poſt obitum charo nunc quoque juncta viro eſt.

Filius M. Bartholomæus Stenius parentibus F.F. 1484.

Quo ipſe anno denatus ſit, haud magis nobis, quam quo natus, conſtat. Caſp. Conradus noſter dignum judicavit, quem in Millenariis illis ſuis Virorum Illuſtrium venuſtiſimis hujusmodi diſticho celebraret:

Ordo mihi Cruciger proprius fuit: & proprium iſthoc:
Deſcripſi Muſis urbica tecta meis.

Nos autem ipſis talibus verſiculis ſumus proſequuti:

Barbaries ævi cui non eſt cognita noſtri?
Atqui arte hanc vici Stenius ingenii.

Hæc omnia ad verbum noſter in S. T. ſæpe citata lib. II. No. 2.

Nos, qui ignoramus, qualis Cruciger fuerit? aut quem ſacrum religioſum Ordinem profeſſus? in meritam ipſi laudem ſcripſimus hoc hebdadiſtichon:

Stenius eſt Cruciger: *num* Candidus, *aut* Melitæus?
Num Rutilus, *cujus* ſub Cruce Stella *rubet?*
Num Rubeus, duplex *cui* Crux *in pectore fulget?*
Tunc tantum has habuit patria noſtra Cruces.
Has inter verò quamnam portaverit ille?
Nec nos Annales, nec monumenta docent.
Pro merita ſi laude Viri quid ſcribere fas eſt:
Dicimus, hunc omnes tres meruiſſe Cruces.
Namque ad juſtitiam qui multos erudit, inſtar
Stellæ *eſt:* Stellatus *Stenius ergo fuit.*
Et qui vera docet, ſinceraque, Candidus *ille eſt:*
Stenius hæc docuit, Candidus ergo fuit.
Candidus & Rutilus Cruciger *cum Stenius eſſet:*
Quis neget hunc duplicem *commeruiſſe* CRUCEM?

III. ANDREAS SARTORIUS, J. U. Doct. & PP.

Qui Brigæ natus anno 1562 Nonis Maji, ad Academiam inde translatus in ea ſcientia, quam qui profitentur, ſacerdotes Juſtitiæ audiunt, ſummam ſtudiorum poſuit, & quidem tali cum ſucceſſu, ut & J. U. Doctor nobilis, & Pandectarum in illuſtri Athenæo Viadrino Profeſſor Ordinarius, & Potentiſſimi Electoris Brandenburgici Conſiliarius amabilis, & Principum aliorum, Rerumpubl. Civitatum, Baronum, ac Nobilium, quaſi Tripus quidam Apollinis audiret: iis quippe conſulendo, de jure reſpondendo, & graves cauſas heroica mente & calamo tuendo. Erat enim Practicus eminentiſſimus ob vires induſtriæ, ſolertiam forenſem, præſidia doctrinæ & eloquentiæ decora tanta nominis celebritate, ut litigatores acrius de eo ſibi Patrono cooptando, quam de cauſa ipſa diſceptare viderentur: Ipſeque adeò Rudolphus II. Imp. Auguſtiſſ. ex Cameræ Sileſiacæ Procerum commendatione ad provinciam Fiſci Regii in Sileſia adminiſtrandam benigniſſimè vocandum cenſeret; quam & ipſe promptiſſimo animo ſubiturus erat, niſi Rudolphiani regiminis mutatione è medio quaſi itinere revocatus fuiſſet. Excerpt. ex Sil. Tog. Henelii l. 6. No. 36.

IV. CONRADUS PASSELIUS, J. U. Doctor, & Princip. Olsn. Conſiliarius.

Ex prolixiori, quod noſter in Sil. Tog. l. 7. No. 43 huic viro ſcribit, encomio pauca licet excerpere, ſi brevitati conſultum eſſe velimus.

Ad Rempubl. igitur transgreſſus ille prudentiæ ac ſolertiæ in negotiis difficillimis, quæ quidem in Aula tunc Olsnenſi propter ſummam Sileſiarum Præfecturam occurrebant creberrima, qua domi, qua foris, præclara edidit ſpecimina, ſic quidem ut non obiter aſpectus magis, quam penitus introſpectus placeret, nec judicium magis aufferret, quam mereretur. Enim vero ut in Principibus, ſic in Principum adminiſtris prudentiam ſine virtute non agnoſco; niſi forſan prudentiæ nomine pro ludicri ſeculi genio ſolertiam intelligas inveſtigandi ubique utilitatem propriam, augendiq; undique nullo delectu aut modo copias ſuas. Sed hanc prudentiæ ſimulatricem, aſtutiam, quam tanquam certiſſimam adverſariam & hoſtem ſicut univerſa oppugnat Juriſprudentia: ſic noſter quoque exemplo Principis ſui prudentiam Civilem inſeparabili virtutum nexu ſtringendam eſſe, eò magis ſtatuit; quod abominationi eſſent Jehovæ labia fallacia; qui autem agunt fideliter, acceptos eſſe ei, ex Regum omnium, qui nati ſunt, & naſcentur poſthac, ſapientiſſimo judicaret. Extremum vitæ hujus diem 8 Kal. Mart. Anni 1629 confecit.

V.

V. JOANNES BAPTISTA REIMANNUS, J. U. D.

Qui (teſte Hen. in Sil. Tog. lib. 9. No. 20.) neque Patriæ neque Patri ſuo nobiliſſimo Joanni Reimanno, Cancellario Brigenſi, dehoneſtamento vixit, aut bonarum partium deſertor unquam exſtitit: à puero quippe ea ſecutus, ex quibus vera gloria naſci poſſet, & unde non indignus amore bonorum, nonnulloque honore cenſeri deberet. Politiori literariæ, ac Jurisprudentiæ diverſis in Academiis operam dedit, & clariſſimorum ubique virorum amicitiam ambivit. Supremam in utroque jure lauream cum adeptus eſſet, Illuſtriſſ. primum Aulæ Brigenſis ſexennio Conſiliarius & Secretarius, & Inſtitutionum Imperialium in Gymnaſio Profeſſor, Lignicenſis poſtea Reipubl. Proconſul, tandemque quinquennio ferè Ducalis ibidem Conſiliarius & Secretarius, fide, qua debuit, induſtriâ, qua potuit, ſumma Principibus ſuis ſerviit, ac ſpartam adeò ſuam probè exornare contendit. Moritur An. 1614.

VI. NICOLAUS WEIGEL.

Sleſius natione, patria Bregenſis, diſciplina Lipzenſis, Majoris Collegii Collegiatus, vir omnium artium liberalium candidiſſimæ laudis. Capeſſis Theologiæ inſignibus adeo excitata ſuæ doctrinæ opinione coruſcavit, ut concordi Saxoniæ Ducum & Mersburgenſis Præſulis atque Univerſitatis noſtræ concitatione in Baſileenſe Concilium rerum agendarum Patronus legaretur. Ubi crebris ſententiis ad cœtum Patrum relatis, multisque frequenti Concilio orationibus habitis, cunctis admiratus celeberrimus habitus eſt. - - Superat cuncta ejus ſcripta illa, quæ inſcribitur immenſi voluminis *Summa de Indulgentiis*, quæ incipit: *Reverendo in Chriſto Patri*; qua indulgentiarum vim modumque ita metitur, ut in ea materia (pace aliorum dicam) nulli ſecundus de Mundo habeatur. Quin & eandem Dominus Cardinalis Beſſarion Nicænus ad urbem tranſcribendam ſibi curavit. Claruit 1427 Rector. *vide Anonymi Centuriam ſcriptorum clarorum apud Maderum n. XVIII. p. B. 4.*

§. 17.

BRALINUM.

Bralin, Baronatus Wartenbergenſis Opidulum.

Eccleſiam & Arcem ſat amplam, cæteras domos habet ligneas.

§. 18.

BOBERAVIA.

Boberavia Boberau/ opidulum Ducatus Carnovienſis, ſi Röthelio & Schickfuſio fides.

BORAVIAM Territorii Strelenſis opidulum hic inſerere noſter oblitus eſt: quod Dominum hodie Illuſtriſſ. Comitem de Gſug &c. agnoſcit.

§. 19.

BOBERSBERGA.

Bobersberga Bobersberg/ opidulum ſive vicus Ducatûs Croſnenſis.

Intra Croſnam & Sommerfeldam elevatiori loco conditum prope Boberum.

§. 20.

BULCONIS FANUM.

Bulckenhayn/ opidulum (*a*) anguſtum, ſed mœnitum, neque inamœnum, cui in colle ſummo caſtrum imminet à Bulcone Duce Swidnicenſium, Principe illo ſapiente pariter & locuplete exſtructum & cognominatum: (*b*) quod vetuſtate ferè collapſum Ladislaus Czedlicius Liber Baro Commendator Strigovienſis, cujus hæredium ac ſedes fuit, ſuperioribus annis egregiè reſtauravit. (*c*)

(*a*) Opidulum iſtud anno 807 jam exſtructum fuiſſe, & nomen ſuum ab Ethnico quodam Principe, cui nomen fuiſſet Bolckenhayn/ Conditore ſuo & Domino accepiſſe, ex MSt. antiquis oſtendi ſcribit D. Naſo in Phœnice Redivivo pag. 191. Præterea ex iisdem MSt. docere aſſerit, Comitem Palatinum Rolandum, Caroli Magni ex ſorore nepotem, jam anno ſuprà citato ex Saxonia hac tranſiviſſe, ipſoque præcipiente ab Incolis Bolckenhaynenſibus Ethnicis idolum, quod adorabant, ad Palatini caſtra transla-

translatum, fractum, & in cineres redactum fuiſſe. Sed hæc nobis perſuaderi non permittimus, cum fabulis, quam veritati, propiora eſſe judicemus. An autem in loco Eccleſiæ Parochialis, quam B.V. MARIÆ & S. HEDWIGI nuncuparunt fundatores, Fanum olim Ethnicorum fuerit, (ut rurſum Naſo noſter aſſerit) aliis judicandum relinquimus; Cui quidem aſſertioni contradicere non volumus, cum præſertim tam Henelio hic, quam aliis, locus iſte *Fanum Bulconis* vocetur, *Fanum* autem Chriſtianis Gentilium Templum ſignificet, teſte S. Ambroſio epiſtola 29 *Quid eſt enim niſi Fanum, in quo eſt Conventus Gentilium?* Commodianus Inſtr. 24.

Exi inde foris, iterum tua fana requiris.

Veroſimile proinde nobis videtur, hic loci quondam, antequàm fides Chriſtiana illuxiſſet, *Lucum* (ut plerumque in ſylvarum meditulliis ſolitudine horridis fuetunt) & in luco fanum, in fano idolum fuiſſe: & eo quidem deſtructo, nomen tamen *Luci* loco conſtanter inhæſiſſe, quemadmodum etiamnum multis & opidis & pagis inhæret; nomen autem *Bulconis*, dum Caſtrum ille hic, & opidum, atque in hoc ipſo loco, ubi Fanum olim ſteterat, Templum conderet, tam opido, quam caſtro ſuperadditum fuiſſe, ut ab illo tempore *Fanum*, aut potius *Lucus Bulconis* (Bolckenhayn) audiret.

Inſigne Civitatis *Turris* eſt, *Portam Apertam*, & in hujus limine *Lucium* exhibens, ad dexteram *Solem*, *Lunâ* ad ſiniſtram, circa faſtigium verò *quatuor Stellis* conſpicua.

Sed & aliis mundi luminibus, viris puta, doctrinâ præclaris, quos Stellis ipſæ ſacræ paginæ aſſimilant, hoc opidum inſigniter claruit, è quibus

I. JOANNES LANGERUS,

Sacri Ordinis Ciſtercienſis Profeſſus, & poſtea in hoc ipſo opido ad Eccleſiam Beatiſſimæ MARIÆ Virgini, SS. Martino & Hedwigi nuncupatæ, Parochus, & Aſtronomus præſtantiſſimus, cujus Kalendarium in membrana ſcriptum, ab anno 1500 (quo illud feciſſe videtur) usque ad annum 1834 annos ſingulos verbis ſingulis myſterioſis & fatidicis denotans apud dictam Eccleſiam adſervatur: cujus autem clavis aut interpretatio, cum olim in profanis ædibus cuſtodiretur, unà cum illis per incendium in cineres redacta fuit. Copiam illius ſcripti Langeriani paucis abhinc annis nobis fecit Conſultiſſimus & Prænobilis D. Conſul Jarovienſis, in Bibliotheca noſtra depoſitam, & videre capientibus oſtendendam. Annus, quo Aſtrologus iſte Bulckenhaynii ortus fuerit, aut quo ſuum ad ſidera curſum

ſum direxerit, nobis non conſtat: cui cum Naſone noſtro gratulamur ſequenti tetradiſticho:

Clarus es ingenio cœleſtia ſidera Sphæra
Emenſus, veluti nobile dictat opus.
Miramur celebris genii, Langere, laborem,
Hic labor, hoc opus eſt ſic penetrare polos.
Hoc animo factum eſt: animam via lactea Cœli
Duxit in empyreos, mente petita, globos.
Clarius Aſtronomo jam dictant ſidera curſum:
Non curſum: cum ſit parta labore quies.

Alterius (niſi hujus ipſius) coætanei ſaltem & cognominis

II. JOANNIS LANGERI de BOLCKENHAYN,

in Sil. Tog. lib. 7. No. 1 mentionem facit Henelius ſequenti elogio:

Quemadmodum pulchritudine, & opulentia, ita, ne ſolidæ laudis cumulo quidquam deſit, ingeniorum præcipuè fœcunditate noſtra ſe jactat Sileſia, regio illa

Rebus opima bonis, magna munita virûm vi.

Invideant vicinæ & æmulentur provinciæ: citius Herculi clavam, quod ajunt, quam genti noſtræ eruditionis genus extorquebunt. Cui quidem rei dum fidem facere conor, eò minus prætereundus eſt Joh. Langerus, quod eum æternitatis tabulis intulerit manus Joan. Trithemii, Eruditi ſuo ſeculo, & Polygraphi illius Abbatis: qui virum fuiſſe teſtatur (verbis dicam, cujusmodi apud eum reperi) in divinis ſcripturis ſtudioſum & eruditum, ſecularisque litteraturæ non ignarum, ingenio præſtantem, & diſertum eloquio, metro excellentem & proſa, vita & converſatione presbyterio dignum: utroque autem ſtyli genere multa præclara opuſcula, quibus nomen ſuum celebre fecit, ſcripſiſſe: interque cætera hoc opus inſigne de Cenſibus & Reemptionibus, epiſtolarum ad diverſos librum unum, carmina multa, & id genus alia. Tractatum quidem de cenſibus ſub titulo reemptionis an liciti illi ſint, vel illiciti, Georgio de Lapide, Domino Steinaviæ, Croſnæ &c. Regiæ Majeſtatis per Inf. Sileſ. vices gerenti Capitaneo in Schweidnitz ac Luſat. Super. Advocato dedicatum. Scripſit Vratislaviæ, ubi tunc Presbyterum fuiſſe lego Anno Chriſti, quem ipſe ſequenti Chronodiſticho (ſed in quo literam D. inter reliquos numerorum Indices non retulit)

CeLsa tenens regni Vngarlæ reX sCeptra Matthias,
tVnC CodeX præſens ſparglturVr arte foras.

1489.

Wra-

- - - Wratislavia relicta Profeſſorem egit Publicum in Academia Lipſica: cujus & Principatum, faſcesque feliciter geſſit anno 1516. Videatur, quem dixi, Trithemius in Catalogo virorum Illuſtrium, idemque de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, nec non Conradus Geſnerus in Bibliotheca:

Theologiâ celebris, celebris proſaque, metroque,
(Ut taceam linguas) hic fuit, anne ſatis?

III. ELIAS WISNER de WISENBERG, Conſiliarius Cæſareus & Jur. Provinc. Aſſeſſor in March. Moraviæ &c.

(*b*) Turrim caſtrum habet pervetuſtam, muroque, ſeptem ulnarum craſſo, validam, quam monumentum Ethnicorum eſſe opinatur idem Naſo loco cit.

(*c*) In Czedlitziorum hactenus poteſtate conſtanter hoc Caſtrum permanſit, donec ſub currentis 1703 anni initium unà cum pagis, & juribus omnibus ad illud pertinentibus Cœnobio Griſſovienſi pro centum & quadraginta quatuor millibus venderetur, ità tamen, ut ſi quis ex Illuſtriſſima Czedliciorum illorum proſapia deinceps hoc Caſtrum unà cum bonis ad id ſpectantibus redimere vellet, & poſſet, pro eadem pecuniæ ſumma poſtliminio reſtitueretur, ea nihilominus ſub conditione, ut Cœnobio omnes ſumptus, qui in bonorum cultum meliorem interim expenſi fuerint, à redimente refunderentur.

In bellis Huſſiticis multas calamitates ſenſit, & quum latronum aliquando diverticulum eſſet, purgatum fuit ab illis anno 1491 per Caſimirum Teſchinenſem Principem, ſupremum Sileſiarum Capitaneum.

§. 21.

CANTIUM.

Kant/ Juris Epiſcopalis opidum, tribus à VVratislavia milliaribus: in fertili ſolo ſitum: cui adjacet caſtellum antiquum. (*a*) Peculium olim fuit Ducum Olsnenſium, quos inter Conradus Epiſcopus VVratislavienſis, acceptis ab Eccleſia, Capituloque ad D. Joannis mille octingentis marcis Pragenſibus, groſſorum Bohemicorum numeri Polonici, territorium Cantienſe in pignus eidem conceſſit: haud modò fra-

tribus

tribus in Antichresim istam consentientibus, sed & Sigismundo Imp. eandem confirmante, quousque facta fuerit reluitio. Duravit ea Antichresis ad annum usque 1471, quo Carolus Sapiens Dux Olsnensis, VVolaviæ, & VVartenbergæ, Territorii, atque opidi dominium pleno jure in Rudolphum Episcopum, & Canonicorum Collegium transcripsit, addita conditione, ut Cunrado Epilcopo suo propatruo singulis annis parentetur. Ad eam quidem donationem autoritatem suam præbente Matthia Hung. ac Boh. Rege.

(a) Conradus Niger (qui anno 1431 hic sedem suam habuit) & Conradus Albus Olsnensis, nec non Ludovicus Wolavienſis, Principes, durantibus Hussiticis turbis Cantii plerumque, antequam in hostem moverent, exercitus suos lustrarunt.

An. 1428. 26 Martii Hussitæ hunc locum miserandum in modum devastarunt.

An. 1445. 4 Octob. Conradus Albus Cantium de populatus est. A. 1512. 14 Octobr. Bartholomæus Princeps Monsterbergensis juxta hoc opidum à Wratislavienſibus cladem accepit non mediocrem, hinc rhythmus Germanicus:

Hertzog Barthel ohne Land
Hat Jhms Maul vor Kant verbrant.

Errat Autor des Oberstromes/ dum Cantium Monasterium esse scribit pag. 83. Cantium cum Camencio forsean confundens.

Cantio acceptam refert Cracovia THOMAM CANTIENSEM, Theologum magni nominis hinc oriundum, qui à Polonis, apud quos in Academia Cracovienſi Anno vel 1473, vel (ut Autor Promptuarii Monasterii Miechovienſis scribit) 1480 placidissima obiit morte, propter doctrinam & probitatem tanti æstimatus, ut voce populi sanctus diceretur, ejusque Reliquiæ in magna veneratione haberentur. Solitus hic fuit & animo volvere, & ore pronunciare notatu dignum illud apophthegma:

Conturbare Cave: non est placare suave:
Infamare Cave, nam revocare grave.

Vitam hujus Thomæ erudito stylo descripsit A. R. D. M. Adamus Opatovius, ejusdem Academiæ Professor eximius. Sed

Sed non olim tantum, nec unum duntaxat Doctorem genuit CANTIUM: fulget enimvero hodienum, & præfulget in inclyta JEſu Societate in ea dignitate, ad quam paucis licet aſcendere, eximius

PATER GEORGIUS HILLER,

Patricia iſthic proſapia ortus, qui cum paucis abhinc annis Provinciæ Bohémicæ regendæ præfectus fuiſſet, hanc ſpartam ſuam adeo laudabiliter ornavit, ut, licet Viri, etiamnum nova & plura merita cumulantis, modeſtia atque humilitas à meritiſſimis ejusmodi abhorreat encomiis, olim tamen aliquando ab iis, de quibus adhuc bene meretur, præconiis in cœlum ſit extollendus.

Annumerandi illis veniunt

WOLFGANGUS KAHL,
Epiſcopi Vratislavienſis Promnitii Secretarius.

CASPAR SPENACER,
Cameræ Cæſ. Procurator in Ducatu Glogov. poſtea Fiſci Cæſarei per Sileſiam Patronus.

§. 22.

CEREVVICIA,

Czirckwitz / Opidulum ad Collegium ſpectans Canonicorum Wratislavienſium, haud procul Trebnicio ſitum. (a)

(a) Ex hoc loco & originem ſuam, & nomen traxit

F. GEORGIUS CZIRKEWITZIUS, S. Prædicatorum Ordinis ad S. Adalbertum Wratislaviæ Profeſſus, cujus mentionem honorificam Annales S. Ordinis in hæc verba faciunt: *Anno D. 1483 diem extremum clauſit F. Georgius Czirkewitzius Profeſſus, qui fuit nobilis in ſæculo, ſed in Religione nobilior, in moribus, in auſteritate, & in omnibus virtutibus pollens: obiit tandem feliciter in Domino, & ultimum verbum ſuum fuit: DEO GRATIAS. Pulcher erat valde, & omnibus charus propter INNOCENTIAM & PROBITATEM.*

Cui nos Laconicum hoc ſcribimus elogium:

Pulchrior eſt pulchro reſidens in corpore Virtus:
Corpore pulcher eras: pulchrior eſt animâ.

§. 23.

COBENA.

Köben/ opidum in Ducatu Glogovienſi ad Oderam fluvium, quod ſub Henrico Barbato cœpiſſe Auctor eſt Curæus. Subeſt Dominio Corwitziorum: (a) paucis abhinc annis grave damnum ab incendio perpeſſum. (b)

(a) jam Excellentiſſimi Comitis à Noſtitz.

(b) Incendium illud Autor indigitare videtur, quo An. 1616. 28 Julii majori ſui parte in cineres redacta fuit.

§. 24.

COSELA.

Coſela, ſive Cosla Koſel/ Coslavia nonnullis, ſcriptoribus Poloniæ Cozle, (a) opidum mediocris conditionis, Ducatûs olim titulo clarum, in campo fertili, & jucundo agro ſupra Viadrum ſitum: idemque arce præditum elegante, ac ſuperioribus annis adverſus hoſtiles incurſus valde munitum: Locus quippe paluſtris ac ſtagnans & ducendo bello aptus. (b) Paruit aliquamdiu Illuſtri Oppersdorffiorum Familiæ; emptionis inde titulo ad Andream Kochticzki, L. B. de Kochtitz, & Lublenietz in Coſenczin, & Turnaræ pervenit, regii nuper juris factum occaſione lamentabilis belli, quo Sileſia afflicta fuit. (c)

(a) Templum habet magnitudinis mediocris.

(b) An. 1626 (aliis 1627) interceptum à milite Danico, & ſpoliatum; ſed à Wallenſteinio, coactis ad deditionem Danis, recuperatum.

(c) Poſtea Caſtello illo pro varia temporum illorum viciſſitudine jam hoſticus, jam Cæſareus miles potitus eſt: poſtquam enim Anno 1642 Fran-

Franciſcus Adalbertus Dux Lauenburgicus ad Suidnicium cæſus eſſet, & Sueci rurſus arma victricia circumferrent per Sileſiam, præter alias urbes Coſela quoque ab iis hoſtiliter direpta, expilata & exuſta fuit.

RR. PP. Franciſcanos hic olim Conventum habuiſſe & Eccleſiam, ex illorum annalibus conſtat.

COSLÆ gratiſſimis animis acceptum referunt Crucigeri cum Rubea Stella ad S. Matthiam Wratislaviæ profeſſi Reverendiſſimum Dominum Magiſtrum ſuum, Anteceſſorem noſtrum amantiſſimum, JOANNEM CHRYSOSTOMUM NEBORAK, qui lucem primam aſpexit in hac Sileſiæ urbe anno Redemptionis humanæ ſeptimo ac trigeſimo ſupra mille ſexcentos; à parentibus, quos ex honeſta tribu pannificum habuit, Scholæ patriæ traditus, non tantum primis litterarum, & artis Muſicæ, ſed & doctrinæ Chriſtianæ rudimentis imbutus fuit, & in Oppavienſi poſtea Gymnaſio in eisdem plenius inſtitutus. Ex ſtudio Philoſophico ad ſanctiorem dicti ſacri Ordinis vitam vocatus, & admiſſus, ea probitatis, religionis, atque prudentiæ dedit ſpecimina, ut à Superioribus ſuis aptus judicaretur, cui & animarum cura & œconomia committeretur. Non fefellit ſpes iſta, & bonum Paſtorem, induſtriumque patremfamilias expreſſit ea ratione, quæ dignum eum eſſe oſtendit, ut (poſtquam anno Domini ſupra mille ſexcentos tertio & ſeptuageſimo, nonâ Martii Anteceſſor ejus Reverendiſſimus D. PAULUS BLACHNIK, vir perfecta, cumulataque virtute, & conſummatâ rei familiaris diligentiâ præditus piè atque placidè ex mortali vita exemptus fuiſſet) eodem anno duodecima Aprilis in Magiſtrum domus hujus Ducalis & Hoſpitalis à Fratribus electione Canonica ſubrogaretur.

Quæ Gubernatio ab eodem ſuſcepta licet in funeſta ſatis infortunia inciderit, (quatuor enim prædia ad domum S. Matthiæ ſpectantia ſub primum Magiſterii ipſius biennium igne ſuppoſito una cum horreis & pecoribus funditus deleta fuerunt) ipſe tamen frugalitate, atque parſimoniâ, magno rerum reſtituendarum vectigali, adminiculante eluctatus feliciter, & combuſta reſtauravit, & manifeſta benedictione, cœlitus data, adjutus eas intra paucorum annorum ſpatium comparavit opes, quæ ſumptuoſæ, majori ſui parte ex ruderibus erigendæ domui Matthianæ ſufficerent.

In Regimine porrò ſuo amantiſſimum atque ſolicitum ſeſe Patrem, cujus vota, ſtudia, conſilia omnia ad Gloriam inprimis Dei, ſalutem proximi, ad ſacri dein Ordinis pacem, quietem, felicitatem directa fuere, erga fratres atque ſubditos ſeſe exhibuit: Nihil in eo acerbum, nihil crudele,

ſed omnia manſuetudine & humanitate ſic temperata, ut haud falſum elogium illud, quo boni Magiſtratus à Principe non Poëtarum modo, ſed omnium Philoſophorum Homero *boni Paſtores* appellantur, uſu ſuum faceret, ipſeque adeo à ſuis amaretur potius, quam timeretur. Peculiarem autem Viri in litteras & artes liberales amorem, pronum erga litteratos & artifices favorem, quis ſatis facunde commendet? nimirum ut eruditione, non ſtupenda quidem, ſed mediocri tamen, & minimè contemnenda, arte verò illa, quæ aurium ſervit oblectationi, exactè inſtructus fuit: ſic viros famâ, doctrinaque celebres in pretio, Muſicos autem præcellentes adeò habuit in deliciis, ut illi Lydorum Regi, qui repudiato Iſmenia Muſico inſigni equos audire maluit hinnientes, quam illum ſuaviter canentem, longè diſſimilis fuerit: atque hinc quam maxime ab erroribus, ſi qui ſubinde vel in choro, vel apud altare in ſacro cantu committerentur, abhorruit, illud quippe & corde volvens, & ore ſæpius monens, quo Urbanus VIII, piæ recordationis Pontifex Maximus, Bullam quandam incipit, *quod Divinam Pſalmodiam Sponſa conſolantis in hoc exilio abſentiam ſuam à ſponſo cœleſti, cum ſit ejus Hymnodia filia, quæ canitur aſſiduè ante ſedem Dei, & Agni, illi ſimiliorem eſſe, neque rugam, neque maculam habere deceat.*

Juſtitiam denique Viri, æquabilem in utraque ſorte conſtantiam, laudabilem in perferendis injuriis patientiam, liberalem erga ſui obſervantes, bene meritos, egenos, nec rarò eos etiam, qui malam Evergetæ ſuo gratiam retulerunt, cæteraſque egregias dotes quis ſatis exprimet? Loquatur pro nobis oratio funebris, die illo, quo Reverendiſſimo Patri noſtro ab eo relicti filii juſta peregimus, & unitis precibus bene precati ſumus, ab admodum R. ac eximio P. Elia Nintwich, Societ. Jeſu Sacerdote in Eccleſia S. Matthiæ, doctiſſimè atque ſinceriſſimè habita, & typis deinde publicata: ad quam lectorem ablegamus.

Mortalitatem explevit anno Æræ Chriſtianæ 1695 ſub finem menſis Novembris, & Adventus Dominici initium, advenienti Domino ſine dubio occurrens, & cum illo in gaudium ad choros Angelicos, ad cœleſtem Hymnodiam, tanquam peculiaris (ut diximus) Pſalmodiæ Eccleſiaſticæ amator & cultor, translatus.

§. 25.

§. 25.

COZONOVIA.

Cozonovia, ſive Cuzena, Kotzenau/ (a) opidulum Ducatus Lignicenſis, arcem habens antiquam; quam Boleslaus Dux Suidnicenſis liberorum Henrici fratris Principis Wratislavienſis & Lignicenſis tutor circa A. C. 1299 condidit.

(a) Groſskotzenau diſtinguendum à Kleinkotzenau pago Dominorum de Stoſch, noſtra memoriâ: illud verò Serenisſimæ Principiſſæ ab Holſtein, natæ Duciſſæ de Ligniz, Brig & Wolau, tanquam allodium à Serenisſimo Parente donatum ſubeſt.

§. 26.

CRAPPICIUM.

Crappicium Krappitz/ (a) Chrapkowicè Dlugoſſo, opidum mœnitum Ducatûs Oppolienſis ad Prudnicæ & Oderæ confluentem cum arce Baronum Rederorum. (b)

(a) Diſtat milliarium duodecim intercapedine Wratislaviâ & habet templum decenter exſtructum.

(b) An. 1647 totus exercitus Suecicus ad Crappicium caſtra metatus eſt ſub Chiliarcha Wittenbergio: qui opidum ad incitas redegit.

§. 27.

CRUCIBURGUM.

Cruciburgum (a) ſive Creutzberga, Creutzberg/ Principum (b) Brigenſium opidum, ad amnem Brincium, haud procul Roſenbergâ, ſex milliaribus Bregâ diſtans verſus Hypaquilonem.

(a) Eccleſia Parochialis turri & campana præ cæteris domibus maximè conſpicua. Cujus Jus Patronatus RR. PP. Crucigeris cum Rubea Stel-

la ad S. Matthiam Wratislaviæ jam anno 1298 donatum fuit, quemadmodum ex sequentibus, iisque Ducalibus donationis, nec non Episcopalibus approbationis literis constat:

Litera Donationis Juris Patronatus in Creutzburg:

In nomine Domini Amen. Evanescit omne negotium solemniter inchoatum, nisi illud firmet tenor immobilis litterarum. Hinc est quod Nos Henricus DEI gratia Dux Silesiæ & Dominus Glogoviæ notum facimus universis, præsentibus & futuris, ad quorum audientiam præsens scriptum deferetur, quod ob animæ nostræ nostrorumque progenitorum remedium salutare de bona & libera nostra voluntate damus & renunciamus viris honorabilibus ac devotis in Christo Fratribus Cruciferis ferentibus Stellam super crucem de domo Hospitalis Sancti Matthiæ in Wratisl. Jus Patronatus super Ecclesiam in civitate nostra Creutzburg taliter renunciantes, & cedentes eidem juri Patronatus, ut absque omni impetitione, & requisitione perpetuo remaneat apud ipsos. Ita tamen quod ratione donationis, hujusmodi orationum suarum, & beneficiorum omnium, nos & nostri Successores esse participes perpetuò valeamus.

In cujus rei certitudinem præsentem damus paginam nostri Sigilli munimine consignatam. Actum & datum in Cruzburge Anno millesimo ducentesimo, nonagesimo octavo in die Ascensionis Christi. Præsentibus Dominis Günthero de Biberstein, Fuxsione de Waldowe, Bogusio de Wissenburck, Ottone de Blesowe, Herbordo dicto Quaz, Clemente Bosewogu, Joanne Notario Curiæ nostræ, & multis aliis fide dignis.

Littera Approbationis Episcopalis.

Nos autem Joannes Dei gratia Episcopus Wratislavienſis præsentibus Donationem istam quantum ad Jus Patronatus Ecclesiæ prælibatæ, prædictis Fratribus per præfatum Dominum Ducem factam, auctoritate ordinaria scriptis præsentibus approbamus. Ita quod ipsi Fratres Jus habeant de cetero Presbyterum Wratislavienſ. Episcopo ad Ecclesiam illam, quoties eam legitimè vacare contigerit, præsentandi. Sed præsentatum per eos presbyterum, & per Episcopum investitum non licebit absque nostra & Successorum nostrorum voluntate, ipsis Fratribus ab eadem Ecclesia removere. In cujus rei testimonium, & evidentiam pleniorem Sigillum nostrum litteris præsentibus duximus apponendum. Datum apud Legnitz VIII Kalend. Septembr. Anno Domini M CC XC octavo, præsentibus Dominis Boguslao Præposito Oppolienſi, Joanne Rectore Ecclesiæ S. Mariæ apud Legnitz, & Joanne Notario Nostro, Canonicis Wratislavien-

lavienſibus Paulo Gerwardo, & Michaële Capellanis noſtris, & aliis multis &c.

Quæ verò mutationes per Lutheraniſmum, & quæ Controverſiæ ſub finem proximè præteriti ſeculi ob hoc ipſum Patronatus Jus, ab Auguſtiſſimo Cæſare iisdem Crucigeris de novo ante biennium collatum & confirmatum, ortæ fuerint, alio forſan in loco, ubi hiſtoriam Eccleſiaſticam tractabimus, & in Breslographia, dum de Hoſpitali S. Matthiæ agendum erit, clarius indicabimus.

Eccleſia ipſa, quæ ultra ſeſquiſeculum Lutherano dogmati ſerviérat, anno 1700, d. 12 Maji, ab Illuſtr. D. Dn. Commiſſariis Cæſareis, Comite de Schlegenberg, apud ſupr. Curiam utriusque Sileſiæ Conſiliario, & Lib. Barone de Grutſchreiber, apud celſum Regimen Brigenſe Conſiliario &c. occupata, & ab admodum Reverendis ac eximiis Dn. Commiſſariis Epiſcopalibus Joanne Mentzel, ad S. Nicolaum & Joanne Veſper Parocho Oltaſchinenſi &c. reconciliata, & dictis Crucigeris reſtituta, ad orthodoxa ſacra feliciter tandem rediit.

Quin imo ipſum Cruciburgum opidum à Crucigeris cum Rubea Stella ſi non ortum, nomen tamen ſortitum, nec non Fundationis primævæ, quæ pro Hoſpitali ad S. Matthiam à piiſſimæ memoriæ Fundatoribus Principibus Celſiſſimis Henrico & Vladislao Sileſiæ Ducibus, Henrici Pii à Tartaris occiſi filiis, & Sereniſſima atque devotiſſima Domina Anna eorundem matre anno 1253 facta fuit, portionem fuiſſe, ex ſequentium, quæ ex litteris præfatæ primæ fundationis excerpſimus, tenore colligitur: *Item donamus. - - Chonow villam, Choſſin witz villam, ubi etiam pro commutatione facta pro quibusdam aliis bonis donamus centum manſos, & franconicos ſitos in his tribus villis, videlicet Cojatowitz, Conowitz & Vloſcha. Item quinquaginta & quatuor manſos franconicos, quos frater Merboto Magiſter hoſpitalis emit à nobis pecunia domus: & ſuper hos ducentos manſos franconicos Dominus Thomas Wratisl. Epiſcopus de conſenſu Capituli ſui decimas donavit. Praterea concedimus Hoſpitali præfato ſuper his bonis locare civitatem & forum jure Teutonico, quæ Cruceburch nuncupatur. Et in eadem civitate donamus memorato Hoſpitali omne judicium ibidem libere judicandum, ſalvo eo quod de ſummo judicio, dum liberatur caput vel manus, tertius ad nos denarius pertinebit.*

(*b*) Cunradus Hertzog zu Glogau empfund es ſehr übel/ daß nach Hertzogs Henrici IV ohne Leibes-Erben erfolgtem tödtlichem Hintritt Hertzog Heinrich zur Liegnitz ihme vorgezogen/ und zum Hertzoge in

Breß-

Breßlau erwehlet/ und angenommen ward. Fiel derowegen An. 1293 bey Nacht ins Land/ verheerete alles mit Raub und Mord/ ließ auch nicht ab/ biß er ihn in seine Gewalt bekam/ in ein schnödes Gefängnis einsperrete/ und ihm eine ansehnliche Summa Geldes/ nebst der Stadt Creutzburg und andern Städten mit den zugeeigneten Landen und Dörffern abschatzete. Welche aber hernach Ann. 1319 Hertzog Boleslaus zur Liegnitz und Brieg dem Hertzoge Conrado I zur Oels hinwieder abgedrungen. Ita Cunradus in Sileſi- Polio- graphia MSt, Ex quo colligitur urbem hanc & antiquam eſſe, & pro ratione variorum Dominorum aut Principum atque temporum ad varios ſpectaſſe Ducatus, & Dominos.

Sie führet im Wapen ein offen Thor mit zwey Flügeln/ darüber drey Thürme/ und über dem mittelsten einen Engel.

Anno 1428 hat Buchala, Hußitischer Hauptmann/ die Stadt Creutzburg eingenommen. Ad. Scholz in Chr.

An. 1431 hat der Fürst von Cant Cunradus, item Hertzog zur Oels Cunradus, und Ludovicus Hertzog zu Oslau sammt den Breßlauern sich vor Creutzburg gelagert/ den darin liegenden Buchala heraus zu treiben/ etliche Stürme versucht/ aber unverrichter Sachen wieder abziehen müssen. Scholz l. c.

An. 1578 ward auffm Fürsten-Tage zu Breßlau geschlossen/ daß die Stadt Creutzburg befestiget werden solte/ welche doch 50 Jahr vorhero durch den Brand meistens zernichtet. Die Stadt hat ein Fürstl. Schloß mit einem grossen Thurme.

A. 1581 den 27 May fiel ein Knabe von 8 Jahren Namens Cubigius, so neben andern auffm Gewölbe der Kirchen mit Glasen gespielet/ durch das grosse runde Loch 31 Elen herab/ ward aber von einem Kalckstösser/ so bey 74 Jahren als/ und innerhalb 5 Wochen hernach gestorben/ im Flug und Fallen aufgefangen/ und ohne Schaden auf die Füsse gestellt/ der sich auch so dann nach seinen Glasen/ als wann er noch an dem Ort wäre/ erst umgesehen/ hat nach solchem Fall ein hohes Alter erlebt/ und ist hernach Kirch-Knecht daselbst worden/ und Anno 1641 seines Alters 68 Jahr gestorben. Diese Geschicht sol als ein Wunderwerck in der Kirchen abgebildet zu sehen gewesen seyn.

§. 28.

§. 28.

CROSNA.

Croſna Kroſſen/ urbs Sileſiæ extrema (*a*) Marchiam verſus, ubi Boberus Viadro commiſcetur: eaque celebris & vetuſta; bellis quippe Henrici II Imperatoris adverſus Boleslaum Polonum, de quibus Ditmarus, famigerata. Ducatus nomine memorabilis ſub jurisdictione Marchionum Brandenburgicorum: quibus una cum Zulichio, Sommerfelda & Bobersberga, oppignorata, tandemque jure feudi, conſentiente Ferdinando Bojemiæ Rege ac poſtea Cæſare conceſſa fuit. Muris ac turribus valida, ædificia quoque quà publica quà privata habet elegantia: arcem cumprimis Ducalem, & Curiam urbanam. Agri, collesque vicini vinum proferunt haud contemnendum. (*b*)

(*a*) Κρόσσος fimbriam ſignificat, Croſſen quaſi fimbria aut extremum Sileſiæ.

Anno 1476 & 1478 multa à Joanne Saganenſi Principe hoſtiliter eò excurrente paſſa fuit, qui & obſidione, licet fruſtranea, illam preſſit, & magnum damnum vinearum exciſione, aut vaſtatione civibus intulit.

Hanc urbem Henricus Barbatus olim habuit in delitiis. RR. PP. Franciſcanos hic olim Conventum habuiſſe & Eccleſiam, ex illorum annalibus conſtat.

(*b*) Non vinorum tantum, ſed Virorum bonorum etiam ferax hic locus eſt: ex multis unum alterumve Lector habeat ex Henelii Sil. Togata.

I. MARTINUM BENCKENDORFF, J.U.D. & P.P.

Natus iſte Patre ὁμωνύμῳ Juris utriusque Licentiato tertio Idus Decembris anno ſupra mille 545. Poſtquam politioribus Diſciplinis initiatus fuiſſet, totum ſeſe ad penetranda juris, juſtitiæque myſteria contulit, &

Basileæ Themidos sacerdotibus publicè est aggregatus. Francofurti dein ad Viadrum in numerum Professorum Publ. adscitus, ut, quod privatim hactenus fecerat, publicè jam erudire alios, atque informare posset: Quod quanta fide & diligentia præstiterit, vel inde apparet, quod summum Academiæ Magistratum dexteritate judicii & solertiâ singulari quartum administravit: Decanatum autem Juridicum aliquoties laudabiliter gessit. Scriptis adhæc quibusdam juridicis celebre nomen indeptus, quos inter *Commentarium de Jure Mulierum, ex Jure tam Civili quàm Saxonico delibatum*: itemque *Notæ in Seraphini de Seraphinis Tractatum de Privilegiis juramentorum* publicam lucem viderunt.

Virtutis & ingenii gloriâ domi, forisque florens Anno Christi 1621, ætatis autem suæ sexto ac septuagesimo è vivis decessit. Henel. loc. cit. lib. 6. No. 39.

II. CHRISTOPHORUM BENCKENDORFF, J U. Doctorem.

Patrem habuit Crosnensem Consulem, post studia, & obtentam Basileæ Doctoralem lauream in patriam regressus, Advocati officio quinquennium Berolini functus est, eruditionemque suam, ac judicii dexteritatem eum in modum testatam fecit, ut nec Serenissimum Septemvirum Joannem Georgium latere illa diu potuerit: ab hoc ergo anno supra mille quingentos octuagesimo sexto legitimè vocatus, in Aula Electorali Consiliarii locum, quoad vixit, tenuit. Vice-Cancellarii insuper jure ac titulo anno nonagesimo octavo meritis ita poscentibus exornatus. Quod quidem ille munus cum æternæ famæ suæ auctoramento taliter gessit, *ut* neque in suggerendis consiliis veritatem, neque in rebus agendis *industriam*, neque in adeundis, si res poscceret, periculis animum, neque in sententiis ferendis fidem, neque in justitiæ administratione integritatem, neque in hominibus tractandis comitatem, neque in augendis Principi commodis studium, neque in procuranda reipublicæ salute vigilantiam, ac solicitudinem defuisse illi, quispiam conqueri posset, nisi qui veritati se hostem profiteretur. In Legatione ad Comitia Polonorum Warsaviæ decessit septimo Kalendas Martias anno quinto seculi decimi septimi, ætatis autem quinquagesimo septimo. Henel. l. cit. lib. 4. No. 30.

§. 29.

§. 29.

CUNSTADIUM.

Cunſtadium, Kunſtadt. Cunceſtadia nonnullis, (*a*) opidulum ad Stobram fluvium, (*b*) Poſedowskiorum familiæ, quæ originem ſuam refert ad Illuſtrem, magnique nominis atque exiſtimationis in Polonia Virum, Scarlicum Comitem, indeque genitos Habdanckios.

(*a*) Forſan S. Conrado à devota Antiquitate ſacratum.

(*b*) Locus utiginoſus & per totum ferme annum valde lutoſus, iter facientibus, aut illac tranſeuntibus ad nauſeam usque incommodus non cœno tantum, ſed ponte quoque ligneo, eoque aſperrimo, uligini extra portam Poloniam & Cruciburgum verſus ſuperſtructo, quem non immerito anteambulonem dixeris pontium reprobatorum ſequenti paræmia:

STIRIACI fontes,
Polonici pontes,
Germanorum jejunia
Nihil valent omnia.

Inſigni olim arce munitum fuit Cunſtadium, quæ tamen latronibus poſtea receptaculum præbens, An. 1461. 17 Januarii, dum congelata uligine facilis acceſſus patuit, à Cunrado Albo Olsnenſi Principe & Wratislavienſibus funditus deleta fuit; latrunculi verò internecioni dati.

§. 30.

CUPFERBERGA.

Cupferberga, Kupfferberg / quaſi *æris mons*, opidulum nobilis familiæ Fürſtiorum, quos benignior Mercurius extulit, metallicum, antiquitate non incelebre, (*a*) intra Riphæos montes ad Boberum fluvium ærariâ ſectura ante multos annos notum, & ubi adeò ultra ſeptuaginta officinas, in quibus æs fuit excoctum

in valle, quæ à ſcoriis nomen retinuit, der Schlackengrund/ exſtitiſſe, idque ingentia ſcoriarum agmina ad Boberum conjecta etiamnum demonſtrare, cum hodie unica tantum ſuperſit, Schwenckfeldius teſtatur. Avorum memoriâ Dominum agnovit hæreditarium Jodocum Ludovicum Decium, Sereniſſimi Poloniæ Regis Secretarium, qui anno Chriſti ſupra mille quingentos, nono ac trigeſimo, menſe Januario leges quasdam metallicas, Cracoviæ impreſſas, publicavit: Anteceſſoris ſui, Viri Nobiliſſimi Joannis Diepoldi à Burckhaus, factâ ibidem mentione ſat honorifica.

(*a*) Initium ſuum jam anno 1156. ab inſigni quodam Metallicida Laurentio Angel accepiſſe traditur.

Signum oppidi æricudina eſt; aqua vero, quæ per tubos in opidum deducitur, ex quatuor fontibus, parvo ferme milliari ab opido diſtantibus largiter emanat: de quibus Naſo à Löwenfels in Phœnice Redivivo ſequentia:

Larga ſcaturit aqua vobis è fonte quaterno
Copia, quæ junctis viribus orta fluit.
Diverſas ſociat lymphas ſub mole canalis,
Hac ſerie fortes unio reddit aquas.
Sic vos conjunctis, ô Cives, vivite venis,
Amplior indigenis profluet inde ſalus.

LAURENTIUS FREITAG, J. U. D.

Cupferberga ſive Cuprimontium, opidulum Sileſiæ metallicum antiquitate non incelebre inter Riphæos montes ad Boberum fluvium, æraria ſectura ante multos annos notum eſt, ſed quod ſcoriis tamen ſuis aurum quoque mixtum habet, *Laurentium* certè *Freitagium* protulit, qui & indolis excitatæ beneficio & inſtitutionis honeſtiſſimæ miniſterio in eorum ſe fuiſſe oſtendit numero, quibus à primo ſtatim ortu aurum infundi divinus ille Philoſophorum Plato docuit. Talem quidem omnis per vitæ ſuæ curriculum

culum manifestò sese prodidit: ex quo præsertim, post absolutum studii Philosophici cursum, ad rerum Dominam Jurisprudentiam animum applicuit: in eaque tantos cum ætate progressus fecit, ut cum Tubingæ, juxta Statutorum præscriptum, eruditionis suæ præcellentis specimen edidisset illustre, - - dignus à venerabili collegio judicatus fuerit, cui supremus in utroque jure honor, Doctoratus nempe insignia & privilegia tanquam publicum doctrinæ testimonium, quod bonæ mentis & famæ Candidati non minori olim studio & assiduitate aucupabantur, quam si cum Jasone aureum vellus ad Colchos capturi essent, die decima quinta Maji ann. 1604 solemni inauguratione, idque manu Joannis Harprechti, magni Themidis Antistitis, conferrentur, hoc itaque modo in sacrarium genuinæ prudentiæ & in Justitiæ adyta deductus noster, cum ad suos rediisset, in oculis hominum & in luce patriæ maturè versari cœpit; ab Illustrissimo autem Principe Carolo Mönsterbergæ atque Olsnæ in Silesia Duce inter Consiliarios adscitus, sicut hoc honoris augmentum non ambitione, sed virtute quæsiverat, ita cum intelligeret eum sibi obtigisse Principem, cui sese & præ omnibus satisfacere, & provinciæ sibi traditæ quam optimè & integerrimè posse rationem reddere convenientissimum esset, summis hoc egit conatibus, ut scire possent omnes, luctari se atque contendere, ne in hac sparta tuenda, nec judicio Principis cordatissimi vel exspectationi, vel tacito etiam Imperio ei voluntas defuisse videretur. Cancellarius exinde Trachenbergicus creatus ibi quoque in politicis negotiis obeundis prudentiæ civilis documenta tanta ac talia dedit, ut magnam sibi apud omnes gloriam & existimationem comparaverit: vitæ tandem suæ exhæres factus quarto Eidus Junias Anno Christi supra mille sexcentos vigesimo secundo, ætatis vero nono & quadragesimo. Sil. Tog. lib. 9. No. 30.

§. 31.

DOBRODCIN.

Dobrodcin, Germanis **Gutentag**; Dobri enim Slavis id, quod bonum, significat: Oppolienſis agri opidum: Sarozkiorum nobilium peculium.

DYHRENFURT,

Opidulum, ab Henelio hic quidem non commemoratum, cum ipsius ætate pagus adhuc fuerit, & Prsig audierit: cui vero jura Civitatis ante

annos haud multos impetravit poſſeſſor ipſius Illuſtr. D. Georgius Abrahamus liber Baro de Dyhrr, apud Supremam Curiam utriusque Siſeſiæ Cancellarius: qui præter alia, quibus locum hunc decoravit, ornamenta, Typographiam quoque hic erexerat, paucis abhinc annis verò jam aliò translatam. Lapidem quoque illum verè pretioſum, in quo S. Siſeſiæ Princeps Hedwigis, dum Lignicio ſæpius Trebnitzium devotiſſimè peregrinaretur, nudis pedibus quieti indulſiſſe traditur, & veſtigium ab ipſius pede mirabiliter impreſſum cernitur, novo Sacello, veluti gemmam thecâ honorificâ includi fecit. Id quod Naſo noſter in Phœnice Redivivo rhythmo Germanico pereleganter celebrat pag. 262.

Hodie Illuſtr. Dominum de Glaubitz Dominum agnoſcit.

§. 32.

ENGELSBERGA.

Engelsberga, **Engelsberg** / opidum metallicum, immœnitum ad radices montium Moraviam à Siſeſia ſeparantium, **am Geſencke** / cum eleganter exſtructa arce, olim Illuſtrium Baronum de Wirbena in Freudenthal, hodie Ordinis Teutonici imperium ferens.

Eccleſiam habet lapideam: duobus milliaribus Oppaviâ, uno à Freudenthal, octodecim Wratislavia diſtat.

Mercatu gaudet annuo,

1. In Converſione S. Pauli.
2. Dominica S. Trinitatis.
3. Dominica poſt Bartholomæi.

§. 33.

FALCOMONTIUM.

Falcomontium ſive Falcoberga, **Falckenberg**/ opidum arcipotens ad Steinam fluvium non obſcuri nominis in Ducatu Oppolienſi, (*a*) Ducatûs ipſum olim

olim titulo insigne, (*b*) quem alio, sive Slavico nomine Nemodlimyensem appellavit Menochius. Cum Pickleriis diu fuisset subjecta hæc Dynastia, Weighardo tandem Baroni Promnicio connubii jure, nostrâ adhuc memoriâ, cessit: eoque mortuo ad Sigfridum filium, eundem Plesnæ dominum pervenit. (*c*)

(*a*) Templum habet non inglorium. Templum Collegiatum consecratum est gloriæ Deiparæ in cœlos assumtæ.

(*b*) De frugalitate Principis Bulconis suum olim domicilium isthic figentis capite sexto fecimus mentionem, §. 40. p. 759. 760.

(*c*) Hodie Comes de Zerotin in arce residet.

Traditione veterum habetur, Tartaros olim, cum has Provincias devastarent, in circumjacentibus montanis Oppolium versus castra metatos, & die S. Ursulæ sacro Falcomontium aggressos, sed per exercitum cælitus affulgentem deterritos fuisse, quamobrem in hujus sanctæ Patronæ honorem altare dein consecratum, in quo hucusque quotannis in ejus solennitate solemne sacrificium celebratur in gratam Tutelaris memoriam. *Naso in MSt.*

Falcomontio debemus virum artis atque etatis sue nobilissimum, MELCHIOREM SEBIZIUM, Med. D. & P. P. in Alma Argentoratensi celeberrimum, qui post studia sua & peregrinationes varias, promotionemque ad supremum in Medicina gradum, quem Valentia consecutus est, quum in patriam abiisset, brevi in Alsatia metropolin Argentoratum revolavit, unde post initum matrimonium, Haganoam ad sustinendas Poliatri partes abiit. Exacto ibi biennio Argentoratum regressus praxim Medicam tanta cum laude, agrotantiumque salute exercuit, ut non solum inclytus Reipubl. Senatus officium Physici ordinarium ipsi demandarit, sed & interjecto paucorum dierum intervallo dignus fuerit judicatus, qui munus docendi obiret publicum. Qua in sparta Professoriâ, sicut nemo aliud vel expectabat ab eo, vel sibi promittebat, quam in corpore vegeto animum firmum, in tractandis disputationibus ingenium præstans doctrinam eximiam, & judicium accuratum, in cunctis denique actionibus gravitatem decoram, sic ille hæc omnia abunde de se præstitit. Quo quidem factum, ut in Academia illius veteri statu Collegiorum Visitaturam semel, bis Syndicatum, in eminentiori vero tribus vicibus Decanatum Medicum gesserit, vicibus denique totidem

Rectio-

Rectoratus moleſtias fortiter exantlarit, extinctus tandem ſenex febricula A. C. 1625. Hæc breviter excerpta ex Elogiis Henelianis L. V. No. 41. ubi diſertiſſimus auctor recenſum aliquem inſtituit Sileſiorum clarorum, qui Academias in Germania nobiliſſimas nominis ſui & litterarum fama mirum in modum illuſtrarunt.

Sebizio ad latus ponimus JOANNEM SARCANDRUM, Parochum Holeſchovienſem, cujus ex Crugerii Pulveribus ſacris ſequens adſcribimus elogium: A. D. 1620. 16. Calend. Aprilis, obdormivit in Domino, Olomucii tempore medio inter horam X & XI, altâ prope jam nocte, venerabilis Dominus JOANNES SARCANDER, Philoſophiæ Magiſter, & Parochus Holeſchovienſis. Sed enim quo memoriam apud poſteros hujus ipſius viri præclariſſimi exaggerem? eo maximè, quod in publicis Urbis dicta carceribus animam creatori ſuo reddiderit. Illud verò, inquies, ad famam, ac commendationem è Clero non poſtremi ſacerdotis, quomodo conducat? qui in ergaſtulis præcipuè ſacris quandoque initiati, vel inſuper præfecti moriuntur, vita equidem haud honorâ & ſuo ſtatui omnino incompetente, iſtiusmodi lectum infamem promeruerunt. Fallereris extremè, qui hæc de viro ſanctiſſimo & à multis quaſi Martyre celebrato ſuſpicareris. Extinctus eſt in loco ſuppliciis prædeſtinatorum, poſtquam genera omnia tyrannica, non quomodocunque, ſed Calviniſtica planè laniena in eum Hæretici, naturâ, arte, ac beneficiis etiam exercuerunt, vel dicam ſignantius, extrema barbariæ exeruerunt. Ter tortus eſt, ſed atrociſſimè, horis integris tribus XVIII Februar. Parum fuit præter candelas, faces etiam ſolidas lateribus admoviſſe: pice ardente, reſinâ, Sulphure plumis oleo prius tinctis, horrendum in modum præcordia, ventrem, latera, lumbos, ac denique coſtas (quæ ab igne emollita ſolo afflatu ſolvebantur) usque adeò enormiter ambuſſerunt, ut viſcera, quæ clarè videbantur, ægrè intrà ſinus ſuos ſeſe continerent. Et hæc ſpectabant, imò maximè imperabant non pauci, quos ab inſolita barbariæ, in ſacrum præcipuè & innocentem hominem, ſiquidem Majorum ſuorum memores fuiſſent, etſi virtus, pietasque non averteret; ſanguis certè illuſtris, ac celebrium fama ſtirpium poterat ac debebat retrahere, ac avocare. Sed hæreſis eaque potiſſimum Calviniſtica uti in Gallia & Anglia prælapſo ſæculo populos natura leniſſimos ad hujusmodi crudelitatis præludia induxerat, ita & inter Moravos, eosq; illuſtres ad pœnas tyrannidis complementa efferavit. Cæterum profundendi tam immani laniena, innocentis Catholici, ac præcipuè ſacerdotalis ſanguinis, prætextum haud dubiè, quo tyrannidem feritatemque in his provinciis inauditam obvelarent, hæretici Calviniſtæ ſe habere protulerunt.

Sacra

Sacra Catholica JOANNES SARCANDER annis aliquot Holeſchovie in domo illuſtriſſimi Domini Ladislai Baronis Lobkowiczii, & paulò antè rebellionem legitimi Marchionatus Moraviæ ſupremi Capitanei, DEO quoad divina, Cæſari ac Regi ſuo Matthiæ quoad politica fideliſſimi Dynaſtæ, adminiſtraverat. Vertigo ſubinde communis plurimos è Moravia ad turbas abſtulerat; anteſignanos perrò rebellionis malitia, perfidaque plane facinoroſa præcipitaverat. Intervenere Coſaci, & inter hos Polonorum præcipui, quos à Sigismundo Rege non perſoluta ſtipendia in Moraviam ipſam diſtulerunt: Hi dubii Cæſarine an rebellibus ſtatibus militarent, Holeſchoviam defluxerunt. Gnarus morum gentis, utpote Polonis vicinus, origine Sileſius JOANNES SARCANDER, erga ſacra nimirum proniſſima, cum diviniſſimo Euchariſtiæ Sacramento ſupplicabundus obviam procedit, venerationemque præſentis Numinis à Catholicis parte potiore militibus facile extorquet, ac inde etiam pacatam, utpote in ditione Catholiciſſimi & ſuo Regi Cæſarique fideliſſimi Proceris impetrat aliquamdiu ſtationem. Intermedio tempore, uſi occaſione tam commoda, Poloni conſcientias ſuas apud Parochum prædictum expiaverunt, rituque noſtro ſacram hoſtiam ſumpſerunt. Brevi dierum paucorum morâ, apud Holeſchovienſes abſumptâ, rectà ad Cæſarem Ferdinandum ire, atque eidem ſervitia ſua præ ſtatibus hæreticis, & inſuper ſuo Regi rebellibus, deferre prælegerunt: Gens ſcilicet Polona, progenio natura ſua, ut id omne ſuâ ſponte faceret, nullius conſilio vel inductu duobus impellebatur; quod Regi & tanto Cæſari contra perfidos ſubditos militare, longè glorioſius, & à partibus Catholicorum adverſus hæreticos ſtare, planè religioni ſuæ avitæ conſonum & agnatum, ſapientes arbitraretur. Hinc illæ in noſtrum ſacerdotem Calviniſtarum atroces ſuſpiciones; hinc ob ſcelus, quaſi certo promotum manus denique extenſæ & vincula pedicaque injecta, inde quia in pravio, eoque rigidiſſimo examine, nihil de Lobkowiczio ſuo Collatore, tanquam ipſe Polonos in Moraviam, ut ferro flammaque graſſarentur, induxiſſet, palam afferebat; neque hæc ipſa molimina ex auditis Polonorum Confeſſionibus ſacris rogarent, urgerentque quantum vellent hæretici, confirmaret; Sed ſemper (eo quod hujuſmodi conſiliorum neſciui fuiſſet) pernegaret; ventum denique ad illa extrema, tentatus eſt, ut ſupra dixi, per omnia tortura ac uſtura genera, ſed prodidit nihil, conteſtatus ſemper de maleficiis impactis viâ neutrâ ſe quidquam unquam reſciviſſe. Clamavit tamen, quid porrò mirum? in tantis ardoribus, vocalius equidem, ut in platea carceri vicina ab hominibus conſiſtentibus exaudiretur. Fortaſſe, inquies, ut ignes totuplices lateri ambuſto, &

toti reliquo corpori miſerandum in modum flammis corrupto ceſſarent crudeles nimium tortores admovere? ut hominis praterquam innocentiſimi, Sacerdotis Catholici, parte ab omni deuſti, ac jam vivi cadaveris, haretici ſcilicet miſererentur? Abſit, ut hac de glorioſo Chriſti fideique Athleta cogitemus, quantumvis ſi hac maximoperè erogaſſet, nihil ipſe homine calamitoſo indignum commiſiſſet. Quid ergo tantopere in ſuis illis enormibus cruciatibus inclamabat? quid in crudeliſſima uſtrina vociferabatur; Terna ſanctiſſima, JESU, MARIÆ, & ANNÆ nomina, flammis illis tormentiſque Tyrannorum interjiciebat, & his quaſi affuſa frigidâ, extremos ac ſummè intenſos ardores refrigerabat temperabatque. Et verò, temporis adfuerunt calo inclamanti, fortiſſimis auxiliis Patroni. Nam JOANNES SARCANDER Vir cetera corpore & animo, imbecilliore à natura, ita ſibi tamen in illa tota carnificina conſtitit (unde merito robur aris triplicis caſtitus eidem ſuggeſtum admireris) ut Tyrannis in omni etſi totuplici quaſtione nil niſi verum reſponderet; omnem elementi ignis totupliciter exaggerati ac torquere innocentem magicis etiam praſtigiis acrius edocti, inclementiam ac ſævitiam toleraret, fruſtrareturque. Poſt tentatam porro adeò crudeliter innocentiam, neque expreſſum ullum contra Ladislaum Lobkowiczium de inductis in Moraviam Polonis teſtimonium, ſervatumque inſuper ut debuit integerrimè Confeſſionis ſacramentalis ſigillum, manum denique de equuleo juſſi ſunt tollere ac laniena adminiſtra inſtrumenta ſeponere carnifices. Abinde nihilominus inter graviſſimos è præcedentibus torturis, trinaque illa ambuſtione, cauſatos dolores Martyri invictiſſimo, ſeptimanis adhuc quatuor, in iisdem civicis carceribus, vita ſuis extrahenda. Et extraxit equidem Sarcander tanto patientia exemplo, ut in duplum ob exercitam inſigniter hujusmodi virtutem meruerit coronari. Hoc præterea ultimo hoc tempore in rariis omninò computandum eſt, quod adeò tormentis confectus, ac viribus deſtitutus ſacerdos, nunquam tum horas Canonicas interea omiſerit vel decurtarit. Ceterum priusquam die XVII Martii emigraret è vivis, conſcientiam ante ſuam Exomologeſi expiavit, recepitque reliqua Euchariſtia & extrema unctionis Sacramenta, quæ ſacerdotes duo cum eodem pariter incarcerati, ſumma cum pietate adminiſtraverunt. Traducta die inſinuatâ, inter ſacra colloquia ſub noctem demum, poſteaquam ſuum illum ternionem nominum ſanctiſſimorum denuò aliquoties repetiiſſet, ſuaviſſimè expiravit. Ab exturbato tot tormentis innocente ſpiritu reſiduis illis corporis reliquiis, ſiquidem per Hartmannum Puchamium ſtetiſſet, Hæretici ſub patibulo locum omninò præſcripſiſſent: ſed Lumpenburgicus è Zerotinais Baro, ſupremo Capita-

pitaneatui, ſubinde per rebellionem incubus, ea ſuper re conſultus, licet & ipſe eſſet hæreticus, vetuit tamen in extinctum SARCANDRUM hæc odia immortalia exerceri. Dies prope octo iſtiusmodi differentia diſtulit ſepulturam, ſacrum interea corpus (unde glorioſæ dotis præceptam jam prærogativam advertas) quantumlibet totum ad ipſa usque inteſtina, una cum nonnullis coſtis continuata flamma exuſtum, mirâ odoris fragrantia, nares piorum hominum recreavit. Facies præſertim, quæ in vivo exhauſta ac pallida fuerat, in defuncto roſarum planè ruborem, cum extrema ſpectantium admiratione præferebat. Allato Brunâ à Lumpenburgico ſepulturæ indulto, delatus & denique ad Eccleſiam Parochialem Beatæ Virginis Mariæ in Olomucenſi præurbio, eâ funeris pompâ, quam tum tempora Catholicis iniqua permittebant. Et divina diſponente providentia, accidit è merito SARCANDRI, ut ante aram D. Barbaræ, quam decurrente vitâ ſemper eximio coluerat, ac Holeſchoviæ ejuſdem pietatem vehementer promoverat; inſuper prætereà in Sacello D. Laurentii, glorioſi Eccleſiæ Romanæ Martyris, tumularetur, Laurentiani utique & ipſe in ſua morte, Spiritus, utpote quem ab equuleo pendentem nulla probra, funes nulli, nervorum venarumque ruptura nulla, ne ipſi ignes & his aſſociato ſulphure, pice, ac adipe tormenta, à cauſa optima, in falſum teſtimonium, ac ſigilli Sacramentalis impiatam, ſacrilegamque effractionem, potuerunt dimovere. Lapidem marmoreum è muro ſepulchro imminentem, cum textu hæc omnia, quæ nos amplius exſcripſimus, breviter continente. Ejus Frater NICOLAUS SARCANDER Olomucenſis Canonicus ab Albomontenſi ſupra Pragam victoria, cum ſcilicet jam licuit devictis ferro hæreticis, calamo & ore pleno liberè inſultare, ſuis impenſis glorioſum equidem Epitaphium procuravit. Vox Martyris torti toſtique eo lapide calata, celanda minimè videtur mortales ubivis gentium commorantes, quare eandem ad ipſum finem hujus ſacerrimæ memoriæ cunctis communicavimus carmine expreſſam:

Flammeus eſt animus, flammisque calentior ipſis,
Et flammas flammis addere vultis adhuc?
Perdere me vultis? non flammas addite, flammas
Tollite: ſat perii, ſi mihi flamma perit.

§. 34.

FESTENBERGA.

Feſtenberga, Feſtenberg. Vicus Ducatus Olsnēnſis. (a)

(a) Jure ab auctoribus mapparum geographicarum ut opidum ſignatur, cum jure civitatis hodie gaudeat, ſeptem milliaribus Wratislaviâ, tribus Wartenberga diſtans: Köckriciorum quondam peculium, ſed Ann. 1676 à Sylvio Friderico Olsnenſium Principe ſedecim talerorum Sileſiticorum millibus emptum.

§. 35.

FRANCOSTEINA.

Franckenſtein/ urbs non ingloria, unde & territorium ſive diœceſis ab ipſa nominata, ad duos fluviolos, qui moletrinarum rotis circumagendis, linteis exſiccandis & candefaciendis, nec non piſcium vivariis, aliisque uſibus commodant, in collis dorſo, inque via Regia, quâ in Bojemiam per Comitatum Glacenſem itur, ſita: & ab hujus metropoli trium, Niſſa quinque, VVratislavia novem, Mônſterberga, Patſchovia, Reichenbacho, & Nimitzio duobus milliaribus, ſemota: amœnitate loci, aëris puritate, agrorum circumjacentium fertilitate, & cumprimis lectiſſimi tritici proventu, mediocri neceſſariarum rerum copia, negotiandi commoditate paucis ſecunda. Nomen ſortita putatur partim a Francis, (a) ut & pagus vicinus Franckenberg/ atque adeo ſic dicta quaſi arx Francorum: Sed quod tamen quâ vel ratione, vel occaſione factum ſit, indagare hactenus non potui: partim

partim ab editiore ſitu, uti alia loca montibus impoſita, Arenſtein/ Bartenſtein/ Bilſtein/ Carlſtein/ Ehrenbreitſtein/ Greiffenſtein/ Hammerſtein/ Helffenſtein/ Hofenſtein/ Rabſtein/ Königſtein/ Löwenſtein/ Lützelſtein/ Ravenſtein/ Reichenſtein/ Wolffſtein. Mœnibus & foſſis verſus ortum, ſeptemtrionem & occaſum, verſus meridiem verò, ubi arx eſt, ea parte, quâ vergit ad occidentem, etiam vallo cincta: duo habet intra ſe templa, pro ratione loci ſatis ampla: unum parochiale in parte Civitatis occidentali, (*b*) fornicibus, pilis, ſedilibus, cumprimisque ſuggeſtu ex marmore & alabaſtro ſatis honorificè exornatum; alterum monaſteriale in urbis parte ſeptemtrionali, (*c*) priori non minus: tum curiam urbanam magnificè exſtructam in medio fori ſive area, quæ ex omni parte circumſepta eſt domibus, ac ædificiis eleganter conſtructis: plateas denique ſatis latas, optimoque ordine diſpoſitas; adeò ut formam venuſtæ civitatis exhibeat omnibus eam rectè conſiderantibus. Arcem ipſam Carolus I Dux Mönſterbergenſis, univerſæ Sileſiæ Pro-Rex, continuo tecto quadrato, eo urbis angulo, qui ad Auſtriam ſpectat, ad formam Budenſis arcis (oportunitate ſitus ſuadente) ea magnificentia ſplendoreque exſtruere (d) cœpit, ut, ſi operi ſumma manus acceſſiſſet, meritò memoranda eſſet inter Sileſiæ primas: nec de nihilo adeò forent Viri Nobilis Georgii Logi bina, quæ in illam ſcripſit, epigrammata: *Au-*

Auguſtæ quam pulchre arcis nova mœnia ſurgunt!
In vaga quam ſe altum ſidera tollit opus!
Quæ moles circumfoſſarum, atque aggeris alti!
Non ipſum debent iſta timere Jovem.
Omnia magna equidem, ſed Princeps maximus ipſe eſt,
Qui Cœlo immenſum Carolus æquat opus.

Alterum ſic ſonat:

Ne turbere hoſpes, quisquis nova mœnia & arcem,
Arcis & invictæ nobile cernis opus.
Si bonus es, confide: malis hæc dira minantur
Hoſtibus: hoſpitibus ſunt loca tuta bonis.

Sedem hac tempeſtate præbet Præfecto Regio. Nec exiguam urbi celebritatem conciliat à juridicis conventibus, qui pro univerſo Ducatu Monſterbergenſi, territorioque Francoſteinenſi, ſtatis temporibus illic habentur. Quos Principes ac Dominos, (*e*) à quorum nonnullis egregiis immunitatibus ac privilegiis donata eſt, habuerit, quasve diverſis temporibus calamitates pertulerit, in bellis præſertim Huſſiticis ſub Georgio Bojemiæ Rege, iſtoque ipſo adeo, quod etiamnum ardet, nec dum ullum ſpectat exitum, lachrymabili bello, ſive Bojemico ſive quo alio nomine vocare libeat, conſulendi annalium ſcriptores. (*f*) Regiminis formam habuit ſatis laudatam, cumprimisque honeſtis legibus, bonarum artium ſtudiis, & commerciis eximiè floruit: ſed immane quantum ab illa vetere,

vetere, qualem, cum illuc primum adventarem, reperi, hodie imminuta. Ex quo nimirum non modo per tot jam annos, & inauditos antea tributorum & exactionum modos, acerbiſſima extorſionum, expilationum, tribulationum genera, miſerandas obſidionum, (*g*) irruptionumque varietates, aliaque infinita mala luſtinuit. Anno 1632 incendium in ea exortum fuit, & tam ſubitum cœpit incrementum, ut totam pæne urbem (arce ſcilicet duntaxat regia, templo parochiali, Schola ei adſita, & platea, quam vocant Dominorum, exceptis) intra pauculas horas ignis hauſerit; haud tam facilè ex cineribus, ruderibus ac ruinis reſurrecturam. Anno hujus ſeculi ſexto horribilis peſtilentia Francofteinam afflixit, maleficorum hominum, veſpillonum maximè & ſandapilariorum, perditiſſimorum nebulonum veneficio non tam excitata, quam propagata: qui unctionibus lethalibus januas, & earum anſas, & peſſulos, atque alia loca, miſeris hominibus interficiendis illeverunt, ac pulveres venenatos paſſim in plateis ſparſerunt, ut ex majori ægrotantium ac morientium copia plura congererent, acquirerentque ſibi: & ſic publico malo privatum bonum facientes ditiſſimas domos cum pulviſculo inviſerent; Cujusmodi venefici utriusque ſexus comprehenſi complures, è quibus ſeptendecim graviſſimis ſuppliciis, prout meriti fuerunt, adfecti. (*h*) Vaſtiori ambitu quondam fuiſſe porrectam, murorum reliquiæ, ac

ac rudera in horto ſuburbano, portæ Wratislavienſi vicino, abunde teſtantur: idemque & foſſæ oſtendunt vicinæ. In conſtitutionibus Carolinis, quas antiquitatis cauſa è tenebris, ſitu & ſqualore Paulus Geſchinius produxit, inter urbes refertur, ut vocant, *domaniales.* Sic enim rubrica ſexta de terris & urbibus ad regium domanium ſeu menſam ſpectantibus non alienandis: *Caſtra & jura nullatenus alienanda, vel etiam permutanda ſunt hæc: In Polonia quatuor civitates, ſcilicet, VVratislavia, Noviforum, Glogovia, Franckenſtein, & duo caſtra, ſcilicet: Zoboten, & Borovv &c.* Elevatio poli 50. 34. Longitudo 38.

(a) Qui (ut ſcribit Ælurius in Glaciographia l. 3. c. 2.) hic loci prima domicilia fixerunt Mieslao II, rerum in Polonia potiente, à cujus conjuge Rixa (quam Richſam alii, alii Ruchſam nuncupant) ex Germanorum Cæſarum ſanguine orta, conſentiente Mieslao vocati fuerunt & allecti.

(b) S. Annæ nuncupatum, in qua Principum aliquot ſepulchra inveniuntur, & inter cætera ſequens legitur epitaphium lapidi exciſum:

Anno 1536. 21 Maji obiit Sereniſſ. P. Carolus Dux Monſterberg. & Olsnenſ. Comes Glac. ſub hoc lapide ſepultus.

An. 1541. 28 Octob. obiit Illuſtr. Anna Duciſſa Saganenſ. Conjunx Illuſt. P. Caroli hic ſepulta.

Poſt Huſſiticas irruptiones, quibus hæc Eccleſia in cineres & ruinas conſederat, in hodiernam lapideam, ſpectabilemque molem reſuſcitata ſuæ reſurrectionis monumentum exhibet his verbis:

Anno Domini 1453, quo ſtrenuus miles Dominus Raumundus de Tzirn Civitati Francoſtein præfuit, Stephano Gerodwol Plebano, ac fide dignis Viris Joanne Ludwigk, Nicolao Kalbel vitricis hujus Eccleſiæ mediet as teſtudinis finita eſt. Anno Domini 1547, menſe Julio & Auguſto, nobili ac ſtrenuo Domino Balthaſaro Tſchiſchwitz à Gebersdorff, Ducatus Monſterbergenſis & Diœceſis Francoſteinenſis Præfecto; Ornatiſſimis Viris Joanne

Eriauf,

Früauf Conſule, & Franciſco Ohm, Thoma Bernhardt, Joanne Zins, Dominico Dittrich Senatoribus, Clemente Melzero Paſtore Eccleſiæ, Andreæ Scholtz & Valentino S. hönberger Procuratoribus templi demolita & deſtructa mediet as teſtudinis, iterum inſtaurata, readificata, ac cætera omnes partes templi renovata ſunt.

Bibliothecam habuit hoc Templum non contemnendam librorum & numero & raritate præſtantem; belli tamen injuriis magna ſui parte imminutam.

Fraternitatem *de SAPIENTIA* dictam olim honoratiores Cives iniverunt, Dominicis ſingulis & feſtis in peculiari Eccleſiæ loco conſuetum divinæ laudis penſum decantare ſoliti. Quod laudabile inſtitutum, ejusque Fundatorem celebrat Ælurius in Glaciographia lib. 3. cap. 2 in hæc verba: Hier muß ich dieſes mit gedencken/ daß An. 1505 ihm Matthäus Kretſchmer/ ein Reichkramer in Franckſtein/ ein ſonderlich Gedächtnüs nach ſeinem Tode geſtifftet hat: dann weil er ein groſſes Gut hatte/ hat er nicht allein 2 Kelche in die Kirche zur Communion machen laſſen/ und verordnet/ daß Ein Ehrbarer Rath alle Jahr in der Faſten von ſeinem verlaſſenen Gut den Armen Allmoſen austheilen ſolte 2 mahl (in der Faſten) in der Wochen Brod und Häring; ſondern er hat auch das Convivium Sapientiæ für die löbliche Fraternität in Franckſtein geſtifftet/ daß es jährlich zu ewigen Zeiten einmahl/ und zwar am erſten Sontag des Advents/ oder hernach ſolte gehalten werden/ welches derowegen biß auf dieſe Jahr auch immerdar iſt gehalten worden/ und werden allezeit darzu eingeladen die von der löblichen Brüderſchafft/ welche Sonntäglich das Choral bey der Kirch verſorgen/ und dann auch ſonſt alle Literati bey der Stadt. Hierzu hat er ein groß Gut legirt/ darunter auch iſt die groſſe Wieſe hinter der Froſch-Mühle gegen dem Thärner Vorwerck zu/ welche heut zu Tag ein Ehrbarer Rath innen hat. Hæc Ælurius.

Et hæc licet antiqua, hodieque tamen in viridi eſſe vigore, ſanctæque illi voluntati ad amuſſim ſatisfieri, non dubitamus: imo nova devotionis acceſſiſſe Civium erga Beatiſſimam Deiparam Virginem in Cœlos aſſumptam pia exercitia, compertum habemus. De hyperduliæ cultu, quo matrem doloroſam, præſertim in vicina Kaubitzenſi Eccleſia, venerantur, ad capitis calcem, ubi de gratioſis Gratioſæ Matris iconibus agemus, plura referemus.

Eccleſia in Zadel S. Vito & S. Hedwigi dedicata, imò ab hac ipſa diva Sileſiæ Principe & Patrona primum ſui fundamentum jam circiter annum 1200 accepiſſe traditur.

Anno 1477 tempore Rudolphi Episcopi ex cineribus, in quos lignea per Hussiticas turbas consederat, in lapideam resurrexit.

Ante portam Glacensem Ecclesia sancti Georgii hodie contiguum habet Nosocomium, ubi quondam Præpositura fuit ad RR. DD. Crucigeros Nissenses spectans: qua Præpositus sub Lutheranismi initium cedere coactus, in cujus locum xenodochium, quod in suburbio ante Wratislaviensem portam erat, Anno 1552 translatum fuit.

Ecclesiam in Cœmiterio extra Wratislaviensem portam erigi fecit An. 1581 Senatus Francosteinensis. Sed & aliam suburbium isthoc olim habuit Ecclesiam S. Nicolao nuncupatam, Ann. 1543 in ruinas penitus collapsam.

Aliud quoque Sacellum extra portam, quam Lochthor vocant, prisca Catholicorum fides & erga sanctos devotio honori S. Wolffgangi olim erexit. An. 1550 dirutum.

(c) A Boleslao Principe Mönsterbergensi Boleslai Bellicosi filio una cum Monasterio pro RR. PP. Dominicanis erecta & honori S. Crucis dedicata, quam invalescente Lutheranismo An. 1542, Joachimus, Henricus, & Joannes fratres Caroli I filii Ordini ademerunt & Senatui acatholico tradidere. In MSt. verò, quod Civis quidam Francosteinensis congessit, hi Principes Georgius & Henricus audiunt, & annus, quo hæc traditio facta fuit, 1541 memoratur; ita enim ille idiomate patrio: Anno 1541. Dis Jahr haben Hertzog George / und Hertzog Heinrich allhier zu Franckstein das Closter mit der darzu gehörigen Wirthschafft dem Rath und der Gemeine übergeben / darinnen nur noch zwey Mönche / Herr Niclaus und Bruder Simon / waren: dann diß Jahr starb Valentin Hilscher der Prior. Es nahm der Rath den Genuß vom Closter / doch laut des Privilegii mit der Condition, daß der Rath die zwey Mönche mit nothdürfftiger Speise und Tranck zu ihren Lebetagen versehen muste. Als Herr Nicolaus auch starb / blieb Bruder Simon lange Zeit alleine drinnen: da befahl der Fürst Hertzog Hans / der Rath solle ihm alle Wochen 6 Groschen geben.

Die Fürsten nahmen die Monstrantz aus dem Kloster mit nach der Oels: Der Rath nahm etliche Caseln / und kleideten sich und ihre Kinder drein.

A. 1548 Diß Jahr acht Tage nach Pfingsten ist allhier im Closter der alte Mönch Bruder Simon gestorben / und allda begraben worden. Nach seinem Tode hat ein Ehrbar Rath allhier das Closter samt dem Einkommen

kommen eingenommen/ und/ wie alte Bürger berichten/ Chorröck-/ Meßgewand/ und andere Sachen unter sich getheilet. Da aus gerechtem Urtheil GOttes der alte Melcher Pilgermann/ ein Rathherr/ durch die Hand GOttes ist gerühret worden/ als er spöttischer Weise für dem hohen Altar in einem Meßgewandte hat Messe lesen wollen &c. Hæc ex MSt. pervetusto. PP. tamen postliminio, rebus Catholicorum in Silesia revivisscentibus, Ann. 1634 sedi suæ restituti, non tantum ruinas Monasterii in novam formam erexerunt, sed & ipsam Ecclesiam restaurarunt, vetustatemque nova venustate donarunt.

In vetusto verò MSt. antè citato reditus Patrum in annum 1639, quo Francosteina ad Romanam rediit Ecclesiam, refertur his verbis:

Dis Jahr ist die Closter-Kirche wiederum mit Mönchen besetzt worden. Der erste Prior darinnen war Pater Abraham de Oelsna, Ordinis S. Dominici Prædicator Generalis &c. qui lumen fidei orthodoxæ, quod per integrum ferme seculum in patria nostra extinctum fuerat, prædicatione sua zelosa resuscitavit. In cujus gratam memoriam sequens scripsimus epigramma:

Si scripta Patriæ Civium verum docent:
Exordiente olim Lutherana fide
Franckſteiniana ex urbe Monſtratorium,
Quo Chriſtus Euchariſticus populo Dei
Monſtratur, Olsnam detulerunt Principes;
Quæ damna nobis Olsna reſarcivit ſatis,
Quando Abrahamum Prædicatorem inclytum
Franckſteinianam miſit ad patriam: Virum,
Qui, vivum opere, verboque Monſtratorium,
Monſtravit, atque prædicavit priſtinam,
Ad aſtra quæ reducit errantes, viam
Chriſtumque noſtris attulit moribus Avis.

(d) Strui cœpta An. 1524; sed ab opere cessatum An. 1530.

Supra portam majorem Arcis verba sequentia in lapide cælata leguntur: *Anno M D XXXII. (annus est, quo hæc scripta sunt) Illustriss. CAROLUS Sereniss. Georgii Bohemorum Regis Nepos hanc arcem Ann. 1524 fundans à primo lapide erexit: Anno verò 1532 Augusti Carolo Cæsare, Divo Ferdinando &c. Hungariæ Bohemiæque Rege fissili texit lapide, cum autumno primo Turcæ 300000 hominum Ungariam, Austriamq. vastaverint, Viennam duriſima pressérint obsidione.*

 (e) An.

(*o*) Ann. 1277 ab Henrico IV sive Probo hæc urbs in potestatem venit Boleslai Lignicensium Principis.

Anno 1291 ab Henrico V Principe Wratislaviensi Boleslao fratri Schwidnicensi donata fuit.

„Ann. 1340 aut proximè sequenti Carolus (Joannis Regis Bojemiæ „Filius) ex mandato patris bellum fecit Boleslao Duci Mönsterbergensi: „qui, sicut etiam Princeps Suidnicensis, adhuc non insertus erat regno „Bohemiæ, cum Bernhardo Suidnicensi nupta esset filia Regis Loctici. „Obsedit hoc anno Carolus Francosteinium, quod tunc erat mediocriter „munitum. In ea obsidione accidit exemplum dignum memoria. Strenuè „suam urbem defendebat Boleslaus, & quodam die subita facta eruptione, „plures nobiles Bohemos & Moravos, in castris Caroli oppressos, in ur„bem captivos abduxerat. Carolus non ignarus naturæ Boleslai, in castra „vocavit conjuges nobilium captivorum, fœminas nobilitate & formâ „præstantes, & instructo convivio magnifico Boleslaum ex urbe ad pran„dium invitavit. Gessit Boleslaus morem Carolo Principi generoso & be„nefico: Peracto prandio fœminæ nobiles, cum prius blanditiis & singu„lari comitate animum Principis emolliissent, & exhilaraffent, precatæ „sunt, ut ipsis maritos captos nobili beneficentia restitueret; ibi tanta „virtus Boleslai, ut è vestigio sine pretio captivos ex urbe accersitos con„jugibus ipsorum donaret: & simul spectantibus Principibus in mutuos „amplexus & salutationes ruerunt.

„Scribitur autem, Boleslaum, si captivos vendere & mulctare vo„luisset, tantam potuisse emungere pecuniam, ut ea etiam pretium sui „Ducatus fuisset superatura.

„Carolus motus virtute Boleslai pacem cum eo fecit æquis conditio„nibus. Nam Boleslaus professus est sese socium Regni Bohemiæ, & mu„neris loco à Carolo accepit ditionem Glacensem, quæ morte Henrici „Vratislaviensis ad Regem redierat, ad tempora vitæ suæ utendam & „fruendam.

„Fuit alioqui Boleslaus Princeps facetus, amans urbanitatis & joco„rum, sed tamen nec profanus, nec indoctus. In morbo, cum vicinam „mortem præsagiret, vera fide ad filium DEI conversus, clara voce hoc „canticum valde pium, quod sonare solet Ecclesia, cecinit: *Tribularer, si „nescirem misericordias tuas Domine*, tu dixisti: Nolo mortem peccatoris, „sed ut convertatur & vivat: qui Cananæum & Publicanum vocasti ad „pœnitentiam, & Petrum lachrymantem suscepisti, misericors Domine.

Edita

Edita hac pia confessione suorum peccatorum, & vivifica consolatione, lætus ex hac vita migravit. Ita Curæus.

(f) Anno Domini 1428 ipso Sabbatho ante Dominicam passionis, ascendentes Bohemiam versus à Nissa Hussitæ, grassati prioribus diebus Ottmochoviæ, Pacekowiæ, atque etiam in Camencensi Cœnobio pro more ferro & flamma crudeliter, tandem & furias Franckensteinæ admoverunt. Sed cives nec eas vires, quibus resisterent tanto latronum exercitui, nec caput, quod ritè pro necessitate defensionem dispensaret, habuerunt. Quapropter hora una, summum altera, pro mœnibus armati steterunt, inde passim loco cedere, fuga corpora salvare velle, itaque Thaboritis ad oppidum expugnandum, aditum præbere. Inscendunt ergo primi ferocissimique, portas evellunt, atque exercitum admittunt. Tum, qui necdum fugerunt Franckensteinii, adeoque hinc inde deprehensi erant abjectis armis, humi supplices manus tendunt, vitam unicam datis, promissisque cæteris in prædam militi, conservari rogant. Sed barbari, sed ad Nissam exturbati, sed Zelotæ Hæretici, tribulis scilicet, respondeerunt, neque in exarmatos solos, sed in genus omne hominum sublato omni discrimine, in ætatem sexumve ac ordinem omnem, præter naturæ, gentiumve morem, crudelissime desævierunt. Duravit laniena isthæc nocte etiam, ac die insequente: quare effugia illa prima è mœnibus frustra fuerunt, asyla etiam, ubi? intra muros domorum ac cellaria subterranea, implorata nihil profuerunt. Nam in iis ferro concisi sunt Catholici, vel certe injectis oppido toti flammis concremati, vel minimum fumo suffocari. Si quos è cavernis ac latibulis extraxerunt, in eos enimverò genus omne crudelitatis exercentes, rabiem suam extremo eorundem supplicio exsaturaverunt. Talium in numero sacri religiosique homines maximè fuerunt. De Patribus Dominicanis, hodieque in Ecclesia horum superstes vetus è ligno tabula, id generis testimoniorum, certum textu latino exhibet. E quo sequentem habe verbis nostris memoriam. In introitu Cæmiterii ante templum Dominicanorum, coacervatis undique sacris imaginibus ac statuis, rogum Thaboritæ effecerunt, in eoque Priorem dicti Conventus Nicolaum, hominem vitæ sanctissimæ, concremaverunt. Eadem die Dominica, scilicet Passionis, Joannem Budam ex iisdem loci Concionatorem in frusta plane conciderunt. In fratre Andrea Cantore non nisi Diacono foris ante urbem ad valvam Wratislaviensis portæ appenso, S. Sebastiani Martyrium renovarunt. Sagittis quippe, quibus plurimum utebantur Hussitæ, eum confixerunt, eque trunco mortui sylvam,

quaſi torridam, effecerunt. Vin' cauſam tam enormis adii? eò, quod apertè prædicaſſent contra eorum ſectam, hæc tam crudelia ſancti Patres, Fratresque pertulerunt, præter eos, quos intra latibula occiderunt. *Hæc è Crugerio 13 Kal. April.*

An. 1443 ab Epiſcopo Conrado ceterisque Sileſiæ Principibus ac Statibus è poteſtate Henrici Cruſchenſis inſignis prædonis erepta.

Anno poſtea 1448 emptionis titulo ad Wratislavienſem Antiſtitem Cunradum pervenit.

An. 1465 à Victorino Regis Boh Georgii filio intercepta.

Anno deinde 1467 à Bohemis denuo capta, ſed à Wratislavienſibus ingenti cum tormento ſeu machina murali, (mit der groſſen Büchſe) quod viginti quinque equis trahi debuit, advenientibus expugnata. Cujus rei meminit Georgius Fabricius Chemnicenſis in lib. 7. Orig. Illuſtr. Stirpis Saxon. *Wratislavienſes anno 1467 equitibus octingentis, & ſex hominum millibus vicina caſtella & oppidula, quæ in fide Georgii adhuc erant, capiunt.*

A Bohemis tamen rurſus obſidione cincta, & à Wratislavienſibus ſtrenuè aliquamdiu propugnata fuit. Fuit autem durante hac obſidione ea Bohemorum in Wratislavienſes ſævities, ut hos, ſi quos erumpentes caperent, rubras ex panno formatas cruces, quibus nonnulli eorum ſignati fuere, devorare cogerent, iis autem, qui cruce ſignati non fuiſſent, cruces in fronte exſcinderent: in cujus vindictam Wratislavienſes in captorum Bohemorum frontibus calices cultris efformarunt. Wratislavienſibus tandem longa defenſione fatigatis, & de ſuppetiis, quas fruſtra ſæpius implorarunt, deſperantibus, ideoque noctis tempore per occultam fugam extrema pericula vitare volentibus, ſed proditione Bohemis facta, in ipſo nocturno exitu partim fuga elapſis, partim cæſis, partim in urbem ſeſe recipere coactis, ſequenti die cum ſole oriente irrumpentes Bohemi, urbe, aliisque opimis ſpoliis, inter quæ grande illud Wratislavienſium tormentum, magno cum jubilo ſub tubarum tympanorumque ſtrepitu ab his poſtea Pragam abductum, potiti ſunt.

Eodem anno Wratislavienſes eò reverſi urbe fruſtra tentata, cum clade tunc etiam rejecti ſunt.

Verum Anno 1468, alii habent 1469, in feſto S. Crucis exaltatæ Wratislavienſes, Suidnicenſes, & Niſſenſes denuo conjunctis viribus urbem aggreſſi, Bojohæmos expulerunt.

Sed expeditiones illas Wratislavienſium &c. nec non obſidiones urbis & arcis Francoſteinenſis, per dictos duos annos, nimirum 1467 & 1468, ex Henelii Breslographia fuſius quidem, clarius tamen deſcriptas lector habeat:

Anno

Anno ſexageſimo ſeptimo conflatam è mercenario milite, & urbana multitudine manum cum Epiſcopi copiis Wratislavienſes conjunxerunt: ac belli duce Chriſtophoro Skoppio, viro perquam ſtrenuo, & militari prudentia inſigni, opida & caſtella ſibi vicina, quæ in fide Regis adhuc perſiſtebant, infeſtantes Mönſterbergam tandem, unde Principis titulum Regis filii beneficio Friderici III Imp. deducebant, adoriuntur: cumque ei præeſſet Johannes Parchwitzius, cui præteritorum malorum memoria haut levem metum incuſſerat, ſine cæde & ſanguine in poteſtatem redigunt. Nec mora: Francoſteinam quoque itur, cujus incolæ licet primam irruptionem ſuſtinuiſſent, tamen cum mœnia continuis tormentorum ictibus verberarentur, Monſterbergenſium exemplo, ſalutem & à præda immunitatem pacti ultro in deditionem venerunt. Qui in arce erant, nihil eorum, quæ ad illam defendendam facere videbantur, intermittebant. Sed cum ea quoque diu noctuque terribili machinarum fulmine, quarum una Wratislavia XXIV equis advecta, atque LXXX centenarios ponderoſa, globos duorum centenariorum jaculabatur, quaſſaretur accedente inſuper ſubſidiorum deſperatione, tandem & ipſa ſeſe dedidit his conditionibus, ut ſalvi abirent milites, arma ſarcinasq; ferrent, Præfectum integra fortuna ſequerentur.

Sed vide reciprocum fortunæ motum, quo res bellicæ aguntur. Vix occuparant Wratislavienſes, ac Socii Francoſteinam: cum Bojemi ex ditione Glacenſi prorumpentes eandem obſidione cingunt, ac undique hunc in modum urgent: ut nihil aut commeatus aut ſubſidii importari poſſet. Contraxerant Sileſii legati, præſertim Pontificis inſtinctu, haut contemnendam militum manum, qui laborantibus ſuppetias ferrent, ac Bojemos ab obſidione ſubmoverent. Sed ii à Georgianis, quibus interim, adventu Victorini Regis filii, ingens acceſſio facta fuerat, ſic excepti ac perterriti ſunt, ut præcipiti curſu re infecta pedem retulerint. Quo quidem comperto, qui Monſterbergam tenebant, eam deſerendam, nec exſpectandos eſſe, quos timerent, rati nullo certo ordine atque imperio, in effuſiorem fugam præcipitati Niſſam abierunt: ac quamvis Epiſcopus aliquot militum turmas illicò regredi Monſterbergam juſſiſſet, vix tamen per unam illi portam intraverant, cum per alteram ingreſſi hoſtes, mox militari clamore ſublato, manum cum Sileſiis conſerere cœperunt, eo ſucceſſu, ut Bojemi & arce & urbe potirentur. Atque hinc ergo Francoſteina oppugnatio indies gravior atque aſperior; nec machinis duntaxat & pilis ferreis, ſed & dolabris & ligonibus res acta fuit, ac ſicut obſidentibus cum ſpe potiendi loci ſtudium oppugnandi accreſcit, ſic obſeſſis, quod fame & inedia preſſi fruſtra ſuppetias expectarent, defendendi

animus

animus magis magisque deceſſit. Itaque factum tandem, ut nocte diem XV Junii ſubſequente, poſtquam media jam cœli ſpacia Lunæ curſus confeciſſet, haud modo Epiſcopi, qui ſuos ut ſalutem in fuga pararent, ſi perire nollent, moneri curaverat, ſed & Wratislavienſium equites juxta ac pedites, ſed hi conſcenſis currulibus equis, quotquot nanciſci poterant, relictis ſarcinis & impedimentis, porta effuſi per medios hoſtes, nihil tale metuentes ſibi viam aperire conarentur. Quod & feliciter iis hactenus ſucceſſit: ut non niſi paucis in hoſtium manus delapſis, plerique Patſcoviam ſalvi atq; incolumes evaderent. Qui tardius fugerant præcipiti curſu regredi, ac ſequenti mox die recuperata ab hoſtibus Francoſteina, una cum iis, qui conſilio fugæ improbato remanſerant, leges accipere coacti, atque in diverſa Bojemiæ loca diſtributi fuerunt. Ad mille quadringentos, ſed in his vix trecentos Wratislavienſes, haut paucos etiam ſacerdotes cruce ſignatos fuiſſe, annales referunt. Et hi quidem Jo. Czerotini juſſu in arcem Edelſtein deportati ſunt, tantiſper ibi, dum λύτρον ſolverent, retinendi: ſed quibus haut multo poſt caſtrum ab Epiſcopo per proditionem receptum libertatem peperit. Præter magnam equorum, curruum, clypeorum, thoracum ferreorum, ac machinarum bellicarum (quæ inter grandior illa Wratislavienſis per ſpeciem triumphi Pragam devecta fuit) numerum, civium Francoſteinenſium eo ævo ſatis locupletium facultates omnes Bojemis patuerunt: & in ipſam adeò matronarum ac virginum pudicitiam vis exibat.

Redintegrata dein inter Epiſcopum & Wratislavienſes armorum Societati Nicolaus quoque Dux Oppolienſis acceſſerat. Ab his ergo Exercitus aliquot millium coactus, cum circa Grotcoviam convenisſet, infeſtis ſignis Monſterbergam denuo petiit: & locum caſtris idoneum penes opidum delegit: ſed quod una cum arce non commeatu modo ſufficienti inſtructum, ſed & præſidio quadringentorum peditum ac ducentorum equitum, ac rebus aliis ob obſidionem tolerandam neceſſariis adeo firmatum deprehendit, ut exigua ſpes expugnandi illius affulgeret. Prœliatum quidem quot diebus fere inter partes vario Marte: Georgianus tamen miles aliquoties ſuperior, tam ingentes ſpiritus ſumſit, ut in ipſa Sileſiorum caſtra haut ſemel irruere auſus, homines pariter & equos plurimos aut necaverit, aut magnis vulneribus multaverit. Verberata exinde mœnia, & irruptio à Sileſiis acriter tentata: ſed præſidiariis (qui magnam partem Zebraki erant, homines extremæ audaciæ) tam fortiter reſiſtentibus, ut, tametſi cladem aliquam acciperent, majorem tamen ipſi Sileſiis referrent. Qui eam ob cauſam recrocedere coacti, in loco ab opido paullum remotiore caſtra poſuerunt. Allato inter hæc rumore,

Geor-

Georgium Regem ipſummet majoribus cum copiis ex comitatu Glacenſi adventare, cum non Epiſcopus modò, ſed & Oppolienſium princeps ſuos domum revocaſſent, Wratislavienſes quoque, ne ſoli periculo expoſiti manerent, idem ſibi faciendum cenſuerunt: & ſic univerſus ille conatus in ventes abiit. Sequentis anni, qui fuit ejus ſeculi octavus & ſexageſimus vere ineunte Matthias, Pannoniæ Rex, Georgio, ſocero ſuo, bellum indixit: in Sileſia autem inter Epiſcopum recens electum, eundemque Pontificium legatum Rudolphum & Wratislavienſes de recuperanda Monſterberga, inſtituta deliberatio fuit; ſed dum illi conſultant, præſidiarii ipſimet, ſive cognita Matthiæ hoſtilitate, ſive aliis de cauſis, die Jovis, qua Dominicam Vocem jucunditatis præcedebat, arcem, flammis ſubjectis, exurunt: idem in opido facturi, niſi à civibus prohibiti fuiſſent. Quo comperto Epiſcopus ſuis & Wratislavienſium copiis eò miſſis, arcem, opidum, ac univerſum adeò territorium in deditionem accipit, Nobilitate juxta ac civibus, ſibi & Eccleſiæ Wratislavienſi ſolemni juramento adactis. Majoris molis fuit Francoſteina recuperatio: cujus rei cauſa cum non Præſul modo ac Wratislavienſes, ſed & Freiſtadienſis, nec non Suidnicenſis & Jarovienſis ducatuum ordinis (ex quo nimirum iſti quoque excommunicationis tandem fulmine adacti, literis ad Georgium Regem in caſtris ſuis, prope caſtrum Bolkenhain, quod haut pridem ope Wratislaviensium ſui juris fecerant feria tertia ante feſtum Pentecoſtes, ſcriptis, omnem ei obedientiam renunciaverunt, copias ſuas conjunxiſſent, deſtinatò Francoſteinam eas progredi juſſerunt. Sed qua tamen expeditio & ipſa minus ex animi ſententia ſucceſſit: tum quia Epiſcopus, ac Wratislavienſes ad Matthiam Pannoniæ Regem Olomuzium profecti præcipuos quosdam militiæ ſuæ duces ſecum traxerant: tum quia Henricus Dux Monſterbergenſis, Georgii filius, audito Sileſiorum bellico apparatu, ipſe quoque milite collecto, armatus adventabat: tum quia Suidnicenſes, bellorum inexperti, primi omnium caſtris relictis Reichenbachum profugerant, &, ut alii quoque ſibi conſulerent, ſuo exemplo incitarant. Wratislavienſes Patſcoviæ ſe continebant: ſed in opido, quod commeatus inopia laborabat, nec ſatis communitum erat, minime diutius ſubſiſtendum rati, relato gradu, antequam iter ſibi ab hoſtibus præcluderetur, ſervato ordine, atque ſalvis ſignis Niſſam abierunt. Iis vero vix per unum milliare digreſſis, exercitus hoſtilis Patſcoviæ advolvitur: ac parum abfuit, quin primo impetu opidum caperet, niſi cruce ſignati, qui intus permanſerant, alacriter reſtitiſſent. At Henricus nihil ultra hoſtile adverſus opidum experiri volens, Epiſcopalis territorii agros præda, ferro & flamma vaſtavit: moxque itinere Reichenbachum flexo Suidnicenſes adoriri ſtatuit.

Qui cum à ſociis ſuis ſuppetias obnixè flagitarent, graviter quidem objurgati, quod præclarè auſa circa Francoſteinam intempeſtivo ſuo pavore interturbaſſent, & ère in ſpeciem parata imparatiſſimam reddidiſſent, hoc tamen impetrarunt, ut recollectis undiquaque ex Epiſcopalibus territoriis, urbeque & Ducatu Wratislavienſi, quanta maxima celeritate potuit, copiis, quinque militum millia auxiliatum ipſis mitterentur: ſed quibus non expectatis Bojemi cum præda, unde venerant, redierunt. Rebus ita fluentibus, placuit ſociis Francoſteinam de novo obſidere: datâ invicem & acceptâ fide, minimè inde receſſuros, niſi aut Francoſteinâ potiti, aut vi repulſi eſſent. Præter Henricum Glogovienſem, qui equites ducentos probè armatos ſubmiſerat, reliqui Sileſiæ Duces ne militem quidem huic expeditioni impenderunt. Suidnicenſium autem, ut magnus erat numerus, ſic quam ille ſubito auctus fuerat, tam celeriter decrevit, ut vix media pars in caſtris maneret, maximumque adeo momentum in Epiſcopi & Wratislavienſium milite eſſet. Machinæ obſidionales Suidnicio & Niſſa advectæ: pulveris autem tormentarii comparandi cura ſolis Wratislavienſibus relicta fuit. Cœpit obſidio die Martis, quæ ſequebatur feſtum Aſſumtionis MARIÆ: nec multò poſt haut inſtituta modo oppugnatio, ſed & acriter urgendo eum in modum continuata fuit, ut præſidiarii ardori ſuſtinendo impares, die Veneris poſt Exaltationem S. Crucis deditionem facerent. Ita recepta arx cum opido Ulrici de Haſemburg, qui tum Suidnicenſium & Jarovienſium agebat Capitaneum, fidei commiſſa fuit: cui Wratislavia præter frumenti coquendæ cereviſiæ præparati, farinæ, carnis & ſalis aliquantam copiam, ducentos florenos ſubſidii loco præbuit. Præſidium, quod in arcem & opidum collocabatur, magnam partem Wratislavienſium milite conſtabat: qui & per totam hyemem auxiliares Epiſcopo centum equites Patſcovia, Suidnicenſis autem Reichenbachi ſexaginta pedites reliquerunt; addito neceſſario rerum commeatu.

Ann. 1474 à Vladislao, qui clade à Rege Matthia ad Monſterbergem ſibi illata irritatus fuit, Francoſteinium exuſtum fuit, cujus exuſtionis memoria quondam in Eccleſia S. Crucis apud RR. PP. Dominicanos vetuſto charactere hæc in verba fuit annotata: *Anno Domini Milleſimo CCCC LXXIIII circa feſtum S. Luca Evangeliſta fuerunt tres Reges ante civitatem Wratislavienſem, videlicet Rex Ungaria, Rex Bohemia, & Rex Polonia, & ſub eo tempore incinerata eſt tota civitas iſta & Conventus, ſola Eccleſia remanente, ab adverſariis, 1483,* qui eſt annus, quo hæc ſcripta fuere.

Anno

Anno 1477 ab Henrico Monſterbergenſi Principe obſidione cincta & expugnata ad priſtinos Dominos rediit.

Obſidionem, qua preſſum fuit Francoſteinium à Rege Matthia Ann. 1488. ex Bonfinio Chron. Hung. Decad. 4. lib. 8. fol. mihi 668 lector habe in hunc modum deſcriptam:

Cum igitur in Sileſia bellum foret obortum, Trincham Boemorum equitum præfectum, & Franciſcum Ariſtum cum expeditiſſimo equitatu in provinciam miſit, utrique veluti à Rege mandatum erat, cujusdam illius Ducis munitiſſimam urbem obſident: quem à fide Regia defeciſſe dicebant. Ille ad Vladislai regis opem confugit: auxilium implorans ob veterem cum Matthia ſocietatem Vladislaus auxilium abnegat, ne ſanctum fœdus violare videretur. Recurrit ad proceres paſſim opem exorans, admonensque niſi proſpiciatur, quæ ipſe mala nunc patitur, eadem illos eſſe menſura. Quare illi perſuaſi, è collecta ſtipe auxiliares copias mittunt, ne ſocium & amicum paterno & avito dominatu ſpoliari patiantur. Dum urbs acerrime obſidetur, ſolvendæ gratia obſidionis occurrunt, in conſpectu caſtra locant: mox captato tempore, prælium ineunt. Hi tanto in Pannones impetu irruêre, ut aliquantiſper eos inclinarint. Ungari in hac re Boëmorum perfidiam cauſſabantur, quippe qui, ne gentilia bella committerent, eos prælium detrectare dicebant. Ariſtus Boëmica fide parum fretus, cum expeditiſſimo equitatu ſe in ſylvam recepit, ut à tergo, latereve hoſtem incautum adoriretur, circumacto non imprudenter agmine, demum in Boëmos irruit. Pertinax hic pugna conſeritur: multi utrinque trucidantur. Trincha tandem cum quadrato Boemorum agmine, quamvis invitus cum ſua gente certaret, Boemicumque ſanguinem hauriret: tamen, ut militari officio ſatisfaceret, acerrimè, depoſita ſuorum charitate, pugnavit, cum hic à fronte, à tergo latereve collega certaret, Boemi diffugere demum occepêre. Fuſo fugatoque hoſte, cum Pannones ſe in caſtra non incruenta victoriâ recepiſſent, urbs interceptis auxiliis conſternata deditionem tandem facere coacta.

An. 1508 à Principe Carolo Judæi Francoſteina ejecti ſunt, eorumque Synagogæ ſolo æquatæ.

An. 1632 Francoſteina incendio illo, cujus hic Henelius meminit, conflagravit.

Clades plurimas ab irato Vulcano ſeculis præcedentibus acceptas, quarum ſub ſeculi decimi ſexti initium (cum omnes ferme domos adhuc

haberet ligneas) intra 28 annos septem fuere, urbem funditus devastantes, Polius in Historia Incendiorum recenset. Et in MSt. quodam sequentia legimus:

An. 1501 ist die Stadt Franckstein noch sehr unerbaut/ war nur ein wenig von Holtzwerck erbaut: um den Ring hatt es Lauben/wie auch auff den Gassen/ wegen vielfältiger Kriege/ so es von den Hussiten erlitten: dann wie etliche alte Leute ausgesagt/ auch die Böhmische und Schlesische Chronica ausweiset/ so ist Franckstein in 28 Jahren 14 mahl eingenommen worden/ sieben mahl ausgebrant/ und hat einen Tag drey Herren gehabt. Die nachfolgende Jahre aber ist durch die löbliche Regierung und Anordnung Hertzogs Caroli zu Mönsterberg/damals Landes-Fürsten allhier/ trefflich gebauet und gebessert worden.

An. 1642 ad hanc urbem armilustrium militis Cæsarei habitum non sine magno civium incommodo.

An. 1645 à Königsmarckio Chiliarcha Suedico subita irruptione occupata, & præsidio Suedico munita fuit.

An. 1646 ab Archistratego Cæsareo Montecuculi obsidione pressa, & postquam munimenta exteriora per insultus armata manu cepisset, Suecos ad deditionem adegit.

An. 1648 a Suecico milite denuo direpta fuit, & expilata.

(*b*) An. 1673 denuo vespillo Henricus Krahl, cum uxore sua, duabus filiabus, & bubulco seniore, den alten Hirten genant/ cum filio suo, quod pulveres venenatos in domos, plateas, & fontes sparsissent, aliaque flagitia nefaria perpetrassent, merito supplicio affecti sunt; ipse quidem sandapilarius mense Januario prius intra urbem ignitis forcipibus, in quatuor circi locis, laceratus, juxta patibulum dein cruribus & brachiis fractus, ac demum (uxore prius & filia juniore gladio cæsis) vivus rogo impositus & combustus; bubulci vero filius, postquam in carcere hausto veneno voluntariam sibimet ipse mortem procurasset, 10 Maji ad infamem furcam extra urbem tractus, duodecima Maji (qua die senior quoque vespillonis filia capite plexa fuit) fractis prius cruribus & brachiis in rotam actus. Ipseque tandem bubulcus in corio vaccino ex urbe 23 Junii ad supplicii locum tractus rota quoque fractus, ejusque ultimo ictu, supra cor vibrato, interfectus.

Dignum verò notatu & grata memoria recolendum, quod, cum pulvisculi illi exitiales ab homuncionibus istis ipso die, quo cives Francosteinenses publicas ad Divam Wartensem supplicationes duxerant, in eadem

dem platea, qua redeundum erat ſupplicantibus, ſparſi fuiſſent, ipſum Cœlum devoti cœtus miſeratum largiori & benigniori pluvia, redeuntem proceſſionem præveniente, pulveres abluerit, & periculum omne luis diluerit: Matre (ut pie creditur) miſericordiæ clientibus ſuis, qui pœnitentes hac die atque devoti eamdem ſalutaverant, pro pœnitentiæ lachrymis, quibus peccata abluerant, pluviam hanc ſalutarem à Filio, Cœli Domino, impetrante.

A peſte quoque (ut in MSt. quodam pervetuſto legimus) anno 1521 quadringenti hujus urbis incolæ è vivorum cœtibus ſublati ſunt.

Cæterum Francoſteina non infœcunda bonorum ingeniorum nutrix e Scholis ſuis viros complures doctrina, & varia eruditione præditos edidit: quos inter principem merito locum ſibi vendicat, qui ſeculo decimo quinto vixit,

POLIUS CARDINALIS,

cujus Ælurius in Glaciographia pag. mihi 189 mentionem facit: Cujus, & aliorum veterum Francoſteinenſium præclara geſta, quibus laudes immortales meruere, in antiquitate ſepulta manent.

Ex Sileſia Togata Henelii noſtri recentiores ſunt:

CHRISTOPHORUS ROESLERUS, Med. D.

In lucem is editus ipſo die S. Chriſtophori anno decimi ſexti à Chriſto natoſeculi octavo & ſexageſimo: iisque litteris, quibus prima ætas debet, ſatis inſtructus ſummum illud βεβαῖον doctoræ gradum Baſileæ anno 1592 conſecutus eſt; idque de ſententia totius Medicorum Collegii, cui certe non affectus, ſed fides præfuit, & judicium ita formavit: cum is re & facto, non titulo & nuncupatione ſola Doctor eſſet, reverſus in patriam, medicinam ibi aliquamdiu cum laude fecit, ſed Brigam inde ſub initium decimi ſeptimi ſeculi domicilio translato tam præclara ſui ſpecimina dedit, ut Illuſtriſſimæ Aulæ Archiater, ſtipendio ſatis honeſto, conſtitui meruerit. Hoc in officio qua fide, & diligentia ad clauſulam usque vitæ verſatus ſit, univerſa id teſtatur provincia. *Maledictus eſt, quisquis fraudulenter opus Domini peregerit*, ipſiusmet DEI effatum eſt: Id quia ſibi quoque dictum eo magis exiſtimabat, quod ſalutarem ægris medendi rationem à DEO productam, atque ob id inventum, & opus DEI eſſe non neſciret, ac Herophilo præterea morborum remedia, ſi ab indoctis medicis uſurpantur, venena; ſi verò à doctis & exercitatis, deorum auxiliares manus appellari debere, affirmanti haut difficulter credebat: id unice agebat ſemper, ut nihil eorum, quæ ad ſanitatem ſive tuen-

„tuendam ſecundum artis præcepta conducunt, prætermiſiſſe videri, ac „ſi maxime ſiniſtrum eventum curatio habuiſſet, nihil tamen eo ſibi nomi„ne imputari à quoquam poſſet. Aculeate Martialis de quodam ætatis ſuæ „Medico:

Lotus nobiſcum eſt, hilaris cœnavit, & idem
Inventus mane eſt mortuus Andragoras.
Tam ſubitæ mortis cauſam, Fauſtine, requiris?
In ſomnis Medicum viderat Hermocratem.

„Vigilantem quemlibet ab eo Medico cavere oportuit, qui dormientibus „etiam per inſomnium adeo noxius fuiſſe videtur: Phidoni nimirum haut „abſimilis, cujus vel ſolo nomine in mentem ſibi revocato æger obiit; de „quo ſic Nicarchus vetus Poëta interprete Meliſſo:

Non tetigit Phidon, clyſtere neque ilia lavit:
Illius ad nomen, febre peruſtus obii.

„Longe ab his abiit noſter, qui quum ſaluti plurimorum invigilaſſet felici„ter, atque profuiſſet, eam de ſe opinionem conciliavit, ut haut pauci „magnam curationis partem putarent, ſi à Röslero curari poſſent, juxta il„lud Senecæ Patris: *nihil magis ægris prodeſſe, quam ab eo curari, à quo „velis.* Tanta in illo conſiliorum dexteritas, tanta experientiæ ſoliditas: „Unde quidem factum, ut ſummatibus æque ac infimatibus in precio & „honore habitum, principes etiam viri, & in his præcipue Ill. Ligio-Breg. „Dux Joannes Chriſtianus ſingulari gratia & favore complecterentur. Ex Sileſiæ Togatæ lib. 5. encomio 46.

„CHRISTOPHORUS SCHILLINGUS, quem virum doctrina va„ria Græcis, Latinisque, utraque oratione potentem pollentemque, & ad „veterem elegantiam, in verſu præſertim græco, incumbentem, noſter „nuncupat. Tyrocinia ſtudiosum in patria potiſſimum egit ad ætatis an„num 13. Viennam delatus celebrem illius urbis Scholam frequentavit. Poſt „varias peregrinationes & munera, quibus in patria functus fuit aliquam„diu, in Palatinatum Bavaricum opportune contendit Electore quippe „Frid. III de Seminario illuſtri Ambergæ erigendo conſilia tunc agitante. „Ei igitur ille primus deſignatur atque præficitur Rector, indeque Heidel„bergam ad Nicrum translatus, atque Oliverio Bockio Aloſtano Belgæ „Succeſſor datus Electoralis iſtic pædagogii Rectorem egit, literasque qua „Græcas, qua Latinas ut optima fide, ita non ſine applauſu docuit, atque ob „inſignem eruditionem, & ingenii dexteritatem cum pietatis ſinceræ ſtu„dio, animi candore, humanitate & modeſtia conjunctam multis à fama „vel dignitate claris viris qua domi, qua foris innotuit, ſed quatuor inſtar

omni-

omnium A. Budithio, Jo. Cratoni, Thomæ Crafto, Theod. Zwingero“ maxime charus, & acceptus fuit. Scholaſticam demum cathedram reli-“ ctam, lampadeque Jo. Piſcatori Profeſſ. celeb. tradita, arti medicæ ex“ præſcripto maxime Crafti, quem Præceptorem habuit, & fideliſſ. & fe-“ liciſſ. tradidit, atque ad eandem uberius perfectiusque hauriendam in Ita “ liam, illam Antiquitatis parentem, illam rerum admirandarum effectri-“ cem ſe contulit, præcipua ejus loca & Academias feliciter perluſtravit,“ præſtantiſſimis quibusque Medicis ac Philoſophis, quos inter Hieron. Fa-“ bricius ab Aquapendente, Franc. Piccolominæus, Jac. Zabarella, Jul.“ Cæſar Arantius, Ulyſſes Aldrovandus, Fulvius Urſinus, Bernardinus“ Teleſius, Petrus Victorius aliique complures, familiariter uſus, haut vul-“ garem ex eorum conſuetudine fructum cepit: propter excellentes inge-“ nii dotes viciſſim ab illis amatus æſtimatusque honorifice. In magnam“ hinc tertarum Galliam progreſſus, ibidem quoque viris ſe aggregavit, à“ quibus doctior ſubinde, meliorque redderetur; cumque jam metam vi-“ deretur curſu contigiſſe, poſtrid. Cal. Dec. Ann. 1579 in incluta Acad.“ Valentina una cum Daniele Galarſio Pariſienſi ſupremum dignitatis in“ arte Aſclepiadea gradum ac titulum accepit, tiara Doctorali in honeſtiſ-“ ſimo non ſolum clariſſimorum Profeſſorum, ſed & aliorum lectiſ-“ ſimorum hominum conſeſſu inſignibus à Laurentio Joberto, Se-“ reniſſ. Regum Franciæ, ac Navarræ Archiatro, & Conſiliario,“ nec non Academiæ Mompeſſulanæ Cancellario digniſſimo. Reverſus ex-“ inde in Germaniam aſportato ſecum aureo vellere, ſed ſine Medeæ artibus,“ cum nomen ejus magisque famæ præconio inclareſceret, Auſtriæ ſuperio-“ ris ordinum vocatu Lincium conceſſit, ac Medicinam ibi cum laude fecit,“ quippe cum præſidiis doctrinæ circumdatus, & inſtructus veris, ac fideli-“ bus inſtrumentis, haut temeraria, ſed ſalutaria laborantibus adminicula,“ nec cumulandæ rei ſuæ, ſed affectu patrio, qui arti ſeſe addebat comitem“ fidelem atque individuum, admoveret, ac quibus remedio eſſe non pote-“ rat, (ſunt enim morbi quidam inexplicabiles, & quibus adeo arcendis“ omnis ars invalida) eſſet tamen levamini, eſſet ſolamini, nulli pernicio-“ ſus, omnibus utilis, illud tamen ἀξιομνημόνευτον, quod Schillingo“ primo adventus ſui in Auſtriam anno accidiſſe ex epiſt. ejus ad Jo. Crato-“ nem cognovi. Vivebat tunc Lincii generoſus Baro Jo. Chriſt. à Zelking“ in Weinberg filiam habens febri laborantem; ad quam cum Schillin-“ gum bis vocaſſet, ut Italum quoque Medicum accerſeret ab amicorum“ quibusdam perſuaſus fuit. Schillingus quia videbat puellam nondum“

ſe-

„ſexennem, & à febri vehementer debilitatam, lenibus uſus eſt medicamen-„tis, & quia morbus concedebat inducias, lento gradu proceſſit. At Italus „cum primum advenit; O ego, inquit, longe gravius malum credidi! ve-„rum hoc omnino tale eſt, quod intra triduum expelli poteſt: primo ergo „die clyſterem validum injecit: ſecundo die clyſteres alios addidit: tertio „purgationem dedit, qua ſumta continuo extincta eſt. Hunc poſtea „Schillingus coram Domino à Zelking ſic confudit, ut prorſus apud ipſum „& alios ἀναπολόγητος eſſet. Ob. Lincii 16 Oct. 1583, ut patet ex Epiſt. „Georg Calamini ad Jo. Cratonem 11 Cal. Feb. 1583, ubi dicitur exemplar „hominis calamitoſiſſimi, quippe qui ſeipſum Jobe miſeriorem haut raro „exclamavit. Ex loco cit. lib. 6. No. 12.

SIGISMUNDUS & SAMUEL SCHILLINGII, Med. Doctores.

„Egregium iſtud & Fratrum & Medicorum par Francoſteina quoque Si-„leſiorum protulit. Ex his major natu, cum auſpicia hujus vitæ ſubiiſſet „An. 1575 in feſto S. Nicolai, à prima ſtatim ætate honeſte atque liberali-„ter educatus. Cum ad corporis humani tractationem, medelamque tum „naturæ opes inſpiciendas magis animum adjeciſſet, publicos Medicinæ „Doctores diligenter audivit: hujusmodi ea in arte fecit progreſſus, ut „dignus fuerit judicatus, cui Baſileæ Apollinea laurea, tanquam meritum „βραβεῖον, ſtadiis cum laude decurſis, publica voce ex conſenſu omnium „conferretur. Anno 1603 Lipſiæ ſodalis factus eſt Collegii B. V. MA-„RIÆ, in quo etiam Præpoſiti munere, & cum onere conjuncto honore „per integrum triennium functus fuit. Cumque amplisſimæ facultati Me-„dicæ ſuam in continuandis laboribus, & faciendis iis, quæ ſtatuta requi-„rebant, diligentem probaſſet, exinde factum, ut non ſolum illuc ſibi „Collegam Schillingium adſciſceret, ſed & Profeſſorem tandem unanimi „conſenſu eligeret & conſtitueret. Ex quo tempore annis amplius 12 in „Sparta ſua ornanda ea verſatus eſt induſtria, ut applauſum haut vulgarem „ab auditoribus ſuis meruerit, iisdem quidem ſingularem viri erga ſe præ-„dicantibus benevolentiam, quam ipſis declaravit, quoscunque ad allo-„quium ſuum prompte admittendo, nec invidendo aut diſſimulando res „utiles, & ad finem artis ſeu uſum illius congruum obtinendum neceſſarias. „An. 1614 prima, ſexennioque inde exacto, ſecunda vice ei ut Rectori le-„gitime electo faſces Reip. litterariæ commiſſæ fuerunt: quo utroque tem-„pore, rebus Academicis vacillantibus, fide ac diligentia debita præfuit, „ſuique muneris partes laudabiliter complevit. An. 1615 in Conſilio na-„tionali ob fidem atque induſtriam multis declaratam laudatiſſimorum

Septem-

Septemvirorum Senatui acceſſit. Sed quam dignitatem more novo ex-“
cepit, quando nempe Profeſſor Pathologicus deſignatus, & clementis-“
ſime confirmatus, pro ſtipendio locum in majori Principum Collegio,“
nemine diſſentiente, conſecutus fuit. An. 1619 cum de vita deceſſiſſet, D.“
Chriſtophorus Bruno, Ordinis Medici Antiſtes ac Decanus, nec non Pro-“
feſſor Therapeuticus celeberrimus ipſe tum Collegii Senior, in ejus locum“
ſurrogatus eſt, ut eundem, quem ille, honoris gradum, eandemque pro-“
feſſionem obtineret. In cujus itidem muneris officiis obeundis ſegnavi-“
ter & induſtrie geſſit, pro Collegii commodis ac dignitate omnibus ne-“
ceſſariis curis ac laboribus ſuſceptis. Atque hæc de Sigismundo Schil-“
lingio, quem exacto vix quinquennio frater Samuel, Philoſophiæ ac Med.“
Doctor celebris, poſtquam artem ſuam in Patria primum, inde Niſſæ“
ſumma cum laude ac ſucceſſu feliciſſimo exercuit, ſequi juſſus. Loco“
cit. lib. 8. No. 39.

HENRICUS SCULTETUS, JCtus ac Polyhiſtor.

Quicunque aut Eccleſiæ, aut Reipubl. uſui eſſe cupit, ambidextrum“
hunc eſſe oportere, non nemo ſapientum jam olim pronunciavit. Ambi-“
dextrum, inquam, hoc eſt, litterarum laude non minus, quam virtutibus“
abundantem: cum ii quidem, qui ſolis virtutibus inſtructi ſunt, tantum“
dextram, qui tantum litteris ornati, tantum ſiniſtram habere videantur.“
Ejusmodi ambidexter fuit Henricus Sculteus de Francoſtenia, vir ut ar-“
tium meliorum, ac Jurisprudentiæ ſtudio inſigniter excultus, ſic rectus,“
placidus, candidusque, & qui adeo, cum faſtum, fucum, vanitatem“
nemini invideret, pulchra ipſe, honeſta, ſolida ſectabatur: hiſce atque“
aliis animi dotibus facilem tam apud exteros quam apud ſuos amorem &“
favorem adeptus. Multorum nobilium ac Baronum in Siléſia adoleſcen-“
tiæ recte inſtituendæ, atque ad ſumma quæque imbuendæ, ac præpa-“
randæ adſcitus, eo majus operæ precium fecit, quod certum ſit non“
poſſe in æſtimationem venire commoda immenſa rectæ educationis: cu-“
jus bene jacto fundamento nititur ſalus patriæ, dignitas & ſplendor veræ“
gloriæ, publica denique imperiorum felicitas. Vixit & aliquamdiu in-“
contubernio Viri Generoſi Domini Nicolai Burckhauſii, cum is ab Au-“
guſtiſſimo Cæſare Rudolpho II Legatus in Daciam mitteretur: conci-“
piendisque actis & epiſtolis latinis ab eo adhibitus, adfectu tanti Patroni“
adeo dignum ſeſe præſtitit, ut dubium eſſet, plus Herois illius humani-“
tati, an doctiſſimi viri obſequio tribueres, hunc quoque eximium nactus“
itineris ſui fructum: quod multa in eo obſervavit, collegitque, quæ ad“

„rerum Hungaricarum & Transylvanicarum historiam spectant. Extremis „annis Illustri Baroni Joanni Ulrico Schaffgotschio ὁδηγὸς additus, cum „eo Germaniam, Italiam, Galliarumque & Hispaniarum regna peragra„vit: - - - In morbum incidit improvisum eoque graviter oppressus „die septima Aprilis anno ætatis undequinquagesimo, climacterico fere „completo, miseram hanc vitam cum morte commutavit. Loco cit. lib. „9. No. 23.

CASPAR NEANDER,

„Vir latine ac præsertim græce doctissimus Francosteinam patriam est „nactus: vel hoc nomine minime omnium silentio prætermittendus, „quod Præceptor ille mihi (h.e. Henelio, auctori nostro,) aliquando fuit, „cum adhuc in trivio versarer, primumque adeo litterarum amorem, imo „rorem, quo crevi, infudit: cui ob id suus honos, suum præmium, & illa „ex Epicharmi elogio μεγάλη χάρις merito debetur. Neostadii Silesio„rum Orientalium, quo in opido ipse natus, altus, & educatus sum, ludo „litterario aliquot annis præfuit, & in ejus gubernatione suam industriam, „studium, fidem, & laude dignissimos conatus, non sine insigni successu „cœlitus suppeditato, bonis & intelligentibus quibusvis abunde proba„vit. - - - Relicto penitus pulvere Scholastico ad artem Medicam „cujus sacris jam ante fuerat initiatus, exercendam sese convertit; Illam „artem puta, cujus inventum apud Ovidium versibus illis notissimum:

Inventum Medicina meum est, opiferque per orbem
Dicor, & herbarum subjecta potentia nobis,

„Apollo sibi, sed falso, vindicat; ab altissimo autem creatum Ecclesiasticus „scriptor verissime testatur, non ipsam modo merita laude prosequens, „sed & ejusdem artificem honore dignum pronuncians. Ejus rei causa „cum se Glacium contulisset, æqualiter omnibus auxilia sua imploranti„bus succurrit, omnibusque modis operam dedit, ut, quorum sanitati „consulere debebat, eos & cito & tuto & jucunde curare posset; hac in„super cautione adhibita: ut, quidquid simplicibus atque facile parabili„bus efficere posset, ad id composita & pretiosa maxime non adhiberet „medicamenta. Ita enim plerumque est, ut attestatur Q. Serenus Sam„monicus, qui carmine sane perquam eleganti de medicina scripsit:

Multi praterea medici componere succos
Assuêrunt, pretiosa tamen cum veneris emptum,
Falleris, frustraque immensa numismata fundes.

„Faciebat hoc noster non sine felici successu, & laude sua ad vitæ exitum &

ipse

ipſe tandem vocatus anno ſeculum decimum ſextum à Chriſto repræſen-“
tato inchoante. Scripta aut ingenii monumenta, quæ quidem reperiri“
poſſunt, nulla reliquit, præter conſilium de peſte pro Comitatu Glaeenſi“
anno 1599. Loca cit. lib. 10. No. 22.

JOHANNES TILERUS,

Francoſteina Sileſ. opid. nullius quondam rei egens viris copiisque“
opulentum, Pro-Principis in Ducatu Monſterberg. ac territorio Francoſt.“
Provincialisque Curiæ ſedes honorata, ſed buſtum modo, dum hæc ſcri-“
bimus, ac miſerandum vel barbaris ſpectaculum, complures nobis e-“
gregios viros dedit, ſive ingenio, doctrinaque præſtantes, ſive aliis ho-“
norum ornamentis præcellentes. Quos quidem inter magnam & im-“
mortalem apud ſuos ſibi laudem conciliavit Joannes Tilerus, Vir egre-“
gia virtute & ſcientia dignus habitus, qui civico Senatui adſcriptus haut“
multo poſt in Conſulem publica ſuffragatione eligeretur. Hoc in offi-“
cio dum verſatur, ſuprema ei ſemper lex fuit populi ſalus, nec quicquam“
adeo prius aut antiquius, quam ut ſuum cuique tribueret, implicitam inſi-“
diis innocentiam omnibus modis tueretur, omnem injuriæ, perfidiæ, pro-“
ditionis infamiam declinaret, civibus ob id omnibus ad præclara merita“
longe chariſſimus.

Loco cit. lib. 12. No. 24.

Addendi his ſunt MARTINUS à KNOBELSDORF, in Cammendorff &c. Conſiliarius Cæſareus & per utramque Sileſiam Cancellarius, anno 1659. æt. 63 denatus, quem tamen Naſo patria Reichenbachenſem fuiſſe ſcribit in Phœnice Redivivo.

JOANNES HEINITZ in Sapraſchin &c. Ducalis Olsnenſis Conſiliarius & Secret. Den. 1640, æt. 46.

SALOMON WEINMANN, Phil. & J.U. Clar. 1605.

CHRISTOPHORUS EHRING, Phil. & Med. D. & Medicus Vratislavienſ. Peſtilentiarius. Den. 1633, æt. 63.

Noſtra ætate multi etiam vixerunt Viri, doctrina & virtute præſtantes, digniſſimique, qui ſuperioribus accenſeantur, quos inter

D. EZECHIEL DANTZWITZIUS, apud inclytam utriusque Sileſiæ Curiam ſupremam per complures annos Secretarius,

Item D. VALENTINUS JUNCK, eidem Curiæ à literis, ambo Viri antiqua & ſincera, Germanaque fide præditi, & Religionis orthodoxæ Cultores eximii, ob labores pro communi patriæ bono exantlatos pia memoria recolendi, quorum iſte anno ſupra mille ſexcentos, ſpiritualibus

animæ ſolatiis è ſalutaribus Salvatoris noſtri fontibus per ſacros canales, divinas puta ſcripturas, & Magni illius Aſcetæ Thomæ Kempenſis Chriſtianas doctrinas (quas potiori ex parte memoriter recitabat) derivatis ebrius placidiſſime in Domino obdormivit: ille vero A. 1684. 7 Decembr. inter ardentiſsimas preces ſic deceſſit, ut mors vitam integre pieque actam luculentiſsimo documento demonſtrarit.

At nec illud quidem involvendum ſilentio, ſed pro merito chariſsimæ Patriæ noſtræ encomio commemorandum, quod S. P. Q. Francoſteinenſis A. 1629, 9 & 10 Febr. Illmo. Dn. Dn. Carolo Hannibali, Burggravio de Donau, S. C. R. Maj. Conſil. Int. Cæſareique exercitus in Sileſia Chiliarchæ &c. aut ipſi potius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ad quam eo anno poſtliminio rediverunt, fidelem conſtantiam, & conſtantem fidem confeſſi & ſancte polliciti fuerint, quemadmodum ex ſequenti ſcripto, quod Reverendiſsimo D. Suffraganeo Epiſcopo Nicopolitano tradiderunt, colligitur; cujus hæc fuere verba:

Wir Bürgermeiſter und Rathmanne/ nebenſt Schöppen/ Elteſten/ Geſchwornen/ Ober-Handwercks-Meiſtern/ vor uns und im Nahmen aller Zünfften/ und Zechen der gantzen Bürgerſchafft/ und Communion der Stadt Franckenſtein/ bekennen hiermit öffentlich: demnach wir alleſamt durch Erleuchtunge der heiligen Göttlichen Dreyfaltigkeit/ den wahren und alleine ſeeligmachenden uhrakten Römiſch-Catholiſchen und Apoſtoliſchen Glauben und Religion freywillig amplectiret und angenommen/ daß wir dabey nicht allein die Zeit unſers Lebens ſtandhafftig verbleiben/ ſondern auch denſelben auf unſere Poſteritât und Nachkommenden zu bringen/ eyfrigſt bedacht ſeyn wollen/ welche wir dann an ſtatt des Hoch- und Wohlgebohrnen Herrn Herrn Carl Hannibals/ Burggraffen zu Donau/ Herr auf Wartenberg/ Pralin und Gutſchütz/ Röm. Kayſ. Maj. geheimder Rath/ und General Obriſter in Schleſien/ nicht allein durch Hand gegebene Treue und Angelöbnüs den N. N. Patribus Societatis JESU von Glatz vor wenig Tagen würcklichen zu folgen verſprochen/ ſondern auch durch unſere des Raths und aller Zünffteh und Zechen aufgedrückten Inſiegel ſub dato den 9 Monats-Tag Februarii Jhro Gnaden ſelbſt allbereit aſſecuriret/ und verſichert haben.

Damit aber ſolches um ſo viel deſtomehr fort- und ins Werck geſtellet werde/ ſo haben wir freywillig zu Bezeugung unſers wohleingefaſten Gemüthes und Eyfers/ ſo wir zu der erkanten Chriſtlichen Catholiſchen Religion haben/ desgleichen gegen der Römiſchen Kayſ. Maj. unſern al-

ler-

lergnädigſten Kayſer/ König und Herrn allerunterthänigſten Devotion, jedoch bis auf höchſt-ermeldter Jhro Kayſ. Maj. allergnädigſte Ratification dieſes wohlgemeinte Statutum und Schluß gemacht:

Daß nunmehr und hinführo in/ bey und um die Stadt niemanden das Jus municipale conferiret/ keiner zum Bürger und Jnwohner/ wie auch auf denen in gemeiner Stadt gehörigen Dorffſchafften zum Uaterthanen auf- und angenommen noch geduldet werden ſolle/ er ſey dann der wahren/ Chriſtlichen/uhralten/ Römiſch-Catholiſchen und Apoſtoliſchen Religion zugethan/ und wer ſolches nicht zuvor mit Profeſſirung ſeines Catholiſchen Glaubens durch die Beichte und heilige Communion, oder/da er ein Frembder/durch ordentliche Catholiſchen Magiſtrats und Obrigkeits Teſtimonia und Zeugniſſe genugſam verificiret und erwieſen haben würde/ wir wollen auch in und um die Stadt gute Diſciplin und Aufſicht geben und halten laſſen/ damit hinführo und ins künfftige das wenigſte nicht wider höchſt-ermeldte Jhro Röm. Kayſ. Maj. noch wider die uhralte Religion, bey welcher wir obgeſetzter maſſen gantz eyfferig und ſtandhafftig verbleiben wollen/ attentiret und vorgenommen werde.

Und da ſich jemands etwas darwider zu attentiren/ oder vorzunehmen/ und zu beginnen ſolte gelüſten laſſen/ ſo ſol gegen den muthwilligen Freveler und Verbrecher mit unnachläßiger Straffe zu männigliches Abſcheu procediret und verfahren werden. Deſſen zu wahrer Verſicherung ſtet/ feſt und unverbrüchlicher Haltung/ haben wir unſere des Raths/ ſo wohl aller Zünfften und Zechen gewöhnliche Jnſiegel hierauff gedruckt. Geſchehen in Franckenſtein den 10 Febr. des 1629ſten Jahres.

Dieſe Allecuration iſt Sonntag Septuageſimæ des 1629ſten Jahres dem Hochwürdigen und in GOtt geiſtlichen Hoch-Edlen Herrn/ Herrn Johann Balthaſar Liſchen von Horneter/Biſchoffen zu Nicopolis/Weyh-Biſchoffen und Dom-Herrn zu Breßlau/ auch beym heiligen Creutz daſelbſten Probſten/ Röm. Kayſ. Maj. Rath/ in Michel Zauckenbergers/ Bürgers und Gaſtgebers/ Behauſung eingeantwortet worden.

Den 9 Februarii haben die Bürger in Franckenſtein das erſte mahl angefangen auf Catholiſche Weiſe zu beichten/ und zu communiciren.

Jtem wurde die Pfarr-Kirche von dem Herrn Weyh-Biſchoff mit Keſſeln und Drommeln/ Trompeten/ Orgeln und lieblicher Muſica conſecriret/ und eingeweyhet. Folgenden Tags am Sonnabend circa octavam ward das Begräbniß vorm Breßlauiſchen Thor conſecriret.

Eodem die circa decimam ward die Cloſter-Kirche ſolenni modo eben mit orgeln und ſingen eingeweyhet.

Den 11 Febr. ward die Zadel-Kirche ebener maſſen conſecriret.

Dominica Septuageſimæ ward zum erſten mahl in der Pfarr-Kirchen Catholiſch geprediget. Der erſte Catholiſche Prediger/ſo die erſte Predigt gethan/war ein Pater Societatis Jeſu, mit Nahmen Hieronymus Rupertus, der Geburt von Bautzen/ ſo von Glatz neben einem andern Patre Joanne Warlichio allhier zu reformiren vom Herrn von Donau ſind hergefordert worden.

Hæc omnia ex vetuſto MSt. jam ſæpius memorato civis cujusdam Francoſteinenſis deſumpta ſunt.

Primus qui Francoſteinenſes à fermento heterodoxiæ repurgavit, Parochus & Archipresbyter, fuit admodum R. & eximius Dominus HIERONYMUS HOELTZELIUS, Vir doctiſſimus, & à ſacrâ præſertim eruditione inſtructiſſimus, cujus zeloſam verbi Divini prædicationem, ſolicitam animarum curam, fortemque in adverſis, & duris, lapidibus præſertim, quibus ob fidei veritatem & Evangelium cum S. Stephano ab Acatholicis duriter impetitus, & ex urbe in vicum usque ſuburbanum, quem Zadelam nuncupant, à plebe maleſana, & à pueris ejectus fuit, animum avi noſtri, qui eum noverunt, teſtati, ſunt nobis & deprædicarunt.

§. 36.

FREIBERGA.

Freyberg/ (*a*) opidulum Ducatus Suidnicenſis ad radicem arcis Fürſtenſtein/ Caſtelli antiqui & nobilis, à Bulcone Duce exſtructi. Hodie generoſæ Hohbergiorum (*b*) Familiæ poſſeſſio.

Cenſetur eodem nomine aliud etiam opidum in agro Teſchinenſi, duobus à Fridecca milliaribus.

(*a*) Friburgum aliis, octo milliarium intercapedine Wratislavia disjunctum.

(*b*) Hodie Comitum.

Inſigne Freibergenſium Turris eſt hinc lunâ, inde ſtellâ conſpicua.

Intra

Intra muros Eccleſiam habet lapideam ſat amplam D. Nicolao nuncupatam: extra portam vero Bolckenhaynenſem ſacellum S. Joannis, xenodochio contiguum.

An. 1427 Huſſitæ poſt tres inſultus furioſe quidem, ſed fruſtra tentatos à ſtrenuis civibus repreſſi Brennone primario ſuo ductore amiſſo, non ſine dedecore recedere coacti ſunt, in quam civium defenſionem ſtrenuam Naſo noſter in hæc verba canit:

Infeſtant urbis furibunda mœnia claſſes,
Et jacit ignitos Martia turba globos.
His obſtant cives, animat concordia vires,
Magnanimos contra quos jubet ire viros.
Vincitur inſultus, fragilis proſternitur hoſtis,
Plus quam mille manus ſupprimit una manus.
Unio victrices numeravit civica palmas,
Unus ſub vario corpore civis erit.

§. 37.

FREISTADIUM.

Freyſtadt/ (*a*) Eleutheropolis, urbs Ducatus Glogovienſis amœna & elegans, grati aëris, depreſſiori ſitu poſita, planiciem nemoroſis fere collibus obvallantibus, præterquam ad Aquilonem ortui ſolſtitiali proximum. Arcem habet verſus Boream à Ducibus veteribus, maxime vero Henrico X exædificatam, foſſisque munitam. (*b*) In ſcuto geſtat turrim cum lit. M notante Mechtildem Henrici III uxorem. Ædificiis eadem publicis & privatis decora, ac multis præterea rebus & ornamentis, ſeculo præſertim proxime elapſo, inſignis. Conſules certe ac Senatores habuit prudentia politica ſpectatiſſimos, rerum uſu probatiſſimos, deque Eccleſia & Schola præclare meritos.

Nec

Nec defuere Gymnaſio litterario Magiſtri, ac Præceptores omni doctrinæ & virtutis laude cumulati: ex quorum officinis velut ex equo Durateo prodierunt (c) magno numero præſtantiſsimi Viri, Jurisconſulti, Medici, Philoſophi: quorum aliquos in Regum & Principum aulis verſatos fuiſſe, nonnullos Eccleſiis, Scholis, politiis operam ſuam cum laude ac fructu navaſſe conſtat; adeo quidem, ut hæc ipſa urbs ἀγαθηνεοτρόφος meritiſsimo ſuo dici queat. Linearum telarum texendarum gloria ceteris territorii illius opidis præcellit. Sprottâ, Saganô, Grunbergâ, & Beuthena pari trium, Glogovia quinque, Wratislavia ſedecim milliarium intervallo abjungitur. Poloni vocant Cozuchoviam. Elevatio poli eſt 51. 28. Longitudo 32. 36.

(a) Glorioſum hoc nomen à libertate deductum eſt: *Neſcio, an exiſtimare debeam* (inquit Cutæus in Annal. Sileſiæ pag. m. 194.) *propoſita immunitate allectos fuiſſe Germanos, ut loca illa excolerent: an vero, quod magis puto, vetus nomen loci ſervatum eſſe. Nam in illo tractu jacuerunt campi ſpacioſi, conſiti arboribus omnis generis ſylveſtribus, diſtincti pratis & paſcuis, qui erant publici, deſtinati à Magiſtratu, ut pro certo vectigali eſſent communes toti vicinia. Sicut adhuc hodie aliqua reſtant veſtigia: Nam illi campi nominantur liberi ab incolis. Inde igitur cenſeo attributum fuiſſe huic oppido nomen, quod in campis illis fuerit exadificatum: Si tamen prior conjectura cuiquam videtur probabilior, ego non repugno.* Poloni, ut ſub finem hic refert noſter, nominarunt Cozuchoviam, à veſtibus pellicеis, quod ipſum documento eſt, frequentes hic conſediſſe opifices Germanos.

An. 1610 vom 1 bis 10 Auguſti ward das Freykräntzleinſchieſſen/ ſo ſhnen die Glogauer zugeſchickt/ gehalten / darzu ſich 118 Schützen gefunden. In 16 Rennen gab der ſchwartze Vogel 118 Spänt/ und ein jeder

Span

Span darvon 1 Rthl. Wegen des Abſchuſſes bekam Abraham Neumann/ Gaſtgeber zu Sprotta/ 30 Rthl. an einem ſchwartzen ſeidenen Band/ ein Goldkleinod von 5 Ducaten und einen ſchwartzen damaſchken gemachten Fahn.

Der grüne Vogel gab in ſieben Rennen 65 Späne/ und ein jeder Span 2 Rthl. der Abſchuß gelückte abermahl obgenenntem Neumann mit 40 Rthl. ein Goldſtück von 7 Ducaten/ an einer grünen ſeidenen Schnur hangend/ und ein grün damaſchken Fahn.

Der rothe Vogel gab in 16 Rennen 118 Späne/ und jeder 3 Rthl. mit einem Fähnel wie die vorigen zweene: den letzten Span zum Abſchuß nahm herab Hans Eckart von Greiffenberg: der empfing in einem Gehäuſe 50 Rthl. ein Goldſtück von 9 Ducaten an einem rothen Bande/ und ein roth Fahn. Das Cräntzlein mit dem Fahne ward denen von Breßlau præſentiret.

Multa hæc urbs in tumultibus Huſſiticis, & bello tricennali paſſa eſt, ante annos adhuc aliquot incendio pæne deleta, ſed nunc magna ex parte reſtituta.

(c) Extremum hunc concede mihi, dilecta, laborem
Patria, dum meditor tenui libare melodo
Te, laudesque tuas. Non es poſtrema tot inter
Elyſias urbes, faſtis tranſcripta Monetæ.
Nunquam colluvie Sclavorum mixta fuiſti
Olim Teutonicæ veneranda Colonia gentis,
Ac libertatis Germanæ dulcis alumna:
Hoc nomen loquitur, loquitur proavita vetuſtas.
Munera quis poſſit clarare poëmate digno,
Te quibus exauxit ſuperum clementia mitis?
Te fœcunda Ceres, te Pancharis undique ſtipat,
Et cum florigeris prægnans Pomona Napæis.
Ipſe tuos Muſis comitatus Apollo receſſus
Olim luſtravit. Manat tibi copia ſuavis
Pulchræ Callirhoës, ex qua Schönbornius hauſit
Pierium laticem, nec non Curaus, amica
Qui patriæ annales ſcripſit ſermone diſerto,
Ac plures alii, quorum nequit ipſa referre
Omnem Mnemoſyne numerum. Laus maxima certe.
Te doctos generaſſe viros, ô patria & inter

Illos Doctores fidos, qui è ponte cathedræ
Artes ingenuas teneram docuêre juventam.
Rectorum Trigam celebrat præluſtre Lycéum
Urbis Ligniciæ, gremio quos edidit almo
Freiſtadium. Sed me præconia tanta fatigant,
Cultam, quæ poſſint Statl laſſare Camœnam.
Hæc tibi ſufficiant cariſſima patria; metam
Ponere te voluit jucundi Muſa laborum,
Ac ſimul Elyſiis colophonem jungere ſylvis.

Hæc JOANNES FECHNERUS, ipſe Freiſtadienſis, Philoſophiæ Magiſter, Scholæ primum Budiſſinæ Rector, poſt Eliſabethani apud Vratislavienſes Gymnaſii Profeſſor & Magdalenæi Rector, (de quo pluribus agit *Cl. Hanckius in Tabb. de Scholarum Vratislavienſium Inſtauratoribus & Profeſſoribus,*) Poëta laureatus & vates diſertiſſimus, cujus *Elyſia Sylva*, ſeu Deliciæ montium, agrorum, nemorum, fluviorum, opidorum, aliorumque locorum quorundam amœniorum, quibus *Elyſia* ſive *Sileſia inferior* gaudet, charactere poetico adumbratæ Brigæ 1675. 8. prodierunt, ex cujus encomiis urbium hinc inde additamenta quædam inſerenda judicavimus. Obiit 20. Mart. 1686. ætat. 82.

Sed plures alios iſthic loci progenitos viros, ingenuis artibus inſtructiſſimos, ex Sileſia Togata Heneliana Lector habeat:

MATTHIAS LAMPRICHT.

„Freyſtadium inſigne in finibus Poloniæ opidum Ducatus quondam „Glogovienſis portio fuit, ſed contra pacta ab eodem avulſum, ut minimè „fortaſſean erraverit, qui natos ibi Sileſiis putet accenſendos. Eos inter „eruditionis ac virtutis fama floruit Matthias Lampricht, Decretorum Do„ctor Canonicus Wratislav. ad D. Johannis, Archi-Diaconus Glogovien„ſis, & Præpoſitus Ratiborienſis. Johanni Præſuli in honore ac precio „fuiſſe habitum, ex epiſtola elegiaca Caſparis Urſini Velii ad Balthaſarem „fratrem haut obſcure colligere licet, dum ſi. ille inter alia ſcribit:

Tum Vir Lamprichtus probus, atque ſuavis, & hujus
Certa mihi eſt Romæ cognita ſæpe fides.
Nemo Pontificis cordi eſt magis: hunc ego, multis
Expertus rebus, defore juro tibi.

Piè & placidè obiit 14 Kal. Febr. A. C. 1552.

JOACHI-

JOACHIMUS CURÆUS.

In hoc clarorum virorum catalogo merito ſe ſuo ſiſtit, ut loco, ita do“ ctrinâ, paucis concedens Joachimus Curæus. Natus hic Freiſtadii A.C.“ 1532 d. 23 Oct. Libellum ſcripſit Phyſicum *de natura & differentiis colo-*“ *rum, ſonorum, odorum, ſaporum, & qualitatum tangibilium*, aliaque“ ingenii monimenta doctiſſima: primus *hiſtoriam Patriæ*, quam nomi-“ navit *Gentis Sileſiæ annales*, adminiculis licet haut multis adjutus, (quippe“ cum ſuperior ætas rudis, & ſemibarbara hiſtoriam gentis noſtræ negle-“ xerit) judicio gravi, ac ſermone luculento deſcripſit. Quæ licet fortean“ omnibus numeris perfecta non ſit: vel ideo tamen Auctori, quod veſti-“ gia reliquit nobis quibus hodie commodùm inſiſtere poſſumus, laus ſua“ conſtat, haud minus certe, quam Chriſtophoro Columbo laudi da-“ tum fuit, quod primus patefecit viam in novum orbem na-“ vigaturis. Et cum hac quidem in Curæo doctrina tam eximia non mo-“ do eloquentia, & ſingularis in Conſiliis etiam politicis promtitudo dex-“ teritasque magnis & Principibus, & Rebuspubl. expetita, ſed & cæteræ“ virtutes, pietas, comitas, candor, urbanitas, & moderatio certabant.“ Acutiſſima febri correptus, cum quadraginta tantum annos vixiſſet, &“ menſes tres, mortuus eſt 12 Kalend. Febr. anni 1573 Glogoviæ Majoris.“ E Sileſ. Togat. lib. 4. No. 14.

GEORGIUS SCHOENBORNER.

Merito ſuo dum vixit, amavi, merito ſuo, poſtquam vixit, celebravi“ Georgium Schönbornium, Sac. Cæſ. Maj. Conſiliarium, Comitem Pala-“ tinum, Fiſci per inferiorem & Sileſiam & Luſatiam Patronum, illum vere“ Suadæ & Virtutis filium, candoris & elegantiarum alumnum, Sophiæ &“ Themidos myſtam, delicium ſeculi, florem patriæ, exinium decus mo-“ rientis Sileſiæ, quo cum mihi *alternum ſanctum fœdus amicitiæ* jam inde“ à commilitio Jenenſi, hoc eſt, ab anno 1601 intercesſit. Ut ob id recorda-“ tio tanti viri non poſſit mihi non eſſe jucunda,

Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus.

Si fieri poſſet, manibus ejus & roſas, & lilia, florumque copiam omnigeno-“ rum non manibus tantum plenis, ſed & ipſis calathis daturus eram. - -
In politiori quidem doctrina, quam nihil ignoraverit, loquuntur eru-“ ditiſſimæ viri lucubrationes, & inter has *ſeptem Politicorum libri*, de qui-“ bus Lucianum illud jure uſurpes:

Quam lepide lexeis, compoſtæ ut teſſerulæ omnes,

ſummo ob id omnium plauſu excepti, & quibus adeo vel ſolis æternam“

„ſibi famam comparavit. Cujus rei teſtes locupletes haut modo illorum „tam crebræ allegationes, ſed & tot intra pauculos annos repetitæ editio„nes, quod in hoc ſcripti genere vix quisquam meminiſſe poſſit. - - „Inter ſcripta τῦ μακαρίτυ juridica palmam ferunt tractatus illi duo aulæ „Cæſareæ exhibiti

docti, Jupiter! & laborioſi:
Quorum uno liberam Viadri in Oceanum navigationem aſſerit, altero pra-tenſum Ducatus Crosnenſis ab oneribus Sileſia publicis immunitatem refellit.

„Prioris quidem tractatus exemplar, quod tunc mihi legere contigit, cum „à Ferdinando II Imp. Aug. memoriæ Benjamino Kahl, Joanni à Pein, ac „mihi adeo id negocii datum fuiſſet, ut omnia & ſingula acta, ad naviga„tionem Viadrinam pertinentia, undecunque collecta revideremus, hujus„modi hexaſtichon præſcriptum habebat:

Dum rate velivola Viadrum ſeco Numinis aura
Sublevor atherei: monſtra ſupina cadunt.
Cymbula per varios anfractus noſtra cucurrit:
In porta VERI ſubſtitit ille tamen.
Grande laboris opus per inhoſpita fluminis antra
Luctari, & portu liberiore frui.

Quam verò vellem, præter hos tractatus publici quoque Juris factam fuiſſe *Commentationem, de Jure Sileſiæ feudali:* ad cujus quidem editionem maturandam τὸ φίλτατον κεφ. plus vice ſimplici, ſed fruſtra, cohortatus fui.

Deceſſit 23 Decembris anno 1637 in Schönborniano ſuo, quatriduo poſt Freyſtadii ſepultus, & egregia parentatione ab A. Gryphio in ſeinem ſo genanten Brunnen-Diſcurs honoratus. Sil. Tog. lib. 5. No. 49.

PETRUS ROTH.

„Dum Sileſiorum eruditione celebrium elogia quædam pango, velut „ex ubere meſſe pauculas ſpicas in Patriæ laudem & exemplum ævi, Pe„trus Roth Freiſtadienſis quoque ſe mihi inter alios haut immerito ſiſtit. - - - Hic ſicut in re medica feliciter excelluit, ſic in re quoque melica „metricaque tanquam genuina Phœbi proles, quæ & Medicinæ & Poëſeos „inventor antiquitus perhibetur, omne punctum tulit. Teſtantur id pau„culæ quidem, at longe pulcherrimæ ingenii locupletis fœturæ, quibus „emiſſis ille apud harum rerum intelligentes præclaram famam ſuo ſibi „merito conciliavit. Perfuſam certe eleganti doctrinâ mentem illam fuiſ-

ſe

se oportet, à qua fluunt tam scita, quæ quidem videre nobis contigit.“ Quidni dicam? periti pictores ex levi linearum ductu artificem agno.“ scunt: nos à scriptiuncula Virum. At enimvero ut plerumque naturæ“ excellentes fato à perfectione prohibentur: ita hunc quoque Virum“ tam egregium, tam multis dotibus ornatum feliciori sede maturè repo-“ nere visum DEO fuit, qui rebus humanis eum subduxit Freistadii anno à“ salutifera Domini nostri Incarnatione 1591. Silesia Tog. lib. 7. No. 15.

LAURENTIUS ARNOLDUS.

Laurentius Arnoldus amœnioribus studiis per complures annos“ deditus, cum totum se exinde ad penetranda Juris Justitiæque mysteria“ contulisset, tantum in eo studio profecit, ut præclari Jureconsulti famam“ & Autoritatem, etiam absque titulorum manibus, tueri potuerit. Cujus“ rei fidem facit edita ab eo *Jurisprudentia Ethica, sive Juris civilis, & Canonici publici & privati, tam veteris Romani, quam novi Imperialis, & Ecclesiastici, collatio cum Philosophia Morali. Cui & adjunxit de Sponsalibus, & Matrimoniis summarias aliquot observationes: Centuriam cautelarum in contractu mutui creditoribus & debitoribus observandarum: Quinquaginta notas, sive cautelas in foro custodiendas: Compendiosam Synopsin Institutionum Imperialium Justinianarum: Processus denique Judiciarii Epitomen.* Cancellarii munus in Monasterio Leubensi legitime sibi“ delatum recta, quod ajunt, fronte, animoque parato accepit, & spar-“ tam hanc suam condigne exornavit. De obitus tempore nihil certi inve-“ stigare licuit. Sil. Tog. lib. 10. No. 24.

VINCENTIUS LONGINUS

Eleutherius inter Silesios Musarum laude celebres nomen quoque“ suum in æde Camænarum posuit, artium quippe, & Philosophiæ Doctor,“ Poetaque lauru coronatus Parnasside ab ipsomet Max. I. Aug. qui in Ger-“ mania suo seculo ingenia mirifice excitavit, ac munifice juvit, audire“ semper doctos, aut percunctari, imo ipse legere, scribere, & commen-“ tari solitus. Testis ejus rei Archiducalis Academia Viennensis, in qua“ quidem cum novum Poëtarum, ac Mathematicorum Collegium glorio-“ siss. memor. Princeps erexisset, hoc inter alia privilegio, ut primus Col-“ legii Rector Conr. Celtes, ejusque in illo munere Successores, Palatini,“ ut vocant, Comitis potestate exornarent, si quos prævio examine dignos“ studiorum præmiis putaverint: Longinus noster tunc *Panegyricum* illi“

„ſcripſit, dixitque, quem legere licet T. 2. ſcript. Germ. à Nobiliſſ. Viro „Marq. Frehero collectorum. Edidit & carmina alia complura, in qui„bus & eruditio ipſius, & facilis atque elegans vena ſatis clarè elucent; niſi „quod verba alicubi requiras commodiora, ſed quod non tam vitio ipſi „vertendum, quam ævo haut dum ſatis exculto. Floruit circa initium ſe„culi XV, atque adeo ſub crepuſculum quaſi litterarum per Germaniam „paſſim ex tenebrarum abyſſo emergentium, quibus adverſus craſſam „barbariem, ejusque ſatellites & περιφέρας Sophiſtas aſſerendis egre„giam & ipſe operam ſuo loco pro virili navavit: ob id Xenophonti illi „Germano Bilib. Pirckhaimero laudatus, cujus ad hunc noſtrum elegantiſ„ſima exſtat epiſtola; initium illius eſt: *Miraris forſan, cur adte.* Finis: *Me penitus jam tuum effectum.* Sil. Tog. lib. 12. No. 5.

CHRISTOPHORUS THIMONIS,

„Natione Sileſius, patria Freienſtadenſis, diſciplina Lipzenſis, Col„legii Majoris Collegiatus & Canonicus Zitzenſis, vir religioſæ gravitatis „& animi quieti. Vitam & ſcripta ejus vide in Anonymi Centuria apud Ma„derum num. xxxii. p. D. Claruit adhuc anno 1498 ſub Maximiliano Cæ„ſare & Alexandro VI.

FREYSTADIUM ORIENTALE.

Cognomine præmemorato, eique Occidentali opidum eſt in agro Teſchinenſi mœnitum, & arcipotens, (*a*) textoribus telarum linearum & ipſum frequens, Dynaſtas habens, poſtquam à Ducatu Teſchinenſi devulſum eſt, ex Generoſa Familia Czigano-rum L. B. à Slupska.

(*a*) Quod tamen ut diſtinguatur à Freyſtadio, diminutive FREYSTADIOLUM Freyſtädtel audit communiter. Situm eſt ad Elſam fluvium. Templum & Curiam lapide, reliquas domos ligno exſtructas habet. Arx Teſchnenſium Ducum olim ſedes fuit. Exuſtum An. 1511. Jam comiti à Gaſchin paret.

JOAN.

JOANNES LONGUS, J.C.& Orator insignis, hunc locum ortu suo nobilitavit, de quo noster sequentia:

Freistadii in Ducatu Teschinensi, ubi Gothinorum quondam sedes, sub annum Christi tertium supra mille quingentos, quo ipso D. Ferd. I Augustus κοσμοπολίτης agere cœpit, parentibus editus honestis quidem, sed quorum res erant pauperiula, non parum ornamenti patriæ suæ attulit. Nam cum ad omnia præclara egregium atque excellens armasset ingenium, ita sese à puero in optimarum literarum studio exercuit, ut Latinæ pariter, ac Græcæ linguæ ad amussim esset doctus, idemque Jureconsultus & Orator insignis, atque inter ævi sui Poëtas, haudquaquam infimus: id quod variis carminibus satis superque illius venam non infelicem posteritati commendantibus testatum fecit. Præceptoribus usus in Nissensi Schola Valentino Grandwaldo, in Cracoviensi ac Viennensi Gymnasiis D. Philippo Gundelio Pataviensi JCto & Poëtæ; ubi studiorum suorum fructus in commune cœpisset conferre, trium Scholarum Budensis, Aurimontana, Nissena Moderatorem egisse legitur. Verum igneus ille vigor ingenii, cum subinde ad altiora erumpere gestiret, relicto pulvere Scholastico Reipubl. primum Suidnicensis factus est Notarius, tum Episcopi Wratislaviensis Jacobi à Salza Secretarius, nec ita multo post Balthasaris Promnicii, qui Jacobo successerat, Cancellarius, tandemque Consiliarius, & Orator D. Ferdinandi Regis, ac postea Imperatoris; cujus nomine crebris legationibus ad magnos Principes de gravibus negotiis functus, agendis, peragendisque rebus parem se ostendit, prudentiaque & præcipua apud Proceres aulicos dignationis atque autoritatis esse promeruit. Ad Sigismundum Poloniæ Regem una cum Barone Herbersteinio Legatus aliquando missus, cum in conspectum Regis, ac Senatorum venisset, luce Theatri refertissimi, ac honoratissimi perstrictus haud minus quam olim

- - nudis qui pressit calcibus anguem
Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram,

cum in medium trepidare, ac turbari cœpit, ub oblitus omnium eorum, quæ ipse erant proponenda, (licet alioqui facundo esset eloquio præditus) aliquoties dixerit: Serenissime, Augustissime! *at postea quam ex timoris statu nonnihil se emersit, ac magis magisq; animum commasculavit, præclare & cum laude peroravit: Hermolao illi non satis apte barbaro appellato hac parte haud absimilis, qui & ipse Reipubl. apud potentissimum Principem Orator majestate illius perculsus, primo aspectu sic obmutuit, ut ne verbulum quidem effari potuerit. - - - ab auticis curis, vitaque illa periculosis*

offen-

offensionibus obnoxia vacationem tandem nactus, Nissæ aliquamdiu in ocio quievit, indeque Suidnicium veluti in portum tutissimum concedens, divinarum rerum meditationi totum se dedit, cum oppidanis autem ea comitate vixit, itaque de illis meritus est, ut velut communem quendam Patronum venerarentur, multumque diligerent, & amarent. - - Transtulit è græco in latinum sermonem, præter Justini Martyris opera, Nicephori Callisti Xantopuli Ecclesiasticam historiam, *codicem opportune nactus elegantissime manu descriptum, quicum annos multos ex regia Bibliotheca, quam Mathias Pannorum Rex pulcherrimam græcis & latinis libris lectissimis refertam Budæ instituit, surreptus in privati hominis bonis fuisset, ac postea per milites Turcicos in miserabili casu, & direptione Pannoniæ inter reliquam prædam Constantinopolim deportatus in foro ibi scrutario vanisset, perquam commode accidit, ut à Christiano eodemque Studioso emptus, postliminio in eandem Pannoniam reverteretur: ubi tandem in dominium Viri Nobilissimi Georgii à Logau concesserit; indeque Longo ejus latine vertendi potestas facta sit; & id quidem jussu Imp. Ferd. qui pro ea versione quingentis aureis Longum donavit: atque Oporinum ad illius editionem spe altissimorum præmiorum invitavit. Græca quidem linguæ quam fuerit peritus, exinde colligere licet, quod cum à Samuele Mazovio, Præsule Cracovienſi & supremo Regni Poloniæ Cancellario, in Collegium deduceretur, ut Ritium Illicenum Stancari Collegam Platum docentem audiret, is ipse autem Oratoris adventui græca allocutione prolixe gratularetur; Longus pari græce respondendi dexteritate, ac felicitate promptus, etsi ad id minime instructus, frequentissimi cœtus oculos & animos in se convertit, & ipsius linguæ dignitatem Viris doctis commendatiorem fecit. Mortalitatem vir summus & emeritus explevit Suidnicii, anno septimo & sexagesimo supra mille quingentos, octavo Kalend. Octob. cum vixisset annos 64. Mens. 5. d. 8.* Sil. Tog. lib. 4. No. 8.

§. 38.

FREIVVALDA.

Freywalde/ opidulum montanum sine mœnibus, Antistitem Wratislaviensem ex Balthasaris Promnicii Episcopi legato Dominum agnoscens. (*a*)

Ejus-

Ejusdem nominis opidulum Ducatus habet Saganensis in territorio Pribusiensi, non multæ vetustatis.

(a) Confer ea de re Henelium in Silesia Togata lib. 1. in vita Balthasaris Episcopi: non desunt tamen alii, qui hoc opidulum scribunt esse Legatum Martini Episcopi.

Freywaldæ natus est R. P. ANDREAS WUNDER, Soc. Jesu, qui post navatam impigre Societati totos undeviginti annos operam, vicenarius in eam ingressus, lue pestifera, quam ab iis contraxit, quorum saluti studebat, ictus occubuit Anno 1619. Hunc R. P. Alegambe inter Heroës & Victimas Charitatis Soc. Jesu refert in eorum catalogo fol. mihi 235.

§. 39.

FREIHANUM.

Freyhan/ opidum Baronatus Milicensis.

Immœnitum, decem milliarium intervallo Wratislavia abjunctum. An. 1625 incolæ ad internecionem fere à peste sunt extincti.

§. 40.

FREUDENTHALA.

Freudenthal/ (a) Pol. & Boh. Brunthal, Ducatus Oppaviensis opidum, intra montes quidem, sed non exigui nominis, in amœnissima (quod nomen arguit) valle situm, & arce perquam eleganti conspicuum. Johanni L. B. de Wirbena, Ducatus Oppaviensis Capitaneo, nuper paruit cum universa, eaque magni momenti Dynastia: sed quæ postea in confiscationem redacta, à Ferdinando II Imp. Glorioſissimo Fratri Carolo Archi-Duci Episcopo Brixiensi & VVratislaviensi concessa, ab hoc autem Ordini Teutonico donata fuit. (b)

(*a*) Milliarium duodeviginti ſpatio à Sileſiæ Metropoli diſtans.

(*b*) An. 1639. 12 Martii à Jurisdictione Ducis Lichtenſteinii, futurorumque Oppavienſium Principum penitus exempta. Vide omnino, quæ de Ducatu Freudenthalenſe ſupra cap. II. ad §. 25. p. 174. 175 notavimus.

An. 1645 à Königsmarckio Generali Suedico direpta fuit. Puffendorff. lib. 17 §. 25.

§. 41.

FRIDEBERGA.

Friedberg/ juris Epiſcopalis opidulum non contemnendum in montanis, cui homonyma alia opidula, unum Quiſſo fluvio annexum, (*a*) Gottſchiorum dominii, alterum Freibergæ vicinum, quod Hohen-Friedberg vocant. (*b*)

(*a*) Nominis originem à duobus nobilibus fratribus germanis, Vatiniano odio diu contra ſe invicem contendentibus, poſt vero in hoc colliculo, in quo ſitum eſt hodie opidulum, reconciliatis &c. deducit Naſo in Phœnice Redivivo, penes quem fides ſit. Templum habet lapideum, & ſacella duo, quorum alterum intra muros S. Barbaræ V. & M. alterum extra mœnia B. V. Mariæ nuncupatum eſt.

Ann. 1558. 1583. 1621. 1626. 1642 incendiis maximis deformata flebilem in modum, ac penè deleta fuit urbs, & digna omnino, quam anno 1651 Principes atque Ordines Sileſiæ ſubſidio communi trecentorum florenorum juvarent.

(*b*) Denominationem hujus iterum à duobus fratribus nobilis proſapiæ longa prius inimicitia diſſidentibus, hoc vero loco pacem ineuntibus, deducit citatus Naſo loco cit. notatque ſequenti carmine:

Vox vulgata ſonat: rara eſt concordia fratrum,
Id perhibent fratres ſanguine ſtirpe pares.
Impulit in cades amborum pectora bilis,
Ut lucta (ſtatuens) montis arena foret.
Diſcordes animo fratres in culmine montis
Conveniunt: pacem mortis arena dedit.
Ante lupi fuerant, mutat natura figuram,
Unanimes agni munia pacis amant.

§. 42.

§. 42.

FRIDECCA.

Frideck/ opidum ad Oſtram fluvium titulo Dynaſtiæ clarum: (a) cujus à Ducatu Teſchinenſi circa A. C. clɔ Iɔ LXXI diſtractæ, dominium ſibi acquiſivit GEORGIUS LOGUS, ac Præſuli poſtea Olomucenſi vendidit, à quo deinde ad BARTHOLOMÆUM L. B. à VVIRBENA tranſiit.

(a) Viginti ſex milliaribus Wratislavia diſſitum. Inter primarias ædes numerantur Curia de novo exſtructa, & ſacellum in medio fori pro ſanctiſſimi Roſarii congregatione erectum & ornatum munificentia Illuſtriſſimi D. Georgii Comitis ab Oppersdorff. Hodie Illuſtriſſimæ Dominæ Ludovicæ Comitiſſæ de Praſchma natæ Comitiſſæ ab Oppersdorff paret.

Anno præterlapſo, i.e. 1702, Vulcanum adeò ſenſit iratum, ut dimidia ferme ſui parte una cum templo & ſcholis in cineres conſederit.

In ſcuti parte dimidia, eaque dextra aquilam gerit dimidiam, in ſiniſtra vero litteram F exhibet.

§. 43.

FRIDLANDIUM.

Ducatus Oppolienſis opidulum. (a)

(a) Milliaribus duodecim Wratislavia diſtans.

FRIDLANDIUM opidulum aliud eſt in Ducatu Suidnicenſi, Comitum Hohbergiorum peculium, circa annum 1325 ex ligno exſtructum; ubi Boleslaus Bellicoſus Caſtrum è lapide erigi, & muniri fecerat: quod autem anno 1427 ab Huſſitis direptum, & præſidio interfecto, una cum opidulo incendio deletum fuit.

Cæterum à linteis ſubtilioribus, quæ hic conficiuntur & dealbantur, celebratur, & ingenii quoque cultioris litteratores hinc prodierunt, quos inter

PAULUS HALLMAN, Conſil. Princip. Lignic.

JOANNES BERGMAN, SS. Theol. Doctor.

MARTINUS ROESLER, U.J. Doctor, Cæſ. Appellat. Conſil. Prag.
MICHAEL BERGMAN, Med. D. Phyſicus Brig.
MATTHÆUS HALLMAN, U.J. Conſ. apud inclytam ſupr. Curiam utriusque Sileſiæ Regiſtrator.
MAXIMILIANUS HAIDERUS, U.J. Doctor.
BALTHASAR HAIDERUS, Conſul Patriæ.
CUNRADUS RENNER, Med. Doctor, Principis Wallenſteinii Medicus.
GEORGIUS HALLMAN, U.J. Licentiatus.

Putant aliqui, hinc quoque oriundum, & nomen ſuum mutuatum fuiſſe famigeratiſsimum illum Gymnaſiarcham

VALENTINUM FRIDLANDUM TROCENDORFFIUM; alii tamen, quibuſcum noſter ſentire videtur, non opidum iſthoc, ſed pagum quemdam homonymum fuiſſe credunt ipſius patriam. Undecunque demum prodierit, nos tamen ipſius memoriam hic celebramus ex Henelio, qui inter cetera ſequens de ipſo ſcripſit encomium:

VALENTINUS FRIDLANDUS TROCENDORFFIUS,

Gentis Sileſiæ illuſtre lumen, imo ceu Orpheus quidam fuit, Magiſter quidem juventutis fere ſine exemplo - - - opponit unum quem viris prioribus ætas recentis temporis.

In lucem is editus 1490 patre Agricola Bernh. Fridlando in pago, à quo cognomen traxit. Cum à primis pueritiæ annis ſtudiorum flagraret amore, inter pecora didicit literas, & ut ipſum narrare ſolitum accepimus, cortice betularum pro papyro uſus eſt. Deductus aliquanto poſt in Scholam Gorlicenſem, matrem ajebat edidiſſe hanc fatalem vocem: rogo te, fili mi, maneas in Schola. Manſi, *inquit ille,* & hæreo nunc in illa ſenex multos annos, & hærebo usque ad mortem, obediens mandato matris meæ. *Lipſiam cum ſe contuliſſet annos natus 23, Petrum Moſellanum, & Reichardum Crocum Anglum, quorum ille in latina lingua purior, hic in Græca excellere judicabatur, audivit, & coluit. Abductus ex Academia Wittenbergenſi ad Scholæ Goldbergenſis reſtitutionem ac Lignicium quoque ad novi Athenæi profeſſionem, cum fanatico Schwenckfeldianorum delirio ſe oppoſuiſſet, & acriter pene ſolus aliquamdiu reſtitiſſet, Goldbergam revocatus illuſtrem deinceps Scholam ea auctoritate, ea gratia, ea felicitate, ea denique, licet gravis diſciplinæ vindex & aſſertor, frequentia rexit, ut non ſolum Melanchthon omnis tum doctrinæ & eruditionis princeps, quique de talibus rebus optime judicare poterat, & judicabat candidiſsime, dixiſſe feratur: ſicut Scipio-*

Scipionem olim Africanum ad regenda caſtra, ita Trocedorffium ad regendam Scholam eſſe natum: ſed & ipſe teſte graviſſimo ejus diſcipulo Laurentio Ludovico veriſſime gloriari ad amicos conſueverit, ſeſe ſuis ſolummodo diſcipulis unum in locum collectis juſtum adverſus Turcam exercitum Romano Cæſari expediturum. Educabatur namque hic non ſolum pleraque Sileſia juventus; ſed & finitimi atque exteri Germani, Bojemi, Poloni, Lithuani, Hungari, Tranſylvani adoleſcentes huc ſuos, non ſecus ac Romana olim juventus vel Athenas Atticas, vel Maſſiliam elegantiorum litterarum, & diſciplinarum percipiendarum cauſa mittebatur, tanquam ad emporium & mercaturam optimarum artium ablegare ſolebant. Nimirum ut Amphion quondam, velut in fabulis eſt, ſaxa & lapides ad Thebana urbis exadificationem ſuaviſſimo teſtudinis concentu ſponte attraxit, & inter ſe apte coagmentavit, aut ſicut Apollo cum Megarenſibus mœnia conderet, miro quondam artificio ipſis lapidibus vocalem ſonum impreſſiſſe fingitur, ut, quotiescunque calculo ferirentur, jucundiſſimam lyræ harmoniam repræſentarent: haut diſſimili beneficio Trocedorffius, poſtquam doctrinæ ſuæ vocem amabiliſſimam ſuſtuliſſet, ex omnibus paſſim angulis ſaxa & lapides, id eſt rudes & imperitos rerum adoleſcentes ſtudiorum gratia turmatim Goldbergam pelliciebat. Hinc Nobilium, hinc Comitum, hinc Baronum, quorum proprius erat ludus, hunc qui non vidiſſet, nihil cognoviſſe, qui non frequentaſſet, nihil didiciſſe videbatur. Ut proinde minime mirum videri debeat, ſi ex illo tanquam ex fragrantiſſimo, fœcundiſſimoque alveo novam ſemper ſobolem novis coloniis deducendis gignente effuderint ſe tot præſtantiſſimorum hominum examina, quorum non ſolum in curiis prudentia, ſed in regiis, atque adeo in caſtris quoque magnanimitas ſpectata fuit, ne quid dicam, quam præclari in oppidis Magiſtratus, quam præclari ludorum Magiſtri, quam præclari denique cives profluxerint. Statura viri fuit intra mediocritatem, facie rubicunda, geſtu corporis gravi ad terrorem usque. Vixit cælebs in re tenui, minusque lauta, quod malum plerumque Profeſſoribus litterarum ſolet eſſe, & fuit infeſtum, cæteris magis propitia Rhamnuſia, ſed animo tantum modicis contento: atque ita ſat dives, Stoico more loquendi, licet non Romano: & hac parte ſapientiæ diſcipulos, de quibus Papinianus JCtus, vere Philoſophantes, inquit, pecuniam contemnunt, cujus retinendæ cupidine fictam adſeverationem detegunt. - - - Poſt infauſtum incendium, quo Goldberga pene tota & illuſtris ipſa Schola An. 1554 conflagravit, Lignicium cum agmine Scholaſtico ſeceſſit, ibique apoplexia correptus poſt duros militiæ Scholaſticæ, quæ plus aloës quam mellis habet, labores annis ampli 30 exanclatos animam

de Rep. totaque adeo posteritate quam optime promeritam egit 6 Cal. Maji 1556. æt. 67. Ejus exuviis, quod jus fas jubet, honeste terræ mandatis in æde D. Johannis, ubi memoria ἕνεκα χαριστηρίου gratitudinis ergo cohonestavit vir Nobiliss. Abrah. à Bock in Kliphausen & Salhausen, trium Elect. Sax. à Consiliis intimis, in qua viva Trocedorffii imago depicta est hoc addito disticho:

Artes tradebam totius tempore vitæ,
Et quæ sunt mundi præmia, pauper eram.

Sil. Tog. lib. 6. No. 6.

§. 44.

GEORGENBERG.

Opidulum metallicum dynastiæ Bythonienſis, coctura ſalis non incelebre.

Diſtantia Georgibergæ ab metropoli ſedecim circiter milliarium eſt.

§. 45.

GEPPERSDORFF.

Opidulum Ducatûs Oppavienſis.

Dominio Excellentiſſimi Comitis de Sedlenizki ſubeſt.

§. 46.

GLOGOVIA MAJOR.

Großglogau/ Ditmaro Mersburgenſi Antiſtiti, qui obiit Kal. Decembris A. C. 1018, urbs *Glogua* (*a*) bis appellata: ut vel hinc erroris illum convincere liceat, qui primam ejus mentionem apud Dlugoſſum reperiri ait circa A. C. 1104. Nomen ipſum Slavicum eſſe creditur, ſic dictum à denſis vepribus juxta Curæum, atque adeo, ut voluit Dreſſerus, quaſi paliurus, ſeu ſpinetum vel ſenticetum, quod non longe à loco,

loco, ſentibus & dumetis referto, ſita eſt. Urbs eſt Ducatus ſui, illuſtri & ſtrenua nobilitate, molarum frequentia & opulentia laudatiſſimi, caput: quæq; antiquitate, quam inter primas laudes ſibi vendicant opida, omnibus fere Sileſiæ civitatibus auſit ſeſe anteferre: clara jam tunc regnante Henrico II Imperatore, cujus obſidionem binam fortiter ſuſtentavit. Poſita eſt ſub longitudine grad. 33. min. 1; latitudinis vero grad. 51. min. 31. commodiſſimo quidem, atque affluente rerum (*b*) neceſſariarum copia loco in Auſtrali (*c*) Viadri ripa, à Sileſiæ metropoli tredecim milliarium intervallo ſejuncta: rotunditate gaudet ovali, ab Auſtro in Aquilonem prætenſa, à meridie montibus & collibus cincta. Habitatoribus & omne genus mercimoniis abundat: Collegio adhæc Canonicorum, quod à Boleslao Principe Polonorum adjuvante Haymone Epiſcopo Wratislavienſi A. C. 1120 fundatum, (*d*) in inſulæ formam ab urbe, cum prius in urbe fuiſſet, dirimitur, ac tribus inſuper monaſteriis, uno Virginum, quod Henricus III Glogovienſis (*e*) conſtruxit, duobus virorum, Sodalitii (*f*) S. Franciſci, & Dominicanorum, nobilis. Templum primarium ſive parochiale in colle ſitum verſus meridiem, ubi urbs ſe attollit, multas habet appendices, ac turrim vægrandem, cui vix ulla in Sileſia æqualis alia: ſed cui tamen faſtigium deeſt. Eſt & Arx ſive Caſtellum, ſecundum flumen Zephyro objectum, Ducum quondam, at hodie

hodie Præfectorum ſedes: & inibi funeſta illa turris, in qua mandato Joannis Ducis Senatores incluſi, (*g*) miſerabiliter periere. Ædificia civium majori ex parte lignea ſunt, præter recentiora ſatis eleganter ex lapide ſtructa. Portæ urbis quinque, è quibus duæ flumentaneæ, quarum una tamen duntaxat molæ urbanæ ſervit. His adde duas portulas pro viatoribus. Muro cincta jam quidem duplici & foſſa, ſed quæ cum contra hodiernas urbium oppugnationes non ſatis haberent roboris, haud ita pridem, hoc Germanico bello, novis operibus & munitionibus ad vim arcendam idoneis ſepiri cœpit. (*b*) Magna incrementa accepit ſub Conrado Duce potiſſimum S. Hedwigis nepote, ex quo nimirum novos ille ex Germania colonos accerſivit, quorum commercio civitas paullatim emollita, mores & linguam Polonicam deſeruit. Anno ſalutis clɔ Iɔc XV quarto Kalendas ſextileis, vix trium horarum ſpatio, & in ipſa adeo meridie, tota quanta quanta fuit, excepto unico templo parochiali, & Schola attigua, (*i*) horribili conflagratione (exemplo omnes retro hiſtorias, omnemque famam pene ſuperante) in cineres, ruinasque conſedit, ut Senecæ verbis exclamare liceret: *Quis credat? tot pulcherrima opera dies unus, imo unius quaſi triborii momentum ſtravit; & in tanta pace, quantum ne bello quidem timeri poteſt, accidit. Quis hoc credat? ubique armis quieſcentibus, cum toto*

toto terrarum orbe diffusa securitas esset, Glogovia, quæ ostendebatur in Silesia, quæritur. (*k*) At enim haud raro majori fortunæ locum fecit injuria: multa ceciderunt, ut altius resurgerent, & in majus. Et erit (ita spero & voveo!) cum Glogovia quoque, quasi renata, DEO humanam industriam adjuvante, in statum si non meliorem, saltem pristinum redintegrabitur. Agri suburbicarii frugum varii generis ferocissimi, (*l*) & pascua admodum læta, reique adeo pecuariæ insignia ibi studia.

(*a*) Aliis Glogna. An hæc Ptolomæi Lugidunum fuerit, non disceptamus. Videatur Curæus pag. m. 287.

(*b*) Ideo jam olim commune horreum, & dives emporium multorum populorum nuncupata.

(*c*) Curæus in Annal. Silesiæ pag. m. 288 opinatur, urbem ab initio sitam fuisse in altera ripa, Aquilonari fluminis Viadri, non vero in Australi, ubi nunc est, cujus rei istas habet conjecturas propemodum certas. Narrat historia, Cæsarem cum exercitu Germanico & Bohemico progressum ex Misnia expugnasse primum Libusium, quod nunc est Marchiæ oppidum, deinde penetrasse eum in loca interiora ad ripam fluvii, & irrito conatu tentasse Bythomiam, postea transiisse ipsum fluvium Oderam die S. Bartholomæi, & oppugnasse magna vi Glogoviam. Deinde interfecto Principe Bohemo, eum motis castris in eadem ripa Aquilonari perrexisse Wratislaviam, & ad vicum Hundsfeld conflixisse cum Polonis. Ex qua narratione manifeste colligitur, urbem fuisse in altera ripa.

In Annalibus etiam MSt. dicitur Glogoviam eo loci sitam fuisse, ubi nunc est Collegiata Ecclesia S. MARIÆ. Forma quidem loci omnino talis est, qualem amavit vetustas, palustris & uliginosa, ut non facile pateat aditus. In vicinia illa adhuc effodiuntur Urnæ, & similia vestigia sepulturæ Ethnicæ: ita ut mihi plane videatur probabile, stetisse urbem in illa ripa, ubi nunc est sedes Collegii sacerdotalis, & via, quæ nominatur lapidea: neque tunc valde magna fuit. Hæc Curæus l. cit.

Quo tempore translata sit Glogovia in hanc, ubi nunc est, ripam,

etiam videor posse colligere ex historia. Anno proximo post obsidionem, nempe 1110, Boleslaus Crispus fuit Babebergæ apud Cæsarem, cui tunc est reconciliatus, & ut firmior esset concordia, conjugia ibi sanxit. Reversus ex Germania diu substitit Glogoviæ, eamque urbem bene meritam de nomine Polonico, quassatam vero priori bello, ut historia narrat, restituit & ornavit.

Tunc igitur urbem ex illa loci angustia, quæ frequentiam civium non bene capiebat, & ex illo sabulo transtulit in hanc ripam uberiorem & amœniorem. Descripsit formam urbis ampliorem, eamque ut ornaret, & cætibus Religiosorum augeret, assentiente & juvante Haymone Episcopo Wratislaviensi, instituit collegium sacerdotum ad doctrinam & ad exercitia pietatis: illudque cum Wratislaviensi, tanquam cum suo corpore, conjunxit. Id. ibid.

(*d*) Fuit vero templum Canonicorum in illo loco, ubi postea exstructum est cœnobium sodalibus S. Dominici.

Tandem sub annum 1260 Conradus Glogoviensis, nepos S. Hedwigis, qui domicilium suum in arcem Bidomiam uno milliari ab urbe distantem collocaverat, eamque ad usus bellicos muniverat, Collegium ex urbe, facta permutatione, in istam, ubi nunc est, Viadri insulam transtulit; Ipse autem exstructa arce in urbem migravit: exemplo fratrum huc accersiit colonos ex Germania; atque ita Glogovia serius, quam aliæ urbes, mores, & deinde linguam Polonicam deseruit.

(*e*) A. 1474 Henricus Glogoviensis hanc insulam seu Canonicatum fossis munivit & vallis.

Anno 1488 Canonicatus à Bohemico præsidio direptus fuit & expilatus.

Eodem anno, 12 Junii ab iisdem Bohemis, consentiente ipso Joanne Principe Glogoviensi, hic idem Canonicatus, ne integer in potestatem Regis Matthæ, eundem milite suo obsidentis, redigeretur, funditus igne deletus, & ipsa Ecclesia prius omni ornatu pretiosissimo, & Bibliothecis spoliata in flammas & ruinas concidit.

(*f*) Anno 1465 Monasterium Franciscanorum Margarita de Cilia, Vladislai Principis relicta vidua, in suburbio juxta arcem in elevatiori collo exstrui, Joannes autem Princeps Ann. 1488 ante Glogovienſem obsidionem dirui fecit.

PP. Prædicatorum vero Cœnobium jam anno C. 1269 à Domina Salome Cunradi Glogovienſis Principis vidua erectum fuit: quæ ibidem A. 1271 sepulta est. Ex

Ex RR. PP. Franciſcanorum ſtrict. obſervant. diſcalceatorum Annalibus ſequentia nobis communicata ſunt: Anno 1523 infra octavam Paſchæ feria quarta ex mandato Regis Ferdinandi I de loco SS. Apoſtolorum Petri & Pauli extra Glogoviam Fratres noſtri translati ſunt intra Glogoviam majorem ad Conventum S. Stanislai Ep. & Mart. à PP. Conventualibus ſponte derelictum, qui inter varias hoſtium incendiorumque calamitates hucusque ab aliquibus Fratribus ſemper fuit inhabitatus & conſervatus.

Qualis tumultus in urbe Glogovienſi anno 1580 exortus fuerit, quam violenta manu Lutherani Eccleſiam Parochialem invita imo prohibente ſacra Cæſarea Majeſtate occuparint, Parochum Catholicum è domo ſua crudeliter raptarint, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſacrilege tractarint, baptiſterium & ſuggeſtum everterint, cenotaphium Salvatoris noſtri, quod in piam gratamque Paſſionis Dominicæ memoriam atque venerationem erexerant illo tempore Catholici, indigne confregerint, aliisque modis in religionem Catholicam ſævierint, in MSt. Buckiſchianis P. I. Cap. II. mem. 13 & ſeqq. fuſiſſime legitur expoſitum.

(g) INTERITUS Senatorum Glogovienſium ex Curæo pag. mihi 349.

Superiori loco recitabam de carcere Senatus Glogovienſis, & tyrannide Principis Johannis. Quia vero optimi viri circa hoc tempus anni necati inedia deceſſerunt, referam capita rerum ex ſcripto quodam, quod ipſi in turri confecerunt, ejus hæc ferme eſt ſententia.

Anno, inquiunt, 1488, 8 Martii, die Sabbathi, qui antecedebat Dominicam Oculi, Johannes Princeps, notus ob enormem tyrannidem, qui fratrem ſuum Balthaſarem fame necaverat, ſorores ſuas in triſte ejecerant exilium, Duciſſam etiam Margaritam Glogovia per vim expulerat, nos miſeros, qui tunc in Senatum lecti eramus, captivos ſtatuit.

Confinxit in nos crimina atrocia, quaſi Regi ipſum prodere decreviſſemus, urbem arcemque in poteſtatem Regis tradere promiſiſſemus, & præterea alia multa. Sed ſupremum Numen teſtabitur de noſtra innocentia, nos nihil tale unquam conatos eſſe.

Petebamus ut in legitimo judicio cauſa cognoſceretur; verum irritæ fuerunt omnes preces. Furens ex ira, duci nos juſſit in rotundam turrim arcis, carcerem tetrum & horribilem. Alius etiam vir bonus, Nicolaus Fiſch, conjectus fuit in turrim Polonicam urbis. Sedimus in eo ſqualore usque ad ferias lætiſſimi Paſchatis, tunc ex inſtituto Chriſtiano petebamus ſanctam Chriſti cœnam, ea tamen miſeris fuit denegata.

Hactenus etiam paverant nos noſtri ex urbe, ſed deinceps & hoc fuit edicto prohibitum: parvo ſpatio temporis largiti ſunt nobis cibum aulicum bis ſingulis diebus, demum ſemel.

Cogitent vero pii & boni homines, qualis fuerit vita, quales ærumnæ & animi anxietates noſtrum ſeptem hoc tempore, poſſemus multa narrare, ſed commendamus iſta propitio DEO. Viximus igitur una usque ad diem Auguſti 14. tunc unus ex noſtris Antonius Knappius extinctus eſt ſine ceremoniis ſacris, etſi & ipſe & nos una diligenter hoc petebamus. Ita quidem expiravit iſte, ſerio dolens de ſuis peccatis, & magna pietate intuens miſericordiam DEI, cui benefaciat DEUS.

Poſt mortem iſtius gravia rurſus paſſi ſumus, objecerunt nobis varia & diſſimilia ſcelera, cum tamen teſte DEO ſimus innocentes. Tandem cum nullam invenirent cauſam, relicti ſumus in carcere, alias quidem nos paſcebant, alias cibum detrahebant.

Die natali Virginis dabant aliquid, deinde totum quatriduum nihil accepimus nec cibi nec potus: quilibet vero facile poteſt æſtimare, hoc modo nos diu non fore ſuperſtites, poſtulavimus uſum Sacramentorum Eccleſiæ, ſed nihil impetravimus. Nunc quidem intelligimus nobis paratam eſſe crudelem & triſtem necem, niſi quidem ope divina mirabiliter ſuſtentabimur.

Teſtantur autem publice coram omnibus, quicunque hoc ſcriptum lecturi ſunt, aut audituri, cum arceamur ab uſu Sacramentorum Eccleſiæ, nihilominus nos deceſſuros in vera & ſancta fide in Chriſtum, & nos innocentes tam diris affici ſuppliciis, neque aliquid in nobis reſidere culpæ, de qua Princeps nos accuſavit in area fori ad curiam, & quotiescunque ea in nos congerit crimina, equidem affirmamus nobis fieri injuriam, & provocamus ad DEUM, & quidem Johanni Principi noſtro inclementi reſpondebimus coram juſto & tremendo tribunali DEI.

Neque enim difficile eſt intellectu, ſiquidem convincere nos potiſſet legitimo modo, non tam crudeliter nos in hoc tetrum antrum detruſos enecaret: verum ſi in lucem producti fuiſſemus, procul dubio vidit, crudelitatem & injuſtitiam ſuam omnes fuiſſe cognituros.

Cum igitur omnipotens DEUS juſtè hoc modo propter peccata noſtra nos plectat, tolerabimus patienter & piè. Rogamus vero, ut propter infinitam ſuam miſericordiam tribuat nobis vitæ exitum beatum. Atque ita oramus omnes bonos, ad quos fama iſta perveniet, ut de innocentia noſtra teſtes ſint, in gratiam noſtri, uxorum & liberorum noſtrorum.

Vere

Vere enim affirmare poſſumus, quod honeſte & fideliter egerimus. Supplices etiam preces fundant ad Deum pro nobis miſerrimis viris, ut per infinitam miſericordiam & mortem ſuam nos conſoletur in tantis ærumnis, largiatur nobis patientiam, & verum fidei robur usque ad finem vitæ, & ducat nos in vitam æternam.

Scripta ſunt hæc inter dolores & cruciatus inenarrabiles die ſexta poſt ferias Exaltationis Chriſtianæ Crucis; fuit vero is decimus nonus Septembris. Paulo poſt ſubjicit hæc: fermè quatuordecim dies nihil cibi aut potus nobis dederunt, parcat illis & omnibus, qui hæc conſilia cudunt, propitius DEUS.

Die Sabbathi poſt ferias Crucis venerunt, & Nicolaum Kunzelium ex quadam gratia abduxerunt ex turri, nos autem in eadem reliquerunt. Rurſus petebamus uſum Sacramentorum, ſed reſponſi nihil tulimus, rogabamus ne paterentur ita miſerabiliter nos perire, ſed darent aliquid cibi, attulerunt tunc triginta parvos panes aulicos, duos cantharos impletos cereviſia, & cantharum aquæ: produximus ita vitam usque ad diem tertium ſeptimanæ, eo die tantum petivimus potum, dederunt nobis cantharum, qui capiebat menſuras cereviſiæ decem: rurſus ad diem Jovis usque quievimus, ibi in maxima ſiti propter DEUM, & beatam ipſius Matrem petebamus unum potum aquæ, nihil obtinuimus. Cruciati igitur ſumus ſiti inenarrabili, & ſcitote boni homines, gravius nos torqueri ſiti quam inedia.

Supervenit deinde nobilis dictus pater Principis, is claves turris ad ſe recepit & abiit. Relicti igitur ſumus in carcere, DEUS adſit nobis. Inter hos dolores, anxietates & ærumnas triſtiſſimas, ego Johannes Keppelius iſta ſcripſi & atramentum miſcui ex fuligine, quam præbuit candela, quæ ſit deinde futura noſtra conditio, poſitum eſt in manu DEI & in miſericordia ipſius. Nam ſi nobis cibum & potum detrahunt, non diu vivemus: juvet & ſervet nos DEUS.

Hæc quidem eſt ſcriptura captivorum ſane miſerabilis, præſertim ſi legatur ſermone patrio, qui ex vetuſta ſimplicitate eſt admodum querulus & lugubris. Miretur ſane quis, quomodo in pectus humanum cadere poſſit tanta rabies immanitatis, & certe talia corda efferantur, ut duriora fiant omnibus in Caucaſo ſcopulis. Terreant igitur nos talia exempla, & cogitemus de potentia diaboli in impiis, ſicut ſcriptum eſt: intravit in eum Satanas.

Rurſus etiam ſubeat animum noſtrum cogitatio de ira DEI punientis

tragica ſcelera tragicis exemplis, ut teſtantur dicta: qui gladium acceperit, gladio peribit. Viſitat DEUS iniquitatem patrum in tertiam & quartam generationem. Et manifeſtum eſt, multos potentes homines accerſere ſuis familiis & poſteritati longam telam tragicorum malorum.

Fuerunt adminiſtri tyrannidis Principis præcipuè duo deteſtanda capita, Opicius, vir vere ſacer ſcelere & immanitate. Deinde Buſcus, quem Princeps vocabat patrem, quibus tamen etiam improbitas non fuit impunita. Nam Opicium exulem tota Sileſia eſt execrata tanquam κάθαρμα, & commune piaculum: Alter autem, quod claves turris Glogovia abſtuliſſet, Freyſtadii finito bello capitali ſupplicio affectus eſt.

Sub initium Octobris mortui ſunt quatuor, Johannes Keppelius, Matthias Kellerus, Johannes Pruferus, & Caſpar Tonſor. Scriptum eſt, eos in agone ut leones horribili voce ululaſſe, & fruſtra miſericordiam hominum imploraſſe. Geſtati ſunt nudi, ſpoliati omnibus veſtibus, quas habuerant in turri ſatis elegantes, impoſiti ſcalis, ad ſepulturam in templum Dominicanorum quinto Octobris, qui erat Dominicus, hora quarta noctis, & ſepulti ſunt in ambitu Monaſterii.

Triduo poſt ſeptimo Octobris extinctus eſt etiam Bernhardinus Dreiſſimargius, quem exportarunt ad ſepulturam amictum induſio, quod vix umbilicum attingebat, ſed concionator Monaſterii eum veſtiit & ſepeliit honorifice. Nicolaus Kuntzelius, quem ex turri extraxerant, mortuus eſt 17 Octobris. Extincta eſt mœrore animi etiam Caſpatis Tonſoris conjunx.

Edictum fuit, ne qua illorum mentio publice aut privatim fieret, ut quaſi memoria eorum univerſa deleretur; ſed longe aliter res cecidit. Nam ubi juſto DEI judicio facta eſt rerum commutatio, ſunt illis peractæ publice exequiæ, & ut extaret monumentum ad poſteritatem, erectum eſt illis in primario templo urbis Cenotaphion cum pictura, illique rudior illa ætas inſcripſit hos verſus:

Lector ave, lachrymanda leges, memoranda notatu,
Quæ peperit quondam livor & ambitio.
Accurrunt tacite Princeps cum Principe, tandem
In Sleſiam, ut fundant intoleranda mala.
Inclytus Hungariæ ut novit Rex rite Matthias,
Vallavit populo mœnia Glogovia.

Illico

Illico & injuſte clauſit Ducis ira Johannis
Carcere, conſilii quos habuere viros.
Ille cibum negat, his exhauſtis viribus heu mox,
Dira fames vitam ſolvit, & aſtra petunt.
Rem cape, mille, quadringent. octogint. ſimul octo
Horum, qui legis hæc, dic miſerere DEUS.

Cæterum quas ærumnas in bello illo Glogovienſi, quam famem durante obſidione hæc urbs eo anno, videlicet 1488, paſſa fuerit, Curæus fuſe refert in Annalibus paginis m. 352, 353, 354. &c. Bellum Suecicum quod attinet, cum An. 1632. Saxonici Ductore Arnhemio Sileſiam occuparunt, capta ſimul cum aliis urbibus ab iis fuit Glogovia; Quam tamen A. 1633 rurſus Cæſari parere coëgit Wallenſteinius.

Anno nihilominus 1634 (ut refert Brachelius) cum Arnhemius rediiſſet in Sileſiam, fuſisque ad Lignicium Cæſareanis copiis pro ſuo in Sileſia arbitrio dominaretur, Saxonici rurſus Glogoviam Majorem poſt brevem obſidionem capiunt.

Inter hæc duorum gregariorum militum non gregaria fides enituit: capti erant à Saxonicis paulo ante pugnam ad Lignicium ambo rei tormentariæ periti. Itaque in obſidione Glogovienſi, cum eſſent Cæſareanarum partium, juſſi in urbem ac ſuos jaculari, ita tormenta, atque machinas direxerant, ut globus innoxio ſemper curſu capita ac tecta obſeſſorum ſupervolaret; qua demum re animadverſa, cum ad ſuſpendia damnati eſſent, nihil territi: *perfidis*, inquiunt, *& quicunque pretio magis, quam fide caſtra ſequuntur, formidoloſa mors ſit: Nos Cæſari jurejurando addictos, cum nullum aliud crimen, quam fidem ſancte ſervatam habeamus, cur mori pudeat?*

An. 1635 poſt pacificationem Pragenſem Cæſari reſtituta fuit, & A. 1639 duo millia præſidiariorum accepit Cæſareanorum.

An. 1642 Dorſtenſohnius Generalis Suecorum in Sileſiam irrupit, & Glogoviam cum toto exercitu circumſedit. Magnam vim frumenti, bellicique apparatus Cæſareani in hanc urbem comportaverant, ex eaque tueri Sileſiam, & prohibere porro hoſtem conſtituerant. Præerat urbi cum firmo præſidio Auguſtus Mauritius Baro de Rochau, qui cum oblatas à Dorſtenſohnio liberales conditiones aſpernaretur, & locum ſibi commiſſum virtute atque omni ope defendere niteretur; Dorſtenſohnius omni mora damnata cum toto exercitu urbem invadit, ac tanta vis oppugnantium fuit, ut uno atque eodem die caperetur. Cæſi præſidiarii prope omnes, & magna

magna civium pars. Urbs ipſa hoſtilem in modum direpta eſt. Brachelius in hunc annum pag. m. 77.

Contigit hæc expugnatio ſeptima Maji hora quarta matutina.

F. Lucæ ſchreibet: es wären bis 80000 Malter Mehles darinnen gefunden worden/ dörffte aber wohl eine Nulla zu viel geſchrieben ſeyn. Urbem hoc ipſo anno Archi-Dux Leopoldus ſtrenua quidem, ſed irrita obſidione tentavit, poſt pacem tandem Monaſter. Cæſari redditam.

(*b*) Ab anno 1654 rurſus usque ad hos noſtros dies ulterior urbis munitio continuatur.

(*i*) In horribili hac conflagratione præter cætera damna enormia quinque pretioſæ Bibliothecæ cum ratisſimis MSt. Originalibus, Actis, obſervationibus, & collectaneis partim igne conſumptæ, partim etiam turbine in campos duobus etiam milliaribus diſſitos disjectæ fuere, & diſturbatæ.

(*k*) *Exiguum tempus tantam Civitatem vidit florentiſſimam, & nullam!* Epiphonema eſt cujusdam Eruditorum de Londino, quod ſimile ſuperiori ſeculo fatum experiebatur.

Quantas & quot Glogovia clades antiquitus, ab anno præſertim 1406 usque ad annum 1615, ab irato Vulcano acceperit, fuſe refert Polius in Hiſtoria Incendiorum.

Quamvis autem An. 1617 Ordinem incendia (ſi quæ ſuborirentur,) ſupprimendi aut exſtinguendi conſcribi, variumque apparatum, machinas præſertim hydraulicas, urnas & utres, aliaque inſtrumenta ad diffundendas aquas requiſita, fieri fecerit, incendio tamen rurſus, quod

A. 1631. 24 Jan. exortum fuit, magna ſui parte una cum Curia, *domo annonaria*, & aliquot ædibus ſacris in flammas & ruinas collapſa fuit, quinquaginta duntaxat ædificiis privatis, & duobus templis ſervatis.

A. 1642 ſecundum Frid. Lucæ tota ferme exuſta fuit: Niemand konte (inquit hic in Chron. Sil. pag. m. 2230) den eigentlichen Urſprung des Feuers erfahren. Die Hirten auf dem Felde ſagten vor Gericht aus/ als hätten ſie damals über der Stadt in der Lufft zwey groſſe Männer miteinander ringen ſehen/ von denen viel Feuer ausgangen/ und herab gefallen wäre.

Anno vero 1678. 8 Octob. tota denuo, præter arcem, Eccleſias duas, & ædes privatas circiter quadraginta, à voracibus flammis deleta.

(*l*) Id quod Fechnerus in Sylvis Elyſiis ſequenti carmine perelegan-ter expreſſit:

Salve

Salve, Gloga, mei dulciſſima patria patris,
Salve formatrix ſtudiorum Cham meorum,
Quas tibi pro tanto perſolvam munere grates?
Tota licet pectus vocali vocis inundet
Flumine, vix aliquam laudum libare tuarum
Particulam poſſem: Tanta eſt tua gloria, Gloga.
Te late cingit fœcundi copia ruris,
Et genialis ager, qui nuquam vepribus horret
Hirtis, unde tibi nomen finxere Poloni.
Ac fortaſſis eras hirſutis obſita dumis,
Olim cum ratibus Viadrum trajecit in oris
Hiſce vagus Lugius, ripa qui ſtruxit in alta
Lugdunum, Lugii memorando nomine dictum,
Si fas eſt graphicis Ptolomæi credere chartis.
Mitior hic hodie facies apparet in arvis
Latis, Trinacria quæ nolint cedere pingui.
Hac extra muros te mactat dote Segeſtis
Dives: at intus habes potioris munera cenſus,
Aurigeros quamvis nequeas oſtendere montes.
In gremio Cives enutris ſemper alumno,
Quos casta ſimplicitas, quos priſco concolor ævo
Candor, & incoctum generoſo pectus honeſto
Commendat populis. Hæc ſunt munimina firma
Urbis, magnanimæ ſi fas eſt credere Spartæ.
Rebus in adverſis conſtantia neſcia frangi
Robore conjuncto viresque virosque tuetur.
O quoties in te tempeſtas ſortis iniquæ
Aſpera detonuit! nunc vis Vulcania totam
Fœdos in cineres, flamma populante, redegit
Belli nunc clades atrocis paſſa, fuiſti
Gymnaſium Martis diri, & furialis Enyus.
Sed velut Aſſyrius reparabilis igne volucris
E buſto recipit vitam genitrice favilla:
Sic tu, Gloga, gravi ſymplegade preſſa malorum
Fortior a caſu ſurgis, majorque ſubinde
Eminet e duris tua gloria, fulmina tollens
Supra fortunæ frendentis culmen honorum.

Vulnera, quæ fecit, ſanavit Pelias haſta:
Te quoque qui ſtravit, Mavors erexit in auras
Denuo & eximii cinxit munimine valli,
Civibus ut valeas vim vi defendere prompta.
Jam Propugnaculum memorabile Sleſidos ora.
O maneas Regum Superum tutamine firma
Semper, & externo ſis formidabilis hoſti.

Sed ex Noſtri Sileſia Togata Viros ſcientiis, artibus & virtutibus præcellentes, quos Glogovia in lucem edidit, more noſtro breviter ſiſtemus.

BONAVENTURA HAAN, Epiſcopus Wratislavienſis electus, licet non confirmatus.

Annus effluxerat a nato Chriſto 1596. cum menſe Decemb. die 5. qua nimirum poſt obitum Andreæ Præſulis Wratisl. novo Epiſcopo eligendo dicta erat: Bonaventura Haan Glogovienſis, Eccleſiæ Cathedralis Canonicus, vir egregie doctus, & ob vitæ integritatem magnæ exiſtimationis, a majori quidem Canonicorum parte (collegio quippe tunc in factiones Sileſiorum puta, & Suevorum ſciſſo) ad mitram Epiſcopalem evectus fuit, ſed cujus tamen electionem Rudolphus II Imp. Glor. aſſenſu ſuo ratam habere noluit, ſed eum potius in modum impugnavit, ut non ante quieſcendum ſibi putaret, quam per nuntium ſuum Joh. Matth. Wackerum, qui Andreæ Conſiliarius fuerat, & Cancellarius Sueva & ipſe, ob idque Suevicæ factionis præcipuus fautor, Romæ coproducta re, ut Clemens VIII. Pontif. Rom. poſt longam deliberationem rationibus Cæſaris acquieſceret, annullataque illa electione Haaniana, peculiaribus litteris Venerabili Capitulo pleniſſimam ad novam novi Antiſtitis electionem deveniendi poteſtatem faceret. - - Promiſerat Pontifici Cæſar ſeſe Haanio proviſionem annuam trium millium aureorum in bonis Braunovienſibus ſine mora aſſignare velle: cujus quidem ſummam ſtatis ante temporibus, videlicet in feſto S. Galli mediam partem, reliquam autem in feſto S. Georgii indubitato accepturus ſit: quodſi in provinciis ſibi ſubjectis aliqua Prælatura Regii Juris Patronatus vacatura ſit, eum ſe libenter cum hac proviſione communicaturum, ipſique Haanio in gratiam ſanctitatis ſuæ collaturum eſſe. Sed non multo poſt Olomucii diem ſuum obiit.

Sil. Tog. lib. 1. No. 36.

THEOPHILUS BERGMANNUS.

Qui nunc in ſcenam e medio clarorum Sileſiorum prodit Theophilus Bergmannus Glogovienſis patria, profeſſione JCtus ique eximia Virtutis, eruditionis,

ditionis, facundiæ, prudentiæ, & ſapientiæ, ſed fato miſerabili, cujus cauſa non crimen ullum, ſed gloria viri, & æmulorum invidia, poſteris notus. Erat is Johannis illius Saganenſis Principis, qui multa crudeliter, plura imprudenter, prævis Conſultoribus uſus, patravit, plures per annos bonus Conſiliarius, & interioris quidem apud illum admiſſionis, atque ob ſingularem in obeundis arduis muneribus fidem, ſolertiam, & magnitudinem animi dignationis magnæ, ac gratiæ: nulla res in majore fama, & nobilium quorundam, qui Bergmannum ſibi præferri dolebant, invidia, quam iſte amor: atque eis ſatis diuturnus. Sed quis tandem exitus? ſicut diviſiones aquarum, ſic cor Regis, *ait Hebræus ſapiens. Inſtigatus & expugnatus Princeps invidorum criminationibus abduxit ſe a Bergmanno, odit, quantum amaverat, denique reverſum e legatione, Eidus Junii A. C. CCCCLXXIX Sprottaviæ in turrim conjici juſſit: ubi ſine cibo ac potu detentus miſer, noctesque intempeſtas, quæ D. Viti feſtum ſecuta eſt, duobus comitantibus eductus carnificis manu inſontem animam exſpiravit, & ad numerum acceſſit eorum, qui magnis cladibus oſtenderunt, quanti principum amicis conſtiterint bona conſilia.*

Debuit hoc fido mens hei Ducis invida juri,
Sanguineam inſonti nox dat opaca necem.
Sil. Tog. lib. 9. No. 2.

JOHANNES GLOGOVIENSIS

Ab Urbe natali, quæ inter Sileſiæ præcipuas, ſic dictus, ac Magiſterii titulum in Academia Cracovienſi, Profeſſorium item munus, nec non Canonicatum in æde D. Floriani conſecutus, varia eruditione, & judicii acumine, inter ſui ævi doctos viros eum in modum inclaruit, ut injurioſus plane ſim, ſi ſingulare illud Academiæ toto orbe celebratiſſimæ ornamentum debito elogio ſuo defraudem, aut in obſcuritate verſari patiar, ſane ſi vel ſolam ejus Grammaticam (*Simone Starovolſcio id atteſtante*) *diſcurſu, quo nemo ante eum uſus eſt, libris duobus conſcriptam videas, mireris induſtriam, probes laborem; quid* computum dicam chirometralem ad unum cyclum magnum ſpacioſum, ſex ac ſeptuaginta ſcilicet annorum, ab anno 1482 ad annum usque ſupra 1558. in gratiam Clericorum (*quibus nempe quatuor ſcitu perquam neceſſaria, ſequentibus jam olim comprehenſa quanquam barbaris verſiculis:*

Clerus in Eccleſia quatuor ſciet eſſe tenenda
Grammaticam, Muſicam, Jus Canonum atq; Calendas.)

conſcriptum? Quid libros de Phyſiognomia, de Judiciis aſtrorum, de arte

Rhetorica, Poëtica, Arithmetica? Quid notas in Computum Eccleſiaſticum & Sphæram Joannis de ſacro Buſco? *& quicquid vel ad trivium, vel ad quadrivium ſpectat? Quæ omnia ille ita calamo ſuo illuſtravit, ut omnium pene eruditorum oculos ſuos illa tempeſtate in ſe converterit. Utque Juventus Studioſa certum locum ad imbibendum & perdiſcendum bonas artes haberet, ſcholam privatam in certas claſſes diſtinctam ſumptu ingenti perpetuum pubeſcentibus Muſis domicilium a fundamentis extruxit. Adultioribus autem, quo moleſtiam lectionis diverſorum Autorum adimeret, ac præcipue pauperioribus, qui copiam librorum habere non poſſunt, pro parte ſubveniret: tum ut & ingenio, quo multum præcellebat, Matris ſuæ Academiæ nomen exteris quoque commendaret, ſcripſit doctiſſima reſolutione* quæſtiones ſupra omnes & ſingulas Philoſophiæ Ariſtotelicæ partes, puta veterem artem περὶ ἑρμηνείας, Priora, Poſteriora, Topica, Elenchos. Similiter ſuper libros Phyſicarum Auſcultationum, libros de Cœlo & Anima, de Generatione parvorum naturalium, tùm Ethicam, Politicam, Metaphyſicam, Oeconomicam, & quicquid uno verbo ad Philoſophiam exacte cognoſcendam ſpectare videbatur, *id totum notis illuſtravit: Vitaque ac ſtudiis finem tandem fecit 3. Eidus Feb. anno 1507, non ſine magno ſui deſiderio bonis doctisque omnibus, quos amabat & fovebat, relicto.*

Sil. Tog. lib. 10. No. 3.

JOANNES SPECHT.

Eruditorum memoria, ut ſemper ſacroſancta mihi erit, ita maxime velim eos undique proſtare, quotquot artibus ac ſcientiis ſuis de patria præclare meruerunt. Quos quidem inter minime poſtremas ſibi vindicavit Joannes Specht, *Vir Nobiliſſ. Ampliſſ. & ob ſummam virtutem ac reconditam doctrinam, præcipue autem Juris ſcientiam, non umbratilem illam, ſcholaſticam & pompaticam, ſed rebus agendis ac regendis idoneam patriæ Sidus illuſtre, adeoque urbis eruditioris decus immortale. Vita exordia is traxit Glogoviæ pervetuſtæ, & celebri Sileſiæ Urbe, patre ibidem natus Johanne cive, ac Scabino Reip. honorato, &c.*

JOACHIMUS SPECHTIUS

Juris peritus ætate ſua haud vulgaris nota tanta meliorum approbatione, quanto malorum fremitu, ſic vitam in his terris duxit, ut valde ei forem injurius, ſi vero atque merito præconio memoriam illius non inirem.

Natus

Natus ille in majore Glogovia Johanne Scabino, & Anna Laurentii Andreæ Senatoris filia parentibus, idque Calend. April. anno ſalutis ſupra milleſimum, quingenteſimum duo de ſexageſimo. - - - - - In patriam exinde, velut felix mercator, haud quidem gemmis, aromatibus, variisque mercibus, ſed prudentia, ſapientia, eruditione, rerumque uſu inſigniter auctus rediiſſet: inter Illuſtriſſimorum Sileſiæ Principum, Joachimi Friderici ac Joannis Georgii Ducum Ligio-Brigenſium, Conſiliarios locum invenit; cumque eorum indultu Italiam petiiſſet, Juris utriusque Doctoris titulum & honorem, meritis & doctrina, non pecunia emptum ſecum aſportavit, nec multo poſt a Principibus atque Ordinibus Sileſiæ gravium quorundam negociorum cauſa in Tranſylvaniam ablegatus, pari fidelitate eadem expedivit. Ducatu Lignicenſi ad Joachimum Fridericum devoluto illuſtris ibidem Curiæ pars eſſe cœpit: nec doctrina tantum a profeſſione, ſed & vita & moribus ſe Juris Antiſtitem abundantiſſime comprobavit, indiesque Hero ſuo magis gratum acceptumque reddidit.

Sil. Tog. lib. 6. No. 19.

CASPARUS FRILINGIUS.

„Glogoviæ, nobili & antiqua Sileſiæ inferioris Urbe, in lucem edi„tus Caſp. Frilingius, cum ab ineunte ætate literis deditus, Philoſophiæ „ſtudium (quo velut ſucco neceſſario niſi imbuantur ſcientiæ reliquæ, „aridæ ſunt, imo ſiccæ) maxima alacritate excolendum ſuſcepiſſet, ad „Pœoniam demum artem animum recte jam præparatum, inſignique po„lymathia inſtructum, penitus adjecit: ac præſtantiſſimis quibusque ejus „Profeſſoribus, qua Germanis, qua Italis operam dedit, progreſſu adeo „felici, ut cum ex Italia rediiſſet aſportatis ſecum variæ doctrinæ theſauris, „in Inclyta Baſilea Doctoris Medici inſignia, laborum ſuorum præmium, „anno ſalutis milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono adipiſceretur „honorabiliter. Patriæ poſt hunc in modum redonatus, ut ſe non Scho„læ tantum, ſed etiam vitæ didiciſſe teſtaretur, poſt theoriam, cui hactenus „inſudaverat, praxi ſe applicavit: idque cum laude, ut medici illius exem„plar, quod Jul. Cæſar Scaliger alicubi verbis adumbravit, ipſe re expreſ„ſerit: doctus quippe, probus, lenis, diligens, maturus, fortunatus, Deo „fretus, non ſua vel ſcientia, vel ſucceſſu tumidus: non cujuſmodi vulgo „turbam videmus a primis litterarum rudimentis continuo ſe ipſam eo „nomine evenditantem, invidam, maledicam, obtrectatricem, avaram, „temulentam, ſupinam, ignavam ſimul atque ignaram.

Mundo valedixit, cum vixiſſet annos 47. menſem unum in Urbe genitali ſexto Kalendas Novembris anni 1606.

Sil. Tog. lib. 6. No. 27.

BALTHASAR WILPERTUS, U. J. Doctor.

„Vir acris Judicii & ingenii, hanc in lucem editus eſt Anno Chriſti „ſupra milleſimum quinquageſimum ſeptuageſimo ſeptimo, die Menſis Ja- „nuarii, in Ducatus Megaglovienſis metropoli, patre homonymo, urbis „Prætore.

ANDREAS SCHONÆUS.

„Andreæ Schonæi ignoraſſem omnino nomen, niſi Simon Staro- „volſcius * in ſua ἐκλογάδι inter Scriptores eum Polonos recenſuiſſet: „virum exiguo quidem corpore, ac ſedato vultu, ſed ingentibus dotibus, „ac verſatili ingenio præditum, ut qui immenſo captu, vaſtaque memoria „ſcientiarum omnium naturas, ſummosque apices complexus, Juris utri- „usque ac SS. Theologiæ Doctor, Philoſophus, Mathematicus, atque „Poëta Laureatus, Oratorque fuerit excellentiſſimus. Patriam habuit „Glogoviam: cum a magno illo Socolovio eruditus ac pene enutritus „Magiſterii dignitatem in Academia Cracovienſi obtinuiſſet, in Italiam „ut arti Aſclepiadeæ daret operam, cum aliis Condiſcipulis ſuis ablegatus „fuit. Exactis eo in ſtudio Patavii annis duobus Glauci ac Diomedis „exemplo ærea cum aureis permutaturus, Medicorum relictis ad ſubli- „miora caſtra tranſiit: Doctorque Juris Romæ renunciatus ac brevi poſt „Cracoviam reverſus, ob ſummam doctrinam, & parem doctrinæ pieta- „tem, communibus tandem omnium ſuffragiis, & pallium Profeſſoris, & „mitram Philoſophi meritiſſime impetravit, quam &, Starovolſcio eodem „teſte, ita decenter ac decore geſſit, ut non domi tantum eruditionis glo- „ria, Procancellariatusque honore conſpicuus eſſet, verum etiam foris in- „noteſceret, magnis & eruditis Viris, ac in his Juſto Lipſio, acri illi & gra- „vi ingeniorum Æſtimatori, cujus eruditam ad Schonæum epiſtolam Cen- „turia quarta Miſcellanea nobis repræſentat - - - - Scripſit noſter *Ora-* „*tiones*, quæ extant in victoriam & obitum poſtea magni Zamoſcii: atque „ingreſſum Georgii Radtziwilii, Bernardi Macæjovii, Petri Tilicii Epiſco- „porum Cracovienſium: *Panegyrim* item Carolo Duci Auſtriæ, nec non „Ditrichſteinio Epiſcopo Olomucenſi: *Fidem Comitem* Comiti Tenczi-

nio,

* Vide Starovolſcii ſcriptorum Polonicorum Hecatontadem (Francof. 1625. 4.) p. 117-119.

„ nio, & *carmen* in Nuptias ejusdem. *Octonarios* denique in obitum Soco-
„ lovii præceptoris sui; unde quidem ingenii in eo ac doctrinæ præstantia,
„ quantumque in utroque scribendi genere valuerit, non minus quam e
„ vestigio Hercules cognosci potest. Claruit Idem & Græci sermonis pe-
„ ritia. Senecta jam ætate ejus studio tantopere delectatus, ut ad alios in-
„ citandos perpetuam litterarum Græcarum Professionem in Academia
„ suis sumptibus fundaverit. Cumque alia plurima pro augendo illius
„ nomine Rector Generalis aliquoties creatus feciſſet, tum scriptis adhuc
„ eam pluribus apud exteros magis magisque illustrare voluit: sed morte
„ præventus multa reliquit affecta quidem, sed non perfecta; in quibus li-
„ ber memoratur, cui titulus *NIHIL & OMNIA.* Defuncto omnes
„ certatim poëtæ parentarunt, quos inter Laurentius Smiescovicius, pu-
„ blicus tum orator. Vixit annis 63, conditusque est in æde D. Floriani
„ Clepardiæ, ubi Canonicus fuerat, tali cum elogio:

DEO Max. Immortalique
Nomine magno
M. Andreæ Schonæi Glogovienſis
SS. Theol. Prof. J. U. D. Procancellario Univerſitatis
Atque hujus Eccleſiæ Decano
Duraturoque
Dum ſtabit inclyta Academia,
Ejus tum ſciendi, tum ſcribendi laude illuſtrato
Ejus Copiis, quas in Profeſſ.
Græca Lingua
Qua in Alumnos Studioſos collatis
Aucta & adjuta
DEUS Optimus beneficentiſſimusque,
Quem Vir innocens caſte, ſanctèque coluit,
Jubeat eſſe beatum.
M. DC. XV. 28 Maji.

Schoneus ingenti conſcripſit mole volumen,
Quo clauſit, toto quidquid in orbe latet.
Omnia nil *vocat hæc, libro quæ clauſa tenentur:*
Schonee nil *ſcribis, tu ſapis ergo* nihil.
Schonee nil *proprio, ſed cuncta volumine condis*
Omnia cum ſcribis, te latet ergo nihil.

MICHAEL GRODZICKI.

Et

Et Nihil, *& noras tute* Omnia. *Scilicet hoc eſt*
Quod ſcripto perhibes, ævum, operante, tuo.
Sil. Tog. lib. 7. No. 34.

FRIDERICUS CLOSIUS.

„Sua cuique Virtus præcipue benevolentiam & auctoritatem parit, „& DEUS addit ἀξίωμα bonis mentibus. Frid. ergo Cloſio, ſicut „dum viveret, non defuerunt ſtudia honeſtorum hominum, ſic defun„ctum quoque fama manet apud poſteros perennatura. In lucem is „prodiit Glogoviæ die 17 Febr. A. 1572 Parentibus ibidem natus honora„tis: a quibus ab ineunte ſtatim ætate ad diſcendas bonas litteras adhibi„tus, eos poſtea in diverſis Gymnaſiis atque Academiis progreſſus fecit, „ut cum legalis ſcientiæ ſtudio nobiliſſimo ſe totum addixiſſet, ſummam „in utroque Jure lauream ſumma cum laude domum reportarit. Sic er„go Juris & Juſtitiæ Sacerdos initiatus conatu jam multo majori in rem „incubuit, & in praxi Juridica ſe omni ſtudio exercere cœpit: cumque „ingenii ac judicii Lumen in eo appareret luculentum, Nobilibus ac civi„bus opulentioribus ejus Ducatûs ita innotuit, ut quotidie ad eum con„fluerent, vel patrocinio ejus in curia Glogovienſi, vel conſilio ad alios „Judices in graviſſimis cauſis uſuri. In quibus quidem orandis, agen„disque ita verſatus fuit, ut ſancte integreque leges ſacras tractaret, ma„gisque adeo Juſtitiam, æquitatem, candorem, quam callidſtatem amaret. „Ob id non clientibus tantum ſuis charus, ſed bonis quibusque longe „gratiſſimus. Dignitatem conſularem ultro delatam ſibi univerſa patria „animitus exoptante accepit quidem, ſed quia plus fellis intus alere„quam foris oſtenderet mellis, nec ipſe in ſupervacuum niti vellet, ſponte „iterum reliquit: ſuam autem non eo minus Reip. fidem & induſtriam „egregie probavit, majora utique & uberiora præſtiturus, ſi nobile iſtud „Cœli depoſitum fata terris non invidiſſent: optimis quippe vitæ annis „patriæ eheu! immatura morte, 5. Idus Aug. anno 1617 ereptum.
Sil. Tog. lib. 7. No. 36.

JOANNES NELDELIUS.

„In inclyta Ducatus Glogovienſis metropoli ex ea familia natus, *que* „*Illuſtres aliquot Abbates præcipuorum Cœnobiorum præpoſitos, itemque* „*Canonicos tulit*, quorum & cœlibatu factum, ut ad paucos Neldeliorum „gens redigeretur. Patrem habuit Matthiam ejus loci civem honoratiſſi-

mum,

„mum: - - - Cum forte locus in amplisſimo Lipſienſi collegio va„caret, in Societatem illam cooptatus, in qua cum jucunda conſuetudine „28 Collegarum Virorum in omni laude doctrinæ præſtantisſimorum uſus „fuiſſet, poſt Andreæ Scheſteri, JCti, obitum Senior factus eſt. In Philoſo„phico Collegio locum obtinuit A. 85 brevi temporis ſpatio interjecto ejus„dem Decanus, concordibus omnium ſententiis creatus: quam quidem „dignitatem bis poſtea, ut & Procancellarii munus, totidem vicibus geſſit. „Publicus oratoriæ diſciplinæ Profeſſor An. 86 deſignatus, Partitiones „Ciceronis oratorias, quæ ob miram brevitatem cum maxima difficultate „& obſcuritate conjunctam, ingenium & variam eruditionem interpretis „deſiderant, cum tribus Ariſtotelicis de arte dicendi Libris, aureum ora„tionis flumen revera fundentibus, per omnia comparavit, earumque uſum „in auditorio frequentisſimo monſtravit. Quæ res tantam illi conciliavit „nominis celebritatem, ut vix exacto biennio, ſic volente jubente poten„tisſimo Saxonum Electore Chriſtiano primo, munus prælegendi docen„dique publice Græcos Ariſtotelis libros, quibus comprehenditur metho„dus accurate tractandi diſciplinas, nec non Philoſophia de moribus ei „committeretur: cui quidem utrique functioni ad mortem usque ſingula„ri cum fide & induſtria maximorum ſtudiorum Philoſophicorum incre„mento præfuit. At enim fatis & æternæ legi quis ſe opponat? DEO vo„lente naſcimur, eodem diſponente morimur.

- - - omnes una manet lex,
Et calcanda ſemel letbi via &c.

Tulit hanc quoque legem, & excepit Neldelius anno 1612. 12 Febr. Sil. Tog. lib. 7. No. 28.

ADAMUS CURÆUS.

Ea ſeculum noſtrum & varietas & infelicitas premit, ut umbram tantum & perſonam plerique conſectentur: ac ſcire ſemper nebulam exiſtiment, qui in ſcientiæ limine hærent, ad eam nunquam ingreſſuri: rabulæ præſertim illi forenſes, qui quamvis ſemibarbari, ſemilatini, nulla Philoſophiæ & eloquentiæ, nulla antiquitatis peritia inſtructi, ad ſanctiora illa ſubſellia adſpirant; eumque ſyllogizari aliquantum in Dialecticorum Scholis ſatis miſere didicerint, nimium diſertos, nimiumque ſe beatos putant. Quo felicior ergo vir nobilis & excellentisſimus Adamus Curæus Joachimi Filius, qui artium optimarum ſtudia ſic amplexus fuit, ut in Muſarum, pariter ac Themidos penetralia recipi meruerit; ipſam autem cumprimis Jurisprudentiam, quæ ſumma illi

ſtudiorum, Eloquentia ſic armavit, ut feliciter & cum Clientum ſuorum bono pugnaret. Enimvero in forenſi hac palæſtra, ut multarum palmarum fiat athleta, non voces tantum, ſed arma quoque neceſſaria: non doctrina modo, ſed & facundia. Illam qui habet, & hanc negligit, quam victoriam ſperet? non poteſt ſane veritas occumbere: ſed periclitari tamen poteſt. Huic ergo vel maxime facundia opus erudita, quæ & inventionis ubertate & ſententiarum gravitate ad judicem docendum accommodata, atque veræ cauſæ merita illuſtrare idonea ſit. Proindeque ut maxime rerum potiſſimum anxius eſſet Curæus, verborum adeo incurioſus non fuit, ut eloquio præſtaret copioſo & profluente, puro & perſpicuo, apto & eleganti: cætera quidem in tam multijugi eruditione longe omnium modeſtiſſimus, ac candoris ipſius myſta. Magnum ſane & rarum hoc donum eſt, ingenioſa notitia multarum magnarumque artium & rerum implere animum, nec tamen extollere: multa ſcire, plura velle diſcere. Fecit noſter, & hac ſe nota oſtendit non ſcientia tantum dignum, ſed & fama, eo quidem magis, quod cum Advocatorum non paucis perinde ſit, juſtam aut injuſtam cauſam defendant, dummodo crumenam inaurent, atque per litiumSymplegadas (ô abyſſum miſeriarum! o deterrimum avaritiæ nefas) navigent Colchos ad aureum vellus: ipſe contra nullas cauſas reciperet in patrocinium, niſi ante expendiſſet judicio, atque adeo boni illius Advocati exemplum ex ſe præberet, cujus officium ſequentibus verſiculis deſcripſit Belgarum doctiſſimus:

Qui ſancta ſumis arma civilis togæ,
Cui ſe reorum capita, fortuna decus
Tutanda credunt, nomini præſta fidem
Juris ſacerdos, ipſe dic cauſam tibi
Vitamque durus arbiter præjudica.
Voto Clientum jura metiri time
Nec quod colorem patitur, id juſtum puta;
Peccet neceſſe eſt ſæpe, qui nunquam negat.

A. 1566 vitam auſpicatus Glogoviæ; ex hoc vero turbine rerum & curarum quando migraverit, nobis non conſtat. Sil. Tog. lib. 8. No. 41.

JOACHIMUS PRUDENTIUS, Glogovienſis Sileſius.

Jacobi Deſpotæ Moldavorum per decem ferme annos perpetuus ac fidus in omni fortuna comes, ideoque ei longe chariſſimus, ſed miſerabili tandem cum eodem exitu ſublatus.

Vir

Vir fuit acris & vividi ingenii, eruditionis haud vulgaris, & non Marti minus quam Musis devotus, ob idque arcis Szozaviæ Præfectus; A qua cum forte tunc abesset, quando Despota graviter à suis novi Imperii jam pertæsus proditorie obsidebatur, Joannes Sommerus Pirnensis scripta ad eum Elegia, ad fidem Hero servandam exhortatus fuit, his inter alia verbis compellatum:

I modo, qua nostri te fors trahit aspera Regis,
Et præsta veterem, quam petit ille, fidem.
Sic erit, ut citius bellorum incommoda vincat,
Factaque sub pedibus civica tela premat.
Quod si defueris Regi spes unica rebus,
Criminis in partem te quoque culpa trahet.
Rectius occumbes hostilibus obrutus armis,
Ut memori longum vivat in orbe decus,
Quam si fœda tuum maculent perjuria nomen,
Dicarisque tuum deseruisse Ducem.
Nil vixisse diu numeratis proderit annis,
Si lacerent famam secula nostra tuam.

Enimvero magnum periculum fortem postulat Virum. Prudentius ergo cum indignam Despota fortunam ægerrime ferret, semel sibi sive serius sive citius morituro satius esse arbitratus, honeste mori, quam turpiter servari, atque ingloriam deinceps vitam vivere, rem ausus est periculosam quidem, sed tamen insigni constantis fidei merito commendandam. Tres, quatuorve secum habebat famulos, quibuscum aut perire fortiter, aut ad Principem obsessum proficisci obstinate decrevit. Mane igitur cum tacite ad hostes accessissent, sublato ingenti pro ea paucitate clamore per mediam barbarorum stationem displosis aliquot bombardis, quas Germanico more ex ephippiis suspenderant non paucas, conciratis equis feliciter pertupere, & in arcem tandem, plurimis frustra insecutis, ad Principem incolumes omnes pervenere. Tolerata ea obsidio in tertium usque mensem. Verum cum expectata non apparerent auxilia, persuasus à conjuratis Despota, ut se fidei Turcarum Cæsaris, Joannis Hungariæ Regis, ipsorum denique omnium committeret, ubi ex arce exiisset, atroci & horrendo scelere, quod boni omnes detestantur, trucidatus fuit: Prudentio interim in alia fori parte immaniter quoque obtruncato. Petiit nonis Novembr. anni supra mille quingentos tertii ac sexagesimi. Caput utriusque, tam Ducis, quam Prudentii, excoriatum ac stramine effartum Turcicus

Songiachus, qui recens advenerat, ſecum avexit, ac Sultano obtulit. Cadavera vero ſaccis incluſa,& ex patibulo ſuſpendi Alexander, qui Principatu pulſus antea fuerat, nunc Turcicis auxiliis reſtitutus crudelis Tyrannus imperavit, adjecta inſigni turpium convitiorum contumelia, quando aliter ſævire in eos non licebat. Sil.Tog.lib.9.No.7.

SEBASTIANUS à SCHWARTZ.

Tametſi magno in pretio habenda merito ſpectati generis claritas, quippe ut gentium bonorata teſtimoniis, ita nec divino deſtituta judicio; tamen quia vana eſt de eo gloriatio, quod alienum eſt, quod mortuis debetur, in cujus paranda poſſeſſione nihil à nobis opera, nihil ſtudii, temporisve eſt impenſum, & quod adeo favor fortunæ, & naſcendi caſus perditiſſimis etiam hominibus haud raro attribuit, is demum vere nobilis cenſeri debet, non qui domeſticæ gloriæ lumen turpitudine ſua obtenebrat, ſed qui majorum incitatus exemplo, adinſtar nempe Themiſtoclis, qui Miltiadis tropæis excitare ſe à ſomno profeſſus fuit, veræ gloriæ ſtudio impenſe ducitur, & ad eam ſumma ope induſtriaque incumbit. Qua quidem generoſæ nobilitatis indole cum præditus eſſet SEBASTIANUS à SCHWARTZ Eques Glogovienſis, familiæ longæ nobiliſſimæ & omnium Virtutum laude florentiſſimæ oriundus, à prima ſtatim adoleſcentia literas humaniores diligentiſſime tractavit, ac ne quicquam, quod ad civilem ſapientiam ſpectat, ignoraret, nullas moleſtias, nulla itinerum pericula exhorruit, eo utique ſucceſſu, ut cum egregiis ipſe virtutum, ingeniique divinis inclytus dotibus præ aliis affulgeret, haud ſolum Cæſaris in Ducatibus Sileſ. Glogov. & Sagan. redituum Cereviſiariorum ſupremus Quæſtor, ſed & Judicii Regii Glogov. Aſſeſſor deſignatus ſit. Sic ergo tanquam in ampliſſimo collocatus Theatro amorem, omnium ac venerationem eo magis promeruit, quod nihil niſi, quod cum laude, honore ac dignitate conjunctum eſſet, expeteret: in Judiciis præſertim ſubmotam inſidiis innocentiam pro virili tueretur, potentes cum tenuioribus pari jure retinendis cenſeret, pro Patriæ denique ſalute, pro legum incolumitate, pro diſciplinæ ſtabilimento nullam adverſus improbos dimicationem detrectaret. - - In latini Sermonis puritate tam feliciter ſe exercuit, ut quanquam inter publica & privata negotia occupatiſſimus in oblivionem ejus per diuturnitatem diutinam veniſſe exiſtimari poſſet, illius tamen promptitudinem vivaciſſimam oratione non tantum ſoluta, ſed & ligata, quandocunq; liberet, declararet, teſtantibus id ipſum variis epigram. in quibus nihil triviale, durum, coactumque, nihil contra artis leges occurrit: ſed latina

tina dictionis facultas, ſed vere nativus amor una cum nitore eleganti conjunctus eluceſcit. Hucusque ex Sil. Tog. lib. 3. N. 34.

Referendus quoque eſt in Clariſſimorum, quos Glogovia protulit, Virorum cenſum ANDREAS GRYPHIUS, Pauli Chriſtiani, Rectoris apud Wratislavienſes Magdalenæi & Bibliothecarii celeberr. Pater, ex Anna Erhardina filius, Illuſtr. Ordd. Ducatus Glogovienſis Syndicus, atque in ardui hujus muneris adminiſtratione cum ſumma laude verſatus, vir in tantum laudandus, in quantum candor animi, ſelecta & uſu juxta ac itineribus obitis parta eruditio, denique omnium laudum titulos complexa, virtus laudari meretur. Natus is VI. Non. Octobr. A.C. 1616. obiit 16 Jul. 1664. De editis ab eo Poematibus ſelectiſſimis, diſſertationibus funebribus, Mumia Vratislavienſi, Privilegiis Ducatus Glogovienſis aliisque ad eruditionem & vitam ejus ſpectantibus, pluribus ex merito viri ſummi egit Jo. Theodorus Leubſcherus in doctiſſimo de CLARIS GRYPHIIS Schediaſmate, Brigæ 1702 typis exſcripto, ad quod Lectorem curioſum ablegamus.

At enimvero ne quis nobis objiciat, Viris, virtute atque dignitate præfulgentibus, præterita duntaxat tempora fuiſſe illuſtrata, noſtra vero ætate ex urbe Glogovienſi nullum ejusmodi Lumen effulſiſſe: Ecce magna duo Luminaria, quæ non dudum Glogoviâ prius orta in celeberrimis deinde Sileſiæ Cœnobiis, GRISSOVIENSI puta, & LUBENSI, Virtutum ſuarum radiis præluxerunt; ſub finem vero proxime præteriti ſeculi è dignitum ſuarum ſubſelliis, quaſi è candelabris depoſita, mortis quidem tenebris obſcurata in tempore, perpetua tamen luce illuminata fuerunt in æternitate: duo nimirum perfectæ, cumulatæque virtutis Prælati Regulares

JOANNES REICH, ABBAS LUBENSIS,

&

BERNHARDUS ROSA, ABBAS GRISSOVIENSIS,

ſed quorum lucem, qua ſic luxerunt coram hominibus, ut viderint opera illorum bona, & in iis Patrem cœleſtem hodieque glorificent, infra adumbrabimus, ubi de Cœnobiorum in Sileſia campeſtrium Antiſtitibus tractabitur.

Et licet iſti morte extincti fuerint, non ceſſat tamen Glogovia cœnobiis aliis æque celebribus ejusmodi præbere Lumina, quæ hodienum clariſſimis & candidiſſimis virtutum fulgoribus & lucent, & prælucent omnibus, qui in domo ſunt, quorum ſemper honos, nomen, laudesque manebunt, ab aliis doctiori calamo celebranda.

Songiachus, qui recens advenerat, secum avexit, ac Sultano obtulit. Cadavera vero saccis inclusa,& ex patibulo suspendi Alexander, qui Principatu pulsus antea fuerat, nunc Turcicis auxiliis restitutus crudelis Tyrannus imperavit, adjecta insigni turpium convitiorum contumelia, quando aliter sævire in eos non licebat. Sil.Tog.lib.9.No.7.

SEBASTIANUS à SCHWARTZ.

Tametsi magno in pretio habenda merito spectati generis claritas, quippe ut gentium honorata testimoniis, ita nec divino destituta judicio ; tamen quia vana est de eo gloriatio, quod alienum est, quod mortuis debetur, in cujus paranda possessione nihil à nobis opera, nihil studii, temporisve est impensum, & quod adeo favor fortunæ, & nascendi casus perditissimis etiam hominibus haud raro attribuit, is demum vere nobilis censeri debet, non qui domesticæ gloriæ lumen turpitudine sua obtenebrat, sed qui majorum incitatus exemplo, adinstar nempe Themistoclis, qui Miltiadis tropæis excitare se à somno professus fuit, veræ gloriæ studio impense ducitur, & ad eam summa ope industriaque incumbit. Qua quidem generosæ nobilitatis indole cum præditus esset SEBASTIANUS à SCHWARTZ Eques Glogovienſis, familiæ longe nobilissimæ & omnium Virtutum laude florentissimæ oriundus, à prima statim adolescentia literas humaniores diligentissime tractavit, ac ne quicquam, quod ad civilem sapientiam spectat, ignoraret, nullas molestias, nulla itinerum pericula exhorruit, eo utique successu, ut cum egregiis ipse virtutum, ingeniique divinis inclytus dotibus præ aliis affulgeret, haud solum Cæsaris in Ducatibus Silesiæ Glogov. & Sagan. redituum Cerevisiariorum supremus Quæstor, sed & Judicii Regii Glogov. Assessor designatus sit. Sic ergo tanquam in amplissimo collocatus Theatro amorem, omnium ac venerationem eo magis promeruit, quod nihil nisi, quod cum laude, honore ac dignitate conjunctum esset, expeteret : in Judiciis præsertim submotam insidiis innocentiam pro virili tueretur, potentes cum tenuioribus pari jure retinendis censeret, pro Patriæ denique salute, pro legum incolumitate, pro disciplinæ stabilimento nullam adversus improbos dimicationem detrectaret. - - In latini Sermonis puritate tam feliciter se exercuit, ut quanquam inter publica & privata negotia occupatissimus in oblivionem ejus per desuetudinem diutinam venisse existimari posset, illius tamen promptitudinem vivacissimam oratione non tantum soluta, sed & ligata, quandocunq; liberet, declararet, testantibus id ipsum variis epigram. in quibus nihil triviale, durum, coactumque, nihil contra artis leges occurrit : sed latina

tinæ dictionis facultas, ſed vere nativus amor una cum nitore eleganti conjunctus eluceſcit. Hucusque ex Sil. Tog. lib. 3. N. 34.

Referendus quoque eſt in Clariſſimorum, quos Glogovia protulit, Virorum cenſum ANDREAS GRYPHIUS, Pauli Chriſtiani, Rectoris apud Wratislavienſes Magdalenæi & Bibliothecarii celeberr. Pater, ex Anna Erhardina filius, Illuſtr. Ordd. Ducatus Glogovienſis Syndicus, atque in ardui hujus muneris adminiſtratione cum ſumma laude verſatus, vir in tantum laudandus, in quantum candor animi, ſelecta & uſu juxta ac itineribus obitis parta eruditio, denique omnium laudum titulos complexa, virtus laudari meretur. Natus is VI. Non. Octobr. A.C. 1616. obiit 16 Jul. 1664. De editis ab eo Poematibus ſelectiſſimis, diſſertationibus funebribus, Mumia Vratislavienſi, Privilegiis Ducatus Glogovienſis aliisque ad eruditionem & vitam ejus ſpectantibus, pluribus ex merito viri ſummi egit Jo. Theodorus Leubſcherus in doctiſſimo de CLARIS GRYPHIIS Schediaſmate, Brigæ 1702 typis exſcripto, ad quod Lectorem curioſum ablegamus.

At enimvero ne quis nobis objiciat, Viris, virtute atque dignitate præfulgentibus, præterita duntaxat tempora fuiſſe illuſtrata, noſtra vero ætate ex urbe Glogovienſi nullum ejusmodi Lumen effulſiſſe: Ecce magna duo Luminaria, quæ non dudum Glogoviâ prius orta in celeberrimis deinde Sileſiæ Cœnobiis, GRISSOVIENSI puta, & LUBENSI, Virtutum ſuarum radiis præluxerunt; ſub finem vero proxime præteriti ſeculi è dignitum ſuarum ſubſelliis, quaſi è candelabris depoſita, mortis quidem tenebris obſcurata in tempore, perpetua tamen luce illuminata fuerunt in æternitate: duo nimirum perfectæ, cumulatæque virtutis Prælati Regulares

JOANNES REICH, ABBAS LUBENSIS,

&

BERNHARDUS ROSA, ABBAS GRISSOVIENSIS,

ſed quorum lucem, qua ſic luxerunt coram hominibus, ut viderint opera illorum bona, & in iis Patrem cœleſtem hodieque glorificent, infra adumbrabimus, ubi de Cœnobiorum in Sileſia campeſtrium Antiſtitibus tractabitur.

Et licet iſti morte extincti fuerint, non ceſſat tamen Glogovia cœnobiis aliis æque celebribus ejusmodi præbere Lumina, quæ hodienum clariſſimis & candidiſſimis virtutum fulgoribus & lucent, & prælucent omnibus, qui in domo ſunt, quorum ſemper honos, nomen, laudesque manebunt, ab aliis doctiori calamo celebranda.

Vivit præterea etiamnum, & ornat hanc ſuam patriam Præclara Senfftlebiana Proſapia, à morum præſertim comitate inſignis, quæ in perpetuum & jure meritiſſimo gloriabitur gratioſiſſimo illo encomio Sacratiſſimi & Auguſtiſſimi Cæſaris, quo quidam ex præfaata familia oriundus Humanus Sileſius (der höfliche Schleſier) nuncupatus fuit. Et ſane hac humanitatis virtute ſingulariter excellere Senfftlebios oſtendit Libellus ille leges Ethicas erudita complectens methodo, quem annis ſuperioribus in lucem edidit eximius Pater JOANNES SENFTLEBEN, Soc. Jeſu, SS. Theol. Doctor. Cujus & aliorum complurium ex hac urbe orbi illuceſcentium præclaros mores Encomiaſtæ magis eruditi aliquando celebrabunt.

Nec oblivioni dandus Reverendiſſ. & Ill. D. PETRUS GEBAUER, in cujus memoriam monumentum lectu dignum in Cathedrali Wratislavienſi erectum eſt, cujus inſcriptio ita habet:

VIATOR,
Sub hac tumba tubam invenies
Oracula divina tribus omnino luſtris
In hac ade ſumma pracinentem,
Qua, dum tumulo depreſſa jacet,
Non tacet.
Clangorem enim edit gloria & honoris,
Quibus coronavit illum Dominus
Ob avitam religionem ſtrenue defenſam,
Ob virtutes auditorum animis inſertas:
Ob extirpata vitia: ob hanc adem ſacram
Magnificentia ſubſelliorum exornatam:
Ob legationes apud Principes & Reges pro
Patria & Eccleſia prudenter obitas:
Ob Eccleſiaſtica officia meritis glorioſis
Quaſita & adminiſtrata glorioſius:
Ob innumeros pro DEO labores exantlatos
Et hos morte feliciſſima concluſos.
Neceſſum enim eſt mori, non emori,
Humanis in rebus bene vixiſſe eſt
aternitas.

VIA-

VIATOR
Mortuum audis, ut ipse te vivum,
bene precare mortuo
H. K.

De eodem ex altera parte monumenti:

VIATOR,
Sub hoc saxo reperies
Phœnicem,
Qui suis in cineribus sepultus
Multiplicatus revivisçit:
Non potest enim mori,
Qui pauperibus semper vivit,
Dum Wratislaviæ studiosæ Juventuti
Seminarium ære proprio fundavit,
Quot in eo pauperes liberalitas sustentat,
Tot vitas post mortem redivivus sibi reparat,
Habeat urna suos cineres:
Non potest cum his tumulari virtus
& cineribus anima præstantior.
Petrus cum cognomine suo Petro
omnia DEO dedit,
Labores, opes, & se ipsum
Ingenti fœnore!
Nam lutum auro, momentum æternitate commutavit.
VIATOR
Hoc age,
dum vivis, fac bene vivas
ut æternum vivas
PETRUS GEBAUER
de Glogovia Majori
S.S. Theol. & Phil. Doctor,
Hujus Cathedralis Archi-Diaconus,
& Senior Collegiatæ
In patria Canonicus,
Sacr. Cæsar. Majestatis
Consiliarius,

Episco-

Episcopatus Wratislav.
Administrator,
Aulaque Episcopalis
Prafectus &c.
Obii, abii die VIII Septembr.
Anno Christi M DC XXXVI.

Nec minus pia memoria recolendus Reverendiss. & Per-Illustr. Dn. IGNAT. LASSEL à CLIMAN, in cujus tumulo in dicta Cathedrali leguntur sequentia:

Conditur in tumulo hic sub avito marmore Lassel
A Climan, qui cum rigidis saviisque procellis
Instabilis mundi ac perversi concuteretur,
Tunc in luce maris semper spes fixa manebat,
Ut per eam lætus veheretur ad astra salutis
Atque virescentem Ramum sibi ferret Olivæ
Grata columba Beatæ in cœlis gaudia vitæ
Sic jugiter sperans feliciter exspiravit.

IGNATIUS LEOPOLDUS LASSEL à CLIMAN, SS. Sepulchri Dominici Jerosolymis Eques, Protonotarius Apostolicus, SS. Theologiæ & Philosophiæ Doctor, Ecclesiæ Cathedralis Wratislaviæ, & Collegiatæ S. Crucis Canonicus, Lignitii Archi-Diaconus, Serenissimi & Eminentissimi Cardinalis, & Episcopi Wratislaviensis Officialis, & Vicarius in Spiritualibus Generalis, Episcopalis Alumnatus Rector. Natus Glogoviæ Majoris die 31 Julii Anno 1626. Clausit diem extremum 22 Augusti Anno 1676. Orate MARIAM Advocatam nostram pro ipso.

Glogovienſibus annumerandus merito venit D. ANDREAS KLIMANNUS, cujus hoc in Cathedrali Wratislav. Epitaphium legitur:

Benedictio, Claritas, sapientia, gratiarum
actio, honor, virtus, & fortitudo
DEO NOSTRO,
Gloriæ Deiparæ, S. Vincentio omnibusq; sanctis ejus
Desuper beneficiorum acceptorum memor
Hoc sacellum restaurat & exornat,
gratitud. ergo humiliter obtulit

Incerta

Incerta hora certus, posteris vivens, me
memoriam reliquit
ANDREAS KLIMANNUS Glogovienſis Jur. Can.
Et Philoſophiæ Doctor Proth. Apoſtolicus hujus
Eccleſiæ Can. Glog. Majoris Scholaſt.
Reverendiſſimi ac Sereniſſimi Archid. Caroli Epiſcopi
Wratisl. Officialis & Vicarius General.
Anno M. DC. IX. obiit
Anno M. DC. 18, d. 1. Menſis Martii
Orate pro eo.

§. 47.

GLOGOVIA MINOR.

Ober-oder Klein-Glogaw / Slavis maty Glogow. Opidum Ducatus Oppolienſis muro cinctum, portisque clauſum, haud magnum quidem, ſed pulchrum & amœnum cum egregia arce, feliciſſimum terræ uber undique vicinum habens. Altera Ducum ſedes & habitatio, nunc Illuſtri Oppersdorffiorum familiæ ſubeſt: e quibus Joannes L. B. in Aich & Fridſtein pignoris jure aliquamdiu tenuit, eo autem defuncto Georgius hæres & agnatus proprietario jure ſibi adquiſivit, & ad filium ὁμώνυμον, auguſtali beneficio haud pridem S. Romani Imperii Comitibus adſcriptum, tranſtulit. Is vero arcem (*a*) veterem ſumptu & opere magnifico eum in modum inſtauravit, ornavitque, ut inter primas Sileſiæ ſive ſitum loci, ſive ſtructuram & pulchritudinem, ſive munitionem, ſive amœnitatem æſtimes, nulli facile cedat. Eccleſiam Opidum habet Collegiatam: (*b*) viſitur-

que in Suburbanis ſub Prioratus nomine, Monaſterium in pratis dictum, Ordinis S. Pauli primi Eremitæ. (c)

(a) Arcis magnificentiam exactius deſcribemus, ubi capite ſequenti de Illuſtriſſima Oppersdorffiorum Proſapia nobis erit ſermo. Aſceterium RR. PP. Franciſcanorum Conventualium arci proximum fundatum fuit ab Ill. D. Georgio S. R. J. Comite ab Oppersdorff.

Enimvero pro majori hujus loci, locique Eccleſiæ, & Eccleſiæ Patroni Illuſtriſſimi ornamento ſequentia juvat annectere ex Crugeſtio:

A. D. 1649. (inquit ille) 4 nonas Julii obdormivit in Domino

GEORGIUS ab OPPERSDORFF.

Magnus Dynaſta Glogovia Superioris in Sileſia, quem ante annos LX aliquot vidit terris natum Waldenſtenianum in Bohemia Lomnicium. Iſolda quippe mater Wilhelmi ex inſinuata Familia Baronis, & Eliſabetha pariter Martiniczia Baroniſſa filia id loci hominem pepererat. Et huic de ſe, deque fratre ſuo, Carolo Wratislavienſi Epiſcopo, bene, optime, merito Ferdinandus II. titulum S. R. J. Comitis inter Oppersdorffios Barones primo indulſerat, nulla prævia taxa, vel rogatione, ſua ſponte omnino. Et addiderat gratioſiſſime vitulum titulo, quia Majoris Glogovia (qui eſt unus e potentibus Ducatibus) pro ſe ſubſtituit Capitaneum & in multis de illius proventibus Uſuarium. Cum Patribus S. J. fuit cor & anima una, eorum opera ſuos præcipue ſubditos lucratus eſt DEO per fidem Romano-Catholicam. Cui in Sileſia etiam in aliis inſtillanda ac propaganda maxime invigilavit, perpetuus Lutheraniſmi terminus, ac ſtator, ſi plus ultra iniqua tempora non ſinerent veteres mores, & antiquam pietatem revocare. Et decoris domus DEI materialis quoque dilector adeo ac zelator extitit, ut hodieq; monumenta complura ejuſmodi magnificentiæ, & elegantiæ extent admirationi. Glogovia Superioris Collegiata audit beneficio Romani Pontificis, hodiernus dominus, Filius D. Georgii, Præpoſito Infulam etiam impetravit. S. Franciſcus Seraphicus ſub ritu Conventualium Monaſterium ibidem habet. In medio ejus Loretam poſuit, quo pietatem Marianam foveret inſigniter popularem in illa, in marmore nigro literis aureis Majores Oppersdorffios ita vivaciter exprimi curavit, ut legentes quandocunque poſteri poſſint excitari ad ſuavem factorum egregiorum imitationem. Quid in arce loquar de ſacello S. Joannis Baptiſtæ, vel Caroli inſuper Borromæi? plena

omnia

omnia ſunt Reliquiis, in altero S. Huberti plena omnia ſunt aſcetica, eremitica devotionis. In ædificiis Politicis, in arce, in horto, in artificiis omnigenis Rex fuit. Quapropter inſeſſos quandoque pro parte Suecorum Wirtembergicus, egregius bellicus ſtrategus, cavit intentatis extremis pœnis, necubi laederetur per ſuos milites tam regii Proceris & vere Reguli magnificentia. Ex uxore prima Promniczii ſtemmatis reſtat nunc dominans Euſebius, *& paris genii cum glorioſo domino Parente in arce, in horto & ditionibus, Eccleſiis, Aſceteriis, Muſica, glorioſe nunc eundem affectatur. Cui Majoratum omnes omnino in ſuis favent ad diem judicii; ſin divina Providentia aliter ſtatuat, ac ordinet circa Filios, conſanguinei ſequentur. Quid ſubſtituti? quod DEUS volet.* Georgius *certe in ea voluntate expreſſit extremam erga Societatem JESU teneritudinem, & Ferdinandus ſecundus hanc ipſam pro ſuo more tenerrime approbavit. Crugerius 4. Julii.*

(*b*) Fundatio Collegiatæ ſequentis eſt tenoris: *HENRICUS DEI gratia Falckenbergenſis & Strelenſis Dux & Dominus Superioris Glogoviæ pro remedio peccatorum ſuorum in ſublevamen Avi & Aviæ, Ducum Wratislavienſium, nec non Illuſtriſſimorum Principum Boleslai Patris & Euphemiæ Genitricis, ac etiam Boleslai & Wenceslai Fratrum de Anno 1379 in die S. Matthiæ Apoſtoli, &c.* Sed de iis plura cap. VIII.

(*c*) Monaſterium SS. Trinitatis erectum eſt A. 1388 a Principe Oppolienſi Ladislao pro RR. PP. Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ, in pratis ſuperioris Glogoviæ, in cujus templo ab Huſſitis olim cum Cœnobio in cineres redacto unicam imaginem Auguſtiſſimæ Dei Matris in flammarum medio manſiſſe illæſam, tradunt dicti RR. Patres.

Joanni Caſimiro Regi Poloniæ, cum A. 1656 arma Suecica Poloniam vexantia unà cum Sereniſſima Conjuge eo fugeret, Glogovia Superior refugium præbuit, & diverticulum.

Juxta arcem hortus eſt varia fructuum, florumque raritate ornatus, quem hodieque ad miram amœnitatem exornare pergit Illuſtr. Dominus Poſſeſſor, capite ſequenti pro nobiliſſima ſua Proſapia merito celebrandus.

Sed & ipſam hanc ſuperiorem Glogoviam horto jure comparaveris, ex quo varii variarum virtutum flores vario tempore excerpti, Deoque ad ejus Altare oblati ſunt in gratiſſimum ſuavitatis odorem: Sacerdotes nimirum intelligimus hinc oriundos, innocentia vitæ, multiplicique doctrinæ, aliarumque virtutum fragrantia præditos, quos inter numerandus

I. P. ANDREAS NIGRINUS, Soc. Jesu.

Ex cujus elogio (quod R. P. Matthias Tanner in Soc. Jesu Apostolorum Imitatrice fol. 872 refert) sequentia juvat excerpere ad dignam venerationem tam Patris, quam Patriæ:

Vivere is cœpit anno 1601 mense Novembri Superioris Glogoviæ in Silesia honestis atque opulentis parentibus oriundus, A. 1622. 2. Novemb. Pragæ totum sese DEO per religiosa vota consecravit: optimam & potissimam ætatis partem, annos videlicet 45, Apostolicis pro DEI gloria, proximique salute laboribus impigre in Societate impendit, ejusdem Societatis quatuor votorum Professis anno 1638 1. Novemb. adscriptus.

Præ aliis locis, in quibus vixit, illi Oppavia Silesiorum spectabilis urbs, Apostolicarum virtutum palæstra, & fertilis Evangelicorum Manipulorum ager semper exstitit. Hic ille quanta tulit, fecitque quantum sudavit & alsit? Post infelix Cæsarianorum ad Swidnicium prælium, Oppaviam quoque Suedicus miles obsedit & expugnavit. Aliis Sociis, ad tutiora sese recipientibus, periculosa in statione ut sibi manere liceret, a superiore exoravit. Patibulum, quod illi Suedicus Generalis Ericus Schlangius sæpius minabatur, tantum abest ut timuerit, ut etiam in eo pro asserendæ fidei causa emori, publica ad populum dictione se unice desiderare promulgarit. Cura & solicitudo, consilia & auxilia, quibus eo in statu afflictos, & gravissima exactione oppressos cives recreavit, ipsos hostes in admirationem rapuerunt, qui novum in Patre Andrea Paulinum factum, pro captivis civibus obsidem suspexerunt, palamque edixerunt, nunquam Pastoribus suis tantum pro tuendo grege suo solicitæ charitatis inesse. Post bellum, belli reliquiæ pestifera videlicet lues exhaustam jam prius urbem quadrimestri spatio sic afflixit, ut 5000 capitum abstulerit. Hoc in discrimine rursum Pater Andreas heroo animo se victimam charitatis pro populo obtulit, plurimisque, qui a suis etiam deserebantur, corporis pariter & animæ opem attulit. Et quia ipse loci Decanus contagiosum morbum contraxit, tota moles Patri Andreæ & socii humeris incumbebat. Ille igitur Sacramenta administrare, ægros invisere, desertos solari, pharmaca procurare, depositos ad beatum agonem disponere, mortuos sepelire, ut instar prodigii esset, tot inter pericula, non eum quoque pestifera lue correptum interiisse. In sacris tribunalibus etiam cum male haberet, assiduus ea prudentia dexteritateque pœnitentium conscientias regebat, ut a compluribus levcis dissitæ illustres personæ, eum conscientiæ suæ arbitrum eligerent, & hac de causa quotannis aliquoties convenirent. Ipsa

mater

mater ſpeciali in filium affectu, & confidentia, totius vitæ arcana, Patri Andreæ auribus concredidit in ſacro Pœnitentiæ Tribunali.

Ex Provinciali Congregatione Pragenſi redux, in itinere illuſtrem quandam matronam ſibi olim notam, in multos annos confeſſionem & pœnitudinem differentem docuit in tempore pœnitere, eamque magno utriusque ſolatio abſolvit. Ad Kuttenbergenſis Collegii regimen cum Oppaviam Superiorum imperio evocaretur, decem ante abitum diebus tanta illius Confeſſionale obſidebatur frequentia, ut Paſchatis aut Jubilæi tempore majori non poſſet.

Recuperata a Cæſareo milite Oppavia, 130 Suedici captivi in vincula compacti magna victus aliarumque rerum neceſſariarum penuria laborabant. His ut Patris charitas ſubveniret, corrogata eleemoſyna, ſaucios a vulneribus ſanari, debiles refici, famelicos per quinque hebdomadas paſci fecit, aliasque eorum penurias ſic relevavit, ut captivi ſancte aſſeverarint, ſe eximiam Patris charitatem, ubi libertate donati fuerint, apud ſupremum belli Suedici Præfectum miris laudibus celebraturos. Exſolviſſe milites promiſſi fidem hinc licuit colligere, quod per captivos Oppavienſes cives, humaniſſimas Patri gratias referri Generalis Dux Leonardus Torſtenſonius voluerit, omnemque Patri, & aliis de Societate ſi caperentur immunitatem promiſerit, & lytrum inſuper a Religioſis omnibus Oppaviæ pendendum condonarit.

Neſcit anguſtias vera charitas: non tantum ad vivos, ſed & ad mortuos extendit Pater Andreas ſuæ ſpatia charitatis. Egentiorum cadavera, ut decenter loculis impoſita terræ mandarentur, ſategit in ſuſpenſis octo Suedicis, quibus ille ad mortem comes & hortator fuit. Cum jam per hebdomadas aliquot penderent, nec adhuc, ſic volentibus Cæſareis Colonellis, e furca deponendi eſſent; Pater metuens, ne vel vicina Civitas corrupto a cadaveribus aëre inficeretur; vel mali milites, pendulorum membris ad magias abuterentur; effecit ut tandem e furca deponerentur & a carnifice, oblatis in pretium laboris aliquot aureis, ſepelirentur. Amplius defunctorum animabus profuit, pro quibus ille frequens hoſtiam propitiatoriam DEO obtulit, & quo eas piacularibus pœnis vel penitus eximeret, vel pœnarum ſaltem acerbitatem imminueret, in ſe ipſum variis afflictionibus ſancte crudelis deſæviit.

Cum, exorto ad S. Wenceslai Oppaviæ incendio, totam late viciniam flamma corripuiſſet, jamque octodecim domos depopulata fuiſſet, ut proximum parochiali Templo periculum timeretur; accurrit Pater

Andreas, fuſisque coram Venerabili ardentibus ſuſpiriis, ſacrum ferculum e templo elatum circumferens, data benedictione, non tantum a templo, ſed etiam urbe reliqua incendium arcuit: exinde cives repente exſtincto incendio grates cum lachrymis retulerunt.

Clauſit tam præclaram vitam mors tantis laboribus digna, quam ipſe licet adhuc nullis morbi indiciis, ſibi paulo poſt obventuram, ſæpius prædixit; & quam lumen in cubiculo, dum decumberet gravius, in corona omnium repente extinctum non obſcure ſignificavit. Deſideravit tamen vitam eo usque ſibi prorogari, dum argentea crux, quam templo comparabat, perficeretur: eam cum perfectam intellexit, jam libenter, inquiebat Andreas, cum cruce moriar. Ipſe ad ſupremam luctam ſe ungi ſolicite expetivit, animam vero ut puriorem conditori redderet, ter ante mortem de tota vita confeſſus expiavit. Ad hæc, ut paulo poſt rationem cum cœleſti Patrefamilias poſiturus, pro fideli ſervo & ſtrenuo operario agnoſceretur, triduo ante obitum cilicio lumbos præcinxit, quaſi dolorem ex invaletudine non ſatis haberet. Convocatis demum, cum mors inſtaret vicinior, Patribus ac fratribus omnibus, ſuum agonem eorum precibus commendans, ipſe mortem magis in ſella, quam in lecto opperiebatur, quaſi non deceret in lecto jacentem emori, qui reliquam vitam omnem Apoſtolicis laboribus impendiſſet. Sub horam tandem veſpertinam ad denarium ſtrenui operarii accipiendum evocatus, eodem die anniverſario mortuus eſt Oppaviæ, quo ante 43 annos in Societate nuncupatis votis religioſe DEO vivere cœpit. Parentatum eſt defuncto non Oppaviæ tantum, ſed in compluribus vicinis urbibus, & paroeciis; qui quod Patrem Andream Apoſtolum Oppavienſem in mortali carne non amplius eſſent viſuri, eo luctu illius obitum proſecuti ſunt, quo olim Paulum illi dolentes quod faciem ejus non eſſent amplius viſuri.

II. R. P. CHRISTOPHORUS FRISCH, e minori quoque Glogovia in Sileſia ortus, ejusdem Societatis Jeſu ſacerdos:

Cujus votorum fere ſumma fuit, Chriſtiana catecheſi teneram informare pueritiam, rudem plebem & ſervitia qua publice pro concione, qua privatim domeſticos intra parietes, pietatis erudire documentis. Contigit in vicinitate Iglaviæ anno 1642 militem auſtriacum derelictum ab omnibus contabeſcere fœda dyſenteria; neminem omnium audere accedere contagii metu: Parochum etiam nulla officii religio tangere, ut opem ei ſacris myſteriis ferret. Igitur ipſe depulſa formidine convenire

nire hominem, expiare, divino epulo reficere, ſolari: atque ex illo cæteris ægrotantibus impiger adeſſe, donec attracto ab illis toxico, maligna febri cœptus eſt agitari. Continuo Sacramentis ſupremis Eccleſiæ, ſacrisque liquoribus ad luctam, oblitus animo præſente poſtulavit a moderatoribus, humi ſibi ut facerent moriendi poteſtatem, ſeque ſubjiciendi pedibus omnium pro ſuo merito proterendum. Deinde ut eum vis morbi ab ſeſe abduxit, nihil identidem ſonare aliud, nihil muginari præter Catecheticas ſuas illas lectiones; ſed interim admirabili facilitate ſuorum in poteſtate Moderatorum eſſe, ſumma obſervantia, obtemperatione ſumma. Ingens ſui deſiderium reliquit omnibus; cujus nimirum viventis induſtriam ſuo magno commodo fuiſſent experti. Cecidit victima charitatis anno ætatis altero & trigeſimo, Societatis quarto decimo.

III. MELCHIOR REICH,

Inferioris Glogoviæ Sileſius, annos XXIX natus in Societatem, ſeptimo abhinc anno ad Marthæ ſortem receptus e Logica. Hic navatæ jam Brunæ alias noſtris peſte infectis operæ experientia probatus impetratam iterum eandem charitatis exercitationem perdiligenti ſex hebdomadarum accuratione cum laude exercuit ſui adeo liberalis, ut medium fere hominem porrecta veneni tabes late impleverit, præclareque, ut ſemper provideri etiam his ſolet, Sacramentis inſtructum & petentem quam profundiſſime ſepeliri, confecerit. Eminuit in illo digna Coadjutorum imitatione nunquam tetrici ſemperque laborum ſitientiſſimi animi lætitia, otium ſemper exoſa, eoque amabilis: magna item erga Sanctos in reliquiis cultos, & in litaniarum privatarum feriem digeſtos religio, piaque de libellis concinne deſcriptis orandi aſſiduitas, quæ illi ad labores perſeveranter urgendos dulcis illecebræ inſtar erat.

Poſt hos ibidem XIX Sept. magna cum noſtri nominis commendatione Spiritum in ſimili miniſterio exhalavit.

Paucis præterea abhinc annis communi naturæ legi placidiſſima morte ſatisfecit dictorum Conterraneorum ſuorum imitator egregius, & Theologicis non tantum ſcientiis, ſed & virtutibus eximius Vir

P. ANDREAS MüNTZER,

ejusdem Societatis, etiam ſecundo nominatus Rector Urbis Pragenſis antiquæ, propter ſingularem, qua præditus fuit, prudentiam, & ad gubernandum aptitudinem ſine dubio toti Provinciæ Bohemicæ moderandæ

dæ præficiendus, nisi spe suorum citius pro mortali vitæ conditione immortalitatem fuisset consecutus. Cujus tamen virtutum, & scientiarum semina Ejusdem Reverendissimus D. Frater, SS. Theologiæ Doctor, Protonotarius Apostolicus paucis abhinc annis ex Præposito Micro-Glogovienſi Infulato ob præclaras genii ingeniique dotes in sacrum Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis ad S. Joannem Collegium adoptatus in Venerabili Consistorio Episcopali Assessor dignissimus hodie vigori florique pristino restituit.

A. C. 1664. 1. Augusti in prælio ad S. Gothardum in Ungaria, quod commissum est inter exercitus, parte una Christianorum, Duce Generali Raymundo Montecuculi Comite, & parte altera Turcarum, signa cum suis inferente Grandi Vezirio, (quem Principem Purpuratorum dicere posses) victoriam favit ultimo primis e cœlo DEUS, quantumvis extreme cruentam. Inter occisos numeratus est etiam P. GEORGIUS KöNIGIUS, S. J. Sacerdos, cui patria obtigerat Superior in Silesia Glogovia. Cecidit porro ad posteritatis memoriam in negotio glorioso. Nam cum animat prælata cruce milites, & quidem in equo equites pugnantes contra Turcas, acinaco Persico ei quidam Apella Saracenus communem staturam excedens, ac viribus præpollens Barbarorum minas spirans, imò Goliathi opprobria in Christianos jactans, ictu unico caput, ac brachium unà, crucis sanctissimæ gerulum, immani vulnere demessuit. Quo ingenti ictu apertum est haud dubie cœlum Athletæ. Cadaver deciduum inter equorum ungulas immixtum aliis amissum est, ac sepultum. Oblata tam glorioſa victima, die, ut præmisi, 1 Augusti, charitatis, an etiam Martyrii? primum certum est, cum posuerit præfatus Pater animam suam pro commilitonibus legionis Sparrianæ; de altero lis aliquando fuit apud autores, quorum aliqui, ut videre est apud Joannem Nirembergium in *tract. de septem peccatis mortalibus*, pugnantes milites & occumbentes in præliis Saracenicis, Martyrum laurea jam olim dignabantur. Occidit porro R. P. Georgius anno suæ, & quidem vividæ ætatis 48. Societatis JESU 27 a nuncupatis DEO solenniter quatuor votis: immo non una alias laureola dignus, ut qui e proximis incendiis cujusdam lupæ infamis integram extulerit, ea demum ad morum integritatem mirabiliter conversa, castimoniam. Sed & alteram meritus est ob vindicatam magno animo DEIparæ virginis Mariæ immaculatam conceptionem. Adde tertiam patientiæ, quam fortiter exhibuit, cum commutationem officii, accessionem loci subiit, ut quædam intemperies ob illam collisionem exortæ

exortæ placarentur. Militarium animorum vir, Pater Kœnigius, & hanc apud Pragenſes reliquit fortitudinis memoriam, quando nimirum Micro-Pragam Königsmarkius aſtu intercepit. Quam illam? vidi ipſe inſcendentem turrim Pontenſem, qua adjacet domus telonaria vicinumque eſt Crucigerorum cum Rubea ſtella hoſpitale. Ex ea accurrentes magno numero defenſores ad reſiſtendum voce clamoſiore animavit. Fuit illa deinceps Suecis velut in oculis ſal mordacisſimus ob exhibitos varios militares deſpectus, quorum in numero reputes agitationem vexilli pedeſtris, quare directis in eam tormentis medium ipſius valde quaſſaverunt & aperuerunt: Sed omni illo hiatu non eſt deturbata, ſed verius auguſtior effecta. Nam Ferdinandus III, auguſtæ nunc memoriæ Rex, & Cæſar, à pacatis turbis compoſita ac evulgata Pace univerſali, ita vulnera illa pro gloria immortali Pragenſium reſtituit memorabili reparatione, ut in obducta cicatrice cum aggratulatione Europæ de ſuperaddita Epigraphe, ſeu inſcriptione, teſte ſcilicet FIDELITATIS, laureati illi Pragenſes cum jubilo perpetuo glorientur. Verum illa heroicæ virtutis inſolentia indicia, ac velificantem ſummopere heroicis omnimodè animis Epigraphen: Si ſtes præ illius turris parte poſtica anguſto molimine, tum ipſe lege; ſin diſtes, ac alibi commoreris, ex me audi, & inſuper admirare!

Hæc Turris Gothici fuit ultima meta Bohemis,
Voluiſſent id ipſum cives Vetero-Pragenſes
Suo ſanguine inſcribere,
Niſi Pax aurea
Ferdinandi III Pietate & Juſtitia
In Orbem Germanicum reducta
Pro ſanguine aurum
ſuppeditaſſet.

Quare & hæc omnia literis aureis ſunt expreſſa. Addo ex meo: Abi quisquis legiſti vel audiſti. Similia multa nec alibi, nec Pragæ etiam videbis. Patriæ ergo gratulamur tales omnes, qui calamo, ferro, ac denique auro ſcripſerunt Memorias, ſed non nobis, verum DEO ſoli, ſit Gloria!
Crugerius I Auguſti.

Non tantum autem Eccleſiaſticis aut religioſis, ſed & Politicis dignitatibus præfulſerunt hactenus Micro-Glogovienſes, è quibus unus noſtræ, cui ſtudere conamur, brevitati ſufficiat Perilluſtris Dominus JOANNES GEORGIUS FROELICH à FREUDENFELS, Patritia iſthic familia

lia ſatus, qui ſtudiis humanioribus, quibus juvenilis ætas ad morum elegantiam informari ſolet, abſolutis in ſpectabili illo officio, quo Cæſareorum proventuum, quos ſteuras vulgo nuncupamus, rationes computantur, ea prudentiæ & induſtriæ dedit ſpecimina, ut inclytis Sileſiæ Principibus atque Ordinibus dignus omnino judicatus fuerit, cui primaria dictarum ſteurarum Præfectura conferretur: Quam ſpartam cum per annos complures adeo & fideliter & induſtriè ornaſſet, ut in laborum ſuorum præmium à S. Cæſ. Majeſtate nobilitate donatus & honorifico Conſiliariorum Cæſareorum cenſui adſcriptus fuerit: eam tandem, impetrata prius à Sileſiæ ſtatibus cedendi facultate, alii aperuit, ut laborioſo iſthoc onere, ab humeris ſuis depoſito, quiete tranquillius frueretur, & curis vacuus pietatis atque devotionis operibus, quibus laudatiſſimo exemplo admodum deditus fuit, expeditius incumberet. Et ſane rei familiaris opes, quas in officio illo honeſtis & juſtis artibus auxerat, quam ſancte impenderit, vel ſola illa in Templo Dorotheano in gloriam inprimis DEI S. Barbaræ V. & M. dein honorem, & Chriſtianorum beata morte ex hoc mundo decedere cupientium ſolatium ſub magnifico S. Barbaræ titulo anno Chriſti nati ſupra mille ſexcentos quarto & octoageſimo erecta ſodalitas, ejusdemque Divæ nuncupatum altare, ſacrumque monumentum, ejus ſumptibus exſtructum, nec non fundatio perpetua ad alendum cultum divinum facta abunde teſtantur. Quam vero non nomine tantum, ſed & omine *hilarem datorem*, quem diligit DEUS, ſeſe exhibuerit, egeni, & hos inter præſertim religioſi, gratiſſimis & piiſſimis erga munificum hunc ſuum Evergeten animis fatentur. Novimus profecto juvenes ingenio quidem præſtantes, mediis vero ad proſequenda ſtudia requiſitis omnino deſtitutos, qui propterea ex Parnaſſo, quem feliciter aſcendere non ſine *fructu* cœperant, recidere jamjam cœperunt: Qui ſubſidio hujus Mecænatis liberaliori ſublevati ipſa Muſarum penetralia ingreſſi magnum ex Scholis Sapientiæ fructum in patriam retulerunt. Quin imo adeo munificam ſtudioſis inopibus manum aperuit, ut duodecim florenorum millia Convictui Wratislavienſi pro certo horum numero honeſte cibando, veſtiendo, & educando in teſtamento aſſignaverit. Longiores eſſemus, & contra methodum nobis propoſitam delinqueremus, ſi ſingulos, quos vel res anguſta domi, vel valetudo minus firma, vel quodcunque demum ſiniſtræ fortunæ fatum ad ejus patrocinium confugere coëgit, à benefica hujus viri manu adjutos, erectos ſuſtentatosque peculiariter recenſere vellemus. Unicum tamen eſt, quod inter reliqua legata ex ultima voluntate in pias

cauſas

cauſas aſſignata locum & laudem non poſtremam meretur,& quod nos,niſi notam animi ingrati inuri nobis vellemus, muto præterire calamo haud poſſumus, ſummam nimirum ter mille florenorum Rhenanorum, quorum cenſus annuatim perpetuis temporibus religioſo ad S. Matthiam ſacerdotum Conventui pro certis Miſſæ ſacrificiis hebdomadatim in dicti D. Apoſtoli æde faciendis dicati ſunt. Beata morte, quam longo prius tempore cœlitus impetrare ſategerat, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo circa S. Barbaræ Morientium Patronæ feſtum deceſſit.

§. 48.

GLEYWICIUM.

Gleywitz/ (*a*) ejusdem Ducatus opidum, parvum quidem, ſed mœnitum, neque incelebre, vel propter lupuli in ſuburbanis hortis & agris proventum, cujus in coquendo Cereali Sileſiorum potu præcipuus uſus eſt. Glywicenſis Ducis apud Cromerum & alios mentio. Nam diviſio inter plures Ducatu quilibet partem ſuam pro Ducatu haberi voluit.

(*a*) Glywicium alias. Milliaribus viginti Wratislavia diſſitum.

Circa annum 1427 Orphani (ut Cromerus inquit lib. 20. hiſt. Polon. init.) *Sileſiam vaſtabant, & belli ſedem Glivicia poſuerunt, ab iis & Poloni equites cum latrocinari didiciſſent, quodam tempore Czaſtochovienſe Monaſterium, quod propter peregrinationes magnis divitiis refertum eſſe credebatur, diripuêre; atque ut patrati ſacrilegii ſuſpicionem à ſe in Bohemos hæreticos averterent, Imagini Virginis Matris vulnus inflixere. Sed minorem opinione prædam reperere, meritasque ſacrilegii pœnas intra ipſum illum annum expendere.* Auctorum nomina & familias Cromerus refert, quos ego conſulto prætereo. Satis eſt dicere: Bohemos, quibus id facinus adſcribitur, non eſſe. Ita Balbinus Epit. Rer. Boh. lib. 4. cap. 10.

De heroico Glywicenſium animo, conſtantique erga Divum Ferdinandum II Cæſarem fidelitate, qua ſub belli triceni primordia, Anno nimirum 1626, Mansfeldico illi militi, qui pulſo Friderico Palatino

Bohemorum Pſeudo-Rege tunc adhuc militabat, hanc urbem hoſtiliter obſidenti, ſtrenue reſtitit, altum apud hujus temporis ſcriptores ſilentium. Fuit autem illa, qua Opidum preſſit Mansfeldius, obſidio per dies aliquot fruſtra tentata, qua durante tam præſidiarii Cæſarei pauci, quam Civium ſexus uterque crebro bombardarum tonitru parum territi, hoſtium, ſcalas conſcendentium, impetum variis armorum, quæ dictabat amor urbis ſervandæ, generibus fortiter repreſſit: pars enim vel bidentibus, vel tridentibus aliisque variis rei ruſticanæ inſtrumentis, pars lapidum, trabiumque dejectione, aſſilientem hoſtem dejecerunt, pars etiam (& mulieres præſertim) congeſtas milii pultes aqua & pici bullienti, & axungiæ ferventi mixtas è ſartaginibus in armatos ſcalæ incumbentes effuderunt, hoſtesque adeo confuderunt, ut re infecta recedere coacti ſint, non minus confuſi, quam olim, anno videlicet 1440, miles Colonienſis ad Suſatum Weſtphaliæ urbem, ubi (ut refert Adrianus Rom. E. N. in Parvo Theatro urbium pag. m. 77.) obſidionis à dicto milite tentatæ tempore *omnium erat validiſſimum defenſionis genus: ſartagines in muris diſponebant per intervalla, ſubjecto igne, pultes in aquis bulliente fervore miſcebant: hinc liquorem apacibus vaſis ferveſcentem fudere in armatos ſcalis incumbentes. Exuperabat ea via omne genus tormentorum, in ipſis ſuis armis ardore excruciati, ſuffocabantur: Tormenti genus incomparabile: Tali dum modo defenſi muri periere ex ſcandentibus plurimi, qui pro ſuo debito primi venerant ad arma. Archi-Epiſcopus, eo accepto incommodo, oppugnationem deſeruit.*

Imo ferunt (ut Glywicium revertamur) Centurionem illum, qui præſidio Cæſareo præfectus fuerat, & de opido quantocyus hoſtibus tradendo cogitabat, à Civibus, traditionem ſubodorantibus, captum fuiſſe, urbem vero à proditione immunem permanſiſſe.

Inter viros Theologos in Sileſia ortos, qui non univerſæ modo doctrinæ cœleſtis, variarumque virtutum ſplendore, ſed vitæ quoque ſanctioris radiis veluti ſtellæ Eccleſiam DEI illuſtrarunt, Luminaria duo majora, quæ Glybicii orbi illuxerunt, merito nuncupantur Venerabiles è Societate Jeſu Patres

MARTINUS & ANDREAS STREDONII,

quorum elogia ex Pulveribus ſacris R. Patris Crugerii lector habe in hæc verba:

A. D. 1649, ſeptimo Kal. Septembr. à media nocte inchoat, è valle lacrymarum evolavit ad Paradiſiaca tempe cœlorum R.P. Martinus Stredoni-

us

ue è Soc. Jesu, Vir vitæ inculpatæ, & quidem Brunæ, ubi bis Rectorem egerat, præfueratque magnæ sanctimoniæ opinione. Cum moriebatur, actu erat Bohemicæ Provinciæ Præses, vicejam secundæ, & accidit hominis incomparabilis casus, quando congregatio Provincialis de mittendis Romam novi Generalis Electoribus consultabat. Sed enim quid in laudem exerpam se evulgem? supra meum calamum Viri sancti Virtus est! inter morales admiranda quædam prudentiæ, & spirituum discretio ipsius celebratur, recti tenax ad rigorem fuit, pro innocentibus instar Marpesiæ fleuit, nescius à DEO & recto flecti in obliquum, vel puncti um punctum. In postremis apud ipsum rationes humanæ valebant, Divinæ potissimum cor ejusdem occupabant. Verum cum cogitetur ob quædam altiora humanis, ut vita tota hujus novi Abrahami orbi exprodatur, calamum, ut qui sit insufficiens, his eximiis raritatibus procul ab atramento semoveo. Alius quæso suum intingat, & brevi quidem: quisquis is erit, ei de cælo benedicat insinuatus Pater, ut paludamentum, seu potius pluviale operis admirandi mereatur. Tale plane opto, in quali R. P. Philippus Streit à morte suæ R. P. Stredonio aspectabilis comparuit, dictitans hoc, & adhuc pretii sui ad eum spectare, siquidem causam suam per continuatum elogium depurasset, ac se in oculis hominum, ac Cælitum ita speciosum reddidisset. Audivi hæc narrantem R. P. Andream Schambogen, cui concrediderat quandoque hæc secreta, sanctus ille Divinorum Inspex. Conscios in hac parte appello; pauca nempe sapientibus.

A. D. 1651. 9. Augusti piam tenerrime in DEUM & Deiparam, tum etiam plenam charitatis in proximum animam, effudit in sinum sui Salvatoris, hac ipsa die 9. Augusti, Auspice R. P. Andreas Stredonius, Magni illius Martini Junior Frater, S. J. Libeschitzy superior. Jacet in Ecclesia Assumptæ in cælos, cui vivus multum commodaverat ex officio suo. Si apud nos in usu essent translationes ordinariæ corporum, meritus fuisset equidem, ut Clatoviam transferretur, quia ejus Collegii fundationem, ut alibi jam legisti, in lachrymis verè voluptatis sementem jecerat, ac promoverat, ad messem quandoque amplissimam. Loci ejusmodi primum egerat annis aliquot superiorem; post & numero eodem Rectorem novimus Romæ approbatum, cujus industria hodieque in ditionibus, & Ecclesia, specimina luculenta supersunt. Erat vulgari eloquentia inter hos laudabiles labores valde efficax ad persuadendas suppetias, in suos erogandas, ac DEI gloriam ubique promovendam, & ob sinceritatem animi tum à suis, tum exteris valde amabatur. His artibus & dextra ubique rerum peritia probe accurata, ut æstimaretur ab Oeconomicis, effecerat. Antequam his adhiberetur, ad publicum nomen in do-

cendis humanioribus Rhetor, ac prius Poëta excelluit, ſed & in dramatis in publicum edendis mire fuerat dexter, & felix: quin & rerum veterum eruderationi ſeſe operoſe impendit. Unde proxime evulgati Wratislavienſes Epiſcopi, ac Reverendiſſ. D. Sebaſtiano loci Neo-Epiſcopo dedicati ipſo facem præferente è MSt. non parum lucis & eruditionis participaverunt. Sed & nunc ad manus meas ſunt Origines Bohemorum; cui diſſertationi, ſi à mortuis Cromerus ſurgeret, vix quidquam dignum antiquariis ſuperadderet. Sunt equidem & nunc quidam etiam Infulati, qui in hoc pulvere dignas poſteritate ducunt lineas, ſed via plane oppoſita, non autem Moravica inducunt Czechum in Bojohamum, quot capita, tot prope ſunt diverſi ſenſus in hac materia; ſi interim ad orbis alterius Provincias cum pluribus non ante peregrinemur, libenter ex ejusmodi eruditis novatoribus probabilia addiſcemus, interim communes calles terimus, Hagecii, & Dubravii, necubi in ſcyllas & charybdes impingamus: præcipitia noſtra opinione nimirum devitamus. Caterum Andream illum, meum quondam in Grammaticis Profeſſorem, ac ex Ægypto (utamur phraſi interdum Eccleſiaſtica) poſtea velut Moyſem, ſeu Eductorem, ac in terram velut Promiſſionis Inductorem:

Dignum, docta Virum, quibus, & quibus inſtrumentis?
Seu ſiſtro, aut cythara, ſeu Chely Muſa cane!
Emeruit Laurum non unam carmine, prater
Hiſtoricas patria, Wratislaviaque notas.
Sed zelo fidei, pietatis & inſuper igne,
Æternas meruit, geſtet ut axe ROSAS!

Hæc Crugerii de duobus: quibus nos tertium addamus eximium Patrem ex eadem urbe in lucem editum, & in eadem Jeſu poſtea Societate veræ ſapientiæ & intelligentiæ virtutibus clareſcentem

GUILIELMUM FROELICH:

Cujus Viri pietatem religioſam, modeſtiam ſingularem, morum comitatem, ſermonis flumen, pacis & concordiæ ſtudium, aliasque dotes egregias, alius, ut ſperamus, isque doctior calamus fuſiori, quod omnino meretur, encomio delineabit. Quartum his addimus D. Joannem Stephetium, cujus tumulus ad S. Joannem Vratislavienſem hæc habet:

Quis hic ſepultus quaris? ipſe dicam
Ego
JOANNES STEPHETIUS,
Cui Glivicii An. M D LXXVIII. d. XXV Maji
Deus dedit vitam & patriam,

Paren-

Parentes abinde honeſtatem,
Olomucium & Ingolſtadium mores & diſciplinas,
Roma ſcientiam & famam,
Peruſium ſupremam Lauream,
Oppolium Cathedram & Decanatum,
Cathedralis Vratislavienſis,
Canon. Official. & Cancellariatus dignitatem.
Vixi plerumque aeger corpore mortalis,
At animo immortalitati anhelans.
Quam adii An. M DC XLIV. d. XXX. Octobr.
Corpus interea anguſte hic habitans
Te viatorem
Atque poſtremam Angeli tubam expectat.
Aeternum ut gaudeam
Tu apprecare & vale.

§. 49.

GOLDBERGA.

Goldberg/ Aurimontium eruditis, (*a*) opidum Ducatus Lignicenſis, in fronte montium, qui à planitie paullatim adverſum Sudetos ſeſe attollentes, ſenſim augente natura, alta & perpetua ſerie, magnam inferioris Sileſiæ partem præcingunt: idemque loci amœnitate, cæli clementia beatum, ac ſiquidem id in Elogiis urbium vulgo memorari ſolet, cereviſia quoque hordeacea gratiſſimi ſaporis celebre. Cattum amnem præterlabentem ſpectat in convalle longe jucundiſſima, quæ agrorum fertilitate, hortorum frequentia, paſcuorum ubertate, ſalictorum denique ad utramque ripam ſuaviſſima umbra nulli ſecunda. Nomen accepit, ſicut Chryſopolis Ciliciæ, & altera prope Chal-

Chalcedonem, ab aurifodinis, quæ in montibus vicinis (quanquam omnis fere planicies ejusdem ferax) olim copioſæ, maximeque circa A. C. 1110 tam fœcundæ, ut ſeptimo quoque die centum quinquaginta libras auri dediſſe legantur: e quibus una libra, ſive, ut quidam volunt, octoginta aurei Rhenani Senatui urbano ceſſerunt; tanta adhæc aurifoſſorum copia, ut Henricus Pius Sileſiæ Dux, cum Tartaris ex Aſia in Poloniam, & per hanc in Sileſiam irruentibus congreſſurus, quingentos metallicidas Goldbergenſes ſub ſignis haberet, eosdemque in campo Lignicenſi, ſe præeunte ſtrenue usque ad mortem, attamen ad virium Tartaricarum attritionem non mediocrem, dimicaret. Ab illo vero tempore foſſurarum terreſtrium deinceps per unum atque alterum ſeculum & ultra, aliud non terrenum, ſed divinius aurum huic opido excitatum: de quo facere non poſſum, quin elegans epigramma Poëtæ cujusdam noſtratis ſubjiciam:

Nomina Goldbergæ fecit mons aureus olim:
Hic auri locuples namque fodina fuit.
Nunc aurum defit: ſed cur Goldberga vocatur?
Plectra quod heic reſonent aurea Pieridum. (*b*)

Scholam intelligo illuſtrem circa annum Chriſti cIↃ IↃ IV fundatam, atque à Friderico II Lignicenſi Principe in (*c*) Cœnobium Franciſcanorum à D. Hedwige iſtheic exſtructum, collocatum, ſub Valentini autem

autem Fridlandi Trocendorffii Rectoratu adeo claram, ut Aurimontium quamvis neque valde magnum neque eximie ſplendidum, eſſet tamen laudatiſſimæ gentis Sileſiæ commune quaſi phrontiſterium, non ſolum cum popularibus urbibus celebritate famæ certans, ſed & hoſpitum nobilitate, & illuſtri frequentia, quos ex Bojemia, Polonia, Luſatia, aliisque provinciis attrahebat, fides, diligentia, diſciplinæ ſeveritas in Trocendorffio ab omnibus prædicata, plerisque antecedens. Graviſſimam calamitatem A. C. CIↃIↃCIIX a Catti eluvione, quæ tamen tolerari potuiſſet, niſi quinquennio poſt acceſſiſſet altera magis calamitoſa. Accidit illa poſt vigiliam primam noctis, feſtum glorioſæ Reſurrectionis Dominicæ ſequentis: qua totum opidum, paucis exceptis domunculis, quæ integræ manſerunt, omnemque civium ſupellectilem,

In ſegetem veluti cum flamma furentibus Auſtris
Incidit, - - - -

abſumpſit, aut vaſtavit ignis: ita ut una nox inter opidum intereſſet, mediocriter florens, ac nullum. Non heic curiæ, non Scholæ antiquæ Trocendorffianæ, non ipſi denique templo parcitum. At enimvero nec hoc quidem ſat erat: niſi novam paullo poſt cladem, & hac & aliis luctuoſiorem adderet Apollo ille *βέλος ἔχε τι ἐυκὲς ἀφιεὶς*, eum in modum ſæviens, ut non modo cum aliarum rerum omnium, tum inprimis

inſtaurationis cœptæ præberet ocium, ſed & brevi temporis ſpacio meliori civium parte opidum exhauriret, atque in locum alioqui non inſalubrem cum Cœlo ſuo Sardinia immigraſſe crederetur. De qua quidem Goldbergæ *πανωλεθρία* vide ſis eruditam, ſed lamentabilem diſſertationem in Schola Jarovienſi a Daniele Vechnero Aurimontano habitam: item Jacobi Guntheri orationem Paracleticam, quam inſcripſit - - - Aurimontani Sileſiæ Lygiæ. Et vero tunc deſiiſſe videbatur ac funditus periiſſe Goldberga, niſi in ea inſtauranda popelli calamitatem miſertus Illuſtriſſimus Princeps Georgius Rudolphus vere excelſum, liberalemque animum oſtendiſſet, aliorum item Magnatum, ac piorum hominum benignæ manus ſubſidium tuliſſent: Unde quæ conſumpta, paullatim excitarentur, atque in formam reſtituerentur priſtinam. Schola ſane illuſtris auguſtior multo quam arſit, jam nunc relurrexit, alterum ſuum auctorem grato animo decorans. Sit utinam diuturna, & melioribus auſpiciis in ævum longius condita. (*d*)

(*a*) Inſigne urbis Aquila nigra eſt in tribus montibus conſpicua.

Eccleſiam habet e quadrato lapide ſtructam in formam Crucis, B. V. Mariæ, & S. Michaëli nuncupatam.

Templum S. Nicolai urbi cum Cœmeterio extra opidum in loco ediſiore ſitum eſt. Qui locus ſolus circa Goldbergam, & unicus eſt, qui a foſſionibus metallicidarum immunis manſit hactenus, hinc hodienum communi dicitur paræmia, GOLDBERGENSES MORTUOS in AURO SEPULTOS eſſe. De Aurifodinis conferantur, quæ ſupra Cap. III. § 38 & 42 adnotavimus.

(*b*) Non

(b) Non diſcordant, quæ alius quidam e noſtratibus Poëtis canit de Aurimontio, p. 85. 86.

Aurea mortales vivebant ſecula primi,
Auri cum nondum mineras ſcrutatus opimas
E penito Veſtæ gremio, nova pabula luxus
Erueret foſſor, neque thyrſo accenderet acrî
Pectora ſacra fames auri. Tunc ſcilicet aurî
Non erat in pretio pretium; ſed puriter acta
Simplicitas vitæ morumque probata bonorum
Integritas. Ætas hoc floruit aurea cenſu,
His opibus. Sed ubi ſucceſſit ahenea proles,
Corruptum eſt avum venæ melioris, & aurum
Effoſſum terris, ac blanda pecunia mentes
In vitium flexit. Jam non contenta parantu
Luxuries modico, & frugalem ducere vitam
Neſcia, congeſtam male dilapidabat opum vim.
Non ergo eſt felix, fluxas qui poſſidet auri
Obbas, ſi mens ſit virtutis nobilis expers.
Hinc expende vices variantis, Chryſori, ſortis,
Aurea te quondam pretioſa dote beare
Ætas viſa fuit, foſſor cum divitis auri
Florentes venas montis ſub cauta profunda
Perveſtigaret. Sed nunc ubi montis opimi
Divitiæ? latitant inferna nocte ſepultæ
Cæcis & cryptis. Aurum, quod promat, Orcas
Non habet. Agreſti gaudens paupercula victu,
Et modicis contenta bonis perquirere crenas
Negligit aurigenas, & opes elementa malorum.
Aurea ſic olim Saturno principe vixit
Progenies, ignara lucri luxuſque guloſi.
O te felicem, bona ſi tua, Chryſori, norit?
Auri nomen habes, auri licet indiga, nomen
Aurea quod dudum Muſarum plectra ſacrarunt
Auratis Cœli templis. Hoc nempe rependit
Munus Apollo tibi, cujus nutricula pridem
Dulcis eras clari ſtudiis celebrata Lycei.

Hoc decus, hoc nomen neſcit conferre fodina,
Omne licet cæci Ditis tibi congerat aurum.

(c) Exſtructum A. D. 1212. Qui Cœnobium iſtud demoliri cœperunt, fuerunt Huſſitæ A. D. 1428. illud diripientes, fornicem Eccleſiæ igne frangentes, & in Religioſos crudeliſſime ſævientes, poſtquam (ut habet Curæus) jam anno ſuperiore, nimirum 1427, tanta eorum fuit rabies, ut Laubenæ, Haynoviæ, & Goldbergæ pueros in ſcholis, & ſacerdotes in templis mactarent & alioquin promiſcuis cædibus omnia miſcerent. Qualis legitur fuiſſe crudelitas Mycaloſſi edita a Thracibus, quos attraxerunt tempore belli Peloponneſiaci Athenienſes, qui eodem anno in Sicilia robur ſuum militare & imperium amiſerunt.

Anno rurſus 1431. 25. Martii, exuſto monaſterio Procruſtes iſti extra Urbem Religioſum Fratrem Thomam Huſſiticæ rabiei vitandæ cauſa ab urbe fugientem circa pagum Lopacium errantem ceperunt, captumque & ciſtæ ligneæ incluſum diebus Dominicæ Reſurrectioni ſacris ante urbem combuſſerunt: quam Paſchalem victimam crudeles Hæreticorum manus ſuæ quidem tantum immanitati mactaverunt; Ipſe vero Thomas gratam ſeſe DEO Hoſtiam immolavit, dum cum Thoma Apoſtolo Dominum ſuum, & DEUM ſuum, in Venerabiliſſimo Euchariſtiæ Sacramento vere præſentem coram hominibus confeſſus animam ſuam, & vitam pro Chriſto ejusque Fidei veritate poſuit, ea motus charitate, qua nemo habet majorem. Nos hanc hæreticorum rabiem, dum eam de nocte quadam meditaremur, hiſce perſtrinximus:

Sacra fames, & dira ſitis, vos impia turba
Chryſorin, illa auri, ſanguinis iſta, trahit.
Vos tenet aſt nimium ſpeciei utriusque cupido:
Nec ſanguis, nec opes Urbis eam ſatiant.
Victima ſed veſtræ mactanda famique ſitique
Vix urbe egreſſis mox nova capta fuit.
Franciſcanus enim Thomas cum fratribus illo,
Quo vos veniſtis, tempore non aderat.
Hunc captum dum vos arcta ſervaſtis in arca,
Aureus ex Goldberg nonne theſaurus erat?
Aurum erat, Huſſiada veſtro quod in igne probaſtis
Aurum, & amore DEI, martyrioque rubens.

De Conventu iſto Goldbergenſi, num ad PP. Franciſcanos Conventuales, num vero ad Diſcalceatos olim ſpectarit, controverſia duas has inter

ter

ter Familias Seraphicas hodie verſari videtur. Nos, quod veroſimile eſt, aſſerimus: Conventuales quidem ad primævam fundationem, quæ jam ab ipſa S. Hedwige facta fuit, vocatos fuiſſe, eo quod ætate illa nulli adhuc diſcalceati ſtrictioris obſervantiæ in Sileſia domicilium fixerint, ſed ſequenti primo Seculo a S. Joanne Capiſtrano ad varias patriæ noſtræ urbes introducti fuerint; fieri tamen potuit, ut, quemadmodum aliis in locis factum fuiſſe conſtat, illis his vel tempore motuum Huſſiticorum, vel citius aut tardius (an ſponte, an coacte? non definimus) loco ceſſerint.

Hiſtoriam de Caſparo Hoppio pannifice Goldbergenſi, qui Laubæ opificium ſuum continuans, A. O. R. 1692 tempeſtate autumnali ſingulis ferme diebus circiter horam ut plurimum quartam veſpertinam profundo ligatus ſomno conciones ſive homilias e lecto recitabat, M. Georgius Wendius Wratisl. Gymnaſii Thorun. Rector & Prof. Publ. anno 1699 diſcuſſit, diſcuſſionesque ſuas, ſive Reflexiones deſuper formatas, & Perilluſtri Domino Abrahamo a Seiler Toparchæ in Protſch/Weida/Lilienthal/Leuten und Sare ꝛc. Duc. Wrat. Deputato &c. dedicatas, dicto anno Gedani typis dedit: ad quas lectorem ablegamus.

Diluviorum, quibus variis vario tempore immerſa fuit, unicum lector habeat a docto calamo delineatum:

CATIUS,
Sileſiæ Fluvius,
Quatuor ſupra Goldbergam mill. oriundus,
Siccis hinc inde pedib. plerumque trajiciendus;
A. C. M. DC. IIX.
IV. Non. Jun. ab hor. III. ad VI. p. m.
inter imbres & tonitrua alicubi ad ulnas
aſſurgens XVIII reſtagnans ad MLII.
funeſtis & abominandis fluctibus
intra II. mill.
Agros, Pomaria, Prata, vaſtavit:
Ripas, Aggeres, Muros diruit:
Arbores etiam bicubitales, medio fractas
fiſſasve abduxit.
Saxa ingentia, lapides molares, lintres
ſaxeos abripuit:
Villas VII, Ædes ſupra L. Horrea
XXIV evertit:

Pontes quosvis, Ædificia innumera,
Hydromylus omnes corripuit:
Domum ictu fulminis ardentem ad
aliquot jugera devexit:
Pecora supra CCCCCC Gallinas quoque &
ipsos Anseres suffocavit:
Homines
Omnes attonitos reddidit:
Multos miraculoseque postliminio
vitæ restituit:
Plurimos re familiari, non pauces
Sanitate & ebeu! CXXVI
Nec prægnantibus, nec puerperis parcens
Vita privavit:
E X U V I A S
Incolarum XLII, Extraneor. XIV.
S. P. Q. G.
Ut Comitatu frequentissimo, ita &
spectaculo luctuosissimo juxta
Ædem D. Nicolai, Pietatis
gratia funeravit.
En homo
Iræ & bonitatis Divinæ Exemplum,
Calamitatis Aurimontanæ
Speculum.
Contemplare, time, adora
Sepultis Quietem;
Vivis melius Fatum
Utrisque Æternam Salutem
a
D. O. M.
adprecare.
Joannes Feigius, Scholæ Ducalis Rector
Reique Publ. Goldbergensis Consul,
Posteritati merito consecravit.

(*d*) Inane votum! cujus hæc schola vel ideo compos fieri (nostro quidem judicio) non potuit, quia illi superstructa fundamento, Cœnobii nimirum

nimirum Religioſorum everſioni, quæ Divæ Fundatricis ſanctæ voluntati (cui fine impietate poſteri obniti non potuêre) adverſabatur.

Cæterum ex magno numero virorum doctrina præſtantium Aurimontio ortorum paucos Lector habe ſequentibus elogiis ex Henelii Sileſia Togata excerptis celebratos.

GEORGIUS TILENUS, J. C.

Non artiũ ſolum ſuæ ſcientiæ clariſſimus, verum etiam in humaniori-bus litteris, ac præcipue poëticis ita verſatus, ut ab acerrimis harum rerum judicibus in præſtantiſſimorum Germaniæ Poëtarum numerum relatus fuerit; patriam habuit Aurimontium. Patavii decurſo juris ſtudio Doctoratus, quæ vocant inſignia non tam præmium virtutis (hoc enim & propter ſe, quia honeſta, & propter voluptatis & utilitatis conjunctionem, ipſa ſibi ipſi præmii ſatis eſt, neque alienis magnopere indigere commendationibus) quam eruditionis non protelariæ teſtimonium anno ætatis vigeſimo octavo ſuſcepit. Principum Olſnenſium Monſterbergenſium poſtea Conſiliarii locum tenuit. Colica doloribus mortuus annorum triginta quatuor. Cæterum ut non omnis mortuus ſit, ſingularis ejus amici J. Meblii Conſiliarii Olſnenſis cura factum eſt, publicatis nimirum ipſius poëmatis, quæ elegantiam miram ſapiunt, & quam poëtarum ſacra non perfunctorie nota habuerit, verum, ut Epopta, ad intima quæque illorum arcanorum penetralia admiſſus, ſatis ſuperque teſtantur. Plura de Tileno, ſi voles, vide ſis ipſiusmet Meblii in poëmata, quæ dixi, præfationem: tum excerpta M. Mel. Adami volumine primo literati in Germania ſeculi.

Sil. Tog. lib. 6. No. 14.

HIERONYMUS WILDENBERG.

Qui & Ferimontanus, nonnullis etiam Cincularius, Patriam habuit Goldbergam: ætatis ſuæ Philoſophus ac Medicus eximius. Maximam vitæ ſuæ longævæ partem in locis extraneis tranſegit: ſed ad ſuos ſub annum 1504 reverſus. Ex hac vita diſceſſit pridie Kalendas Octobris anno Epochæ Chriſtiano 1558. - - - Reliquit aliquot ingenii eruditi monumenta, in queis præter doctiſſima in Ariſtotelis 8. Phyſic. item in libr. de Cœlo, de Gen. de Meteoris, & de Animal. Scholia omne laudis punctum meruit, epitome rationalis & Moralis Philoſophiæ, de qua Tilemanni Culmenſis, ac poſtea Warmienſis Epiſcopi, hujuſmodi ſequitur judicium: Egregie, doctiſſimeque Vir, ac amice charisſime, libellus, quem ante pluſculos dies dono

ac te

a te accepimus, fuit nobis multis nominibus gratus. Inter quæ non infimum hoc, quod non ſine voluptate recordationem nobis refricuit eorum, in quibus olim pueri ſudavimus: videmusque induſtriam hanc tuam omnibus Ariſtotelicæ Philoſophiæ ſtudioſis utilem, atque autori teſtamento non parvo futuram eſſe. Neque deerunt Gratiæ promerito. Quod autem citius non reſpondimus effecit, quod nobis prius lectione emetiendus erat liber, quam Judicium noſtrum de illo proferremus. Valeat Excellentia tua, nosque diligat. Ex arce noſtra Lubornen. *die 16 Aug. A. 1546. monumento ipſius honorario, quod in templo Aurimontano parochiali conſpicitur, inſcripti verſus epitaphii 6, quorum Autor creditur Joan. Clajus:*

Tradidit ingenuas heic Wildebergius artes
Edidit & ſcriptis optima quaque ſuis.
Goldbergaque Scholam fecit, Culmaque celebrem,
Nunc eſt cœleſtis pars quotacunque Scholæ.
Ad quam nos etiam Doctor, Summusque Magiſter
Quam primum miſero Chriſtus ab orbe vocet.

* * *

Grata ſopho quei non ſileat formare Juventam;
Præſide me Schola habet Cattica principium.
Sil. Tog. lib. 7. No. 4.

LAURENTIUS CIRCLERUS.

Non obſcurum aut Patriæ noſtræ inglorium nomen vixit, nec indignus adeo, qui honos deferatur poſthumus, Laur. Circlerus Goldberg. & ipſe γνήσιος: Vir non minus integritate ac pietate ſingulari, quam doctrina, ac eruditione varia, prudentiaque excellenti præditus. Philoſophus cumprimis & Orator perquam eximius.

In cujus encomio fuſior eſt noſter Henelius, quam ut brevibus hic exprimi valeat: quo lectorem remittimus. Exſpiravit Spiræ Nemetum anno 1598. Sileſ. Togat. lib. 7. No. 18.

JOANNES MYLIUS.

Patriam habuit Goldbergam opidum illud ab ubere proventu doctorum hominum, quos aut genuit, aut formavit, non exiguam nominis celebritatem adeptum. Ibi ergo in lucem editus A. 1566 Parentibus honeſtiſſimis.

mis. - - - - In arte Medica Doctor creatus non ſolum Poliater Lignicenſis, ſed & Illuſtr. Lygiorum Principis Georgii Medicus, & Conſiliarius factus fuit. Poſt annos vitæ ſeptuaginta duos exſpiravit anno 1639. Cujus epitaphium honorarium tale:

Iſthic quo Mylii conduntur membra, quieſcit
Hippocrates alter, Lygia terra, tuus.
Principis huic curæ, dum vixit, vita ſaluque
Et mediæ populum juvit Apollo manu.
Quæritat hinc medicum Princeps illuſtris, & hujus
Expertam reperit quilibet ager opem.
Imo ipſa ad tumulum plorans medicina: ſupremum
Cultori ſtatuit tale poëma ſuum.
Noſter amor: Medici felicis nomine dignus
Æterna Mylius, laudis agalma tenet.

Aliud:

Hic ſitus Archiater Mylius poſt funera docti
Spectamen quondam nobile Philoſophi.
Spectamen Medici fidi. Vis plura Viator?
Germanus ſitus hic Celſus & Hippocrates.

Sil. Tog. lib. 8. No. 45.

DANIEL VECHNERUS, Poëta Laur.

Egregium ſibi decus Goldberga genuit: ubi vitalem in hanc lucem prodiit tertio Eidus Januarii anno 1572 parentibus honeſtiſſimis, Georgio Vechnero, per annos duos ac quadraginta Senatore ac Conſule bene merito, & Martha Petri Steinbergi filia. Scholis aliquibus Sileſiæ præfectus fuit. Anno 1632. 23 Junii vitam cum morte commutavit. De laboribus vero Vechneri Scholaſticis quid dicam? teſtantur tot ingenia, quæ excoluit, tot hominum doctorum teſtimonia, tot denique ejus ſcripta publicis typis excuſa: In quibus Hellenolexia, ſive Paralleliſmus Græco-latinus invitationem Græcorum in lingua latina, duobus libris juſta methodo tractans, cujus editio altera auctior, accuratiorque Argentorati curante Matthia Berneggero, Prof. Publ. A. MDCXXX prodiit, & Lipſiæ iterum 1689. 8. δεῖγμα Syntaxeos formandæ pro tyronibus linguæ latinæ ad expeditam rationem componendorum ſcriptorum Ciceronis pro A. Licinio, Archia Poëta & M. Marcello Orationes ſimplicitate Logica ad marginem illuſtrata cum artificio elocu-

tionis Oratoria ſingulis membris accurate ſubjecto : Amplificationum Rhetoricarum pars prior, itemque pars altera, de argumentationum Tractatione Rhetorica : Duciſſæ Lignicenſis ac Brigenſis ſermo parentalis , Sophiæ Eliſabethæ Principi Anhaltinæ, Duciſſæ Lignicenſi dictus : Oratio parentalis M. Pancratio Crugerio habita, ac diverſa (ut erat Poëta eruditiſſimus) carmina. Sil. Tog. lib. No. 41.

§. 50.

GORTZOBA.

Oppolienſis Ducatus opidulum.

§. 51.

GOTSBERGA.

Gottsberg/ (a) opidulum ditionis Hohbergiorum, metallicorum privilegiis gaudens , in Ducatu Suidnicenſi, argenti, æris, plumbi nigri venis ibi adapertis celebre : inprimis vero carbone foſſili abundans, qui plurimus a fabris ferrariis vicinis, ubi ligna deſunt, aliò devehitur.

(a) Cum anno 1555 argentifodinæ repertæ fuiſſent, DEO omnium bonorum Largitori grati incolæ montem ſuum nuncupare cœperunt. Eccleſiam habet a foſſoribus metallicis anno 1535 erectam.

An. 1633 magnam cladem a fortuito incendio accepit.

An. 1645 a Suecis depilata, & ad miſeram egeſtatem redacta.

Inſigne Gottsbergenſium metallicudinam & fodinam exhibet. Hohbergiorum noſtra memoria poſſeſſio. De metallifodinis earumque conditione evolvenda ſunt, quæ ſupra ad Cap. III. §. 42 commentati fuimus.

§. 52.

GOURA.

(a) **Guraw/** Cromero *Gora*, opidum Ducatus Glogovienſis limitaneum, & Polonorum agro contermi-

terminum: editiori loco, omnibusque ventis præsertim Aquilonaribus expositum, frumentario foro præter ceteras commoditates celeberrimum. Magna siquidem vis frumenti singulis septimanis huc convehitur, idque propter Situs opportunitatem ad Poloniam. Jura patronatus primarii templi a trecentis annis possederunt Burggravii Dohnenses. (*b*) Glogovia distat quatuor milliaribus. Elevatio poli est 50. 38. longitudo 39. 6.

(*a*) Et Guravia dicitur a Guhr, quod Polonico idiomate montem significat.

Agri sunt sabulosi & lapidosi, mediocriter tamen fertiles, inquit Curæus.

Cœpit secundum opinionem Curæi ætate Henrici Barbati, qui libenter in illa vicinia morabatur propter venationes.

Prima mentio Guræ in historiis fit anno 1309. Eo enim anno Joanni filio Henrici Tertii pro parte sui patrimonii assignata sunt oppida Stinavia & Gura.

An. 1457, quo Pragæ mortuus est Ladislaus Rex, 6 Septembris, Oppidum Gura universum unà cum templo conflagravit. Curæus.

Bellum Gurense, quod movit Rex Matthias contra Joannem Principem anno 1480, descriptum legitur apud eundem Curæum fusius.

An. 1640 vel, ut Pufendorffius scribit Lib. II. §. 20, An. 1639 Gura in potestatem Suecicam pervenit.

An. 1642 a Cæsareis quidem recuperata, sed a Dorstensohnio denuo capta.

An. 1656. 30 Augusti vespillo Guravienſis ob sparsos pulveres venenatos & pestiferos ignis supplicio affectus est & punitus. Extra urbem olim officinam fuisse monetariam, Privilegium desuper concessum & ibidem adservatum docet: illa tamen temporum bellorumque injuriis dissipata fuit.

(*b*) Templa sex numerata fuere quondam: 1.) Parochiale S. Michaëli, S. Jacobo Majori, D. Georgio & D. Catharinæ sacrum, cujus jus

Patronatus ad se spectare Illustrisimus Burggravius de DONAU asserit. 2.) Sanctæ Crucis penes Parochiale, eoque antiquius. 3.) S. Nicolai ad portam Glogovienſem. 4.) ab urbe uno ſtadio remotum templum Corporis Chriſti, quondam peregrinationibus, quas monumenta juxta viam poſita hodieque docent, celebre. 5.) B. V. Mariæ ad portam Polonicam. 6.) Juxta Monaſterium PP. Conventualium S. Franciſci ad portulam veſtuſtam S. Crucis.

RR. PP. Franciſcanos hic olim conuentum habuiſſe & Eccleſiam, ex illorum annalibus conſtat.

Inter viros ſcientiis virtutibusque præſtantes, quos GURAVIA protulit, grata nobis memoria recolendi ſunt duo

ANDREAS & WENCESLAUS NERLICHII,

Patre Conſulari Guraviæ dignitate & præclaris animi dotibus prædito progeniti. Quorum ille ob ſingularem in Jure dicendo prudentiam & in publicis patriæ rebus peritiam doctrinæque præſtantiam apud inclytos Sileſiæ Principes & Ordines ſub finem præteriti ſeculi per annos complures Oratoris ſive, ut vocare amant, Conſtituti Provinciæ Generalis munere laudabiliter functus, Sileſiæ ad mortem usque placidam atque beatam ſtudia ſua pie conſecravit:

Hic autem ob ingenii dotes Venerabili Jeſu Societati adſcriptus, cum elegantioribus Muſis Philoſophicas non minus quam Aſceticas diſciplinas, Theologiam præſertim ſcientiarum principem, ita conjunxit, ut non ſolum orator & Eccleſiaſtes haud vulgaris ultra ſpacium annorum viginti tam in Sileſiorum metropoli, quam in aliarum vicinarum provinciarum & urbium cathedris primariis hucusque auditus fuerit; ſed & hodienum judicio inprimis limato, ingenio acri, memoria felici atque mire tenaci, ſingulari dicendi facundia, oratione ad gravitatem ſimul & gratiam compoſita, voce ſonora & ad docendum perquam apta penetrantique, non in labiis nata, ſed ex ipſo corde ſcaturiente & aliquid latentis energiæ habente, veluti Hercules quidam Gallicus catenulis ex ore pendentibus ingentem hominum turbam auribus ſuſpenſam teneat. Cui tanquam noſtro in ſtudiis litterarum olim Magiſtro peculiariter devoti, ex animo grato vivam vovemus longam & incolumem, ad Dei majorem gloriam animarumque plurimarum ſalutem nec non noſtrum ſolatium impendendam.

Memorandi ſunt etiam inter Guravienſes litteratos WOLFGANGUS GASTO, Phil. & Med. D. Conſil. Ducal. Lignic. ℔. 1657. æt. 71.

GODO.

GODOFREDUS FLAMINIUS GASTO, Phil. & Med. D. & Phyſicus Leſnenſis. ℔. 1658. æt. 58.

§. 53.

GRYPHIMONTIUM.

Greiffenberg / ſive Greifenberga, (*a*) Baronis Schaffgotſchii in Ducatu Jarovienſi Opidum non ignobile, ad Quiſſi fluenta ſitum: cui famam conciliant, quæ diligentiſſime illic excoluntur, linificia. Unde ingens mercimoniorum commoditas, & luculentum incolis lucrum. A. C. CIↃIↃCIII die XX Maji ſubortis ex improviſo ignibus totum pene in cineres fuit redactum: ſed quod jam nunc elegantius, quam fuit, inſtauratum. In vicinia ejus hodieque exſtant ſtanni fodinæ uberes. Ad quartam milliaris partem contigua Opido eſt Arx

(*b*) GREIFFENSTEINA editiore monte ſita: ſed opidum ipſum in valle eſt.

(*a*) Diſtat milliaribus ſedecim Wratislavia.

An. 1242 a Boleslao Calvo exſtrui cœpit, a Boleslao Bellicoſo autem muris cingitur anno 1300.

Sub Curia lapidea, nec non in Eccleſia Parochiali ſub ara principe fontes duo juges ſcaturiunt.

Intra annorum haud multorum ſpatium, annis puta 1572, 1603, 1624, 1634, quater in igne penitus conſedit, & anno 1641 magna rurſus ſui parte conflagravit.

(*b*) A Boleslao Procero anno 1198 exſtrui cœpit, nomen ſuum a Gryphibus, quos illo in loco nidificaſſe quidam nimis creduli ſomniarunt, obtinuiſſe a nonnullis traditur. Sunt autem, qui a Boleslao Calvo, Henrici Pii filio, primo erectam fuiſſe volunt.

Hoc caſtrum (ſi Naſoni noſtro fides) a Boleslao Bellicoſo Heroi illi Gothardo, quem Schaffengotſche nominarunt, ob egregiam & heroi-

cam virtutem, quâ in conflictu Erffurtenſi inclaruit, una cum multis aliis fundis donatum fuit. M. Joannes Tralles tamen in Mauſolæo Schaffgotſchiano (quod Lipſiæ 1621. in 4. prod.) tradit, hanc arcem una cum opidis Gryphimontio & Frideberga a Carolo IV poſt expeditionem Erfurtenſem in virtutis præmium præfato Heroi Gothardo Schaffio collatum fuiſſe, cum quo Martinus Opitius conſentit in ſeiner Hercinie p. 266. (edit. opp. poſtrem.)

In veteri armamentario enſis oſtenditur pervetuſtus, in quo verba ſequentia cælata leguntur:

An. 1488 hat Herr Ulrich Schaffgotſche mit dieſem Schwerdt die Ritterſchafft getrennet auff der Buntzlauiſchen Hayde.

Prope Caſtrum juxta locum, quem a corvis Rabenau cognominant, ſuccinum ſubrubrum effoditur Pruſſico non diſſimile.

Ungefähr dreyviertel Meilweges darvon ſeynd zwey Zien-Bergwercke/ deren eines bey den Alt-Vätern/ das andere Hundesrucken benahmet worden.

Arx & Urbs Gryphorina a Fechnero hiſce deſcribitur, p. 68. 69.

Nam quid alis monſtri cæci ſub nominis umbra?
Quid cum Gryphe tibi fuit aut eſt, Gryphori mitis?
En portentum ingens, immane, biforme; Chymæram
Dira quod ſpecie poſſit ſuperare! rapacem
Pars antica refert aquilam, poſtica tyrannum
Brutorum oſtentat tergo caudaque leonem.
Nullibi terrarum conſpecta eſt hybrida talis
Beſtia. Nec Libye monſtrorum prodiga mater
Quadrupedes unquam volucres produxit in auras.
Sed bene habet: Vates, quibus eſt conceſſa poteſtas
Quidlibet audendi, gemino ſub ſchemate bruti
Aligeri monſtrant generoſa Symbola mentis.
Inter aves aquilæ debetur gloria princeps,
Inter quadrupedes, ipſa re teſte, leoni.
Prendit uterque ſuos hamatis unguibus hoſtes,
Correptamque ſemel prædam dimittere neſcit.
Et fervente redux ſemper certamine Victor.
Fortius has verò geminato corpore vires
Expedit. Hinc gryphes grandes rapraſſe caballos
Armatosque Viros magnum per inane feruntur.

Aſt

Aſt ut ſervarent tuto munimine parta,
Arduaque inacceſſa rupis ſpelæa colebant.
Jam licet inſignem facile cognoſcere Gryphum,
Et dextrum auſpicium, gryphis quod nobile nomen
Offert. Sublimis prærupto in vertice petræ
Arcem Gryphoriam veteres ſtruxêre Dynaſtæ,
Hoſtes ut contra ſubitos tutamen haberent
Securum ſatis, & tutæ ſtatione locatum.
Scilicet eſt Arcis rapidas arcere latronum
Alaribus patriis turmas, finesque tueri.
Tandem Schaffiadum præluſtri gente Gothardo
Princeps, belligera nulli qui laude ſecundus,
Bolco dedit Gryphiſpyrgum, propriumque dicavit:
Hoc meruit bello virtus animoſa bravéum.
O miram verò miro rem fœdere junctam!
En ſocia gryphes ſtabulantur ovesque ſub umbra
Arboris excelſæ, concordi pace latæ!
En Jovis armigeri communis protegit ala
Pacis amans animal bellatoremque leonem;
Ac Martis caſtrum priſci ſimul ornamentum
Irenes nunc eſt, patriæque corona quietæ:
Hac etiam fruitur felici ſorte propinqua
Urbs, excellenti celebrata vocamine gryphis.
Hac ignara trucis ferrum tractare Gradivi,
Exercet melioris opus ſtudiumque Minervæ,
Linteaque conficiens e molli ſtamine lini,
Linteæ, quæ poſſint ſerum contendere textis.
Artibus, his opibusque valet, nec vile lucellum
Sleſidos Heſperiæ parit hæc ſpecioſa coronis.
Tanti eſt tutelæ Domini gaudere benigni!

In nomen porro urbis, & Litteratos inde oriundos Naſo noſter in Phœnice Redivivo non minus ingenioſe:

Gryphorum a Nido deſumpſit patria nomen,
Dixero vos Gryphes, patria nidus erat.
Ingenii varias alis volitaſtis in oras,
Gryphorum a vobis mons modo nomen habet.

Nam

Nam patria veſtro feciſtis nomine nomen,
*Vos celebres * GRYPHOS progenuiſſe liquet.*

Inter Viros autem, in Gryphorino hoc nido cum Pallade ex Jovis cerebro excluſos, jure meritiſſimo numeratur

CASPAR SWENCKFELDIUS, Med. Doctor,
cui ſequens noſter ſcribit encomium:

Gryphimontium Ducatus Jarovienſis oppidum haud ignobile ad Quiſſi fluenta ſitum Caſparem Swenckfeldium, Philoſophiæ ac Medicinæ Doctorem perquam celebrem, protulit. - - - Abdita naturæ & rerum cauſas inveſtigando, herbarum poteſtates, ac medicamentoſas ſtirpium facultates rimando, in Anatomicis ac pharmacorum cognitione ſeſe exercendo, tam laudabiles progreſſus fecit, ut celebertima ac vetuſtiſſima Baſilienſium Academia, in qua Caſpari Bauhino Aſclepiadæ nobiliſſimo aliquanto temporis ſpacio operam dederat, longe digniſſimum cenſuerit, cui Laurus Apollineæ ſpectatæque virtutis honorarium tribueretur. Neque vero in patriam cum rediit, infructuoſus illi aut inglorius vixit; ſed praxin favente genio aggreſſus, apud Hirſchbergenſes primum, inde vero inclyta Luſatiæ urbe Gorlicio ſumma cum laude, ac plurimorum ſalute medicinam fecit: ea quippe arte inſtructus, cui nulla eſſet ſupellex, non ſe venditante, non morbos conſueto extrahente, non operoſe nihil agente, ſed multiformium ægritudinum expultrice, verisque ac fidelibus experimentis commendata, neque tam ſollicita de re & fama agenda, quam de ſalute ægri, cæterum ita facili, ac ſimplice, ut non puderet eum parabilia remedia præferre oneroſis, & detractionem additioni. Hinc illi præcipua dignitas: hinc auctoritas; ſed cui cumulus acceſſit ab editis in lucem cultiſſimi ingenii exquiſitæ doctrinæ monumentis, quibus univerſæ Europæ ceu radiis quibusdam ſparſis innotuit. Inter ea non poſtremas obtinere *Theſaurum pharmaceuticum*, quo univerſam materiam hinc inde diſperſam ex præſtantiſſimis ſcriptoribus tam veteribus quam neotericis, methodo pulchra, diligentia ſingulari unà in *σύνοψιν* congeſſit, ac redegit, medicorum filii cenſent; noſtro autem puncto eximiam id illi laudem peperit: *Sileſiæ ſuæ* non *herbas* modo, *frutices*, *arbores*, *radices*, *flores ac fructus recenſuit*, literisque ac memoriæ ex obſcuro ignorantiæ carcere prodidit, ſed & *mineralium*, ac præcipue *thermarum Hirſchbergenſium hiſtoriam adjuncta utendi methodo*, cum uſu publico communicavit: *animalia* denique, *quadrupedia*, *bipedia*, *pluripedia ex volantium*,

* Gryphus ſermo ſubtilis & inſolubilis, *natan-*

natantium, reptilium, gradientium genere accurate notavit & copioſe *deſcripſit*, nominisque adeo ſui famam cum clariſſimorum, quos habuit Sileſia, virorum æternitate conjunxit. Naturæ debitum perſolvit, qui naturam doctiſſimis ſcriptis illuſtravit præpotentis Jehovæ majeſtatem ejus indagatione miratus, veneratus quoque bonitatem, 5. *Id. Jun. eod. an. quo naturæ illud miraculum, ſeculi lumen, Decus virtutum, Princeps ingenii ac doctrinæ, magnus heros absque controverſis, ipſoque adeo Juſto Lipſio (ita cum Julio Cæſare Bulengero ac multis aliis, quos haut amœnitas modo liberalium ſtudiorum, ſed Muſarum receſſus altior & ſecretior delectant, ſentio) longe ſuperior, Joſephus Juſtus Scaliger, Julii Cæſaris filius, terras reliquit.* Sil. Tog. lib. 6. N. 29.

§. 54.

GROTGOVIA.

Grotkau, opidum haud incelebre in lætâ ſitum planicie, ac Vratislaviâ quidem octo, Brega duobus, Niſſâ verò quatuor milliaribus abjunctum. (*a*) Slavoniſmum nomen redolet, ab eodemque fonte profectum videtur, quo tot opidorum, urbiumque vocabula nota ſunt, Viſzygrod, Novogrod, Stary-grod, Bialygrod, Grodno, Grodeck, & id genus alia. Duo in hoc opido notabilia: unum, quod in ſylva publica civium unicuique liceat lignare: alterum, quod ſingulis civium domiciliis certi agri diſtributi ſunt, ac deſtinati, eo fine, ut haberent ſinguli, unde vitam, aliis deficientibus mediis, ſuſtinere queant. Epiſcopo Vratislavienſi parere cœpit jam inde à Brecislai Pogerelli Epiſcopi temporibus, qui eam cum univerſo diſtrictu à Boleslao Lignicenſium ac Brigen-

ſium Duce emit, & Eccleſiæ Vratislavienſi (*b*) conjunxit. DEUS illi tutelaris ſanctus Michael.

(*a*) Eccleſiam habet inſignem, & Aulam Epiſcopalem non incelebrem.

An. 1438 à Vladislao Rege Poloniæ direpta & vaſtata fuit civitas.

An. 1445 in Januario à Wilhelmo Oppavienſium Principe ſimile ſatum paſſa. Henel. in Breslograph. Ren.

An. 1449 à fulmine accenſa funditus conflagravit, Eccleſiâ excepta.

An. 1490 tota in igne cenſedit, 4 Maji.

An. 1590. 7 Auguſti ab irato ſibi rurſus Vulcano præter Eccleſiam & ſex domos concremata.

An. 1574. 27 Sept. præſente Martino Epiſcopo domus octo ſupra viginti in cineres redactæ.

An. 1633 menſe Februario à milite Saxonico ſimul & Suecico intercepta fuit urbs, direpta, & ad extremam inopiam redacta. Et licet copiis deinde familiaribus quadantenus reſtituta fuerit, iis tamen rurſus

An. 1642 à Suecorum Archiſtratego Torſtenſohnio ſpoliata ad miſerrimam rediit egeſtatem.

(*b*) Grotgovienſem Principatum à Boleslao Lignic. & Brig. Duce emptum Vratislavienſi cathedræ ſempiterno jure adjunxit & addixit, *verba ſunt Henelii in Sileſia Tog. Lib. I. in elogio Pogarellæ Epiſcopi.*

Gloria vero, quæ principem ſibi locum vendicat, urbis Grotgovienſis eſt

SEBASTIANUS ROSTOCK,

qui ex hac Epiſcopali urbe à civibus parentibus mediocris fortunæ ortus, Niſſæ in Convictu educatus, ex Academia reverſus variis Eccleſiaſticæ vocationis functionibus præfuit, donec civitatis Niſſenſis Parochus & concionator conſtitueretur: ubi tempore belli à Suecis Niſſa capta Stetinum in Pomeraniam Civitatem Suecicam captivus ductus, & aliquamdiu detentus poſt liberationem reverſus in patriam à Capitulo Vratislavienſi electus eſt in Canonicum in æde S. Joannis, ac per triennium Concionator celebris fuit; Anno 1648 factus cum aliis Commiſſarius ad recipienda & reducenda templa Acatholicorum per totam Sileſiam. Poſtmodum Officialis Conſiſtorii, tandem Archi-Diaconus, & Adminiſtrator ſedis Epiſcopalis abſente Eminentiſſimo Epiſcopo Carolo Joſepho Archi-Duce Auſtriæ conſtitutus, & poſt ejus mortem à venerabili Capitulo Vratislavienſi votis

votis conformibus, & ſimul ex placito S. Cæſ. Majeſtatis, annitente ſupremo Regni Bohemiæ Cancellario Comite Joanne Hartwigio de Noſtitz, electus Epiſcopus Vratislavienſis Anno 1664, die 21 Aprilis: Cui poſtea incidente morte Celſisſimi Ducis Georgii Lignicenſis & Brigenſis ſupremæ Præfecturæ Sileſiæ Adminiſtratio à Sac. Cæſ. Majeſtate adjuncta fuit ex fiducia egregiarum ejusdem virtutum, & ſingularis prudentiæ. Quod officium ſublime cum laude omnium, & ad ſingulare beneplacitum Aulæ Cæſareæ feliciter geſſit: tandem ſenio confectus viribusque exhauſtis ſideratus mortem oppetiit beatam A. 1671, die 9 Junii.

Cujus ſequenti capite ulterior fiet mentio honorifica. Huic ad latus ponendi

CASPAR SCHROETTER, ad S. Vincent. Vratislav. Abbas. θ. 1625. ſed. an. 16.

M. CASPAR HILTPRAND, Eccl. Cathedr. Vratisl. Canonicus. θ. 1616 d. 17 April.

§. 55.

GRAETZ.

Hràdetz arx & vicus in Ducatu Oppavienſi.

§. 56.

GRUNBERGA.

Grünberg/ (a) opidum in Sileſiæ inferioris, & Marchiæ confinio, qua ſeptemtriones fulgent, in valle ſitum amœniſima, quam puriſimæ ſcaturigines, rivuliq; limpidiſimi, ut colles ipſos cultiſima vineta, commendant. Unde & nomen Grünberga invenit. Bucholcero Thalloris (b) nuncupata fuit, haud male, ex quo præſertim florere ibi Schola, florere Eccleſia cœpit, & ipſemet herbeſcentem viriditatem è teneris puerorum annis, veluti plantulis, doctrinæ ſuæ inſtituris, elicuit. Ager vicinus arvis, paſcuisque lætiſimus, &

aucupio, venationi ac piſcationi commodiſſimus: cum ſilvas habeat, Viadrum & piſcinas. Neque elegantior in toto Ducatu hortorum Flora. Inter cives maxima eorum copia, qui pannificii arte operoſa rem domeſticam adminiſtrant. Glogovia diſſidet ſeptem, Vratislavia autem viginti milliaribus.

(*a*) Praſia Elyſiorum nonnullis.

An. 1477. 27 Julii Grünbergenſes conflixerunt cum Croſnenſibus, qui populabantur agros ipſorum: Victoria fuit penes Grünbergenſes. Interfecerunt viros 60, ceperunt vivos 150. *Curaus p. m. 327.*

An. 1488 in poteſtatem Matthiæ Regis pervenit.

An. 1582 Grünberga penitus exuſta fuit.

An. 1627, quo tempore ultra octingentos pannifices civitas habuit, funditus denuo conflagravit, ſola Eccleſia & Schola à Vulcani rabie liberatis.

An 1640 Suecicum præſidium accepit, ſequenti tamen anno Cæſareanis cedere coactum, quamvis An. 1642 à Torſtenſohnio poteſtati Suecicæ rurſum ſubjecta fuerit.

(*b*) *Thalloris* quoque appellatur ab Abrahamo Sculteto, Profeſſore Heidelbergenſi, ipſo Grünbergæ nato, quem inter litteratos hujus urbis filios recenſere potuiſſemus, niſi ipſemet de vitæ ſuæ curriculo Narrationem apologeticam Emdæ 1625 typis publicaſſet, ad quam lectores remittimus.

Cæterum ex pluribus eleganti ſcientia, virtuteque ornatis viris, quos Grünberga produxit, duos præſertim ex Sileſia Togata excerpamus. Primus eſto

ANDREAS JOCISCUS.

Patria illi contigit Thalloris Sileſiorum ſive Grünberga, ubi cum primæ rei litterariæ fundamenta jeciſſet ad illuſtre illud, ac percelebre Vratislavienſium Gymnaſium ablegatus ſub Andreæ Wincleri, Joh. Sageri, & Balth. Neandri virorum præſtantiſſimorum diſciplina liberalibus artibus operam dedit minime pœnitendam. Uberioris hinc ingenii culturæ cauſa in Academias profectus tantam ſibi eruditionis excellentis copiam & laudem comparavit,

ravit, ut Argentoratenſes illum ſuum facere minime dubitaverint. Horum ergo vocationi cum paruiſſet, præſtantiorem illam Philoſophiæ partem,

Unde haurire queas vitæ præcepta beata,

quamque à Socrate inventam Plato, Ariſtoteles, & hos ſecuti complures alii perpoliverunt, & abſolverunt, Ethicam Græcis, Moralem Latinis dictam, publice enarravit, cumque memor eſſet illius Pliniani, melius hominem exemplis doceri, quæ inprimis hoc in ſe boni habeant, quod approbant, quæ præcipiunt, fieri poſſe, ſuopte exemplo autoritatem ac fidem præceptis ſuis attulit homo, Philoſopha pariter ſententia, & Philoſopha opera.

Colicis extinctus eſt doloribus Idibus Auguſti A. C. 1619. Sil. Tog. lib. II. N. 9.

Alter eſt GOTFRIDUS BUCHOLCERUS.

Patria Grünberg. Sil. parentis ſui Abrahami viri ſummi cura à teneris unguiculis in optimis diſciplinis informatus animum verſavit per artes humanas liberali homine dignas & neceſſarias, atque adeo in ſtadio iſto eruditionis ita decurrit, ut quotidie profeciſſe Cenſoribus ſuis videretur: nullam diem ſine linea, quod dicitur, ocioſam vacuamque transmitteret, omnes denique partes ſtudioſiſſimi hominis expleret, abſtinendo cumprimis à Venere & Baccho, ut de ipſo uſurpari poſſet, quod in Orpheo Caſſius Parmenſis ait:

Nulla Venus faciem cepit mentita doloſis
Compedibus, ſomni fueram parcusque Lyæi.

Sic ergo cum ad capeſſendam omnigenam doctrinam nihil reliqui feciſſet, acceptam à parente nominis claritatem doctrinæ ſuæ luce haut parum illuſtravit, ingenio certe acuto, politoque judicio valuit; cumque Reip. Gorlicenſis Notarius fuiſſet creatus, cum munere illo eum in modum pariæ fecit, ut longè majori videretur dignisſimus. Indicem Patris Chronol. cura ſecunda à ſe auctum publici Juris fecit. De quo ſic Caſp. Waſerus ad Caſp. Dornavium: Ad Bucholcerum ſcripſiſſe Te mihi pergratum eſt, gratius erit, ſi brevi ab illo accipiam literas, quocum ſacra facere ad amicitiæ aras Jovi Fidio erit gratisſimum. Nominis enim claritas tanta eſt Patris ipſius, ut ad ſummas & extremas Germaniæ Superioris Alpes usque pervenerit; quam eandem Filius, ſi nondum plene conſecutus eſt, tamen conſequetur, ſi in Chronologicis ſic pergat. *Hæc ille, haut falſus quidem Vates futurus, niſi biennio poſt Bucholcerus immatura languentis corpuſculi morte rebus humanis ereptus, quæ ſerio meditabatur inficta relinquere lampadaque aliis tradere juſſus fuiſſet. Sed quis mutet aut reſcindat magni illius rerum humanarum*

arbitri decreta? neque iniquum adeo nos moriendi leges ab eo accipere, qui vitam dedit. Sil. Tog. lib. 12. No. 31.

§. 57.

HAINOVIA.

Hain/ (*a*) opidum Ducatus Lignicenſis ad Deichſam fluvium, mœnitum & arce præditum. Cereviſiam ejus hujusmodi verſibus commendavit Pancratius Vulturinus:

Sed Mariæ cultrix meliorem Hanovia potum
Hoſpitibus fundis: levior quia nulla cerebro
Damna bibenti infert. Urinam provocat ipſe.
Hunc usque ad Solymas peregrinus detulit olim.

(*a*) Nomen habet à luco, vom Hayn oder Walde. Fechnerus pag. 87. 88:

Lucus erat locus hic pinetis aſper opacis,
Et vaſtos latè ſylva premebat agros.
Exciſo deinceps luco radicitus omni
Urbs fuit inculto condita culta loco.
Nomine, ſed non re retinet veſtigia luci
Obſcuri, hæc Lygii lux ſpecioſa ſoli.

Deichſæ fluvioli illam permeantis Capite 5 facta mentio.

Eccleſiam habet lapideam excelſa turri, & aliquot Principum ſepulchris inſignem, S. Laurentio dedicatam, quæ An. 1651 in cineres una cum pretioſa ſua ſupellectile collapſa, dein tamen reſtaurata & ante annum Catholicis reſtituta fuit. De ejus Jure Patronatus, num ad ſummum Principem, aut ad opidum ipſum ſpectet, hodie diſputatur.

Extra muros Hoſpitale S. Nicolao ſacrum eſt.

Orientem verſus exſtruxit Arcem An. 1546 Fridericus Princeps: cujus tamen hodie poſt varia incendia nonniſi rudera videntur.

An. 1497 Huſſitarum rabies omnes hujus urbis incolas (quindecim duntaxat fuga ſalvatis) trucidavit.

An. 1503. 21 Julii ſuomet igne conflagravit.

An. rursus 1581, 27 Aprilis igne suppositō tota consedit in cineres: cujus incendiarii, viri quinque, & una mulier, deprehensi, An. 1583. 29 Jan. in igne meritas pœnas luerunt.

An. 1651, 31 Maji tota rursus (paucis exceptis casis) igne consumpta fuit: eod. anno obtinuit.

An. 1661. 10 Junii & 1672, 24 Junii partes satis magnæ incendiis fuêre deletæ.

Insignia Hainovienſium tres turres sunt, ex una parte Luna, & altera Sole, in medio verò turris mediæ Aquila Silesitica conspicuæ.

Sed & aliis mundi luminibus, viris nimirum doctrina insignibus, claruit hoc opidum, è quorum numero fuit

ANDREAS WENCELIUS

Hainoviæ natus atque à pueritia iis litteris, quæ verè ut sint, ita appellantur, humanitatis imbutus, cum progressus jam in iis feciſſet haud contemnendos in Cracovienſi Academia, quæ eo tempore præ aliis florebat, ac tum cœtu discentium immenso, tum insigni docentium fide, ac diligentia se jactabat scriptorum historiæ Polonicæ, & Silesiacæ Lectioni vacavit, hortantibusque Præceptoribus Domino Marenio, ac Domino Petro Rethico sparsam, ac dissipatam in diversis scriptoribus Ducum Silesiæ Genealogiam intextis passim historiolis brevibus, & temporum notatione accurata coagmentavit, posteaque Rostochii, anno Christi milleſimo quingenteſimo septuageſimo quinto, hortatore Chytræo typis mandavit, dedicatam Georgio Lygio-Brigenſium Duci Illustrissimo. Plura de ipso Henelius Sil. Tog. lib. 4. No. 35.

§. 58.

HERNSTADIUM.

Herrnstadt/ (a) opidum territorii Wolavienſis, ad amœna fluenta subterlabentis tacito rumore Barissi situm, & Ducum Lygio-Brigenſium eleganti arce conspicuum.

(a) Kyriopolis Græce. Nomen suum à Dominis de Donau, quibus aliquamdiu paruit, sortitum fuisse, multorum est opinio.

Ecclesiam Parochialem S. Matthæo dicatam scribit J. H. Conradi in MSt.

MSt. quam tamen ſimul S. Michaeli ſacratam fuiſſe, ſuſpicamur, quod Mercatus annuus in hujus feſto celebretur.

Extra urbem ligneam habet Eccleſiam ad SALVATOREM nuncupatam.

Sed & S. Andreæ Templi extra urbem ſiti meminit ſæpe cit. J. H. Conradi in MSt. Inſigne urbis tres turres ſunt navi ſurgentes: ad navis proram & puppim duæ ſtellæ, & ſupra turrim mediam ſtella tertia conſpiciuntur.

An. 1639 & 1640 Suecica præſidia, quæ tunc urbem tenuerunt, à Cæſareanis Lignicio excurrentibus exturbata ſunt; ſæpius dein hoc oppidum captum in illo bello receptumque fuit.

§. 59.

HIRSCHBERGA.

Hirſchberg. Cervimontium ſive à cervorum venatu, qui frequens iſtheic olim, ſive aliam ob cauſam à metallicidis ſic dictum. (*a*) Opidum Ducatûs Javorienſis ad confluentem Zaci, & Bobri fluviorum intra Sudetos in ampla planicie loco amœno, commodoque poſitum; circa annum Chriſti milleſimum centeſimum octavum à Boleslao Crivouſſo ſive diſtorto, ut volunt, conditum: non ſpacioſum illud quidem, ſed munitum, & ædificiis elegantibus, etſi non magnificis admodum exornatum: Lignicio ſeptem, Jaroviâ quatuor, Leoberga totidem milliaribus diſtat. Aëre fruitur bono & temperato, & ſalubri: templo (*b*) floret ac Schola: hominibus adhæc & incolis, qui ad literarum ſtudia, ad bona atque honeſta eximie inclinati, (*c*) cumprimisque in rei familiaris adminiſtratione diligentiſſimi, quamvis magnam

magnam partem opificibus frequens. Conficitur heic ingens vis linteorum, quæ ut tenuitate, præſtantiaque nullis hujus (*d*) provinciæ cedunt, ſic in varias & remotas terras magno civium lucro, ac divitiarum augmento diſtrahuntur. In iis quidem texendis mirabilis fœminarum induſtria, ſolertiaque perſpicienda: ut mirum non ſit, ſi Hirſchberga ex parvis initiis concinna Minervæ & Mercurii copula ad ſumma, vel ſaltem ſummis proxima ſe erexerit, & caput inter alias urbes excellum extulerit. Argillam in vicina ſylva fodit nigram, ex qua vaſa fornace cocta fiunt candida: minoris tamen pretii quam Boleslavienſia, & Waldenburgenſia in Miſnia. Anno ſuperioris Seculi undequinquageſimo die octava & decima Maji tota præter templum ac ſuburbia deflagravit. Sed exinde concinnius, quam ante, reparata. Patronum antiquitus habuit S. Pancratium, cujus ob id nomen civibus familiare. Augent celebritatem balnea, ſive thermæ vicinæ: (*e*) quæ quia variis corporum morbis malisque curandis efficaciſſimæ, ab exteris pariter, ac indigenis, quotannis frequentari ſolent.

(*d*) Secunda cauſa nobis præ prima probatur, præſertim vero præ illa ridicula, quam apud Naſonem in Phœnice Red. adſtruunt, qui urbem a milio (vom Hirſen) dici volunt, quod ibi ſeminatum aliquando creviſſet ubertim.

Quod autem a metallicidis id nominis adepta ſit, ex iis conjicitur, quæ noſter infra de etymologia Leobergæ ſcribit: *Leoberga*, inquit ibi, *manifeſta nominis derivatione a leone, quaſi nimirum mons leonum: non quod leones hic exſtiterint, ſed juxta metallicorum conſuetudinem, qui certos*

fodinarum metallicarum diſtrictus, vel divorum ac divarum, vel etiam beſtiarum nominibus inſignire, invicemque diſcernere ſolent, ut in Freyberg/ Anneberg/ Marienberg/ Joachimsthal/ gülden Eſel/ *ac fortaſſis etiam* Hirſchberg & Greiffenberg *videre licet.*

Plurimi tamen a cervis etymologiam derivant, quos inter Fechnerus Poëta noſter, ſequentibus Cervimontium exprimens:

Hic locus, Hirſchbergæ quem mœnia clara coronant,
Temporibus priſcis lucus opacus erat.
Aſpera Boberum ſtipabant undique tesqua,
Miti paſtorum non adeunda gregi.
Prebebant Dryaſin latebroſa cubilia ſaltus
Vaſti, ſylvivagis & ſtabula hirta feris.
Errabat nemorum Dictynna per avia, cervos
Figere, & agreſtes ſternere gnava ſues.
Non tulit ulterius faciem deformis eremi
Bolco, Piaſtei *gloria ſumma Lari.*
Caſis hic late ſylvis latebriſque ferarum,
Nobile condendæ ſuſcipit Urbis opus.
Hanc locat in clivo cervorum indagine noto,
Et montem cervi nominitare jubet.
Sortes noſce tuas, Hirſchberga, vicesque ſecundas:
Non nudum nomen, ſuave ſed omen habes.
Ingenium cervi retines velocis, alacri
Otia mente fugis deſidiaque moras.
Textricis ſtudiis intenta ſubinde Minerva
Artifici vendis linea texta manu.
Nec pigra Mercurii fœcunda negocia tractans,
Venaris quæſtus fertiliores opes.
Fauſtum o venatum! Quod non dat dia Diana,
Hoc tibi fert Hermes, Pallas & alma lucrum.

(*b*) SS. Eraſmi & Pancratii, quod Bernardus Conſtans laudatiſſimus Princeps Boleslai Bellicoſi filius primogenitus anno 1304 exſtrui fecit, in quo hodie PP. Societatis JESU Divina peragunt, animarum ſaluti procurandæ ſolito zelo intenti.

Urbis Inſigne Cervus eſt ſupra ſcutum & coronam erectus.

An. 1427. 13. 17. & 19 Septemb. tres inſultus Huſſitarum ſtrenue repreſſe-

preſſerunt cives: ſuburbia tamen & prædia miſerandum in modum exuſta & vaſtata ſunt.

An. 1549. 18 Maji ſubito incendio penitus conflagravit.

An. 1633. 2 Martii a Saxonico milite direpta, & ad incitas redacta.

An. 1639 a Suecis intercepta.

An. 1640 ternam a Cæſareanis obſidionem ſuſtinuit: primam in Julio, ſecundam in Auguſto, quæ tamen fruſtra tentatæ fuerunt, Stalhanſio ſemper cum auxiliari milite obſeſſis ſuccurrente; tertia tandem in ſerum usque autumnum durante Suedici præſidiarii excedere coacti ſunt, urbem autem & opibus, & civibus, qui Bythomiam, Cæſareanorum juſtam iram vitantes, aufugerant, vacuam relinquentes. Pufendorffius l. 12. §. 34.

(c) Id quod Viri ſequentes in Sileſia Togata digne celebrati abunde oſtendunt.

JOANNES CYRUS ABBAS.

Abſit, ut indictus nobis pratereatur Joannes Cyrus Patria Cervimontanus, Monaſterii D. Vincentii Wratislavia familia Pramonſtratenſis Præſul, ſeu Abbas (ἀρχιμανδρίτην Graci & ἄββαν vocarunt) idemque Conſil. Cæſareus, Vir magni & excellentis ingenii ac ſingulari præditus virtute, quique ſummis negotiis, ac maxime inſignibus Legationibus pro Cæſare obitis exercitatus magnam prudentia & ſolertia laudem meruit; otium, ſi quod interdum a ſevérioribus curis & negotiis publicis nactus eſſet, ita diſponere ſolitus, ut cum amicis variis de rebus diſputare, multum audire, lectitare, cumque devotiſſimus eſſet ac diſertiſſimus, quotidie tamen aliquid addiſcere in deliciis haberet, adeo quidem, ut palatium ejus magnifica videretur Schola; Quibus Virtutibus τὸ τῆς Φιλοχρηματίας νόημα facile obſcuravit. Erat ſiquidem (cur enim non ſcapham ſcapham, ligonem ligonem appellemus) cogendarum opum ſtudioſiſſimus, & ob id Græcorum proverbio hoc tandem conſecutus, quod apibus videmus contingere. In mortem conceſſit 3. id. Sext. An. 1586.

In ejusdem Inſigne ita Calagius Poëta noſter:

Aureus ut latum colluſtrans Cynthius orbem
Obfuſcat radiis ſidera cuncta ſuis.
Utque ſagitta volans per ventos, concita nervo
Fortiter adducto, vulnera certa facit:
Si CYRI irradiat facunda oratio Reges,
Magnorumque Ducum fortia corda ſerit.

Quando ſuper regnis tranquilla in pace tenendis,
Munere Cæſareo nuncius ire ſolet.

Plura de illo, aliisque hujus ſacri loci Vincentini præclaris Antiſtitibus, in Breslographia recenſebimus.

PANCRATIUS VULTURINUS.

Pancratium Vulturinum Hirſchberga, cui vicina ſunt thermæ ſatis celebres, editum, Eremitam fuiſſe Auguſtinianum, SS. item Theol. Lectorem comperio: eundemque id ætatis doctrinæ laude clarum, ac Poëtam haud vulgarem. Id quod An. 1506, cum ſtudiorum etiamnum cauſa in Patavino omnium celeberrimo Gymnaſio verſaretur, teſtatum fecit Panegyrico Sileſiaco, *in quo recenſitis generatim univerſa Sileſia laudibus ſpeciatim deinceps urbium præcipuarum deſcriptionem, quanquam verſibus minus cultis, complectitur: vel ob id meritus, qui apud Poſteros aliquid nominis habeat & in hoc celebrium Virorum theatrum a nobis producatur.*

GEORGIUS KHAL.

Magno Hirſchberga patriæ ſuæ ornamento fuit Georgius Khal, clariſſimi nominis Juris Conſultus, ut primum per ætatem licuit, patriæ Scholæ Præceptoribus, ut literarum tyrocinium faceret, commiſſus, cum indoleſcens, neutiquam ſuorum vota eluſiſſet in Cracovienſi, Francofurtana, & Olomucenſi Academiis feliciter Muſis, feliciter Jurisprudentiæ operatus, tandemque bonæ mentis ardore ad peregrinandum incitatus in Gallia, atque Italia ſtudiorum ſuorum ſtadium confecit, ac ſupremam Juris Lauream Patavii promeruit. Unde cum in Germaniam rediiſſet, non ut Ennius trium linguarum ſolemni ob id voce tricor dictus, ſed plurimarum elogio pollens, eximiæ ſtatim eruditionis, inprimisque Pontificii, ac Cæſarei Juris ſcientiæ nec non delenificæ facundiæ, tum ſingularis induſtriæ ac rerum civilium tractandarum intelligentiæ, mirifice denique has dotes decorantis, ſummæ animi moderationis, ea dedit documenta, ut Rudolphus II. Imp. Aug. non modo illum tribunalis Regii Appellationum Pragenſis, cujus dextera manu a prudentibus appellatus eſt, Senatorem eſſe, ſed & aliis in rebus arduis expediendis magnisque procurationibus adminiſtrandis ejus opera uti voluerit. Neque parum vero Viri clariſſimi laudes cumulant oratoris Cæſarei nomine titulog, ad Polonos, ad Daniæ & Suecia Reges & ad Magnum Muſcoviæ Ducem obitæ legationes. Quibus omnibus ſumma cum gloria functum Praga Bojemorum metropoli populari morbo, & δυσφήμῳ λοιμῷ correptum cælibem

libem anno Chriſti nati ſupra decimum quintum ſeculum nono ac nonageſimo.

Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.

Opes illi fuere, quas partim ſingulari clementia Rudolphi II Imp. accepit, partim induſtria & laboribus ſuis acquiſivit, ac proprium ſæpe defraudans genium comparavit, haudquaquam contemnenda, ſed quarum bonam partem pro Juvenibus optimarum artium ſtudioſis in Scholis, qua trivialibus qua publicis alendis, pro virginibus maritandis, pro pauperibus ſuſtentandis, aliisque piis uſibus, teſtamento ſuo legavit. In quo quidem præter alia notabile puto, quod, cum bonæ ipſius pleraque in pecuniæ ipſius conſiſterent, quæ debitoribus mutuo data fuerit certis & a Cæſare permiſſis interuſuriis, hunc in modum de illis diſpoſuit. Primo omnium, cum ab Eccleſia Catholica uſuræ omnes per Canones ſacros prohibitæ ſunt, ego utpote membrum ejus Eccleſiæ, licet minimum, uſurarius mori nolim, ſed exiguum quid bene partum propinquis meis relinquere, quam multas malis artibus, aut cum fœnore, cumque diſpendio animæ quæſitas divitias dare malo. Nam fœnus collectum & illis nulli eſſet uſui, & me in magnum ſalutis discrimen adducere poſſet. Sanctius igitur eſt pecuniæ, quam animæ jacturam facere, & lucrum ex meis quæſitum aliis permittere, itaque debitoribus meis omnibus, quorum adjacens ſcheda manu mea exarata conſignationem continet, totum illud, quod mihi intereſſe, ut vocant, nomine ſolverunt, ſuper quæ tantum quietantias habebunt manu mea ſcriptas, & eas oſtendere poterunt, de ſumma Capitalis deducere liceat, & ut ab iis, quam poſt mortem meam pecuniam exigent, diligenter moneantur, volo, & jubeo; ſi vero ejuſmodi intereſſe totum, aut aliquam ejus partem ex mera liberalitate donare & remittere voluerint, id volo ad fratrem & ſorores uterinas proveniat.

ALBERTUS KINDLERUS à ZACKENSTEIN.

Albertum Kindlerum non obſcura proſapia Hirſchberga extulit, de quo id poſſe videor vere uſurpare, quod de fratre ſuo Comicus adoleſcens ait, & Patrum ætate de Adr. Albino, Marchio Brand. Cancellario, magnus ille Joach. Camerarius uſurpavit: nunquam ita magnifice quicquam dicam, id Virtus quin ſuperet ipſius. *Parentibus natus honeſtis, & egregie enutritus ἐξ ὀπαλῆς ὀνύχων ſtudiis liberalibus ingenium ἐυφυὲς excoluit, & cum juriſprudentiæ laude, non ſatis habens ad lucrum ſapere, & virginem, ut ſic loqui liceat, artem ſordidiſſima barbarie inquinare, qualiter qui inſtitum-*

ſituuntur non magis ſapere poſſunt, quam bene olere, qui in culina habitant, hiſtoriarum cognitionem ac δύναμιν ἑρμηνευτικὴν felici fidere conjunxit. Ex umbra Scholaſtica in forum Reipubl. productus patriæ ſuæ (in qua & uxorem duxit tranquillo & fœcundo conjugio ex honorata Tileſiorum familia) per annos aliquot fuit Syndicus, atque ad humanitatem & probitatem civibus ſuis ſeſe Ducem præbuit. In aulam hinc Cæſaream accerſitus Secretarii munus aliquamdiu ea cum laude obiit, ut ad ſummos honorum gradus virtute ſua conſcenderit, nec modo Cæſ. Conſil. Cameraque quam appellationem vocant Aſſeſſor, ſed & in Luſatiæ inferioris Marchionatu Cancellarius, tandemque Capitaneus ac Promarchio ejusdem Luſatiæ deſignari meruerit. Obiit poſtridie Cal. Febr. 1573.

HIERONYMUS REINWALDUS.

„ Cancellarii munus in eo potiſſimum verſari, ut ſupplicum preces
„ ac miſerorum querelas ad principem deferat, mentem principis qua-
„ civibus, qua exteris interpretetur, ac Juſtitiam ipſe tanquam cuſtos le-
„ gum promat, tueatur, vindicetque, nemo, opinor, erit, qui negari auſit.
„ Quo quidem officio Hier. Reinwaldus JCtus in Curia Illuſtri Carno-
„ vienſi prudentiſſimo Sereniſſimi Principis Georgii Friderici Marchionis
„ Brandenburgici judicio, & ſingulari DEI, qui omnia ſuo temperat ar-
„ bitrio, eo majori cum laude perfunctus fuit, quod non modo Jurispru-
„ dentiæ inſtrumento omni ornatus, ſed & Virtutis prudentiæque ornatu
„ ſic inſtructus eſſet, ut non eſſet opus repetitos ex veteri ævo Semproni-
„ um & Scipionem Naſicam, quorum illum Sophum, id eſt ſapientem,
„ hunc vero optimum appellatum fuiſſe conſtat, admirari. - - -
„ Vitæ auram cum libaſſet Hirſchbergæ Sileſiorum anno epochæ Chri-
„ ſtianæ ſupra mille quingentos duo de vigeſimo, fato conceſſit pridie Ei-
„ dus Martias anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto, ætatis
„ octavo & ſeptuageſimo, publici officii quinto & quinquageſimo.

MELCHIOR TILESIUS.

„ Hirſchberga multis nominibus celebre, ac florens oppidum complu-
„ res & doctrina & Virtute inſignes ac patriæ perutiles Viros tulit. Exem-
„ plo ſit vel ſola Tileſiorum familia honorata: e qua natus hic noſter Mel-
„ chior Tileſius, non genitali ſolum loco, ſed toti Sileſiæ κόσμον παρέσχε,
„ Philoſophus quippe, Orator, Poëta & Polyhiſtor clariſſimus - - -
„ Obiit nonis Aprilibus anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo.

ANTO-

ANTONIUS FABER.

Medici excellentiſſimi ſolum natale fuit Hirſchberga, ubi lucem primitus aſpexit ſub annum 1505. Bonis literis non leviter tinctus, ſed imbutus, cum præ reliquis medicinam vitæ humanæ præſidem excolendam ſibi ſumpſiſſet, viris in arte ac profeſſione ſua conſummatiſſimis operam dedit, tantumque profecit, ut doctoralia inſignia Bononiæ in Italia, quæ glorioſiſſima tunc audiebatur ſtudiorum Mater, conſentientibus Profeſſorum votis adeptus ſit die 17 Octobris ejus anni, quo Societas incepit Lojolana. - - - Fribergæ domicilium fixit, ac medicinam ibidem exercere cœpit tam feliciter, ut Senatus ejus Reipubl. cognita Fabri excellenti doctrina Poliatri provinciam ei ultro demandarit. Et geſſit ille quidem hoc munus laudabiliter ac multorum cum ſalute: quippe cum in inveſtiganda morbi cauſa mire perſpicax atque anxie ſollicitus, in diſquirendis malo remediis circumſpectus, in viſitandis denique ægris ſuis perquam fidelis ac diligens eſſet. Idque totis 34 annis, ſenatu Erphordienſi, nec non Joanne Marchione Brand. fruſtra ejus operam expetentibus: ut qui ex matrimonio, & Urbis Fribergenſis amœnitate detentus vitæ terminum iſthic claudere decreviſſet. Ab omni πλεονεξίᾳ καὶ γλισχρότητι alieniſſimus, vix mediocria ab iis, quos arte ſua juverat, σῶρα percepit: in pauperes cumprimis ac Scholaſticos beneficus & liberalis; mercedem nempe quærens apud DEUM, a quo poſſunt pro temporalibus æterna retribui; cum econtra non pauci medicorum eo plerumque animo ditiorum lectulos accedant, quo Jacobus Cœterinus Ludovici XI Gall. Regis valetudinem curaſſe memoratur, illud attendentes, quod in vulgari verſiculo eſt: *exige, dum dolor eſt.* Ita enim ille Regem ſuum 40 millibus aureorum quatuor intra menſes emungebat. Quam quidem avaritiam etiam Princeps medicorum Hippocrates vehementer increpuit, eique herbam ac medicinam dari poſſe ſummopere optavit.

VALENTINUS RIEMERUS.

Inter Juſtitiæ Sacerdotes, quos ita nuncupat Ulpianus, eos nimirum, qui eodem præeunte veram non ſimulatam Philoſophiam profeſſi, quod juſtum ab iniquo, licitum ab illicito ſecernendum ſit, edocent, ipſique adeo reſpondendo, cavendo, interpretando, conſulendo, judicando, cauſasque diſceptando non tantum Reipubl. ſed & ſingulis commodare ac prodeſſe ſtudio habent, adeo quidem, ut eo nomine rerum omnium ſtatus & temporum felicitas plurimum illis debeat, Val. Riemerus in

inclyta

„inclyta Academia Salana Anteceſſor & Hiſtoriarum Profeſſor celeber-
„rimus, æqualium ſuorum cuiquam ſive acumine in diſputandis, ſive ſo-
„lertia in judicandis, ſive elegantia, copia, autoritate & gratia in propo-
„nendis & tractandis rebus ad jus pertinentibus haudquaquam ceſſit: imo vero inter primos ſic eminuit, ut ſola veterum ingenia ſuſpicere merito deſinat, quæ ad hunc ſimiles (quales ubique Sileſia tulit non pau-
„cos) reſpexerit. Ortum is ſuum debet Hirſchbergæ, ubi parens, ei co-
„gnominis vir ampliſſimus & Juris peritiſſimus Reipubl. Syndicum ſum-
„ma cum laude egit. - - - Fortunarum ſuarum ſedem Jenæ fixit,
„& Collegiis privatis in omni Juris genere & materia ejus tyrones & aſſe-
„clas bona fide erudiit, atque, ut ſui ſimiles formaret quam plurimos, uni-
„ce operam ſibi dandam cenſuit. Quadriennio poſt, cum clariſſimus
„Vir Joannes Gryphiander, Poëſeos & Hiſtoriarum Profeſſor publicus, a
„profeſſione ſua abiret, Riemerus noſter ad eandem obeundam delectus,
„ſequenti autem mox anno Juridicum in Collegium cooptatus, ac jura-
„docere publice juſſus, inque Scabinatum adſcitus fuit. Collegia diſpu-
„tatoria tam privata quam publica frequenter in commodum Juris Can-
„didatorum habuit. Curiæ provinciali Saxonicæ, quæ ibidem loci, As-
„ſeſſor extraordinarius datus anno prædicti ſeculi 33 ordinariorum nume-
„ro acceſſit anni 35 Menſe Martio. Decanatus munere in Facultate Juridi-
„ca, ut & Doctoralibus in actibus promotoriis officio laudabiliter aliquo-
„ties functus ſummum Academiæ Magiſtratum dexteritate Judicii, & ſo-
„lertia ſingulari bis adminiſtravit. - - - Obiit die 21 April. An. Sa-
„lutis 1636. ætatis 54.

SAMUEL WOLFFIUS

„Vir doctrina varia perinſignis, & Vates Muſis, quæ illum ἰδίαξεν
„ἀδέσφατον ὕμνον ἀείδειν, chariſſimus, bonis oſcinibus in auras editus eſt
„Hirſchbergæ: - - - tergeminam Stephani Poloniæ Regis expedi-
„tionem adverſus Johannem Baſilidem magnum Moſcoviæ Ducem eo us-
„que damnis Poloniæ regno illatis inſoleſcentem ſuſceptam, reportatam-
„que inde non victoriam duntaxat, ſed & ſummam Virtutis bellicæ glo-
„riam carmine elegiaco ſatis prolixo, ſed examuſim eleganti deſcripſit,
„laurea ob id Poëtica (quam tanti ſuperior æſtimavit ætas, ut viris maxi-
„mis ab ipſis Chriſtiani orbis ſumptibus feſta, hilarique pompa delata ſit)
„a ſapientiſſimo Rege, & cujus adeo judicium inſtar ampliſſimi theatri ju-
„re merito inſignitus. Obiit 18 Jun. An. 1591. æt. 41.

JOAN-

JOANNES LIBINGUS.

Patria Hirsbergenſis, Juriſprudentiæ operatus fuit in Acad. Lipſienſi anno ſeculari impero Chriſtiano milleſimo ſexcenteſimo, uti teſtatur ſcripta ab eo Themidos querela ad ſepulchrum Cl.V. Danielis Molleri, J.U.D. Scabini olim Lipſienſis & Conſiliarii Sereniſſ. Electoris Chriſtiani I in aula Dresdenſi eo ipſo anno pie defuncti. Cum Borſtelliis Anhaltinis primaria nobilitatis adoleſcentibus, quorum ſtudiis ac moribus præfectus fuerat, Galliam, Italiam, Angliam, Belgiumque peragravit. Roma cum eſſet, carmen ſcripſit ad Caſp. Scioppium, quod Autor ille, qui ſub Oporini Grubenii nomine Amphotides Scioppianas edidit, niſi ipſe eſt Scioppius, libello ſuo quaſi emblema inſeruit. Perfuſam utique profunda ſcientia mentem illam fuiſſe oportet, à qua fluxerunt tam ſcita. Quidni dicam? periti pictores ex levi linearum ductu artificem agnoſcunt. Ego à ſcriptiuncula Virum. In Germaniam redux illuſtriſſima juventutis Bipontinæ à Secretioribus in Ducatu Clevenſi, variis ac graviſſimis negociis expediendis legationibuque obeundis adhibitus,

JEREMIAS SPERERUS.

Urbs habet à Cervis nomen, qua Zacus ab Auſtro
Bobereis miſcet cornua flexa vadis.
Arvaque Bojorum ſub pinguia, fontibus Albis
Undenis cinctam per juga volvit aquam.
De quibus eſt tantus valles proſpectus ad imas,
Quantus ad etherei culmina celſa poli.

Hoc in opido anno Chriſti ſupra mille quingentos ſecundo & octuageſimo, decimo ſeptimo Kalendas Majas natus Jeremias Sperer us, - - tantum quidem favoris & gratiæ ab Illuſtriſſ. Principe Georgio Rudolpho promeritus, ut ab ipſo ei non modo illuſtris Bibliothecæ inſpectio & cura, ſed & Johanne Baptiſta Reimanno U.J.D. defuncto, Secretarii provincia, libellorumque Magiſterium, & Præfectura demandata fuerit. Iis muneribus ad extremum usque vitæ halitum, evidenti illuſtris gratiæ cum augmento, publicisque ſuffragiis laudabiliter præfuit: quibus & Conſiliarii tandem dignitas, veluti recte curati officii teſtimonium non ſine approbatione & favore omnium ordinum accesſit. - - Obiit Lignicii Anno 1629 die 11 Maji.

GEORGIUS HULSIUS.

Nullum majus Reip. meliusve munus, offerre poſſunt, quam qui

publicum ejus in docenda atque erudienda juventute negotium agunt, ut maxime profanum vulgus aſpernetur, & deſpicatui habeat. Id vero munus Georgium quoque Hulſium Hirsberg. fideliter aliquando obiiſſe epigramma teſtatur, quo Georg. Calaminus animum in Præceptorem bene-meritum memorem oſtendere voluit:

O quam blanda meo miſcet ſe corde voluptas;
Cum revoco ſtudii tempora prima mei.
Sæpe tui repeto voces ego mente docentis
Eliciuntque pias gaudia lachrymulas.
Tu mihi primus eras fingendi Carminis auctor,
Tingeret ut linguam Caſtalis unda meam.
Eſſe tuum fateor, mea quicquid amica, Georgi,
Muſa poteſt: aliquid ſi tamen illa poteſt.
DI tibi pro meritis faciant bene talibus opto:
Nam ſcis, ut referam, non opis eſſe meæ.

Relicto pulvere Scholaſtico cum in forum tranſiiſſet Juris quippe, & Legum Conſultus, advocatam reis operam in Judicio præſtitit, tanta nominis celebritate, ut cum cujuslibet ſplendidi muneris capax videretur, inclyti Ordines Ducatus Monſterb. ac Territorii Francoſtein. legitima vocatione adſcitum ſibi Syndicum Provincialem deſignarent. Id officium quamvis ad ſenectam usque totis 22 annis laudabiliter adminiſtraſſet fide & induſtria meritus, ut maxima quoque negotia tutò ipſi committi poſſent, ad extremum tamen præter cæteras vitæ miſerias hanc quoque experiri coactus, ut inter orcum & ſolem erraret. Mortuus eſt An. 1597.

BALTHASAR EXNERUS.

Patriam hic habuit Cervimontium ſeu Hirsbergam, Op. Sil. notum ſat & celebre, natus ibi An. 1576, 24 Auguſt. media ſexta noctis, parentibus honeſtis Wenceslao Exnero & Anna Mencelia. Ab his cum à primis ſtatim annis ad Muſarum ſacraria adductus fuiſſet, eam ſibi, qua fuit ingenii alacritate & diſcendi cupiditate, doctrinæ elegantioris copiam comparavit, ut Poëta, Hiſtoricus, ac Philoſophus audiret nobilis. Varia uſus imo jactatus fortuna, Friderici Wilhelmi Teſchin. Ducis aliquamdiu Ephorus fuit: tum Procerum quorundam in Aula Pragenſi agens, tandemque propter nominis celebritatem, & quia putabatur novo Gymnaſio utilem admodum operam navare poſſe, Hiſtoriæ & Antiquitatis Profeſſor in Illuſtri Schönaichiano publicus, quam & ſpartam ſuam qua lectionibus

qua

qua ſcriptis doctiſſimis mirum in modum exornavit. Patroni ſua gratia cum excidiſſet, quoniam negotiis Schönaichianis ſeſe imprudentius innexuiſſet, parum memor quantum ſit ἀπραγμόνως ζῆν, & juxta monitum Apoſt. quietem eſſe & agere propria, ne male fortean ab illo haberetur, clam ſe ſubduxit præſidium ſibi in Aula Cæſ. & ſolatium quæſiturus. Reverſus inde in ſuburbii Wratislavienſis, quod Elbingam vocant, publico diverſorio peſte correptus vivere deſiit 27 Septembr. An. 1624 æt. 49. Scripta ejus:

Anchora utriuſque Vitæ cum aliis tractatibus.
Valerius Maximus Chriſtianus.
Schediſmata Poëtica.
Oratio Panegyr. de Vita & Morte Maximiliani II Aug.
Diſſertatio de Imperiorum, Regnorum, Rerump. converſione & everſione.
Flores è Plinii Epiſt. & Panegyr. in LL. Comm. Ord. Alphabet.
Curricula Imperatorum, Regum.
Symb. SPERO MELIORA.

(d) De liniferis agris Sileſiorum, & linteis præſertim Hirſchbergenſium ſubtilioribus, Poeta noſter ſupra citatus ita canit:

Omnia non uni tribuuntur munera terræ.
Hic ſegetes melius naſcuntur, latius illic
Vites. Mollis Arabs bene-olentia thuris acerram
Colligit, acre piper ſub Eoo ſidere natum
Europæ mittit cum gemmis Indus opimis.
Pannoniis vinum nobis affertur ab oris.
Sic proprias etiam fœcunda Sileſia dotes
Obtinet, externo quæ non naſcuntur in orbe.
Auſtrinis latè quæ ſubjacet Alpibus ora,
Bobera quam liquida Quiſquique coronide cingunt
Tota viret paſſim genialis conſita lino,
Quo nihil utilius tellus producit alumna.
Arte parant varia germen tam nobile gnava
Famella, & certis ſolertes uſibus aptant.
Ætas hic omnis, matres teneræque puellæ,
Et plerique mares è molli tenvia fuſo
Fila trahunt, multo quæ præſtinat ære redemtor
Externæ mercis, peregrinum & mittit in orbem,

Et lucrum non vile refert. Sed pollice textor
Conficit artifici preciosa flamina tela,
Inde sibi panem quærens victumque diurnum.
His tu comprimis studiis, Hirschberga, Minerva
Textricis flores, populis celebrata remotis,
Linea tu texis subtilia dædala fili,
Unde sibi fieri tam nobilis autor Athena
Artis amat peplum, cujus tua nomina limbo
Intexat niveo, memorentur ut omne per ævum.
Macta esto his, Hirschberga, bonis, & linea perge
Texere, quæ tenui possint contendere byssо,
Telis bombycum non deteriora superbis.
Linea texta suant alii, quæ fœda pudenda
Velent: Unde niger capiat sibi subligar Afer.
Tu matronali capiti † velamen honorum
Confice, & eximia decus adspectabile fronti
Adfer, quo sese jactet fœmella venusta,
Cum corpus tenerum preciosa syndone velat,
Gemmarum & niveo suspendit pondera collo.
Parva loquor: Cœlo tua linea digna videntur,
Scilicet exornat superos stola candida manes,
Quæ niveo splendore nitet, ceu linea vestis,
Lucis quæ præbet puro simulacra colore.

† Dieſe Art Leinwand nennen unſere Lands-Leute Schleyer.

(*c*) Thermas Hirſchbergenſes à Fechnero duplici carmine deſcriptas, ſupra jam cap. V. §. 40. p. 602. ſeqq. memoravimus.

§. 60.

HILDSCHINUM.

Hildſchin/ (*a*) Boj. Hiccin, opidum mœnitum Ducatus Oppavienſis cum arce pulchra, ubi Oppa Viadro jungitur. (*b*)

(*a*) Milliaribus viginti duobus à Metropoli Sileſiæ ſejunctum.

(*b*) Comitibus olim de Wirbna paruit, hodie Comiti de Gaſchin.

Mer-

Mercatu annuo gaudens in feſto S. Joannis Baptiſtæ.

Hunc locum ortu ſuo illuſtravit Venerabilis Pater Joannes Widra, Societatis Jeſu ſacerdos, qui anno Domini 1645, peſte per Bohemiam ſæviente, in ſacro Miniſterio, quod Hradecii in Bohemia infectis præſtitit, victima charitatis occubuit, 16 Septemb. ætatis ſuo anno 56. ut refert *R. P. Matthias Tanner in Soc. Jeſu Apoſtolorum Imitatrice, fol. mihi 728.*

§. 61.

HOSOBLAVIA.

Hoſeploß/ ſive ut vulgo indigitant Hoßeploß. Opidum non amplum, ſed loco edito, nec incommodo in ipſa Sileſia ſitum: ſed quam ab ea Epiſcopi Olomucenſes, quibus hactenus paruit, avellere nullo jure auſi. Inter primos fuit Bruno Antiſtes, à quo arce & mœnibus cinctum Dubravius perhibet libro decimo ſeptimo. Henrici Sculteti de Francoſteina, Viri clariſſimi nobisque amiciſſimi, etymon fuit der Hohe Plaß. Alii Slavonice derivant à fuſtibus circumſeptis. Judæis hoſpitium jam per multas annorum decades præbet. (*a*)

(*a*) Separationis ipſius à Sileſia, & propterea propoſitorum gravaminum à Principibus & Ordinibus Sileſiæ &c. cap. 2. §. 31. p. 184. ſeqq. meminimus.

A 1643 à Torſtenſohnio capta & direpta.

CHRISTOPHORUS REUSS, primum Eccleſiæ patriæ Paſtor, poſt Abbas ad S. Vincentii Vratislav. obiit 1558.

§. 62.

HUNDESFELDA.

Hundsfeld / Campus Caninus. Opidum

perexiguum quidem, ac vici duntaxat vicem repræsentans, (*a*) sub dominio Nobiliss. Equitum de Waldaw. (*b*) Sed vel ideo memorandum, quod in memoriam magnæ cladis, quâ in campis illis unius à Vratislavia milliaris intervallo, Henricus V Imperator, cum Glogoviam diu, sed frustra, obsediſſet, à Boleslao Polono anno salutis 1109 affectus fuit, nomen suum à canibus nimirum in cadavera gregatim sævientibus, & itinera infestantibus (campos sepultos ossibus insepultis cum Sidonio dicere quis poterat) traxisse creditur. (*c*) Neque id citra rationem: quippe cum solemne fuerit, locis, ubi prælia atrocia commissa, & ingentes strages editæ, ejusmodi nomina indere, quæ memoriam harum conservent, quomodo loci cujusdam in Aquitania, cui nomen fuerit, *Mors Gothorum*, meminit Aimoinus: & in ditione Bermiensi pagum quendam *Fumo rogum*, quasi fumicantem rogum, à miserabili eventu, Venetorumque ibi cæsorum cadaveribus, ne aërem fœtore inficerent, concrematis: memoriæ prodidit Fortunatus Sprecherus JCtus & Eques Auratus Palladis Rhæticæ libro decimo. Eadem ratione *VValstadii* appellationem sortitus pagus ille,

Æquavit Latias ubi quondam Silesia Cannas.

Henrico Pio à Tartaris gente ferociſſima cæso, ac glorioſa morte exstincto: tanta adhæc Christianorum strage facta, ut Tartari victores singulis cadaveribus singulis auriculis præcisis novem grandes saccos implerent.

(*a*) Uno

(*a*) Uno Vratislavia milliari diſtans, in ea tamen olim æſtimatione, ut dignum fuerit, in quo inclyti Principes & Status Sileſiarum An. 1599 in menſe Septembri, quo tempore peſtis graſſata fuit Vratislaviæ, Comitia generalia celebrarent.

Polonis *Pſié-pole* dicitur.

(*b*) Paucis abhinc annis redemptum à piæ memoriæ Reverendiſſimo Domino CHRISTOPHORO Abbate RR. PP. Præmonſtratenſium ad S. Vincentium, ad quorum primam fundationem olim ſpectarat unà cum Parochia, & Jure Patronatus Eccleſiæ, quam funditus reſtauratam laudatus Præſul novo habitaculo Parochiali, turrique ſpectabili (cui Succeſſor ejus hodiernus Prælatus CAROLUS Vir ad S. Ordinis gloriam formatus, & firmatus, coronidem impoſuit) decoravit.

Senatus autem Campi Canini ex quatuor perſonis, Conſule videlicet, Senatoribus duobus, & Syndico, qui & Ludirectoratûs munere fungitur, eſt conſtitutus.

Nundinas cum Vratislavienſibus quaſi communes, peculiares tamen feria ſecunda poſt Lætare, & quarta poſt Jacobi Majoris celebrat.

(*c*) Cecidere namque (ſi Polonorum Annalibus fides) eo prælio utriusque gentis permulti: ac Cæſar ipſe ægre ſe diſcrimini per fugam ſubduxit. At Poloni quidem conquiſiti ſunt ac ſepulti: Germani autem inſepulti canibus & volucribus eſcam præbuere. Et hæc quidem (ut diximus) in Polonis Annalibus ſic memorantur. Cæterum ſcriptores Bojemi rem aliter geſtam recenſent, Suatoplukum nimirum, poſteaquam cum auxiliaribus ſuis copiis Henrico Imp. in oppugnata & expugnata Glogovia ad fuiſſet, atq; jam bello confecto, partaq; victoria reditum in Bojemiam paraſſet, à Geſcone, alias Joanne, filio Tiſtæ, gente Werſovienſium, ſive, ut M. Paulus Stransky exprimit, Jeſeco-Tiſta Wiſovecio, Viperti Marchionis inſtinctu, cum ex Cæſaris papilione veſpertinus rediret, ex inſidiis interfectum fuiſſe. Qua de re Coſmas Pragenſis lib. 3. Chronicorum in hæc verba ſcribit: *Menſe Septembri intrat* (Henricus) *Sileſiam, & circa primum ejus opidum* Glogau *diſpoſita obſidione, devaſtat eam ex utraque parte fluminis Odræ, à prædicto opido usque ad caſtrum Recen, & iterum cum magna præda reverſus eſt ad caſtra. Ibi cum diſpoſuiſſet, ut in craſtinum Ducem Zwatoplut, ejusque dimitteret exercitum, totam in regalibus negotiis usque ad noctem duxerunt diem. Affuit interim in caſtris quidam miles audaciſimis audacior, & miſſus à Johanne filio Tiſtæ de gente Warſovici, qui in utrumque paratus aut partam magnis auſibus acquirere famam, aut cum*

morte

morte Ducis simul hanc amittere vitam, stetit sub patula fago juxta viam, qua itur ad Regalem Curiam, observans reditum Ducis, dum rediret de Curia Regis. Quem ut vidit primo jam noctis in crepusculo stipatum ingente caterva militum obsequentium, insiliit in equum, & paulisper se immiscuit agmen in medium, & toto annisu virium inter scapulas Ducis vibrans jaculum, intima funesto rupit præcordia ferro. Qui citius, quam tangeret humum, exhalavit spiritum, scilicet undenis Octobri mense Kalendis. E Germanis Peucerus, Cæsarem, inquit, *Suatopluco* socio, tentasse Polonos, tributa Imperio ex pacto & obligatione debita solvere detrectantes, sed quod dilapsis ob cædem clandestinam sui Ducis Bojemis, reliquis copiis diffideret, abduxisse exercitum ab obsidione urbis Glogoviæ, consilio *Viperti Comitis Groicensis*, & cum Polonis transegisse; illius autem magnæ cladis ab Henrico Cæsare ad Vratislaviam acceptæ mentionem nullam facit.

Curæus noster verisimilem credit narrationem vetustorum Annalium Manuscriptorum. Ubi traditur Cæsarem ad Glogoviam accessisse, eamque irrito conatu oppugnasse: movisse etiam ad Vratislaviam, sed exercitum à quotidianis excursionibus Boleslai ita adflictum, ut Cæsar flecti se passus sit ad pacem, propositis conditionibus longe æquioribus, quam initio belli voluerat. Et vero Cæsarem in magnis necessitatibus constitutum fuisse, Pegavienſis Monachus in historia de Viperto Groicensi, cujus proœmio advocat omnium eos testes, qui vidêre atque audiêre, denique etiam interfuêre, & quorum ipse aliquos superstites norit, minime diffitetur: Cujus de expeditione illa, sed quam ipse ad annum cIↃ cxi refert, hæc legantur verba: *Deinde in Poloniam expeditionem suis indixit, & Wigberto, simul proficisceretur, imperavit; qui sumptis duobus millibus profectus est. Cum ergo propter Borwi* (Boriwium intellige Ducatu Bojemiæ exutum, cujus soror Viperto nupta erat) *Regem haberet infensum, Zwetipolcus cum Rege plurima de Wigberto clam tractabat consilia, quod illius non diu latuit industriam. Sæpius vero Zuetipolco media noctis tempore ab hujusmodi consiliis ante Wigberti tentoria ad sua redeunte, tandem cum suo egit milite quodam, ut transeuntem sicut heri & nudius tertius, improvisum clam perimeret. Cujus transitum idem diligenter explorans, cuspide in eum vibrata inter scapulas Ducem transfixit: illoque ruente ad castra Wigberti miles aufugit. Exorto dein clamore Bojemorum, ubi eis interitus Ducis innotuit, nil morati, præcipites aufugiunt, & Regem positum ingrandi anxietate relinquunt. Vocatus de hinc à Rege Wigbertus adfuit. Quem Rex, ut*

se

se cum suis è Polonia deduceret, obnixe petiit. Quod se facturum gratanter pollicetur, si Borvi per eum in paternum Principatum restitueretur. Cujus petitioni refragari tandem non valens, utpote necessitate ductus, annuit, &, ut illum in paternam sedem reduceret, impetravit. Rex itaque festinus, Wigberto præduce, Poloniâ decessit: sed Wigbertus juvenis, filius Wigberti, patre jubente, Borwin in principatus sedem Pragam reduxit &c.

§. 63.

JABLUNCKA.

Jablunkow, (a) & vulgariter **Jabelunckа.** Opidum Ducatus Teschinensis, in faucibus montium, per quos aditus est ex Silesia in Hungariam; universæ Silesiæ propugnaculum. Ut proinde munitionibus id firmari, ad reprimendas Turcarum & hostium aliorum irruptiones, publice interesse, imo rem esse maxime necessariam, sæpius comprobatum sit.

(a) Milliaribus viginti novem Wratislavia distat. Die Jnwohner des Gebürges nennt man Walachen/ deren sich A. 1643 eine gute Anzahl zu denen in Mähren gelegenen Schweden gesellet/ und denen Kayserlichen grossen Abbruch thun helffen/ aber darüber sehr zu kurtz kommen. J. H. Cunradi in MSt.

An. 1578 à Principibus & Ordinibus Silesiæ juxta hoc opidum in editiore loco munimentum erectum est, quod locum hunc reddidit celebriorem, cum transitus ibi sit communis ex Silesia in Hungariam, & vicissim.

An. 1624 à Joanne Georgio Marchione Carnovienſi interceptum, castrum communicationi ejusdem cum Bethlemio Gaborio deinde peridoneum.

An. 1626 Mansfeldianum præsidium accepit.

An. 1644 à Ragotzio Principe Transylvaniæ occupatum est.

An. 1645 Ragotzianis abeuntibus Cæsarei Præsidiarii castellum vix occupaverant, cum à Suecis subita irruptione illud intercipientibus omnes omnino cæsi fuerunt. Mansit postea in hostium potestate usque ad pacis conclusionem, & tam Torstensohnio inprimis, quam dein An. 1647 Wittenbergio, Chiliarchis Suedicis, opportuno fuit latibulo.

An. 1663 à PP. & Ordinibus Silesiæ novum locus iste præsidium accepit contra Tartaros.

An. 1683 durante obsidione, qua Turca pressit Viennam, rursum præsidiario milite munitum est à Principibus & Statibus Silesiæ.

§. 64.

JAGERNDORFFIUM.

Jägerndorff/ (*a*) alio nomine Carnovia dicta, Bojem. Krnow, olim quidem non nisi pagus & villa: (*b*) sed quæ beneficio Principum jus Civitatis nacta, pristinum non eo minus nomen, ut pleraque opida alia in Dorff desinentia, Altdorff/ Schorndorff &c. retinuit, Ducatus sui hodie Metropolis: Urbs elegans & polita, in valle sita, per quam Oppa fluvius limpidissima aqua labitur, eademque non mœnibus tantum, sed ab omni pene parte etsi remotius, montibus quoque, qui laricis (*c*) feraciſſimi, cincta, insignis denique arce Ducali splendida & magnifica. Ejus veteres Duces si recognoscere licet, habuit ex Illustrissima Principum Oppavienſium & Ratiborienſium Familia Nicolaum III maxime & Nicolaum IV, quorum iste sedem, arcemque primus instituit. Hujus filia Barbara, Johannis Ducis Glivicenſis vidua, cum in altero matrimonio Georgio Schellenbergio Baroni Johannis supremi in Regno Bojemiæ Cancellarii filio nupsisset, hac occasione Carnoviam marito conciliavit: sed qui ære alieno obrutus Georgio Marchioni Brandenburgico Carnoviam & Leobschucium cum universo territorio,

ritorio, consentiente Ludovico Rege, vendidit. Sic ergo juris Brandenburgici facta Carnovia, sub novo Regimine nova incrementa sumpsit, ac per integrum pæne sæculum multis commoditatibus floruit: nuper admodum ex caussis, quas jam superius innuimus, in Principum Lichtensteiniorum potestatem redacta. (*d*) In monticulo urbi proximo apparent vestigia excisæ arcis. Elevatio poli est 50. 11. Longitudo 40.37.

(*a*) CORNUVIA quoque nonnullis. Octodecim milliaribus à Silesiæ metropoli distans.

(*b*) Quæ Domus venatoria fuisse videtur.

(*c*) Ex quibus Silesii tectorum canales fabricantur.

An. 1635, 16 Febr. Conventus præcipuorum Statuum & Ordinum Silesiæ celebratus fuit Carnoviæ. In bello tricennali multa tum à Suecis & Saxonibus, tum à copiis Wallensteinianis pertulit.

(*d*) Confer quæ supra cap. II. §. 34. p. 191. seqq. de hoc negocio in Scholiis nostris monuimus.

Carnovienſibus, qui literis inclaruerunt, accensendus omnino est

JOSEPHUS GOEZIUS.

Qui cum apud honestissimos parentes liberaliter educatus, ac liberalibus disciplinis expoliri cœptus, iisdem totum sese dedisset, tantum in studiis Sapientiæ profecit, ut in Academia Wittembergensi meritissimo suo honores illos consequutus fuerit, quibus Philosophiæ cultores suos ornat. Auctus hoc honore bonas ipse literas in diversis locis summa cum laude docuit: Scholæ quippe Stendalienſis per annos aliquam multos, inde Gymnasii Berolinensium, tandemque Magdeburgensium Rector. - - Exstat ejus oratio de norma & forma disciplinæ in Scholis recte feliciterque instituendæ, & conservandæ Magdeburgi habita anno 1611, & carmina nonnulla passim legenda, ac, quantopere Poëtices quoque studium excoluerit, abunde fidem facientia. Amicum fuisse paternum, testes habeo literas ad patrem meum piæ memoriæ scriptas. Hæc Henelius noster in Sil. Tog.

Neque obliviscendus M. ADAMUS FRANCISCI, Abbas Heilbrunnensis in Franconia. Obiit 1593, d. 28 Septembr.

§. 65.

JAUERNIGA.

Opidum (a) Epiſcopale, cui arx imminet amœniſſima & pulcherrima, à Divo Joanne nomen ſortita. (b) Diſtat duobus ferè milliaribus ab opido Landecka, ubi thermarum ſunt ſcaturigines, multis in balneo, ac fœminis præcipuè ex uteris frigiditate ſterilibus ſalutares.

(a) Caſtrum Jauernick (hodie S. Joannis vocant montem) in præcelſo exædificatum loco cum omnibus pertinentiis à Boleslao Duce Suidnicenſi jure perpetuo tenendum, reſervato duntaxat Principi ad vitæ tempora uſufructu, impetravit Precislaus à Pogarella, Epiſcopus Vratislavienſis, quod expreſſis hiſce verbis annotat in ejus elogio Henelius Lib. I Sileſ. Togatæ.

(b) Nomen Joannæum, (Johannes-Burg & Johannes-Berg) opido hodie & caſtro commune, à Joanne Thurzone, arcem anno 1505 reſtaurante, obtinuit.

Urbs A. 1647 à Suecis fuit occupata, & caſtrum ipſum interceptum: quos vero Cæſareus Equitum Magiſter Gärtner, Glacio excurrens, expulit, prædamque reportavit non contemnendam.

§. 66.

JAVORIA (a)

Sive Jauravium, Jauer/ florentiſſimi Ducatus (b) caput, urbs agro frugum, fructuumque ferace, in læta & ſatis lata planicie verſus montes Gigantæos, quorum uno inde milliari radices incipiunt, ſita. Aëre fruitur puro & ſalubri, aliis etiam commoditatibus prædita, niſi quod flumine deſtituta, fontium aqua, diverſis locis erumpente, contenta eſſe cogitur. (c) In-

Insignis est palatio sive arce, (*d*) in qua ut quondam Duces ipsi degere soliti, sic hodie Præfectus utriusque Ducatus residet: tabulario item, sive Cancellaria Regia ex urbe Suidnicensi huc translata A.C. cIↃ IↃ LXXV. In cujus aditu supra januam hujusmodi legitur distichon, notatu dignum:

Hic locus odit, amat, punit, conservat, honorat
Nequitiam, Pacem, Crimina, Jura, Probos.

Parochiale templum habet ex lapide egregio opere exstructum, itemque Monasterium D. Francisci Sodalibus, qui vulgo Bernhardiniani adpellantur, A.C. 1492 (*e*) ædificatum ab Johanne Episcopo Wardiensi: sed qui tiara cum amplissimis dignitatibus posita, spontaneam paupertatem amplexus, Monachorum vestem Vratislaviæ sumpsit. Curia Senatoria operis non contemnendi: Civium autem ædes magnam quidem partem lapideam, sed non ejus tamen altitudinis, qua Suidnicensium: ceterum porticibus sic instructæ, ut nec pluvius, nec serenus Jupiter admodum nocere queat. Deus urbi olim Tutelaris S. Martinus, cujus & imaginem in scuto ostentat. Elevatio poli est 51. 3. longitudo 39. 2.

(*d*) Jauravia, Jaurovia, Jaura nonnullis. Wratislavia octo, Suidnicio quatuor, Lignicio duobus distans lapidibus. A Poëta quodam hanc situs sui accepit laudem p. 66. 67:

Nec te tacebo, JAURA, Suidnia soror,
Antiqua sedes Principum, qui Silesia
Australe saltu sub Sudetico latus
Olim regebant glorioſis fascibus.

Non magna celsis nec recincta mœnibus
Certare magnis urbibus magna vales
Agone laudis, ac honoris splendidi.
Blandis voluptas te lacertis undique
Complectitur, Ceresque fertilissima
Agri, remotis hinc & inde montibus,
Latè patentis te coronat æquore.
Verum ante portas hisce gaudes dotibus:
Hæc summa laudis est, caput tot urbium,
O JAURA, jura quod tribunali è sacro
Pro Rege dicis subditis provinciæ:
Huic majus addi nil potest præconio.

An. 1158 à Boleslao Crispo lignea tantum accepit incunabula, haud dum muris ab illo, sed palis cincta: ætate tamen crescente ea magnificentiæ accepit incrementa, ut tot urbium caput fieri merereturr.

(*b*) De Ducatu ipso, ejusque Ducibus cap. sequenti.

(*c*) Torrentem quidem habet juxta suburbium, quem NISSAM SÆVIENTEM (die wütende Neyß) accolæ nuncupant, quod nivibus liquefactis, aut imbribus copiose cadentibus ad eas tepente vires excrescat, quibus & agros valet destruere, & domos diruere, & alia damna plurima inferre.

(*d*) An. 1527 (alii ponunt annum 1532) in Aprili ex pago Peterwitz rustici perduelles nocturni temporis occasione usi in castrum irruperunt, eo ducti animo malevolo, ut loci Capitaneum Joannem de Seidlitz Dominum in Schönfeld &c. cultris jugularent; Sed proditi fuerunt, & capti, è quibus Coryphæi, cædis molitores, Suidnicii gladio cæsi: cæteri ad eam condemnati pœnam, ut nudi, verendis duntaxat velatis, ex colle quodam Jauroviæ vicino in genibus ad arcem usque repentes, culpamque agnoscentes & deprecantes sanctè promitterent, cultro sese, qui cuspidem haberet, infra decennium non usuros. *J.H.C. in Pol. MSt.*

Non exiguum Arcis hujus per complures annos fuit ornamentum BIBLIOTHECA NOSTITZIANA, librorum copia, & raritate cimeliorum, numorumque pretio, nec non Instrumentis Geometricis permultis celebris: non dudum ab ipso Excellentissimo Comite, hujus Thesauri possessore, aliò translata.

Urbis munitio in fossis profundioribus, mœnibus firmioribus, & propugnaculis quibusdam manu Suecica paratis consistit.

An. 1640

An. 1640 à Tribuno Suecici exercitus Stalhanſio intercepta; ſed hoc eodem anno à Generali Cæſareo Goetzio armatis viribus fuit recuperata, & præſidium Suecicum occiſione deletum.

An. 1642 à Suecis rurſum & intercepta, & expilata.

An. 1648 à Cæſareis Lignicio excurrentibus, ſub ruſticano & fœmineo veſtitu militem abſcondentibus, & Suecicos præſidiarios ex improviſo adorientibus atque cædentibus, capta, devaſtata, & in cineres redacta fuit: qua ratione hoc factum, F. Lucæ refert in Chron. Sil. pag. m. 950.

(e) Alii jam anno 1486 ædificari cœptum, anno 1489 paratum monaſterium; anno vero 1492 ingreſſum fuiſſe ordinem ſcribunt Joannem hunc Pannonium, quem Naſo noſter ſequenti epigrammate celebrat:

Pannonii merito frueris cognomine Præſul,
Pannonia Antiſtes inferioris eras.
Sed cur, quos alii quærunt, tu ſpernis honores?
Anne gravat crines infula ſacra tuos?
Cæcos reddit honor, tu non vis cæcus haberi,
Non placet ergo tibi, Præſul, amatus honor.
Tu nudum ſequeris, dum deſeris omnia, JESUM:
Omnia, cum JESUM rite ſequaris, habes.

An. 1562 haben die frommen geiſtlichen (ex Buckiſchianis MSt. Vol. I. f. 9. membr. 9 ſcribimus) Väter und Brüder S. Franciſci de Obſervantia wegen damals noch währender ſchwerer Verfolgung der Religioſen das ſchöne Cloſter zu Jauer . . verlaſſen; darinnen hernach durch viel Jahre die Jugend in der Lehre Martin Luthers unterwieſen/ und zugleich die Land-Täge gehalten worden/ biß endlich Ann. 1636 ſie ſelbtes Cloſter wieder bekommen.

In Templum S. BARBARÆ, quod An. 1562 in Armamentarium & Granarium Jauravienſes mutaverant, ingenioſe Naſo noſter:

Eſt paterna quidem Tibi BARBARA, ſed non
Moribus illa fuit barbara, nec ſpecie.
Barbarus ille poteſt dici de jure Senatus,
Qui templi vetito jure profanat opus.
In te Patronus belli tormenta recondit,
Sat grave tormentum, cum violatur honor.
Ut tamen annonam portes, tibi convenit ultro,
Symbola ſunt Diva Virginis ambo tua:
Nam cruciata fuit tormentis Virgo, ſupernam
Qua ſolet annonam BARBARA ferre DEI.

Hoc

Hoc autem templum ſub hodierno Magiſtratu Ampliſſimo ſervire rurſum cœpit priſtino cultui, ad quem à devota Antiquitate fuit erectum.

Zum H. Geiſt wird genant die Kirch/ welche von Jhro Kayſ. und Königl. Maj. Ferdinando II, vermöge des vollzogenen Frieden-Schluſſes/ denen getreuen Ständen dieſes Fürſtenthums/ ſo der Augſpurgiſchen Confeſſion verwandt/ von Holtz und Leim aufzubauen allergnädigſt zugelaſſen/ und anno 1652 aufgeführet worden. J. H. Cunradi in MSt. Polio-Sileſ.

Entzwiſchen der Stadt/ und dem Dorffe Lobriß iſt auf einem Acker ein leerer Platz/ worauf die Fürſtin Praxedis, Hertzogs Henrici III Gemahlin/ anno 1249 eines jungen Printzens geneſen/ als ſie nach Lignitz verreiſen wollen. Zum Gedächtniß bleibt der Platz biß auf unſere Zeit unangebauet/ und unbeſäet. Idem ibid.

Anno 1556, d. 5 Januarii ſol über der Stadt eine Todtenbahr erſchienen ſeyn mit zwey Lichtern; hinter der Bahre zween Männer/ die mit einander gekämpffet: als dieſe verſchwunden/ wären die Lichter auf die Bahre gefahren/ und allda ſtill geſtanden/ und hätte das Geſicht bey 4 Stunden lang gewähret. Idem ibid.

An. 1561, den 22 Julii iſt ein Bauers-Mann unweit Jauer/ ſo auf dem Felde bey ſeinen Mädern geſtanden/ vom Donnerſchlag getroffen/ todt blieben. An ſeinem Leibe nahend an der Schoß an der lincken Seiten/ und mitten in der Waden recht am lincken Beine/ ſol man von zuſammen gelauffenem Geblüte dieſe Characteres oder Buchſtaben geſehen haben:

Q G W H I.

Sollen von dem Pfarrer des Orts alſo ausgeleget worden ſeyn:

Der Circkel bedeute GOtt.
Der Strich den Pfeil/ den GOtt geſchoſſen.
Die Buchſtaben G W H I:
Gott Warnet Hiermit lederman. Id. ibid.

JAROVIAM ortu ſuo illuſtravit

Venerab. P. FRATER ALEXANDER de JAUER, ſacri Ordinis S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ, quondam Vicarius Provinciæ, qui (ut habent Chronica Provinciæ Bohemiæ S. Ordinis) anno 1494 in feſto S. Jacobi Apoſtoli ad Patres ſuos appoſitus eſt in loco S. Bernardini Vratislaviæ, in choro ſepultus. Hic inter ceteras, quibus relucebat, virtutes gratia benignitatis & manſuetudinis plurimum præditus erat, ita ut Mater Provinciæ dici mereretur. Ita in dictis Chronicis. Cui

Cui merito accenſemus R. FRATREM P. MATTHIAM JAVORIENSEM S. Ord. S. Dominici, ab Abrahamo Bzovio magno Doctorum æſtimatore in eorum numerum, qui Eccleſiam Catholicam ſcriptis illuſtrarunt, in vita B. Ceslai, relatum. Scripſit autem Tractatum de Sacramento Euchariſtiæ: cui adjunxit Tractatum alium de frequenti Communione, ex viginti octo Claſſicis Auctoribus collectum anno 1460 contra Huſſitas.

Recentiores autem *artibus honeſtis copioſi Viri* (ut Taciti phraſe utamur) in Sileſia Togata à noſtro ſequentibus celebrantur encomiis:

CHRISTOPHORUS ROMBAUS, D.

Celeberrimum hunc Apollinis myſtam, neque minus literarum, quæ humanitatis nomine cenſentur, peritum, virtutis adhæc omnigenæ, ac modeſtiæ potiſſimum, candoris & probitatis verum exemplar, non eſt cur in muſico hoc eruditorum theatro prateream. Patriam is habuit Javoriam, artis autem Medicæ, cujus ſummum illi gradum expletis ſpatiis Baſilea contulit, Rhodum ſive ſpartam cum genitale aliquamdiu oppidum, tum Sileſiæ metropolin nobiliſſimam, in qua ipſe plusculorum annorum curriculo, magna cum laude induſtriæ, ac ſucceſſus divinitus ſuppeditati praxin exercuit feliciſſime: ad triplicem illum ſcopum ab Hippocrate, & Galeno tantopere celebratum inculpatæ medicationis nunquam non reſpiciens: ut & cito, quoad ejus fieri poſſit, & tuto ac ſine periculo, & jucunde ac ſine omni turbatione cæptæ curationis tela perficeretur. - - Ipſemet ex calculo veſicæ, quî cum aliquot annis ei conflictandum fuit, tam immites cruciatus percepit, ut ſiquis odiſſet Rombaum, merito illi inimicus eſſe deſinere debuiſſet, odio tam miſeris & crudelibus divexationibus ſaturato. Recurrebat id malum annis extremis ſæpius, in hoc tantum remittens, ut atrocius ſæviret, ob idque fere immedicabile, neceſſarium remedium voluiſſet morte crudeli, atque ipſam plerumque mortem, dolores ſane ultra patientiam erant, ſed quos ipſe tamen patienti & conſtanti animo toleravit: donec accedentibus, ut fit, aliis graviſſimis ſymptomatibus, cephalalgia, vertigine, aſthmate, nauſea & colica, febris tandem acuta ſuperveniens optimum Virum humanis exemit, anno ſalutis ſupra mille ſexcentes quinto: annos quidem natum haud amplius 50 & Reip. adeo ac ſuis parum diu vixiſſe, parum viſum, ſed ſibi tantum, ac gloriæ ſuæ perquam ſatis; non enim annorum numero, nec ſpatio ætatis præſtantium virorum vita terminanda, ſed laude, fama, & perpetua poſteritatis immortalitate. Symboli loco uſurpavit:

Morior & disco: utinam & mori! *à Johanne Hermanno Rautenate Sil. P. L. C. hujusmodi epigrammate exornatum:*

Quotidie miror, disco tantum omnibus horis.
O bene! si possim discere, posse mori.
Suave mihi, reliquas didicisse fideliter artes,
Quæ laudum titulos, quæ bona multa vehunt.
Sed bene posse mori tantum, ars est maxima, rectè
Quam siquis didicit, maximus arte Vir est.

Scripsit, & edidit Exercitationes *quasdam* de Corporis humani partibus: *quibus generatio, substantia, usus, sanitas, morbus & curatio illorum exponitur.*

JOANNES MEHLIUS, JCtus.

Joh. Mebl. Jaurovienſem Laurentii Senioris filium Jureconſultum memoria poſteritatis digniſsimum esse nemo negabit, qui vel priscos vel meliores seculi mores, vel Justi & Æqui summam observantiam, vel prudentiam variam, quam manſuetioribus Musis, & latinæ Poëtices suavitate inter fori severiores curas demulcebat, sive plures aliasque ingenii & animi dotes spectaverit, quas natura sive DEUS potius in eum contulerat. Illustrissimo sanè Silesiæ Principi Carolo Duci Monsterbergensi atque Olsnensi per annos undecim fidam & præclaram operam navavit: primum quidem in instruendo filio primogenito Henrico Wenceslao, Principe juventutis florentissimo; sed cujus anno post sesquimillesimum primo & nonagesimo sexto Eidus Octobris Romæ lethali morbo deprehensi, & annis exstincti, maturus obitus non parenti duntaxat piissimo, sed bonis omnibus, cumprimisque Mehlio, morum ac studiorum Magistro, perquam luctuosus fuit; adeo nempe vetus illud verbum: optimum quemque minus durare in his terris, sed pignorari cœlo. *A Carolo exinde Patre, qui cum magnus ingeniorum esset æstimator, principatum autem plus bonis niti consiliis, quam telis & brachiis, non ignoraret, nulla in re majorem diligentiam adhibuit, quam ut à latere haberet non nisi optimos quosque inter Consiliarios Ducales receptus, id tota mente, animique impetu egit, ut, quam exspectationem sui concitaverat, eum non modo sustinere ac tueri, verum etiam vincere posset: atque adeo fidelis esset, & insatigabilis illius remex, qui omnibus modis operam dabat, ut in hoc publico navigio clavum semper rectum teneret. In Senatum sane quoties venisset, nullius ore ductabatur, nulla contentius erat sententia pedentanea, sed adversus*

verſus peritiores tamen nunquam pertinax: rationi nimirum ſemper cedens, auctoritati non aliter, quam ſi hæc illi acceſſiſſet. Quæ ſua concredita eſſent taciturnitati, & fiduciæ, ea cuiquam enunciare, aut facere palam irreligioſum putabat. Editus in hanc lucem anno ſalutis ſupra mille quingentos ſexto, & quinquageſimo circa Latare, cum ex peregrinationibus maximeſuis (bis quippe Italiæ Germaniæque perluſtrata) malam contraxiſſet valetudinem, calculi & colicis doloribus debilitatus, crebris vomitibus ſtomachi enervatus accedente tandem ſcorbuto, pridie Eidus Februarias anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo, poſtquam annos vixiſſet 43, moriendo morbis & turbis ſeculi non tam promte, quam cupide valedixit. Sil. Tog. lib. 10. No. 20.

§. 67.

JOANNISTHAL.

Vallis D. Joannis opidulum Epiſcopale, confinibus Ducatûs Jägerndorffenſis ſupra Zuckmantelam.

§. 68.

KALTENSTEIN.

Opidulum montanum Freiwaldæ proximum: propter ingenium loci tum montoſum, tum aſperum, ut alia opida, vici, arcesque, à ſaxis denominatum.

§. 69.

KATSCHURA.

Bojem. (a) Kettré opidulum immœnitum: ſub Dominio Epiſcopi Olomucenſis. Arx adjuncta Gaſinskiis ſubeſt.

(a) Milliaribus octodecim Vratislavia diſtans. Confer etiam, quæ ſupra cap. II. § 31. in Scholiis monuimus.

Nundinas habet 1. die S. Viti.
- - - 2. in dedicatione S. Michaëlis.

§. 70.

KETZERDORFFIUM.

(a) Ketzerdorff / vicus ad Stobram fluvium cum arce Principum Brigensium.

(a) Cerevisiæ coctura celebris, quæ Brigæ in cellario, ut vocant, Suidnicensi venit.

Putant nonnulli antiquis ruderibus, quæ isthic inveniuntur, designari formam Monasterii, quondam forsan exstructi, & tempore motuum Hussiticorum diruti. Sed nec de Fundatoribus, nec de Religiosis illud incolentibus quidquam certi habetur. Nisi de loco isto intelligendum esset, quod Franciscus Dux de Gonzaga Tract. Mag. de Orig. Seraph. Relig. Franciscanæ Part. II. Conc. 25. p. 460. *de Conventu S. MARIÆ de deserto RECSEDORFFII* memorat in hæc verba: *Eo ipso anno, quo eximia sanctitatis Pater Frater Christophorus à Varisio, beati Patris Joannis Capistrani olim socius, atq; unus ex fundamentalibus hujus Provinciæ lapitibus, Mediolani in Conventu S. Angeli viam universæ carnis ingressus est, nempe anno à Partu Virgineo 1491. Præsens Conventus Gloriosissimæ Virgini MARIÆ de Deserto sacratus à Recsedorffianis longiusculus à Recsedorffio S. Iesiæ oppido ex communibus facultatibus ædificatus, atque à Venerabili Patre Alexandro Javorensi, ex Patris Vicarii Provincialis commissione, admissus, nec non & à 18 hujus Provinciæ Fratribus inhabitus fuit. Sed (prob dolor!) post elapsos aliquot annos à novatoribus quibusdam hæreticis pro majore parte dirutus exstitit. Qua tandem de causa pauperculi Fratres fuga sibi consulentes ad alia hujus Provinciæ loca declinarunt.*

An. 1633 miles Cæsareus ad hanc arcem magnam cladem accepit à Saxonibus.

§. 71.

KOBELGURA.

Opidulum exiguum haud procul Weidæ fontibus. (a)

(a) Juris hoc esse Polonici, ex tabula chorographica Sculteti Silesio-Sprottani discitur.

§. 72.

§. 72.

KOSTENBLUT.

Vicus ad Abbatiam (*a*) B. Virginis in arena pertinens, ac Civitatis jure gaudens. (*b*) Habet enim Conſulem & Senatores, habet ſigillum, quale alia habent opidula.

(*a*) S. Vincentii Can. Regularium Præmonſtratenſium.

(*b*) Sol vor Alters ein gewaltiges Privilegium gehabt haben/ daß nemlich S. P. Q. Vratislav. durch Uberbringung 3 Breßlauer Heller ſub lit. W einige Submiſſion, vor dem Gerichts-Tiſche ſtehende/ jährlich hätten zeigen müſſen. Welch Privilegium die Gerichte daſelbſt ſollen verſchertzt haben per ſupinam incuriam. Hæc recenſet diligens Annotator in Sileſ-Poliograph. MSt. J.H.Cunrad. qui tamen (& nos cum illo) de fide, aut veritate hujus privilegii dubitat.

§. 73.

KRANOVICIUM.

Kranowitz/ opidum immœnitum in Ducatu Oppavienſi. (*a*)

(*a*) D. Baroni de Reyſewitz paret.

§. 74.

KONIGSBERGA.

Vulgò Künsberg/ ejusdem Ducatus opidulum. (*a*)

(*a*) Kunisberga, locus immœnitus.

§. 75.

LANDISHUTTUM.

Landshutt/ opidum munitum Ducatus Suidnicenſis in amœna valle ad Boberum, qui ibi fundulis optimi ſaporis abundat, verſus Bojemiam ſitum,

idque nominis inde adeptum, quod ἐΦορεῖον ſit, ac per ſpeculam Provinciæ ſuæ verſus Bojemiam conditum. (a)

(a) à Boleslao Bellicoſo.

Linteorum venditione magnum opido lucrum accreſcit.

Ante portam inferiorem oſtenditur adhuc locus, & valla Arcis, quam olim Majores noſtri in Sileſiæ cuſtodiam erexerant, Landeshutt propterea nuncupatam.

Opidi inſigne Turres duæ ſunt, minor altera, altera major, juxta quas Polonus dextera evaginatam frameam, ſiniſtra clypeum geſtans conſpicitur.

Huſſitas anno 1426 etiam Landishuttum aggreſſos opidani viriliter rejecerunt; quamvis ab injecto igne magna opidi parte privati. Dignum ſane notatu, quod uterque ſexus ſuam ſimul defenderit urbem, viris hoſti ſeſe opponentibus, fœminis vero, & iis, quibus ob ætatem teneram hoſtem aggredi non licebat, flammas & incendia extinguentibus, Bohemis vero magno cum dedecore à victrice urbe recedere coactis.

Extra portam Eccleſiam habet lapideam cum Cœmeterio. Sed & trans Zidrum fluviolum antiquitus ſacellum habuit, ſacratiſſimo Chriſti Corpori nuncupatum, hodie vero nonniſi ex ruinis agnoſcendum, quo priſca Catholicorum devotio turmatim proceſſit ſupplicatum. Haud procul inde rudera quoque monſtrantur ſacelli Hoſpitalaris temporum injuriis diruti.

An. 1638 potiori ſui parte exuſtum.

An. 1639 à militibus adeo expilatum & vaſtatum, ut duæ tantum perſonæ in opido remanſerint.

§. 76.

LEOBERGA.

Löwenberg/ vulgo Lemberg/ (a) manifeſta nominis derivatione à leone, quaſi nimirum mons leonum: non quod leones heic exſtiterint, ſed juxta metallicorum conſuetudinem, qui certos fodinarum me-

metallicarum diſtrictus, vel divorum, ac divarum, vel etiam beſtiarum nominibus inſignire, invicemque diſcernere ſolent, ut in Freyberg/ Anneberg/ Marienberg/ Joachimsthal/ Gülden Eſel/ ac fortaſſis etiam Hirſchberg/ & Greiffenberg/ videre licet. Urbs Ducatûs Jarovienſis multis præ aliis eminens: loco equidem montibus undique fere circumfuſo, amœniſſimo tamen (totus enim tam ſupra, quam infra opidum tractus nil niſi tempe eſt) ad Boberum grato murmure currentem fluvium ſita. Metalli olim fodinis, exinde fertiliſſimorum agrorum cultura, ædificiorum elegantia, linificiique pariter ac lanificii præſtantiâ celebris. Incrementa vero urbis pannificum tribui vel maxime adſcribenda, quæ cum propter commodas in Polonia, Sileſia, atque adeo ipſa etiam Hungaria negotiationes opibus ſubinde, & contribulium frequentia mirum in modum, DEO fortunante, creſceret, urbem ab metallicidis inchoatam ampliavit, ornavit, & ad eam, quam hodie videmus, peregrini mirantur, ædium cum publicarum, tum privatarum elegantiam perduxit. (*b*) Templa habet D. Johannis Parochiale (*c*) inſigni opere, & amplitudine; D. Laurentii in Cœmiterio Parochiali; (*d*) D. Nicolai ante portam Goldbergenſem prope novum noſocomium; D. Matthiæ ſub eadem porta; Monaſterium Franciſcanorum olim Societati, (*e*) exinde gymnaſio, quod nulli vicinarum urbium facile

cile ceſſurum ſit, conſecratum, templumque D. Mariæ elegans & amplum Monaſterio junctum; novum denique pro funerum deductionibus exſtructum. Fontibus & ſcaturiginibus ita abundat, ut nulla platea, paucæ etiam, ex inſignioribus quidem, domus reperiantur *ἄνυδροι*. Hortos habet amœniſſimos: & à Bojemis quidem vel ſolo Roſmarino matresfamilias Leobergenſes vectigal non infructuoſum hactenus exegerunt. Cujus quidem aromaticæ plantulæ culturæ acceptum referre Tobias Coberus, Medicinæ Doctor, Obſervationibus Medicis Caſtrenſibus celebris non dubitabat: quod multorum cum Magnatum ſtupore malus granata, & quidem bifera in horto Conſulis Chryſoſtomi Schubarthi ſub ipſa Sileſiæ Erigone conſpiceretur. Fama urbis ob viros, quos in omni doctrinarum genere excellentiſſimos largiter effudit, per totum Europæum orbem longe lateque diffuſa eſt: adeo quidem, ut quum ceſſionem Monaſterii Senatui Leobergenſi pro erigenda ibi bonarum artium Schola ab Ordinis S. Franciſci de obſervantia per Saxoniæ & Sileſiæ provincias Miniſtro, & qui tunc adhuc ſupererant, Conventualibus factam Reverendiſſ. Epiſcopus Vratislavienſis A. C. cIↃ IↃ XLIII auctoritate ſua confirmaret, in hæc ſcribere verba non dubitaret: *Habuerunt jam olim hanc laudem cives Lewwenbergenſes, quod liberos ſuos non parvis ſumptibus bene literis inſtituendos curaverint. Unde,*

etiam

etiam hoc tempore nonnulli probe docti Viri populares eorum in certorum Principum Aulis, & Civitatum gubernatione conſpiciuntur. Quam laudem de cætero eo impenſius conſectabuntur, quod tam commodum & honorificum locum gymnaſio, & exercitio pietatis viderint eſſe attributum. (*f*) Reſpublica prudenter conſtituta, inter alia, quibus gaudet, privilegia, eximium illud habet, quod non ſolum ſibi in omnibus cauſſis tam Criminalibus, quam Civilibus juris dicundi, ſed etiam aliis, in illo prælertim territorio de jure quærentibus reſpondendi poteſtatem indepta eſt. Videatur Mnemolyne Leorina Caſparis Suevi, qui multa erudite de præcipuis patriæ ſuæ laudibus congeſſit. Anno CIↃIↃCLXXI die XIIX Junii heic & Goldbergæ copioſe ſiliginem, triticum, & piſa cœlum pluit. Frumentum a multis collectum, & in farinam redactum panem dedit optimum.

(*a*) Die Stadt führt den Nahmen (inquit Joannes Henricus Conradi in Sileſi-Poliographia MS.) von drey jungen Löwen / welche ſich daſelbſt in einer Berg-Höle auffgehalten / und vom Hertzoge Henrico III An. 1264 mit Pfeilen erleget worden. Si credere fas eſt. Nobis probatur etymologia Heneliana.

(*b*) Pannificum quondam 700, civium univerſim 1700 numerati fuere, cum hodie vix centum ſexaginta cives reſtent.

(*c*) Ad S. Ordinem S. Joannis Hieroſolymitani ſpectans, in cujus fundo jam anno 1205 a metallicidis erectum fuit, duabus conſpicuum turribus, quarum altera A. 1659 collapſa, noſtra vero ætate reſuſcitata fuit. Monumenta alia, quibus Eccleſia ornatur, leguntur in Phœnice Redivivo D. Naſonis.

(*d*) Sed & S. Crucis ſacellum prope Parochialem ſitum eſſe, ſcribit idem Naſo.

(e) Eccleſiæ & Monaſterii Conventualium idem autor meminit ſequentibus: Die daſelbſt annoch verhandene Brieffe beweiſen klar / daß denen ehrwürdigen Patribus des Ordens Minorum Conventualium D. Franciſci, die Kirche / und das Cloſter ſchon vor Alters rechtmäßig zugeſtanden / und annoch im Jahr 1517 von ihnen würcklich beſeſſen worden / biß ſelbige bey entſtandenem Irrthum des ihnen nicht annehmlichen Glaubens D. Martini Lutheri den Ort im Jahr 1524 verlaſſen müſſen; unterdeſſen nicht allein das ſchöne Cloſter / zuſamt den Creutzgängen ohne weniges Gemäuer und Gewölbe / ſondern auch die anſehnliche Kirche (welche in der Länge 82½ und in der Breite 39 Elen ausweiſet) ihren gewölbeten Schmuck / welchen 8 ſteinerne Säulen empor getragen / meiſtens verlohren / daß nur gegen Auffgang der Sonnen das gewölbete Chor und 2 kleine Seiten-Capellen übrig verblieben. In der einen Capellen iſt das Begräbnüß derer Hn. Schaffgotſche von Plackwitz / in welcher ein erhobenes Grab eines Hn. von Schaffgotſch / von dem ſein getreuer Hund nicht weichen wollen / daß man ihn lebendig mit ſeinem Herrn begraben müſſen /

Ut monimenta docent illuſtris ſaxea ſtirpis.

Cæterum num Franciſcani, qui olim Conventum hic habuiſſe leguntur, Conventuales, an vero Diſcalceati fuerint? nihil ad nos: diſputent illi, quorum intereſt.

Vorzeiten haben in der Nonnen-Gaſſen die Geiſtliche GOtt eingeweihete des heil. Ordens D. Franciſci, ihr Klöſterlein gehabt / welches mit ſtattlichen Einkünfften und Gütern begabt geweſen. Als nun die ungleiche Lehr Lutheri den Ordens-Perſonen ſchmertzliche Verfolgung verurſachete / haben die fromme geiſtliche Veſtales zu beſſerer Sicherheit ihres jungfräulichen Standes ihre Wohnung zu Löwenberg / und dabey die Schaffnerey / ſo inmittelſt die Güter des Geſtiffts in acht nehmen und verwalten ſollen / mit betrübtem Hertzen verlaſſen.

Narrat de hac redituum curatrice ſ. Præfecta Veſtali memorabilem hiſtoriam Naſo noſter, illam ſcilicet ab filio Præfecti Commendæ Maltenſis perdite amatam, & ab ejus parente, qui opibus Monaſterii inhiaverit, blanditiis partim, partim minis ad conſenſum nuptiarum pertractam, ambos vero amantes, ex voto potiſſimum Sponſæ, quæ a copula carnali abhorrebat, coram altari, quum manus dare invicem deberent, mortuos concidiſſe, exemplo poſteris, ne ſanctimoniales invitas, ad mundanas illecebras pertrahere ſatagant. Subjungit idem ſequens epigramma:

Ad

Ad cœleſtem Sponſam:

Virginei cœtus tu jure Corona *vocaris,*
Namque decus cordis morte coronat amor.
Divus amor, clauſit tua qui præcordia, carnis
Ne violaret amor, te modo jure tenet.
Si vincire ſolent ambos ſponſalia ſponſos,
Cœleſtis ſponſi, ſat tibi vinctus amor.
Quid plus? morte tua fidum teſtaris amorem,
Dulce tibi fuerat ſic in amore mori.

Verum majorem rei fidem conciliaſſet, ſi Archivum, ex quo ſcripſit, aut Autorem, in quo legit, citare non oblitus eſſet.

(*f*) Hinc Leoris, ſeu Leoberga inclyta Virorum doctiſſimorum genitrix a Fechnero celebratur ſequenti carmine:

Nam quid Pyramidum ductas ad ſidera moles
Jactitat infami ſiſtro perculſa Canopi
Turba? Quid oſtentat multum vigilata Myroni
Signa Ducum in laudem propriam diffuſior æquo
Gracia; ſi Cronii rodit dens acer ahenos
Miltiadas, ſi ſaxa ruit vis improba Clothus?
Ecce ſepulcra ſepulta jacent, monumentaque Lagi
Sub tumulo recubant tumulata. Tropæa Cononum
Ardua fors petulans obtrivit calce feroci.
Tam celſum nil eſt, quod non ſua fata ſupinent.
Quod puer ante Deûm prædixerat Hannibal aras,
In cineris formam dudum Carthago redacta eſt:
Nec cladem potuit victrix depellere Roma.
Sed Romanorum magnum, & memorabile nomen
Ætas longa nequit Lethe merſare profunda.
Vives Roma vetus, nullo delebilis ævo,
Vives, donec erunt Muſæ monumenta Latinæ.
Docta, Palatinus quæ conſecravit Apollo
Scripta tibi vitam ventura in ſecla propagant.
Tanti eſt Varrones claroſque dediſſe Quirites,
Qui patriam ſtudeant fama tranſcribere templis.
Ecquis cultrices ſtudiorum noſſet Athenas,
Ni produxiſſent ovo felice Platonas
In lucem magnos. Stagiram clarat inertem

Summus Ariſtoteles. Hoc cive beata Philippos
Provocat, & Pellam nato ſibi Rege celebrem.
Tantum non urbi confert imbeata poteſtas,
Indigenæ quantum ſapientia nota Biantis.
Vivitur ingenio, pereant ſi cætera? in illud
Nil Juris Summanus habet, nil Atropos atrox.
O fauſtas urbes! O terque quaterque beata
Oppida, proclivis quibus indulgentia cæli
Cives donavit genii ingeniique potentes!
Ergo noſce tuas ſortes fœcunda virorum
Magnorum quondam genitrix, Leoberga. Tonantis
Supra fortunæ caput effer fulmina. Cælo
Te dudum adſeruit natorum fama tuorum.
Præ reliquis Sleſia Nymphis te Phœbus amavit,
Ex qua tot pullos Muſarum ſuſtulit una,
Quorum ſi numerum contendat inire Thalia,
Promtius expediat, quot apes vernantis Hymetti
Depopulentur opes, quot germina proferat Hamus.
Munera plura quidem tibi large prodiga rerum
In gremium natura parens congeſſit amœnum.
En circumfuſi te cingunt undique montes,
Montes, quos Pomona frequens, & opima Segeſtis
Certatim fœtis, & lætis dotibus opplent.
Quis vero valeat digna celebrare Camœna
Ornamenta, ſuis quæ mœnibus inclyta quondam
Occluſit Leoris, Sleſiæ ſpecioſa corona?
Ædes Vitruvia conſtructas arte decenter,
Diſpoſitasque pari ſerie rectaque per ampli
Quadrua plana fori, moles operoſa ſacrorum
Templorum, lati domicilia culta Lycéi,
Quattuor excelſis, quæ comunt nubila, turres
Verticibus, duplicis pinnacula ſaxea muri,
Pluria cæmentis, quæ rupis coſta propinqua
Præbibuit, quadris operum molimina ſtructa
Externi ſtupuere viri, ſtupuere magiſtri
Arces magnificas exædificare periti.
Hæc monumenta ſibi ſtatuit Leorina vetuſtas,
Sed non ad ſeros perduratura nepotes.

Nam

Nam qua nunc facies Urbis? Qua ſcilicet urbis
Eſt verſa. Fœdo heu deformata ruinis
Perdidit omne decus. Jam pridem ivêre coloni
Exequias patriæ: funus nam cernis ubique.
Priſca ſuburbano deceſſit gratia rure,
Deceſſit vernans caſis Pomona pyretis.
Sed quamvis hinc peſtis atrox te civibus hauſtis,
Inde gravis Mavors mactarit ſtrage frequenti:
Non tamen abſumta eſt culti tibi gloria civis.
Surge age, ſurge iterum, Leoberga, e pulvere ſurge,
Nec tibi congeries ſaxorum ſtrata dolores
Proliciant tantos: Reſtant monumenta vetuſti,
Qua nulla annorum ſeries abolebit, honoris.
Omnia peſſum ierint, ſalva eſt tibi fama tuorum,
Salva eſt aſſiduùm. Manes gaudete ſepulti
Majorum, ſi quid ſentitis ſub ſcrobe denſa.
Vos digni, quorum cineres amaranthus inumbret
Æternus, quorum præcingat laurea tumbas.
Vos vobis nomen peperiſtis in orbe perenne
Clara progenie, cujus victura Moneta
Excelſis ſuſpenſa tholis anathemata fu'gent.
Condidit hanc urbem (retulit velut alta vetuſtas)
Natio foſſorum pubesque metallica, cæcas
Terræ dum veſtigat opes ſub monte cavato.
Sed mox monſtratas Plutus ſubtraxit avarus
Divitias, vacuis horrent veſtigia foſſis.
Poſt exauxit opes urbis ſolertia felix
Pannificum, qui Mercurio ſua texta ſecundo
In terras miſere alias, quæſtuque feraci
Complerunt loculos. Sed ubi nunc urbis opima
Tam populoſa tribus? dudum dilapſa reliquit
Deſertas ſedes. Has civibus improba Clotho
Invidit ſortes, & nigro pollice rupit
Tramas cum ſubtemine,
Pannifices & panno ſos exegit ab urbe.
Verum quod potior contexuit ornamentum
Pallas, non audent fatales rumpere Parcæ.

Artibus hæc, Leoberga, tuos inſtruxit alumnos
Nobilibus, queis perpetuis ſpectabile ſeclis
Aulais ſuperum poſſent intexere nomen.
Tot non Heroas bellatrix Gracia miſit
Contra Trojugenas, tot non urbs alta Quirini
Vidit victores Capitolia ſcandere ſacra
Conſpicuos lauru, Leoris quot protulit una
Omnigena mactas ſtudiorum laude nepotes,
Qui patriæ in gremium plures retulere coronas.
Horum dum nuper ſtudioſa mente tropæa,
Et Clius Leorinea tot nomina volvo:
En ſubito mihi Mnemoſyne veneranda bonarum
Pieridum genitrix apparet fronte ſerena
Jucundum ſplendens. Canos diadema novenis
Præluſtre ſtellis, & lauri fronde premebat.
Aſt niveas veſtes inſcriptus nomina clara
Heroum peplus multo decorabat honore.
Nec tacuit cæleſtis anus, ſed voce benigna
Stans ex adverſo ſic eſt affata paventem:
Quid vero trepidas? Muſarum ſiccine mater
Hactenus eſt ignota tibi? Pone ocyus omnem
Corde metum. Quid agas rerum, novi, o bone, novi.
Scilicet indagas ſtudioque fideque tenaci
Doctorum eximios conſummatosque virorum,
Mundo quos olim peperit Leoberga genitrix.
Euge bonum factum! Non hoc ſine numine cæli
Captus. Et quoniam penito tibi pectore cura
Hæc ſedet, in partem pulcros relevabo labores,
Et dictabo lubens memori ſignata libello,
Noſcere quæ geſtis. Bipatens exprome pugillar
Ilicet & graphium, dictataque noſtra capeſſe.
Unde tamen cæpti procedit carminis ordo?
Quem primum celebrare virum mihi ſumo tot inter
Nomina, ſuprema quodnam ſtatione locandum?
Hæreo, ſuſpenſam ſic copia tanta virorum
Diſtinet, & pariles attollens gloria palmas.
Sed quoniam mihi narranti delectus habendus,

Prima

Prima fronte Sophos ſtatuam, qui Pallade dextra
Formarunt adoleſcentis vaga pectora cœtus.
O quantum biſce viris reſpublica candida Pindi,
O quantum Chriſti florens Eccleſia debet?
Quid conſulta Themis, quid ſoſpes Hygéa valeret,
Utraque ni ſuccincta foret ſapientis Athena
Artibus? Has vero cura ſolerte propagant,
Os rude qui pubis fingunt moresque, Magiſtri.
Quos inter tu ſemper habes memorabile nomen
Sueve *Sileſiaca moderator ſumme juventa.*
Alter tu Fabius conſummatuque Prometheus
Mentis formandæ, tu ſtrenuus optio Phœbi
Pythia per patrias induxiſti orgia valles,
Muſarumque choros. Te directore Lycéum
Auctu ſuccrevit tanto, ut certare cuivis
Gymnaſio poſſet ſtudii ferventis agone.
Quam vix cepiſſet moles cuneata theatri,
Denſa cohors juvenum te circumfuſa docentem
Sedit, quos variis regionum exciverat oris
Doctrinæ nova fama tuæ celebrataque Pitho.
Et non te Manesque tuos mactemus honore
Aſſiduo? certe Phœbo tu dignus haberis,
In cujus tumba plantet Daphnona perennem:
Ante tuos quem promeruit Laurentius *ortus*
Gorlicia ſator ille ſchola, ſtator ille bonarum
Diſciplinarum, quem Luſata terra celebrat
Omnia Fridlando ſimilem magnoque Philippo,
A quo Doctores agmen juvenale docendi
Et normam & formam methodo didicere Magiſtra.
Teſtis non una eſt nobis Academia, plures
Quam pullos unquam produxit turba Caiſtri
Candida, prognatos Leorino ſemine cives
Doctoris ſophici titulum retuliſſe ſupremum.
Tu pro me recites, Pallas Philyrea, catervam
Ingentem lectam Leorina e gente ſacrumque
Aptam ſtemma Sophi, te decernente, Magiſtri.
Horum Gerſtmanus *procedit in agmine primo,*

Qui

Qui decus id meruêre, caput mox ipſe Senatus
Clarum Palladii. Sophiæ pars cætera palma
Victrici contenta parum potiora brabéa,
Alta ſupergrediens Pindi laureta, recepit.
Nunc pergo Jenam: Reuſneris *illa duobus*
Claratur, gemino ceu Caſtore lucidus æther.
Quis non Nicoleon *novit prænobile germen*
Et decus egregiæ ſtirpis, cui Phœbus & omnis
Aſſurgit Phœbi cœtus, quem Cæſaris aula
Allegit Comitem? Licet iſte interprete Suada
Jus enodaret, tamen inclinavit honorum
Ad laurum caput Aoniam famamque Poëtæ,
Oſcen Muſæus, quo Sleſia culta triumphat
Vate, Poëtigenis nil cedens Sleſia Cattis,
Nil cedens Francis. Ejusdem gentis Eliam
Quis neſcit, quo non alius diſſolvere nodos
Hiſtoricos melior, Chronio qui vixit & almis
Pieridum ſtudiis, hinc magnum nomen adeptus,
Sed qua te laudet ſatis, Arconate, *Camœna?*
Carmina tu magno cecinisti digna Marone,
Quæ ſi conjunctim libuiſſet prodere, palmam
Lotichio dubiam faceret cenſura. Secundo
Ne fortaſſe fores prior, obſtitit ater iniqui
Livoris tibi dens, & iners ſocordia ſecli.
Hæc quoque Neukirchum *preſſit, qui clarus avorum*
Tempore Bruſſiaci celebravit Orcada Pindi.
Nimirum melius Leorina gloria famæ
Ivit conſultum. Muſa levioris alumnos
Concedens aliis Leoris non invida & iſta
Promere Laureolam ſpernens promulſide, prolem
Altius evectam, & potioris Apollinis arte
Inſtructam miſit mundi in commune theatrum.
Ergo deſertis Aganippes vallibus ædem
Auguſtam luſtremus Hyges, quæ ſoſpite cura
Ægros reſtituit, properantia fata morari,
Et vim feralis Libitinæ frangere gnara.
Hic demum numerare licet longo ordine Celſos

Aura-

Aurata dignos ſtatua quercuque virenti,
Ob tot ſervatos cives ſummosque Dynaſtas.
Aſpice Wirthiadum *prognatos gente* Georgos
Tergeminos. Primus Ludovici Regis in aula
Floruit Hungarica. Generoſa Vienna ſecundum
Morte cita raptum ploravit. Tertius ingens
Indeptus nomen coluit te, Carole Cæſar,
Teque Philippe, patris tanti memorabilis Hæres.
Hos ſequitur longo memorando carminis orſu
Ille Palatini Montis ter-maximus Hermes
Langius *& ſcriptis docto notiſſimus orbi,*
Quem tot producti Rhenana ſtirpe Dynaſtæ
Cuſtodem vitæ ſibi delegêre tuendæ.
At quid opus laudare virum, quem publica Phœbi
Lativio dudum commendat Epiſtola mundo?
Proximus eſt illi meritis illuſtribus, Aulæ †
Nomen cui felix non fallax contulit omen.
Hunc Brenni veteris magni ſenſere nepotes
Chironem fidum, vetus & nova Marchia ſenſit.
Laus magna in Medicos Procerum peperiſſe ſalutem,
Nec minus in Medicos populi peperiſſe ſalutem
Laus magna eſt: Leoberga decens ſed utraque triumphat
Candidulis famæ tendens ad ſidera mannis.
Quæ regio, quæ pars usquam Germanidos oræ,
In quam non pullos dimiſerit illa Galeni?
Lipſica Gittlerum *commendat Hygëa benigna*
Artis Doctorem, directoremque benignum.
Hac quoque Zeidlerum *merita decoravit oliva*
Ob ſtudium Coi ſacrum fidumque Magiſtri.
Antiquum Martis Pyrgum, qua Miſnia fines
Saxonicos ſpectat, Beierum *prædicat unum.*
Suecia certatim, Nordlinga & Luſata Sitta
Reuſneros *tollunt præclaros arte Melampi.*
Hos prater memor ipſa ſui Leoberga Medentum
Eximios ſibi progenuit terræque propinqua.
Fovit præluſtrem Medicum Melicumque Koberum.

† Caſp. Hofmannus, Med. Doct. & Electoris Brandeburg. Archiater.

Fovit Langiadem, *cui faſces Conſulis egra*
Patria commiſit, dira impendente ruina:
Scilicet à Medico ſperabat preſſa ſalutem.
Fovit & Ecciaden, *quem cura fidesque probabat*
Sedula, tempeſtas rueret cum peſtilis urbem.
Nomen grata tuum Stiglizi *fide Machaon*
Luſatia memori cantabit carmine Lauba;
Nec Lubena tuum, Lux ſplendidioris Hygéa
Gleisbergi *reticere poteſt. Hoc nempe merentur*
Poſt ſua fata decus Medici, quos lactea orbis
Excipit emeritos, & cœli parte ſerena
Ponit, Chironis fulgens qua promicat arcus.
Nunc cœlum famæ luſtrabimus altius iſtud,
Virginis hic mitis ſignum radiatile frontem
Attollit, ſacra diſpenſans jura bilance.
O quot ibi fulgent ſtellato nomina peplo
Quæ veneranda Dice claro tranſcripſit Olympo?
Hic ſplendet puro Reimanni *gloria vultu:*
Illic Hottenſi *floreſcit virida Chloris.*
Extendit latè lumen per utrumque polorum
Wirthiadum *ſidus geminum, quod Lipſica quondam*
Pulpita magnifico complevit lucis honore.
Adſpice Reuſneros *iterumque iterumque canendos,*
Quorum pars patriam re conſilioque ſalubri
Ornavit, pars externas diſperſit in oras
Ingenii radios: Inter quos eminet alma
Leucoridos Conſus Phœbeæ lampadis inſtar.
Aſpice Schulziaden *Albano è monte coruſca*
Atria per famæ fundentem lumen honorum.
Quis quantumque Virum tibi Saurius *ille videtur,*
Bresla Johannea quem vidit in æde ſenatum
Condecoraſſe ſacrum: cujus pars ampla fuiſti
Tu quoque Wirthiadum Petre *ſanguine proſate priſco.*
Jam Neugefindi, *poſſem monſtrare Salinis,*
Gratum Saxonicis lumen producere poſſem
Schepſiaden, *generi qui contulit ornamentum*
Grande ſuo, poſſem Saidos proferre Camillos,

Suevum,

Suevum, Reinhardum, Zeidleros, Hoppiadenque
Ottmannæ gentis proavos *producere poſſem,*
Poſſem alios: ſed nil opus eſt accendere ſoli
Lumen. Quæ canimus, dudum ſunt cognita mundo.
Prætereo reliquos doctrinæ nomine claros,
Seu fuerint Scholiis operati rite Camœnis,
Seu potioris Hygæ ſtudiis Themidique ſacrati,
Quos ego per Satyram ſi ſaltim dicere vellem,
Surgeret Hiſtoriæ milleſima pagina nobis.
Fortunati omnes dicti indictique ſerenis
In fama templis quovis fulgebitis ævo.
Salvete illuſtres animæ, quos continet æther,
Salvete & memoris Muſæ mactæ eſte brabeo.
Salve ſummorum genitrix, Leoberga, Virorum,
Mnemoſynesque tuæ laude eſto mactæ perenni.
Donec Caſtalidum ſtudiis ſua gloria ſtabit,
Semper bonos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

Paullo quidem prolixius videri poſſet hoc carmen, (cui Auctor uberiorem elenchum clariſſimorum virorum, qui Leoberga orti & ſuperius memorati ſunt, ſubjunxit) inferendum tamen non hoc ſolum, ſed & præcipua ex Elogiis Henelianis capita duximus, in gratiam maxime exterorum, ut videant, Sileſiam noſtram, quamvis in fine Chriſtianitatis, ut Scaliger nugatur, ſitam, nulli tamen Provinciæ, ſi literarum amorem & eruditionis gloriam ſpectes, unquam ceſſuram.

Cæterum inter laudatos ab Henelio Leobergenſes, quorum aliquot verbis potiſſimum Henelianis memorabimus, primo loco compareat

PETRUS WIRTH, D.

Honoratiſſima Wirthiorum Leobergenſium proſapia jam à centum & multorum retro annorum memoria, virtute ac meritis in Remp. amplisſimis eminuit, progenitis ſerie continua viris excellentiſſimis, & Doctoribus in omni diſciplinarum genere exercitatiſſimis Theologis, Conſiliariis, Archiatris in Aulis Imperatorum, Regum, ac Principum, inque Academiis longe meritiſſimis ac celeberrimis. Inter primos floruit Pet. Wirth, Philoſophiæ & Theologiæ D. Cathedralis Eccleſiæ Wratislavienſis nec non Collegiatæ Lignicenſis Canonicus & Collegii B. Virginis in Academia Lipſienſi, ubi quidem & ſummis tum Decani artium, quam Rectoris Aca-

demici honoribus ſumma cum laude, omniumque commendatione perfunctus fuit; cæterum nominis ſui memoriam in pulcherrimo illo Pſalterii, & Hymnorum Sacrorum Commentariolo reliquit æternam. Vitam cum morte commutavit vir ingenio & doctrina ſuo ævo celeberrimus in ipſa urbe, cæterarum olim Regina, cui par eſt nihil, & nihil ſecundum, 18 Julii anno 1521 in campo ſancto humatus.

GEORGIUS WIRTH.

Georgium Wirth, ſeculi ſui Æſculapium, apprime honoratæ ſplendidæque proſapiæ ſub annum 1470 Leoberga tulit, qui primis ſtudiorum tyrociniis in patria poſitis, mox extra patriam, quod erat ingenii felicitate, atque in litterarum ſtudiis aſſiduitate, omnes quæ ad humanitatem pertinent artes quanquam aſperiore adhuc & rudiore ſeculo prompte hauſit: ac primo quidem Lipſiæ teſtimonio eruditionis publico, quod Philoſophiæ Magiſterium appellant, ornatus, dein ad ſupremam artis medicæ, quæ naturalis Philoſophiæ quædam eſt propago, dignitatem Bononiæ celebri Muſarum Lyceo, in cujus ſtudio, ut loquebantur, vel vixiſſe olim ad doctrinæ commendationem ſatis erat, conſcendit. Unde cum in natale ſolum per Carinthiam redire cogitaret, præter ſpem ac votum provinciæ illius Medicus, nec multo poſt Sereniſſ. Ludovici Hung. & Bojem. Regis Archiater deſignatus, atque ab ipſo tandem, poſtquam ſplendidiſſimum illud munus annis aliquàm multis laudabiliter ſuſtinuerat, ita ut nihil omnino qua artis ſcientiam, qua induſtriam, qua felicitatem ab ullo quopiam in illo ſit deſideratum, Budiſſinæ Luſatorum ſingularis ergo meriti Decanus conſtitutus, litterarii otii Symbolis relictis haud paucis ad plures feliciter abiit, ſanguinis fluxu ſuffocatus, Gorlicii urbe Luſatiæ nobiliſſima 7 Id. Mart. An. 1524.

Duos præterea hujus familiæ Wirthanæ GEORGIOS Naſo in Phœnice Red. celebrat, etiam Medicinæ Doctores, & alterum quidem Caroli V Regis Hiſp. Archiatrum.

JOANNES LANGIUS.

Leobergæ Sileſiorum familiâ Medicinæ cultoribus clara natus eſt anno Chriſti octuageſimo quinto ſupra mille quadringentos. - - Sed cum is majorum exemplo Philoſophiæ cognitioni medicinæ ſtudium adjunxiſſet, ut ad doctrinæ eruditionem feliciter inchoatam acceſſiones majores faceret, in Italiam ire ſtatuit, ac primum Bononiam profectus, non ſolum doctis-

doctisſimis ejus loci Medicis, inprimisque Ludovico de Leonibus, cujus tunc nomen magna in laude & gloria poſitum erat; ſed & Petro Aeginetæ Græcas litteras docenti operam dedit: Piſis tandem Medicinæ Doctor renunciatus publice adhibitis ſolemnibus ritibus, poſt præmiſſas uſitatas, atque in hoc genere neceſſarias inquiſitiones. Ex longa peregrinatione redux rebus ſuis ita ferentibus Heidelbergam conceſſit ac Palatii Rhenani Septemviralis Archiater factus, medicinam cum laude fecit multis annis, non eo ſolum nomine de Rep. Chriſtiana, quod ſummis & maximis Principibus quinque ac ſacri Romani Imperii Electoribus à cura corporis fuit, verum etiam de tota re literaria præclare meritus, quod tot culti ingenii ſui monumenta poſteris reliquit, quibus & patriam multo celebriorem reddidit, & nominis famam ac gloriam ſibi conciliavit immortalem, digniſſimus certe, cui non princeps modo, quod Auguſtus ſuo Antonio Muſæ feciſſe ſcribitur, ſtatuam juxta Æſculapium decerneret, ſed & Leorini ut Coi Hippocrati ſingulis annis parentarem. - - Ætate tandem potius quam morbis confectus undecimo Kalendas Quinctileis anno 1565 ſenex octogenarius pie ac tranquille, quemadmodum feſſus viator à ſemita vel conviva ſatur ab epulo, deceſſit de vita, & in æde S. Spiritus funeratus eſt Heidelbergæ, hærede relicto non opum modo, & fortunarum ampliſſimarum, ſed doctrinæ potiſſimum ac virtutis Georgio Wirthio, Caroli V Imp. & Philippi II Hiſpaniarum Regis Archiatro, quem præ cæteris propinquis, ceu filium, amore & ſtudio perpetuo, quoad vixit, complexus fuit. Inter ſcripta, quæ publico bono edidit, palmam ferunt *Miſcellanea epiſtolarum medicinalium* varia & rara eruditione, rerumque abſtruſiſſimarum, ac ſcitu digniſſimarum explicatione referta; ita ut eorum lectio non ſolum Medicinæ, ſed omnis etiam naturalis hiſtoriæ Studioſis plurimum emolumenti ſit allatura.

CASPAR HOFMANNUS.

Leoberga Sileſiæ nota urbs, non elegantia ſolum eminet ac ſplendet, ſed & cives atque incolas producit neſcio quo genio ad bona & honeſta eximie inclinatos. Exemplo ſit Caſp. Hofmannus profeſſione Medicus, eruditione, induſtria, rerumque uſu ac felicitate curandi excellentiſſimus, & cui Electoris ideo Brandenburgici aliorumque de generoſo ſtemmate Marchionum incolumitas proſperrime commiſſa fuit. Neque verò in arte medica is ſolum excelluit, verum etiam in humanioribus literis, ac præcipuè poëticis egregie verſatus fuit: ratus nimirum hoc demum eſſe verum

verum ornamentum, quo, monente Hippocrate, χαρίεντες καὶ εὐχήμονες gratioſi atque elegantes redderentur Medici. Moribus fuit integerrimis, & non hujus, ſed ex reliquiis aurei illius ſeculi, cui ſimulatio & diſſimulatio ignota. - - Profeſſorem cum ageret Philoſophicum in Academia Francofurtana, elegantiſſimam ſcripſit *orationem de Barbarie imminente*, de qua tale legitur Jodoci Willichii, Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, epigramma:

Qui res humanas, & avorum, noſtra, nepotum
Tempora cum fatis picta videre cupit,
Hæc legat: aſpiciet tenebras per lumina: dicet:
Barbaries regnum quærit ubique ſibi.

Caſpari quidem Dornavio viro nobiliſſimo digna ex ſe viſa eſt, quam haut ita pridem è tenebris erutam, atque Ulyſſi ſuo Scholaſtico, quod haberet tum quædam cum hoc communia, tum officia Juventuti litterariæ tenenda, in apricum poſtliminio revocaret.

JOANNES REIMANNUS.

Quemadmodum in Cœlo diverſæ ſunt magnitudinis, & lucis ſtellæ: ita non diffiteor, inter Sileſios meos alios aliis eminere clarius, & in commune contuliſſe quiddam luculentius. Joan. Reimanni ſane merita tot curis, laboribus, vigiliisque univerſæ patriæ probata, ſi quis deſideret, is Sileſiæ noſtræ illuſtre ſidus fulſiſſe minime opinor negaverit. Patriam habuit Leobergam opidum Ducatûs Jaurovienſis celebre: quod ut multorum hominum litteratorum natalibus nobilitatum eſt, ſic Reimannum quoque non ſine nominis ſui famæque augmento divas in luminis oras protulit, VII Kalend. Decemb. anno 1544. Rudimenta litterarum prima cum ibidem percepiſſet, in publicis deinde Scholis & Academiis florentioribus inchoatam ſtudiorum telam feliciter pertexuit, mox ad ſanctarum legum ſtudia converſo animo, tantum in iis indefeſſo labore ac diligentia profecit, ut teſtimonium ejus rei publicum ſolemniter ſit adeptus, & ad famæ templum per virtutis ædem mature aditu haud vulgari facto penetrarit. Syndicatus primum in Republ. patria per ſexennium, exinde apud Martinum & Andream Antiſtites Wratislavienſes, Joachimum, Fridericum, & Joannem Georgium fratres Germanos per annos decem, tandemque apud Illuſtriſſimos Principes Ligio-Bregenſes ampliſſimo non ſolum Conſiliarii, ſed & Cancellarii munere per annos duodecim præclare & laudabiliter perfunctus. Mortua eſt Leobergæ 11 Octobr. 1597.

MICHAEL

MICHAEL WIRTH.

Pulchrum inprimis videtur, non pati occidere, quibus æternitas debetur, vere dictum Plinio, & fallor valde, ſi non in Michaelem quoque Wirthium competat Patris ἐμφανὲς, civis quondam Leobergenſis honoratiſſimi, qui ducta in uxorem Magdalena Reuſneria, lectiſſima fœmina, jure affinitatis amplisſimam illam & præſtantium ingeniorum feraciſſimam familiam Wirthiana cum proſapia copulavit, virum acri ingenio ac præter JCtum varia eruditione, ſingulari adhæc facundia præditum, eximium certe ornamentum, ac decus non Sileſiæ ſolum ſuæ, ſed & Lipſienſis Athænei, in quo Jus civile magna Auditorum frequentia & utilitate publice docuit, nec minus Rectorem quam Decanum plus vice ſimplici egit: Poſt etiam à Serenisſimo Saxoniæ Electore Auguſto in judicio ſupremæ curiæ ſeptemviralis Advocatus, & Senator, ac demum ejusdem Principis voluntate, atque Autoritate, Aulæ Saxonicæ Coburgenſis Cancellarius creatus. - - Natus VIII Idus Januarias anno 1547. diem ſuum non ſine jactura Univerſitatis Lipſicæ, luctuque, & deſiderio gravi, obiit tertio Nonas Decemb. anno 1611, poſtquam annos quatuor & ſeptuaginta, Menſe ac quatuor diebus minus, compleviſſet.

STANISLAUS SAURIUS.

Cum maximorum virorum natalibus Leoberga ſeſe attollat, inter poſtrema ejus ornamenta minime recenſendum puto antiquis, & honorariis ibidem familiis notum Stanislaum Saurium, (cujus parens per quinquaginta annos continuos Conſulatum in patria geſſit) Decretorum Doctorem, eximium Canonicum Vratislav. & præcipuum id ævi Eccleſiæ illius decus. - - 21 Januar. 1535 ætatis annum agens ſexageſimum ſextum mortuus ad D. Crucem tumulatus eſt, ubi & geminum ejus viſitur monumentum, unum marmoreum, quod ipſe vivus ſibi fieri fecit: alterum, quod defuncto Vincentius Hortenſius hæres teſtamento relictus gratitudinis ergo poſuit.

BARTHOLOMÆUS REUSNERUS.

Fama, dum vixit, claros, poſtquam vixit dignisſimus eſt Barthol. Reuſnerus, Leobergæ Sileſiæ, & urbe & gente tot in omni diſciplinarum genere doctisſimis viris clarisſima natus, patrem Bartholomæum, avum Nicolaum, proavum Jacobum, abavum Simonem, omnes antiquæ virtutis ac fidei viros habuit; vir ipſe eximiæ doctrinæ, cumprimisque haut ulti-

verum ornamentum, quo, monente Hippocrate, χαρίεντες καὶ εὐσχήμονες gratioſi atque elegantes redderentur Medici. Moribus fuit integerrimis, & non hujus, ſed ex reliquiis aurei illius ſeculi, cui ſimulatio & diſſimulatio ignota. - - Profeſſorem cum ageret Philoſophicum in Academia Francofurtana, elegantiſimam ſcripſit *orationem de Barbarie imminente*, de qua tale legitur Jodoci Willichii, Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, epigramma:

Qui res humanas, & avorum, noſtra, nepotum
Tempora cum fatis picta videre cupit,
Hæc legat: aſpiciet tenebras per lumina: dicet:
Barbaries regnum quærit ubique ſibi.

Caſpari quidem Dornavio viro nobiliſimo digna ex ſe viſa eſt, quam haut ita pridem è tenebris erutam, atque Ulyſſi ſuo Scholaſtico, quod haberet tum quædam cum hoc communia, tum officia Juventuti litterariæ tenenda, in apricum poſtliminio revocaret.

JOANNES REIMANNUS.

Quemadmodum in Cœlo diverſæ ſunt magnitudinis, & lucis ſtellæ: ita non diffiteor, inter Sileſios meos alios aliis eminere clarius, & in commune contuliſſe quiddam luculentius. Joan. Reimanni ſane merita tot curis, laboribus, vigiliisque univerſæ patriæ probata, ſi quis deſideret, is Sileſiæ noſtræ illuſtre ſidus fulſiſſe minime opinor negaverit. Patriam habuit Leobergam opidum Ducatûs Jaurovienſis celebre: quod ut multorum hominum litteratorum natalibus nobilitatum eſt, ſic Reimannum quoque non ſine nominis ſui famæque augmento divas in luminis oras protulit, VII Kalend. Decemb. anno 1544. Rudimenta litterarum prima cum ibidem percepiſſet, in publicis deinde Scholis & Academiis florentioribus inchoatam ſtudiorum telam feliciter pertexuit, mox ad ſanctarum legum ſtudia converſo animo, tantum in iis indefeſſo labore ac diligentia profecit, ut teſtimonium ejus rei publicum ſolemniter ſit adeptus, & ad famæ templum per virtutis ædem mature aditu haud vulgari facto penetrarit. Syndicatus primum in Republ. patria per ſexennium, exinde apud Martinum & Andream Antiſtites Wratislavienſes, Joachimum, Fridericum, & Joannem Georgium fratres Germanos per annos decem, tandemque apud Illuſtriſimos Principes Ligio-Bregenſes amplisſimo non ſolum Conſiliarii, ſed & Cancellarii munere per annos duodecim præclare & laudabiliter perfunctus. Mortus eſt Leobergæ 21 Octobr. 1597.

MICHAEL

MICHAEL WIRTH.

Pulchrum inprimis videtur, non pati occidere, quibus æternitas debetur, vere dictum Plinio, & fallor valde, si non in Michaelem quoque Wirthium competat Patris ἐμφανύμε, civis quondam Leobergensis honoratissimi, qui ducta in uxorem Magdalena Reusneria, lectissima fœmina, jure affinitatis amplissimam illam & præstantium ingeniorum feracissimam familiam Wirthiana cum prosapia copulavit, virum acri ingenio ac præter JCtum varia eruditione, singulari adhæc facundia præditum, eximium certe ornamentum, ac decus non Silesiæ solum suæ, sed & Lipsiensis Athænei, in quo Jus civile magna Auditorum frequentia & utilitate publice docuit, nec minus Rectorem quam Decanum plus vice simplici egit: Post etiam à Serenissimo Saxoniæ Electore Augusto in judicio supremæ curiæ septemviralis Advocatus, & Senator, ac demum ejusdem Principis voluntate, atque Autoritate, Aulæ Saxonicæ Coburgensis Cancellarius creatus. - - Natus VIII Idus Januarias anno 1547. diem suum non sine jactura Universitatis Lipsicæ, luctuque, & desiderio gravi, obiit tertio Nonas Decemb. anno 1611, postquam annos quatuor & septuaginta, Mense ac quatuor diebus minus, compleviſſet.

STANISLAUS SAURIUS.

Cum maximorum virorum natalibus Leoberga sese attollat, inter postrema ejus ornamenta minime recensendum puto antiquis, & honorariis ibidem familiis notum Stanislaum Saurium, (cujus parens per quinquaginta annos continuos Consulatum in patria gessit) Decretorum Doctorem, eximium Canonicum Vratislav. & præcipuum id ævi Ecclesiæ illius decus. - - 21 Januar. 1535 ætatis annum agens sexagesimum sextum mortuus ad D. Crucem tumulatus est, ubi & geminum ejus visitur monumentum, unum marmoreum, quod ipse vivus sibi fieri fecit: alterum, quod defuncto Vincentius Hortensius hæres testamento relictus gratitudinis ergo posuit.

BARTHOLOMÆUS REUSNERUS.

Fama, dum vixit, claros, postquam vixit dignissimus est Barthol. Reusnerus, Leobergæ Silesiæ, & urbe & gente tot in omni disciplinarum genere doctissimis viris clarissima natus, patrem Bartholomæum, avum Nicolaum, proavum Jacobum, abavum Simonem, omnes antiquæ virtutis ac fidei viros habuit; vir ipse eximiæ doctrinæ, cumprimisque haut ulti-

ultimus arte medendi, ſed inter ævi ſui primos maximeque laudatos. Nimirum ſicut floribus alii ad odorem, aut adſpectum tantum, apes etiam ad mellificium; ſic ille eruditionem ſuam non ad delectationem aliquam retulit nudam, ſed in fructum atque uſum aliorum traducere ſtatuit, nec fidelem modo ſollicitamque diligentiam, ac ſtudium ægrorum curationi, qua in Sileſiæ metropoli, qua Zittaviæ, præclara Luſatorum urbe, ad Sudetes Bohemicos ſita, lubens impendit, ſed & ſcripta nonnulla publici Juris fecit: quos inter eſt lib. 1. de febribus, qui lucem adſpexit Vratislav. 1561. Natus 1532. 5Id. Mart. mortuus Cal. Novemb. 1572. æt. 41.

HIERONYMUS REUSNERUS.

Præclarum ſane ingenium toties nobis laudata Leoberga dedit: ubi lucis hujus uſuram accepit die 26 Septemb. Ann 1558. quo anno notatum eſt a Chronologis, Carolum V Imp. in D. Juſti Monaſterio, ubi Imperio ſponte ab ſe abdicato, & in filium jam validum ævi & animi curis collato, ſacris vacabat, ac tres Reginas, Eleonoram Franciæ, Mariam Hungariæ, Mariam Angliæ, cumprimisque Julium Cæſarem Scaligerum, Criticum, Grammaticum acerrimum, Poëtam excellentem, Philoſophum eruditiſſimum, & alterum in Medicina Æſculapium mortem oppetiiſſe. Patrem habuit M. Chriſtophorum Syndicum Leorinum: cumque hujus & majorum reliquorum cognatorumque præclaris inſiſtens veſtigiis, ingenium liberale optimarum artium ſtudiis excoluiſſet, utriusque Medicinæ Doctor Anno 1582 Baſileæ nuncupatus fuit: ac quantum exinde Curiæ Variſcorum, celeberrimæque imperii urbi Nordlingæ cum ſumma laude & plurimorum ſalute medicinam publico ſtipendio factitando notus fuit, tantum ſe cæteris quoque, qui nunc ſunt, quique poſt nos erunt, editis exquiſitæ doctrinæ lucubrationibus oſtendit; de quibus quantæ ſint dignationis, unumquemque ex ipſarum lectione æſtimare velim. In lucem quidem ipſe emiſit *Scholia Medica in Jodoci Willichii urinarum probationes: diexodicarum exercitationum librum de ſcorbuto, & quæſtiones, quomodo juxta Galeni & Hippocratis Therapeuſin ſelecta ſpagyricorum myſteria adminiſtrari queant:* denique *Chryſopœicum Libellum, Pandoræ* titulo:

Qua Criſis in lolio, morbi qua cauſa latentis
Willichii, mecum ſcriptio docta probat.

ELIAS REUSNERUS.

Reuſnerorum familiæ multis nominibus celebri, ac laudatæ non exiguum

exiguum acceſſit decus ab Elia Reuſnero, Leorino : qui cum gentilium ſuorum, ac Nicolai potiſſimum fratris exemplo ad ſolidum eruditionis faſtigium conſcendere ſategiſſet, in arte quidem Medica eousque jam progreſſus, ut Licentiæ gradum, quem vocant, in ea promeruerit, ad amœniores tamen illas muſas, quibus Politici ac Philologi Sacra faciunt, animum maxime adjecit, atque in Academia Jenenſi & Auditoribus frequentiſſima, & præceptoribus doctiſſimis florentiſſima (in qua & me diligenter ſingulari benevolentia complexus ac variis proſecutus eſt officiis, quæ, ineptus omnino ſim, ſi diſſimulem, ingratus, ſi non agnoſcam, malignus, ſi oblivione præteream) Hiſtoriarum ac Poëſeos ſtudia magna cum laude publice profeſſus fuit, reiq; litterariæ bono inſigne *opus Genealogicum*, *Iſagogen* item *Chronologicam*, *duarum Quæſtionum chronologicarum controverſarum enodationem adverſus Sethum Calviſium*, nec non *ſtratagemasographiam ſive theſaurum bellicum* ex latiſſimo hiſtoriarum campo labore Herculeo erutum, præter diverſa eaque ſuaviſſima *poëmata* ac lucubrationes alias plurimas, quæ per omnem volitant Germaniam, cariem ſenſuræ nunquam, ſed omnem ad poſteritatem duraturæ, edidit. Genealogici certe operis Gabriel Naudæus, politiſſimus Bibliographiæ politicæ Auctor, homo Gallus meminit rectiſſime, ibidem cenſens, hoc ſtudiorum genus propter Regum ac Principum inter ſe negotia, jura, prætenſiones, matrimonia, ſucceſſiones, & id genus alia, diligentiorem paulo operam requirere, ſtudiumque politicum exercere in ipſarum originum veritate, cum alicujus difficultatis occaſio emerſerit, ſedulo quidem penſitanda, inveſtigandaque. Corpuſculo Reuſnerus fuit humili, ſed in quo vere formoſus & magnus hoſpitabatur animus : ut in exemplum noſter non minus certe, quam Claranus ille Senecæ Condiſcipulus, edicus videri poſſet, non deformitate corporis fœdari animum, ſed pulchritudine animi corpus ornari ingeniique exquiſiti ac multijugæ doctrinæ, idemque cum paucis tunc aliis,

- - - In quo veteris veſtigia recti
Et mores vidi ductos meliore metallo.

Vir ſine mala omni malitia, in quo fides, candor, probitas, humanitas, modeſtia, temperantia, & quidquid laudari poteſt, ita habitarunt, ut bonis omnibus, cordatisque amori eſſet, & admirationi. Triſti ac populari morbo, qui An. 1612 vehementer Jenæ ſæviit, ipſe quoque oppreſſus, ætatis anno 57 periit. - - - Caſpar Conradus autem tali illum elogii honore honeſtavit:

Promus es *Aonidum Reuſnere*, es Promus *Hygea*,
Promus es *Hiſtoria*, Promus es *& Sophia*.
Nec mirum hoc; quadriga tuo ſub corde Dearum eſt.
Ha tibi ſubjiciunt omnia, quaque ſuum.
Hoc mirum tamen eſt, animo poſſe eſſe ſub uno
Quatuor has tanta differitate Deas.

Idem de Ipſo:

Calliopen, Sophiam, Medicinamque, Hiſtoriamque
Corde vigere tuo, Jena polita docet.

MICHAEL WIRTH.

Civis quondam Leobergenſis, Vir ſpectatæ prudentiæ & integritatis, judicii ibidem provincialis Scabinus, ex Conjuge Magdalena Reuſneria Michaëlem U. J. D. Facultatis Juridicæ in Academia Lipſienſi ordinarium, ac Joannem Leobergenſis Reipubl. Senatorem, ærariique Eccleſiaſtici præfectum ſuſcepit. - - - - 1605 Doctor Legalis ſcientiæ ſolemniter renunciatus, & mox Collegis, & aſſeſſoribus ampliſſimæ Facultatis Juridicæ ſumma omnium voluntate ſcriptus eſt. - - - Cumque fama de præclara Wirthii eruditione atque induſtria etiam alibi percrebuiſſet, factum eſt anno proximo, ut Illuſtriſſimus Princeps Joan. Caſimirus Dux Saxoniæ Conſiliarium & Advocatum οἰκοθεν ſibi elegerit: Quo in officio talem ſeſe præſtitit, ut Principi fidem, dexteritatem, ac diligentiam ſuam per complures annos ſemper integerrime probarit. An. 1604 Profeſſio Pandectarum ſive contractuum ei commiſſa fuit a Facultate Juridica: ſimulque eo tempore a Fribergenſi Republ. illius in advocando atque conſulendo expetita & conducta opera. Cumque eodem anno Adolph. Frid. Dux Megapolitanus Rector Academiæ Magnificentiſſimus electus eſſet, Pro-Rector ei noſter communibus Academiæ votis adjunctus, eandem provinciam octennio quoque poſt, Joanne Phil. Duce Saxoniæ Rectore deſignato, autoritate publica ſibi demandatam, bene ac feliciter geſſit: ſed & tertia vice faſces Academicos geſſit An. nimirum 1626 unanimi Patrum ſuffragio Rector creatus, magnamque ſemper prudentiæ ac moderationis in rebus, rationibusque academicis qua privatim quà publice conficiendis laudem conſecutus eſt.

GEORGIUS SCHULTZEN.

Liceat mihi, ut aliorum Sileſiorum, ſic & Georgii Schulzii Leorini Legum

Legum Doctoris præstantissimi memoriam renovare, ac vitæ actionumque summa vestigia consectando, quæ artis ejus conditio fuerit, quæ vitæ & obitus, qua fieri poterit brevitate, recognoscere. Natus est Leobergæ Anno a Christo nato 1549 mense Septemb. patre ὁμωνύμῳ Consule singularis prudentiæ atque Virtutis viro. - - - Adultus cum doctrinæ atque ingenii præclara quotidie documenta daret, sequenti mox anno in JCtorum ordinem (cujus & Decanatum semel administravit) ac postea inter Electoralis curiæ Advocatos adscriberetur. Quas partes suas qua de jure respondendo, qua consulendo ita administravit, ac gessit, ut magnam prudentiæ pariter, & integritatis laudem consequeretur. Quo & evenit, ut non tantum Illustres Comites Barbienses eum sibi potissimum, non Consiliarium modo, & Cancellarium legerent, sed & amplissimorum JCtorum Collegium non semel dignum judicavit, cui Professio Juris publica, si Electori Serenissimo ita visum fuisset, committeretur. Eruditionem viri abunde testantur doctissima scripta, quibus æternitati nomen consecravit: inter eos certe haut quaquam postremo loco numerandus, qui ipsi sese ita instituerunt, ne vitam silentio transigentes frustra in hunc mundum venisse viderentur; nec ad propriam modo utilitatem actiones suas direxerunt, sed animi motus omnes rectæ rationis imperio sedatos, omnemque curam ac cogitationem ad DEI gloriam, & publicum Reip. contulêre commodum, id unice studentes, ne nulla sui memoria post mortem relicta, quasi nunquam nati discederent; sed potius re aliqua præclara, utilique ad posteros transmissa, non vixisse solum, sed nec sibi nec aliis inutiles vixisse testarentur.

HIERONYMUS ARCONATUS.

At vero quo potissimum nomine Hieronymum Arconatum, haud vulgare Silesiæ decus, commendem? Virum utique spectatæ Virtutis, varii ac fœcundi ingenii, memoriæ singularis, eximiæ doctrinæ, Poëtam suavissimum, neque Marte minus, quam arte clarum, bellandi fandique potentem, eadem manu qua scribere, & calamum ducere didicerat, ferrum tractare solitum, atque adeo Poëtæ laureati & armati speciem repræsentare idoneum, qualem nobis Statius exhibet his versibus:

- - - Vatem cultu Parnassia monstrant
Vellera; frondenti crinitur cassis oliva
Albaque puniceas interplicat insula cristas.

Leobergæ is natus, urbe nota, quinto Kal. Maj. Anno 1553 a Meſsia in carne exhibito, cum adoleſcens humanioribus ſtudiis diligentem navaſſet operam, ætate jam & judicio maturior omnia Europæ, multa Aſiæ regna perluſtravit: In regno Neapolitano, in Creta, in Britannia militavit: Cæſareis Legatis ad Turcarum Imperatorem comes additus, Conſtantinopoli ſat diu aliquoties conſtitit: aliquando etiam captivus Turcica flagra de more gentis immaniſsimæ corpore ſuo excepit: Romano tandem Imperatori ab Epiſtolis bellicis factus, quod vitæ reliquum fuit, in Aula Viennenſi ac Pragenſi conſumſit. Ut ab homine quidem occupatiſsimo, inter peregrinationes & aulica negocia, inter ſtrepitus bellorum, inter tubarum clangores, inter perdentium ac pereuntium clamores, inter telorum & gladiorum fragores, inter terrificos tormentorum boatus, inter equorum hinnitus, tot inter impedimenta, tot talesque verſus, quales gelidis in vallibus Hæmi veteres illi Poëtæ fundere ſolebant, nec propter argumenti modo varietatem, & ſermonis gratiam, verum etiam reconditam quandam energiam, & exquiſitas ſententias ſummopere commendatos, & in quibus adeo meras regnare Lubentias, meras regnare charites mecum juxta fatebuntur omnes, qui melioris doctrinæ guſtum ac ſenſum habent, condi potuiſſe, atque re ipſa adeo illud exprimi, quod olim in Mercurii & Martis ſimulacro, quos ſub una effigie ſculptos priſci habebant συμβώμους, & unius altaris ſocios, adumbratum fuit, raræ & eximiæ cujusdam felicitatis cenſendum ſit. De Poëſi ſane illius haut aliter quam nos ſenſerunt, ac judicarunt Aloyſius Collinus, Patritius Venetus, Marcus Ant. Muretus JCtus & Civis Romanus, Henricus Porſius U. J. D. Johannes Leonclavius, Nicolaus Berſius Belga Mechlinienſis, Ambroſius Menabrunus D. Phyſicus Italus, Johan. Petrus Magnus Medicus Italus, Stephanus Schlachtor Academiæ Viennenſis Anteceſſor, Georgius denique Hauptmannius Leorinus, ut teſtantur ipſorum carmina ſub finem Poëmatum recentiorum Arconati Viennæ impreſſorum cuivis legenda. Quibus addere licet V. Cl. Caſpari Suevi de carminibus Arconati Judicium hujusmodi verbis conceptum: *Arconati ſi Poëmata vel oculorum fide arbitratus fueris, ne ſponte tua Poëtis eum accenſebis: & quod in laude prima eſt, iis, qui ab Auguſtis illius ſeculi numinibus non adeo abierunt. In heroico quidem mollior eſt, in elegiaco valde elegans, rotundus: in hendecaſyllabis ſuavis, & facilis, ut fuſi videantur, non fabricati: in ambobus lepidus, argutus, facetus, dentem interdum imprimit, ſed invitus: ſalem ludicris adſpergit: molliuſcula, quæ occurrunt, virginea ora rubore forte notare queant: men-*

ti generoſæ nullam adſperſerit maculam. Quid multis? feciſſet DEUS otia Vati, & plura, & commodiora: nulli forte eorum, qui ſuperioribus annis famam, & principatum in iſtis literis ſingulariter poſſidebant, ſecundus eſſet, illorum comes haberi mereretur. Hæc ille. Mortalitatem noſter explevit Viennæ 13 Cal. Quinctileis anno Chriſti 1599, dignus utique multis elogiis & epicediis, quibus illum Viri docti honeſtarunt.

ANDREAS SEILERUS.

Enimvero Andream Seilerum Leobergenſem famæ poſthumæ Libitina pæne ſubduxerat, niſi memoriam Viri nobis Mnemoſyne Caſparis Suevi Leorina conſervaſſet. Mihi quidem de eo nihil prius cognitum, niſi quod anno a nato Chriſto ſupra mille quingentos undenonageſimo Baſileæ Rauracorum Medicinæ Doctor publice creatus, ac ſolemniter renunciatus fuerit.

VINCENTIUS HORTENSIUS.

Leobergæ Ducatus Javorienſis urbeculæ, ſic quidem dictæ, non quod leones heic exſtiterint, ſed juxta metallicorum conſuetudinem, qui certos fodinarum metallicarum diſtrictus vel Divorum, vel Divarum, vel etiam beſtiarum nominibus diſcernere ſolent, loco quidem montibus undique fere circumfuſo, amœniſſimo tamen (totus ſiquidem tam ſupra, quam infra opidum tractus nil niſi tempe eſt) ad Boberum amnem ſitæ, ut metalli olim fodinis ſic patrum, & noſtra ætate ingeniorum & agrorum cultura, & lanificii præſtantia celebri, ac multis præ aliis eminenti, natales ſuos debet Vincentius Hortenſius, Canonicus Eccleſiæ Wratislavienſis atque Præpoſitus, Vir natura, doctrinaque formatus ad omnem Virtutis gloriam, ac propter ſapientiam & moderationem, quæ in eo ſingularis erat, loco honorifico ab omnium ordinum hominibus jure meritoque habitus. Ex quo præſertim Jacobus a Salza Epiſcopus Sileſiæ, Princeps ille, ſi quis alius, acri judicio expendere ſolitus, quid quantumve meritis, ac Virtute præſtantium virorum largiendum eſſe videretur, ob perſpectam in conſulendo ſagacitatem, in tractando dexteritatem, in perficiendo felicitatem, dignum cenſuit, quem Cancellarii munere mactatum, eximio favore atque gratia complecteretur. Sic ergo Vir præſtantiſſimus non unam, ſed plures ſpartas ſibi in honorem, litteris in ſplendorem, aliis in fructum habuit: ac patrono quamvis defuncto, tamen & ſucceſſori ejus Caſpari a Logaw in paucis charus, acceptusque eſſe meruit, ac multis ar-

duis negociis adhibitus fuit, in quibus expediendis non feliciter minus quam fideliter verſatum fuiſſe conſtat.

JOANNES ZEIDLERUS.

Herculi monſtrorum domitori citius clavam quis extorſerit, quam Leobergæ præclarorum, quæ produxit, ingeniorum decus & gloriam, per totam Germaniam longe lateque diffuſam. Eam ſuo loco mirum quantum illuſtravit Joh. Zeidlerus Phil. & Med. apud Lipſ. celebris Prof. Therapeut. & Collegii Aſclep. Decanus, ex clara ab utroque parente natus apud ſuos familia An. 1596. 8. Id. Sept. quo nimirum ipſo die ante annos 33 Hieron. Fracaſtorius Veronæ loco nobili natus, qui ad exactam Philoſophiæ & Mathemat. artium ac præcipuæ Aſtronomiæ cognitionem ſummum judicium & admirabile ingenium attulit; quo multa ab antiquis aut ignorata, aut ſecus accepta adinvenit, & explicavit, & medicinam inſuper ut honeſtiſſime ac citra lucrum ſic feliciſſime fecit, in vivis numerari deſiit. Obiit Id. Novemb. An. 1643.

NICOLAUS REUSNERUS, D.

Quo plura Virtutum ac doctrinæ faſtigia edidit Leoberga, eo major & illuſtrior eſt gloria Nicolai Reuſneri, quem familia honorata (Patre quippe Franciſco, avo Nicolao, proavo Jacobo, abavo Simone, omnibus antiquæ Virtutis ac fidei viris, quique ampliſſima prædia & fundos in agro Leorino jam olim poſſederunt) 4. Non. Feb. anno 1545 in lucem editum paterna Schola literarum elementa docuit, mox Goldbergenſis, & Wratisl. diſcentem longius provexerunt, hinc Wittenbergæ biennium Muſis, & Philoſophiæ feliciter operatum Lipſia excepit, ubi Themidi religioſe ſacrificans Modeſtinum Piſtoris, Jacobum Thomingium, Phil. Lobwalterum, Leonhardum Badenhornium, Henningum Hamelium, Balth. Schelhammerum attente aſſidueque audivit. Inde Wittebergam reverſus Joach. Beuſtio, Joh. Schneidewino ac Val. Forſtero potiſſimum ſeſe informandum præbuit. A quibus quidem Præceptoribus cum vera & ſapere & dicere (qui primarii ſtudiorum noſtrorum fines) didiciſſet, Comitiis a D. Maximiliano II Auguſtæ Vindel. An. 1566 celebratis, paſſim carminibus, partim epiſtolis ad magnos viros ſcriptis in illorum favorem ac familiaritatem ſe inſinuavit eo ſucceſſu, ut comitiis exeuntibus inter Profeſſores Scholæ Lavinganæ paulo ante a Joh. Sturmio, Germaniæ illo Cicerone, ad modum Argentoratenſis emendatæ cooptaretur, quinquennio

nio autem poſt ejusdem Rector conſtitueretur. Ei provinciæ cum per annos undecim ſingulari non modo fide & induſtria, ſed etiam laude & commendatione bonorum præfuiſſet, anno rurſus 82 Auguſtam ad comitia abiit, eoque a Cl. JCtis Bonifacio Amerbachio, ac Simone Grynæo publica inauguratione poſt conſueta experimenta cohoneſtatus a Suevici primum Circuli Principibus, civitatibusque ſupremi Judicii Imperialis, quod eſt Spiræ Nemetum, Adſeſſor nuncupatus, mox ab ampliſſimo Senatu liberæ, ac felicis Argentinæ, Academicus Juris Profeſſor delectus, indeque ſexennio haud dum integro elapſo Illuſtriſſ. Saxoniæ Ducum Vinarienſium & Coburgenſium ſcitu, vocatuque in Academiam Jenenſem commigravit, & in ea Collegii Juridici Senior & Anteceſſor, nec non Dicaſterii ac Judicii provincialis Adſeſſor, imo & utriusque aulæ Conſiliarius deſignatus cum tam docendo & commentando, quam de Jure reſpondendo ac judicando, quin & legationes obeundo (in quibus præcipua, quam Electorio nomine geſſit ad Conventum Regni ac Procerum Poloniæ pro bello ſociali contra Turcam impetrando Cracoviam miſſus) ſuam pro virili publice privatimque probaſſet fidem & induſtriam potentiſſimis Principibus, ipſique adeo Rudolpho II. A. R. J. a quo cum aliis honoribus adfectus, tum in numerum Cæſarei Palatii Comitum adſcitus fuit, charus, & amatus, Salanæ ſecundum Rector Magnificus apoplexia ſuffocatus, naturæ debitum ſolvit pridie Id. April. hora 4to matutina An. 1602, cum vixiſſet annos 57. m. 2. d. 10. ac horas 4. Vir utique, quem non magis ampliſſimæ dignitates magnis meritis partæ venerabilem, quam eximiæ ingenii dotes, quibus excelluit, admirabilem cunctis reddiderunt, & in cujus adeo pectore non minus legum ſancta ſeveritas, quam amœna Muſarum pellacia habitare viſa. Certe quæ ſingula mirari ſolemus in excellentibus ingeniis, ea junctim univerſa ſolus poſſedit: ut nihil illum fere fugerit, quod eſſet præceptione dignum. Philoſophum velles? Reuſnerus erat. Philologum? Reuſnerus erat. Poëtam? habebas heic Poëturæ Apollinem. Hiſtoricum? habebas heic nuncium omnis venuſtatis. Oratorem? habebas hic Ciceronis velut quendam Germanum filium. Juris Conſultum denique? habebas hic Scævolam, vel alium quendam, cui Romanus Orbis aſſurrexerit. Cujus quidem tantæ illius præſtantiæ teſtes ſunt, multifaria in omni fere ſcientiarum genere, tam Juridica & hiſtorica, quam Huſtorica & Poëtica monumenta, ab ipſo tanquam Chalcentero aliquo confecta, quæ ſicuti unius Viri πολυγνωσίαν teſtantur, ſic cum ipſa ſe ſua commendent utilitate, noſtro minus indigent præco-

præconiò. Invendibili merci, ut ait in Plauti Pœnulo Agoraſtades, ultro emptorem adducere oportet, proba merx facile emptorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt. Sil. Tog. lib. 3. No. 24.

DANIEL PRINCIUS à BUCHAU, in Falckenau & Croſchen.

Bene ac ſapienter Romanos ut ſunt alia ætatis, & Gentis illius, honori atque virtuti ædes contiguas locaſſe, commentos ibi ſcilicet eſſe præmia honoris, ubi ſunt merita virtutis, & Camœnarum præterea fontem haud longe ab iis conſtituiſſe, quod iter ad capeſſendos Magiſtratus ſæpe literis promoveatur, Symmachus Ep. ad Auſon. prodidit. Hæc Quiritum inſtituta Danielis Princii dignitatum ſunt augmenta, quem licet humili genere (at quis non mortalium humi, & ex humo natus?) Leobergæ A. 1546 18 Kal. Octob. in lucem editum eruditio recondita, quæque in labris ejus ſeſſitabat, & animos rapiebat lepore miro delenificæ orationis ſuadam plurimarum ad hæc rerum uſus, ac morum gravitates inter ævi noſtri primos eſſe voluerunt. Sed ad id culmen tamen non per ſaltum quod ajunt, ſed per diverſos, eosque ſcrupoſos admodum & difficiles gradus evectum. Ob rem ſane domi anguſtam cum ſumptibus ad ſtudia in Academiis excolenda neceſſariis deſtitueretur, ex conſilio Joh. Cratonis Coſminiæ in vicinia Poloniæ functionem ſcholaſticam An. 1563 eum ſuſcepiſſe & aliquot annis ea, qua potuit, diligentia & fide adminiſtraſſe ex ipſiusmet literis autographis cognovi. Eluctatum ex pulvere Scholaſtico, reſpicere benignior fortuna cœpit, ſic quidem, ut in Academias profectus cum liberalis omnis eruditionis cyclopædia, non Jurisprudentiæ modo, aliaque homini politico neceſſaria ſtudia feliciter conjungere, & prudentiæ civili comparandæ peregrinationes obire poſſet. Tametſi vero non alienus erat ab honoribus & titulis, quos Academiæ ſupremos largiri ſolent, tamen cum videret, iis ad Remp. acceſſuros quandoque promoveri, quandoque impediri, de ſuſcipiendis illis tandem cogitationem omnem abjecit. Pragam delatus rebus gerendis magis magisque ſeſe accinxit, atque in negociis, quæ plurima ei obvenêre, plane difficillimis qua privatis, qua publicis, ex quo præſertim inter familiares Aulæ Maximiliani II Imp. receptus fuit, admirabilem ingenii ſui dexteritatem, cum ſingulari & facundia & integritate conjunctam, Aulæ Cæſ. prioribus eum in modum probavit, ut dignum omnes, qui ad majora promoveretur, judicarent. Hæ illi ſcalæ, imo alæ ad illud laudis & honoris faſtigium, ad quod ſapientiſſimi Cæſ. manus & munus illum evexerunt, in ampliſſimum

primo

primo Areopagitarum Pragenſium Senatum, deinde vero inter Cameræ Sileſ. Conſiliarios cooptatum, Aulæque S. Lateranenſis Palatii Comitem, (quod inſigne eſt hominum eruditorum præmium, &, ut Pindarus ait, πρὸν ὀρῆων μεγάλαις ἀρεταῖς, niſi ad indignos quandoque etiam deferretur, quanquam paria non ſunt, quæ diſpari arte quæruntur) creatum, nec paucis interim de graviſſimis rebus, iisque & fideliter, & honorifice, obitis legationibus perfunctum. Ut vel hujus viri exemplum ſatis abundè teſtatum faciat, quam nemo ad bonam mentem pauper, quam non perpetua bonæ mentis ſive ſoror, ſive comes ſit paupertas, quam denique nulli, licet obſcuris orto majoribus, ad nobilitatem aditus præcluſus ſit, modo eam rationem, in qua multos homines novos & honore & gloria floruiſſe conſtat, amplectatur, ut per virtutem nobilitatem anteveniat. Enimvero non omnes poſſumus naſci nobiles, aut patricii: ſortimur genus, non eligimus, nec arte nos noſtri arbitrii ſumus. Scimus Horatio inſinuante:

Ante poteſtatem Tulli, atque ignobile regnum
Multos ſæpe viros multis virtutibus auctos,
- - - - majoribus ortos
Et vixiſſe probos amplis, & honoribus auctos.

M. T. Cic. ipſe unus nobis pro centum millibus memorandus, an non omnia incrementa ſua ſibi debuit vir novitatis nobiliſſimæ? an non de ſemetipſo θαῤῥήδην profeſſus eſt: *Meis majoribus ego virtute mea praluxi*, ut ſi propriis noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ ſuæ. Idem de ſe merito noſter uſurpare poterat, qui exigua commendatione Majorum ſuorum, quorum neque imagines, neque triumphos, neque Conſulatus oſtentare poterat, ſed per ſe cognitus Poſteris ſuis amplitudinem generis, quam non acceperat, tradidit. Obiit Vratiſlaviæ 12 Octob. 1608 pro ſcito uſus: *durat & lucet virtus.* Calagius ſcripſit Epigr. in inſignia. Paulus à Gisbice, Poeta nobilis, ſcripſit Epigr. ad ipſum.

Sil. Tog. lib. 3. No. 27.

Quibus ex Naſonis noſtri Phœnice Redivivo ſequentes merito accenſentur:

FRANCISCUS REUSNERUS, J.U.D. Canonicus Vratiſlavienſis, Vir præclariſſimarum virtutum, & inſignium talentorum.

CHRISTOPHORUS REUSNERUS, U. J. Lic. Syndicus Leobergenſis.

JEREMIAS REUSNERUS, U. Jur. Licent. Princip. Brig. Conſiliarius.

BARTHOLOMÆUS REUSNERUS, Junior, celeberr. Jur. Conſ. in Acad. Wittenb. P.P.

BARTHOLOMÆUS REUSNERUS, U.J.D. in Acad. Wittenb. Prof. Jur. Curiæ Elector. ſupr. Aſſeſſor.

ELIAS REUSNERUS, Junior.

JOANNES BAPTISTA REIMANNUS, J. U. D. Princip. Lig. Conſiliarius.

GEORGIUS REIMANNUS, U. J. D. Conſil. Cæſareus.

MATTHÆUS REIMANNUS de REIMANSWALDE, Rudolphi II. Conſil.

BALTHASAR GITLER, Med. D. Collegii Medici apud Lipſienſes Senior.

JOANNES COLETUS, U. J. D. Rudolphi II Cæſar. Conſiliar. Intimus.

ANDREAS PRINCIUS, U. J. D. Caroli V. Regis Hiſp. Secretarius.

NICOLAUS HOFMANNUS, U. J. D. Matthiæ Cæſ. Conſiliarius, & alii.

Adverſa, quæ urbi à bellis, ab igne, ab inundationibus, à peſte contigerunt, recenſere ſuperſedemus, quod in aliorum Chronicis & annalibus paſſim legantur, duas tantum obſervationes, de jaculandi peritia unam, de inſignibus alteram ex Naſone addituri, quibus tertiam adjungimus, Judæos ſcilicet A. C. 1454 ex urbe ejectos fuiſſe.

Im Jahr 1615 ſtellete die Stadt Löwenberg (als ſie in gedenklichem Wohlſtande ſich befande) ein freyes Landſchüſſen an mit dem Armbruſt nach dem Vogel/ dabey ſie wegen prächtiger Anſtalt viel und groſſe Unkoſten aufgewendet/ wordurch ſie in mächtige Schulden gerathen. Naſo in Phœn. Rediv.

Inſtigati forſan fuere Leobergenſes illo Niſſenſi jaculandi exercitio, cujus in Deſcriptione urbis Niſſenſis mentionem faciemus: cum ad illud etiam invitati & comparentes artis ſuæ dextre ac perite jaculandi ſpecimen exhibuere non vulgare, quemadmodum in rhythmologia ſuperius memorata inter cætera quoque leguntur ſequentia:

Zum weiſſen Vogel man anfing
Zu ſchieſſen/ wie ein jeder hing:

Ward

Ward erſtlich troffen grauſam ſehr/
Gut treuge Püffe man ihm gab/
Den erſten Span den nahm herab
Herr Martin Wolff Bürger zur Neyß/
Herr Görge Weygel ſchuß mit Fleiß
Wie der von Lemberg Brauch thut ſeyn/
Den lincken Flügel ſchlug weg rein.

Lemberg führt in ihrem halb weiſſen Wapenſchilde drey eckichte blaue Berge/ darauf einen rothen Löwen mit einem geſpaltenen aufgeworffenen Schwantze: In dem halb gelben Schilde einen Adler/ welcher die Flügel empor hebt/ und den Schnabel auf den rechten Flügel wendet/darauf ein zugeſchloſſener/ mit einer roth und weiſſen Decke gezierter Helm/ und darüber zwey neben einander ausgebreitete Flügel/ der eine von weiſſer/ der andere von ſchwartzer Farbe/ darunter Seeblätlein eingemiſcht zu befinden. Welches anſehnliche Wapen/ wegen der Stadt getreuen Dienſte/ die Könige zu Hungarn und Böheim ꝛc. verliehen und vermehret haben. Naſo in Phœn.

§. 77.

LEOBSCHUCIUM.

Lübſchitz/ (*a*) Ducatûs Carnovienſis urbs polita, & elegans, interque commoditates alias nundinis frumentariis (*b*) celebratiſſima. Territorio enim cingitur admodum fertili, & omnis generis frugum, quas magna copia & rara bonitate profert, feraciſſimo. (*c*) Scabinatum & ipſa habet etiam exteris de jure reſpondendi facultate prædituм. Unde quidem haud parvum ei decus accedit. Anno hujus ſeculi tertio magnam partem incendio fortuito in favillas cecidit, novis exinde ædificiis à civibus exculta.

(*a*) Septemdecim milliarium intervallo à Sileſiæ Metropoli diſtans.
(*b*) Quæ celebrantur annue:

1 Die Sabbati ante Palmarum,
2 - - poſt Cantate,
3 - - poſt decollationem S. Joannis,
4 - - ante S. Thomæ.

A. 1626. 12 Novembris à milite Vinarienſi, poſt duos inſultus à civibus repreſſos, effracta tandem porta interceptum.

An. 1627. 10 Junii opidum hoc Vinarienſi præſidio munitum à Cæſareis ſub Archiſtratego Wallenſteinio obſidione preſſum fuit: quo tempore tam pertinaciter mœnia propugnarunt obſeſſi, ſexu etiam debiliori aquam bullientem è muris effundente, & grandia ſaxa præcipitante in aſſilientes Cæſareos, ut aſſultus quater fruſtra tentatus, Princeps Lauenburgicus pectore & dextro brachio ſauciatus, Comes Hardecius utroque pede mutilatus, octingenti gregariorum oppugnantium cæſi, mille circiter vulnerati fuerint. Vinarienſes tamen de ſuccurſu tandem deſperantes Wallenſteinio dediderunt oppidum, quod autem duodecim imperialium millibus depopulationem ſui redimere debuit.

RR. PP. Franciſcani Strict. Obſervant. ad Conventum ſuum Leobſchuzenſem, ex quo anno 1541 expulſi fuerant, anno 1667 d. 14 Julii reducti ſunt. *Ita in eorum annalibus.*

(c) At enimvero non frugum tantum, ſed & bonorum ingeniorum Leobſchuzium ferax eſt, ut ex elogiis liquet ex Sileſia Togata Heneliana, quorum quædam more noſtro ſubnectere placet.

VALENTINUS DRESLERUS.

Quemadmodum illuſtres & antiquas familias publica merito ſequitur veneratio; ita & nova virtute parta nobilitates minime excludenda: ut nimirum illis deficientibus ſint aliæ, quæ Reipubl. immortale decus ſuſtinent, neve deſit adeo excitandis ad virtutem animis illicium. Nulla ergo invidia, imo æquitas eſt, Valentinum Dreslerum quamvis novum hominem, quamvis primum ſuæ familiæ, qui equeſtrem dignitatem in eam intulit, honori poſteritatis tradere. Patria ei fuit Leobſchuzium, Ducatus Carnovienſis urbs quondam polita & elegans moribus, inſtitutis, legibus, opibus florens, & qui adeo haud parvum exinde decus acceſſit, quod privilegio monetæ etſi minoris cudendæ longo tempore gaviſa, non ſolum ſibi Juridicandi, ſed exteris quoque de Jure quærentibus reſpondendi poteſtatem habet. Natalis incidit in Kalend. Febr. anni 1550, ortumque laudabilem à prima ſtatim ætate educatio ingenua & liberalis excepit. - - In curia illuſtri Carnovienſi Secre-

Secretarii munus (is primus ei ad honores gradus) ſuſcepit, atque in illo ita ſeſe geſſit, ita hominum ſibi ſtudia adjunxit, ita Principis ſibi ſui Sereniſſimi Marchionis Brandeburgici Georgii Friderici gratiam conciliarit: utque non modo in Conſiliariorum numerum adſcribi, ſed & Hieronymo Reinwaldo in honoratiſſimo Cancellarii officio ſuccenturiari meruerit. Labores ejus, cura & conſilia ad ordinem, ad decorem, ad honeſtatem, ad concordiam, ad ſalutem publicam ſpectabant omnia. Quid mores dicam? Sedatus, non compoſitus erat; magnus, non magnificus; gravis, non ſuperbus; ſeverus, non aſper; facilis, non remiſſus; accuratus, non moroſus; & ut omnia dicam, munere iſto & majori dignus. Ex oculis hominum non memoria abivit quarto idus Octobr. anno 1605 ætatis 55. publici vero officii 30, bonis quidem ingenti ſui deſiderio, liberis autem præter opes ſatis amplas, quarum quidem ſtudium non damnandum, ſed rectæ rationis ſufflamine coërcendum, memorabili virtutum omnigenarum exemplo relicto.

GEORGIUS REINMANNUS.

Georg. Reinmannum, P. C. L. & in Academia Regiomontana Prof. P. Leobſchuzium genuit, ipſo die Chriſti à morte reſurgentis, anno ab eodem nato 1570, feſto Paſchatos. In iis certe quæ proſa oratione ſcripſit ipſe, cum acumine terſa quædam ac nativa venuſtas ac latinitatis indoles mire conſpirat. Quid verſus dicam? Hi vere ſuaves admodum & delicati, & quibus adeo ne muſas quidem quidquam dulcius, aut elegantius in Cadmi nuptiis ſeciniſſe exiſtimem. Ut mihi quidem plane Aſteropæus quidam, ac vere ambidexter fuiſſe videatur homo tam in Græcis Latinisque facundus, doctusq;

- - - ſeu lege metrorum
Condita, ſeu proſis ſolveret orſa modis.

At mores quod attinet, vir fuit pacis & concordiæ ſtudioſiſſimus; in ſeriis gravis & ſerius, in aliis comis & feſtivus, humanus & officioſus, candidus & ingenuus, ſine fraude, ſine fallaciis, ſine impoſturis; nec minus iis, qui aliud dicerent, aliud ſentirent, quam portis inferorum inimicus. Amicos cum coleret magni & nominis, & eruditionis viros, præcipuum in his habuit inde usque à Commilitio Scholaſtico in Gymnaſio Halbrunnenſi Poëtarum Principem Fridericum Taubmannum, quod diverſa hujus ad illum carmina teſtantur; poſtremis autem vitæ annis arctiſſima ei cum Melchiore Laubano interceſſit neceſſitudo. Sic enim inter ſeſe amaverunt etiam corporibus ſejuncti (nam ſemel tantum Regiomontii mutuo ſe videre atque

- - alternas audire & reddere voces

datum fuit) ut frater vix fratrem amare possit impensius. Cujus quidem tenerrimæ suæ inclinationis, cum ex hac vita decessisset Reinmannus anno Christi supra 1615. die 9 Junii, ætat. 45. testimonium etiam posteris Laubanus exstare voluit Eclogam sub titulo Rhythmi Daphnidos Maroniana parodiam.

MARTINUS KINNERUS à SCHARFFENSTEIN.

Leobschuzii in Ducatu Carnoviensi natus vir propria nobilitatis virtute nobilis, literis omnis generis doctissimus, & in poëtica facultate ac Musica, si quis alius, excellens. Quemadmodum autem harmoniæ Musicæ eximius ipse fuit artifex, ita cordis & oris, mentis & linguæ, rationis & orationis in eo harmonia erat suavissima, omniumque adeo virtutum consensus concentusque admirabilis. Professorem egisse in Academia Tubingensi poeticum, & historicum memini alicubi legere, de quo tamen nunc ἀνέκδ. Illud scio, Syndici munere in patria functum ipsos annos quindecim, utilem Reip. operam navasse, ac deinde Secretarii munus in curia Ducali Carnoviensi biennio cum laude sustinuisse, eo offi io, omnique adeo functione publ. cum sese abdicasset, plenoque desiderio quietem amplexus esset:

Nosse inter primos cupiens, prior esse recusans
Ipse suo vivens segregus arbitrio.

Amœnissimorum prædiorum cultura, cujus quæstus laudabilis ἄσκησις, ut quidam è Græcis ait, δικαιόταλον maximam ætatis reliquæ partem peregit: & ut erat alioquin bellus, ac commodus, atque ad omnem rationem humanitatis moderatus, ita adventantes ad se in Vaticanum (sic enim domicilii locum vocare placuit) humaniter excepit, apparatu non neglecto pro re & copia habuit; at ubi ad Societatem cum illis colloquutus esset, benevole admisit, adscripto propterea in ædium vestibulo hujusmodi tetrastichon:

Vilis ut hæc domus est, sic est Ecclesia Christi,
Quæ se præsentem gaudet habere DEUM.
Ergo DEUM quisquis colit, has divertat in ædes.
Janua nostra piis nocte dieque patet.

Delectabatur hospitibus improviso accedentibus uno atque altero, recordatus nempe ex Terentio, convivas nec ultra gratiarum nec supra numerum Musarum adhibere debere, ac subinde adeo illud Philippi Doctoris sui dicterium usurpabat: tres convivium, novem consilium.

Annorum jam satur, postquam illi præsertim
- - - lapidosa podagra
fregerat articulos - -

ac

ac miſeriis modis vexarat, biennio etiam ante mortem in thermis Hirſchbergenſibus crucigerorum plenis agenti carminis materiam prabuerat, cui titulum fecerat: Cervo Echimontano de Cruce Chriſti, & Eccleſia, *infelici tandem catharroſa guttula defluxu ſuffocatus, florenti re & fama, quatuordecim liberorum pater in pago Baumgarten prope Franceſteinam (delatus eo ex itinere, quod in Comitatum Glacenſem prædiorum quorundam emendorum cauſa Vratiſl. ſuſceperat) deceſſit die 24 April. A. C. 1597, ætatis autem ſuæ climacterico magno, tertio nimirum ac ſexageſimo, quem, Agellio teſte, obſervatum in multa hominum memoria expertumque eſt in Senioribus pleriſque omnibus cum periculo, & clade aliqua venire, eaque de cauſa Firmicus ait, Androclum ab Ægyptiis dictum fuiſſe, quod omnem vitæ ſubſtantiam frangat, ac debilitet.* Sil. Tog. lib. 4. No. 24.

His annumerandi ſunt

MELCHIOR ERBE ab EHRENBURG, U. J. D. Conſil. Cæſar. & Epiſcopalis Judicii Secularis in Inſula Wratislav. Cancellarius. θ. 1641. æt. 54.

GEORGIUS FRANTZKIUS, JCtus, Com. Pal. Cæſ. Conſ. Saxon. & Aulæ-Gothanæ Cancellarius. θ. 1659. die 15 Jan. ætat. 65. de quo vide Cunradi Sileſiam Togatam MSt. & Mart. Hanckii Panegyricum in ejus obitum, qui primum inter illius Orationes Lipſiæ 1673 typis impreſſas locum accepit.

§. 78.

LAUTERBACH.

Opidulum Ducatus Glogovienſis.

§. 79.

LESNITIUM.

Leßnitz / Ducatus Oppolienſis opidulum, (*a*) ripæ Viadri dextræ impoſitum prope montem D. Annæ, peregrinationibus, quæ religionis ac votorum cauſſa iſtuc inſtituuntur, celebrem. (*b*)

(*a*) A. 1460 à Zebracis (genus militum vel latrunculorum fuit audacis-

daciſſimum,) direptum, & miſere vexatum; per Vratislavienſes tamen, Suidnicenſes & Niſſenſes liberatum.

(*b*) Hunc S. Annæ montem variis Sacellis, in quibus ſalutis noſtræ monumenta publicæ venerationi, meditationique proponuntur, hodie inſignem RR. PP. Franciſcani diſcalceati ad provinciam Polonicam ſpectantes incolunt.

§. 80.

LEVVINUM.

Lewin/ (*a*) opidulum immœnitum ad Niſſam fluvium in Ducatu Bregenſi verſus orientem in confinio Ducatus Oppolienſis, ſub dominio Beeſſiorum.

(*a*) Vratislavia diſtat 8 milliaribus. Baronum de Bees noſtra memoria. In inſigni Leonem habet: Arcem & Eccleſiam lapideas.

An. 1642 Tribunus legionis Suecicæ Schlangius à Cæſareis juxta hoc opidulum tantam cladem accepit, ut vix aliquot ſtipatus equitibus ad ſuos Brigam illo anno oppugnantes effugere potuerit.

§. 81.

LHÆNUM.

Lähn/ opidulum Ducatus Jarovienſis ad Boberum amnem, Regium quidem, ſed non magni momenti. (*a*)

(*a*) Betuletum in hoc loco olim ante opiduli erectionem fuiſſe traditur, à quo ſub ſui initium Birckenau/ poſt vero ab Arce Lähnhuſia Lhænum, Lähn nuncupatum.

Magnas plerumque clades & calamitates patitur ab exundante Bobero, qui An. 1608, imo etiam anno proxime lapſo, & aliàs ſæpius, principi in Eccleſia aræ ſuperfuſus fuit.

Arcem olim S. Hedwigis frequenter inhabitavit, & ex illa nudis in opidum pedibus ad audiendum miſſæ ſacrificium devota Princeps quotidie tam hyemali, quam æſtivo tempore deſcendit: in cujus viæ medio hodieq; lapis monſtratur, in quo fatigatam ſediſſe, quietique neceſſariæ indulſiſſe pie creditur. Unde lapidi illi hodiernum in diem nomen manet:

Det

Der heiligen Frau Hedwig Ruh-Stein.

Hinc Poëta quidam è noſtratibus:

HEDWIGIS pedibus nudis deſcendit ab alto
Culmine, ut exiguâ cernat in urbe Deum.
Non niſi cæleſtem cernit ſubmiſſio ſponſum,
Candida qui rigua lilia vallis amat.
Cur pedibus nudis Hedwigis obambulat? annon
Aurea ſpinoſam novit ad aſtra viam?
Omnia vincit amor: ſentes putat eſſe roſetum,
Quicquid calcavit Dux, Roſa verna fuit.

Quod devotionis exercitium a Fechnero quoque hæc in verba decantatur:

Arx eſt (imo fuit) Lehnhusi nomine clara,
Condita quæ quondam ſublimi in vertice rupis,
Infra ſe Lehnam porrectam in valle reductâ,
Boberique vias humiles proſpectat ab alto.
Præbuit hæc olim gratum dulcemque receſſum
HENRICO, promiſſâ dedit cui nobile barbâ
Nomen, & HEDWIGI rara pietate celebri.
Hujus monſtrat adhuc rigidum veſtigia ſaxum,
In quo conſediſſe ferunt, cum mane rediret
A ſacris, caperetque brevem defeſſa quietem,
Præbet ubi adſcenſum præcelſi ad culmina caſtri
Ardua difficilem per denſa fruteta trepido.
Sic priſci narrant: ſed narrant hoc quoque priſci
Hanc jam laudatum, prognatum e ſtirpe PIASTI
HENRICUM ſtruxiſſe domum, quam nomine ſendi
Illuſtris deinceps (nomen quod prædit) equeſtres
Obtinuere Viri, generoſo ſtemmate nati.
Sed quo jam ceſſit venerandi gloria caſtri?
Heu deſtructa jacet, jacet alta in cautè cadaver
Murorum & turris collapſa fœda ruina!
Diruit antiquam Martis violentia ſedem,
Sed ſedem tantum vacuam, non nobilis arcis
Eximium nomen: manet hoc ſemperque manebit,
Montis Lehnai culmen dum ſtabit apricum,
Dum Boberus aquas declini flumine volvet.

Ecclesiam Parochialem turri conspicuam pannifices jam An. 1215 in S. Nicolai honorem ex lapide exstrui curarunt.

An. 1427 opidulum ab Hussitis, vel ideo, quod arcem expugnare non valuerint, magis furentibus exustum & vastatum fuit.

An. 1622 a Cæsareanis direptum & expilatum.

An. 1640 flammis a Stalhansio tribuno Suecico suppositis una cum Ecclesia & Curia deletum; imo biennio post similem rursus casum in domibus resuscitatis & denuo in cineres versis expertum.

An. 163 3 & 34 omnes fere cives peste extincti sunt.

§. 82.

LIBENAVIA.

Liebenau opidulum territorii (*a*) Suibusiensis, spectans ad Abbatem Cœnobii a Paradiso cognominati: Quod quamvis in Polonia situm, præcipua tamen bona fundationis suæ in Silesia possidet.

(*a*) Opidulum pertinens ad districtum Suibusiensem, uno ab Suibusio milliari distans, exiguum quidem & desolatum hodie, venustius tamen olim fuisse asseritur Suibusio, ut residua arcis rudera vastæ molis testantur.

Insignia opiduli hujus tres turres sunt.

§. 83.

LIGNICIUM.

Lignitz/ Villanovano Hegethmatia Ptolemæi, urbium Ducatus sui (*a*) Princeps, & quasi mater, ad Cattum flumen riguo loco sita, qua inter Silesiorum urbes, si solam metropolin Breslam excipias, nulla venustior aut fortior,

Domus Inclytorum Principum, vetus abs Te,
Piaste, secula per tot integra
Serie Stemma trahentum,

Ut

Ut de ſuo hoc mihi largiatur, quo nullus e Vatibus noſtris in Lyricis clarior aut dignior monſtrari digito prætereuntium, tanquam alter jam Romanæ fidicen lyræ.

Urbs ſane ipſa antiquitate eſt inſignis: teſtanturque Sileſiæ annales Boleslaum Procerum, cum Uladislao patre mortuo, patruorum ſuorum ſcelere, una cum fratribus Polonia minore exutus, ſolius Sileſiæ Principatum teneret, Lignicium & Lubenam ſplendidioribus ædificiis ac ſtructuris exornaſſe, eorumque mœnia dilataſſe. Nec multo poſt indulgentia, & favore Principum ſucceſſorum, Henrici maxime Pii, Lignicium ita crevit, ut ipſi etiam Wratislaviæ elegantia ſtructionum, opibusque & frequentia parum concederet. Nam cum B. Hedwigis mater Henrici, quem præ reliquis duobus filiis unice diligebat, ex nobili Stirpe Ducum Carinthiæ & Iſchiæ orta eſſet, paſſim magnæ familiæ ex Germania in hanc viciniam commigrarunt, quæ facile eam ex inculta reddere poterant cultiſſimam. Etſi vero ab eo tempore partim irruptione Tartarica, (*b*) partim Huſſiticis bellis graviter attrita & debilitata fuit; in eam tamen quaſi poſtliminio ſeſe vindicavit celebritatem, ut ſive fertilitatem ſoli & victûs parandi commoditatem, ſive munitiones & propugnacula mœnium & vallorum, ſive ædificationis concinnitatem, quæ ſacras, (in quibus eminent D. D. Petri & Pauli, D. Johannis,

hannis, (c) ubi Principum ſepulturæ, ac D. Virginis templa, nec non Cœnobium fœminarum (d)) qua profanas ædes, ſive denique Civium numerum, & opulentiam, humanitatemque conſideraveris, non facile in Sileſia, metropoli ſemper excepta, quæ cum Lignicio contendi poſſit, urbem invenias. In porta, qua Wratislaviam itur, hujusmodi legitur epigraphe:

Munimen urbis foſſa, vallum, mœnia,
Munimen ipſa civium concordia,
Munimen optimum Jehovæ dextera.
Protector noſter Dominus.
Hac nec in urbe, nec hic ſtabilis locus ullus in orbe eſt.
Quærenda urbs alia, in qua maneamus, erit.

Et vero ſi quis ingenioſas & argutas inſcriptiones ad honeſtam animi oblectationem deſideret, vix alia Sileſiæ urbs majorem earum copiam hoſpiti φιλοθεώρῳ, quam Lignicium, oſtendere poterit; recentiorum præſertim, quarum plerasque ne Italicis quidem vel bonitate vel utilitate, adde etiam acumine & elegantia cedere, res ipſa loquitur. (e) Magnam accepit cladem ab incendio, quod Anno Chriſti ſupra mille ſexcentos nono die 18 Septembris noctu exortum, vento flante, vi tanta graſſatum eſt, quanquam civibus ad flammas extinguendas accurrentibus, ut tertia nobiliſſimæ urbis pars igne abſumeretur. Quod quidem

dem infortunium ac damnum, quod nemo facile æſtimaverit, multi maleficio vitriarii cujusdam adſcripſerunt, ſed qui convinci ejus nunquam potuit, quamvis ex domo ejus flamma erumpere viſa. (*f*) Qui nunc rerum habenas in hoc Ducatu prudenter temperat Georgius Rudolphus, Princeps ad omnem Virtutem, ſeculique gloriam formatus, firmatusque, paucis abhinc annis ædes, & loca ante portam Glogovienſem ſita, & arci illuſtri contigua, (den Thum vor dem Glogauiſchen Thor) juſto precio, imo majori quoque, ex mera vendentium voluntate adſe tranſtulit, & in horti amœnitatem, aliaque exercitia principalia & equeſtria convertit. Elevatio poli eſt 51. 13. Longitudo 38. 58.

(*a*) Nihil hic noſter de Lignicii etymo, quia nimirum capite primo cum Cluverio Taciti Lygios hic olim ſediſſe negat, ideo communi ſententiæ, quæ Lignitium derivat a Lygiis, ſubſcribere non audet: ſed hic ejus error, quem cum Cluverio errat, operoſe a nobis cap. I. & erudite a Cl. noſtro Hanckio in Antiquitatibus de Sileſiorum Majoribus c. X refutatur. Videatur quoque F. Lucæ Chronica p. m. 1296. contra Sileſium Curioſum, Lignicii etymon a Lygiis petitum vindicans. Sunt quidem, qui originem hujus vocabuli putant eſſe Slavicam, & hos inter Polius noſter in hiſtoria incendiorum, ubi ex antiquo MSto quodam verba citat ſequentia: *Fuerunt tres Fratres; unus nomine Czech, qui fundavit Bohemiam; ſecundus Crock, qui conſtruxit Cracoviam, & originavit Poloniam; tertius Lech, qui fundavit LECHNITZ, quæ Civitas dicitur LEGNITZ, & plantavit totam Sleziam.* Sed & horum de Lignicii etymo opinionem jam alii refutarunt.

Fechnerum Poëtam Sileſiæ non incelebrem audiamus ſententiæ noſtræ accinentem, p. 63. 64:

Ne tu clam vetuſtatis veſtigia ſervas,
Lignicium, Sleſia ter nobilis unio terra.

Hic ubi turritum caput in vaga nubila tollit,
Indigenæ LYGII quondam ſola vaſta tenebant,
Arregiasque ſuas ultra citraque locarant
Guttalidum ripas, & Cattum prepter amanum.
Egreſſi vero natali rure Gothique
Orbivagis juncti, ſedes liquere vacivas
Acri Lechiadum populo. Sic fata ferebant,
Quæ ſortes hominum mergantque levantque viciſſim:
Tunc tua, Lignicium, ſe tollere cœpit in auras
Gloria, ceu ſalices inter Phaëtontias alnus.
Tunc non paſtores, errabundosque truones
Obſcuris capiens Laribus, velut ante, caſarum
Informi ſerie ſquallebas: mœnibus altis
Ædibus & lautis te exornavere, ſibique
In te magnificam ſedem ſtruxere Dynaſtæ
Auguſta veteris prognati ſtirpe Piaſti,
Quo non Dux alius rexit clementius orbem
Sarmaticum. Magnum decus eſt præbere penates
Principibus: Majus gremio excepiſſe fideli
Jam natos. Laus hæc tibi jam per ſecula plura
Propria, Lignicium. Patriæ tu Patria Patrum
Et mater veneranda Ducum præcedis honore
Illuſtri illuſtres, quas Sleſia continet, Urbes.
O nunquam deſit tibi ſtirps ex ſtirpe Piaſti
Principe, nec deſit Patriæ tibi gloria Princeps!

(*b*) A. D. 1241. 5 Idus Aprilis (ex Sacris Pulveribus P. Crugerii hæc legimus) memorabilis clades a Tartaris, circa Lignicium, Chriſtianis illata eſt. De qua fuſiora habet Cromerus l. 8. ſuæ hiſtoriæ, ex eo ſelectiora enarrat in Wartenſi P. Bohuslaus Balbinus. Nos brevitatis memores cum Abrahamo Bucholzero, ſtrictim quidem, ſed ſimul eleganter deſcriptam in indice Chronologico, Lectori præſentamus. Henricus II cum agnomine Pius, S. Hedwigis Filius, Sileſiæ, Luſatiæ, & majoris Poloniæ Princeps, Tartaris ex Aſia magnis agminibus progreſſis, regionesque Europæas hoſtiliter invadentibus, & Poloniam inprimis, deinde & Sileſiam crudeliter vaſtantibus, ſeſe opponens, exercitu triginta millibus militum inſtructo, cum iisdem acerrimo prælio congreſſus eſt, fortiterque pro aris & focis pugnans, glorioſa morte die Martis poſt Dominicam *Quaſimodo-*

geniti,

geniti, IX videlicet Aprilis in campo *Wolſtat* (rectius Wallſtadt) prope Lignicium occubuit. In quo prælio, præter dictum Principem, Boleslaus, Theobalditius Moraviæ Marchio, Henrici Amitinus, Pompo militum ordinis Teutonici Magiſter in Boruſſia, aliique plurimi viri fortes ex nobilitate ceciderunt. Sed & tanta reliquorum Chriſtianorum ſtrages edita eſſe dicitur, ut, cum Tartari poſt victoriam, ſingulis cadaveribus, ſingulas aures præciderent, novem grandes ſacci iis expleti fuiſſe ſcribantur. Corpus Henrici Ducis, ab uxore Anna, Ottocari III Bohemiæ Regis Filia, ex ſexto digito ſiniſtri pedis agnitum, Wratislaviæ in templo S. Jacobi humatum eſt, quod maritus quondam exſtruere cœperat, Anna conjunx poſtmodum abſolvit. Hunc exitum tulit Princeps vere Pius & Generoſus, qui vitam pro fide Chriſtiana & Patria impendit, ac profundendo ſuum ſanguinem, Germaniam protexit. Etſi enim multis ſuorum deſideratis ipſemet occubuit; vires tamen Tartarorum ita attrivit, ut ſibi ipſis diffiderent, & ad ſuos per Moraviam, Ungariamque, illibata Germania, reverterentur. Hæc ad verum, & prope verbum Bucholzerus. Cromerus porro Poloniæ egregius hiſtoricus, etſi ex Hagecio & Dubravio, noſtris ſcriptoribus, quos legiſſe paſſim inſinuat, potuerit reſcire, quas in periculo Tartarico, pro Moravis Wenceslaus IV Bohemiæ Rex ſuppetias ſubmiſerit, & quam feliciter, imo & e cœlo prodigioſe Jaroslaus a Sternberg, dicti Regis Legatus militiæ, circa Olomucium, Barbaros, cæſo Peta eorum e Ducibus uno, diſſipaverit; more tamen ſuo, quaſi in humanis ea de re nihil eſſet adnotatum, ac per antecedens nihil etiam actum, auſus eſt in Polonica Hiſtoria, ſed erronee, ne dicam plane falſe, aſſerere, Tartaros, cum e Sileſia Moraviam invaſerunt, eandem, nemine prohibente, & Wenceslao Rege in Bohemia deliteſcente, amplius uno menſe, poſtquam usque ad Auſtriæ & Bohemiæ fines excurriſſent, crudeliter vexaviſſe, ac demum in Ungariam, ſuperatis montibus atque ſylvis, perveniſſe. Sed non una hac vice, ſed variis, ubi potuit, Bohemiæ luminibus offecit Cromerus, quod cordatiores omnes in eo culpaverunt. Quaſi vero nobiliſſima Poloniæ Gens non haberet alia innumera, per quæ illuſtraretur, niſi eidem offundendo Bohemiæ tenebras, easque plerumque fictitias, Cromerus lucem imaginariam non jam amplius e Germanis, ſed ex vicina, cognataque gente magnopere accerſeret, extorqueretque. *Hucusque Crugerius.*

Ager vero, vel locus, in quo Pius ille Princeps contra Tartaros fortiſſime pugnans heroicum effudit cum ſanguine ſpiritum, Vernacula lingua Wahlſtadt propterea dicitur, eumque Chryſoſt. Schultzius, ſub nomine Campi Martii Sileſiæ, apud Fechnerum ita deſcribit p. 23. ſeq.

Ecce

Ecce tibi campos iſtos, ubi pugna cruenta
Ante quadringentos annos commiſſa refertur,
Tartareis populis, Sleſiæ vexantibus oras
Noſtræ! Namque fuit, fuit illud flebile tempus,
Cum populus Scythiæ gaudens crudelibus auſis,
Invaſit Sleſiam fuſo domitoque Polono,
Et vacuos miſeru liquit cultoribus agros.
HENRICUS donec Princeps his obvius ivit,
Agmen agens equitum, & florentes are catervas
Tunc tremuere poli, & miſſis haſtilibus aura,
Noxque ſuper campos telis conſerta pependit.
Tunc prata & campi longe lateque jacentes,
Sylvæque, horrendum ſtrepuêre ſonantia ſaxa.
Nutavit quercus, titubavit populus alta,
Numinis irati ſenſerunt omnia pœnam.
Multi pro patria pugnarunt fortibus auſis,
Fuderunt dulcem calido cum ſanguine vitam:
Inſuper HENRICUS Princeps fortiſſimus armis
Ipſe etiam cecidit Patriæ ſpes, Anchora, turris,
Atque PIASTEÆ ſtirpis prænobile fulcrum.
Hinc victi caſique adeo, taboque cruenti,
Qui primo campis victricia ſigna ferebant.
Inde tot oſſa Virûm curvis feriuntur aratris,
Luxuriat pinguis populorum ſanguine campus,
Et locus ille novo Wahlſtadt cognomine dictus.
Quis ſibi, quis memori tam triſtia fata revolvens
Temperet a lacrymis? poſſitve abſtergere fletus?
Heu miſeros cives! ebeu duriſſima fata!
O infauſta dies atroque notanda lapillo!
Siccine Dux vitam pariter cum ſanguine fundit
Pro Patria, Princeps gaudens vernantibus annis
Ceu flos purpureus curvo percuſſus aratro
Langueſcens moritur, laſſove papavera collo
Demiſere caput, pluvia dum forte premuntur:
Non aliter ſævum Noſter dum fertur in hoſtem
Langueſcens defluxit equo, vitamque reliquit.
Vivere dignus erat cornicis ſecula, dignus

Vidiſſent

Vidiſſent cana quem tempora longa ſenecta.
Tota ſuum laudet præſtantem Gracia Codrum,
Romani Marcum ſuſtollant ore ſuperbo.
Ad nos quid Codrus, rogo, Curtius ille quid ad nos?
Iſte PIASTEÆ Gentis fortiſſimus Heros,
Et Paſtor populi, rabiem, inſidiasque luporum,
Intrepide pugnans, ſumma cum laude repreſſit.
Scilicet hic miſero ſuccurrere cœperat avo
Excelſa Princeps mentis, civesque tueri.
Salve Protector Patriæ, Dux inclyte, ſalve,
Qui nemus Elyſium cernis, camposque beatos.
Vivis ubi ſecura quies, ubi dulcia tempe
Regnat, ubi ſine fine ſalus, ubi gaudia florent,
Qualia non oculo cuiquam percepta nec aure.
Attamen interea ſtirps, & genus omne nepotum
In laudes ruit ecce tuas, tua prædicat acta.
Donec erit pietas, donec Germanica Virtus,
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

Prodiit inſuper de prælio Lignicenſi a Divo Henrico Pio, cum Tartaris victoribus an. 1241. d. 9 Aprilis fortiter commiſſo, Valentini Alberti Oratio Lipſiæ 1664. & hodienum adhuc uſus iſte obtinet, ut in pago Wahlſtadt, Dominica Quaſimodogeniti, quotannis hiſtoria illius conflictus publice de cathedra recitetur, ad cujus rei ſolennitatem ex vicinia quamplurimi homines confluunt.

(c) Ad RR. PP. Societatis JESU paucis abhinc annis autoritate & munificentia Cæſarea tranſiit: ubi ampliſſimum hodie pro Inclyta JESU Societate ſuſcitatur Collegium ſub regimine & cura R. P. Eliæ Nentwig, primi illius loci Rectore: cujus zelo ſequens aliquando ſcripſimus tetradiſtichon:

Sicut in ignivomo curru zeloſus Elias
Vectus in Elyſium ſcribitur eſſe polum;
Sic tuus Elyſiam zelus te vexit in urbem,
Pro Te, proque Tuis hic Paradiſus erit.
Nominis hic JESU, & veſtræ virtutis odore
Atque bonis fragrans fructibus hortus erit.
Collige converſas animas, tecumque beatas
Lignicio cœli transfer ad Elyſium.

Hanc D. Joannis Eccleſiam Princeps Wenceslaus An. 1347 vel (ut volunt alii) An. 1350 exſtrui fecit extra muros, quibus vero ulterius expoſitis una cum ſchola urbi amplificatæ incluſa fuit.

An. 1629 den 8 Aprilis ward in der Amts-Predigt in allen dreyen Kirchen auff Befehl Jhro Fürſtl. Durchl. notificiret/ daß hinführo zu S. Johannis ſolten eingepfarret ſeyn der gantze Stein-Saltz- und Kohlmarckt / ſambt der Ritter- und Stockgaſſen / ohne was ſonſt noch dahin würde gewidmet werden: Und ſolten von ſolchen Orten die Communion/ Tauffen/ Trauungen und Begräbnüſſe zu S. Joannis geſucht werden: Mit Zuziehung des Kirchhofes zu S. Nicolaus. *Ex MS. J. H. C.*

An. 1632 den 29 Auguſt. bekam ſeinen Abſchied Martinus Hofmann/ Diaconus zu S. Johannis/ darum daß er bey der Tauffe/ als er Heinrich Rößlers U. J. D. und Fürſtl. Raths Kind getaufft/ die Teuffels-Beſchwerung oder den Exorciſmum auſſengelaſſen. *Ex eod. MS.*

Bey dieſer Kirchen S. Joannis iſt eine ſehr herrliche Bibliothec anzutreffen / welche bereits 1610. den 11 April. dediciret worden. Derer Curator M. Andreas Baudiſius, Schöppenſtuhls-Verwandter/ geweſen An. 1632. Nachgehender Jahre iſt ſolch Curatorium an den Paſtorem loci gediehen. An. 1680 aber hat es die Fürſtl. Regierung/ oder vielmehr das Käyſerl. und Königl. Ambt ab- und an ſich gezogen. *Ex eod.*

An. 1642 beſchenckten Jhro Fürſtl. Durchl. Herr George Rudolph die Kirche zu S. Johannis mit einer ſchönen lateiniſchen Bibel in folio in rothen Sammet eingebunden/ mit ſilbernen übergoldeten Pocken / und Fürſtl. Wappen beſchlagen: Item mit einem Kelch und Paten von 159 Ducaten: Einer ſilber- übergoldeten Quart-Kanne à 6 Marck und $14\frac{1}{2}$ Loth. *Ex eod.*

Ducale Mauſolæum

Anno 1677 magnis ſumptibus & exquiſitiſſima arte ex marmore & alabaſtro potiori ſui parte exſtructum, dignum eſt, quod cum Inſcriptionibus ſuis & ſymbolis ingenioſis adſcribatur:

In medio teſtudinis loco primario habet

Zodiacum, in quo, Sol aureo curru vectus per duodecim Zodiaci ſigna, ad Cancrum ſiſtitur, cum Epigraphe:

Regales periiſſe Domos, fierè Aſtra Favillas
Miraris? Soli ſtat quoque ſirus obex.

Quod Symbolum hiſtoria Piaſtæa cingitur, imaginibus & Inſcriptionibus octo ſequentibus adumbrata:

I. PIA-

I.

PIASTUS frumentum & panem distribuens ad Thronum Sarmaticum elevatur:

Est nutrire Patris: Rex est Pater, inde Piastus,
Nutritor populi, sceptra Polona capit.

II.

Zimovitus Teutones, Pomeranos & Hungaros illata clade reprimit:

Quot numeras pugnas, tot agis, Zimovite, triumphos,
Romulus hinc auctis Sarmata, Numa Pater.

III.

MICESLAUS divinitus accepto oculorum & fidei lumine idola Poloniæ demolitur, & baptizatur:

Cœcus eras cœci Rex Miceslae Poloni,
Visum anima recipis Sarmata, Rex oculis.

IV.

BOLESLAUS ab Ottone Imperatore in Regem coronatur:

Otto Boleslaum merito diademate cingit,
Senserat hunc cinctum Rus, Scytha, Teuto prius.

V.

BOLESLAUS Corpus S. Martyris Adalberti auro ejusdem cum Sacris Reliquiis ponderis a Prutenis emit.

Corpus Adalberti aquivalente reponderat auro,
Haud care: nam omnes Martyr opes superat.

VI.

CASIMIRUS Cucullo monastico exutus, & purpura indutus Regalem thronum conscendere cogitur.

Sarmaticum, Casimire, thronum cape, tenne cucullum.
Regem agere, atque Patrem sanctior ordo cluet.

VII.

BOLESLAUS Audax Andream Hungariæ, & Vratislaum Bohemiæ Reges, pedibus suis substernit, & Belam Hungarico diademate coronat.

Pannonium, Bojumque Duces pede conterit Audax,
Contentus Lauro, dat diadema Bela.

VIII.

BOLESLAUS CRIVOUSTUS Henrici Imperatoris ad Hundsfeldam cæsi filiam matrimonio sibi jungit.

Cæsareum Crivouste thorum pete, Cæsare victo,
Dignior haud poteras Cæsaris esse gener.

Historia porro Piastæorum Heroum octo aliis picturis, opere Apellæo formatis, continuatur inferius.

I.

Ab Imperatore Friderico Barbarossa Boleslaus Crispus Uladislao fratri, hujusque filiis reconciliatur, & diademate Regio Polonico contentus huic Ducatum Silesiæ cedit.

Jure Boleslaus pollet magè pacis amore;
Ex-Regique Duci Silesica mitra placet.

II.

BOLESLAUS ALTUS ad Mediolanum militem Lombardicum statura Gigantæa præditum vincit, & occidit.

Alta Boleslaus meditatur, & expedit Altus:
Lombardusque Gigas ipsius ense cadit.

III.

Henrico Barbato a victis Polonis corona offertur, & S. Hedwigis monasterium exstruit.

Templa struente Hedwige, Henricus destruit hostes,
Sic bene utrique litant: hic Nemesi, illa DEO.

IV.

HENRICUS PIUS a Tartaris occiditur.

Tartarico occumbens Heinricus acinace vincit,
Nam Vallum Patriæ exsangue cadaver erat.

V.

HENRICUS PROBUS Cracoviam expugnat, & Poloniam occupat.

Cracopolim Probus expugnat, regnumque paternum
Occupat: arma etenim eos acuit probitas.

VI.

Principes Piastæi Silesii Joanni Lucemburgico Regi Bohemiæ fiunt Feudatarii.

Sponte subit leges divisa Silesia Boji;
Namque unum scissis est Caput, una salus.

VII.

VII.

GEORGIUS Princeps Templa, ſcholas, arces exſtruit, & vias ſternit.

Pyramidum faſtus irridens, conde, Georgi,
Arva, vias, areas, mœnia, templa, ſcholas.

VIII.

GEORGIUS WILHELMUS ultimus Princeps Piaſtæus a Leopoldo I Cæſare Auguſtiſſimo Feudum accipit:

Wilhelmus Regimen cum pubertate capeſſit:
Contulit id Cæſari; ſed DEUS omne prius.

Es ſind ferner daſelbſt vier Statuen zu ſehen. Unter der Frau Mutter/Ludovicæ Anhaltinæ, ſtehen dieſe Worte:

Heu mihi Soli!

Verlaßne Fürſtin/ ach! dein Hertzog iſt dahin!
Ich ſchau es allzuwohl daß ich gantz einſam bin.
O Himmel! ſollt ich mich nun nicht zu tode weinen!
Denn wenn die Sonne ſtirbt/ wie kan der Monde ſcheinen?

Unter des Herrn Vatern/ Hertzog Chriſtians/ ſtehet:

Neſcia Gnati?

Schauſt du nicht/ wie dein Sohn die Nacht der Einſamkeit
Durch ſeiner Tugenden erlauchten Glantz zerſtreut?
Ein Printz/ wie dieſer iſt/ kan auf den Trauer-Bühnen
Auch ſeiner Mutter wohl zu einer Sonne dienen.

Unter des Printzen/ Hertzogs George Wilhelms/ ſtehet:

At ſequor ipſe.

Allein es folgt dein Sohn dir in das Sternen-Dach/
Mein Vater und mein Fürſt/ ſelbſt auf dem Fuſſe nach.
Doch Hertzogin getroſt! ſind wir nicht mehr auf Erden/
So wird dir Leopold zu einer Sonne werden.

Unter der Hertzogin von Hollſtein Statue ſtehet:

Spes ubi noſtra?

O düſtre Finſternüß! der Hoffnung Stern und Licht
Iſt leider ausgelöſchet! ach hilfft der Himmel nicht/
Und läßt in dieſer Nacht mir eine Sonne ſcheinen/
So muß Charlotte ſich gewiß zu tode weinen.

(*d*) Altum hic Henelio de Carthusianis silentium, ideo fortean, quod extra urbem Eremum suam habuerint: Quorum fundationem ex P. Crugerio adscribimus:

A. C. 1423 Ludovicus Lignicensis & Brigensis Dux, hac die videlicet 30 Aug. fundavit pro Carthusianis in nemore prope Lignicium domum sacram. Miechovienſis f. 205. Sed hanc insignissimam memoriam Posteri ex hoc ipso Duce descendentes aboleverunt timoris prætextu, ne, si a Vienna, quam obsederat Turca, hic ipse superveniret in Silesiam, adeoque Lignicium, vicinia hac hostis improbus ad incommodationem urbis Lignicensis abuteretur, quæ contra quamcunque potentiam Tyranni se omnino defendere pararet. Sed enim ad facilitatem abolitionis alia fuit insuper causa in iis posteris, & abnepotibus, quod Lutheri dogma complexi putarent Carthusianorum preces, & jejunia, rigidissimum item silentium, ac denique vitæ austeritatem omnem, pro salute propria, esse superflua, tum etiam pro aliena non multum conducentia: Fortunas porro, quas magnifice erogaverat in præfatam sanctam Fundationem Ludovicus Dux, quod has ipsas irent interversum pro se, judicarent sibi, suisque magis necessarias, imo & salutares. In quo quantum erraverint, exigua benedictio fatetur. Cæterum ex Erphurdensi Carthusia dicitur Colonia in Lignicensem inducta.

Fuit autem a Ludovico erecta in honorem Passionis Dominicæ. Pompam funebrem a gratis Patribus piissimo illi Fundatori celebratam in ejusdem Crugerii Sacris Pulveribus spectemus:

A. D. 1436 hac ipsa XXX Aprilis Ludovicum II Lignicii & Brigæ Ducem tumulaverunt in sua Ecclesia, quæ extra ad Lignicensem portam stabat, venerabiles Patres Carthusiani, adornantibus funus magnifice hæredibus patruelibus. Et utrique ex justo equidem exequias suo modo peregerunt quia Religiosis, illis Cœnobium ac Ecclesiam non ita pridem fundaverat Dux; hæreditatem deinde eam, eamque ampliſſimam, cum careret filiis, Joanni Lubenæ Duci, Ludovici III filio, ob traditam in Conjugem Hedwigem filiam Socer utique Genero, & alias Propatruus legavit. Sed & aliam confecit sui apud Posteros in sacris egregiam memoriam, quod in adolescentia, devotionis memorabili studio, pleraque loca Europæ, quibus sanctitas Reliquiarum, vel prodigiosa eventa, nomen celebre effecerunt, inviserit, perlustraveritque: quin & maria emensus, pedes in Asiam intulit, & terras Christi passione insignes, & sanguine ejusdem pretiose purpuratas adiit atque veneratus est, raro in medii status hominibus,

minibus, rariſſimo in tam ſublimibus, uti Dux fuit, exemplo. Cæterum in Carthuſiana Eccleſia præter Ludovicum II jacuere etiam Joannes Lubenæ Dux, & Filius hujus Fridericus I Regiæ uxoris Ludmillæ Georgii Regis filiæ maritus. Trinepos Ludovici II hanc ipſam, quam barbari Huſſitæ non everterant, & quam pronepos Fridericus II etiam Lutheranus, licet rumores, cum obſideretur Vienna, Turcam in Sileſiam ipſam ſe effuſurum minarentur, integram tamen ſiverat, una cum Cœnobio, prolapſo ſæculo, omnimode deſtruxit, & interverſis Carthuſianorum fortunis, nobiliſſimam Magni Tritavi memoriam fundationemque penitus abolevit.

Hæc Crugerius; qui quidem ſibi videtur contradicere, dum ſupra in iis, quæ pro 30 Auguſti retulit, hanc inſigniſſimam Ludovici memoriam jam tempore obſidionis Viennenſis, adeoque a Friderico II; hic vero non ab eodem Friderico II, ſed a Friderico III primo abolitam fuiſſe ſcribit. At vero accurate perpendenda ſunt Autoris verba, quibus ſupra de ipſa tantum fundatione, quam Fridericus II abolevit, hic vero de ſola Carthuſiana Eccleſia, quam Frid. III penitus demolitus eſt, loquitur. Explicet iſta Fridericus Lucæ pag. mihi 1198. Chron. Sil. in hæc verba ſcribens: Mit dem Anfang der Lutheriſchen Reformation verwandelte Hertzog Fridrich der Zweyte die Carthäuſer in ein Fürſtl. Vorwerck/ und zoge derſelben Einkünffte zur Fürſtl. Cammer.

An. 1548 riß Hertzog Fridrich III vollends die Mauren des Cloſters ein/ und employrte die Steine zu Erweiterung der Lignitziſchen fortification. Die darinnen ruhende Cörper ließ er in beſondere küpfferne Särge legen / und mit rechten Begräbnüß-Ceremonien in die S. Joannis-Kirchen der Fürſtl. Grufft einverleiben. Aber deſſelben Ring-Mauern ſtehen noch biß auff den heutigen Tag/ und beſchlieſſen das groſſe Vorwerck ſambt dem groſſen Luſt- und Küchen-Garten.

Jährlich am ſtillen Freytag (pergit Frid. Lucæ loc. cit.) werden hier Allmoſen ausgetheilet/ da einem Armen / derer ſich offters auff die 4000 einfinden/ ein Brod/ ein Hering/ und ein Gröſchlein (iſt das vierte Theil eines Käyſer-Groſchens) gegeben wird. Etliche halten es vor ein Geſtifft von der andächtigen Hedwig herrührende/ daher die Einfältigen das Gröſchel an den Halß hängen/ und demſelben groſſe Krafft zueignen/ daß es dem Fieber und dergleichen Schwachheiten abwehren ſolle. Allein es kommt nicht aus dem Pabſtthum / ſondern aus dem Lutherthum her: In dem bemelderer Hertzog Fridericus II von der Römiſch-Catholiſchen Religion abtretende die abgeſchafften übrigen wenigen Carthäuſer-Mön-

che bis an ihr Ende ernährete. Als ſie nun alle geſtorben waren / verordnete er/ daß jährlich derſelben deputirte Nahrungs-Mittel/ oder ſo viel als ſie etwan austrügen/ den Armen ſolten ausgeſpendet werden: Welchem auch ſeine Fürſtl. Nachkommen redlich nachgelebet. Ita Frid. Lucæ. Sed judicet æquus rerum arbiter, num juſta, num ſufficiens hæc compenſatio ad Fundationem tam munificam? tam ſanctam?

Ante Portam Glogovienſem in Canonicatu Monaſterium fuit RR. PP. Franciſcanorum Lutheri quoque tempore procul dubio dirutum, aut in cineres redactum.

In ipſo loco, quo hodie fornax lateraria, princeps Eccleſiæ ara ſtetiſſe traditur. De hoc Lignicenſi Conventu ex Patrum illorum annalibus ſequentia excerpſimus: *Anno 1475. d. 15 Octob. ſuſcepit Provincia locum SS. Trinitatis Lignitii extra portam Glogovienſem, inde autem graſſante Lutheraniſmo ejecti fuimus anno 1524 infra octavam Corporis Chriſti. Tandem anno 1700 die 30 Octob. locus alius ante portam Haynenſem vel Hanovienſem pro edificando conventu & Eccleſia, auctoritate S. Cæſarea Majeſtatis LEOPOLDI I. Provincia noſtra traditus eſt, ubi de facto moramur.*

Hoſpitalia ſunt (1) ante Portam Goldbergenſem ad S. Nicolaum, una cum Commenda & S. Nicolai Eccleſiola ad Crucigeros cum rubra Stella Wratislavienſes ſpectans: Eccleſia ſeu ſacellum An. 1634. 17 Maji dirutum, Hoſpitale vero ampliſſimo urbis Senatui ceſſit; Domus autem Commendæ cum cœmeterio, & loco, ubi ſacellum ſtetit, in Crucigerorum etiamnum eſt poſſeſſione. Verum de his omnibus olim in Breslographia, ubi de Hoſpitali S. Matthiæ tractabimus, prolixior & exactior fiet mentio. Aliud Xenodochium ante portam fuit Wratislavienſem S. Stanislao dedicatum, ſed An. 1634 everſum. Non procul autem inde Lazarethum (ut vocant) ſive noſocomium ſumptibus pauperum curæ neceſſariis Civitas hodieque ſuſtentat laudabiliter.

Cœnobium Fœminarum (ut hic loquitur Henelius) RR. PP. Dominicanis olim fuit a Boleslao Calvo fundatum, qui etiam An. 1278 ibidem ſepultus eſt: Qua ratione, aut quo tempore hunc locum amiſerint dicti Patres, hactenus reſcire non potuimus. Hodie & Cœnobium & Eccleſiam ſanctimoniales ſub Regula S. Benedicti poſſident, quæ ſuum olim habuere Parthenonem extra muros ante portam novam penes hortum (ut nuncupant) Klugianum, ubi etiamnum reliquiæ quædam, ſeu rudera collapſarum ædium monſtrari dicuntur.

Aula Epiſcopalis Wratislavienſis magnificum olim fuit palatium, egregio

egregio exornatum ſacello, temporum tamen injuriis decore ſuo priſtino privatum: in quo RR. PP. Societatis Miſſionarii compluribus annis ſuam habuere ſedem, donec, ut ſupra meminimus, ad S. Joannem transmigrarent.

Habuit & Arx ſuam Eccleſiam perquam celebrem, de qua in MSt. legimus J. H. Cunradi.

An. 1621 iſt die ſchöne/ künſtliche und alte Schloß-Kirche abgetragen worden.

An. 1619 ad mandatum Friderici Palatini iſt auffm Schloß allhier die groſſe Hof-Stube zu einer Kirchen geweyhet worden. Ex MSt.

An. 1658 hat Hertzog Ludwig Joh. Chriſtiani filius eine vortreffliche Fürſtl. Capell und Kirchlein geſtifftet/ und zierlich diſponiret. Ex MS.

Quod ſacellum aut Templum An. 1677 menſe Januario jubente Auguſtiſſimo Cæſare per Commiſſarios tam Cæſareos, quam Epiſcopales occupatum, benedictum, & ſacris orthodoxis aptatum fuit, & adornatum.

(e) Confer quæ notula tertia ad hunc paragraphum de Mauſoleo Piaſtæo ſcripſimus. His adde: Pagus Waldau diſtat Lignicio dimidii milliaris intercapedine, non tam longitudine ſua, quam valedictione illa paterna & memoratu dignisſima, inſignis, qua Ann. 1664 Georgius Brigenſium Princeps unicæ ſuæ dilectisſimæque Filiæ Dorotheæ Eliſabethæ, cum Principi Henrico Dillenburg-Naſſovienſi nuptura è Sileſia diſcederet, in hoc ipſo viæ regiæ loco, quousque Princeps abeuntis egit Comitem, paternum fixit oſculum, & in piam hujus memoriam ibidem monumentum conſtituit, das Thränenthal dictum, erecta Pyramide lapidea, cui ſequens inſcriptio literis aureis inſculpta legitur:

Hic
ſiſte
Viator
gradum
& adſta,
Volve animo,
Revolve memoriâ
lacrumas,
Quibus glebam hanc
rigavit

Illuſtriſſ. Parentis
Filia
DOROTHEA ELISABETHA
Nata Dux Lig. Breg.
Illuſtriſſ. Princip. Naſſovio
HENRICO
Feliciter elocata:
Admirare Monumentum paterni affectus,
obſerva locum
Sacrum domui Illuſtri Piaſtea,
ſacrum tibi tranſeunti,
ſacrum Poſteritati,
Quo
Georgius III Dux Sileſ. Lyg. Bregenſ.
S. C. Regiaque. Maj. Conſil. Intimus,
Camerarius & per utramque Sileſiam
ſummus Prafectus,
Valedixit
unica,
Benedixit
dilectiſima
Eamque
In comitatu Angelorum
Propitiorum Vialium
E. PATRIA
DILLEBURGUM
Inter mutuos amplexus,
mille ſuſpiria,
vota mille,
feliciter dimiſit
Die XVIII Mart. An. M DC LXIV.
Venerare teſtem
&
ſolennem aſtima menſam
ſolemnia hac dictantem,
VADE & VALE.

(f) Quid

(*f*) Quid miſeriarum à morte, Marte, Vulcano & Neptuno paſſa fuerit ſæpenumero civitas, partim apud Polium, partim apud alios legere eſt. Nolumus in earum commemoratione morari, vel eam potiſſimum ob cauſſam, quod vir Ampliſſimus, Georgius Thebeſius, J.U.D. & Civitatis Syndicus, in opere Manuſcripto perquam egregio, quod *Origines & Annales Lignicenſes* inſcripſit, fuſius hæc omnia pertractat, cui ἀνεκδότῳ labori felix quantocyus in publicam lucem iter merito adprecamur. Interim occaſione incendii, quod Henelius memorat, duo adhuc memoranda ſunt, alterum, quod an. 1672 urbis magnam partem in cineres redegit; alterum vero præcedens anni 1648, quod flebili, ſed egregia prorſus elegia proſecutus eſt Sebaſtianus Aliſcherus in *Lygio*, *incendium ejus anni Martinianum deplorante*, Lignicii 1649 typis excuſo.

An. 1590 entſtunden um Lignitz/ Goldberg/ Lemberg ꝛc. Bauer-Prediger/ bethörten und verführeten viel Bauers-Volck/ ſo ſich Bundsgenoſſen der neuen und groſſen Religion nenneten/ verlieſſen ihre Nahrung/ Haab und Güter/ kamen auf dem Felde zuſammen/ redeten alldar/ und in ihren andern heimlichen Conventiculn ſpöttiſch von dem heil. Sacrament und den Gottesdienſten/ führeten allerhand verwirrte und Gottesläſterliche Reden: Inſonderheit/ daß man der Obrigkeit nicht gehorſam ſeyn ſolte. Gaben für/ es ſtehe ein Baum in der Hölle/ der ſich täglich ſencke/ daran allerley Hoffart/ groſſe Kragen/ ſeidene Hauben/ ſammete Halskoller/ grüne Schürtztücher/ weiſſe Schuh hingen/ und wäre noch ein klein Aeſtlein unbehangen/ wann das geſchehen/ würde der Baum verſincken/ und der jüngſte Tag kommen/ und noch für der Erndte/ welchen GOtt biß anhero auf eines Engels Bitte aufgezogen/ damit mehr Leute zu ihrem Glauben bekehrt würden. Da würde ein Erdbeben alle Gefängnitze eröffnen/ und die Gefangenen ihres Glaubens/ als Antonium ihren Prediger (einen Schäffer-Knecht zu Lemberg) und andere mehr ihrer Lehrer/ ſo in Hafft genommen/ loß machen. Sie ſagten/ dieſer und jener ihres Glaubens wären ſchon im Himmel (nenneten ihn mit Nahmen/ ob er gleich noch lebete) und habe eine halbe Crone auf dem Kopffe/ am jüngſten Tage werde die Crone gantz vollkommen werden. Die Menſchen/ ſo nicht ihres Glaubens/ ſtünden in der Hölle/ einer auffm Kopffe/ der ander biß an die Knie/ jener biß an Hals/ mancher biß übern Kopff/ wie ſie dann etliche vom Adel/ und andere darin ſähen. Die Pfaffen/ Herrſchafften/ Schreiber/ Spielleute/ lägen in der Höllen zuſammen gekoppelt/ wie des Teuffels Leithunde/ etlichen ſey noch Rath/ etlichen nicht.

Die Hölle wäre mit lauter Pfaffen gedielt und gepflastert / ein jeder habe einen schwartzen Hund neben sich liegen. Betheureten gar hoch / daß sie beydes den Himmel / und die Hölle sähen / und die eigentlich kennten / die da verdammt oder selig sind. Sie trieben seltsame und ungehörte Gebehrden mit greinen / ruffen / schreyen / schlagen / gehen / stehen / niederfallen / als wann sie bethört / besessen / oder unsinnig wären. Ex MSt. J. H. C.

In claves Lignicenses, quæ urbis sunt insigne, Poëta quidam Silesius scripsit sequens tetradistichon:

Quid Lygia claves? urbs clausa & aperta vicissim
Clausa bono hinc Civi, hinc hospiti aperta bono.
Clausa bono Civi, sed non nisi clausa tuendo:
Ornando officiis hospiti aperta bono.
Tuta sit ut Civi, sit ut officiosa cuivis,
Nempe facit JHOVÆ gratia, cura Ducum.
JHOVA fave; Duc JHOVA DUCES: erit illa subinde
Præsidioque suis, subsidioque bonis.

Cæterum ut bonos cives, ita quoque præclarissima ingenia edidit Lignicium, quorum indubitata specimina multi præbuêre viri illustribus disciplinis eruditi, & in lucem hic editi: quos inter ut prior tempore, ita potior jure primarium sibi locum vendicat

Venerabilis Frater PEREGRINUS LIGNICENSIS, Sacri Prædicatorum Ordinis, quem famosus Ecclesiasticorum Annalium Conditor Bzovius in Tutelari Silesiæ, sive vita B. Ceslai, hoc ipso, quo scribimus, anno 1703 Vratislaviæ publici juris facta, laudabili numero illorum Virorum, qui scriptis illustrarunt Ecclesiam, accenset. Sermonum autem quod scripsit Opus, tanquam genuinum sui fœtum ingenii, pro nominis sui proprii ratione *Peregrinum* nuncupavit. Claruit circa annum 1341.

Huic succedant alii ab Henelio celebrati, ex quibus aliquot tantum specimini quasi loco, quum omnes non possimus, plurimique etiam post Henelii scriptionem atque obitum, patriam pariter & alienas Provincias fama meritisque illustrarint, adducere animus est.

HIERONYMUS HAUNOLDUS.

Lignitium antiqua & nobilis urbs Silesiæ Hieronymum Haunoldum excepit: ubi primam lucem adspexit tertio Kal. Octobr. anno supra mille quingentos octavo & decimo, parentibus honestissimis Andrea Haunoldo & Anna Neringeria, Philosophiæ & Medicinæ Doctor ipse nobilis:

in

in quo doctrina cum industria, industria cum probitate, probitas cum felicitate certarunt. Obiit anno 1567. æt. 49.

BALTHASAR HÆSLERUS.

Lignicium pariter nobis dedit, insigne patriæ suæ lumen, ac Medicinæ Doctorem nobilem, Balth. Hæslerum: Qui cum de multis præclare merendo, nemini nocendo vixisset annos novem & quinquaginta, post Virginis partum anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, eo ipso die, quo & mundum conditum, & Christum conceptum passumque pia credidit antiquitas, ab eoque πρωτόκτιστον ἡμέραν vocat, vitam mortalem cum immortali commutavit.

LEONHARDUS PRAUSER.

Συφημία posthuma si cuiquam alii, Leonh. Prauser, Lignicensi, jure debetur æquissimo, JCto puta nobili, & quem provectior doctrina, virtus, experientia, tum rectus continuusque ab adolescentia Vitæ tenor honestarunt. In Aula Illustrissimi Lig. Ducis Friderici Cancellarii munus inter alia Reip. munera, & officii necessitate, & rerum amplitudine, & dignitatis splendore præcipuum egregie sustinuit: cum præter bonum publicum, cujus velut arbiter & sequester quidam, imo velut Doctor & Director erat, scopum haberet alium nullum: Joannis inde Monsterberg. Ducis Consil. ad extremum usque spiritum fidelis atque industrius. Obiit 11 Kal. Aug. anno, quo sancitum est Comitiis Augustanis Edictum de Pace Religionis.

JACOBUS JOKISSUS sive JACOBELLUS.

Et in hunc quoque clarorum virorum censum veniat, multiplici variaque meruit eruditione sua. Fuit huic natus Lignicii, honestis quidem sed vilioris conditionis parentibus, ingenio autem sublimi, & ad capessendum bonarum artium cultum mirifice præditus. - - Cum anno ætatis suæ 57, salutis autem nostræ 1559 Doctor Medicinæ cum applausu faventium fuisset renunciatus, biennio post id illi quoque accessit, ut in ordinem Professorum artem Asclepiadeam publicè docentium apud Almam Francofordiensem Viadrinam adlegeretur. In quo quidem munere eâ versatus est industria, ut discipulos attentos studio in audiendo pœnitere non debuerit: cum interim medicinam summa quoque cum ἐυτεχνίᾳ & felicitatis successu exerceret. Inerat nimirum huic viro singularis

gularis quædam in dicendo vis & ubertas, in pronunciando de ægrotantium valetudine mira ſagacitas, in caſibus ſæpe graviſſimis Conſilii excellens promptitudo & ſolertia, quæ omnia ipſum bonis reddebant eximie charum: ægrotantibus quidem hoc quoque nomine acceptiſſimum, quod morum ejus gravitas urbanitatis & leporis cujusdam ſuavitate tincta, ipſeque adeo naturâ hilaris, omnibus affabilis, & ad facetias eſſet pronior. Decanatum facultatis Medicæ laudabiliter ſeptimum geſſit. Exſtat ejus ad Gallum Wernerum memoria, in qua manifeſtum facit, ſeſe eſſe, ſemperque fuiſſe illius medicinæ affectam, quæ ſcriptis Hippocratis & Galeni comprehenſa, teſtimonioque & auctoritate ſacrarum litterarum munita & confirmata eſt: illam partem, quæ circa præparationem metallicam occupatur, carbonariis relinquendam. Ingenii & doctrinæ fœtus alebat, & innumeros, & illuſtres: qui utinam ante ipſius obitum in lucem atque conſpectum hominum fuiſſent producti, neque hinc inde diſtracti, in remotiſſimas tenebras detruſi, ut cum blattis & tineis nunc quidem certent. Non exiguum in his omittendis obſtaculum ei exſtitiſſe creditur matrimonium, quod ut ſerum illi, ita minus felix & commodum obtigit. Memoria, quæ in longævis & omnibus animi facultatibus prima debilitatur & vacillat, in extrema ſenectute tam fuit valida, ut impulſus aliquando cujusdam calumniis omnia genera, omnesque differentias pulſuum memoriter recitaret, poſtea tabulæ inſcriberet, & in eorum enarratione totam inſumeret horam, hiſce quidem auditores dimittens verbis: i nunc, & dic Jokiſſum deſtitui memoria. In docendo, ubi jam prope annos 25 conſumpſiſſet, ætatis An. 84 attigiſſet, 10 Kal. Decembr. An. 1587 humanis rebus exemptus obdormivit.

GEORGIUS THILO à THILAW, JCt.

Inſigne cumprimis ad omnem poſteritatis memoriam eſſe debet Georg. Thilonis nomen. Natus hic Lignicii An. 1552. Legum ac Juris cognitioni ſeſe devovit, nihil quidem laboris & induſtriæ intentatum relinquens, ut in penetrale D. Themidos adytum admitteretur, clariſſimis Academiæ Anteceſſoribus, quibus audiendis incredibili diligentia vacavit, quaſi Myſtagogis uſus. Domum reverſus in Ducalem curiam ab Henrico Principe Lignicenſi vocatus, libellorum publicorum operas quinquennio amplius fideliter adjuvit, pauloque poſt judicii provincialis tabulas per triennium tractavit: tantum ſibi apud omnes favoris & gratiæ colligens, ut anno 87. Frid. IV, Dux item Lignic, illuſtrem in curiam revocato Secretarii

tarii provinciam, libellorumque Magiſterium & Præfecturam demandaret, nec ita multo poſt Conſiliarii etiam dignitatem in ipſum conferret. Qua utraq; provincia & ſub Frid. IV. & ſub Joan. Frid. continue perfunctus eſt: donec extremo vitæ anno à M. Daniele Thalwentzelio Secretariatus ſarcina levatus ſolius Conſiliarii officium retinuit. Qualem autem in his muneribus tam privatim, quam publice Thilo noſter ſeſe geſſerit, longiori orationis ſyrmate non hic proſequar, ſed verborum dicam compendio, eorumque viri Reverendi ac Clariſſimi Simonis Grunæi, qui non aliorum tantum teſtimoniis ſubnixus, ſed propria etiam αὐτοψία & experientia perſuaſus, hanc ei laudem tribuere non dubitavit: non ſibi cognitum fuiſſe præter illum quenquam, qui pluribus à DEO animi bonis ornatus, paucioribus fuiſſet vitiis obnoxius.

Georgii Thilonis ſobrietas & integritas aulica.

Aula Placentinos, Bacchique furentis alumnos
Credita præcipuo eſt ſemper habere loco.
Nec niſi ei, egregie gracari, & vendere fumos,
Qui ſciat eſſe aditum hunc, publica fama fuit.
Aula ſed ingenuos, & ſobrietatis amantes
Quod ferat & foveat, teſte Thilone palam eſt.
Is vacuare ſcyphos, ſimulareque neſcius, aulæ
Acceptus tamen & vixit & interiit.
O Aula rarum decus! o ſic incolat aulam
Qui volet eſſe probus, qui volet eſſe pius.

VALENTINUS THILO, J. U. D.

Vix ullum hercle cujusquam nomen majore merito, quam tuum, in hoc theatro ſpectatur, Valentine Thilo, vir nobilis & amplisſime, Juris & Juſtitiæ Antiſtes conſultisſime, ingenii acrimonia, eruditionis variæ copia, eloquentiæ laude, ſuavi morum comitate, judicii edecumati rectitudine, ſingulari in rebus gerendis induſtria, præſtantisſime: quem ut deliciate olim Camœnarum grege educavit Apollo melior & in nutricatu gratiarum nectare ambroſiaque prolixe implevit Mercurius elegantior; ſic ultimis annis grandior Aſtræa, cauſas quippe agentem acriter, & ardenter, nec minus polite & ornate ſive meditata, ſive ſubita proferres, & multos advocatione, plures conſilio juvantem ſibi proprie applicuit, tuumque non domum modo civitatis oraculum fecit, ſed & famam ſpacioſisſimis

Ger-

Germaniæ parietibus ſtylo adamantino inſcripſit. Poëmata quidem ſparſim abs te edita qui legerit, nec elocutionem modo, ſed & inventionem (quæ cum in hac ipſa poëtica, tum in univerſa eloquentia, atque in omni ſcribendi facultate, multo maximam procul dubio laudis partem occupat) ſpectaverit. Quantum enim eruditionis ibi, & venuſtatis! quam dulcia illa, quam amantia! quam antiqua! quam arguta! quam recta! Natus Lignicii die quarto ac decimo Febr. 1560, correptus morbo fatali in eadem urbe, tertio Eidus Quinctilis, anno M DC XII, eodem ſcilicet quo inter homines eſſe deſiit, qui ut hominibus bene eſſet, ſua cura, ſua fide, prudentia, & auctoritate effecit D. Rudolphus II Imp.

Sil. Tog. lib. 5. No. 27.

LEONHARDUS KRENTZHEIM ab Iphofen, Med. D.

Artem quam didicerat non minus feliciter exercuit: Hradecii quidem Regiæ cis Albim & Aquilam in Bojemia Phyſico-Medicus per annos tres & triginta. Carmen ſcripſit (ſolitus nempe ex intervallo hac amœnitate oblectare otium atque etiam negotium) tam doctum & nitidum, tam facile atque argutum, ut ſi ex hoc muſtaceo laureolam quæſiiſſet, facile inter eos, qui bicipiti ſomniare in Parnaſſo auſi ſunt, quorumque adeo

- - per tempora ſerpunt
Flexibiles hederæ, myrtique, atque innuba laurus:

Locum invenire potuiſſet haut quaquam poſtremum. Natus Lignicii quarta Januarii A. C. 1554, cum in ſublimi gloria & re lautiſſima, quam ipſi praxis peperit, vixiſſet, in communem locum migravit anno hujus ſeculi undevigeſimo.

Cor recreare metris, corpus reparare medela,
Optime utrumque potes: Phœbus utrumque dedit.

JOANNES BRACHMANNUS.

Natus is Lignicii, loco honeſto anno Chriſti ſupra 1571 Dominica Lazari jacentis ante fores divitis, quæ tunc erat decima ſeptima Junii. - - Vir ut examuſſim bonus, ſic inter paucos doctus utraque oratione ſoluta & ligata adeo potens, pollensque, ut Cunradus noſter hoc ei elogium tribuerit:

Libera Brachmannus docte cant atque ligata:
Proximus Andino; nec Cicerone minor.

CASPAR

CASPAR FRANCK.

Lignicio, Ducatus Metropoli nobilisſimæ, decus haut pœnitendum conciliavit Caſpar Franck, vir doctrina varia, ſcientia hiſtoriarum, peritia Juris, eleganter dicendi facultate, ſeu pedeſtri vellet, ſeu proſo orationis genere, inter ævi ſui non poſtremos: eaque commendatione in Camera primum Regia Caſſovienſi ab Epiſtolis latinis, inde vero in Camera Vratislavienſi Rationum Magiſter. In quo munere obeundo illuſtrem probatæ fidei laudem adeptus, adamatas à puero Muſas ſolicitare neutiquam deſtitit: quæ proco ſuo ut gratiam apud vivos, ita nomen apud poſteros immortale pepererunt. Scripſit varia: quæ Muſarum meros amores, ac delicias eſſe ipſi judicabunt, qui guſtum ab iis petierint. Legi ſane digniſſimus Panegyricus ille, quo Pannoniæ ſuperioris nomine redeunti in hanc Sereniſſimo Archiduci Auſtriæ Maximiliano, cui ſapientiæ & fortitudini pacis, bellique tempore quantum debuerit Romanum Imperium ejusque regna ſocia & vicina, dici à me ſatis nequit, humillime gratulatur.

Nec obliviſcendi ſunt

JOANNES HERMANNUS, Decretor. D. Eccleſ. Cathedral. Vratislav. Cuſtos & Canonicus. θ. An. 1305. Vratisl.

NICOLAUS STOR, Lignicenſis Sileſius, diſciplina Lipſienſis, Majoris Collegii ibi Collegiatus, vir literis indulgentiſſimus, ingenio præſtans, eloquio facundus, in Philoſophia & Dialecticis ſingulariter doctus, & in Theologicis difficultatibus nulli ſuo tempore poſterior. Claruit in ſtudio Lipſienſi A. C. 1411 ſub Imper. Sigismundo. Elogium, ſcripta, & Epitaphium habet *Anonymus in Centuria ſcriptorum inſignium, qui in celeberrimis, præſertim Lipſienſi, Wittebergenſi, Francofordiana ad Oderam Academiis à fundatione ipſarum usque ad A. C. 1515 floruerunt, à Madero Helmſtadii 1660. 4. edita, num. II. p. A 2. b. A 3. a.*

CHRISTOPHORUS SCHONEFELD, natione Schleſita ex Legenitia urbe progenitus, utriusque Medicinæ Doctor, legit in Academia Lipſienſi, calletque triplicem linguam, Hebræam, Græcam & Latinam. Hæc Anonymus in Centuria apud Maderum num LVI.

JOANNES URBANUS, U. J. D. Illuſtr. Principp. Monſterberg. & Olsnenſ. Conſil. θ. A. 1622 ætat. 52.

VALENTINUS ARITHMÆUS, U. J. D. Academiæ Francofurt. Prof. Publ. Philol. & Poeta inſignis, θ A. 1620. ætat. 38.

JOANNES PHILIPPUS, U. J. D. & Prof. Publ. Lipſ.

ANDREAS, GODOFREDUS, JOACHIMUS, LEONHARDUS

BAUDISII, JOANNES BEIER, BENJAMIN KAL, & multo plures alii, ab Georgio Thebesio in Annalibus Lignicensibus, Jo. Henrico Cunrado in Silesia Togata metrica, aliisque alibi memorandi.

§. 84.

LISSA.

Marck Lisse / vicus in Ducatu Vratislaviensi, sed exemtus, habens sumptuosum Dynastæ sui Henrici ab Hörnigk palatium magnifice, splendideque Arcis plane in morem ædificatum, vallo, fossaque undequaque (*a*) circumdatum, ac supellectile superba instructum.

An. 1611 Als König Matthias in Breßlau einritte / nahm er vor auf dem Schloß zu Lisse das Morgenbrod / liessen sich von dem von Hornick bewirthen / welcher den Weg von dem Ort an / wo der König aus der Kutschen stieg / über die lange Brücke biß ins Zimmer mit seinem rothen Tuche hat belegen lassen. F. Luc.

Ist An. 1428 von den Hussiten verderbet worden.

An. 1459 von den Breßl. wegen des Königs Georgii.

Ob zwar An. 1622 dieses Orts Erb-Herr / Henrich von Hörnick / sich bemühet alldar einigen Zoll ihme zu acquiriren / indem er die auf der Strasse gehende Wagen mit Schlägen und Stangen hemmen wollen / ist ihme doch von den Hn. Fürsten und Ständen dergleichen Begünstigung verwehret worden. Nach seinem Tode haben es seine Erben eine Zeitlang besessen / und wegen Abfall zeitlichen Vermögens hernacher gegen einen Darlehn von 16000 fl. Rh. Herrn Horatio V. Forno &c. gerichtlich oppignorirt; indem aber bemelder Gläubiger gäntzlich nicht hat können befriediget werden / hat er es kauffsweise an sich erblich gebracht / und dieses Burglehns vollmächtiger Besitzer worden / doch bescheidentlich und also / daß unterschiedene Herrschafften von solchem Burglehn ex titulo empti venditi abgesondert und separiret worden / als:

Bogenau hat gerichtlich erkaufft Hermann Leffge von Roitger / Königl. Ober-Amts-Rath / An. 1654.

Krolckwitz Balthasar von Edelstein / Königl. Ober-Amts-Rath / An. 1654.

Kreicka

Kreicka und Weigwitz Fr. Helena Korckwitzin/ An. 1657. welchen allen in der allhier einverleibten General-Steuer-Indiction ihre Quoten/ altem Herkommen gemäß/ zugeschlagen worden.

Jahrmarckt hält es am Sontage Trinitatis. Ex MSt. J.H.C.

§. 85.

LOSLAVIA.

Loßlau/ (a) opidum Ducatus Oppavienſis immœnitum, tituloque Dynaſtiæ clarum, cui & famam aliquam pariunt annuæ equorum nundinæ.

(a) Laslavia alias, 22 milliaribus Bresla diſſita.

§. 86.

LUBENA.

Lüben/ Ducatus Lignicenſis opidum, vetuſtioris notæ, nec contemnendum, à Laubena & Labavia ſuperioris, & Lubena inferioris Luſatiæ, quæ ad Spream ſita provinciæ caput, & ſedes Promarchionis ordinaria eſt, diverſum. Vratislavia diſtat milliaribus novem, in campis fertilibus ad fluvium Kaltebach ſitum, ac lanificio admodum florens, textorum ſive pannificum collegio frequentiſſimo. (a) Muris cinctum, foſſis munitum, & amplificatum legitur à Boleslao Sileſiæ Duce, ſub Micislao III Polonorum Rege circa annum CIↃ C LXXV.

(a) Eccleſia An. 1349 in honorem S. Corporis Chriſti & S. Hedwigis exſtructa.

An. 1431 igne ab Huſſitis injecto in cineres verſa fere tota.

An. 1427 Huſſitis eam fruſtra oppugnantibus viriliter reſtitit, aſſiſtente Ludovico II.

An. 1396 Incolarum numerus à graſſante contagione magnopere fuit imminutus.

An. 1453 fulmine accenſa 140 domos perdidit.

An. 1632 à Saxonibus, An. 1640 à Suecis occupata fuit: ſed hoc ipſo anno à Cæſareis recuperata.

An. 1641 à Suecico Stalhanſio intercepta fuit. Puffend. l. 13. §. 56. Sed eod. anno à Principe Lauenburg. recuperata.

An. 1674 Suburbium Stinaviam verſus conflagravit.

Viros doctrina præſtantes hinc ortos in Sil. Tog. ſequentes noſter celebrat. Primus eſt

MARCUS SCULTETI.

Clarorum Sileſiorum memoriam renovaturus, ne doctrina & virtus eorum oblivione ſepeliatur, magnopere gaudeo: Si in aliquem incidere detur, nondum ante mihi cognitum. Qualis quidem inter alios Marcus Sculteti Lubenenſis artium Magiſter ac Theologiæ Doctor, Eccleſiarum Miſnenſis Canonicus, & Glogovienſis collegiatæ Cantor: ille quidem in hoc theatro noſtro vix ſpectandus, niſi monitus à Nobiliſſimo Ducatus Lignicenſis, Cancellario, D. Godofredo Baudiſio, Andreas Celichius Theologus Lubenenſis eum nobis repræſentaſſet, gratæque poſteritatis memoria vel hoc duplici nomine haudquaquam indignum eſſe oſtendiſſet, quod nimirum non modo anno 1483 libros ſuos pro illius ævi ratione ſelectos, ac minime pœnitendos Eccleſiæ patriæ legavit: quæ quidem primogenia eſt Bibliothecæ Lubenenſis inſtitutio, majoribus poſtea, ab aliorum civium liberalitate incrementis aucta; ſed & ſublevandis Studioſorum ſumptibus, anno ejusdem ſeculi 96. 1600 Florenos Rhenenſes dicavit: ac triente quidem illorum Reipubl. Gorlicenſi, quadrante vero reliquo Reipubl. Lipſienſi exſoluto 80 florenorum annuos reditus comparavit, inter quatuor Studioſos, qui eo beneficio digni, unum puta Vratislavienſem, alterum Glogovienſem, 3. Lubenenſem, 4. Lipſienſem æqualiter diſtribuendos. Inſtitutum mehercle probum & laudabile, quod ut abunde eſt auctori ad famam & gloriam, ita hodieque, quantum poteſt, ſartum tectumque habetur ſtipendio præſertim illo, quod Lubenati deſtinatum eſt, 10 florenorum annuorum acceſſione per D. Caſp. Deishelium locupletato. Nec defuit noſtra ætate, qui Bibliothecam quoque 100 Vallenſibus munifice auxit, & dotavit, Sebaſtianus Kirchnerus civis Erffordienſis primarius, vir generis ſplendore, litteris, virtute, & auctoritate præſtantiſſimus: cujus eximiam

miam liberalitatem erga Patriam carmine heroico Celichius, quem dixi, posteritati commendavit. Sil. Tog. lib. 8. No. 1.

DAVID BREITHOR, U.J.D.

Ut non ex domo Dominus, sed ex Domino domus æstimanda, sic non locus virum, sed vir locum de sententia veterum honestat. Quod inter plurimos suo vir clarissimus David Breithor, inter Jureconsultos nulli secundus, exemplo comprobat. Quamvis enim huic non bellatrix, & rerum Domina Roma, aut celebre aliquod Imperii emporium, sed Lubena Sil. cunas præbuerit; nominis tamen sui fama cum præstantissimis aliquot superiori seculo, nostraque memoria viris, Patriæ gloriam & celebritatem attulit non contemnendam. Auspicatus ille hanc lucem A. 1585 ex antiqua & præclara Breithorum Glogovia originem trahentium familia. Patrem habuit sibi cognominem virum judicio, prudentia, autoritate, & rerum gerendarum dexteritate valde conspicuum iisque dotibus Senatoriam dignitatem meritum. - - Jactis ita bonarum artium & linguarum fundamentis, atque comparata sibi aliqua in dicendo facultate, ad solenniores sive publicas illas Scholas, quas Academias appellitant, tanquam ad mercaturam doctrinæ uberioris, concessit, & primum Juliam, quæ tunc ob Jurisprudentiæ studium celeberrima erat: post Salanam Dominico Arumæo & Ortolpho Fomanno claram petiit, adjumenta ea secum adferens, quæ ad uberiorem, solidioremque doctrinam comparandam ducunt. - - Continuatis per annos aliquot studiis in patriam rediit, consilioque patrui Jo. Breithoris, judicio regio in Ducatu Glogov. à Secretis, viri supra omnem nostram ætatem & laudem positi, in forum studia jam matura intulit, & causas aliquamdiu in illustri Glogovienſi Dicasterio egit, exemplum eorum imitatus, qui non amœniori solum & speculativæ Jurisprudentiæ, cujus præter antiquitatis studium nullus sit usus, operam impendunt; sed cum Theoria praxin veram illam legum canonumque conciliatricem conjungunt. - - Ac ne inter imperitos rabulas conferi posset, aut numivoros vultures, qui cruda plerumque in forum studia intrudere amant, amicorum suasu insignia gloriæ & honorum præmia, quæ in Juris studio solent & possunt dari maxima, quærere masculè decrevit. In Academiam itaque Rauracorum se contulit, nomenque suum apud Amplisſimum Jurisconsultorum ordinem professus est, qui post exploratos & approbatos ejus in Juris scientia progressus (cum in examine satis rigoroso excellentis doctrinæ specimina non vulgaria edidisset,

ac disputationem omnium cum applausu ex Juris Civilis Novell. 118, Feudalis, C. 1. feud. 8 & 2, feud. 11, itemque Canonici, C. redintegranda, 3. q. 1. collationem successionis legitimæ, tam allodialium, quam feudalium, & nonnullas ex d. C. promanantes controversias continenter instituisset) axioma illi Doctoreum contulit. - - De reliqua Breithoris vita, si quid dicendum est, tribus verbis tota res expediri poterit. Eluxit in eo animus pius, apertus, & placidus. Nihil in ipso fictum simulatumque fuit: prodesse studuit, quibuscunque potuit, gravis, & adversus nemini. Obiit nobilissimus excellentissimusque vir 1632 Lignicii æt. 48. Sil. Tog. lib. 8. No. 43.

JOANNES MOLLERUS, D.

Lubenensis non minus iis studiis, quæ sibi ab humanitate nomen adsciverunt, quam abditarum & reconditarum rerum doctrina, quæ à Philosophis & Medicis tractantur, excelluit: atque adeo non Medicinæ tantum Doctor publica inauguratione creatus, sed & Poetica Lauru, jure ac merito coronatus fuit. Liberi Baronatus Dracomontani per annos complures Physicus morbis gravatos feliciter sublevavit. Ceterum posteritatis memoria, vel eo nomine dignissimus, quod non modo Patriæ nostræ annalibus evolvendis, originibus & incrementis diligentius inquirendis multum operæ ac studii impendit. Sed in eo quoque genere præclarum quid præstitit: Dum nimirum Illustrissimum Silesiæ Principum Lygio-Brigensium gentis augustæ certum germen ejusque progressus & augmenta, quomodo à Piasto, gentis auctore, primum quidem Polonis juxta ac Silesiis, tandem his solis continua successorum serie imperarunt, ad hæc usque tempora deduxit: rerumque ab aliis præclare gestarum monumenta præcipua lib. 3. carmine elegiaco adornatis explicavit. Unde quidem lacinias quasdam Silesiæ suæ Nov-antiquæ inserere nobilissimo viro Domino Jacobo Schickfusio visum fuit. Scripsit & piscationis Medico-Poëticæ lib. 2. & alia quædam. Naturæ decessit Prausnitii An. 1627. Sil. Tog. lib. 11. No. 40.

JOANNES ARNOLD ab ARNSDORF.

Patriam is habuit illustre opidum Lubenam: quæ sicut primordia illivitæ sexto Idus Jul. anni 1594. contulit, sic prima quoque literarum semina impertiit & quasi dulces succos instillavit. Placuit ei præ cæteris Jurisprudentia, vera illa Ulpiano effato non simulata Philosophia: cumque in illustrem Salanam, quæ instar equi cujusdam Trojani celeber-

rimos

rimos hucusque dedit Consultos, & vero imposterum etiam datura est, in eam artem summa ope & alacri studio incubuit. Erant in ipso omnia eximia, ingenium, judicium, & memoria: ad quæ cum labor indefessus accederet, progressus fecit laudabiles, & in ipsa adeo Astrææ adyta penetravit. Silesiæ redditus, in ejus metropoli larem fixit, susceptoque causarum patrocinio dicendi illam, scribendi & consultandi palæstram eum in modum exacuit, ut suo quoque exemplo demonstraret, non eos duntaxat militare ac de patria bene mereri, qui ferro decernunt, verum etiam, qui civili sapientia, consiliis, facundia, commentariis, & scriptionibus de capite & fortunis periclitantibus opem & operam ferunt, erigunt depressos, vim propulsant, liberant periculis, homines in civitate retinent, denique publicis privatisque rebus tam sedulo prospiciunt, ut togata ipsorum militia castrensem longe superet pluribusque commodis mortales afficiat. Enimvero advocatio tyrocinium est, & prima ad honores via. Sic ergo Arnoldus quoque ex forensi celebritate ab Illustrissimo Principe Teschinensi Friderico Gulielmo evocatus & ad Consiliarii dignitatem hac quidem lege evectus, ut liberum ipsi esset Vratislaviæ commorari, in majori deinceps theatro inclarescere cœpit. Cumque Principis sui nomine publicas diætas obiret, non tantum in hujusmodi juribus, atque commodis tuendis, sed & in communis patriæ salute procuranda, nihil in se deesse passus fuit. Unde quidem factum, ut terris erepto, quem diximus, Principe, ab ejus sorore Elisabetha Lucretia pristina Arnoldo dignitas confirmaretur: Illustrissimi adhæc Principes Monsterbergenses & Olsnenses parili illum honore mactarent: cumque crevisset vis intellectus magnitudine rerum, & negocia virum formassent, variis eundem negociis expediendis Principes atque Ordines Silesiæ adhiberent; ipse denique Cæsar Augustissimus Ferdinandus II glorioſissimæ memoriæ equestri dignitate insignitum, Consiliariorum etiam augustalium ordini putaret accensendum. Tot honoribus dignum semper pectus exhibuit: nisi quod postremis vitæ annis durantibus hisce bellorum civilium calamitosissimis, quibus proh dolor! in extremis anhelans patria tot pressuris exhauritur, in extremas ipse quoque angustias conjectus, cumprimisque ob stipendia, quæ quotannis sibi ex pacto debebantur, à multis jam annis non exsoluta, aliaque commoda & pensiones interruptas, contractum interim æs alienum, ac deficientia tandem vitæ degendæ honeste subsidia variis curis exercitatus fuit. Quibus cum levamentum frustra per literas expetiisset, Teschenam ipse, etsi dubia valetudine nec sine periculo à grassaturis & latrociniis, abiit, ubi quidem uberrimis

mis gratiæ & clementiæ principalis promisſionibus exceptus, ac delinitus, ſed dum præſtatio de die in diem protrahitur, mora nectitur, ex mora morbo lethali correptus, poſt ſeptem dierum ſpatium obiit quinto Kalendas Aprilis anni duo de quinquageſimi ſupra mille ſexcentos.

Sil. Tog. lib. II. N. 49.

MELCHIOR AGRICOLA.

Non obſcurus terræ filius vixit, aut inutile illius pondus fuit, Melchior Agricola ex Elyſiis Lubenus, ſed totus Phœbo, & Muſis ſacer Caballino fonte ebrius maduit, Philologus quippe ac Poeta inſignis, ſic quidem conſentientibus magiſtris illis noſtris, non qui olſce aut volſce potius quam latine ſciunt, verum iis, qui ad Genium Muſarum ſapiunt. Verſus ſane ipſius eruditi, venuſti, arguti, omni ſale aſperſi, nec tamen ad præſcriptum legis illius Peſcenninæ, quam Poeta Veronenſis jocoſis datam ſatis licenter prædicat, Plinio quoque laudatam:

Nam caſtum eſſe decet pium Poetam
Ipſum, verſiculos nihil neceſſe eſt;
Qui tunc denique habent ſalem & leporem,
Si ſunt molliculi, & parum pudici.

Verum potius ad normam aliquanto ſeveriorem, quæque homines Chriſtianos magis decere videatur: Neque enim auſcultandum cenſebat quamvis magnis viris, qui negant Poetarum mores de carmine ſpectari oportere Ovidiana illa ſententia abutentes:

Crede mihi, diſtant mores à carmine noſtro:
Vita verecunda eſt, Muſa jocoſa mihi.

Item altera illa Poetæ Hiſpani: *Laſciva eſt nobis pagina, vita proba.* Hujusmodi excuſatio Agricolæ quidem minime neceſſaria; etſi haut ſcio tamen, an quam pudici verſus, tam pudici quoque ſemper fuerint mores; cum non ignotum mihi ſit, à quibusdam etiam minime malis atque literate doctis, ut videri volunt, doctiſſimo Poetæ objectum, quod absque ſolemnibus nuptiarum ritibus, quos non præciſe quidem flagitat neceſſitas, ſed induxit honeſtas, & Pater & Maritus factus fuerit. Atenim qui homo & hominis filius, hominem fuiſſe memineris, atque humana matre natum & humano patre. Nihil adeo ex omni parte beatum. Vitiorum expers nemo eſt, felix qui minimis urgetur. Itaque cur & hunc lapſum noſtro exprobremus, ſi ab errore in viam ſe reduxit? ſi pœnitentiam tot annorum exercuit, cur adhuc pœnas luat? cur unius errati culpam tot meritorum gloria oblite-

rare

rare queat? meritorum, inquam, gloria, quibus is utique nullo jure ſpoliari poteſt, qui non modo verſibus pangendis id egit & profeſſus fuit, ut bene de mortalium genere meritis aliquid gratiæ publico nomine perſolveret, illuſtria ipſorum facta celebraret & immortalitati conſecraret, alios autem ad ſublevandos pariter mortales quærendamque virtute ac beneficiis non ſimulatam gloriam excitaret, ſed & ad Scholaſticas functiones adhibitus, Suidnic. quidem Scholæ primum συντεχὸς, exinde vero illuſtris Gymnaſii Roſenbergiaci in Bojemia Prorector, Michaelis Gehleri Phil. & Med. D. qui eidem Gymnaſio præerat, ac Benjamin. Urſini Mathematici Collega, adoleſcentiæ recte inſtituendæ, atque in eam ſpem formandæ, ut aliquando pro parte ſua, vel Reip. clavum teneret. Quicquid in ſe erat curæ, diligentiæ, contentionis atque induſtriæ, ſumma cum ingenii doctrinæ ac judicii laude impendit. Poemata ipſius ſparſim edita, in quibus, me quidem Judice, excellit epos illud parentale in obitum incluti Principis ac Herois Petri-Voconis Urſini de Roſenberg, ejusdemque domus ultimi Gubernatoris, inter hujusdem exequiis poſtumas Sobieslaviæ Bohemorum ſolemniter celebratas legendum. Lycophoonia arte, ſi quis alius Poetarum præſtitit, quod teſtantur plura ejus Anagrammata. Natus Lubenæ Ann. 1581. 5 Kal. April. mortis quidem anno haud dum nobis præciſe cognito. Sil. Tog. lib. 12. N. 36.

§. 87.

LUBENTHALA.

Lübenthal/ opidum territorii Leobergenſis in valle amœna ſitum non procul Gryphimontio, ſodalitio parthenio, ſive Cœnobio ſanctimonialium Ordinis ſancti Benedicti ſub Abbatiſſa viventium, nec non Belgarum mercimoniis admodum celebre. Alii Liebenthal ſcribere malunt, quaſi vallem charitatis: nonnulli Löwenthal/ à leonibus fodinarum, à quibus Leoberga quoque cognominata. (*a*)

(*a*) Hertzog Bolco ſol dieſen Thal wegen der Jägereyen/ denen er hier um das Jahr 1291 obgelegen/ ſo lieb gewonnen haben/ daß er den Ort/

als er ihn gebauet / dahero **Liebethal** genennet. Naso in Phœn. Red.

Ob zwar andere meinen/ daß es den Nahmen habe von den gottsel. Stifftern/so ein Adelliches Geschlecht derer von Liebethal gewesen. Es wäre dann/ daß diese vielmehr von dem Ort/ als der Ort von ihnen benahmet würden/ welches man dahin gestellet seyn lässet. Solte es aber/ wie etliche meinen/ von den Löwen seinen Nahmens-Ursprung haben/ müste man lateinisch Leovallium aut Leovallis, teutsch **Löwenthal** schreiben.

Ecclesia Sanctimonialium S. Materno nuncupata, cujus etiam imaginem opidum in insigni gerit.

A. 1421 Cœnobium à triginta circiter prædonibus nocturno tempore direptum, tum pretioso ornatu Ecclesiæ, quam optima sua supellectile spoliatum fuit: ab insequentibus tamen civibus quatuor eorum cum ablato spolio deprehensi, meritasque pœnas dederunt.

A. 1426 à Taboritis opidum una cum sacro Parthenone direptum, expilatum, in cineres redactum, sexus alter vi nefanda compressus, sanctimoniales, una cum Abbatissa (quam efferati hæretici ex suprema templi testudine præcipitarunt) cum sacrilegæ resisterent libidini, ab immani hoste in partes concisæ duplicatis Virginitatis & Martyrii laureolis ornatæ sponsæ ad sponsum suum Christum transmissæ. Quibus sequens encomium scripsit Naso Silesius:

Lilia virginei nunquam temerata pudoris
Corporis à vestro tincta cruore madent.
Æternum ut vireant Cœli plantata roseto,
His opus est, rubeis illa rigentur aquis.
Martyrii viridis dum laurus sacra coronat
Tempora, perpetuum lilia tempus habent.
Elicuit castis violenta libido ruborem,
His Veneris flammas prodiga delet aquis.

Intra Parthenonem Sacellum est S. Ursulæ sacrum: ad portam vero oppidi inferiorem S. Crucis Templum erectum à civibus peculiari præditis devotione & constantia priscæ Catholicæque fidei, quam hæresis fermentum corrumpere nunquam potuit. Nec silentio prætereundum, cum superiori bello Suecico urbs hæc ab hostibus capta esset & Minister Lutheranus in templo Catholico concionari vellet, Dominum ab Hein mercatorem tunc temporis opulentum, cujus filii ad equestrem statum, nepos autem ante aliquot annos ad Baronatum, evecti sunt, à Suecico Generali oblatis mille Imperialibus obtinuisse, ut ascensio pulpiti à primis temporibus

bus non nisi Catholicis sacerdotibus aperti, supradicto Ministro Lutherano inhibita, & hic alio in loco sermonem facere jussus fuerit.

Ann. 1688. die 22 Martii Leovallium una cum Monasterio ex incuria polentarii exustum est.

Inter Litteratos Lubenthalenses memorandi sunt

AUGUSTINUS SEIFFERT, Abbas Braunensis.

MARTINUS PHILIPPUS WALTER, SS. Theol. D. & Eccles. D. Joannis Vratislav. Canonicus.

JO. ALBERTUS WALTER, U. J. D. & D. Maximiliani II. Imperatoris Consiliarius.

GEORG. LUDOVICUS BEIER, U. J. D. Cæsar. Appellat. Prag. Consiliarius.

BARTHOLOMÆUS SEIFFERT, Phil. & Med. Doct. & D. Rudolphi II. Imperat. Archiater.

ANDREAS HOFFMANN, Philosophus & in Acad. Francofurt. Viadrina Prof. Publ. Claruit editis scriptis, ℔. An. 1549. d. 10. Martii.

§. 88.

LUBLENIECIUM.

Lublenietz/ opidum Ducatus Oppoliensis ad Poloniæ confinia, (*a*) immœnitum, sed arce præditum, sub Dominio nuper Baronum Kochticiorum, septemdecim milliaribus à Silesiæ Metropoli abjunctum.

(*a*) An. 1394 hat der König in Polen dem Hertzog Vladislao zu Oppeln Lublinietz weggenommen.

An. 1596 hat Primislaus, Hertzog zu Teschen/ und seine Söhne Primislaus und Boleslaus von Spitcone Melestino, Woywoden zu Cracau/ Lublinietz/ Olsnitz und Gerotzen Pfandsweise um 1000 Marck Pragerisch an sich gebracht.

§. 89.

MEDCZIBORIA.

Medczibor/ Ducum Olsnicensium opidum in

Poloniæ finibus, quod à Joachimo Maltzanio L. B. emit Carolus, Principum, qui hodie rerum potiuntur, pater. Frumento, pisce, ferma abundat. (a)

(a) Septem milliaribus Bresla distans.

An. 1619. 2. Octobr. ab irrumpentibus in Silesiam Polonis hostiliter direptum.

§. 90.

MIESLOVVITZ.

Dynastiæ Plessensis opidulum.

Viginti quinque milliaribus Vratislavia distans.

Hic meminisse oportet opidi Michelaviæ ad Nissum sitæ, ad Illustrissimum L. B. de Grutschreiber, inclyti Regiminis Bregensis Consiliarium, spectantis. Jura civitatis à Principe Joanne Christiano Bregensi Anno 1615 obtinuit.

§. 91.

MITTELVVALDA.

Dynastiæ Medcziborensis opidulum.

Mittelwalda Nundinas

1 Die S. Vincentio sacra,
2 Feria quinta post Cantate,
3 In festo S. Wenceslai celebrat.

§. 92.

MILICIUM.

Militsch / (a) opidum mediocre cum castro, ad extremos Poloniæ limites, & Bartham fluvium Baroniæ liberæ dignitate celebratum. Episcopum quondam agnovit Vratislaviensem: (b) cui à Joanne Boêmiæ Rege ereptum, nihilominus in ejus potestatem

tem rediit, donec ab Episcopo & Canonicis Carolo Albo Olsnensium Duci, ejusque Filio, (c) consensum præbente Carolo IV Imperatore, una cum universo territorio (duobus pagis exceptis Kantzerwitz/ & Borstenstein) A. C. 1358 (d) vendita fuit. Exinde Ducatus Olsnensis portio, à quo exempta diu fuit in ditione Illustris gentis Kurtzbachiæ, ex qua ortus Sigismundus Baro, Dominus Milicensis, in matrimonio habuit Helenam Friderici III Lignicensium Ducis filiam, vir in re militari præstans, ac hostibus suis formidabilis, sed exitu perquam infelix: Anno quippe Christi supra mille quingentos undeoctuagesimo, dum è regione Transilulana in Ligænam regionem cum Germanorum copiis ob non soluta stipendia in agrestes misere grassantibus tenderet, cadis pulveris bombardici fortuito ac repentino igne incensis in aërem impulsus, ac discerptus. Hodie subest Illustri Baroni Joachimo Maltzanio; postquam ille Patri successit ὁμωνύμῳ: de cujus insignibus virtutibus, & præclaris in patriam meritis, quod non nemo de Carthagine scriptum reliquit, satius fuerit tacere, quam pauca dicere. Anno 1616 mense Februario magnam clademab incendio accepit. Eodem anno mense Augusto (e) turris in arce corruit, ac quinque homines oppressit.

(a) Nomen sortiri creditur à Polonico Miliz, quod tace, schweig/ significat. Vratislavia octo milliaribus dissitum.

Ecclesia Parochialis A. 1468 erecta, 1596 renovata fuit.

Eccleſia, quam vocant Polonicam, A. 1615 poſt novam ſui erectionem SS. Trinitati fuit nuncupata.

(*b*) Quemadmodum ex Bullis Adriani IV & Innocentii IV, Epiſcopis Vratislavienſibus Walthero & Thomæ A. 1154 & 1245 conceſſis, & ex lite, quam Epiſcopus Nankerus cum Rege Johanne A. 1337 habuit, abunde patet.

(*c*) Cunrado I, & Cunrado ejusdem filio.

(*d*) Ab Epiſcopo Pretislao.

(*e*) 24 Julii. *Secundum J. H. Cunradi.*

§. 93.

MONSTERBERGA.

(*a*) **Monſterberg** / Ducatus ſui Metropolis, antiquitate celebris, etſi annales noſtri in ævo paullo magis remoto deficiunt. Ab Henrico I Imperatore conditam, & jure civitatis Imperialis, aliisque inſignibus Privilegiis donatam, haud deſunt, qui aſſerunt: cujus rei fides penes Autores, judicium penes lectores eſto. Ego ſane minime tam ſum ſtolidus, ut credam, idque de cauſis alibi expoſitis. In veteribus inſtrumentis (*b*) Sambice nominatur, indeque Mechovius & Cromerus Ducatum iſtum Sambicenſem vocant: nominis quidem ratione ex ipſo Slavoniſmo indubie petenda. Fama eſt hanc terram ſylvis adhuc conſitam ab Ottocaro Bojemiæ Rege una cum filia Marchioni cuidam datam, qui & Francoſteinæ nomen impoſuerit, eique rei argumentum eſſe, quod Aquila urbis, & Provinciæ inſigne ex una parte rubea eſt, ut Brandenburgenſis, ex altera nigra, ut eſt Sileſiaca, in Sleſia Joannes Heſſus notavit. Qua de re quid quisque

que ſentiat, per nos licet. Sita eſt urbs ad Olavam fluvium ſatis commodo, fertilique loco : inter ſacra quidem ædificia eminente templo Parochiali in honorem D. Georgii condito, (*c*) inter profana autem Curia Senatoria ex lapide in medio foro ſtructa. Murorum ambitu Niſſæ vicinæ æqualis propemodum eſſe, magnoque olim honore floruiſſe, creditur, cum celebre imprimis, opportunumque emporium haberet ; ſed à quo longo bellorum & calamitatum uſu detrita, plurimum amiſit. Arcis quam habuit ſatis munitæ, ſed à Vratislavienſibus, poſtquam ab Huſſitis (*d*) occupatam die Septembris octava A. C. 1429 receperant, funditus disjectæ, ac ſolo æquatæ, reliquiæ, deformesque ruinæ ſe oſtendunt. Locum, ubi ſtetit, cum ejus pertinentiis haud contemnendis ære ſuo à Senatu urbis redemit Illuſtris ac Generoſus Baro Nicolaus à Burckhaus, Magnorum Cæſarum Magnus Conſiliarius, Cameræ Sileſiacæ Præſes Innocentiſſimus, hujusque adeo ipſius Ducatus ac Territorii Franckſteinenſis Pro-Princeps ſapientiſſimus : mearum idem grande decus, columenque rerum, ſed nimis mihi cito, quam iniquo tempore! quam perturbatis Patriæ rebus! ereptum. Feudi Caſtrenſis, quod hodieque habet (palatium id eſt ſatis elegans) nuper Domini fuere Nobiles à Czirn in Schlaus : à quibus venditum poſtea Chriſtophoro à Gelhorn, etiamnum ſuperſtiti. Ducibus cognominibus, quorum aliqui Piaſtei,

Piaſtei, è Fürſtenbergenſium ac Suidnicenſium linea deſcendentes, nonnulli Oppaviæ Principes, reliqui ex gente Podiebradia Georgii Regis poſteris, longo tempore paruit: nunc Bojemiæ Regi immediate ſubjecta. (*e*) Elevatio poli eſt 50. 39. longitudo 40. 0.

(*a*) Nugas Ælurii circa urbis etymon vide ſis in ejus Glaciographia Lib. III. c. 2. Nobis probatur, quam apud eumdem legimus, à Monaſterio & monte (Münſterberg) facta derivatio illorum, qui ab Henrico I urbis Conditore unà cum urbe Monaſterium erectum, & ab illo quod Münſter Germanis dicitur, nec non à *montibus*, urbem cingentibus, *Münſterberga* nomen inditum fuiſſe opinantur. An vero Monaſterium illud S. Crucis fuerit, quod poſt S. Franciſci tempora inhabitarunt PP. Conventuales, Religioſis aliis, alio forſan migrantibus, non conſtat. Hujus autem Franciſcanorum Cœnobii Mönſterbergenſis hodie vix ruinæ videntur: juxta quod olim fons jugis ſcaturiebat aquarum ſalubritate celebris, Symbolum haud dubie ſacerrimi illius Redemptionis noſtræ, & omnium cœleſtium gratiarum, atque chariſmatum Fontis, ſanctæ Crucis Dominicæ, quam majores noſtri Catholici (ut à ſenibus fide dignis traditur) peculiari veneratione hic coluerunt, publicis ſecunda Pentecoſtes feria ſupplicationibus adeo copioſe huc confluentibus, ut tanto hominum numero cibando panes quandoque non ſuffecerint. Nos ſanctæ Cruci iſthic cultæ, ejusdemque Fonti Symbolico ſequens epigramma ſcripſimus:

Fons erat hic quondam ſanis uberrimus undis
Haud procul à ſanctæ diſſitus ade Crucis.
Ægris corporibus fons contulit ille ſalutem,
Et Crux ſalvificas fert animabus aquas.
Exhauſtus fons ille fuit: Sed ſacra perennis
E Salvatoris Fontibus unda fluit.

Utrum Franciſcani, qui olim Conventum hic habuiſſe leguntur, *Conventuales*, an vero *Diſcalceati* fuerint? nihil ad nos: diſputent illi, quorum intereſt.

(*b*) Quibusdam latine SAMBICIA dicitur: utrum Sambiciæ vocabulum à ſambuco ubertim iſthic in lupuletis creſcente urbs ſortita fuerit, an vero ex Slavoniſmo derivandum, decernant alii.

(*c*) Ex-

(c) Extra urbem ad Cœmiterium ſacellum habet. Hoſpitale ante portam cum ſacellos S. Petri & Pauli una cum Commenda ad Crucigeros cum Rubea ſtella Vratislavienſes pertinens, de quibus in Breslographia olim fuſius.

(d) An. 1428 ipſo die nativitatis Domini ab Huſſitis urbs occupata fuit.

An. 1429 in nativitate B. Virginis recepta à Vratislavienſibus, & (ut hic noſter habet) funditus disjecta.

An. 1459 Münſterberga in poteſtatem Georgii Boh. Regis venit, quam Vratislavienſes & Niſſenſes An. 1467. 16 Maji expugnarunt quidem, arcem autem, in quam Bohemi ſeſe receperant, his relinquere, & recedere fuere coacti: quam tamen

An. 1468 ipſi Georgiani (quos Zebracos nominarunt) exuſſerunt, exuſtamque ultro deſeruerunt. Videantur illa, quæ hac ſuper re poſt Francoſteinam annotavimus ex Breslographia.

An. 1488 Rex Matthias Henrico Principi & Comiti Glacenſi, eo quod ſuppetias Joanni Saganenſi tuliſſet contra Matthiam, urbem rapuit & Joanni Corvino filio ſuo naturali tradidit, quam tamen Matthia mortuo Vladislaus rerum in Bohemia potitus Henrico reſtituit.

(e) An. 1570. 29 Septembr. hat ſich die Stadt Mönſterberg und Franckſtein/ neben dem zugehörigen Lande/ unter den Kayſer Maximilianum II, König in Böhmen/ ergeben/ und an dem Tage zu Franckſtein auffm Schloſſe Huldigung und Erbpflicht geleiſtet/ und iſt als ein Schleſiſch Glied der Cron Böhaimb incorporiret worden.

In quam mutationem Grisbecius Brigenſis Sileſius in Iſagoge Sileſiæ carmine elegiaco ſcripta ludit ſequentibus:

Münſterberga Ducalis erat: nunc ſceptra veretur
Caſaris, eſt veterum nobilis arce Ducum.
Fertilis uberibus campis, Mavortis Alumna,
Cui prabet flavens ſpicea ſerta Ceres.
Condidit haud procul hinc Henrici fidus Achates
Nicolaus primus Zopyrus atque Comes
Limina religioſa DEI, faſtigia ſacra
Nomen ab Illuſtri Principe queique dedit
Camentz: cumulans oneratis lancibus aris,
Templa gregi ſacro ſacra, focosque locat.

De quibus duobus Liminibus Religioſis ſive Monaſteriis ad calcem capitis plura.

An. 1678 menſe Octob. incendio conſumptæ ſunt 180 domus.

Urbis inſigne Burgum aut Caſtrum eſt candidum, duabus turribus præditum, inter quas ſtella aurea, in porta Caſtri vero aperta littera M. conſpicitur.

Cæterum hæc Civitas, *qua magno quondam* (ut noſter hic aſſerit) *honore floruit*, hodienum eam in ædibus ſuis tam publicis quam privatis miſeram faciem præ ſe fert, ut, niſi per annos quinquaginta quinque dulci pace gaviſam Sileſiam ſcires, heri primo, aut nudius tertius ab hoſte vaſtatam crederes Mönſterbergam, adeo vel onere contribuendorum præ aliis Sileſiæ urbibus preſſa, vel aliis de cauſis, in ruinis illis, in quas per injurias belli magna ſui parte collapſa quondam fuerat, jacere cogitur: nulla re magis hodie florida, quam lupulo in ſuburbiis ubertim creſcente, quidem, tantum tamen civibus non afferente florem, quo priſtinum urbis decus reſtaurare poſſint.

Honorem porro, quo floruit olim, non parum auxerunt viri doctrina celebres, quorum duo in Sileſia Togata celebrantur ab Henelio his encomiis:

JOANNES OTTO.

Joannem Ottonem Mönſterbergium, ſi prudens præteriero, improbus ſane, ſi imprudens, negligens merito videar: Virum utique haud obſcurum ingloriumque, ſed ætate ſua clarum & honoratum, ac pro ſeculi captu in Philoſophicis juxta ac Theologicis non mediocriter verſatum: primus is exſtitit è Pragenſi Academia Magiſtris, ac Doctoribus ſex & quadraginta, qui in matriculam novæ Univerſitatis Lipſienſis à Principibus Fundatoribus aſſumpti fuere: primus item Procancellarius ad Philoſophiæ Candidatos examinandos, titulumque qui ſeptem artium Liberalium ſcientiam profitetur exornandos electus: primus denique Academiæ Rector in ipſo ejus natali, anno puta DEI incarnati ſupra mille quadringentos nono, deſignatus: & à quo adeo continua ſeries tam Rectorum, quam eorum, qui Cancellarii vicem geſſerunt in Facultate Philoſophica, ad hæc usque tempora per annos jam † ducentos ac triginta in matriculis oſtenditur. Fundatorem eundem agnoſcit Collegium B. Virginis Sileſiacæ nationis proprium, ad quod ædificandum pecuniam Pragæ collectam condendo iſthic pro Sileſiis Collegis contulit. Sed cum mors ejus improviſa interveniſſet, Joannes Hoffmannus, qui in novo Gymnaſio Theol. profeſſionem, nec non Canonicatum Miſnenſem adeptus,

vix

† eo ſcilicet tempore, quo Henelius hæc elogia contexuit.

vix quadriennio elapſo mitram meruit Epiſcopalem, opus iſtud abſolvit. Imago Ottonis etiam nunc in ade Paulina depicta cernitur.

Sil. Tog. Lib. 4. No. 2.

CHRISTOPHORUS HENSCHERUS, J. U. D.

Mönſterberga is vitalem primitus auram hauſit anno Chriſti ſexageſimo octavo ſupra mille quingentos, die autem Decembr. decimo ſeptimo. - - Auctores probatos diligenter ipſe & attente legit, pectusque plurimarum & maximarum ſcientia complevit. In Salanam poſtea, ne uni ſemper inhaereſceret loco, cum migraſſet, nihil de ſtudiis, nihil de ardore optima quaque cognoſcendi, nihil de contentione antecellendi aequalibus remiſit, quippe cum turpe ſibi putaret, ſi quem diligentiae curſum ab ipſo ſtudiorum auſpicio eſſet ingreſſus, eum non in continuandis atque perficiendis pari cum alacritate teneret: non minus certe, quam in ludo gladiatorio contemni noverat, ſi quisquam exiſtat, qui uſitatis manuum & pedum jactibus, & gladii vibratione praeluſiva magnificum ſe fecerit, ac fortean etiam primum adverſarii progreſſum fortiter ſuſtinuerit; at mox fractus & debilitatus terga det, & in omnes angulos ſe circumagi ſinat. Philoſophiae ſane legalis ſtudium difficillimum eſſe ac laborioſiſſimum, is ipſe quem aliàs laudavimus S. Georgius expertum ſe teſtatur, ſed addit idem, a Doctore ſibi ad juvandam in diſcendo alacritatem, propoſitam ſpem, fore ipſi hanc diſciplinam, & cognitionem Juris Romani, (quo omnium Imperio Romano ſubjectorum hominum res gubernarentur,) pro maximo viatico, atque ſubſidio non ſolum, ſiquando in foro ac Judiciis verſari, & cauſas agere inſtituiſſet, verum etiam ad quodcunque genus animum applicaturus eſſet, id cum ſibi quoque dictum putaret Herſcherus nullis ſe laboribus frangi, nullis difficultatibus ſeparari paſſus, in egregio propoſito conſidenter perrexit, publice ac privatim de Jure diſputavit, eaque diligentia tantum perfecit, ut & ipſe ex Magiſtris fructus perciperet uberrimos, neque hos diſcipuli paenitere poſſet, modeſtia, morumque elegantia & amabilitate bonorum omnium amorem, benevolentiam, addo & honeſtam nominis exiſtimationem ſibi comparantem. Et vero quia latere virtus in occulto nequit, ſed luminis jacula in oculos hominum jacit, factus eſt anno nonageſimo ſexto, ut non ſolum ſtudiorum ac vitae Joachimi Friderici à Schulenburg moderator, ſed & Judiciorum Praeſes nobiliſſimis duabus, & antiquiſſimis Schulenburgiorum & Alvenslebiorum familiis in Marchia Senorum conſtitueretur. - - Poſteaquam ex his terris exiit Andreas Reuſſius, Reipubl. Vratislav. Secretarius, vir & autoritate & eloquentia graviſſimus, in locum ejus haudqua-

quam alium magnificus Senatus ſurrogandum cenſuit, quam Henſcherum; qui ob id in Sileſiam vocatus, uti debuit, paruit, ac ſpartam, quam nactus erat, ita ornavit, ut eximia illa teſtimonia, quæ à prædictis familiis, ipſoque adeo Sereniſſimo Electore reportaverat, non per gratiam, ſed maxime ſuo merito obtinuiſſe non verbis prædicaret, ſed factis oſtenderet, dignus hinc certe in tanta hominum eruditorum meſſe, ac copia judicatus, qui demortuo Petro Sprembergero, JCto, Syndico Reipubl. atque in Ducatu Vratislav. & conjunctis diſtrictibus Archivorum terreſtrium Magiſtro, ſive Procancellario ſuccederet, ampliſſimique Viri D. Chriſtophori Radmanni παρεδρος ſive Collega fieret, utrique muneri ut majori cum dignitate præeſſet, eidem inclyto Senatui placuit, ut ab Academia Francofurtana ad Viadrum, in qua ante hac aliquamdiu vixerat, publicum ſtudiorum teſtimonium, hoc eſt ſummum illud Doctoris ἀξίωμα peteret. Id vero cum haud difficulter, unanimi totius Collegii ſuffragio, nemine penitus diſſentiente impetraſſet, provinciam ſibi demandatam, perarduam illam quidem, & ad quam excitata induſtria atq; exercitata diligentia aſſiduitate opus adprime eſſe nemo ſanus non videt, feliciter inivit, in eaque adminiſtranda ſuam & facundiam, & legum ſcientiam & ſolertiam, & circa juſſiones fidem Rectoribus Reipubl. eum in modum documentis multivariis probavit, ut ſicut lumen ab eo & dignitas univerſæ curiæ accedebat, ſic ipſe toto illo tempore conſtantem ac benevolum omnium erga ſe adfectum experiretur. Omnia certe ſtudia, vigilia & labores ipſius eo collimabant, ut tanta hominum, qua civium, qua nobilium multitudo ſaluberrime gubernaretur, atque in officio contineretur, ut Juſtitia in urbe vigeret, floreret q;, ut Reipubl. denique tot elogiis, tot præconiis celebrata ſuus ſplendor, ſua incolumitas in multos annos conſtaret. Rerum Sileſiacarum nemo illo peritior, leges conſtitutionesque publicas in numerato, ut dici ſolet, habebat: ob id Principibus atque Ordinibus Sileſiæ notus charusque, nec ab his minus, quam à Senatu Vratislav. graviſſimis legationibus adhibitus, in quibus omnibus talem ſe prabuit, ut & eorum qui mitterent commoda cum dignitate tueretur, & ſimul Cæſarum ac Principum, ad quos mittebatur, gratiam, aliorum autem Procerum ſtudia & voluntates facile promereret. Augebat hoc etiam favorem & admirationem, quod cum graves controverſiæ à diſceptatione ad amicam tranſactionem reduci deberent, in harum dextra & facili compoſitione, & in pertrahendis ad concordiam hominum voluntatibus tam efficax & felix deprehenſus eſt, ut verbis ejus, conſilio, & autoritati divina quadam vis ineſſe videretur, in privata ejusdem vita pulcherrimarum quarumvis virtutum cohors apparuit nobiliſſima, ut exemplo illius

illius planum fieret, virtutem & eruditionem tam bene convenire, quam bene gemma auro includitur & rosæ intexuntur liliis: pietatem sane, ac gratitudinem abunde experti parentes, quorum in senio inopiam luculenta ope sublevavit. Obdormivit septimo Idus Octobris Anno 1620.

Sil. Tog. lib. 4. No. 41.

JOANNES LANDHOLTZ, U. J. D. & in Acad. Francofurt. Prof. Publ. claruit An. 1514.

BALTHASAR WIDEMANN, JCtus, Illustriss. Princ. Monsterbergensis & Olsnensis Consiliarius & Cancellar. θ. 1604. æt. 69.

R. D. ADAMUS WOLFGANGUS, Abbas Chimelnicensis: cujus mentio fiet, dum de Prælatis illius loci tractabitur.

§. 94.

MUHLBOCK.

Territorii Suibusiensis municipium.

§. 95.

MUSCAVIUM.

Mießko/ opidulum ditionis quondam Fridecensis cis Ostram fluvium, qui limes antiquitus inter Episcopum Olomucensem, & Ducatum Teschinensem. A cujus Principibus cum vendita fuisset illa dynastia, Dominos habuit Georgium à Logaw, post hunc Stanislaum Pawlowsky, Episcopum Olomucensem, sed qui ea ditione Bartholomæo de Wirben A. C. 1584 rursus vendita, hoc ipsum opidulum cum villis aliquot, piscinis & sylvis sibi reservavit, atque ex eo tempore cum Hochwaldensi ditione conjunctum Moravici juris facere modis omnibus conatus fuit, Principibus quidem atque Ordinibus Silesiæ ea de re graviter subinde conquestis. (a)

(a) Le-

(a) Legantur, quæ cap. 2 hanc in rem notata ſunt.

§. 96.

NACKEL.

Ducatus Opolienſis opidum, arce præditum.

§. 97.

NAMIESLAVIA,

(a) & contracte NAMSLAVIA, Nambslau/ opidum limitaneum amplum, & frequens, caſtrum habens, cum genio & natura loci ob vicinas paludes, tum ſolerti manu, ab ea parte, qua ſiccus & planus eſt aditus, mœnitum & ſatis tutum in repentino aliquo motu perfugium, ut, quia Poloniæ finitimum, clavem Sileſiæ quis merito dicat. (b) Ducum quondam fuit Brigenſium, à quibus Carolo IV Imperatori una cum univerſo territorio, in quo Nobilitas egregia, venditum, (c) atque ab hoc muris cinctum, (d) & Coronæ Regni Bohemiæ unitum, à Wenceslao Rege autem Capitaneatui Vratislavienſi perpetuo jure conjunctum fuit. Caſtrum ipſum cum pagis eo pertinentibus ſuperiori ſeculo à Ferdinando I Imp. Senatui Vratislavienſi poſt luitionem, à Wenceslao Prodigo factam, oppignoratum: qui etiamnum antechreſeos jure poſſidet. (e) Grave damnum ſenſit opidum ab horribili incendio, quod anno ſupra mille ſexcentos undevigeſimo, incertum, cujus culpa exortum, usque adeo invaluit ac ſæviit, ut univerſum pæ-

ne

ne opidum miſerabili ſpectaculo abſumpſerit. (*f*) De grandine prodigioſa anno CIↃ IↃ XCIII menſe Junio exſtat carmen Joannis Hubneri Olavienſis.

(*a*) Hujus urbis initia ad ripam Viadi vel Weydæ poſita fuere, illo loco, quem hodieque urbem antiquam (die Altſtadt) accolæ nuncupant. Quæ tamen huc, ubi nunc ſita eſt, translata ſunt ſucceſſu temporis, & ſuaſu quidem Domini cujusdam Poloni, hoc verbo: *Namislow*, (*ad meum verbum*) locum deſignantis, & ſimul urbem denominantis. Cujus tamen fides penes autorem maneat, ex cujus MSt. hæc deprompſimus.

(*b*) Hinc anno 1652. 18 Decembr. à Principibus & Ordinibus Sileſiæ concluſum, ut hic locus Poloniæ finitimus curatius muniretur.

(*c*) Facta eſt hæc venditio An. 1348 à Wenceslao Duce Lignicenſi, qua de re fuſius olim in Breslographia.

(*d*) An. 1350. 23 Maji muris circumdari cœpit.

Regi Bohemorum Georgio cum Vratislavia conſtanter reſtitit, à Pio II anno 1462 & à Paulo II anno 1465 ad hanc conſtantiam animata per litteras Pontificias.

Portas habet Namislavia turribus ut ornatas, ſic munitas.

In inſigni majori Aquilam, in minori tres Roſas gerit.

Eccleſia Parochialis ad SS. Petrum & Paulum inſignis ſtructuræ eſt, multis ſacellis & Bibliotheca exornata, turrique anno 1405 magnifice erecta ſpectabilis.

Eccleſia, quam Polonicam cognominant, Franciſcanorum olim fuit, in qua A. 1471 ſaltus quidam encœnialis (der Maruſchken Tantz) per Rudolphum Epiſcopum abrogatus.

An. 1675. d. 8 Octob. Conventus Namislavienſis RR. PP. Franciſcanis Diſcalceatis reſtitutus eſt.

Eine wüſte Kirche im Spital/ ſo An. 1409 erbauet/ und zu Ehren des H. Geiſtes und S. Georgii geweyhet worden/ iſt vorm Breßlauer Thore.

Zwey kleine Kirchlein zum Begräbnüß ſeynd vor den Thoren geweſen/ welche aber bey denen eiſernen Zeiten gantz eingegangen.

Die Schule iſt An. 1377 erbauet worden/ und ob zwar die Stadt A. 1483 von Grund ausgebrennt/ iſt dannoch die Schule im Brande unverſehret geblieben; und ſagt man/ welches ſehr denckwürdig zu vernehmen/ daß der unterſte Collega, der Polniſche Auditor, vor tieffen Schlaffe dieſes

dieſes Brandes nicht ſolle ſeyn inne worden/ biß er des Morgens erwacht/ da er mit Verwunderung die Stadt in der Aſchen geſehen.

Dieſe alte Schule iſt 1587/ nachdem ſie 210 Jahr geſtanden/ in eine neue ſteinerne aufgeführt worden.

So iſt auch allhier vorzeiten/ benenntlich anno 1367/ ein Aſylum, welches das Ritterhauß nachmals benennet worden/ vor die Beſchuldigten geweſen; ietziger Zeit aber wird es an ſtatt eines Brauhauſes gebrauchet.

In dem Handel wider König Georgium in Böhmen iſt ſie bey der Stadt Breßlau beſtändig verblieben/ derer treue Hülffe und väterliche Vorſorge ſie in vorgeweſten Nöthen jederzeit nachdrücklich befunden.

An. 1462 hat der Pabſt Pius II an die Stadt geſchrieben. An. 1465 hat Pabſt Paulus II die von Breßlau und Nambslau durch Schreiben getröſtet/ und vermahnet in vorgenommenen Sachen wider den Gierzig beſtändig zu bleiben.

(e) Spectant autem ad hoc caſtrum, & Senatui Vratislavienſi ſimul oppignorati fuerunt, ſeptem pagi. 1. Die Altſtadt. 2. Jauchendorff. 3. Strelitz. 4. Glauſche. 5. Obiſchau. 6. Ein Theil von Reinersdorff/ und 7. Windiſch-Schmarchwitz.

Cæterum nec huic urbi calamitates ab igne, peſte & Marte, Huſſitis præſertim & Polonis illam ſæpenumero vexantibus, defuere, quas tamen, prolixitatis evitandæ gratia, non recenſemus.

§. 98.

NAUMBURGUM.

Naumburg/ (a) opidum mediocre Ducatus Saganenſis ad amnem Boberum, Perilluſtris Familiæ Promnizianæ peculium. Collegium quondam habuit Canonicorum Regularium ab Henrico Barbato, ejusque Conjuge, Principibus Religioſiſſimis A. C. 1217 inſtitutum, (b) ac reditibus dotatum: ſed quod poſt ſeptem & ſexaginta annos in vicinam urbem Saganum à Primislao Duce Sprottavienſi translatum eſt.

(a) Quin-

(a) Quindecim milliaribus Vratislavia distans: locus S. Hedwigi charus, ab ea frequenter incultus.

(b) Præposituram hic hodieque habent Canonici Regulares S. Augustini, & animarum curam sibi commissam, ut Parochi.

Est & aliud ejusdem nominis opidum in Ducatu Jarovienſi ad Quissum fluvium, (a) Naumburg am Queiß/ sacrarum virginum Monasterio nobile. (b)

(a) Mœnitum, & jam An. 1202 ab Henrico Barbato conditum.

(b) Ecclesiam habet SS. Petro & Paulo sacram, & turri lapidea conspicuam.

De origine sacri Ordinis sororum Pœnitentium S. Mariæ Magdalenæ sequentia in Epitome Rerum Bohemicarum R. Patris Balbini lib. 4. in notis capitis 4. invenimus: *Crusenius*, inquit ille in libro suo, quem MONASTICON AUGUSTINIANUM inscribit, *affirmat, Ordinem fratrum Pœnitentium S. Mariæ Magdalenæ sub Regula S. Augustini à Bertramo Gallo institutum esse An. 1277. anno vero sequenti Parisiis cœpisse ordinem Mulierum Pœnitentium S. Mariæ Magdalenæ; ita ille, quod si ita se habet, necessario conficitur hoc Brixiense in Bohemia Cœnobium, ut etiam alia ejus Ordinis per Bohemiam, inter prima Ordinis numerari posse. Vidi litteras originales Fundatoris Zabrasensis ad Brixiam Cœnobii Wenceslai videlicet Regis Bohemiæ per manus Magistri Welyzlai A. 1283. XI Kal. Decemb. datas, (anno scilicet quinto ab Ordinis Institutione) in quibus Monialibus Ordinis B. Mariæ Magdalenæ, Ecclesiam in Zabras cum omnibus suis pertinentiis, perpetuis temporibus possidendam, donasse se ac donare profitetur. Et hæc fuit prima Zabrasensis vel in Sabraz vel Zaras (pro eadem enim in Manuscriptis accipitur) sacri Partheno nis Fundatio ad Brixiam: nam cum ad Ecclesiam illam, quam Rex sanctimonialibus donabat, villæ aliquot pertinerent; item vineæ omnes, agri, pagi Castri Brixiensis eidem Ecclesiæ decimas, aut census annuos penderent, essentque obnoxiæ, opulenta satis, Ecclesia illa donata, Cœnobium dotabatur, sed auxit sese postea Cœnobium nobilissimarum Virginum ingredientium (ac præcipue Wrzesoveciana familia) dotibus, deinde Regum ac Principum liberali pietate, tandem etiam Brixiensium civium, ac Matronarum hæreditatibus, pluresque Legatis ad non contemnendas opes pervenerat, prohiberi tamen non potuit (cujus rei in Archivo Cœnobii testimonia supersunt) quin sapissime cum extrema pau-*

pertate ſacra Virgines conflictarentur. Noſtro tempore ad 14 ſacra Virgines religioſam vitam profeſſæ aluntur. Virginum illarum Brixienſium martyrium & Cœnobii devaſtatio contigit Anno 1421, quam in hæc verba deſcriptam accepimus: Communis quondam Brixia ſeu Ponti, urbi Regiæ cum quibusdam Catholicis urbibus (ut Pilsna, Budwicii, Tinæ Horſſovienſi &c.) gloria fuit, excluſiſſe hæreſin, & ab ea cives ſuos immunes præſtitiſſe, itaq; maximum in antiquitate adverſus Brixiam hæreticorum odium fuit. A. 1421 die S. Jacobi Apoſtolorum Ziſcka, hæreticorum per Bohemiam Imperator, Brixiam oppugnaturus acceſſit, & caſtra prope ſacrarum Virginum Cœnobium (quod Sares dicitur) extra urbem ſitum Ord. S. Mariæ Magdalenæ de pœnitentia locavit. Statim (ut eſt ſagax impietas) hæretici curſu in templum, Cœnobiumque feruntur: inveniunt devotas DEI Virgines in templo ſuo ante ſummam aram proſtratas ſponſo virginitatis Chriſto & Matri Virgini vitam & mortem commendantes ſuam, ſeptem erant numero, ſed nomina in antiquitate manſerunt. Hic rabidi illi prædones lupi ceu raptores atra in nebula ſine mora in eadem Virginum conſurgunt, & pro omni ſcelere impio viſum eſt ſic orare. Tractas per ſolum, frameis ſectas, cordibus haſtis transfoſſis, plures cupiiſſent habere vitas, ut ſæpius occiderent; ſcatebat Templi pavimentum virgineo ſanguine, nec tellus ipſa atrox facinus pati ſuſtinuit, ſed quaſi averſata horride ſe movit & tremuit. Vox interea è ſtatua B. Virginis audita ad eum, qui propius cæteris acceſſerat, ſanguinarium nebulonem: Amice quid agis? *at JESUS infans, qui in manibus Matris ſedet, manum ipſe quoque ſuſtulit, & digitum ori admovens, minari cœpit hodieque eo ſitu perſeverat.*

Hæc ex vetuſto libro Virginum DEO ſacrarum Brixiæ deſcripta & admodum R. D. Decani Pontenſis Martini Georgii Barth, tum primorum in Senatu civium ac potiſſimum venerabilis Virginis Prioriſſæ Catharinæ ſubſcriptione firmata An. 1663 leguntur. Major etiam à Reverendiſſimo D. Georgio Bartholdo Pontano à Breitenberg priore ſeculo acceſſit Autoritas, qui Cathedralis Eccleſiæ Pragenſis Præpoſitus, & Archiepiſcopatus Officialis. Hiſtoriam Brixienſem carmine vulgavit; ac forſitan non erit abs re ad faciendam majorem fidem paucos ejus de hoc miraculo verſiculos recitare. Sic enim lib. 4. canit:

Illi (hæretici ſcil.) *ira moti clauſtrum Veſtalibus aptum*
Invadunt, medio templi ſeptem ordine ſacras
E ſylva demum reduces, quo exegerat ingens
Ante timor, revocarat amor clauſtrique bonique
Martyrii, lectas dextris ad ſidera Veſtas

Heu

Heu miſere mactant, partim cervice reciſa,
Partim tranſacto tenera in præcordia ferro,
Spumantes halant animas, & labra fatigant
Ultima, ſurrectis ad ſidera vultibus, amne
Sanguinis irrigua, ſcelere hoc terra ipſa tremiſcit.
Sancta DEI Genitrix hunc declinantis adinſtar
Ictum ſe flectit læva, digitum ingerit ori
Materno puer ipſe, ſinu geſtatus IESU:
Ut monumenta docent, & teſtes Numinis æra.

Hæc Pontanus. Ob hoc miraculum B. Virgo Brixienſis in Cœnobio Sares hodieque viſitatur & honoratur.

Vide Brixiam Bohemiæ delineatam carmine, rebuſque memorabilibus illuſtratam &c. Autore Georgio Bartholdo Pontano à Braitenberg. Pragæ Typis Georgii Nigrini M D XCIII.

Bellis Taboritarum (pergit loco ſupra citato Balbinus) ponentibus reſuſcitata eſt ſacra domus, iterumque ſurrexit Cœnobium, Brixienſi Senatu potiſſimum adjuvante; at ecce calamitas nova incubuit: nam cum Brixia tota ſubjecto clam igne arſiſſet An. 1515, Cœnobium quoque (quod ut ſecuritati Virginum inter tot bella conſuleretur, in urbem translatum paucis ante diebus erat) cum Eccleſia Virginum conflagravit, una cum Archivi parte, literis, privilegiis, indulgentiis, ut in publicis literis Joannes Zack Litomericenſis Præpoſitus, Archiepiſcopatus Pragenſis Adminiſtrator teſtatur, ſed brevi rurſus Eccleſia piorum hominum Eleemoſynis ſurrexit, quam Martinus Epiſcopus Nicopolienſis, Stanislai Epiſcopi Olomucenſis ſuffraganeus, An. 1515. 20 Octobr. in honorem ſeptem gaudiorum B. Virginis conſecravit. Eccleſia jam ſtabat, res erant domi anguſtæ, divina providentia factum eſt, ut Virgo Catharina Equitis Bohemi Wlczeck filia Friburgo Miſniæ, ubi religioſam vitam profitebatur ejuſdem Ordinis, ad hoc Cœnobium tranſiret; ea res Cœnobium, ne interiret, ſervavit, quippe Patris & familiæ beneficio, Cœnobium Virginum exſtructum eſt in urbe, ut jam Wlczeck Fundatoris ſecundi nomen apud illas obtineat. Porro Wenceslai I Fundatoris literas, aliaque privilegia recitat & confirmat Ludovicus Rex An. 1523, easque iterum ſummatim recitat Ferdinandus I An. 1539, & poſt eum Maximilianus II An. 1570. tum Rudolphus An. 1590 ac tandem Ferdinandus II An. 1629. Fuêre hujus inſtituti, ut innueram antea, plura apud Bohemos Cœnobia: nam ut Launenſe (de quo egimus pridem) aliaque præteream, Pragæ ad S. Gallum vixiſſe hujus Ordinis ſacras Virgines ex vetuſtis manuſcriptis cuilibet proba-

bo. Sunt etiam in manibus litera, quas ex Archivo ſacrarum Virginum Præmonſtratenſium Chotieſſovia exſcriptas ex Originalibus ipſis conſervo, in quibus diſerte Magdalenitarum Virginum Cœnobium ad S. Gallum Pragæ & Prioriſſa & Conventus nominatur. Hujus quoque ſacri Ordinis Virgines in minore urbe Pragenſi ad Eccleſiam S. Mariæ Magdalenæ ſub Petrino monte, celebrem Parthenonem alium habuere, & in magna ſanctimoniæ fama vixerant, (vide Tomum X Erectionum) demum à Romano Pontifice ob graves cauſas ab omni Juriſdictione & obedientia ſui Ordinis & Prælatorum abſoluta, uni Epiſcopo Pragenſi, nullique alteri, obedientiam religioſam jurabant. Miſa ſeu Argentina Bohemiæ nota civitas ad Eccleſiam S. Magdalenæ Magdalenæas ejuſdem inſtituti Moniales olim habuit; ſed bonæ iſtæ ſorores peccantem potius Magdalenam, quam pœnitentem ſecutæ ſunt, & cum cœpiſſent ſpiritu, in carne conſummarunt: nam quotidianis (verba ſunt Walteri Viſitatoris Provincialis in Manuſcripto) *gaudent nuptiis & cœleſti ſponſo poſtpoſito matrimonia paſſim contrahunt ſcelerata. Itaque ex Decreto univerſi Ordinis & Capituli Generalis Moguntiæ An. 1282 celebrati Dominica die prima poſt Aſcenſionem Domini, omnes earum ditiones, & nominatim Dobrzanum, quo ſæpe itabant, quodque iis erat in ruinam, Miroslao Præpoſito, & Conventui Chotieſſovienſi ſunt venditæ, ut habent publica litera Pragæ datæ An. 1282 in Vigilia SS. Simonis & Judæ. Hoc ideo attuli, ut aliqua hujus Ordinis Cœnobiorum (quorum nullus è ſcriptoribus noſtris hac ætate meminit) extet ſaltem memoria, & pietas Majorum illuſtretur. Hæc ex Balbino.*

§. 99.

NEOFORUM.

ſive Neumarcum, Neumarckt/ opidum Vratislavienſis Ducatus (*a*) mœnitum, ac copioſum: ab maxima Sileſiæ quatuor, Lignitio totidem milliaribus diſſitum, ac Privilegiis ſane quam luculentis præ aliis opidis donatum. Habet & Burgum proprietario jure à Senatu Vratislavienſi acquiſitum.

(*a*) Urbis inſigne eſt imago ſanctiſſimæ Virginis DEIparæ.

Eccle-

Ecclesiam Parochialem habet salutiferæ Cruci Dominicæ, Proposituram Virgini Matri Beatissimæ, Monasterium S. Andreæ Apostolo nuncupatum.

Traditionem illam, quam Historicorum vulgus propalavit, Imperatricem nimirum Tataricam (sic enim, & non *Tartaricam* scribendum esse Henelius noster in Breslographia docte ostendit) lustrandarum provinciarum causâ anno Domini 1240. die 2 Aprilis in hanc etiam urbem appulisse, à civibus vero, diviti unionum cimeliorumque thesauro, quo illa & Comitatus illius ornabatur, inhiantibus, una cum pedissequis Tataricis occisam, nec nisi duas Reginæ famulas fuga salvatas: idque propter sequenti anno à *Toutre*, seu (ut alii eum nominant) *Batto* Tatarorum Imperatore in Neoforenses severissime animadversum, & immaniter sævitum fuisse, Historiographi graviores fabulam putant: quibus & nos suffragamur.

Cromerum de Rebus Polonorum scriptorem gravissimum adeunti, & illa, quæ lib. 8 de Tatarorum in Poloniam motu scribit, cum his conferenti illico apparebit, quam & veritati & rationi repugnent, quæ hic de Tatarorum Imperatrice, & Neoforensibus finguntur: quis enim prudens non videat, fœminam Tataricam sese fidei, & hospitio illius gentis, quæ illo ipso anno Tataros infensissimos hostes habuit, nequaquam fuisse credituram?

Cui commento affine, & veritati nullatenus consentaneum esse videtur, quod in vita S. Hedwigis refertur: Tataros ab immani illa clade, quam Christiani anno 1241 ad Lignicium acceperunt, Neoforum adventantes à fœminis Neoforensibus virorum suorum (qui interim armati in subterraneis cuniculis & cellis latebant) fugam astute simulantibus, & fictitiis verbis asseverantibus, comiter & benigne susceptos, laute cibatos & potatos, tandem vero sub noctis medium somno sepultos dato per campanam signo à civibus è latibulis erumpentibus omnes & singulos occisos fuisse, & tanto quidem numero, ut sanguis ab Ecclesia Parochiali usque ad urbis portam ad instar torrentis fluxisset. At vero

Non hic Atrida, nec fandi fictor Ulysses.

An. 1245 vel (ut verius ex Cromeri libro cit. colligitur) circa annum 1250 à Boleslao Lignicensi Principe opidum, & templum incensum fuit, in quo templo quingenti homines, qui se se huc, tanquam in locum tutiorem, receperant, simul combusti fuerunt.

A. 1428. 16 Martii ab Hussitis spoliatum, & exustum fuit Neoforum.

Circa annum 1580 mulier quædam Neoforensis, quæ cum primo marito sterile duxerat matrimonium, illo mortuo cum secundo marito anno primo duas, secundo tres, tertio quatuor, atque adeo intra triennium novem proles genuit. *Leonardus Krentzheim in MSt.*

Viri docti ab Henelio in Silesia Togata Novoforenses celebrantur sequentes:

JOANNES FERINARIUS.

Eximiorum generorum Hieronymi Treutleri atque Andreæ Schöpsii JCtorum eximius Socer, tanta eruditione fuit, tantis in rem literariam meritis, ut nostram & ipse gloriam à morte trahens immune Lethi Musicum vivat decus.

Natus ille Novofori Silesiorum An. 1534. Postquam Scholæ Freistadiensis regendæ provinciam susceptit, nactus præter cæteros Discipulum ac Contubernalem GEORGIUM L. B. de Schönaich, ac triennio post ab Illustrissimo Principe GEORGIO ad exornandum recens tunc institutum Gymnasium Brigense vocatus est. Paruit præfuitque ille spartæ singulari cum laude tribus annis: honeste autem iterum dimissus, in celebrem Cattorum, quæ Marpurgi floret, Academiam concessit, legitimaque vocatione in Professorem Historiarum ac Poeseos ibi conscriptus, ac Pædagogio simul illustri Præfectus, eas deinceps partes totis 26 annis, magno cum applausu & fructu juventutem docendo, voce, scriptisque ei inserviendo ac suopte exemplo ad virtutem viam præeundo, nec non Magistratus Academicos magna cum Autoritate dexterrime obeundo exegit honorifice. Moritur prid. Kal. Decembr. Anno 1602. Sil. Tog. lib 7. No. 19.

LAURENTIUS CORVINUS.

Fuit patria Novoforensis, Philologus magna eruditionis laude insignis, ad quam acumen quoque & festivum inprimis ingenium ad Poeticen adjunxerat: pietatis ad hæc Christianæ studiosissimus, bonas literas professum Cracoviæ floruisse sub finem seculi millesimi quadringentesimi, & scripsisse *Idioma latinum*, h. e. aliquot Dialogos puerilium colloquiorum ad ludum fere literarium pertinentes, *Cosmographiam manuducentem in tabulas Ptolomæi*, ostendentem omnes regiones terræ habitabiles, diversa hominum genera diversis motibus & conditionibus utentium, memorantem adhæc diversa animalia in diversis provinciis, Insulas, maria, flumina, montes, & plurima scitu dignissima, una cum nonnullis epigrammatibus, & carminibus de Polonia & Cracovia, Silesia & Novoforo,

Stru-

Structuram item *Carminum* indicio Geſnerianæ Bibliothecæ cognovi. - - - Sic ergo Vratislaviæ redditus Corvinus, præclaram ei deinceps operam in munere ſuo navavit, idque non ſub ipſam modo literarum παλιγγενεσίαν, ſed & ſub initium religionis paſſim à noſtratibus ſecundum ſcripturas, quibus nihil Eccleſia habet antiquius DEI immortalis ac præpotentis nunquam tacendo beneficio, in maximi quidem momenti capitibus inſtauratæ, quam & ipſe ſerio amplexus fuit. Diem ſuum obiit 12 Kal. Aug. eo ipſo liberationis humanæ anno, quo capta urbs urbium Roma Cæſariani exercitus furori patuit, ac miſerandum in modum vaſtata, ipſeque adeo Clemens Pontifex in cuſtodiam abreptus fuit inclementer, Sileſia autem in Ferdinandi Infantis Hiſpaniarum, Archiducis Auſtriæ, in Bojemiæ Regem nuper inaugurati, poteſtatem pervenit. Mors illius in tota ampliſſima urbe, & in animis adeo ſummorum etiam Virorum, qui familiaritate hominis jucundisſime uſi fuerant, eundemque propter ingenii bonitatem, inque judicando prudentiam, & multarum rerum cognitionem atque experientiam magni fecerant, communem excitavit & tam acerbum luctum, ut Joannes Metzlerus, Vir nobilis & ampliſſimus, in hæc verba ingemiſcens Croto ſuo ſcriberet: *Magnum hoc* (mors filiæ) *mihi dolorem attulit; ſed non minorem mihi, crede, communis noſtri amici Corvini obitus: deſideratur ab omnibus: Non poſſum de eo plura, lacryma vera me impediunt.* *Poëmatum* illius particulam deliciæ Poëtarum Germanorum hujus ſuperiorisque ſeculi illuſtrium parte II. *Oden* autem *Sapphicam de Polonia, & ejus Metropoli Cracovia* Tomus primus Corporis Polonicæ Hiſtoriæ ab Joanne Piſtorio Nidano congeſti, nobis repræſentant. Præterquam pronuper vidi quoque *Hortum elegantiarum pro latina lingua ſtudioſis*, nec non *Elegiam de Apolline, ac novem Muſis*: itemque *aliam* ad eum divinam in ſe gratiam affatim provocaturus pie, patienter, ſcite, juſte, ac denique feliciter victurus eſt, ſuperioribus annis tabulæ inſcripta in choro templi Eliſabethani, ubi Pſalmodiæ de paſſione Chriſti, quas horas vocant, Corvini præcipue conſilio Anno Chriſti 1512 inſtitutæ etiamnum decantantur. Sil. Tog. lib. 10. No. 4.

Hunc locum ortu etiam ſuo illuſtravit

R. P. JOANNES KAPPLERUS,

Qui, ut Alegambe de ipſo ſcribit, poſt adminiſtratam annos aliquot Parochiam, rerum humanarum pertæſus, ad Societatem animum appulit, & gradum ſpiritualis Coadjutoris ſortitus eſt. Vir ingenii facilitate,

&

& morum manſuetudine, omnium benevolentiam & prona in ſe ſtudia meritus. Nihil illo moderatoribus obſequentius, ut ſive peregrinandum foret, ſive concionandum ſeu danda confitentibus ægris, ſanisque opera, præſto ſemper & in procinctu eſſet. In Urbem ut peſtis invaſit, ſummis votis expetiit devoveri periculo pro ſolandis, juvandisque morboſis; eoque evicit argumento, quia jam olim Parochus experiundo didicerat malum illud ſuperare. Accedebat etiam, quod nemo unus Parochorum omnium tota urbe vellet experiri diſcrimen, eique ſe vel ob deferendum Euchariſtiæ Myſterium objicere. Ipſe vero dum ſuo magis ardore, quam neceſſitate languentium metitur operam ſuam, illosque attrectare, componere, verſare non abſtinet, tactus ipſe quoque plaga maligna, primum dyſenteria laboravit; à qua mortem viſus imminentem præſentiſcere, datis ad ſuperiorem litteris, ſociorum precibus ſe perquam humillime commendavit, errata ſibi ſua, DEI appellato nomine, condonari poſtulans, cui vocationem Societatis ſtudioſiſſime gratulatus, in ejus curam, paternamque providentiam ſe penitus conjiceret. Deinde generali inſtituta Confeſſione, cæterisque perceptis ſacramentis, apoſtemate totum à capite ſiniſtrum latus occupante interemptus eſt ætatis anno quinquageſimo, & ſextodecimo quam Societatem adiiſſet.

§. 100.

NEOSTADIUM.

Neuſtadt/ Polonis Prudinica à fluvio cognomine, qui præterfluit, ſic dicta, minor (ut vocant) patria mea, cujus ob id mihi nomen valde ſanctum, auguſtumque, amor dulcis, memoria inprimis jucunda eſt, eo quidem majore jure, quod ſecundum & poſt Deum non ei modo vitæ hujus uſuram debeam, ſed & ab eadem incunabula, ac rudimenta virtutis, doctrinæque, pietatis, & artium liberalium acceperim. Id quod vel eam ob cauſam publice heic agnoſcere volui, quod repertus non nemo, qui me

ex

ex Comitatu Glacenſi prodiiſſe, Francoſteinii natum, in Theatro orbis terrarum poſteritati tradere non dubitavit. Urbecula mœnibus cincta, haud quidem ſpacioſa, ſed neque inamœna, neque incelebris, quæque adeo ex præcipuis ſui Ducatus, à metropoli Sileſiæ quatuordecim, Niſſa tribus, iisque grandibus, totidemque Leobſchutzio, Carnovia quatuor, Oppavia ſeptem milliaribus abjuncta. Caſtrum habet vetus colli impoſitum à Ducibus Oppolienſibus conſtructum, ac Wagendeiſſel / niſi fallor, antiquitus dictum, qua natura loci, qua latis profundisque foſſis, etſi aquæ tamen expertibus, nec non turri craſſiſſima ſatis validum: unde & jucundus ſubjectos in agros proſpectus patet. Templum habuit parochiale non minus amplum, ac elegantis ſtructuræ opus, turrique pulchra conſpicuum. Ædes itidem civium concinnas, ex lapide coctili plerasque, in foro præſertim exſtructas: ſed nunc longe alia facie, poſtquam anno hujus ſeculi vigeſimo ſeptimo maxima ſui parte à prætereunte milite Cæſareo per injectos ignes ad incitas redacta eſt. (a) Aër ibi purus ac ſalutaris, ager vero ſuburbanus cum paſcuorum fœcunditate lætus, tum frumenti ſatis ferax, præcipue in planiciem, ubi ſubſidet. Eam partem, quæ minus fertili gleba, nemoroſi fere ſaltus & ſylvæ occupant. Subſunt civitati complures pagi, ac territorium neutiquam pœnitendum, quod ab Rudolpho II Imperatore noſtra me-

moria, novis una insignibus, amplisimisque immunitatibus ac privilegiis impetratis, redemit : cum prius hypothecæ tantum jure, aliquanto tempore possedisset.

Cognomine aliud opidulum (*b*) ad amnem Weisfurt milliario germanico distans Freistadio, & equinis nundinis quadragesimalibus celebre : familiæ Rechenbergianæ hæreditas.

(*a*) An. 1373 tamen pestis hac in urbe tam crudeliter sæviit, ut unicus duntaxat civis superstes manserit, qui ipsum tandem vespillonem, pestifera tabe infectum & interfectum, tumulo mandavit.

Das Unglück aber/ von welchem hier der Autor meldet / hat sich An. 1627 den 1 Julii auf folgende Weise zugetragen: Als gegen Mittag in der obern Vorstadt die Mühlscheune von des Withort vorüber ziehenden Kürassirern durch im Schiessen angezündet worden/hat sich ein hefftiger Wind erhoben/ welcher mit Gewalt das Feuer auf die Stadt zugetrieben/ so innerhalb 2 Stunden die ansehnliche Kirche mit ihrem Thurn/ Glocken/Orgel/ Bibliothec, Schul/ Pfarr und Rathhauß/ auch alle Privat-Häuser biß auf 11/ item nebst andern Vorrath viel 1000 Malter Getreydes in die Aschen geleget. Wegen solcher der Stadt total-Ruin haben die Hn. Fürsten und Stände An. 1628 ein subsidium Charitat. und wiederum A. 1639 ein anders von 1000 Rthl. derselben ertheilet. J.H.C. in MS.

Ad portam novam Asceterium religiosissimi Ordinis S. Francisci PP. Capucinorum fundatum est Anno 1657 à Reverendissimo & Illustrissimo D. Joanne Balthasare Lisch &c. Episcopo Nicopolitano Cathedralis Vratislaviensis Præposito, Episcopatus Vratislav. Suffraganeo, nec non Administratore. Introducti vero fuerunt dicti Religiosi in Silesiam anno à Partu Virginis 1654, & postmodum hic Neostadii (quæ urbs olim à fluviolo Prudnica illam alluente Prudnicium dicta fuit) sede fixa donati.

Præter autem Henelium nostrum, quem tam hoc, quam alia egregia opera ejus laudant, alios etiam plures doctrina præstantes Viros Neostadium genuit, quorum sequentes in Silesia Togata ab eodem celebrantur:

MAT-

MATTHIAS BILICZERUS à BILITZ, U.J.D.

Patris cognominis pulcherrimas dotes, ſi non ſuperavit, æquavit tamen, ut cum Poëta gloriari poſſet:

Quam felix Pater eſt, ſimilis cui filius! o quam
Filius eſt felix, qui Patris eſt ſimilis!

Ejus vero nomen haud immerito ſanctum mihi poſt mortem, ut in vita, dulcis amicitia & conducibilis fuit; quam ſicut à parentibus noſtris, optimis probiſſimisque velut hæreditariam acceperamus, ſic poſtea non intra Scholarum tantum parietes, Jenæ præſertim, qua ſtudiorum communione, qua perpetuo individuoque biennii contubernio juncti, ſed quamdiu vixit ille, ſanctiſſime inter nos eum in modum coluimus, ut planum faceremus immortales eſſe amicitias, quæ in commilitio maxime literario coaluerunt. Natus ille Neoſtadii Sileſ. 20 Nov. An. 1578. - - Athenas tandem Helvetiorum delatus poſt emenſa jam legitimæ ſcientiæ ſpatia Doctoris ibi titulo, & inſignibus Academico ritu honorari, velut ſtrenuus ex militia literata triumphator, pulchrum exiſtimavit, ſed præſtitis ante iis omnibus, quæ ſtatutorum præſcripto ad ſupremi illius gradus jure in utroque conſecutionem neceſſario requiruntur. Approbum ſane ac laudabile facinus, cui tunc à noſtris Muſis elegiaco carmine applauſum fuit. Patriæ hunc in modum cum per Bojemiam iter ſuum relegiſſet, & in auguſtiſſima regni metropoli, quam ob confluxum variarum gentium, & coronam ornatiſſimorum hominum non abs re tunc erat vel compendium Europæ, vel delicium orbis terrarū adpellare, aliquot hebdomadas captandæ illuſtrium aulæ Procerum notitiæ, ſubſtitiſſet, denuo redditus noſter nequaquam volupe habuit, poſthabitis literarum fructibus decerptorum duntaxat florum fragrantiæ acquieſcere, ſed nomen potius ſuum ipſis jam rebus exprimere, & quæ antea paſſim ſtudio in theoretico diligentia ſingulari hauſerat, didicerat, collegerat, ad ſalutarem praxim, (quæ Baldo atteſtante *ſcientia legum digeſtiva eſt*, & ſine qua, pronunciante Pinello, Theoria maxime mutila, manca, & periculoſa evadit) ad Reipubl. commodum, ad Juris Juſtitiæque propagationem, ad æqui bonique conſervationem, ad fori uſum, adeoque ad Societatis humanæ emolumentum legitime applicare inſatiabili deſiderio ſategit; à ſapientiſſimo quippe Seneca ſic perſuaſus, hanc proximam eſſe ſemitam ad famam æternaturam, *diſcere in umbra, quæ oportet, quæ didiciſti agendo in luce confirmare.* In conſpectum ergo ac lucem hominum cum ſibi quoque prodeundum ſtatuiſſet, tractandis cauſis non in Sileſia duntaxat, ſed in ipſa Cæſaris aula experiri vires ſuas cœpit,

eo majori succesſu, quod Pater quoque maturrimi judicii homo, cui in rebus humanis & politica adminiſtratione per varios caſus artem experientia fecerat, transfunderet in filium, quæ ipſe & impendio ætatis, & periculo vario didicerat, ac rerum agendarum conſilia liberaliter communicaret. Factum ea re, ut Vicario famæ internuncio Illuſtriſſimo Principi Brandenburgenſi in vicino tunc Ducatu rerum potienti innoteſceret, à quo & Carnoviam benigne accerſitus delatam ſibi ἐκ ἄνωθεν θείας ἐπιτυχίας provinciam Conſiliarii Principalis cum lubentia ſuſcepit. Magnus ſane honos à Conſiliis eſſe Principi ad negotia ardua, ad deliberationes adhiberi graviſſimas. Sed habet honos iſte onus non parvum, multaque adeo heic requiruntur, quæ ſi abſint cum turpitudine atque dedecore honorem commutant; prudentia in conſiliis, in ſuſtinendis laboribus induſtria, pietas, religio, fides in ſententia dicenda, in contemnendis hominum offenſionibus ac periculis animi magnitudo & conſtantia ſingularis. Hæc verò omnia cum abunde ſuppeterent Bilitzero noſtro, mirum non eſt Principi illum ſuo eousque ſatisfeciſſe, ut & Cancellariatus ipſe vacans nemini rectius videretur committendus. Sed nimirum ea eſt vitæ humanæ conditio, ut, quod rarum, præſtans & eximium eſt, idem minime ſit diuturnum; levique momento evertatur, quod firmiſſimis putabatur nixum radicibus. Sic ergo cum egregiam noſter Principi operam navaret, cum in curia illuſtri Juſtitiam ac fidem, in Conventibus autem Principum atque Ordinum Sileſiæ, patriæ, ac libertatis ſumma cum induſtria, & vigilantia amorem, præſidium ac patrocinium probaret; cum hinc ejus fama indies creſceret, ecce morbus hominem fatalis invaſit, qui contemtus prius, ita poſt vires aſſumſit, ut illi mortem, nobis & amicis aliis dolorem pepererit maximum, nec non patriæ vulnus inflixerit grande, atque alium. Id quod factum An. 1620. æt. 42. ac jam tunc longo quidem proſpectu adverteret nigrantem nimbum, & crepitantes ventos, & minacia murmura, ut vel hoc nomine tempeſtive mortuus dici poſſit, qui tempeſtive mox oborituræ ac Principem ipſum ſapientiſſimum alioquin καὶ τοσαύτης ὑπερβολῆς in tam miſerabilem fortunam proſcriptionis Cæſareæ, & exilii præcipitaturæ, caput ſubduxit. Sil. Tog. lib. 5. No. 39.

PAULUS HOEPFNERUS, Med. D. Conſil. Cæſar.

Inter eos, qui Neoſtadio Sileſiorum orientalium patriæ ſuæ famam ingenii gloria exterderunt, non poſtremus ſane eſt Paulus Hœpfnerus, Medicus ille eximius, ob idque non indignus, cujus nomen apud poſteros immor-

immortalitate efflorescat. In Schola qua Patria qua Vratislavienſi communes nobiſcum nactus Præceptores, in literas tanto naturæ impetu rapiebatur, ut ſtimulis ac monitore vix egeret. Academica auſpicatus ſtudia, & artem Medicam ingenti amplexus deſiderio

Noctes atque dies niſus præſtante labore

ad ſummum emergere culmen contendit: ſucceſſu quidem tam ſecundo, ut Lauream Apollinarem in inclyta & perantiqua Rauracorum Academia virtutis & ſcientiæ merito An. 1609 impetraret. Reverſus hoc modo in patriam præclarum ingenii cultum & eruditionis apparatum ad publica commoda verit non ſine magna nominis celebritate, quam ei curandi peritia ac felicitas conciliavit. Aderat nimirum illi gnaritas omnium μιχροκόσμων hujus regionum. Non item neſciebat herbarum poteſtates, medicamentoſas ſtirpium facultates, occultas rerum aliarum naturalium vires. Hinc ergo legebat remedia, non temeraria, ſed veris ac fidelibus probata experimentis. Quibus rebus cum ſumma erga laborantes atque admirabilis accederet fides, cura & ſolicitudo plus quam paterna, circumſpecta & cauta vel in minutiſimis diligentia, ſingularis denique laborum patientia, mirum non eſt, ſi multos alios noſtri ævi Aſclepiadas longo præcurreret intervallo. Nec vulgares duntaxat homines conſilium ab eo juxta & ſalutem peterent, ſed Proceres quoque & Magnates, qua in ſuperiori Sileſia, ac Ducatibus præſertim Oppolienſi, Rattiborienſi, Oppavienſi & Carnovienſi, qua in Sileſiæ metropoli, quo ſe poſtremis vitæ annis Leobſchuzio, exindeque Carnovia etiam relictis receperat, qui non tam cum ægritudine quadam, quam cum ipſa morte ſæpius conflictabantur, non valetudinem magis ſuam & ſanitatem, quam vitam ipſam ei committerent. Erga me quidem in ſummo vitæ periculo rebus propemodum deſperatis, certe afflictiſſimis talem ſeſe geſſit, ut in fratre germano minime potuerit eſſe officioſior: meque arte ſua aliquoties de rogo revocatum quamvis jam ante multis nominibus, communis puta patriæ cognationis propinquæ, ſtudiorum commilitii, amicitiæ denique veteris conjunctiſſimum, magis ac magis ſibi obſtrictum reddiderit. Ab hoc ære alieno non liberat mors Creditoris memoriæ perſolvendum, quod vero ſatis perſolvere non licuit.

Doctorem inter alios habuiſſe DANIELEM SENNERTUM in magna felicitatis parte poſuit, eique præcipuam eruditionis partem acceptam tulit. Neque pauca itidem Chirurgicis, præſertim à Guil. Fabritio Hildano, Chirurgo noſtri temporis peritiſſimo, ac Medico apud Paterniacenſes ordinario accepiſſe ſeſe, quæ in praxi poſtea magno ſibi uſui fuerint,

libentisſime recordabatur, illud interim in ſe quoque expertus, cujus memorabile exemplum is ipſe Hildanus libro obſervationum Chirurgicarum quinto refert: *Johannes Birckmannus, inquit, Medicus Colonienſis longe celeberrimus, agro, non ex infima familia oriundo, per dies aliquot remedia ex arte adhibuerat parvo cum ſucceſſu. Quondam ſub multam noctem alius quidem Doctor, Tilmannus nomine: is ut aliquid feciſſe videretur, medicamentum ex ſyrupis & aquis diſtillatis adhibet, quibus ager ita alteratus fuit, ut altera die, cum D. Tilmannus accederet, ipſi oſtenderit manus dicens: Vide vide, mi Domine Doctor: Tu ſementem feciſti, ego meſſem.* Adeo nimirum ægri plerumque ſic ſunt affecti, ut ſi ſucceſſus non ſtatim appareat, moræ impatientes alium Æſculapium accerſi jubeant, qui licet parum præſtiterit, tamen morbi curati, quæ prioris medici pharmacis debebatur, & laudem & mercedem non raro reportet. Quod ut Hœpfnero quoque plus vice ſimplici uſu venit: ſic propterea iras cum quopiam gerere minime compertus fuit.

Ceremoniarum quibus hominum vulgus æſtimat, morum civilitatem haudquaquam erat anxius: Sobrietati & temperantiæ, quæ hodie inter virtutes vix invenit locum, deditus, eamque ob cauſam à conviviis alienior: neque defuerunt, qui ſupercilium ipſi in Stoicam ſeveritatem compoſitum objectarent, imo geſtus ipſos, factaque ejus in omnia ad, neſcio, quam amuſſim acerbe exigerent. Sed quid mirum, aliquibus functum diſplicuiſſe, cum ne Jupiter quidem, ſive pluat, ſive tempeſtates ſerenet, omnibus placeat: Neque ullus adeo mortalium repertus, qui aut omnibus ſatisfaceret, aut nullis vitiis aut meris obnoxius eſſet. Itaque ſi quid horum in noſtro fuit, cum ipſo ſepultum manere fas eſt: ſicut contra illud ſilentio minime transmittendum, quod fama eruditionis ejus ipſam etiam aulam Cæſaream optimo odore implevit, ipſeque adeo in Grandium, quos ſic vocant, non paucorum, à quibus laudari & amari magnus virtutis fructus eſt, affectus gratiam eum in modum ſeſe inſinuavit, ut eorum commendatione à duobus Imperatoribus Ferdinando II & Ferdinando III Patre & filio in honeſtiſſimorum Conſiliariorum Cæſareorum collegium cooptatus fuerit: quem & honorem & titulum, quamdiu vixit, retinuit. Cum per reliquam omnem vitam ſatis firma valetudine fuiſſet, accidit anno 1646, ut circa tempus vernum languor nonnullus ipſum invaderet: qui cum indies magis invaleſceret, omnibus tandem corporis viribus collapſis obdormiſcens 14 Kal. Jun. ipſius anni, quem dixi, inclinata jam in Senectam ætate, (climactericum magnum tribus pæne annis ſupergreſſus) fati legem implevit. Sil. Tog. lib. 7. No. 49.

MAT-

MATTHÆUS APELLES de Löwenſtern in Langenhoff.

Ut extremum pietatis officium carmine epicedio Viro præſtantiſſimo Matthæo Apelli de Löwenſtern/ Conſiliario Cæſareo ac Ducali, perſolverem, ab amicis plus vice ſimplici monitus, imo rogatus fui. His vero quo minus morem gererem, ſicut juſtas gravesque cauſſas habui, ſic haut eo minus ultro faciendum putavi, ut in hoc Sileſiæ Togato Theatro memoria hominis, ſi non eo in loco, qui fortean dignitati ejus debebatur, ſaltem, quem ipſi moriendi ſeries attribuit, repræſentaretur. Tametſi vero nullum ille natalibus ſuis honorem (patre quippe natus ephippiario) ex propinquorum cognatorumque ſplendore potuit conciliare, nihil tamen ea res præclaras dotes atque virtutes imminuit, quas in ejus pectore collocaret cœli benignitas. Bona mens omnibus patet: nec rejicit quenquam, nec eligit: neque novum adeo etiam humili loco natos ad ſummum gloriæ perveniſſe: quoties non dico fortuna jocari, ſed DEUS Opt. Max. providentiæ ſuæ documentum exhibere mundo voluit. Is ipſe namque juxta divinum Vatem ſolus eſt,

Inopem terræ qui proſtratum
Suſcitat, & de pulvere egenum
Tollit, ut alto poſitus ſolio
Populi primos carpat honores.

Cujus quidem rei exemplum nobis præbuit Apelles evidentiſſimum. Patriam nobiſcum communem habuit Neoſtadium ad Prudnicam fluvium, Ducatus Opolienſis in ſuperiori Sileſia opidum celebre. - - Henricus Wenceslaus Dux Mönſterbergenſis in Sileſia Olsnenſis excelſiſſimus, idemque mox Sileſiarum Pro-Rex, Muſa ejus haut aliter, quam Orphei cujusdam delinitus, hominem ad miniſteria ſua adſciſcendum putavit: ac primo quidem Quæſtorem Archiphonaſcum, nec non Scholæ opidanæ Berolſtadienſis Præſidium, ſive Inſpectorem conſtituit; haut multo poſt autem ad ſecretiora Archiva conſignanda adhibuit. Et hæc quidem quaſi præludia, ſive gradus quidam viro ad majora nitenti fuerunt. Vetus opinio eſt, ac plerisque creditum Scholaſticis ingeniis ſubtilitatem deeſſe, ac id plerumque uſuvenire: ut, juxta Senecam declamatorem, velut ex umbroſo & obſcuro prodeuntes loco, claræ lucis fulgor obcœcat; ſic illos à Scholis in forum transeuntes omnia tanquam nova & inuſitata perturbent. At vero Apelles noſter ex ludi litterarii umbra in aulæ lucem pertractus rebus tractandis adeo ſeſe parem eſſe oſtendit, ut Illuſtriſſimus Princeps non

ipſum

ipſum duntaxat Conſiliarii Ducalis eminentia & munere augeret, ſed & ærarii ſui curam ac directionem eidem committeret. In qua utraque provincia quot negotiorum fluctus ſubierit, quot moleſtiarum tempeſtates ſuſtinuerit, quot hominum odia in ſe converterit, pluribus exponere non hujus eſt loci. Sufficit modo, quod ſingularem naturæ ſolertiam, & ingenium mire verſatile, ad nutum & emolumentum Heri ſui ita ſciverit attemperare, ut ejus in ſe non ſolum propenſiorem gratiam, ſed & largiorem provocaret præmiationem. Nec hic quidem felicitatis terminus erat, acceſſit quoque gemina dignitas à Ferdinando II Cæſare glorioſiſſimo illi collata, dignitas puta ſive nobilitas Equeſtris, & Conſiliarii auguſtalis honor ac titulus: quem & modernus Imperator laudatiſſimus Ferdinandus III denuo ei clementiſſime confirmavit. En longam honorum ac dignitatum meſſem! ſed quam cumulavit inſuper divitiarum & opum amplitudo: quas aut fructu officii, aut propria induſtria, aut Principis ſui dono acquiſivit, etſi non defuere tamen, qui nimia illius liberalitate ærarium plus juſto exhauriri, ac Principem ære alieno obrutum velut jam non ex ſuo ſed ex alieno largiri putarent, optarentque adeo poſt Principis exceſſum, ut ſpongiam ejus ſucco gravidam ſibi Succeſſor exprimeret. Sed quod tamen ab hujus modeſtia tam procul fuit, ut cujus merita & induſtriam tanti penſitaſſet frater, eidem quoque ſuam gratiam ſalvam & illibatam, atque eorum, quæ conceſſerat, fidam fruitionem eſſe vellet. Quicquid ſit, hoc utique nomine noſter omni laude dignus, quod non ſolum facultates divino munere haberet ſatis ſplendidas, ſed & utendi ſcientiam, ſive, ut Horatius loquitur, *fruendi artem*. Qua quidem factum, ut ſicut earum partem honeſtis vitæ uſibus etiam ad mundiciem pro gradu ſuo impendebat, ſic pecuniæ in Scholarum, pauperum, aliosque pios uſus erogandæ minimè tenax eſſet; ſive cum Martiale, quas ſic dediſſet, ſolas ſemper ſe habiturum opes veriſime perſuaſus, ſive potius conſilio Domini ac Servatoris noſtri obſequutus, quàndo jubet ἐκ τῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας amicos parare, qui efficiant, ut, quum defecerimus, in æterna recipiamur tabernacula. Cognatorum certe ſuorum inopiam copia ſua ſublevare, amicos autem alios beneficiis καδδύναιιν promereri ſumma ei voluptas: erga litteratos præſertim adeo beneficus, ut tanquam Mecænatem aliquem venerarentur. Id quod vel ex Epitaphiis τῷ μακαρίτη ſcriptis adparet, in quibus incomparabilis litterarum litteratorumque Patronus, ſummus Evergetes, & Muſarum Apollo audit: amplioribus etiam elogiis adficiendus, ubi obitus ejus amicis exteris, ac præſertim Andreæ Tſcherningio,

ningio, Academiæ Rostochiensis Professori Publico, qui præ aliis auxiliarem ejus atque munificam manum expertus inter clientes addictiores fuit, innotuerit. Cæterum ut nihil in rebus humanis ab omni parte est beatum, sic fortunis Apellis pollucibiliter undiquaque florentibus ea tamen felicitatis humanæ pars, quæ cunctis divitiis, cunctis honoribus potior habetur, imo sine qua, uti in Ariphronis Sicyonii hymno legitur, ὅτις εὐδαίμων, incolumitas, inquam, sive bona valetudo defuit. Ex quo præsertim tempore, cum morbis arthriticis conflictari cœpit, nec lapidosa duntaxat podagra, sed nodosa quoque chiragra sic ei articulos fregit, ut inter cursores ac pugiles nomen profiteri suum minime auderet, nec pugnis aut calcibus committere, ut secum agi posset actione injuriarum. Regina morborum imo magnatum morbus vulgo podagra perhibetur, sive ut est in veteri epigrammate:

Μισόπτωχος θεὰ μούνη πλούτου δαμάτειρα,
Diva perosa viros inopes, domitrixque potentum.

Sed eadem tamen cum exquisitissimis doloribus ac summis cruciatibus, quos ut effugeret Servius Clodius, Eques Romanus, veneno crura perunxit, & M. Agrippa in acerrimo impetu morbi in acetum calidum illa demersit conjuncta, nec ulla tamen, quod maxime dolendum, medicorum ope curabilis. Cum ad Carolum V Imperatorem articulari morbo laborantem Elector Brandenburgicus Joachimus reviseret, moneretque Medicorum opera utendum, sic ille respondit: ut optimum hic remedium diceret Patientiam. Ita prorsus est, ut ærgoti cujus vis, sic podagrici præsertim panoplia est Patientia. Ea vero noster quoque, postquam invida omnia sensit, quæ solidam sanitatis recuperationem podagricis promittunt, ipsos etiam fontis Hornhusani latices, ad quem tum effusis turbis ibatur, ut vicus & vicinia omnis hospites non caperent, minime sibi auxiliares & salutiferos expertus, sic se armavit, ut æquum animum ærumnæ suæ crederet condimentum optimum, adeoque nec morbum, nec dolores, nec mortem ipsam nimium reformidaret. A superveniente tandem catarrho suffocativo, quicquid contra sedulo ex arte molirentur, qui medicinam ei faciebant, victus oppressusque, sed sic doloribus omnibus & cruciatibus exsolutus tertio Idus Aprilis Anno 1648 è vivis excessit.

Sil. Tog. lib. II. No. 52.

(*b*) Neostadiolum Neustädtel/ melius pro distinctione à Neustadio dixeris.

An. 1474 totum conflagravit.

An. 1478 à Joanne Principe duriter vexatum.
Nundinas proximo poſt S. Galli feſtum Sabbato celebrat.

§. 101.

NEUKIRCHEN.

Vicus Ducatûs Oppavienſis. (a)

(a) Neokirchium Ratiboriam verſus ſitum.

§. 102.

NISSA.

Neiß/ urbs nobilis, unaque adeo ex primis Sileſiæ, curiam ac ſedem ſolemnem ab annis compluribus retro Epiſcopis Vratislavienſibus præbens, in qua nihil fere earum rerum, quæ ad Civitatis ſplendorem faciunt, deſiderare queas. Peramœno quippe ſita loco, in amplisſima & rigua valle à montibus eo usque porrecta, ad cognominem fluvium, Bilamque amnem, quem duplici alveo transmittit, aliquot molarum rotas impellentem, agros habet uberrimos, cœlumque ſaluberrimum, annonæ copia abundat, civibus frequens eſt, mercaturæ opportuna, & negotiatione florens, mechanicis artibus egregie exculta, ac linteorum præſertim ad lectos, ad mappas, aliosque menſarum uſus texturâ celebris: muris ad hæc foſſisque non improbe munita: excellentibus denique ædificiorum ſtructuris ſacris & profanis, publicis ac privatis ornatisſima. Baſilica ſane D. Jacobi magnitudine & elegantia cum præcipuis Sileſiæ certat. Curia Sena-

Senatoria operis eximii, turrim prælatam & acuminatam eminus venientibus oſtentat: è qua deſuper urbis faciem omnium optime arbitrari, ac ſimul circumjacentem planiciem, montesque ac valles vicinos, jucundiſſima varietate, viſu obire licet. Eſt & illi Canonicorum Collegium SS. Joannis & Nicolai, à Wenceslao quondam Epiſcopo, Duce Lignicenſi, Otmachoviæ erectum, ſucceſſu autem temporis à Johanne IV Præſule in ſuburbium Niſſenſe translatum, (*a*) quam veterem urbem nominant. A Boleslao Victorioſo dicto Krzywouſty Polonorum Duce, & Monarcha dicit Dlugoſſus. Abeſt Vratislavia undecim milliarium intercapedine, ac præter mercatus hebdomadarios tres annuatim nundinas ordinarias celebrat, ad quas magnus populi concurſus, Divæ Agnetis præſertim Civium Patronæ feſto, quo forum vinarium habet tota regione celeberrimum. Elevatio poli eſt 50. 32. longitudo 40. 10.

(*a*) Propter excurſiones nimirum Orphanorum & Taboritarum. Sed nec ibi fuit extra turbas, propter quas vitandas ex ſuburbio ad D. Jacobum intra Civitatem eſt tranſportatus: ubi hodie Collegiata.

De Parochiali Eccleſia ejusque Fundatore, præſertim vero *de Patrono S. Jacobo* audiamus *R. P. Crugerium in ſacris Pulveribus* ſcribentem: *Ceterum Niſſenſis*, inquit, *ſancto Jacobo quoque Sacra Parochia, amplior mihi videtur Brunenſi, ac etiam longior, controverſia eſt de Fundatore & Erectore: inclino in Jacobum Sulzam Epiſcopum Vratislavienſem. Quodſi in Preczlaum quis transferat beneficium, non multum repugnabo, quia amavit Niſſam, & Epiſcopatum multis aliis exornavit.* Repertus eſt Poëta, qui in Compendio adoreas præfatæ Eccleſiæ adornaret verſu ſequenti:

Adſpicis auguſtas moles? Eccleſia tales
Qualibet haut monſtrat, turribus, ære ſacro.
Intra ipſum templum jacet inſula multa, ſepultos
Pontifices Bresla ſex rubra ſaxa tenent.
Et Lieſch mandatus terra, paulo ante decenter
Occupat octavum, Præſul & ipſe, locum.
Quos vocet ad numeros, quos vexit ad æthera virtus
Jam tot centenos qui memoretis avos?
Præterea ſtant multa æra, ſua cuique figura eſt
Et ſuus à ſtatuis effigieque decor.
Et multus miſſas cantatque, legitque ſacerdos;
De Cathedra multus fulmina Myſta tonat:
Scilicet hæc populus ſuperos timet arte, veretur
Tartara, peccatis conciliatque DEUM.
Si ſcandas turres, qua non miracula cernes?
Campanam ingentem nempe Jacobus habet.
Et reſonant urbe auguſtos nimis ære ſonores,
Vix habet in propriis regia Bresla pares.
Hæc Superi foveant decora auguſtalia! ſerva
Cœles in æternos iſta Jacobe dies!

Huc ſpectat, quæ ab amica manu eximii cujusdam, ac eruditi Patris Crucigeri Niſſenſis nobiſcum communicata fuit, conſignatio Templorum, quæ intra & extra urbem Niſſenſem adhuc ſtant, & olim ſteterunt:

Templum Parochiale foro Civitatis confine, eximiæ ſtructuræ & ornamenti, ſub titulo S. Jacobi Maj. ſimul Collegiatum ſex Canonicorum, nim. Præpoſiti, Decani, Procuratoris generalis, qui nunc eſt Archi-Presbyter & Parochus Niſſ. & trium Canonicorum. Templum Collegiatum antehac in urbe antiqua fuerat, ſub titulo S. Joannis Baptiſtæ, quod dirutum eſt eo tempore, quo Turca obſedit Neuheuſel, turri reſidua, quæ demum, ubi Sueci urbem cepiſſent, diruta eſt An. 1645, idque ideo, quod ſpicula eſſet ad luſtrandam Civitatem Niſſenſem. Nunc ruderibus turris, quæ altitudinem 4 orgiarum ex una parte, ex altera duplo plures excedunt, ſuperædificata eſt turris ex lignis propter ibi ſervatas campanas; & ante annos fere 9 adſtructum eſt porticui turris parvum ſacellum itidem ex lignis & lateribus, in quo aſſervatur Venerabile, & Oleum ſacrum, ad uſum D. Curati, cujus habitatio è regione adjacet; Qui D. Curatus nunc

in

in Templo S. Nicolai, aliquantum abinde diſſito, & prope portam antiquæ urbis, S. Nicolai dictam, ſito, ſacris operatur, & in Cœmeterio S. Joannis mortuos ſepelit. Dicitur hoc ipſum templum S. Nicolai, quod antiquiſſimum eſt omnium, vacuum vaſtumq; ſtetiſſe longiſſimo tempore, usq; dum Templum S. Joannis, ſupra dictum, dirueretur.

Sacellum S. Annæ, intra ſepta Cœmeterii Civitatis e regione Templi Parochialis, ex parte cornu Evangelii. Mendici Choraliſtæ exercitia ſua in illo peragunt ſpiritualia.

Templum SS. Petri & Pauli Ordinis Crucigerorum, de quo infra poſt hiſtoriam Canonicorum SS. Sepulchri.

Templum PP. Societatis ſub titulo B. V. M. Aſſumpt. quod Carolus Archi- Dux Auſtriæ Epiſcopus Vratisl. & Brix. fundavit.

Carolus Ferdinandus Poloniæ & Sueciæ Princeps, Epiſcopus Vratisl. & Plocenſis fieri fecit.

Franciſcus Ludovicus Palatinus Rheni Epiſcop. Vratisl. ornavit.

Carolus Neander Epiſc. Nicopolitanus, Suffraganeus Vratislavienſis, conſecravit.

Templum S. Barbaræ in foro figulorum; ex una parte quieſcit in muro Civitatis. Dicuntur illud olim Ordinis S. Dominici Viri, deinde ſanctimoniales poſſediſſe. Nunc vetulæ pauperes inibi morantur, quibus ipſum templum, beneficium ipſius habitationis præſtat, & dicitur Hoſpitale S. Barbaræ.

Sacellum S. Joſephi in platea vaccina, in domo pauperum Virorum, Paniotarum (ut vocant.)

Sacellum Corporis Chriſti in mœniis Civitatis ſub porta telonaria, ſub cuſtodia PP. Societatis, pro uſu & ſpiritualibus exercitiis Studioſæ Juventutis.

Templum B. V. Mariæ in Roſis PP. Franciſcanorum extra urbem.

Templum S. Nicolai Parochiale in urbe antiqua, de quo ſupra.

Templum PP. Capucinorum ſub titulo S. Franciſci, cum Sacello continuo ex cornu Epiſtolæ, ſub titulo S. Laurentii. Quod ideo ejus honori dedicatum eſt, quia antehac eo loco, quo in horto horum Patrum erectum eſt Eremitarium, ſtetit Templum S. Laurentii, Patroni Incolarum in Mährengaß.

Sacellum S. Rochi poſt portam Vratislav. erectum fundi tus cum cœmeterio An. 1637 poſt peſtem, quæ graſſari cœpit A. 1633.

Sacellum *Jeruſalem* dictum, poſt portam Münſterbergenſem trans

fluvium Niſſam, ſub titulo *B. V. MARIÆ dolorosæ*; erectum funditus cum cœmeterio ſub idem tempus, quo Templum S. Rochi. Diſtat hoc à Civitate paſſibus totidem, quot Chriſtus crucem portans fecit Jeroſolymis usque ad montem Calvariæ.

Extra portam, vulgo Brüderthor/ ſtetit Templum ſub titulo B. Mariæ Magdalenæ cum Cœnobio, quod primo inhabitaſſe dicuntur PP. Conventuales Minoritæ, & ubi PP. Franciſcani Diſcalceati adveniſſent, urgebantur prius dicti Minoritæ, ſeſe conjungere cum Franciſcanis, qui hunc locum incoluiſſe feruntur eousque, donec templum Mariæ in Roſis obtinerent. Dirutum hoc eſt penitus, cum Sueci poſt tertiò captam Niſſam diſceſſiſſent, idque amplificandæ Munitionis gratia, nunc enim ruderibus à facie Eccleſiæ verſus Civitatem ſuperſtructum eſt propugnaculum. Rudera à tergo Eccleſiæ, & totius prope Monaſterii quieſcunt in vallo. Ex lateribus, qui ex muro diruto, & fundamentis quibusdam erutis collecti, applicati ſunt ad arcus muratos, infra quos Bila fluvius, novo loco ductus, nunc alluit Civitatem. Deinde ex iisdem ruderibus ædificatum eſt Sacellum defunctorum, continuum Templo Parochiali poſt altare majus. Et demum reliqua applicata ſunt Eccleſiæ PP. Capucinorum, beneficio Reverendiſſimi D. Balthaſaris Liſch, Suffraganei & Adminiſtratoris excelſi Regiminis Niſſæ, ædificatæ.

De Franciſcanorum Conventu ejusque fundatione, quem Niſſæ adepti ſunt, ex illorum faſtis nuper certiores redditi ſumus ſequentibus: An. 1474 die 4 Martii ſuſceptus fuit locus ſanctæ Crucis extra Niſſam, ex quo Fratres noſtri An. 1524 ad Conventum S. Mariæ Magdalenæ in prato ante portam vulgo dictam das Brüder-Thor translati fuerunt, qui quod tempore hoſtili ob vicinitatem videbatur periculoſus civitati, Sereniſſ. Archi-Dux Auſtriæ Carolus, Epiſcopus Vratislavienſis, An. 1620 cœpit exſtruere novum Conventum modernum & Eccleſiam S. Mariæ in Roſis in antiqua Civitate, ad quam relicto Conventu S. Mariæ Magdalenæ Anno 1626 die glorioſi tranſitus S. P. N. Francisci migravimus, ibique usque nunc perſeveramus.

Poſt portam Vratisl. ad primum cornu Cœmeterii, quo ex Civitate itur, à dextris templum ſtetit ſub titulo Inventionis S. Crucis, cujus Dedicatio hodiedum celebratur Dominica ante feſtum S. Crucis. Fundamenta ſolo æquata, viſa ſunt à ſenibus nunc viventibus. Dirutum eſt eo tempore, quo rumor Suecos iterato Civitati appropinquare ferebat, ſub Commendante Cæſareo, cognomento Vende.

Poſt

Poſt portam Mönſterbergenſem ſtetit Sacellum ſub titulo S. Catharinæ cum cœmeterio, cujus inter homines ætate etiam grandævos, quemadmodum S. Crucis, nunc non eſt memoria, qui vidiſſent, niſi rudera. Hoc meminit quidam Religioſus noſter Senior, quod à ſuo Parente, oculato teſte, audiverit, dum ampliandi valli Civitatis cauſſa, & ædificandi mœnia foderent, fundamenta, item corpora veſtita, & ſacculos pecuniæ effoſſos eſſe. Fluit nunc eo loco rivus, ex Mühl-Graben derivatus, qui alluit eine Bret-Mühl und eine Waſſer-Kunſt/ cujus miniſterio aqua totius valli Civitatis exhauriri poteſt, dum in mœniis laborant. Hæc duo ædificia mea ætate ædificata ſunt, ſub Epiſcopo nunc vivente, & diſtant à porta Münſterbergenſi paſſibus ferme triginta.

His accedat, cujus præfatus Dominus Cruciger ſive Canonicus Regularis copiam mihi fecit:

Hiſtoria de Fundatore S. Ordinis Canonicorum ſanctiſſimi Sepulchri Jeroſolymitani cum rubea ✠. Ex Seniorum fide dignis relationibus compertum eſt, quod Sacroſancta Eccleſia Sepulchri Domini Hieroſolymitana, quam, prout fides profitetur Catholica, Salvator noſter Dominus JESUS CHRISTUS ſua corporali inſignivit præſentia, morteque pretioſiſſima, ac ſanguine ſuo ſalvifico rubricavit, demum glorioſa Reſurrectione, & in cœlos aſcenſione, ac Spiritus Sancti miſſione ineffabiliter latificavit, & confirmavit; Illa enim omnium aliarum Eccleſiarum Titulus eſt, juxta illud: De Sion exibit Lex, & Verbum Domini de Jeruſalem; ſuper quam Spiritum S. per fidem Paſſionis effudit, & eam per quatuor Climata mundi dilatavit. Verum, quod S. Apoſtoli per mundum univerſum dividendi erant, ad ſeminandum ſemen fidei in vita æterna, ut in omnem terram exiret ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum reſonarent, ne prædicta Eccleſia, quæ ex Gratiarum Privilegiis, quas Dominus noſter JESUS CHRISTUS ibidem operatus eſt, (primitiva nempe) Paſtore & Epiſcopo careret, ipſi Apoſtoli Spiritus Sancti gratia aſpirati (ut dicit Anacletus Papa) unanimiter communique voto B. Jacobum Minorem in Epiſcopum Jeroſolymitanum elegerunt, & in Cathedram ſtatuerunt, quæ usque in hodiernum diem Hieroſolymis conſervatur, atque in ea ſedent omnes, qui usque ad præſens tempus ſedis illius ſacerdotium ſortiuntur. Servatur ergo cum ingenti ſtudio, velut à Majoribus tradita memoria ſanctitatis, & cum veneratione magna habetur: Hujus enim Electionis & confirmationis feſtum merito celebratur, ab his præcipue Religioſis & Clericis, qui præfatæ Eccleſiæ ex Profeſſione, Libris, Breviariis, & Ordinariis membra cenſentur, uti ſunt Fratres, ſeu

Canonici

Canonici ſanctiſſimi Sepulchri Dominici Hieroſolymitani, qui alio nomine ab habitu & loco Crucigeri Hieroſolymitani prædicantur.

Ad primum igitur ſcribit Divus Hieronymus de Viris Illuſtribus, dicens: In Paraſceve mortuo Domino noſtro JESU CHRISTO, S. Jacobus votum vovit, ſe non comeſturum, donec videret Dominum à mortuis reſurrexiſſe. In ipſa autem Reſurrectionis die ei Dominus apparuit, eisque, qui cum eo erant, dixit: ponite menſam & panem. Deinde Dominus panem accipiens, more ſolito benedixit, deditque S. Jacobo dicens: Surge Frater mi Jacobe, & comede, quia filius hominis à mortuis reſurrexit. Ibidemq; de latere ſuo Dominus veſtem ipſius albam dupla Cruce ſanguinea conſignavit, ad deſignandum, quod ipſe ſuique ſequaces Fratres ac Canonici ſanctiſſimi Sepulchri Hieroſolymitani deberent Crucis ſignaculum deferre coram Regibus & Principibus, & publice ſigno & verbo prædicare, quod Chriſtus in cruce pro hominum ſalute paſſus eſt, & in fine ſæculi cum hoc ſigno apparens, vivos & mortuos judicare venturus eſt. Ob id mortuo demum Divo Jacobo omnes Fratres ac Canonici ſanctiſſimi Sepulchri, uti Simeon, Juſtus, Zacchæus, Tobias, Benjamin, Judas, Narciſſus (de cæteris clare in Hiſtoria Eccleſiaſtica habetur) albam geſtabant veſtem, ad inſinuandam innocentiam Chriſti, & pallium rubeum ad deſignandam effuſionem ſanguinis Chriſti, & crucem deauratam, naturali haud absque ratione: nam ut Avicenna ſcribit, quia aurum fugit ſomnum; ita ipſi prædicatione Paſſionis amara à peccatoribus fugare haberent ſomnum peccati mortalis. Sed quia permiſſione DEI Civitas & Eccleſia Hieroſolymitana, imo totum Regnum & Provincia, atque Diœceſis per quosdam Fratres Militiæ Templi tradita ſunt in manus Saracenorum, hi quamplures ex Fratribus & Crucigeris S. Sepulchri crudeli morte trucidarunt. Nam ipſo die ſanctæ Paſchæ, cum omnis Clerus, & populi Concio devotionis gratiâ finitis Veſperis Bethaniam, montemque Calvariæ Proceſſione ſolenni viſitabant, Saladinus ingenti peditum & equitum Exercitu comparato, eum Hieroſolymam duxit, quam ad Occidentalem plagam obſedit, oppugnationibusque per decem dies fruſtra ibidem continuatis, alia & alia per viginti itidem dies Caſtra fecit, obſeſſique (ingens populi multitudo) deſperatione magis ſuppetiarum adducti, quam oppugnantium timore perterriti, deditionem ea fecerunt conditione, ut cum ſupellectili, quam humeris ſinguli ferre poſſint, abire permitterentur.

Anno 1187. 2 Octobr. ſub 8vo Rege Solymorum Guidone. Saladinus itaque ingreſſus Hieroſolymam campanas primum turribus dejecit, Baſilicæ

filicæ etiam Ecclesiæ Christianorum jumentis ut stabula sunt completa, præter Templum Salomonis olim celeberrimum, & totus ille Canonicorum sanctissimi Sepulchri Hierosolymitani Chorus miserrime interiit, exceptis tribus Fratribus, qui nave inventa forte, absque remige, Deo Duce ad Perusinam Civitatem incolumes pervenerunt, ibique summo Pontifice invento, suæ Sanctitati lamentabile illud excidium in terminis peroraverunt, clamantes ejulatu magno: Heu dolor! fons & origo nostræ salutis defecit, Templum illud Salomonis fama clarum, in quo Dominus prædicavit, Bethleem in qua natus est, Calvariam in qua crucifixus est, ipsius crucem possident inimici, sepulchrum Domini glorioſum, in quo propter nos obdormivit, Saraceni in potestate habent, etsi velint modo Christiani invisere non possunt. En ipsam DEI viventis Civitatem, officinasque nostræ Redemptionis, quam Dominus noster miraculis illustravit, & proprio sanguine dedicavit, in qua primi Resurrectionis Flores apparuerunt, Mahometi Satellites conculcaverunt, & ea urbs nunc scelestæ gentis imperio paret. *His summus Pontifex admodum motus, in signum mœstitiæ, Papali autoritate, habitum nigri coloris duplicata cruce rubea & fericea affixa ferendum eis contulit, dupla cruce aurea Patriarchali dignitate dimissa. Crux ideo data est eis dupla; licet enim Domini nostri JESU CHRISTI crux simplex fuerit, sicut aliæ cruces latronum, formata in modum Literæ Hebraicæ Thau T. Sed Titulus, quem Pilatus posuit, hic est:* JESUS Nazarenus Rex Judæorum, *duplavit eandem. Et in memoriam illius summus Pontifex duplam crucem eis gestare præcepit, ad designandum, quod pro duobus populis, Judæis scilicet & Gentibus Dominus passus est in cruce, ut pariter habeant vitam æternam. Rubeam autem eis crucem gestare mandavit, ad designandam cælestium charismatum gratiam sanctam per sanguinem Christi, quem in cruce pro nobis effudit copiose. Item ut aspicientes rubedinem, animosi & fortes simus ad confitendam fidem Passionis Domini nostri JESU Christi: nam Elephantes colorem rubeum aspicientes, animosiores fiunt ad pugnandum, ut cum Apostolo:* nobis absit gloriari, nisi in cruce & sanguine Domini nostri JESU Christi, per quem nobis mundus crucifixus esse debeat, & nos mundo. *Tum quod Dominus noster JESUS torcular passionis calcavit solus, & de gentibus non erat vir secum, nisi lacrymosa Mater illius Maria, cujus capitis velum præcipue Filii sanguine fuit cruentatum. Igitur in signum hujus crux Canonicorum sanctissimi Sepulchri Dominici Hierosolymitana rubea esse præcipitur. Sericeam vero crucem portare ideo summus ille Pontifex statuit: quia sicut sericum de quibusdam vermibus sine coitu*

procuratur; ſic Chriſtus de Maria Virgine ſine virili ſemine, de Spiritu Sancto conceptus, & natus verus DEUS, & verus homo. Is autem Ordo, ſcilicet ſanctiſſimi Sepulchri Hieroſolymitani, in Synodo Lateranenſi diu inchoatus, ſed aliquamdiu intermiſſus, ab ipſo Innocentio III Pontifice, anno Pontificatus ſui decimo octavo reſtituitur, & confirmatur, ac multis favoribus commendatur. Id quam maxime ſanctum eſt eò, quod quadam Albanenſium peſtifera hæreſis ſurrexerat, quæ tantam in Populo Romano, Cleroque ſeditionem excitaverat, quanta antea nunquam fuit. Quapropter Pontifex ipſe multos cruce ſignatos impulit contra eos arma ſumere: quibus devictis cruciferorum Ordinem inſtauravit multis Privilegiis, & gratiis mirabiliter auxit. Eidem autem ordini poſtmodum Innocentius IV devotione affectus apud Lugdunum exiſtens Regula compoſuit & dedit. Demum vero per Gregorium Papam ad Divi Auguſtini Regulam limitati ſunt.

Hac Hiſtoria deſumpta eſt ex antiquiſſimo manuſcripto Ordinis noſtri Breviario, in feſto Cathedræ Hieroſolymitanæ S. Jacobi Minoris Apoſtoli, primi ejuſdem Eccleſiæ Patriarchæ, & Epiſcopi. Die 14 Martii.

Poſtquam ſic noſtri Hieroſolymis exulaſſent, favore Magnorum in has terras noſtras introducti & fundati ſunt. Niſſam inhabitare cœperunt An. 1190 per Boleslaum Altum, Ducem Vratislavienſem & Lignicenſem, quo tempore Civitas & diſtrictus Niſſenſis nondum erat incorporatus Epiſcopatui Vratislavienſi, ſed primò incorporatus fuit ſub Jaroslao, hujus nominis primo, Epiſcopo Vratislavienſi, 1199. Qui fuit Filius præfati Ducis Boleslai.

Deinde Thomas Epiſcopus Vratisl. circa annum Domini 1238 liberalitate ſua Eccleſiam ſub titulo *B. V. Mariæ in Roſis* dictam, cum adjuncto illi Cœnobio Crucigeris eleganter exſtruxit. Quam alii poſtea conſequentes, utpote Thomas II. Joannes III. Henricus I. Vitus, Nancerus, Prætislaus, Theoricus, & Venceslaus Epiſcopi Vratislavienſes dotarunt, eique optimè proviserunt, impoſita Fratribus ſanctiſſimi Sepulchri cura Hoſpitalis pauperum 12 mulierum, quæ hodienum ex bonis Ordinis Crucigerorum Niſſæ in domo mœnibus antiquæ urbis adſita indies aluntur; habentes in victûs ſubſidium vaccas quatuor.

Interim circa annum 1435 Huſſitæ hæretici, contracta ingenti manu latronum, inſtar torrentis irruptionem in Sileſiam fecerunt, plurima templa ac Cœnobia Catholicorum profanaverunt, everteruntque; inter quæ aliquot celeberrima Cœnobia Ordinis noſtri, quorum unum Reichenbachenſe ab Henrico olim Epiſcopo Vratisl. circa annum Domini 1315 fun-

da-

datum; (quod hodie adhuc est in possessione nostra) alterum Franckensteinense (hoc à tempore graſſationis hæreticæ est sub potestate Senatus, cum cura Hospitalis) beneficentia olim Joannis Sechlo Advocati, & Civium ejusdem municipii erectum ac provisum, & de consensu supra nominati Henrici Episcopi Vratislaviensis, aucta per ipsum dote, in perpetuam curam Lamberto inprimis Præposito Nissensi ejusque conventui cum Jure Patronatus ejusdem commissum, in quibus Cœnobiis pro imperii stabilitate & tranquillitate viri religiosi cum turba pauperum, Dominum deprecabantur; per supra memoratos hæreticos exspoliata & in favillam redacta sunt, qui vesano impetu Nissam usque pervenerunt, cumque suburbia circumcirca devastarent, eorumque ædificia diruerent, ac igni comburerent, (nec tamen novæ urbi quicquam incommodi afferre poterant, ob gnavitatem ac virtutem præstantissimorum Civium, qui ejus mœnia fortiter defendebant) Ecclesiam quoque sub titulo B. V. Mariæ ad Rosas dictam, cum adjuncto Cœnobio, primum sacra supellectili, omnique alio ornatu pretioso spoliatam funditus demoliti sunt, & igne suppositio combusserunt. Facta ibidem promiscua cæde, tam virorum, quam mulierum, quosque in dicto Cœnobio ob infirmitatem valetudinis decumbentes invenerant, ipso etiam Magistro seu Præposito ejusdem Cœnobii Joanne Grwce, viro robore animi & corporis excellenti, qui in tam afflicta sorte miseros egenos solabatur, sicut posteritati antiquitas reliquit, intra parietes Cœnobii crudeliter mactato; cujus postea corpus Fratres in hac ipsa Ecclesia honorifice deposuerunt. Ex Magistris quidam, seu Præpositis tredecim numero pie ibidem defuncti recensentur; utpote, Henricus Hosemplos, primus ejus loci Cœnobiarcha. 2 Hugo. 3 Lampertus. 4 Theoricus. 5 Jacobus. 6 Bernardus. 7 Ægidius. 8 Thilo de Lubschitz. 9 Joannes de Reinbach. 10 Petrus. 11 Joannes Guthman. 12 Matthias Villorich. 13 Joannes Zeler.

Locus iste postea Patribus Franciscanis, ut vocant Reformatis, concessus est, ubi nunc Ecclesiam & Conventum construxerunt, retento titulo Ecclesiæ B. Mariæ ad Rosas; cujus imaginem in Sacello à cornu Epistolæ in Ecclesia super altari reservant, quæ nec olim, nec nunc est miraculosa. Hac lugubri clade affecti, ac omni fere ope destituti Fratres Ordinis nostri, pia tandem munificentia Conradi Episcopi Vratisl. Principis liberalissimi, intra mœnia novæ urbis, pro securiori residentia evocati, novum deinceps domicilium in platea primum Institorum (Kramer-Gaß) constituerunt, anno 1433. Quia vero locus iste pro Cœnobio & Ecclesia

minus aptus judicabatur; Idem Conradus Episcopus ex mera liberalitate, in animæ suæ remedium salutare, & Ecclesiæ Vratisl. decus & honorem, Magistro cruciferorum & Fratribus, Braseatorium (dicitur nunc forum salinarium) ad curiam suam Episcopalem in Nissa pertinens, una cum area & planitie inter idem Braseatorium & fluvium situm, de consensu & voluntate Vener. Capituli Vratisl. pro situ, & ædificatione Ecclesiæ & habitationis nostræ adsignavit, ac testamenti nomine legavit; Ubi postmodum nostri ibi & domicilium & Ecclesiam haud exiguo censu construere cœperunt, applaudente Magistratu, totaque urbis, ut ajunt, communitate ad id consentiente. Quam Ecclesiam Divæ Virgini in Cœlos assumptæ dedicaverunt.

In loco isto quietè viximus, usque ad tempora illa, quibus Jesuitæ zelo propagandæ majoris DEI gloriæ, majores Civitates incolere æstuabant. Hi Archi-Ducem Austriæ Carolum, quem artibus suis & blandimentis sibi admodum devinxerant, eo permoverunt, ut Fratres nostros autoritate sua ad locum illis cedendum flecteret. Quo facto, Templum nobis SS. Petri & Pauli, in extrema thule, ad murum Civitatis situm, cum magna (sine executione tamen, quæ ob mortem Archi Ducis intervenientem interrumpebatur) promissione contulit, prout literæ originales pluribus asserunt, sub dato 14 Apr. 1622. Erant huic templo annexæ perexiguæ habitationes, à parte anteriori in platea Fratrum (Brüder-Gaß) Taberna olim vinaria (quæ nunc est sedes Præpositi) Reipublicæ, postea Lutheranorum violentia pro suo exercitio aliquamdiu injuste occupata. Episcopo autem, Principum ac Statuum Silesiæ decreto, jure reddita. Item stabulum, qui locus olim S. Francisci Monialium Tertiariarum fuisse fide dignis relationibus perhibetur, ipsique S. Petri templo contiguus esse noscebatur, ideoque ad eundem spectasse à primæva sui extructione, atque fundatione nullo modo ambigebatur, quique tunc sub usu & fructu Senatus Nissensis diu permanserat, vulgo Marstall und Malzhoff dictus, nobis cum dominio & potestate deputatus est.

In loco isto miserabili ad hunc usque diem vivimus Fratres numero 23, qui Superiorem in præsenti veneramur Urbanum Casparum Stentzel, cujus Prædecessores usque ad primum numerantur 36, quorum nomina sunt:

1 Henricus de Hosenplos.
2 Hugo.
3 Lampertus.
4 Theodoricus.
5 Jacobus.
6 Bernardus.
7 Ægidius.
8 Thilo de Lubschütz.

9 Joan

9 Joannes de Reinbach.
10 Petrus.
11 Joannes Guttman.
12 Matthæus Villorich.
13 Joannes Zeler.
14 Joannes Grantz.
15 Joannes Grund.
16 Marcus Kraufspenhaar.
17 Antonius Schwammelwitz.
18 Joannes Ungſaube.
19 Stanislaus.
20 Andreas Zhielg.
21 Andreas Neumann.
22 Petrus Birner.
23 Gregorius Fruhmann.
24 Laurentius Grimm.
25 Matthæus Adam.
26 Martinus Lagus.
27 David Jüngling. *Is renuit migrare de foro ſalis.*
28 Daniel Michael. *Sub hoc migravimus ex foro ſalis ad SS. Petr. & Paulum anno 1623.*
29 Joannes Rayman.
30 Paulus Hancke.
31 Matthias Poſanay.
32 Dominicus Farruſius. †
33 Franciſcus Nentwigius.
34 - - -
35 Joannes Georgius Alex. Conrad.
36 Joannes Ferdinandus Piſtorius.

Notandum: frequenter ordo noſter, decedentibus, Fratribus adminiſtratus eſt per extraneos, & ideo numerus Præpoſitorum ad tam exiguam ſeriem eſt reſtrictus. Dominico Farruſio hoc memoriale poſuit Joannes Jacobus Brunettus, Canonicus Vratisl.

D. O. M.
Dominico Farruſio,
Italo, Proto-Notario Apoſtolico, Comiti Palatino,
S. C. M. Conſiliario per Boëmiam, Moraviam & Sileſiam,
Canonicorum Reg. SS. Sepulchri
Hieroſolymitani Niſſæ ſupremo Præpoſito,
Natalibus rerumque experientia claro,
Qui Ordinem pene extinctum & Præpoſituram hanc jam labantem
Impenſis, labore, zelo,
Priſtino decori
Reſtituit, evexit, rexitque per decennium.
Die 18 Octobr. Anno Chr. 1655 hic requieſcenti
Monumentum hoc grati animi teſtimonium
Joannes Jacobus Brunettus Canonicus Vratisl. poſuit.
Orate pro eo.

† Farruſius ædificavit Capellam SS. Sepulchri.

Hujus immediatus Succeſſor, Franciſcus Carolus Nentwigius, dextero ſuo modo agendi cum Majoribus, etiam animum cujusdam Perilluſtris Helenæ Schmeſchkalin ſibi devinxit, ut morti proxima, Ordini noſtro per teſtamentum bona Kunzendorffenſia in Ducatu Oppolienſi legaverit, cum onere ſingulis diebus *Miſſam dicendi de Requie* alternis vicibus pro ſe, & Henrico Marito ſuo, cum Pſalmo *Miſerere* in fine, dicendo à ſacerdote genuflexo ad gradum altaris. Id quod ſua Sanctitas Bulla ſpeciali confirmavit. Is Infulam Pontificalem, cum privilegio denuo confirmato portandi Rochetta, Epomides & Mantella, à ſede Apoſtolica impetravit. Verbo: non eſt locus in poſſeſſione noſtra, ubi viri hujus apoſtolice zelantis pro gloria Ordinis, non exſtaret memoria, inveterata reſtauravit, diruta aut devaſtata funditus ædificavit &c.

Deſumpſi hæc ex literis originalibus, quas habemus in Archivo Ordinis noſtri &c.

Hagecius in Chronica Boemica fol. 277 &c. hæc recenſet: An. 1188 ſub Urbano III venerunt tres Canonici SS. Sepulchri Hieroſolymâ, rubris palliis induti, & rubris duplicatis aureis crucibus, primo nomen Wilhelmus, 2 Georgius, 3 Seneca, petentes ſibi, propter interceptam à Soltano Hieroſolymam, veſtem lugubrem dari, usque dum locus ille recuperaretur à Chriſtianis, ſe tum denuo rubra pallia cum aureis crucibus portaturos, cui petitioni Pontifex annuit. Idem fol. 186 dicit Præpoſituram Zeraſienſem Neo-Pragæ ad SS. Petr. & Paul. ædificatam An. 1090.

An. 1267 urbs à morbo epidemico quinque hominum millibus privata fuit.

An. 1284 ab Henrico IV ſeu Probo, Thomam II Epiſcopum perſequente, direpta fuit atque vaſtata.

An. 1333 gravi rurſus cum peſtilentia conflictata fuit civitas.

An. 1405 poſt nivium reſolutionem aquarum eluvione urbis portæ everſæ ſunt.

An. 1428. 16 Martii à Thaboritis ſuburbia exuſta fuere: poſt biduum acre cum hoſte prælium commiſêre Niſſenſes, à Patre Crugerio hæc in verba deſcriptum: *Effuſi in Sileſiam Thaborita, caſtra ad ipſam Niſſam duobus prioribus diebus locaverunt. Et quamvis ferro, flammaque in ſuburbium ita graſſati ſint, ut interfecta aliquot millia ſexus utriusque ab hereticis, in MSt. veteri, ac illis calamitatibus coævo collegii Crumlovienſis, adnotentur; Catholici nihilominus cives, intra urbem obſeſſi, terrore illo omni ad indecoras conditiones deditionis prope neceſſaria non ſiverunt ſe*

com-

compelli. Quid? tanta ſubinde virtus fuit in Niſſenſibus, ut hac ipſa die, qua erat Jovis ante Dominicam Paſſionis, extra portam etiam erumperent Viri profecto Martiales, ut qui monſtra illa Huſſiticæ militiæ, Procopios inquam raſos, ideo ſic dictos, quod ſacerdotes, veri antequam milites eſſent, ac etiam à ſceleratis trophais magnos cognominatos, nullatenus extimeſcerent, ſed in horridos eorundem omnino vultus, non tantum inſpicere cominus, ſed & ferro depugnare auderent. Barbari impotes ferre tam inſolentem audaciam, ex tempore inſurgere, manus ſanguini Catholicorum effundendo jam pridem aſſuetas, ad arma horrida extendere, ac victricia toties ante ſigna, in irrumpentes cum clamore incondito inferre. Duravit diem medium atrox in ſuburbio prælium: ſed ultimo in Thaboritas, penes quos expeditius nimirum erat robur militiæ, inclinabat victoria. De occiſione proinde Catholicorum, deque urbis Niſſenſis extrema pro more Huſſitarum ſubverſione conclamabis! Et erant hæc in proximo, niſi DEUS in tanto periculo ſuis fidelibus præſens adfuiſſet, atque virtus præterquam Sileſia, Bohemica etiam, inſinuatas geminas calamitates in tempore avertiſſent. Quomodo porro? Putha Czaſtolovicius, Baro Bohemus pro Epiſcopo, ut nunc vocamus, Niſſæ Commendans, Catholicis extra urbem extreme laborantibus, cum recentibus plane Bohemorum, qui ſub eo merebant, auxiliis ex urbe ſupervenit: Hæ ſuppetiæ, unaque fortiſſimus Dux, ita pugnantium Niſſenſium animos inſtauraverunt, ut, qui jam retrocedere cœperunt, denuo frontem fronti opponerent, impulſoresque Thaboritas cum clade non tantum reprimerent, ſed & campo denique prope toto emoverent. Nox interveniens neutri parti certam victoriam denique effecit; quia neutri partem oppoſitam clare vicerunt. Cives tamen ſibi omnino viciſſe viſi ſunt, eo quod Thaborita ſummo mane, poſtquam de nocte caſtra incendiſſent, collectis vaſis, non ſatis glorie, Brigam verſus abiviſſent. Campum medium, quo pugnatum eſt, & viciniam omnem millia prope quatuor, partis utriusque occiſa, ſuis cadaveribus opleverunt. In loco prælii ſtat lapidea columna calamitatis, ac una Catholica Niſſenſium civium virtutis, memorabile latino textu monumentum. Vidi præterea in curia victricis urbis, cum in ea Rhetoricen ante annos XXVIII profiterer, ſuperſtites indices extraordinariæ fortitudinis, ſagittas, arcus, ac maxime ingentes clypeos, à profugis Thaboritis collectanea belli vaſa, ex quibus velut indicibus colligas extraordinariam fortitudinem Bohemorum ſubinde hominum, qui his omnibus in Catholicos acerrime depugnabant, vel etiam contra incurrentes hos ipſos ſeſe velut aggeribus Roma-

no

no more affecta è clypeis, testudine, muniebant. An porro circa hanc inundationem martyrizati sint aliqui ex intercepta S. Mariæ Magdalenæ Ordinis fratrum minorum S. Francisci Cœnobio, itemque Collegiata D. Joannis Baptistæ Ecclesia, non habeo certum quid, ne traditione quidem, adjicere: illud certissimum, utriusque sacra ædificia à flammis sensisse maleficium, & si qui sacri homines intercepti fuerunt, sine omni dubio diros inter cruciatus animam ejicere debuisse. Hæc nimirum accessoria ubique Thaboritarum erant, ut, postquam cœnobia religiosorum præcipue hominum ignibus incenderunt, eadem non aqua, sed sanguine incolarum restinguere solerent.

An. 1432. 14 Julii Nissa alveum excedens, & suburbiis alte superfusus, pontes, molendina, cataractas, patibulum & alia plurima vastavit, diruit, abduxit.

An. 1468. 13 Novembr. ab Episcopo Rudolpho Hebræi ob flagitiose tractatam Eucharistiam post duorum florenorum millium mulctam urbe ejecti sunt.

An. 1501. 20 Augusti aquarum eluvio tanta fuit, ut in Ecclesia RR.PP. Franciscanorum aræ principi superfunderetur.

An. 1525. 14 Junii dimidia Civitas una cum arce conflagravit: post quod incendium Jacobus de Salza Vratislaviensis Antistes sedem Episcopalem magnifice restauravit, restauratæque in suo hypocausto inferibi fecit sequentia:

SIBI & GRATÆ POSTERITATI.

Quam sedem hodie insigniter amplificat (pl. tit.) Sereniſſimus & Reverendiſſimus DD. Franciscus Ludovicus Episcopus Vratislaviensis &c. qui etiam post portam Mönsterbergensem ad ripas fluvii Nissæ ex una, & fluvii Mühlgraben ex altera parte exstrui fecit magnis sumptibus, in quo certant, quæ magnificentiam in decore, & munificentiam in pretio, præ se ferunt.

An. 1542. 26 Maji trecentæ domus, & plures una cum Parochiali Ecclesia voracibus flammis absumptæ sunt.

An. 1632. 10 Septemb. Nissa à Saxonibus hostiliter occupata fuit, hoc tamen adhuc anno à Cæsareis recuperata.

An. 1642 A Torstensohnio Suecorum Archistratego, cui oppugnanti generose aliquamdiu restiterat, d. 8. Junii tandem capta, extreme vexata, imo extorsis prius quindecim Imperialium millibus (50000 leguntur apud Frid. Lucæ in Chronico Silesiæ, (more, quo augere solet & errare frequenter Autor ille) trecentis vini, cereviſiæ ducentis dolis, *aliis-*

que

que quam plurimis victualibus, penitus hoſtili more direpta fuit, & vaſtata, divinitus tamen poſtmodum (ſi vulgo fides habenda) ab hoſte liberata. Viſionem tum factam R.P. Crugerius ita deſcribit: *Qui temporibus* (nimirum S. Jacobus Apoſtolus, cujus ibi d. 25 Julii celebrat memoriam) *paci univerſalieri proximioribus propitium ſe ſua urbi exhibuiſſe circumfertur in albo equo: & quidem die ſibi ſolenniori, infuſo ex ſua præſentia terrore Niſſæ, qui reſiduos Suecos effugarit. Sit fides penes populum affirmantem, cujus vox ſolet eſſe vox DEI. Hinc denuo ille Poëta:*

Libera ſuppetiis urbs eſt cœleſtibus, annis
Hac nunc fama cavit poſthuma, vera ſatis
Vox populi iſta probat, quis contradicere poſſit?
Credimus interea, vox probat iſta DEI.

Inſidebant Sueci Niſſæ, & tanquam ſua abutebantur civitate; nullus in vicinia erat miles Cæſareus, à quo quid timerent. Ecce tibi S. Jacobo die ſacra Eques quiſpiam, ALBO EQUO inſidens, devehitur in urbem, vigilibus perterritis adeo, ut ne contra hiſcerent, multo minus rogarent, quis eſſet? & unde veniret? ubi ſemel iterumque forum obequitaſſet, demum ſe per portam alteram ejecit, ac diſparuit. Exinde quod humana ſpecie quid auguſtius ſpectrum præ ſe tulerat, timore panico corripiuntur hoſtes, ac quaſi jamjam à ſuperventuris numero maximo Cæſareanis, opprimendi omnino in fugam præpoperam, quo ſe, cives quid aliud fecerunt impellente equidem numine & Jacobo Niſſæ Patrono, portas poſt abeuntes Suecos claudunt, arma corripiunt, ac tamdiu ſervant, quoad Commendans cum milite Cæſareo ſubmitteretur, ac quæ erant neceſſaria, ad propugnandam urbem, ſi hoſtes redirent, providerentur.

Ante annos quinquaginta, & quod excurrit, in ſagas & maleficas ignem ſuppliciis ſevere fuit animadverſum iſthic locorum, in opidis præſertim ad Bilam amnem ſitis, à quo Striges illæ meo judicio Magæ Bilenſes (Biel-Welſen) audire cœperunt: id quod in lingua vernacula aliquando nobis annotantes, NISSAM, contra Huſſitas ſive Orphanos (die Welſen) ſtrenue quondam pugnantem, & ſagas illas annis ſuperioribus ſevere caſtigantem ſequenti allocuti ſumus rhythmo:

Die Weiſen ſchlugſt du todt/ die Huß dir hat geſandt:
Die Weiſen/ ſo die Biel dir gab/ haſt du verbrandt:
Du pflegſt auf ſolche Weiß viel Weiſen abzuweiſen:
Doch ſeynd viel weiſe Leut/ von denen du zu preiſen/

So du gebohren haſt/ die halte lieb und werth/
Die ſind die Weiſen/ ſo dir GOttes Gnad beſchert.

SAPIENTES autem, & doctrina præclari Viri, quos NISSA genuit, à noſtro in Sil. Togata prædicantur ſequentibus:

WENCESLAUS CROMERUS à KRIPPENDORFF.

Inter eos quidem, quos ſilentio præterire nefas exiſtimo, occurrit mihi quoque Wenceslaus Cromerus eo magis poſteritati commendandus, quo præclarius ipſum de univerſa Sileſia meritum fuiſſe multis, iisque indubitatis indiciis cognovi. Natus ille Niſſæ Sileſiorum anno 1543, ſtudia humaniora, quorum tyrocinia in patria poſuerat, Viennæ Auſtriorum, tum Ingolſtadii, & in aliis Germaniæ Academiis laudabiliter tractavit. Magiſter Artium & Philoſophiæ denunciatus Ingolſtadii, ubi & Jurisprudentiæ operam aliquot annis navavit, Præceptore potiſſimum uſus Nicolao Everhardo, JCto Clariſſimo, exindeque perluſtratis inferioris Germaniæ Provinciis in Patriam rebus bene geſtis revertit.

Nullis occulitur Virtus generoſa tenebris,
Conſpicuum fundens Pharos ut Nilotica lumen.

Nec ergo latere diu potuit: ſed ea ſtatim eruditionis ſuæ ſpecimina exhibuit, uti à Martino Gerſtmanno Epiſcopo Vratislavienſi in Conſiliarium & Secretarium adſciſci meruerit, eundemque dignitatis locum apud illius ſucceſſorem Andream Jerinum, Præſulem, obtinuerit. Hoc terris erepto, Bonaventuræ Hanio, in Epiſcopum unanimi Patrum calculo legitime electo, eidemque adfini ſuo conſtanter adhæſit, Pauli Alberti autem partibus graviter adverſatus fuit, donec poſt Pauli obitum à Joanne Sitſchio, novo Antiſtite Epiſcopatus Vratisl. Procancellarius, Capitaneus in Freiwalda & Saubsdorff, nec non ab Illuſtriſſimis utriusque Sileſiæ Principibus, atque Ordinibus communis provinciæ Syndicus creatus fuit. A quibus in graviſſimis negotiis ad Aulam Divi Rudolphi II Imp. aliquoties miſſus, rebus pro patria feliciter expeditis equeſtrem dignitatem, perpetuum virtutum ſuarum teſtimonium applauſu & gratulatione domum reportavit. Hiſtoriarum ſtudio, cum Vir magni laboris, ſummæque induſtriæ, ac lectionis plane reconditæ flagraret, Martinus Epiſcopus ei ad Hiſtoriam Sileſiæ ſcribendam, abſolvendam edendamque mille taleros legavit. Et cœpit quidem ille eam Hiſtoriam juxta ſeriem Epiſcoporum Vratislav. ſuperſtite adhuc Martino adornare. Cæterum ſive publicis Reipubl. & Aulæ Epiſcopalis negotiis, ſive aliis difficultatibus impeditus ad umbilicum non deduxit,

ſed

ſed duntaxat ad obitum usque Conradi Epiſcopi perduxit. Tametſi vero eam expoſitionis ſuæ partem, jam ſatis haud dubie enucleatam, eleganti manu deſcribi curavit, ac Bibliothecæ B. Joannis in Inſula Vratisl. conſecravit: illam ipſam tamen in miſeranda illa Bibliothecæ direptione, quæ anno 1632 contigit, cum reliquis libris deperiiſſe non ſine dolore cognovimus. Ut nunc quidem non niſi Scheda, etſi minime integra, ſuperſint, primam ſive concinnationem, ſive delineationem hiſtoriæ illius patriæ continentia: Quæ Nobiliſſimus Fridericus Maximilianus Röthel ab Hennerdorff, Cromeri progener, lubens volensque nobiſcum communicavit. Vitæ ac gloriæ ſatur ex oculis, non memoria abiit Vratislaviæ anno 1608 ipſis Kalendis Decembribus, in æde Cathedrali D. Joannis honorifice tumulatus. Sil. Tog. lib. 5. N. 25.

FRANCISCUS LANGER, J. U. D.

Ætate hac noſtra ſcientiæ plus ſatis eſſe, conſcientiæ parum, magni viri jam pridem ſunt conqueſti. Jurisprudentiæ quidem noſtræ, ut propria vineta cædam, tot abuſus, tot cauſidicorum ſutelæ (cautelas volui dicere) ut omnis paſſim æquitas corrupta videatur, lites in immenſum creverint, atque etiamnum creſcant. At nihilominus ſancta res eſt Jurisprudentia, & nonniſi ſancte, hoc eſt, integra conſcientia, candide & ſincere ea tractanda, qui cupit Themidos myſta, qui Juſtitiæ ſacerdotis titulo cohoneſtari cupit. Gaudere hac gloria potuit Franciſcus Langerus, non is rabula aliquis caninâ facundia exercitatus (apage hos litium conſarcinatores, togatos vultures, hirundines forenſes, peſtes Civitatis, quocunque ſe tandem velo pallient, venditentque) ſed Jureconſultus inter Sileſiæ primos, vir exquiſitæ doctrinæ, promptæque humanitatis & candoris, amplisſimo Reipubl. Vratisl. Scabinatui per totos 26 annos à ſecretis, in eo munere fide tam bona & ſingulari tamque accurata diligentia verſatus, ut Juſtitiæ illam ſedem ac ſacrarium ipſe quoque pro ſua parte egregie condecoraret: ob id gratus, charusque effectus magnis viris, à quibus laudari & amari magnus virtutis fructus eſt. Natus Niſſæ, urbe Epiſcopali, VI Kal. Maji anno 1565, tyrocinia ſtudiorum in Metropoli Sileſiæ poſuit. Philoſophiæ autem & Jurisprudentiæ in Francofurtana, Lipſienſi & Helmſtadienſi Academiis operam dedit. Doctoris laurea in Athenis Helveticis poſt edita ingenii excellentioris ſpecimina, habitamque publicam diſputationem *de ſtipulationibus dividuis & individuis* ex decreto amplisſimi Jureconſultorum Ordinis à Samuele Grynæo Decano, ſub Rectoratu

D. Felicis Plateri, Archiatri Basileensis, publice ac solenniter adornatus die 5 Aug. An. 1595, sequenti autem scabinographus creatus pie, placideque, qualis in tota vita fuerat, ex hac decessit 11 Kal. Novembr. 1622, quasi non satis etiam bonus, utilisque publice, nisi exemplo suo filium relinqueret εὐένυμον multis ornamentis, ingenii ac virtutis præditum, atque à Jure Civili, ab historia, à literis politioribus bene instructum. Versus scripsit elegantes, & ad amussim bonos, ut merito cecinerit de eo Conradus noster:

Ni te mancipium Themis Eunomieque tenerent,
Clejo te Phœbum diceret hercle suum.

Luxerunt ejus obitum Viri eruditi passim: nec defuerunt, qui epicediis carminibus honorarunt.

In Symbolum ipsius

Festina lente:

Nec qui festinat, nec qui procrastinat, usque
Rebus prudenter consulit ille suis.
Nil facit hic, sed nec properans bene quid facit ille,
Non habent eventus res properata bonos.
Utere consilio, festina lentus, & insta;
Sic bene cedet opus, sic tibi surget opus.

Sil. Tog. lib. 7. No. 37.

NICOLAUS TINTZMANNUS, D.

Sæculi sui instrumentum haudquaquam inutile vixit Nicolaus Tintzmannus, Nissensis, Philosophiæ & Medic. Doct. eques Auratus, Ecclesiæ Vratislav. Cathedralis Scholasticus, Collegiatarum autem S. Crucis & Nissensis Canonicus, Vir eximie doctus, ac sacris quidem sic addictus, ut quamvis περιοδεύειν non ageret, ægrosque Senecæ verbo perambularet, petentibus tamen pharmaca reparandæ sanitati congruentia, felici plerumque successu in morbis, præsertim mulierum, præscriberet. Insulam S. Joannis egregiis aliquot ædificiis, templum cognomine insigni Sacello, ubi & monimentum, quod sibi vivens posuit, visitur, exornavit: Scholam ejusdem ruinosam intus & extra refecit, atque instauravit, aliaque plura in usum Ecclesiæ de suo præstitit, propter quæ.

Semper honos, nomenque Viri laudesque manebunt.

Cattis sive felibus perpetuis illis murium inimicis, à quibus & hominum nonnulli naturali quadam antipathia sic abhorrent, ut non desint eorum exempla,

exempla, qui latitante in cubiculo fele deliquium animi paſſi ſunt, usque adeo ipſe delectatus fuit, ut plures ſemper aleret, pane & carnibus pinguefaceret, nec poſſet ipſe comedere, niſi & ii adeſſent, & caudis ſuis adularentur. Mortalitatem explevit venerandus ſenex, duobus quippe annis ſeptuagenario major, Vratislaviæ Anno 1617, qui & aliis doctiſſimis hominibus, & inter hos nobiliſſimis rei medicæ viris *Balthaſari Gitlero* Leorino in Academia Lipſienſi Profeſſore Publico, & *Eliſæo Leſchio* Gurenſi, Practico Vratislaviæ feliciſſimo, fatalis fuit: cum ille quidem pæne nonagenarius eſſet, hic vero non niſi ætatis annum 45 ageret, vir utique longiore vita dignisſimus:

Me Canones, Hygiaque ſagax fecere celebrem,
Ædibus exſtructis nomina longa geram.
Sil. Tog. Lib. 8. No. 33.

BALTHASAR NEANDER.

Balthaſaris Neandri, Theologiæ Doctoris, Canonici & Archi-Diaconi Eccleſiæ Cathed. Vratisl. & eruditionem qua ſacram, quo profanam, & præclaras virtutes non agnovit ſolum Sileſia, ſed & ſuſpexit: cui quidem laudem ego ſuam minime ob id præreptam velim, quod in Religionis negotio à nobis diſſenſerit. Anguſti ſiquidem eſt animi, & parum ingenii, ob partium ſtudium jus ulli ſuum intervertere. In Neandro ſane plurima fuerunt honoris ornamenta, ingenium omni honeſta & liberali doctrina cultum ac perpolitum, memoria felix & tenax, judicium acre ac limitatum, ſingularis facundia, & dicendi vis inexhauſta, tum blanda vultus & extra faſtum gravitas, ut cum Auſonio dicam:

- - - - mite ſerena
Fronte ſupercilium, ſed pectus mitius ore,

aliæque animi dotes eximiæ, quibus ſumma & gratia & exiſtimatione apud noſtros quoque eo magis floruit, quod pacis amantiſſimus fuerit. Natus Niſſæ Anno 1566. Anno 1619 inter Bohemiæ motus adverſus Ferdinandum, quamvis jam Regem Romanorum Francofurti ad Mœnum fruſtra reclamantibus Bohemis ab Imperii ſeptemviris renunciatum magis magisque invaleſcentes, poſt glorioſæ rupta vitæ ſtamina oculos morti clauſit.

Biblia quæ, Patres quæ, quæ Sophia alma profeſſa eſt,
Mi labor ante fuit noſcere, nunc honor eſt.
Sil. Tog. lib. 8. No. 38.

Quem tamen alii non Niſſæ, ſed Otmuchoviæ natum fuiſſe tradunt: & ſane his plus fidei, quam Henelio habendum eſſe, ex Monumento, quod Reverendiſſimo huic Viro in Æde S. Joannis Vratislaviæ erectum fuit, colligitur; illud autem ſic habet:

Hic quicquid clauditur
mortalitatis,
Balthaſar Neander Otmuchovia-
Archi-Diaconus & Canon. Eccleſiæ
hujus reponi mandavit.
Tu interea, quisquis fueris,
Ut bene ſit animæ,
Bene apprecare,
& Vale.
Obiit
A. 1619. die 6. Sept.

BARTHOLDUS FULLSCHUSSEL.

Poſteritatis memoria dignus plane Bertholdus Füllſchüſſel, Niſſenus, Præpoſitus S. Ægidii Vratislaviæ, non tam quod Wenceslai Lignicenſium Ducis ejusdemque Epiſcopi Vratislavienſis Archiater fuit à curandi felicitate perquam celebris, quam quod teſtamenti ſui tabulis, cum vir eſſet locupletiſſimus, Collegium certum Prælatorum & Canonicorum commodo aliquo loco inſtituendum fundavit, ac neceſſarios ad id cenſus legavit. Quam quidem rem cum Nicolaus de Olavia, Curiæ Epiſcopalis Notarius, teſtamenti exſecutor urgeret, Wenceslaus, quem dixi, Epiſcopus opidum Ottmuchovienſe, in cujus caſtro tunc frequenter Præſules reſidebant, velut magis opportunum delegit, & Eccleſiam Parochialem S. Nicolai loci ordinaria Autoritate collegiatam fecit: & villam Henrichsdorff ad menſam Epiſcopalem ſpectantem cum omnibus juribus, dominiis, redditibus, cenſibus, decimis, agris, agriculturis eidem donavit. Conſtituit autem Prælaturas duas, Præpoſituram & Decanatum, ac præterea Canonicatus tredecim. Factum id circa annum Chriſti ſupra mille trecentos ſexto & octogeſimo.

Sil. Tog. lib. 9. No. 1.

DAVID MILESIUS, D.

Ne claros inter Sileſios incognitus plane ſit David Mileſius Niſſenus, Poëta

Poëta & Medicus juxta inſignis diverſis carminibus editis prohibuit: in queis elegia ad Ducem Boruſſiæ Anno Domini ſupra mille quingentos ſeptimo & quadrageſimo ſcripta, cui acceſſit Heroico verſu proverbium, *Homo homini DEUS:* cumprimisque montium Germaniæ deſcriptio metrica cum aliis viris doctiſſimis, tum Henrico etiam Meibomio tractatu *de pagis antiquæ Saxoniæ* laudata: etſi poëma ipſum ut legendum nanciſcerer hautdum mihi licuit eſſe tam beato. Supremum in arte Pæonia gradum accepiſſe in ejus ad Viadrum urbis Academia, quæ à Francorum vado ſortita nomen Francofordia appellatur, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto, Decano Gregorio Carbat Doctore ex Chriſtophori Stimelii D. oratione ſeculari ibidem anno 1606 habita videre licet. Quibus autem in locis, quamque diu poſtea vixerit, indagare hucusque minime potui.

Teſtes Teutonici, quos ornas carmine montes
Parnaſſi bifido te cubuiſſe jugo.

Germanus Fauſtus.

Te numerat primos inter Germania vates;
Quin & grata tuum jactat Oreas epos.
Sil. Tog. lib. 9. No. 5.

MARTINUS HELWIGIUS.

Niſſenſis, Vir fuit inſigni probitate, & Græcæ & Latinæ literaturæ peritiſſimus: itemque Mathematicus perquam egregius. Faſces Scholaſtici regiminis geſſit in ludo Vratislavienſi ad D. Mariæ Magd. per annos complures. Inſignem haut immerito famam adeptus eſt, edita Sileſiæ Tabula Geographica, quam Caſpar Peucerus, cum & dignam contemplatione, & neceſſariam hiſtoriarum lectioni arbitraretur, & ea diligentia abſolutam eſſe animadverteret, ut deſiderari in ea nihil poſſet, Studioſis Academiæ Wittebergenſis publico ſcripto commendavit. Abrahamus autem Ortelius, harum rerum optimus Judex, tanti fecit, ut pulcherrimo orbis terrarum theatro inſerendam cenſuerit, & ad quam adeo verſibus, qui ſequuntur, alluſit Franciſcus Faber:

Tu vero quid dudum oculis, Niſſæ ô bone nitas
Helwigii admonitore tui? ceu nulla renatæ
Gloria ſit patriæ? fruſtra ſylvæque lacuque
Camporumque ſitu obiti, dimenſaque certis
Oppida quaque locis? noſtri quaſi regia montis

Perpetuis vulgata typis gratissima non sit?
Quin hunc utilium patere ut solertia rerum,
Impensumque Scholis studium & labor evehat ardens,
Subnixumque suis inter præclara virorum
Nomina in æternum fama decus evolet alis.

In Poësi quoque haut infeliciter versatum fuisse docent carmina varia ab eo scripta, in queis festivum illud ad Jeremiam Venetum JCtum Epigramma heic adscribi meretur;

Erubui, floremque manu trepidante recepi,
Suave rubens regum nomina scriptus erat.
Quam dederam, non hoc pensanda est flore tabella.
Quid facis? an quisquam, quod datur, ipsa emit?
Gramina seu tamen hic, seu pingues inter aristas
Creverit: ô surgat multus, amice, tibi!

Fabro, quem dixi, familiarissime usus est, & amicitiam cum illo integram & illibatam adeo coluit, ut si magnæ & perfectæ amicitiæ ex omnibus causis maxima censenda est ἡ συνδρομία, nemo equidem dubitaret

- - - amborum fœdere certo
Consensisse dies.

Exstat Fabri epigramma nuncupatorium, quo Sabothum ei suum dedicat, ex quo vel solo judicari potest, quantum ille & doctrinæ & autoritati Helwigii tribuerit;

Displicuit dudum mea Silesia: proinde velut merx
Putida vindicibus disperiisset aquis.
Aut consumpta rogo, vel olentibus obsita Scombris
Desierit Pluteis esse molesta meis.
Quod vero superest meritis imperdita fatis,
Nec limam piguit sustinuisse novam:
Helwigi id omne tuum est. Nam te suasore Sabothus
Nescio qui cœpit charior esse mihi.
Ergo eat & Fabri post funera, si qua futura est
Posteritas, nostri temporis acta legat.
Aut si non leget, ut proprios habitura labores,
Scripta sit hæc saltem vana querela mihi.

In communem hinc locum, cum vixisset annos octo & quinquaginta, abiit septimo Kalendas Februarias anno salutis supra sesqui millesimum quarto & septuagesimo. Sil. Tog. lib. 9. No. 8.

JOAN-

JOANNES à LIMPURG, cognomento Holtzgraff in Kain & Malendorff.

Cui ab officio, quod Pater gessit, origo Duisburgo-Clivensis, cum relicta patria mercatori cuidam Vratislaviensi operam navasset, pro se ipso negotiari exorsus, fixo Nissæ Silesiorum urbe Episcopali domicilio, ductaque ibidem uxore ex stemmate honorato, sua industria, solertia & vigilantia, sed cui benedictionis divinæ adspiravit Favonius, amplissimas opes consequutus fuit. Filium is suscepit, & reliquit unicum fortunarum hæredem Joannem eumque minime omnium Duisburgi, sed Nissæ in lucem editum. Ut animum mirari subeat, cur in epitaphio Vratislaviæ in æde Magd. illi erecto scriptum sit, ac si Duisburgum Cliviæ, matri licet nunquam visum infantem exceperit. Manifesto utique errore; sed cujus causas scrupulosius indagare non libet. Hoc saltem monere volui, ne quis monumenti illius fide deceptus Cliviæ ducatui vindicet, quem Silesium fuisse, certo, non arbitrario, scimus. Amicitia mihi cum patre & filio intercessit haut vulgaris. Et ad hunc quidem quod attinet, liberaliter is domi educatus, cumque primum per ætatem licuit, præceptoribus non Mercurii sed Minervæ artibus erudiendis traditus, patris fefellit minime vota, sed indolem animumque, ex quo præsertim doctore atque Ephoro Martino Walthero Mönsterbergensi, (qui post illa supremam in arte Medica lauream impetravit, adfinis quoque noster factus, postquam uxorem duxit Susannam, viri nobilissimi Casparis Bartzii in Reyman relictam filiam) ut cœpit ad omnem humanitatem, & elegantiam direxit. Aliena & longinqua lustrare cum jam aptus videretur, eodem comite maximam cultioris Europæ partem, nonnullam etiam Asiæ vidit, bonam ubique mentem coluit, ac tam præclare sese gessit, ut non modo cum peregrinaretur, sed & in Silesiam reversus bonorum omnium amorem promereretur, cumprimisque gratiosum favorem Serenissimi Archi-Ducis Austriæ Caroli, Episcopi Vratisl. insigniter provocaret. Neque vero quisquam erat, qui dubitaret, cum iis artibus instructus esset, quæ viros faciunt, in proclivi quoque ipsi fuisse eos indipisci honores, quos viris aut aula, aut Respubl. confert. Sed quibus ille sive ut conscientiæ suæ libertati magis magisque consuleret, sive quod in politicis quoque alterius esse nollet, qui suus esse posset, sive aliis de causis, amœnissimorum, quæ in Episcopali Nissensi territorio jure hereditario possidebat, prædiorum cura & cultura delectatus, in otio sapientis, & erudita umbra, privatus atque cælebs vixit: in litteras quidem tam prono affectu, ut haut modo Bi-

bliothecam ſibi inſignem magnis impenſis compararet, ſed & de grandi pecuniæ ſumma ad pios uſus, ſtudiorum maxime deſtinanda cogitaret. At vero dum conſultat, dum deliberat, morbus hominem occupavit gravis ac diuturnus, quos χρονίας Medicorum filii adpellant. Et quamvis invaleſcente, cum haut eo ſecius ad ſperandam ſanitatis recuperationem, aut longiorem ſaltem manſionem pronus eſſet, tamen improviſa vis lethi ipſum abripiens omnes illas formoſas cogitationes unà ſuſtulit, exſtructisque in altum divitiis, ut cum Horatio loqui liceat, hæres ab inteſtato petita, cui integrum ipſe aſſem, ſi teſtari licuiſſet, vix fuerat relicturus. Ut heic quoque habeant, quod diſcant locupletioros: nimirum ſi evergeſiam erga Eccleſias, Scholas, remve publicam exercere velint, ne ob vitæ incertitudinem nimis procraſtinent, ſed tempeſtive ac mature de rebus ſuis diſponant, juxta id, quod Baſileæ in tumba Anonymi cujusdam legitur: *vita abit, mors venit.*

Fac cito, quod voles, fac bene, quod potes.

Obiit noſter haut ſine maximo ſui deſiderio, ſi non hæredibus, amicis tamen aliis relicto in maxima quam dixi Sileſiæ (quo nimirum ſe qua periculi, quod à furibunda Bellona imminebat, vitandi, qua valetudinis curandæ cauſa contulerat) quinto Idus Aprilis anno reparatæ ſalutis tertio ac trigeſimo decimo, inde octavo Kalend. Majas Chriſtiano eoque nobili ritu tumulato.

Sil. Tog. lib. 10. No. 46.

De his Henelius, quam vero multos, & quam magnos hac noſtra ætate Niſſa præ cæteris Sileſiæ urbibus fœcunda præſtantium ingeniorum mater ſcientiis, virtutibus, & dignitatibus præcellentes viros genuerit, ex ſequenti Catalogo lector colligat, in quo, ſicut non omnes, ſed eos tantum, quos notos nobis & Patronos habuimus, pia colimus memoria; ita nec omnia horum ornamenta, (ad hæc enim peculiaris liber requireretur) ſed faſtigia duntaxat laudum quaſi pugno comprehendemus, aliis, quibus plus otii, atque notitiæ, pleniorem & exactiorem tot tantorumque virorum celebrationem relicturi. Primo vero loco poni meretur

Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Dominus
DN. CAROLUS NEANDER,
Epiſcopus Nicopolitanus, Suffraganeus Vratislavienſis.

Quem Eccleſiæ in Sileſia Catholicæ lumen, patriæ ornamentum, pauperum, ac totius præſertim Cleri Sileſitici Patrem merito dixeris: quem,

quem, cum vitam ſanctam morte ſancta concluderet, inter reliqua laudum ſuarum encomia hoc non poſtremum fuit ſecutum, quod pauci in Sileſia vixerint Clerici, qui à manibus hujus venerandi ſenis non fuiſſent ſacris initiati.

Cui in Cathedrali Vratislavienſi ſequens monumentum à cognatis poſitum fuit:

Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Dn.
CAROLO NEANDER de
Petersheudau,
Epiſcop. Nicopolitano,
Adminiſtr. & Suffragan.
Epiſcopatus Vratisl.
Almæ hujus Eccleſiæ Archi-Diacono, &
Seniori Capituli,
Hæreditario in Franzdorff
& Kuchsdorff.
Prælato manſuetiſſimo
Annis LXVII peract. V Feb.
A. MDC XCIII Niſſæ in Patria
Pie defuncto,
Virtutum & meritorum
cauſa
Monumentum hoc
licet invito
gratitudo cognatorum
debuit.

* * *

In Cathedrali Niſſenſi ante SS. Sacramentum hanc brevem quidem ſui, ſed ſanctam habet memoriam

CAROLUS FRANCISCUS NEANDER de PETERSHAYDE, Suffraganeus & Archi-Diaconus Vratislavienſis ad hoc oſtium ſanctiſſimi recondi petiit,

CVIVs anIMa Vt In Deo eXVLtet VoVe.

His alium ex veteribus ſubnectimus

JOANNEM FURENSCHILT. Claruit vir ille in Eccleſia DEI ante

ſeſquiſeculum, cujus tumulo in Æde S. Joannis Bapt. erecto ſequens epicedion inſculptum fuerat:

JOANNES FURENSCHILT, Niſſen. Jur. Doct. Cantor & Canonicus Eccleſiæ Vratisl. hoc condor ſarcophago: Penſum meum abſolvi: Lampada aliis trado: Reſurrectionem, judiciumque Chriſti expecto.

Obiit anno 1546. 18 Octobr.

Debet etiam huic urbi Epiſcopali originem ſuam Perilluſtris Obergiana proſapia, vel ideo celebris, quod virum illum Eccleſiæ genuerit, cujus ſequens Epitaphium in Cathedrali Joannæa Vratislavienſi legitur:

D. O. M.
Quieſcit hic
CASPAR HENRICUS ab OBERG,
Dominus in Malckwitz, Kalkau,
Wieſe, Brieſe & Damning,
Cathedralis hujus Annis XXXVI,
Canonicus reſidens Senior XVI,
Collegiata ad S. Crucem XXVIII
DECANUS,
Quam Juſtitiæ Chriſtiana tenax,
tam prodigus in Chriſti pauperes;
Quos vivus Filios
mortuus haeredes habuit.
Ætate LVIII annorum, Menſ. V, dier. VI peractâ,
Beatioris vitæ deſiderio immortuus eſt
A. D. M DC LXXIX, XXVII Martii.
Hunc
Quod mortui non poſſunt
Oblivioni eripiunt invitum.
Grati conſanguinei
Obergii Rottenbergii.

Huic jure adjungimus Fratrem Germanum Patrem FERDINANDUM ab OBERG, Societatis Jeſu Sacerdotem, virum non tantum ſacrarum litterarum admodum peritum, ſed & multo rerum uſu conſpicuum: qui propterea in laudata Societate inprimis quidem Scholaſticas & Eccleſiaſticas Cathedras egregie ornavit, dein vero Rectoris Crumlovii, Adminiſtratoris Wartenbergæ, Regentis Convictûs Vratislavienſis, non poſtre-

mæ

mæ dignitatis officiis præclare functus, vita tandem pie defunctus in ſera ſenectute.

Neque fas eſt obliviſci Reverendiſſimorum, & Perilluſtr. aliquot Virorum, quorum titulos ſepulchrales in ſæpe dicta Cathedrali Joannæa in hunc modum legimus:

Hic jacet depoſitum
Quod natura debuit
Reverendiſſimæ, Perilluſtris, ac Eximiæ
D. ABRAHAMUS IGNATIUS KIRCHNER
de LILIENKIRCH,
SS. Theol. Doctor, Proton. Apoſt.
Cathedral. Eccl. Vratislav.
Nec non Collegiatarum
Niſſæ & Opolii
Canonicus,
Patria Niſſenſis,
Quod autem debuit DEO,
Depoſitum voluit in Cœlo,
Quando exacta vita
Pro DEO & ECCLESIA
Plenus fidei ſalutiferæ meritis
cum Abrahamo
Exivit de terra & cognatione ſua,
In regione vivorum
Sinu Abrahæ cœleſtis recipiendus.
Cujus tibi Lector cineres inclamant:
Recte honeſteque agere, diu durare,
Et beatam mereri æternitatem,
ad quam abiit
M DC LXXXVII,
ætatis 58.
21 Junii.

* * *

JOANNES à LOHR de NISSA,
S. T. D. Protonot. Apoſtol.
Cathedr. hujus Decanus

S. † Canon. Præpoſ. Niſſ.
S. C. Maj. & Sereniſſ. Carol. Ferd.
Polon. & Suec. Princ.
Epiſc. Vratisl. Conſiliar.
Official. & Vicar. General.
Fui. nunc pulvis & umbra.
Abi. via longiſſ. an. ſal.
cIↃ IↃc LIII. xx die Menſ.
Jul. ætat. an. LXX.
Reverſurus in die plenæ
Lunæ &c. Viator Have &
Vale mei memor & lethi.
O. P. M.

Ejusdem Reverendiſsimi Domini
In Collegiata Niſſenſi ad Sanctum Jacobum
ſequens legitur epitaphium:
JOANNIS à LOHR *nati Niſſenſis,*
Qui humanioribus literis imbutus
In exterioribus regionibus
Philoſophicis Olomucii,
Juridicis Ingolſtadii,
Theologicis Romæ
Studiis eruditus,
Collegii Germanici in urbe Alumnus Presbyter,
Perusiis Doctor, Laurea Philoſophiæ & SS. Theologiæ inſignitus.
In patriam remeans
CAROLI ARCHIDUCIS AUSTRIACI,
Magni Generalatus Ordinis Teutonici Adminiſtratoris & Magiſtri,
Epiſcopi Brixienſis & Vratislavienſis,
Sacellanus aulicus, Concionator, Bibliothecarius
Chori Muſici, Ephebororumque Præfectus,
Conſiliarius Eccleſiaſticus,
Commiſsarius & Conſilii Præſes,
Tandem Capitularis Aſſiſtens,
Epiſcopatusque Adminiſtrator,
Caroli Ferdinandi Poloniæ & Sueciæ Principis,
Epiſcopi Vratislavienſis & Plocenſis *ultra*

ultra decennium,
Consiliarius Officialis & Vicarius Generalis,
Protonotarius Apostolicus,
Cesari Ferdinando Tertio
à Consiliis actualibus:
Ejus munere nobilitatem sibi, suisque promeritus
Parochialis hujus Ecclesiæ per annos pene IX Parochus
Collegiatæ Nissensis,
Primum Canonicus, tum Præpositus
Cathedralis Vratislaviensis, & S. Crucis
etiam Canonicus &c.
Per tot denique honorum gradus
Ad dignitatem Decanalem Cathedratus promotus,
Nec ultra
Quam ad astra tendens & requiem
Hoc monumentum posuit
cIↃ IↃc XLV.
Ætatis suæ annis LXII.
Bene precare Lector, & vale.

* * *

D. O. M.
Hic jacent cineres
JO. CHRISTOPHORI à SANNIG,
Nati Anno M DC XLI Nissæ
In die Cinerum:
Hic jacent os & ossa SS. Theologiæ
Doct. Protonot. Apostolici
Canonici,
Vratislaviæ XV, Nissæ XVI
& Opolii I ann.
Hic Cathedralis ibi Collegiatarum,
Cathedra virtutis olim & Collegium sapientiæ,
obiit Anno 1687 in festo S. Lazari,
Cum Lazaro in sinum Abrahæ deportatus:
HVIVs anIMæ aLIIsqVe, Vt DeVs sIt propItIVs preCare.

Cujus

Cujus Reverendiſſimi viri dum meminimus, recolenda quoque nobis eſt memoria Illuſtriſſimi Domini

CASPARIS FRANCISCI EQUITIS à SANNIG, vel eam potiſsimum ob cauſſam, quod ejus hoſpitio quondam patrocinioque gaviſi, virtutum illius ad æternam poſteritatis memoriam tradendarum teſtes fuimus & admiratores oculati. Ortum tanti viri debemus Niſſæ, illi ingeniorum non nutrici ſolum, ſed matri, ubi educatus ingenue, adoleſcentiam per omnium honeſtarum artium culturam tranſegit. Graviſsimis dein Juriſprudentiæ ſtudiis incumbens, moralis quoque Philoſophiæ nervos & politioris litteraturæ cincinnos, Ethicen, Politicenque & humanarum actionum moderatricem, temporumque teſtem Hiſtoriam non neglexit, atque adeo in eum Juris ac Juſtitiæ Antiſtitem evaſit, cujus ingenii acrimonia, eruditionis variæ copia, eloquentiæ laus, ſuavis morum comitas, rectitudo judicii edecumati, ſingularis in gerendis rebus induſtria, in cauſſis dijudicandis prudentia, in tantum excelluit, ut ab ejus ſententia nemo abiret facile aut diſſentiret. *Annotationes* certe, quas Heros iſte juris peritiſsimus ſimul ac prudentiſsimus *ad Sanctionem Pragmaticam Cæſareo-Regium Leopoldinam circa Fatalia Appellationis in Ducatu utriusque Sileſia obſervanda, Vienna Auſtria die 26 Sept. 1674 editam, Vratislaviæ vero d. 13 Octobr. ejusdem anni promulgatam,* ſcripſit, ſuccinctæ quidem ſunt, ſed doctiſsimæ & Sileſiæ Dicaſteriis atque Judicibus utiliſsimæ, ex quibus Auctoris in Jure peritiam, velut ex pollice gigantem, agnoſcere licet. Dignus igitur ob has præclaras ingenii animique dotes poſtea fuit habitus, cui apud inclutum regiumque Ducatus Vratislavienſis regimen Cancellarii munus, & Equeſtris Dignitas, ac Cæſarei tandem apud ſupremam utriusque Sileſiæ Curiam Adieſſoris honor ab Auguſtiſſimo Imperatore conferretur. Quam illuſtrem amplisſimæ dignationis ſpartam conſecutus, ita quidem ingenio ſuo convenientem oſtendit, ut non Sileſiæ tantum magno ſemper eſſet uſui, ſed ipſi maxime ſummo Principi in certis quibusdam Ducatibus Juri Cæſareo vindicandis virtutes ſuas doctrinæque excellentis facultates egregie probaret. Tandem præclariſsime de patria, bonis omnibus, & noſtro inprimis Hoſpitali meritus, Anno ſalutis reparatæ M DC LXXXVI, d. 22 Januar. beatam mortem oppetiit, in Eccleſia D. Matthiæ ritu pios ejus manes decente humatus, & in vexillo ex parietibus templi ſuſpenſo depictus, relicto ibidem non tantum corpore, ſed & filio ſuo natu majore, JO. CHRISTOPHORO à SANNIG, qui veſtigiis tanti Parentis egregie inſiſtens, in Ducali Matthiani

Hoſpi-

Hoſpitalis Dicaſterio per annos complures Cancellarii munere non ſine magno noſtrum emolumento eximie perfunctus, ante triennium autem ob ſingularem in Jure dicendo dexteritatem & publicorum negociorum peritiam à Principibus & Ordinibus Sileſiæ in Syndicum adoptatus, hanc ſpartam ſibi commiſſam præclare hodienum exornat.

CASPAR ALEXANDER L. B. de MENNICH.

Cujus viri memoria, niſi rei velimus judicari ſummæ ingratitudinis, eo magis ſancta nobis ſemper erit, quo majori ille ſub initium muneris noſtri, quo jam fungimur, patrocinio nos fovit & conſilio. Natus ille apud Niſſenſes adoleſcentiam & juventutem in eo ſtadio percurrit, quo cum ingenii dexteritate, doctrinæ præſtantia, facultas dicendi & rerum exteratum peritia ſeverioribus Aſtrææ ſtudiis exactiſſime conjungendæ ſunt. Quibus animi ingeniique dotibus præditus per complurium annorum decurſum in S. Matthiæ Ducali Dicaſterio Judicem egit æquum, cordatum & ſapientem, cujus induſtriæ ſcopus erat præfixus utilitas Hoſpitalis noſtri, ſemper à nobis laudanda, ſemper deprædicanda. Principum poſthæc atque Ordinum utriusque Sileſiæ Orator creatus, in hac eximia dignitate ita Majeſtatis Cæſareæ juribus tuendis, & ſaluti civium promovendæ fulciendæque totum ſe impendit, ut dignus fuerit habitus, quem Auguſtiſſimus ſapientiſſimusque Imperator noſter peculiari diplomate in ſplendidiſſimum Equitum ſive Nobilium ordinem adſciſceret, & paullo poſt in Conſiliariorum ſupremæ Curiæ numerum adoptaret. Quod præclarum munus amplexus, non minus præclare ſuſtinuit, adplaudentibus ipſi, ſibique gratulantibus Sileſiarum incolis, eum patriæ virum contigiſſe, in cujus ore ſuada conſiſteret, cujusque pectus omnigenæ doctrinæ reconditæque Juris divini ac humani ſcientiæ quoddam quaſi ſcrinium eſſet. Certe in conſiliis dandis, in ferendis ſententiis nemo erat illo promtior, in omni negocio, quid locus, quid tempus, quid ratio poſtularet, nemo circumſpectior. Ad altius igitur honoris faſtigium, *Liberum* ſcilicet *Baronatum*, ob præclara in patriam merita evectus, ſuo iterum exemplo luculentiſſime oſtendit, veram nobilitatem non in Majorum gloria magis, quam in propriarum virtutum ſplendore poſitam eſſe. Filium reliquit cognominem, in eodem conſiliariatus munere apud dictam Sileſiorum ſupremam Curiam Patri feliciter & laudabiliter ſuccedentem. Ipſe cum Chriſto moriente in hebdomada, quam Majorem Eccleſia nuncupat ob Salvatoris noſtri mortem, anno ſalutis M DC XCIX. d. 14 Aprilis obiit,

cum Christo resurgente olim, ut pie speramus, ad æternam vitam surrecturus.

GODOFREDUS à MENNICH.

Baronis Mennichii frater germanus & natu major, quum ex umbra Scholastica in forum Reipublicæ perductus esset, ob eximias ingenii dotes apud Cameram Cæsaream Secretarii munus aliquandiu obtinuit ea cum laude, ut ad altiorem honoris gradum virtute sua conscendere, & Consiliarius ejusdem inclutæ Cameræ à Sacra Cæsarea Majestate creari meruerit. Quo quidem in officio talem se perpetuo exhibuit, ut ob fidem, candorem, judicium, consiliorum felicitatem, loci ac personæ dignitatem primoribus gratus, inferioribus venerabilis, omnibus charus esset. Illud autem quam minime dissimulandum, quum plures ex Politicorum ordine vultus blandientes fingere, miraque oris dulcedine livorem internum tegere soleant, frontem Mennichii inter alloquia nunquam à pectore vel animo dissidere visam. Quicquid ore loquebatur, id sentiebat corde, nec amara præcordiorum delinificis norat mutare sermonibus. Litterarum de cætero Litteratorumque fautor ac promotor tam eximius ac benignus, ut famam illi, ut laudem & decus, ut nomen denique debeant Musæ, quod in honoris templo magnifice inscriptum, & ad posteros transmissum

memori non excidat ævo.

Longiores essemus, si omnes illos ac singulos, quos huic urbi Episcopali acceptos grati referre debemus, viros tam in Ecclesia Dei quam in aulis summorum Principum præfulgentes inserete peplo nostro vellemus. Quis enim TAMMIOS, quorum duo Societatem Jesu ut Doctores & Ecclesiastæ eximii, unus Aulam Augustissimi Cæsaris ut Consiliarius, & (ceu vocant) Referendarius intimus, unus supremam Silesiæ Curiam ut Sacræ Cæsareæ Majestatis isthic Consiliarius, summa cum laude ornarunt, dignis præconiis extollat? quis ROTTENBERGIOS, quis HEYMANNOS, quis LANGIOS, LANGEROS seu LANGENTHALIOS, quis alios elogiis debitis deprædicet? Enimvero dabitur sequenti forsan capite occasio piam honorificamque illorum faciendi memoriam. Hic aliquorum tantum encomia attigisse sufficiat, nec præconia istorum censeri debent aliorum, qui tacentur, vituperia. Manet & hos sua laus, uberiore politioreque stylo suo tempore celebranda.

Neque tamen silentio interim involvendi sunt viri, qui vitæ pariter ac doctrinæ sanctimonia non Ordinem tantum suum Seraphicum, sed & urbem hanc suam Genethliacam illustrarunt, Patres aliquot Franciscani discal-

diſcalceati ſtrictioris obſervantiæ, quos inter principem meretur locum venerabilis P. DOMINICUS de NISSA,

Miſſionarius Apoſtolicus ad Inſulas Orientales, omnium linguarum Orientalium, Hebraicæ, Chaldaicæ, Græcæ, Syriacæ, Indicæ, Arabicæ, Japonenſis, Chinenſis, Perſicæ, gnarus, in Collegio Romano de propaganda fide Arabicæ Linguæ & Controverſiarum Profeſſor Publicus Pontificius, exinde à Philippo IV Rege Hiſpaniarum vocatus in Hiſpanias & conſtitutus magnus Bibliothecarius Regiæ Bibliothecæ Scoriacenſis, eandem in præſentem ordinem magno labore reduxit. Obiit in Eſcuriali plenus dierum & meritorum cum opinione ſanctitatis.

P. AMANDUS HERMANN.

Sileſius Niſſenſis, SS. Theologiæ Lector Jubilatus. Edidit univerſam Philoſophiam. Tomos quatuor in Theologiam. Ethicam Sacram. Capiſtranum triumphantem, ſeu Hiſtoriam vitæ S. Joannis Capiſtrani: quæ opera omnia ſunt in folio. Item Deſertum Pharan, librum Aſceticum in 4to. Obiit in Conventu Pragenſi qua Diffinitor Generalis Ordinis, cum prius fuiſſet Miniſter Provincialis, & bis Cuſtos Provinciæ, anno 1700, d. 26 Novembris.

Tempore ultimæ contagionis ex hoc Religioſo cœtu Niſſenſes anno 1680 victimæ charitatis facti ſunt obſequio peſtifera lue infectorum immortui

Javorii: R. P. JOANNES CAPISTRANUS GERSTENBERGER.
Glacii: R. P. MONALDUS HOCKE &
R. P. MATTHÆUS WEISSER.
Pragæ: R. P. MICHAEL JUTNER.
Slanæ: R. P. ALEXIUS ORENT.

Merentur præterea his accenſeri RR. Patres illi Societatis Jeſu, Niſſa quoque oriundi, quos ob animarum zelum & præclaras alias tam ingenii quam animi dotes, quibus præditi fuere, ſuperiores eorum dignos judicarunt atque idoneos, qui ad convertendas gentes mitterentur. Sunt autem ſequentes noviſſime miſſi:

R. P. ELIAS SIEGHART,

Sileſius Niſſenſis, qui ad Societatem venit ex ſecundo anno Rhetoricæ Niſſa anno 1680. 14 Octobr. miſſus in Americam, anno 1693 ad Miſſiones de los Mochos.

R. P. JOANNES SCHIRMEISEN.

Sileſius Niſſenſis, ad Societatem admiſſus Pragæ poſt inchoatum ſtu-

dium Theologicum anno 1677. Abiit in Mexicum, & inde ad Insulas Marianas anno 1687.

R. P. JOANNES TILPE.

Qui Societatem intravit Vratislavia Philosophus absolutus, anno 1666 missus in Mexicum, & inde ad Marianas Insulas anno 1678.

Anno 1633. d. 30 Octobr. cum Nissam ex armis enata lues pestifera corripuisset,

R. P. DANIEL MENNICHIUS

S. J. domo Nissensis, magno quidem & promto spiritu exercendæ Christianæ Charitatis campum ingressus, sed carne infirma & usque ad mortem reluctante. Nam cum è Collegio alacer eo se conferret, ubi erat seorsim ab aliis ad moribundorum obsequium commoraturus, tetro adspectu jacentium in compitis ægrorum, quos pestilentia deformasset, ita cohorruit aversante natura, ut, quamvis ipse eam virtute comprimeret, virus tamen adspiratione combiberit, quo paucis diebus confectus, ad plures abiit: haud ejus expers gloriæ, quam ultro adeundis periculis quæsierat.

Famosum illud Ducale, atque liberum jaculandi exercitium à Reverendissimo & Serenissimo Archi-Duce Carolo Episcopo Vratislaviensi Nissæ A. 1612 institutum ex literis, quibus Principes, Status & Civitates invitatæ fuerunt, lector habeat:

Des ausgeschriebenen rechten Freyschiessens Einladung:

Allen und jeden/ was Ehren/ Würden/ hohen und niedrigen Standes die seynd/ insonderheit aber allen Schützen-Meistern und Brüderschafften/ so in beyden Schiessen/ aus der Büchsen und Armbrust/ ihre Kurtzweil zu üben und zu halten pflegen/ entbieten wir Bürgermeister und Rath der Fürstl. Stadt Neyß unsere unterthänige/ in Gebühr beflissene/ auch nachbarliche/ willige und freundliche Dienste/ Gruß und guten Willen bevor; und fügen denselben wohlmeinend hiermit zu wissen/ daß der Hochwürdigste/ Durchlauchtigste Fürst und Herr/ Herr Carl/ Ertz-Herzog zu Oesterreich/ Herzog zu Burgund/ Steyer/ Cärndten/ Crayn und Würtemberg/ Bischoff zu Breßlau/ Graff zu Habspurg/ Tyrol und Görtz ꝛc. Unser gnädigster Fürst und Herr ꝛc. aus eigener Bewegnüs und angebohrner Affection, so Ihro Fürstl. Durchl. zu allen Fürstl. und ritterlichen Exercitiis und Kurtzweil gnädigst haben/ und geneigt seyn/ vornehmst aber zu Erschöpffung und Fortpflantzung guter nachbarlichen

Freund-

Freundſchafft / und vertraulichen Correſpondenz, dreyerley rechte Freyſchieſſen angeordnet/ und uns auszuſchreiben gnädigſt anbefohlen/ ſo mit Verleyhung göttlicher Gnaden auf den neunzehenden Tag künfftigen Monats Auguſti, wird ſeyn der Sontag von S. Bartholomæi Tag diß lauffenden Jahres/ allhier zur Neyß angeſtellet/ und gehalten werden ſollen. Nemlich alſo / daß das erſte Freyſchieſſen aus den Büchſen und Schirm-Röhren allerley Sorten/ wie die Nahmen haben mögen/ zu einem Mann/ viertehalb Ehlen hoch ins freye Feld/ von dem Schießſtande biß zu des Mannes Zielſtadt/ dreyhundert unſer Neyſſer Ehlen (davon unten die Länge eines Viertels nachrichtlich aufgedruckt worden) weit aufgeſetzt/ angedeuteten Sontag nach Mittag ſeinen Anfang nehmen/ und einem jeden vier Schüſſe darnach zu thun vergünſtiget werden ſolle/ doch beſcheidentlich dergeſtalt/ daß ſolche aus einer Büchſen allein aus freyer Hand mit ſchwebendem Arm/ohn alles Auffliegen/Anſteurung/oder andere Vortheil/ auch nicht mit zwoen/ oder länglichten/ geſchwäntzten und gefiederten Kugeln/ geſchehen ſollen; hierbey aber derjenige/ ſo im Stande die Büchſen auf drey Anſchlagen nicht loß ſcheuſt/ deſſelben Schuſſes gantz verluſtig ſeyn ſol/ und welcher denn unter den Schützen in ſolchen vier Schüſſen den Zweck-Punct an des Mannes Hertz den nechſten geſchoſſen/ ſol zwantzig Stück gantzer Thaler/ oder einen von Silber übergüldeten Becher/ neben einem ſeiden Fahn zum Ritterſchuß gewinnen. Die andern aber/ ſo alle ihre vier/ oder die meiſten gleiche Schüſſe im Manne haben/ ſollen ſich zu einer Scheiben einer ziemlichen Höhe und Gröſſe um das beſte Kleinod/ ſo ein von Silber vergüldeter Credenz auf funffzig Ducaten werth/ mit Ihrer Fürſtl. Durchl. unſers gnädigſten Herrns Inſignien, neben abſonderlichen funffzig Ducaten darinnen eingelegt ſeyn ſol/ und dem nechſten am Spiegel oder Zweck-Nagel/ mit einem Haupt-Fahn præſentirt und verehret werden. Welche zwey Ehren- und Danck-Kleinode nicht von dem Zulege-Geld genommen/ ſondern aus Ertz-Hertzoglicher Fürſtl. Mildigkeit/ zu beſſerer Beförderung und mehrer Luſt/ von Ihr. Fürſtl. Durchl. gnädigſt ſeyn bevor aufgeſetzt und gegeben werden. Was nun über obbemeldte zwey die andern nachfolgende beſten Schüſſe in der Scheiben zum Gewinn haben ſollen/ ſol von dem Zulege-Geld/ ſo hoch man ſich in Gegenwart vergleichen wird/ von dem Ausſchuß der anweſenden Schützen/ welche derowegen/ auch ſonſt in allen vorfallenden Schieß-Sachen zu Arbitratorn oder Schied-Richtern verordnet und erkieſet werden ſollen/ alsdann ausgeſetzt und nahmhafft gemacht

macht werden/ dabey dann niemanden kein Pröll- noch Göll-Schuß gelten und geschrieben werden sol.

Wann nun das Büchsenschiessen seine Endschafft erreicht/ sol das andere aus dem Armbrust oder Stahl seinen Anfang nehmen/ und zu dreyen Vogeln/auf einer Stangen aufgericht/mit allen ziemlichen stumpffen Boltzen unterschiedlich geschossen werden/ also daß der Stand von der Stangen fünff und funffzig unser Neyßer Ehlen/ wie unten ein Viertel davon verzeichnet/ seyn/ und erstlich nach einem schwartzen Seiten-Vogel zur lincken Hand; wann dieser abgeschossen/ wiederum nach einem andern grünen zur rechten Hand/ und letzlich zu dem dritten obern/einem rothen/ auf der geraden Spillen aufrichtig ohne Vorthel stehende/geschossen werden sol. Das erste gewinnende Kleinod auff den schwartzen Vogel zum Abschuß sol seyn ein silberner vergüldeter Credenz auf sechzig Thaler. Das ander auff den grünen auch ein Credenz vor siebenzig Thaler/ und das dritte auf den rothen Vogel zum Abschuß ein grosser Credenz von achzig Thalern werth. Welche Ehren-Kleinoden gleichfalls Ihr. Fürstl. Durchl. unser gnädigster Herr/ aus Ihr. Fürstl. Cammer zum Danck den Abschiessenden/ mit absonderlichen Haupt-Fahnen/ frey ohne Schaden des Zulege-Gelds/ gnädigst darzureichen und zu geben verwilligen. Von dem Zulege-Geld aber sol von einem jeden Span/ so von beyden Seiten-Vogeln vor dem Abschuß sichtbarlich und beweißlich geschossen werden wird/ ein Ducaten in Golde/ so aber von dem dritten dem rothen geschossen wird/ ein Stücke von zweyen Ducaten einem jeden neben einem seiden Fähnlein gegeben werden. Damit aber auch aller Vorthel und Unterschleiff/ vornemlich auf die geschossene Späne gute Aufachtung zu geben/und im Fall ein Boltzen stecken bliebe/ und keinen Span gäbe/ sol solches stecken vor nichts geachtet/ gleichfalls sol es auch mit dem Boltzen/ so Holtz mit sich brächte/ und den Span/ ehe er zur Erden käme/ nicht räumete/ verstanden/ und vor keinen Span gehalten werden; trüge sich es aber zu/ daß einer aus den dreyen Vogeln einen samt der Spillen unzertrennet abschösse/ also daß der Vogel die Spille/ ehe er zur Erden käme/ nicht räumete/ oder aber den Vogel allein von der Spille abstreiffete/ sol ihme ein mehrers nicht dann ein Kleinod gegeben werden. Dem jenigen aber/ so einen unrechten Vogel treffe/ er späne gleich oder nicht/ dem sol ein guter Trunck Wein verehret/ und von ihme bald ausgetruncken werden/ auch so einem beym Stande/ der dreymal angeschlagen/ das Armbrust nicht los gehen wolte/ der sol seinen Schuß gantz entrathen und verlohren haben.

Wann

Wann nun auch dieſes verrichtet worden/ ſol alsdann das dritte vor die Hand genommen werden. Dabey wiederum aus dem Armbruſt/ in einen Circul zum Blat an eine Wand/ vom Sitz einhundert und zwantzig Neyßer Ehlen weit/ geſchoſſen werden ſol/ alſo daß der Diameter oder Inhalt des Circuls eine halbe Ehle hoch und breit ſeyn ſol. Darnach einem jeden Schützen 20 Schüſſe zu thun erlaubet ſeyn/ und zugelaſſen werden ſollen: wer nun alsdann die meiſten Schüße in ſolchen Circul gethan/ und den beſten Vergleich-Schuß erhält/ ſol zum gewinnenden Kleinod einen Silbern vergoldeten Credenz auf viertzig Thaler werth/ neben einer Haupt-Fahn haben und empfangen. So gleichfals von Ihrer Fürſtl. Durchl. aus Ihrer Fürſtl. Cammer/den Schützen zum beſten/ frey bevor gnädigſt verwilligt wird/ die andern nachfolgenden Kleinoden aber/ ſollen vor die nechſten und beſten Schüß vom Zulege-Geld/ wie es Zeit geben wird/ von den verordneten Arbitratorn in Gegenwart ausgeſetzt und nahmhafft gemacht/ auch einem jeden ſein gewinnendes mit einem Fähnlein überreicht werden. So dann nun über obbeſchriebene Maß und Weiß/ auch über diß/ was ſonſt auf allen redlichen Freyſchieſſen gebräuchlich iſt/ allhie bey jedem Schieſſen was mehr nothdürfftig anzuordnen/ oder abzuſchaffen vorfallen würde/ ſo oben nicht vermeldet und ſpecificirt worden/ ſol alsdann bey der Zuſammenkunfft/ vor Anfang eines jeden Schieſſens/ davon berathſchlaget/ und darüber ein richtiger Auffſatz gemacht werden.

Demnach aber/ wie vernommen wird/ obberührte Ehren-Kleinoden von Ihrer Fürſtl. Durchl. Munificenz und Freygebigkeit den Schützen zum beſten allein herflieſſen und erfolgen/ als ſol entgegen zu deroſelben gnädigſten Gefallen ſtehen/ ob ſie in eigner Perſon entweder alle/ oder etliche Schüſſe dabey thun wollen/ inmaſſen dann auch Deroſelben andere Vorthel unverſchränckt ſeyn ſollen. Und ſintemal uns kein anders gebühren will/ als dieſe unſers gnädigſten Landes-Fürſten und Herrns gnädigſte Anordnung/ Willen und Befehl/ auch deſſelbten Fürſtl. milde Freygebigkeit gehorſamſt zu befördern/ wir auch neben dieſem/ vor unſere Perſon/ mit unſer Bürgerſchafft/ Eltiſten und gantzen Brüderſchafft der Schützen/ zu allem guten nachbarlichen Willen und wohlmeinenden Vertrauen/ jederzeit affectionirt und geneigt; Als iſt und gelanget deme allein nach an alle und jede/ wes Standes die ſeyn/ unſer unterthänig/ dienſtlich/ nachbarlich und freundlich Bitten und Anſinnen/ die wollen den Ihrigen/ ſo zu dieſem obbemeldten Kurtzweilen Luſt und Liebe tragen/

ernann-

ernannten neunzehenden Tag Monats Augusti gebührlich andeuten/ auch ihren Benachbarten solches zur Wissenschafft kommen lassen/ beynebenst dieselben doch Sonnabends zuvor/ allhero zu erscheinen/ in unsern Nahmen freundlich anmahnen/ daß sie denen obbeschriebenen dreyen Freyschiessen aus der Büchsen und Armbrust/ auch andern Kurtzweilen/ so danebenst angestellet werden sollen/ unbeschweret beywohnen/ und darbey ein jeder seines Glücks ohne Verlangen erwarten wollen. Das werden Ihr. Fürstl. Durchl. unser gnädigster Fürst und Herr/ ihnen zu besondern Ehren/ und gegen jeden mit Gnaden vermercken/ so wollen wir es denn auch gegen denselben/ neben den Unsrigen in gleichem und mehrerm/ mit aller Willfärtigkeit/ unterthänig/ dienstlich/ nachbarlich und freundlich zu verschulden stets beflissen/ und eingedenck seyn. Gegeben Montags nach Dominica Cantate, ist der ein und zwantzigste Tag May/ nach Christi unsers Erlösers und Seligmachers Geburt/ im ein tausend sechshundert und zwölfften Jahr.

Quid autem artis in hoc exercitio præstiterint Nissenses, & quid bravii reportaverint, in libro rhythmologico, quo versificator quidam totam illam jaculationis historiam lepidis rhythmis complexus est, pluribus verbis indicatur:

Die Stadt Neyß in Schlesien.

Der Ehrenvest und wohlbenamt/
Herr Georg Tausendschön/ sich nicht samt/
That seine Schüß all drey durchjagen.
Herr Johann Scholtz/ das muß ich sagen/
Der sich das Schiessen brauchen ließ/
Traff seine all drey gar gewiß.
Welchem dann Herr Johann Schmettau
Nicht nachgab/ sondern gar genau
Zum Zirckel schoß/ und drey durchrant/
Hat auch allen Fleiß angewandt
In dem Schießen/ dieweil er dann
Den Herrn Neunern war zugethan.
Herr Ambrosy Bartsch Büxen-König/
Wolt auch nicht nachgeben ein wenig/
Sondern ein dreyer werden thät/
Als einem König wol ansteht.

Bartel

Bartel Stancke kam auch hernach/
Welcher auf das Schieſſen war gach/
Seine Schüß alle drey durchſchlug:
Nach ihm traf auch mit gutem Fug
Geörg Arlen / dem nichts nachgab/
Sondern ſah ihm ſeine Schüſſe ab/
Wie er abkam/ den dritten macht
Und unter die Dreyer ward bracht.
Herr Hanß Kauffmann/ der dieſes Jahr
Der Armbruſt-Schützen König war/
Macht ihm nur zweene Schüſſe nütz/
Ob er ſchon ſonſt ein guter Schütz.
Herr Balzer Thiel ſchuß traff ihr nur zween/
Das that ihm gar übel eingehn.
Herr Heinrich Petrau ein zweyer ward/
Herr Andreas Lamprechs auch zur fart
Ihm gleichen that/ wie auch nicht wich
Herr Chriſtoph Wagner und Hanß Dietrich.
Herr Hanß Haſſner gab ein Zweyer mit/
Herr Lorentz Schülling draus auch nicht ſchrit.
Herr Tobias Lindner traff nicht mehr
Als die/ welches ihn jammert ſehr.
Herr Matz Jäniſch nur ein einer was/
Herr Wolff Herbſt auch nur ein Schuß genaß.
Herr Daniel Pölz einen nein jagt/
Ward ob dem andern gar verzagt.
Herr Deſiderius Schrom braucht Fleiß/
Traff nur ein/ wie in gleicher Weiß
Herr Chriſtoph Karner der traff nur ein/
Herr Caſpar Guttman wolt bey ihm ſeyn.
Herr Melcher Wilde feh't diß mohl/
Herr Elias Hehl gleich ſo wohl.
Herr Seraphin Schwidersky gar fehlt/
Herr Martin Wolffen keinen man zehlt.
Hätten ſie alle drey getroffen/
Hätten ſie auch was können hoffen.

Eorum autem, qui ex arcu (Armbruſt) jaculati ſunt, memînit ſequentibus:

Davon wir weiter melden wolln;
Herr Görge Ritter thäte holln
Den erſten Span/ den laſſen muſt
Der Vogel fallen aus der Bruſt.
War der dritt Schütz in dieſem Rennen/
Iſt von der Neyß auch wohl zu kennen.
Bartel Stancke ſchuß zwar mit Fleiß/
Welcher ein Bader iſt zur Neyß.
Jedoch er das erſte mahl fehlt/
Aber der gute Mann/ ich meld/
Hatt ſich dieſen Tag was erhitzt/
Darob er denn hatte geſchwitzt.
Und hat das Wammes abgezogen/
Auch ſo her trat mit ſeinem Bogen/
Aber er hat nicht dran gedacht/
Daß er es unrecht hätt gemacht/
Weil er im bloſſen Hembde kommen
In Schrancken/ drum ward bald genommen
Ein groſſes Glaß/ welches voll Bier/
Ward goſſen biß faſt oben ſchier/
Welches ihm thäten bringen dar
Die Herren Neuner offenbar/
Mit Trommeten und Paucken ſchlagen/
Und ihms zuſtalten/ thu ich ſagen/
Daß er daſſelb muſt trincken aus/
Davor er gleich hat einen Grauß;
That auch darob erſchrecken ſehr/
Wuſt nicht/ warum ſolchs käm daher/
Vermeynt es wär ein Bierſpan;
Als man ihm aber zeiget an
Die Urſach/ warum ſolchs geſcheh/
Nemlich daß er geweſt ſo gäh/
Und hätt im bloſſen Hembd geſchoſſen/
Welchs nicht Brauch beyn Schieſſens-Genoſſen/

Nam

Nam ers an/ und bedanckt sich deß/
Vermeint hinfort in kein Vergeß
Zu stelln/ das Wammes ohn Verdrüssen
Anzulegen bey diesem Schiessen.
Herr Hanß Schmettau blieb nit dahinden/
That sich unter den Neyssern finden/
Hätt er ein schlechtes geschossen nähr/
Zum besten er wohl kommen wär.
Bekam ein Geschirr von 25 fl. Ung.
Herr Ambrosy Bartsch/ der Büren-König
Zur Neyß/ nam verlieb mit dem wenig/
Wird er zur Zeit was bessers schiessen/
Sol er auch was mehres genieſſen.
Bekam ein Geschirr von 11 fl. Ung.
Herr Hanß Scholtz bekam ein Geschirr von 9 fl. Ung.
Herr Görge Tausendschön zur Neyß
Des Raths/ bekam in gleicher Weiß
Ein Kleinod/ scheust sonst allzeit wohl/
Wenn aber das Glück nicht seyn sol/
So wil sichs nirgends schicken nicht ꝛc.
Bekam 3 fl. Ung.

Unter den Zweyern.

Herr Wolff Herbsten Bürgern zur Neyß/
Durch seinen angelegten Fleiß/
Daß er der nechst im Spiegel war/
Thät man das beste reichen dar.
Bekam 14 fl. Ung.
Herr Hanß Schmettau ein Elteſter/
Der schoß um ein wenig was nähr/
Als Görg Arlen/ der auch braucht Fleiß/
Waren alle beyd von der Neyß.
Bekamen ein jeder 9 Rthl.
&c. & sic de nonnullis aliis.

Nos hujus nobilis exercitii memoriam in nummo aureo tunc cum aliis præmiis distributo conservamus, ex cujus una parte Serenissimi Archi-Ducis Insignia cum hac marginali inscriptione:

CAROL. ERTZHERTZOG ZUE OSTERREI * ex altera vero sequentia videntur & leguntur: †. * A. 1612. * KLEINOT * GROSSEN. FREISCHISSENS * * NEIS * 19 AUGUS: †.

A rhythmis citatis non abludunt illi, quos de Episcopis, & memorabilibus, quæ Nissæ contigerunt, versifex quidam non absimilis ante alterum & quod excedit seculum conscripsit, è quibus lepidiores quosdam oblectationis gratia excerpere placuit.

Tempore Nankeri Episcopi.

Am Sanct Johann des Täuffers Tag
Groß Wasser Neyß überschwemmt hat/
Die Brücken biß nah an die Thor/
Daß niemand kommen mocht hervor.
Viel andern Schaden that es mehr;
Groß Wasser niemals kommet leer.
So grosser Hunger und Theurung war/
Und währet fast drey ganzer Jahr/
Daß Eltern ihre Kinder fraßn/
Sturben auch viel auf allen Straßn.

Tempore Precislai Episcopi.

Precislaus Bischof ward erkohrn/
All Widerwillen/ so da war
Zwischen dem König und Geistlichkeit
Entstanden/ hat er abgeleit.
Viel Guts hat er der Kirch gethan/
Grotgau durch ihn zum Bißthum kam.
Bischoff Pogrel gestifftet hat
Zur Neyß/ zum Speisen in der Stadt/
Zu tausend Marcken zwantzig Mann/
Panioten sie genennet han.
Starb Bischof Pogrel dieses Jahr/
Ein goldner Wirth dem Bißthum war.

Tempore Wenceslai Episcopi.

Am Tag Vitalis in der Nacht/
Der Brand zur Neyß viel Schaden bracht.
Und als er in der alten Stadt
Den meisten Theil verbrennet hat/

Flogs Feur auf den Roßmarckt rein/
Und kam der Juden-Gaſſen ein/
Der Graben und die Biſchoffs-Gaß/
St. Jacobs-Kirch lag gantz in Aſch.
Sigmund von Reichenau genannt/
Das Hauß den Kaltenſtein errant:
Und ward innerhalb vier Wochen
Dreymahl verlohrn/ und wieder erbrochen.

Anno 1413.

Ein groſſes Sterben ſich anhub/
Von St. Joann man viel begrub
Biß hin in Herbſt/ biß Michelis
Es leichter war/ und abeließ.

Anno 1416.

Die kleinen Vöglein wohlfeil warn/
Die groſſen auch in dieſen Jahrn/
Daß man der kleinen Vögelein
Kauff achtzehn um ein Heller klein.
Der groſſen ſo viel um ein Groſchen;
Solch gute Zeit iſt gantz verloſchen.

Tempore Jodoci Epiſcopi.

Zwiſchen dem Herren und der Stadt
Ein Zweyſpalt ſich erhoben hat:
Denn ihm die gemein Handwercks-Leut
Gar viel thaten zu Troz und Leid.
Der Biſchoff ein geſittſam Mann
Solchen Unfug bald unternahm.
Die gröſte Tugend groſſer Herrn
Iſt ihrem Zorn ſein ſelber wehrn.

Anno 1477.

Am Sanct Barbarä Tag/ merckt eben/
Von Ottmachau man thät verlegen
Den Thum/ auf Neyß in die alte Stadt/
Am heilgen Wenceslai-Tag:
Der Biſchoff auch ward ausgegraben/
Mit Herrlichkeit hinweg getragen/

Welcher alldort geſtifft zuvor
Den Thum ungefehr 93 Jahr.

Tempore Turſonis Epiſcop.

Mein liebe Leut hört Wunder zu:
Zur Neyß des Bürgermeiſters Kuh
Thät kalben auf ein Niederlagen
Vier Oechslein/ das thät ihm behagen.
Geht hin und fragt ohn alle Scheu:
Obs um die Neyß nicht fruchtbar ſey?

Temp. Epiſcopi de Salza. 1521.

Zur Neyß die Peſt raumt weg gar bald
In die vier tauſend jung und alt.

Anno 1525.

Ach GOtt/ wie offt die arme Stadt
Des Feuers Brunſt geplaget hat!
Doch iſt es alles Kinderſpiel
Gegen dem/ was ich ſagen wil:
In Trinitatis den Sonntag
Des Nachts um zwölff Uhr es geſchach/
Auff der Biſchof-Gaß Neumann genant/
In ſeinem Hauß ein Feur anbrant/
Thät groſſen Schaden manchem Mann/
Den Biſchoff Hoff es auch mitnahm/
Die Hoffmühl/ ſamt der Prieſter Häuſer/
Fleiſchbanck/ Badſtuben und Tuchmacher/
Die Kirche auch der Creutzherren
Einbrant/ wer kont ſolch Feur wehren?
Manch Menſch in den Kellern umkam/
Erſtickt in zweyhundert Perſon.
Demnach die Zohlgaß auch anging/
Und brandt hinauf biß an den Ring:
Allda ein Mann/hieß Lorenz Banck/
Löſcht hefftig/ und ins Feuer drang/
Mit Ernſt dem Feuer widerſteht/
Denn er viel Pulver im Hauſe hätt:
Hört Wunder groß in dieſen Sachen/

Wies

Wies weiter ging / es war kein Lachen/
Des Mannes Hauß in Eyl entbran/
Und Feuer zu dem Pulver kam/
Das Hauß zerschmettert und zerwarff/
Die nechsten Nachbarn auch mit traff.
Dadurch ihr Häuser beschädigt hart/
Groß Jammer da erfahren ward.
Lorentz Banck muste mitte dran/
Im eignen Hauß sein Ende nam ꝛc.

Anno 1529.

Klein Vöglein ein Mandel vor vier Heller
Den Inwohnern auf ihrem Teller:
Sieben grosse um einen haiben Groschen/
Das war gut Zeit vor etlich Goschen.

Quæ de Episcoporum nonnullorum, & Principum virtutibus, & bono regimine in illis rhythmis referuntur, alio in loco in eorundem laudem immiscebimus.

§. 103.

NIMITIUM.

Nimptsch / opidum mediocre Ducum Brigensium, septem milliaribus Vratislaviâ, duobus Francosteina semotum. Clivoso montis insidet dorso, imminente eidem Castello, sed quod natura magis loci, quam opere, validum: eleganter qnidem condi cœptum, sed non perfectum. Henrico II Cæsare rerum potiente urbs heic fuit munitissima, in *pago* posita, ut Ditmarus scribit, *Silensi*, eademque sustentata fortiter obsidione Imperatoris clara. Hodie haud amplius talis, sed longe alia, quam tunc facie. Ea sunt vices rerum humanarum, quæ ex maximis & florentissimis urbibus vix nomen plerumque relinquunt. (*a*)

(*a*) Cum

(a) Cum ancipiti bellorum alea hæc urbs varie jacta, varios quoque ſortita fuit Dominos.

An. C. 1431 ab Huſſitis occupata Sileſiæ Principibus Ludovico Lignicenſi, Conrado Albo Olsnenſi, Conrado Nigro Cantienſi, Vratislavienſibus & Suidnicenſibus, qui unitis viribus illam recuperatum ivêre, ita reſtitit, ut multis ſuorum in obſidione occiſis irrito tandem conatu recedere ſint coacti. Alii irruptione Huſſitica jam anno 1428. die 14 Junii captam, & anno 1434. 28 Decemb à Vratislavienſibus arcem expugnatam, Huſſitas partim cæſos, partim in fugam verſos fuiſſe volunt.

Rem totam hiſce verbis Henelius narrat in Breslographia Renovata: *Anno trigeſimo tertio Vratislavienſes ac Suidnicenſes paucis diebus poſt Bulikonem Oppolienſem Principem, Huſſitarum fautorem, à Nicolao Ratiborienſium Duce magna ſtrage cæſum, Petrum Polacum, ex ducibus belli inter Huſſitas haut poſtremum, qui Nemiciam tenebat, eo reverſurum, unde infauſtum pedem extulerat, conſequuti, cum eo manus conſerere cæperunt. Fit conflictus acer, in quo Polacus multis ſuorum deſideratis capitur, omnique prædâ, quam in Bojemiam aſportaturus erat, ſpoliatur. Nec multo poſt eandem quoque ſortem Michalka, qui poſt Polacum arci Nemicenſi præfuit, Bodvicus item primarius exercitus Huſſitici Ductor, nec non Fridenban Czirna præfectus arcis Franceſteinenſis, perpeſſi ſunt, ut infeliciter pugnantes in Sileſiorum poteſtatem pervenirent. E quibus tamen Polacus ac Bodvicus, quum hujus rei gratia Cunradus Epiſcopus, comite Aliſchio Regni Bojemiæ Gubernatore, (ita Cromerus noſter vocat, eum indubie intelligens, qui Procopio Lupacio Aleſſius Wrzeſtiewsky dicitur, cum hoc elogio, quod amans verbi DEI, Gubernatorque Bojemiæ in Interregno, & in negocio religionis, quod per id tempus Bojemia cum concilio Baſilienſi ſuſcipiebat, primarius fuerit) Vratislaviam veniſſet certis de cauſis, dimiſſi ſunt. Etſi non ſine multorum offenſione, qui eos, velut odii publici lineamentum, quippe provincia peſtes, agrorum populatores, urbium ac opidorum vaſtatores plus quam barbaros, crudeli aliquo ſupplicio è med o tolli malebant, ut tot hominum inſontium ſanguini ſuo cruore parentarent.*

Qui arcem Nemicenſem tenebant, iſto ſuorum ducum infortunio etiam contumaciores facti, vel ſponte cedere, vel deditionem ſubito facere, minime honeſtum aut militare putabant: quod præſertim Ottmuchovia quoque jam in quartum annum ſuæ poteſtatis eſſet; nec ii, qui Ottmuchoviæ erant, Nemicenſibus, nec Nemicenſes Ottmuchovienſibus inferiores videri vellent, ut citra juſtam aliquam neceſſitatem arcem dediſſe vid-

renin.

rentur. Deliberatum ſuper hoc negocio accuratiſime, eoque res rediit, ut communi civitatum, opidorum ac circumjacentium locorum ope & auxilio Fratulavienſes denuo majoribus quam antea viribus expugnationem tentarent: Joanne quidem à Rotenburg totius exercitus præfecto conſtituto, eique Georgio de Reibnitz adjuncto, tormentis adhæc bellicis majoribus, quibus in prima obſidione caruerant ad muros diujiciendos, reliquisque omnibus, quæ uſui bellico neceſſaria videri poterant, comparatis. Duces his rebus inſtructi ad arcem exercitum ducunt: cumque intellexiſſent Huſſitas defenſionem arcis moliri, ac deditionis voluntariæ ſpem omnem vanam ac irritam eſſe, poſt ſitum & oportunitatem arcis probe exploratam, tormenta loco valde commodo diſpoſuerunt, ut inde murorum parte concuſſa fractave irrumpendi major facultas eſſet. Tormentis explosis, muri quidem continuo impulſu perfracti; ſed quorum ruinas Huſſitæ nocturno labore terra & alia materia refecerunt. At cum per multos dies continuata verberatione plures jam partes murorum fatiſcerent, inde denique denudata arx conſpiceretur, miles tandem avidius per ruinas arcem ſubiit, eaque in primo furore Huſſitis partim occiſis, partim captis, potitus eſt. Hunc in modum cum ſub finem anni quarti ac trigeſimi in Vratulavienſium poteſtatem Nemicia veniſſet, ut arx ipſa dejiceretur, ex communi patriæ bono viſum fuit.

An. 1500. 25 Maji præter arcem & Templum exuſta fuit.
An. 1633 à Wallenſteinio arx & urbs capitur.
An. 1505. 12 Junii ſanguine hic loci pluiſſe ſcribitur.

JOANNES GEBHARTUS de GOPPELSBERG.

Inter honoratos Sileſiæ viros clari nominis fuit Joannes Gebhartus de Göppelsberg, vir peritia legum & eruditione reconditiore egregie inſtructus. Patriam habuit Nimiciam, opidum infelici bello fede direptum, flammisq; abſumptum miſerandum ſui ſpectaculum præbens. In hoc ergo natus noſter anno ſalutis poſt milleſimum quingenteſimum ſeptimo ac ſeptuageſimo ſexto, Kal. Decembris. Cum in patria & Olavienſi Schola tyrocinia ſtudiorum poſuiſſet, ad Athenas tandem Marchicas concesſit, ac civili potiſſimum doctrina, eloquentia, Juriſque ſcientia tanto impetu ſe dedit, ut inter commilitones, aut coætaneos vix quisquam eſſet, qui laudem ei diligentia atq; induſtria præripere merito poſſet. - - A Leobſchüzenſibus haud multo poſt ad Syndici munus obeundum invitatus in ea ſparta ornanda ita ſudavit, ut paucis licet manibus auxiliatricibus uſus, res tamen civitatis attinentes

feliciter moderaretur, ac curaret, nec ſine Senatorum pariter, ac civium favore paginam faceret utramque. Sed id tamen vix per anni unius ſpacium, eo quod Illuſtriſſimus Princeps JOANNES CHRISTIANUS Dux Sileſiæ Lygio-Brigenſis, tanti Principis tam raræ gloriæ filius ac Succeſſor, hominem ad ſe excitum à ſecretis ſibi eſſe vellet: cujus tanquam legitimi ac hereditarii ſui Magiſtratus tam modis omnibus obligatoriæ vocationi cum non poſſet non manum dare, ut clementiſſimæ ejus voluntati ſatisfaceret, Leobſchüzium, etſi opinione ſua citius, Bregæ poſtbabuit. Enimvero principalium arcanorum conſcius, ac Miniſter duabus fulturis opus habet, fidelitate & facultate. In his omnis cardo. Utramque vero cum haberet Gebhartus, ſic, quæcunque illi à Principe aut Senatu illius committebantur, promptiſſime expediebat, omniaque ſic texebat, ut in eorum nexu conſonaret, niteretque lucidus ordo, in verbis eſſet vivacitas, in ſenſibus medulla: ſic nihil omnino vel tacendum enunciabat, vel promendum tacebat, ea inſuper facilitate præditus, ne eſſet interventoribus moroſus, etiam moleſtiis & intempeſtivis. - - Et vero quod pleriuque eorum, qui in aulis Principum agunt, accidere ſolet, ut, quemadmodum aliena negocia dum curant, ſua negligant, ita dum aliena ſaluti vigiliis, & lucubrationibus nocturnis, intempeſtivis comeſſationibus, injuriis cæli, viarum moleſtiis, crudelitatem plurimorum morborum matrem contrahant: id ipſum quoque Gebharto uſuvenit, ex quo nimirum eum ab anno 1618 mala valetudo pluribus corporis incommodis, ac præter naturam affectibus, quos non parum auxiſſe creditus fuit mœror ex charisſimæ conjugis obitu conceptus, adflixit, nec prius conquievit, quam febri maligna infeſtatum die 21 Maji 1625 ætatis annum 45 agentem morte mactavit. Sil. Tog. lib. 10. No. 36.

DANIEL CASPAR à LOHENSTEIN, amplisſimi Magiſtratus Vratislavienſis Syndicus &c.

Ducali huic opido Nimbſchienſi perilluſtris ille vir ortum ſuum debet, ubi 8 Kalendas Febr. anno M DC XXXV natus eſt. Patrem Joannem Caſparum, Senatorem patriæ, & Cæſareorum ibidem redituum Cenſitorem, habuit, quem Imperator nobilitaverat, eique Lohenſteinii cognomen, ex ſaxo quodam perforato, quod Loha in agro patrio amnis interfluit, deſumptum, dederat.

Erat in adoleſcentulo ſumma docilitas ingenii, cui rei teſtimonio ſunt tragœdiæ: *Ibrahim Baſſa, Agrippina, & Epicharis* dictæ, quas inter Scholaſticas lucubrationes vix quindecennis condidit: at in iis tamen grande genus poematis, in eoque triſtia & atrocia, cædes, luctus, atque querelas, decenti cothurno expreſſit, Ex

Ex Academiis & provinciis peregrinis reverſus Ducis Olsnenſis Conſiliariorum ordini adſcriptus demandata negotia præclare geſſit. Tandem inclytæ Vratislavienſium Reipublicæ Capiti Sileſiæ operam ſuam condicens, Syndici ſpectabile munus ſuſcepit. Hanc quam nactus erat ſpartam domi forisque eximie ornavit, & cum in Curia, tum in Legationibus ad Invictiſſimum Leopoldum virum ſemper ſe præſtitit, opinione, quam omnes de eo conceperant, dignum; promeruitque ſimul, ut Conſiliarii titulo ab Imperatore ornaretur.

Quam diſertus Orator, ingenioſus Poeta, Hiſtoricus exactus, Philoſophus profundus, Jureconſultus præclarus, uno nomine, quam verus Polyhiſtor fuerit, norunt genuini bonarum literarum æſtimatores. *Arminius & Thuſnelda* inter concatenatos Curiæ labores, inter frequentes arthritidis dolores, elaborati, autorem abunde probant inter Germaniæ eruditos inſignem, quidni principem locum? eum mereri. Scriptorum Ipſius numerum, & encomium, nec non de iis judicium qui volet, Obſervationes ſelectas ad Rem literariam ſpectantes Halæ Magdeburgicæ anno 1702 & in iis Tomum VI, in hoc vero Obſervationem 9 perlegat.

Mores quod attinet, cum tempus poſceret, ſplendidus erat & liberalis, patiens & laborioſus, in ſummas reipublicæ curas diem, in ſtudia atque amicorum officia noctes inſumens. Idem ſimul, ac ſe remiſerat, & ut Plinius in Laurentio, Cicero in Tuſculano ſuo, ſic in villa ſua Kittelau dicta ruſticabatur, & inter nemoroſos colles amicorum conſortio laxabat animum, hoſpitalis, jucundus, affabilis, amicosque comparare aptus erat; quos inter clariſſimos temporis ſui viros numeravit.

Annum quadrageſimum nonum agens 4 Kalendas Maji anno 1683 apoplexia correptus ex improviſo mortuus eſt, & 3 Non. ejusdem Maji in ædibus D. Mariæ Magdalenæ olim dicatis ſplendido funere, quod præter celebriores Sileſiæ vates, latino quoque epigrammate extemporaneo Franciſcus L. B. de Neſſelrode, S. C. M. Camerarius, condecoravit, humatus.

§. 104.

NICOLAI

Opidulum in Dynaſtia Pleſſenſi.

§. 105.

NICOLOPOLIS.

Niclasſtadt/ opidum immunitum Ducatus Lignicenſis, quo in loco, Crentzheimio teſte, circa A. C. 1340 inventæ fuerunt venæ auri tam uberes & fœcundæ, ut inde ſingulis ſeptimanis ad centum & viginti, nonnullis etiam centum quinquaginta libræ auri ad Principem redirent: ſed quæ octennio vix elapſo evanuerunt.

§. 106.

ODERA.

Oder/ opidulum (*a*) à fluvio cognomine, qui in vicinia oritur, cognominatum, in Ducatu Oppavienſi, Dominorum de Praſma.

(*a*) Viginti duobus milliaribus Bresla diſtans. Mercatu annuo gaudens

1 Die Lunæ poſt trium Regum.
2 Die Lunæ poſt Paſcha.
3 Die Lunæ ante Joannis Baptiſtæ.
4 In inventione S. Crucis.

§. 107.

ODERBERGA.

Oderberg/ (*a*) opidum ſine mœnibus arcem habens adjacentem vetuſtam ad Oderæ & Elſæ confluentem. Ponte tranſitum ſuper Oderam præbet. Ditio ipſa Ducatus olim Ratiborienſis portio, ſed quæ Marchionibus Brandenburgenſibus obligata, ab iisdem

dem ad annum usque hujus seculi decimum sextum possessa fuit.

(a) 23 milliaribus Vratislavia distans.

Ecclesiam habet lapideam S. Michaeli sacram.

An. 1642 hielten die Oberberger an um Moderation der Steuer bey denen Hn. Fürsten und Ständen/ wurden aber zu der General-Steuer Moderation verwiesen/ und weilen sie ein Kayſ. Rescript de An. 1650 ausgewürckt/ seynd Ihro Kayſ. Maj. eod. an. unterthänigst berichtet/ und auf anderwertig ihre Instanz An. 1651 von ihrer Klage vermöge Allergnädigster Kayſ. Resolution abgewiesen worden.

An. 1641 den 27 Maji haben die Herren Fürsten und Stände in Schlesien auf inständiges Anhalten (pl. tit.) Hn. Lazari von Henckel/ Erb-Herr der Herrschafft Oberberg/ die von An. 1621 biß 1623 inclusive verfessene Landes-Steuern und Anlagen sonder einige sequel enthangen.

J. H. C. MSt.

§. 108.

OLAVIA.

Olau/ opidum haud ignobile fluvio præterlabenti cognomine, ut cum Horatio & Ausonio domus fluminis queat adpellari, loco plano, fertili ac speciosо, inter Vratislaviam, unde quatuor milliarium, & Bregam, unde duorum milliarium spacio distat, situm, (a) Ducali arce, eaque gemina, & elegantissima præditum. (b) Oderam haud procul inde præterlabentem, ac ponte stratum spectat structas in eo insignes moletrinas, unde non exigui ad Principem reditus. (c)

(a) Suburbium Vratislaviam versus spectabile facit hortus Ducalis, & prædium.

An. 1427 aut, ut alii volunt, 1428, ab Hussitis capta; sed Anno 1429 die, qui D. Antonio sacer, à Vratislavienſibus & Suidnicenſibus recuperata fuit.

(*b*) Als A. 1654 Hertzog Christiano durch das Loß das Wohlauische Fürstenthum/ samt dem Olauischen Weichbilde zufiel/ schlug er alsobald auf dem Olauischen Schloß seine Residenz auf/ und vergrösserte selbtes durch Italiänische Bauleute aufs zierlichste. F. Lucæ.

(*c*) Die Haupt-Mühle bestehet in 8 Gängen. So ist auch eine Schneide-Mühle/ Papier-Mühle und Kupfferhammer allda aufgerichtet.

Das Weichbild (wie Cap. 2 gemeldet worden) ist An. 1654 dem Briegischen Fürstenthum entzogen/und mit dem Wohlauischen incorporiret worden. Als es aber nach Absterben Georgii Wilhelmi An. 1675 an Ihro Majestät als ein feudum heimgefallen / und endlich nach dem Tod der Hertzogin Loyse (so darinnen als in ihrem Witwensitz residiret) völlig übernommen worden/ ward es wiederum mit dem Briegischen Fürstenthum conjungirt.

In Kriegen hat diese Stadt viel ausgestanden.

An. 1633 secundum Puffendorffium, vel secundum alios 1632, impatronirten sich derselben die Sachsen / wurden aber noch selbtes Jahr vom Obristen Schaffgotsch zur Ubergab gezwungen. Puffendorff. lib. 5. §. 104. An. 1634 seynd im Martio vom Schwedischen Obristen Dubal die Schantzen erobert / und die Besatzung darinnen nieder gemachet worden. Puffendorff. lib. 6. §. 32. Den 5 April. hernach ist auch die Stadt selbst erstiegen/ die Kayserl. nieder gemachet/ das Schloß aber nicht einbekommen worden. Idem loc. cit. §. 58.

An. 1642 wurde Olau von des Wrangels Freyleuten eingenommen im Monat Majo, als Torstensohn Brieg belagerte/ ausgeplündert/ das Rathhauß / Kirch und Schulen wider gegebene Parola gewaltthätiger Weise aufgeschlagen/ alle darinnen befindliche Depositа, Waisengelder und eingeflüchtete Sachen weggeführt / die Inwohner bis aufs Hemde ausgezogen/ übel tractirt; und wenn Ertz-Hertzog Leopoldus mit Kayſ. Succurs nicht ankommen wäre/ würde der Ort völlig ruiniret worden seyn.

Jetziger Zeit seynd nicht mehr als 2 Stadt-Thore / nemlich das Breßlauische und Briegische: dann ob wohl A. 1647 und 1648 von denen Schweden noch 2 neue Thore erbauet/ und die vorgemeldten 2 alten gantz geschlossen gehalten worden ; So haben dannoch nach dero Abzuge Ihro Fürstl. Gn. Hertzog Georgius III bey Ihro Kayſ. Maj. Ferdinando III glorwürdigsten Andenckens bittlich erhalten (weilen grosse und kostbare Brücken bey denen von den Schwedischen neu erbauten beyden Thoren

gemei-

gemeiner Stadt baufständig zu erhalten) daß die gemeldte zwey neue Thore und Brücken wieder geschlossen und demolirt/ die 2 alte aber wieder eröffnet/ und wie vor alters wieder gebrauchet werden möchten.

Ausser denen beyden Thoren ist so wohl bey Eingang des Zwingers/ als auch bey jeder Schantze oder Wercke ein Pförtlein.

Feuers-Brünste hat es ausgestanden An. 1502. 8 Sept. da die Helffte ausgebrannt.

An. 1601 ist die Haupt-Mühle verbrannt/ und unvergleichlicher Schaden geschehen.

An. 1641 ist die halbe Stadt in die Asche gelegt worden.

Die Stadt führet in ihrem Wapen einen weissen gekrönten Hahn im rothen Felde; unzweifflich/ weil es ein haltbarer Platz und Paß/ daß man allzeit als ein hurtiger Hauß-Hahn daselbst wachsam und wacker seyn sol. Ex J. H. C. MSt.

§. 109.

OLSNA.

Oelße/ Cromero (*a*) Olesnicia urbs Ducalis primaria, cui adjacet arx & palatium nobilissimum, in solo ipsa mediocriter fœcundo, sed siliginis, quam tritici feraciore: à Silesiorum metropoli quatuor miliaribus versus septemtrionem sita, mœnibus fossisque cincta, ædificiis adhæc tam publicis, quam privatis sat egregiis ornata. (*b*) Ducibus Piasteis, olim ex Glogovienſi linea descendentibus, per annos pæne ducentos subjecta, & Conrado ultimo in fata sine hæredibus masculis concedente redacta in potestatem Bojemorum Regis Vladislai, sed mox ab eodem Duci Monsterbergensium Henrico I. recepto vicissim ab hoc Baronatu Bojemico paterno, qui de Podiebratio nomen suum accepit, tradita fuit: in cujus

poste-

posterorum manibus ad hanc usque diem permansit. Arcem veterem Carolus II laudatissimæ memoriæ Princeps instauravit, inque eam, & elegantiam, & amplitudinem, quam videmus, magnis impensis extulit. Polonis urbs ut vicina, sic & familiaris est. (c) Tempestatem præter naturæ seriem, cursumque, horribilem, multo certe vulgarium tonitruum, fulgurumve quantumlibet atrocium immanitate, graviorem, dirioremque, & cujus ipse adeo similem nullis in historiis legere memini, anno superioris seculi trigesimo quinto ipsis Kalendis Septembris, quæ D. Ægidio sacræ, ibi exortam, nemo, opinor, nisi qui in Silesiæ annalibus plane hospes sit, ignorat. Elevatio poli est 51. 23. longitudo 40. 12.

(a) Olsena nonnullis.

(b) Eam nonnulli huic urbi adscribunt vetustatem, ut jam anno Domini 300 illam opidi forma donatam, anno vero 936 ab Henrico I Imp. mœnibus cinctam, & variis privilegiis dotatam esse perhibeant.

In porta Trebnicensi intra murum sequentes duo leguntur hexametri:

Hi currus & equos sua præsidiaria jactent
Robora; Nos fisi Domino superabimus hostes.
Anno cIↃ IↃc XVIII.

Extra muros ad eandem portam inciſa sunt sequentia distichа, & Inscriptiones:

Turris fortissima Nomen Domini:
Ni DEUS hanc urbem patria bonitate tuetur,
Vana omnis vigilum cura, laborque perit.
Anno Domini cIↃ IↃc XVIII.
Memoriæ, & Posteritati.
Sub ALTISSIMI protectione, & Illustrissimi
Principis, ac Dn. Dn. CAROLI, Ducis Monsterber-

gensis,

genſis, & Olsnæ in Sileſia, Comitis Glacenſis,
Dn. in Sternberg & Jaiſchwiz, Caſ. Conſil.
& ſuprema totius Sileſiæ Capitanei,
Tutela, & Patrocinio hæc Porta cum
Turri Civitatis hujus operâ reno-
vata, & turris altius erecta eſt;
Have Viator, & Monſterbergicæ
Domui cum Incolis ejusdem fauſta
precare.
Aëre, & Igne, & Aqua, Terraque fovemur Homulli:
Ergo tuo auxilio, CHRISTE, ſtet iſta Domus.
d. 29 Auguſti A. C. cIↃ IↃc XVIII.

Ad Introitum Curiæ hæc legitur epigraphe:

Nihil eſt ex omnibus præclarius, aut præſtantius,
Quam bene mereri de REPUBLICA.

I Eccleſia Parochialis S. Joanni Sacra.

II Eccleſia S. Mariæ, & Præpoſitura.

An. 1293 Henricus V Vratislavienſis & Lignicenſis Prineeps Olsnam Conrado Glogovienſi Principi cedere coactus fuit: cujus tamen nepos Conradus Boleslao Lignicenſi & Bregenſi Duci An. 1319 eandem reſtituit.

An. 1390 (1360 *ſcribit Frid. Lucæ*) Bartholomæus de Weiſſenburg, & Wenceslaus de Haugwitz Olsnæ mœnia de nocte conſcenderunt & urbem ſpoliarunt, ac incolas crudeliter vexarunt.

An. 1559. 18 Auguſti magna pars urbis in cineres verſa.

A. 1634 à Cæſareis, ejecto partim, partim vero cæſo milite Suecico, capta fuit, quam autem eodem anno Dubaldus, magni nominis Tribunus Suecicus, improviſo & Cæſareanis id haud opinantibus obſidione cinxit, & armata manu cepit, opimamque prædam à victis reportavit. Sed & eodem hoc anno à Cæſareis primum, dein à Saxonibus urbs occupata, multa tum incendiorum, tum aliarum belli injuriarum incommoda ferens ad magnas rei familiaris anguſtias redacta fuit.

An. 1642 in poteſtatem rurſus venit Suecorum, ſed qui à Tribuno Cæſareo Barone de Hoffkirchen, Januario ſequentis 1643 anni in urbem irrumpente, ipſamque Ducalem ſedem diripiente, capti & ſpoliati fuerunt.

Sed necdum finis miſeriarum, quibus hoc belli tempore obnoxia fuit

Olsna; nam & A. 1648, jubente Wittenbergio, à Suecis ejus portæ, turres & mœnia convulsa fuerunt, & diruta: quæ redeunte tandem pace ab urbis Domino Principe Sylvio restaurata, ad portam Marianam perpetuum Restauratoris monumentum exhibent verbis sequentibus:

Sylvius D. G. Dux Würtembergensis & Olsnensis, mœnia hæc belli injuria diruta de suo restituit. An. cIↃ IↃc LII.

(c) Tempestatis illius nunquam alias visu vel auditu alicubi perceptæ historiam à Laurentio Knorr de Rosenroth exacte descriptam, typisque aliquoties impressam, supervacaneum duximus inserere, quod ejus exemplaria facilé haberi possunt, & ipsa narratio historica non Olsnæ tantum, sed & Vratislaviæ in Hospitalis intra portam Suidnicensem siti sacello, ad præfatum D Ægidii diem de suggestu publice ad populum recitatur.

Historia de insigni illo latrone Melchiore Hedloff (Schützen Melcher) supplicioque, quo anno 1654. 19 Januarii affectus fuit, passim nota est, & typis mandata. Er war gebürtig von Käntlichen in der Metzdorffschen Herrschafft gelegen / hatte binnen 11 Jahren 251 Mordthaten nebst andern erschröcklichen Unthaten/ an Blutschande/ Ehebruch und dergleichen/ verübet. Wurde an beyden Brüsten und beyden Armen mit glüenden Zangen gerissen/ die fördern Glieder an beyden Händen mit glüenden Zangen abgezwickt / zur Stadt hinaus geschleifft / an Armen und an Schenckeln aufs längste gerädert/ lebendig gevierttheilet/ und die Viertel an Schwenck-Galgen auf die Strassen aufgehenckt. J. H. C. in MSt.

Bey dem Fürstl. Kammer-Gute Zucklau entspringt ein Quell/ rinnet durch Spalitz auf Oelse zu/ treibt die Schloß- und Walck-Mühle/ bewässert die Stadt/ und laufft sodann ab gegen Smarse/ wo es eine Mehl- und Papier-Mühle treibet.

Die Stadt führet zum Wapen im rothen Schilde einen auffliegenden Adler / um das Haupt mit einem Schirm / in Klauen einen weissen Zettel haltende.

Ex MSt. J. H. C.

Sed nec virorum doctrina præstantium, quibus Olsna semper floruit, obliviscí fas est, eorum saltem, quorum Henelius noster in sequentibus præconiis meminit:

ERNESTUS LANGE à Langenhoff in Taschenberg/
U. J. D. Consil. Cæsareus.

Successus ad virtutem si accedat, primum id esse hominis bonum, ei vero si suffragium quoque hominum, & gloria subscribat, summum felici-

licitatis gradum attigiſſe eundem, nec habere, quod ulterius exſpectat, vates ille, & magnæ facundiæ & Majeſtatis plenus Pindarus innuit. Utrumque cui evenit, tanquam in certamine ſupremam jam coronam exhibuit Erneſtus Lange: qui quamvis fumoſis & famoſis majorum imaginibus gloriari non poſſet; parentibus tamen Olsnæ editus honeſtis, & à prima inde adoleſcentia Muſis conſecratus, cum poſt obita in Academiis, Leonora præſertim, Marpurgenſi atque Heidelbergenſi, ſtudiorum munia, Baſileæ inde Rauracorum, quam Themis veneranda ſui cultoribus impertiri ſolet, tiara redimitus, ac Juris utriusque myſta publico Procerum Reipubl. litterariæ conſenſu, Wenceslai autem atque Caroli Friderici Ducum in Sileſia Mönſterbergenſium & Olsnenſium ſumptibus, qui ſingulari gratia illum proſequebantur, & inter Conſiliarios receperant, haud difficulter, ac nullo fere ambitu ſuo renunciaretur. Heic vero in eximiæ rerum civilium prudentiæ, atque adeo ingenii ſulco profundo ſimillimi, è quo Juris & præcepta ſaluberrima, & æquiſſima reſponſa, & conſilia tutisſima germinabant, fidei denique ac virtutis præcellentis, cui acceſſit multiplex & elegans dicendi copia, nec illa affectata, ſed plana & facilis, ea dedit ſpecimina, ut cum Cæſar præglorioſisſimus Henrico Wenceslao ſupremæ per utramque Sileſiam Præfecturæ adminiſtrationem committendam eſſe cenſuiſſet, ſed adjunctis tamen ei Quatuorviris, quorum conſiliis & opera in omnibus Reip. negociis uteretur; noſtrum quoque Conſiliarii Auguſtalis honore atque titulo mactatum, tam Illuſtris Collegii partem eſſe vellet. Cujus quidem officii honoratisſimi dignitatem, tam pro Cæſaris Majeſtate, quam pro ſalute patriæ, jam tunc immemorabilibus modis ægræ & lapſantis, tueri ſummis viribus annixus, tantum abeſt, ut fruſtrato fructu conceptam de ſe exſpectationem fefellerit, ut eandem potius ſuperaret; Cumque nulla tam difficilis aut tam intricata offerri res poſſet, quam conſilio regere, modeſtia temperare, integritate tueri, virtute conficere neſciret, ob idque eo potisſimum adminiſtro, & Directore, aliis haut raro vel epulantibus, vel genio indulgentibus, aut in utramvis aurem ocioſe dormientibus pleraque Reipubl. negocia gererentur: non ſolum apud Cæſaris Vicarium, cujus quaſi oculus, auris, os, manus, atque adeo imago ipſa erat, principem & gratiæ & auctoritatis locum obtineret, ſed ipſummet etiam Cæſarem propitium admodum & benignum experiretur. Hinc certe factum, quod is eximias virtutum dotes ſine præmio minime dimittendas arbitratus, eum in amplisſimum Nobilium ordinem cooptavit, & ſacri Palatii comitem inter paucos eſſe voluit, & aliquot inſuper

talerorum millibus liberalisſime donavit: plura etiam indubie, ſi diutius viviſſet noſter, in eum honorum ornamenta collocaturus. Idque tanto & Procerum, & Civium favore atque applauſu, ut in ſumma gloria verſantem, tanquam haut inſignium modo virtutum, ſed & raræ cujusdam felicitatis ſpeculum eo magis intuerentur: quod divina fortunarum & dignitatis acceſſione minime inſoleſcere compertus, ſed modicus bonorum ſuorum æſtimator, humiliter de ſe ſentiret, & in ſua perpetuo ſtatione ſimilis conformisque perſtaret, quia nimirum cogitabat, fortunam eſſe vitream, & cum maxime ſplendet, plerumque frangi; quia non ignorabat, magnas arbores diu creſcere, ſed una hora erui & everti: quia denique DEUM excelſa deprimere & humilia tollere probe cognitum habebat. At enimvero ſicut homini nato nemini vera & ſolida felicitas ſine omni miſeriarum intercurſu contingit, ac ſub amplisſimæ præſertim dignitatis velo fugitiva fallaxque jucunditas, infinita moleſtia, perpetua anxietas habitant; ſic noſter quoque ſuos ſubinde paſſus eſt manes: quippe haut ſolum curis ac moleſtiis variis hominumque quorundam κακολόγων loquacitati ac maledicentiæ, ſed & multis morborum cruciamentis obnoxius. A quibus & lecto tandem adfixus, cum Medicorum operam & opem fruſtra poſtulaſſet, ſpiritum ſuum tradidit An. 1632.

Sil. Tog. lib. 4. N. 45.

CAROLUS OSLEVIUS, D.

Vitæ exordia honeſto loco Olsnæ Sileſiorum traxit, Patre Joanne, quem Herbipoli natum Ao. 1526 Calagius notavit. Ingenio fuit læto & amœno, medicinæ ſtudium, cui ſe primaria animi ac voti deſtinatione dicarat, & incepit commode, & provexit naviter, & perfecit laudabiliter: ſi perfeciſſe tamen cum vulgo ſentias vel dicas eum, cui ſummus ex ſtudiis honos obtigit. Praxim certe aggreſſus eſt tam felici ſucceſſu, ut opera ac cura ejus à multis expeteretur: ipſeque adeo Rudolphus Imp. vicario famæ internuncio dignum cenſeret, qui in apricum productus Aulæ Cæſ. Med. conſtitueretur. Quod quidem illi officium ut ſcientiæ ſuæ exercendæ & exerendæ latisſimum ſuppeditavit campum, ita plurimum quoque dignitatis attulit: etſi plus habebat in moribus & eruditione non ventoſa illud, ſed ſolida, non circumforanea, ſed recondita. Vivere deſiit Pragæ Bojemorum febri peſtilenti ac lenticulari, exſtinctus in ipſo die ſolſtitii æſtivi, morbi autem 17 An. 1584. Idque magno amicorum ac præſertim Petri Monavii luctu, qui de morbo atque obitu Oslevii literas ad

Lau-

Laurentium Scholzium Med. ſcripſit. - - Epiſtolas quasdam Oslevii ad Laurentium Scholzium repræſentat nobis lib. 3. Epiſtolarum ab eodem Scholzio editarum, unde quidem hominis eruditionem, velut ex ungue leonem, æſtimare liceat:

Hæc mea cura fuit Divo ſervire Rudolpho,
Praxis erat felix, hinc decus omne mihi.
Sil. Tog. lib. 7. No. 11.

ELIAS REINWALD, U. J. D.

Patriam hic habuit Olsnam. Prima Legalis ſcientiæ fundamenta hauſit in Academia Lipſienſi. Varias inde Germaniæ, Poloniæ, Galliæ, Italiæque urbes perluſtraſſe Chriſtophorus Cæſar, Scholæ Halenſis Rector, in Carmine quodam ad Reinwaldum ſcripto luculenter teſtatur. Sic enim inter alia:

Utque ſenex Samius, Plato, Apollonius Thyanæus,
Arte auctti, varias cœli adiêre plagas:
Teutonis ora tibi, tibi Gallia, & Itala tellus
Sarmatis Elia, ſic peragrata tibi.
Inde tibi venit tanta experientia rerum,
Hinc varia arte fovens Te Themis alma beat.

Doctoralem lauream Baſileæ anno 1595 impetravit. Reverſus Lipſiam in favorem & utilitatem ſtudioſæ Juventutis, privatos inter lares, non modo prælectionum, ſed & diſputationum exercitia inſtituit: ediditque præter cætera, objecta Juris Juſtinianæi una cum fundamentis reliqui Juris Civilis, Canonici, & Saxonici diſputationibus duabus & triginta comprehenſa, & Illuſtriſſimis Silesiæ Principibus Carolo Mönſterbergenſi atque Olsnenſi, & Joachimo Friderico Lygio-Brigenſi dedicata. Patriæ tandem ſuæ redditus ſuſcepto cauſſarum patrocinio vim ingenii, judicii ac memoriæ eum in modum oſtendit, ut fori laus præclara eſſet. Inter vivos eſſe deſiit die Novembris decima quarta anno 1615, ætatis Climacterico undequinquageſimo:

Incolui ſylvas, ubi Juris adorea puri
Nominis, hinc decus hoc, quod mihi jure fero.
Sil. Tog. Lib. 11. No. 27.

Quibus addantur:

CASPAR LUCK, U. J. D. Conſil. Mönſterb.
ob. 1627. æt. 59.

SIMON LUCK, S. C. M. Secretarius.
θ. 1613. æt. 57.

LAURENTIUS LUCK, Med. Doct.
θ. 1586. æt. an. 29.

MICHAEL WELLY à SALHAUSEN, Cameræ Cæſ. Sileſiacæ Conſiliarius, ex ultima voluntate magnus Eccleſiæ & Conventus S. Matthiæ Vratisl. nec non ſtudioſorum pauperum ibidem degentium & Eccleſiæ inſervientium Benefactor. θ. 1661. æt. 64.

§. 110.

OPPOLIA.

Oppeln/ Oppolium aliis, urbs admodum vetuſta Ducatûs ab ipſa denominati, qui fluviis, piſcinis, pratis, paſcuis, ſylvis, & his quidem omnium pæne in Sileſia maximis, unde incredibilis lignorum copia Vratislavienſibus quotannis ſubmittitur, opidis, vicis, caſtellis frequens, ac generoſa nobilitate abundans, Metropolis: Vratislavia duodecim milliaribus, ſex autem ſupra Bregam, ſupra Viadri ripam ſita: Collegio Canonicorum, & monaſteriis aliquot (*a*) celebris. Caſtrum habet vetus trans Oderam, olim Principum aulam, & ſedem. Quam cum habitandam Rudolphus II Cæſar Sigismundo Bathorio Tranſylvaniæ Principi conſignaſſet, hoſpitium vero novo hoſpiti non placeret, antequam ſuſpicari quisquam poſſet, mutato habitu ad patrios nidos maximo dedecore, imo damno noſtro repedavit. Anno hujus ſeculi decimo quinto incendio mulierculæ cujusdam Vratislavienſis incuriâ excitato in deplorandam incidit calamitatem, magna ſui parte, triſtiſſimo ſane ſpectaculo,

culo, edacibus flammis abſumpta: ſed quam è cineribus cives magis magisque erigunt. (*b*) Elevatio poli eſt 50. 47. longitudo 40. 52.

(*a*) Præter RR. Patres Societatis Jeſu, Collegium iſthic exſtruentes, RR. PP. Prædicatores, & RR. Patres S. Franciſci Conventuales, Franciſcani etiam diſcalceati olim hac in urbe Conventum ſeſe habuiſſe aſſerunt: ad quem, noſtro quidem judicio, Franciſcus Dux de Gonzaga in Tract. Magno de origine Seraph. Relig. &c. verbis ſequentibus collimavit: Ut primum, inquit ille Par. 2. Con. 12. fol. 458, Oppolienſes Apoſtolicam ab" Eugenio IV Pontifice Max. facultatem impetrarunt, hunc Conventum," Beatæ Barbaræ dicatum, Oppoliæ, quæ Sileſiæ finibus excluditur, ex com-" munibus facultatibus erigi fecerunt. Contigit autem id anno Domini" 1473. Sed eorum Succeſſores in hæreſin lapſi, quod illi pie præſtiterant, im-" pie ſatis, atque contra omne fas, demoliti ſunt, & in cineres redegerunt." Hæc ille.

Monaſterium S. Ordinis Prædicatorum ſub titulo Divorum Georgii & Aldaberti MM. fundatum eſt à Vladislao, Duce Oppolienſium, A. 1399. In templo conditus eſt beatiſimæ memoriæ ſanctorum Hyacinthi, & Ceslai frater Germanus,

Beatus HERMANNUS,

cui ſecundum Abrahamum Bzovium in delitiis erat vitæ continentia, contemptus terrenorum, & cœleſtis Philoſophiæ ſtudium. In quo vero loco Eccleſiæ ſepultus ſit, ignotum latet, cum adhuc vivens DEUM rogaſſe tradatur, ut ſepultura ſua nulli mortalium innoteſceret. Antiquitates Vratislavienſes manuſcriptæ teſtantur, quod B. Hermannus, multis Teutoniæ excitatis monaſteriis, Oppolii in Conventu Ordinis quieverit anno Domini 1245, ideoque propter ſacra Lipſana claret Eccleſia. *Naſo de Löwenfels in MSt.*

Aliquot paſſibus à ſtructura templi conſiſtit ſacellum eo loco, in quo D. Adalbertus Archiepiſcopus Gneſnenſis concionem habuit ad populum: quo tempore nulla erat hic civitas præter aliquas piſcatorum caſulas ad Oderam ſitas. Traditur de hoc Sancto, quod, cum baptizanti aqua defuiſſet, è petra fontem elicuerit, ubi puteus hodie ſcaturit. *Idem ibid.*

De Collegiata tractabitur cap. ſequenti.

(*b*) In

(*b*) In Xenodochio Oppolienſi ſequens legitur diſtichon:

Da tua, dum tua ſunt: poſt mortem nulla poteſtas
Dandi: ſi dederis, non peritura dabis.

An. 1260 a Moſcis & Tartaris hoſtiliter & crudeliter direpta & vaſtata.

An. 1501. 29 Septembr. fortuito incendio funditus deleta.

An. 1615 incendium paſſa, ab Henelio hic notatum, in cujus flammis centum quoque & quatuor perſonæ partim ſuffocatæ, partim murorum ruinis oppreſſæ è vita exceſſerunt.

An. 1627 A Wimarienſibus intercepta fuit & ſpoliata.

An. 1632 Ab Arnhemio Saxone armata manu capta.

An. 1634 Menſe Aprili à Cæſareis fruſtranea obſidione preſſa, in Saxonum poteſtate permanſit. Puffendorff. lib. 6. §. 58.

An. 1635 poſt Pacificationem Pragenſem urbs iſta Auguſtiſſimo Cæſari fuit reſtituta.

An. 1642 à Suecis direpta & exuſta.

An. 1643 A Cæſareis obſidione preſſa quidem fuit, ſed inſultu ter fruſtra tentato, & repreſſo in Suecorum hoc adhuc anno manſit poteſtate.

An. 1644 tandem hoſte ad deditionem coacto, ad Cæſarem rediit.

An. 1682. 5 Junii una cum Collegio RR. PP. Societatis ultra dimidiam ſui partem exuſta fuit.

An. 1684 tota fere denuo in favillas verſa.

An. 1689 quadraginta ſex domus in cineres redactæ.

Viris animarum zelo & egregia doctrina præditis, quos Oppolium non paucos Eccleſiæ DEI protulit, jure merito accenſetur

R. P. STANISLAUS ARLET, S. J.

Sileſius Oppolienſis, qui Societatem intravit poſt abſolutum Rhetorices ſtudium Oppol. anno 1679. 31 Octob. Miſſus in Regnum Peruanum ad Mochos anno 1693.

§. III.

OPPAVIA,

Sive, quæ uſitata potius, quam genuina vox eſt, Troppavia Troppau / Boh. Opawa. Metropolis ſui

ſui Ducatûs, prope Hoſticis & Moræ in Oppam effluvium ædificata. Urbs ſatis vetuſta, ampla, & habitatorum multitudine referta : muris undique firmis ac foſſis cincta : templis compluribus, inter quæ ſpecioſiſſimum eſt Parochiale, affabre exſtructum, ornata : magnis, concinnisque civium ædificiis, tum ſuburbiis longe hinc inde procurrentibus conſpicua; commerciorum opportunitate nulli ſecunda : inſigni denique cœli ac ſoli benignitate prædita, nihil ut civibus deſit, quo commode, lauteque vivant. Monaſteria Virorum habet bina, feminarum unum, itemque Johannitarum Commendatariam. (*a*) Cereviſiæ coctura non minimum faciunt incolæ quæſtum. Moribus ac ſermone Moravos referunt vicinos, a quorum metropoli monte Julio, vel ut jam inde vitio nominis dicitur, Olomucio ſex, Niſſa decem, Wratislavia undecim milliaribus Oppavia diſtat. In partitione Sileſiæ inter Uladislai filios anno 1163 facta Micislao cum reliqua Superiore Sileſia obvenit. Ottocaro Bojemiæ Regi ſubditam, & admodum charam fuiſſe apparet ex Privilegiis anno Chriſti 1271 & 1277 Urbi conceſſis. A Nicolao Duce Ottocari filio ſupervenientium mercium depoſitionem, & poteſtatem judiciariam ampliſſimam anno 1284. privilegium autem de non contra ſententiis a Senatu prolatis impetravit. Juris Brandeburgici, quo jam ab antiquo uſa fuit, confirmationem a Nicolao, Johanne, & Præ-

mislao fratribus anno 1371, 1372 & 1382 obtinuit. Experta est in diversis temporibus fortunæ reciprocantis vicissitudines: sed alio loco commemorandas. Elevatio poli longitudo 37. 42. latitudo 50. 6.

(a) A. D. 1291 Oppavienſem D. Wenceslai Conventum ordinis Prædicatorii, Nicolaus Dux Oppavienſis fundavit. Cujus Eccleſiam A. D. primo 1336 feſto omnium SS. Joannes Olomucenſis Epiſcopus, Pontificius ſubinde de latere, ut vocant, Legatus conſecravit. In ea cum obiit diem ſuum, ſepultus eſt cum Fratre ſuo, Dux Fundator. *Bzovius in propagine S. Hyacinthi.*

Nobile vero Societatis Jeſu Collegium Principes Lichtenſteinios, velut Fundatores ſuos, veneratur.

RR. PP. Franciſcani ſtrict. obſerv. diſcalceati jam ante ducentos & quinquaginta annos Conventum S. Barbaræ nuncupatum extra Oppaviam incoluerunt: anno vero 1574 a Lutheranis exturbati ſunt. Anno tandem 1668 modernus Conventus S. Barbaræ intra urbem exſtrui cœpit, & cùm unà cum Eccleſia perfectus eſſet, ab Excellentiſſimo & Illuſtriſſimo D.D. Fundatore Georgio Stephano, S.R. Imp. Comite de Wirben & Freudenthal, anno 1677 die 24 Januarii ſolenniter dictis Patribus extraditus fuit.

De hoc porro Oppavienſi Conventu Franciſcus Dux de Gonzaga in Tractatu magno de Origine Seraphicæ Religionis Franciſcanæ, ejusque progreſſibus &c. Part. 2. Con. 8 ſcribit: *Dum adhuc Oppavienſes in fide a Majoribus tradita conſtantes eſſent, Pontificiique Max. dictis audirent, Minoriticum Conventum Beatæ Virgini & Martyri Barbaræ ſacrum, intra Oppaviam communem Civitatem, quæ in Moravia atque Sileſia finibus ſurrigit, ex publicis proventibus anno Domini 1473 ſatis eleganter, ſatisque compte exſtrui, atque Franciſcanis Fratribus inſtrui curarunt. Sed hujusmodi fide ex maximæ animi levitate relegatæ, ſacra profanis miſcentes, & præfatum Conventum demoliti ſunt, & ejus habitatores, qui frequentiùs erant 20 numero, loco deturbarunt, laceſſiveruntque. Trina olim Comitia Provincialia hoc in ipſo Conventu celebrata fuere, alia quidem anno Domini 1474, in quibus egregius Pater, Jacobus Glogovienſis: alia 1486, in quibus zelantiſſimus Pater, Paulus a Moravia:, & alia anno Domini 1499, in quibus omni religione & pietate præditus Pater, a Gruppia in Provinciales hujus Provinciæ Vicarios electi ſunt.* Pri-

Primaria Eccleſia S. Georgii.

Secunda S. Joannis.

Tertia Beatiſſimæ MARIÆ V. Turbæ propter hanc Eccleſiam An. 1603 & 1604 Oppaviæ exortæ in MSS. Buckiſchianis Vol. I. c. 15. memb. I in hæc verba deſcribuntur. Folgendes 1603 Jahres ereignete ſich die beſchriene Troppauiſche Rebellion / der daſigen Kirchen zu unſer lieben Frauen wegen / um welcher Kirchen Pfarr-Lehn oder Beſtellung dero Pfarr- und Kirchen-Diener / der Rath mit dem Cardinal Herrn Francisco von Dietrichſtein / Biſchoffen zu Ollmütz / lange Zeit gezanckt gehabt / darüber aber ihm Cardinalen von dem gemeinen Volcke ein ſolcher Schimpff bewieſen / daß Käyſer Rudolphus ex juſto dolore bewogen worden / die Stadt den 20 Octobr. dieſes 1603 Jahrs in die Acht zu thun / ſie alles Schutzes und Schirmes zu entnehmen / alle Zufuhre zu verbieten / alle ihre Freyheiten / Begnadungen und Privilegien auffzuheben / und ſie aus dem Friede in Unfriede zu ſetzen / mit dieſer von dem Schickfuſio lib. 4 Chronic. cap. 20. ſelbſt zugeſtandenen Beſchuldigung / daß die Troppauer den Käyſerl. Reſolutionen und Ausſprüchen niemals ein würckliches Genügen gethan / die Kirche eigenthätiger weiſe occupiret / und derſelben ſich bemächtiget / ſich bewehrt gemacht / ſelbſt eine Wache auffgerichtet / die Stadt-Thor in Verwahrung genommen / auch die begehrten Autores Rebellionis gegen Prag zu ſtellen verwiedert / und ſich auch ſonſt ungehorſam / halßſtarrig und auffrühriſch erzeiget. Beſagter Achts-Erklärung nun zu folge iſt nachgehendes 1604 Jahr den 15 Januarii gedachte Pfarr-Kirche zu unſer lieben Frauen / wie nicht weniger auch die zu S. Barbara verſchloſſen worden / worüber an Mannen / Frauen / Jungfrauen / Knaben und Mägdlein ein ſolch Wehklagen / Winſeln und Heulen der Gemeine entſtanden / daß ſolches faſt nicht zu beſchreiben / auch dabey ein Herren-Diener von Prag aus Böhmen / weil er ihrer geſpottet und ihnen nachgewinſelt / von den Handwercks-Purſchen mit Stoſſen und Schlagen biß auff den Tod tractiret worden. Ja es iſt endlich folgendes 1605 Jahr der plebs ſo wütend und raſend worden / daß den 27 Junii ein Reuter von der Stadt-Guarniſon mit einer Zimmer-Axt die Kirchthüren wiederum eröffnet / die Gemeine auch darin die gewöhnlichen Gebete und Predigten den 18 Auguſti / nachdem es ein Jahr und 7 Monate unterlaſſen worden / hinwiederum angefangen / und predigen laſſen. Weil dann nun Ihro Majeſtät Rudolphus bey dieſen Rebellanten auff keine Art und Weiſe was auszurichten vermochte / war er auff andere Mittel / wie der Stadt

beyzukommen/ bedacht. Assignirte demnach An. 1607 dem Geißbergischen Regiment/ so hiebevor in Mähren gelegen/ nach Troppau / und herum liegende Orten sein Quartier zu. Allein die Troppauer setzten sich zur Gegenwehr/ nahmen Obristen/ Hauptleute/ Fendriche und mehr Knechte an/ zogen die grossen Stücke aus den Zeughäusern / besetzten die Wachten an Thoren/ Pasteyen/ Zwingern und Thürmen/ und stelleten sich mit allem Ernst zur Defension. Ob nun wohl aber Herr Friedrich von Geißberg Menle Augusto zu mehrmahlen in guten die Stadt gewarnet / und ihm sein angewiesenes Quartier in der Stadt ultro einzuräumen gebeten/ mit der Versicherung/ daß auff solchem Fall er ihnen an ihrer Religions-Freyheit kein Bedrängnüß wiederfahren lassen / sondern allein seinen Abdanck-Platz darinnen halten wolte / hat solches alles doch nichts helffen wollen/ sondern die Troppauer auff ihrer Hartnäckigkeit verblieben / und ihm Geißbergern etliche seiner Soldaten aus der Stadt erschossen; Dannenhero er endlich mit allem Volck auffgebrochen / der Stadt zugezogen/ und den 25 Augusti vor dem Rattiborischen Thor in der Vorstadt 3 Häuser angestecket/ auch dabey nebenst das Weißgärber-Häußlein / das Pforten-Häußlein/ und sonst noch eines nebst etlichen Wasch- und Thor-Häußlein/ wie auch die gantze Grätzerische Vorstadt / den Blancken und noch andere 3 Häuser weggebrannt. Bey welcher verübten Feindseligkeit vor und in der Stadt etliche erschossen/ auch darin ein guter redlicher Mann/ Nahmens Valentin Sup / wegen Verdachts / daß er es mit denen haussen halte/ und ein Verständnüß mit ihnen habe/ im Tumult mit Schiessen/ Hauen und Stechen jämmerlich ermordet worden. Endlich aber hat sich die Stadt gewonnen gegeben/ und dem Geißbergischen Volcke das Quartier in der Stadt verwilligen müssen / da dann den 22 Septembr. nebst ihrem Obristen 3 Fähnlein der Geißbergischen ein- und 200 geworbene Soldaten ausgezogen / davon man ihren Wachtmeister / Lieutenant und Fändrich in der Vorstadt angehalten; Hierauff wurden etliche Bürger in Verhafft genommen/ und von den Bürgern alle Tage auff die eingenommenen Fähnlein 260 Gulden begehret / auff einem jeden Hauß von jedwederm Mertzen-Bier wochentlich 2 Gulden/ und auff einen Haußgenossen einen halben Gulden/ auff die andern Bürgers-Häuser aber 1 Gulden geschlagen/ auch die Kirchen wiederum verschlossen/ die Bürgerschafft disarmirt/ und wider etliche die Execution vorgenommen. Quid postea in religionis negotio & mutatione conetigerit, citatus Buckisch in suis MSS. fusius refert.

Inter

Inter Viros doctrina præſtantes, quos Oppavia patriæ genuit, medici præſertim claruerunt, e quorum numero ſequentes recenſet Henelius:

FRANCISCUS EMERICUS, D.

Oppaviæ Sileſiæ Civitati (etſi & Moravi hanc ſibi, ſed nullo jure, vendicant) Franciſcus Emericus Vir inſignis, ac magnus Hygiæ myſta, non minorem certe, quam aut Coa inſula Hippocrates aut Pergamo Galenus, medicorum Princeps, gloriam attulit. Qui cum artis præſtantiſſimæ cognitionem in celeberrimis Gymnaſiis conſecutus eſſet ſingularem, omnes ejus partes in Academia Viennenſi per annos 25 continuos magna cum laude docuit, eandemque pari fide, auctoritate ac felicitate in ſolatium hominum publice exercuit. Primus veram Medicinæ methodum ex Galeno in Scholam illam introduxit; primus optimos quosque auctores ipſi Galeno pro luce accommodare cœpit; primus auditores, modo qui ſibi ipſis deeſſe nollent, ad ægros in praxi ſecum lubens volens eduxit, & quod in umbra antea diſputazum fuerat lentius aut obſcurius, ipſa in re & experientia probavit. Nemo denique hoc uno plures in Archi-Gymnaſio Viennenſi unquam creavit Doctores, homines eruditiſſimos, & quorum opera Reip. quam maxime ſalutaris fuit, quibus quidem nominibus de celeberrima Schola prælariſſime meritum tantique adeo a Ferdinando Cæſare habitum, ut inter Conſiliarios ejus accenſitus fuerit, in Catalogo Rectorum, in queis & ille fuit, commendat Georgius Ederus JCtus. Meminit & ejus præter Geſnerum ac Wolfg. Juſtum, Joh. Georgius Schenck in Bibliotheca medica, libellum laudans ab ipſo ſcriptum de Medicorum auxiliorum dextro uſu ad veram Hippocratis atque Galeni mentem, ut & orationem de re medica. Inter Diſcipulos Emerici, quod lumen enituit JO. SCHRöTERUS, Acad. Salanæ lumen & columen, Thuringiæ ſuæ Æſculapius; qui de hoc Præceptore ſuo crebro referre ſolitus, ipſum ſimul atque ingreſſus ad ægrum aliquem, & faciem ejus contemplatus eſſet, incredibili ſtatim mentis ſagacitate perſpexiſſe, qualis affectus vel morbus, & quid porro agendum eſſet. Ita illi divina quadam ingenii & naturæ bonitate ultro id ſeſe offerebat, quod alii magna cura quærunt, quæſitum vix tandem inveniunt.

Sil. Tog. Lib. 6. No. 3.

LUCAS GILLERUS de Lilienfeld, Med. Doctor.

Lucam Gillerum propter animi candorem atque integritatem inde a prima adoleſcentia, cum & Oppaviæ, quæ illi Patria fuit, & Wratislaviæ

ſub diſciplina verſaremur eadem, inprimis amavi, charumque habui. Humanioribus literis probe inſtructus, cum ei ſeſe arti totum dare conſtituiſſet, quæ corporis vires ſartas atque incolumes conſervat, inclinatas erigit, fractas reſtituit, morbum ingruentem arcet, præſentem propellit, vitæ fugienti manum injicit, hærentemque in ore ac faucibus lethi ægrum a propinquo exitio vindicat. Græcæ linguæ, quod ad omne genus eruditionis, tum præcipue ad Medicinæ ſcientiam conducibilis, ſtudium præ aliis diligenter excoluit. Id quod a cordatiſſimis Medicorum fieri conſtat, magnum in eo momentum ſtatuentibus, ſi quis principem hujus artis Hippocratem, & huic proximum Galenum, Paulum Ægynetum, Dioſcoridem, ac tot alios ſuapte lingua ſonantes legat, audiatque. Tametſi vero Civilitatis ratio non patiatur jus ſuffragiorum iis protinus adimere, velutque de ponte dejicere, quibus non licet eſſe Atticis: negari tamen nequit, longe majores hunc illumve futuros fuiſſe, niſi hoc adminiculo fuiſſent deſtituti. Interpretationes certe meræ ſunt tenebræ plerumque, Scriptorisque intimum ſenſum aut venuſtate ſpoliant, aut luce, aut virtute. Diem ergo ac ſolem noſter quærebat, cumque finis, quem ſibi propoſuerat, ſplendidus eſſet, plenusque dignitate, ad eum omnibus animi & corporis viribus contendit: in Academia tandem Baſileenſi unà cum Friderico Seilero Aſclepiadeos honores, Medicæ Doctoræ privilegia, more & inſtituto Majorum adeptus 24 Julii An. 1604 Joanne Nicolao Stapano Agonotheta, ſub Rectoratu Joannis Jacfeſchii JCti, Decanatu autem Medico D. Felicis Plateri. Ad praxim converſus Reip. Gryphenbergenſi Medicum doctum, ſolertemque exhibuit; inde a cura valetudinis Illuſtriſſimo Carolo Lib. Baron. a Zierotin, Roſſilii &c. &c. in Moravia Toparchæ per annos multos fuit, flagrante apud Herum gratia ob doctrinæ induſtriæque laudem ac felicem medicandi operam: homo ſine controverſia & doctiſſimus & optimus, atque ob id gratæ poſteritatis memoria longe digniſſimus. Qua curandi ratione uſus fuerit, ſuis ad Caſparum Dornavium litteris, exeunte Julio anni, quem dixi 14, Roſſilii ſcriptis ipſemet teſtatum fecit: *non ego*, inquit, *magnum apparatum & longas medicamentorum formulas in cunctionibus meis quæro, ſed ita aſſuefactus a Gryphibergenſibus meis pauperculis, ſi fieri poſſet, uno ſimplici medicamento libentius omnem curam abſolverem. Itaque nihil aliud in ſtudiis medici mihi propoſui, quam ex lectionibus & converſationibus ſeu colloquiis medicis ſpecifica, appropriata & ſingularia, cujuque morbi aut cauſæ morbifica antidota colligere. Quandoquidem copia illa medicamentorum, qua*

quidem

quidem ab omnibus laudantur, aplerique tamen falso, ita ut, cui fidem adhibere debeas, scitu sit difficillimum, plus quasi obruti perturbamur, quam quod erudiamur. Hæc ille subjectis ibidem pro epistolæ obsignaculo verbis hujusmodi: *Verum solatur me conscientia, & illud optimi, doctissimi & experientissimi Viri, qui ἐν ἁγίοις, Doctoris Christophori Rumbaumii extremum ad verbum: Domine Gillere, crede mihi, etiamsi multos gratis curaveris, nunquam tamen gratis id feceris. Merces enim nostra copiosa, si non in terris, tamen in cœlis.*

Morborum causas grato medicamine tollens
Infero me Medicis non sine laude Chorum.

Sil. Tog. lib. 7. No. 40.

MATTHIAS UNGARUS, Med. D.

Patria Oppavienſis, cum ſeſe τοῖς Ἀσυλληπιάδαις dediſſet, ſic in illorum caſtru egit, ut & Sacris eorundem Baſilea initiari An. 1582 meruerit. Reverſus ita in Patriam, Medicum quoque non infeliciter aliquamdiu egit: ſed unde ſive natura ductui obſecutus, ſive quod id ſtudii genus, ut Arnobii verbis dicam, non confiſum ſcientia veritate, ſed in arte ſuſpicabili poſitum eſſe, & conjecturarum æſtimationibus nutans animadverteret, transfugio haud fortaſſis inhoneſto ad vitam ruſticam, illam parſimonia, diligentia, Juſtitia Magiſtram, illam ſine dubitatione proximam & quaſi conſanguineam ſapientiæ, tranſiit: Sic inquam, ut deinceps agros magis, quam agros curaret: omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſſe agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, cum Cicerone rectiſſime arbitratus. Vir cætera eleganter & varie doctus, virtutis ſpectatiſſimæ & cumprimis pietatis & candoris eximii, idemque parentis noſtri, dum vixit, cupidiſſimus. Id quod variis argumentis teſtatum reliquit. In quo genere officii nec vinci ſe Pater paſſus fuit, amantemque redamavit unice. Salomon Frencelius, Poëta quidem minime tralatitius, hujusmodi ad eum ſcripſit epigramma:

Vidi ego, ſumma fides quibus eſſet, crine rubentes
Et vidi in quorum pectore nulla fides.
Quærenti cauſam medicus reſpondit Euſtus:
Natura hos inter neſcit habere modum.
Ungare crine rubes: ſed quisque Vir optimus eſſet,
Natura efficeret ſi tibi quemque parem.

Vivere deſiit Anno 1614.

Sil. Tog. lib. 8. No. 32.

De

De his Henelius: Nos ex antiquitatis venerandæ ruderibus unum adhuc eruimus, quem præterire silentio nefas esse duximus. Fuit autem

R. F. AUGUSTINUS OPPAVIENSIS,

Ordinis Prædicatorum S. Dominici, quem Abrahamus Bzovius illis Viris Illustribus, qui Ecclesiam Catholicam scriptis illustrarunt, annumerat. Edidit autem Librum de Ente & Essentia, item Compendium Philosophiæ super 12 libros Metaphysicorum, nec non de potestate Indulgentiarum libros quatuor.

Sunt etiam, qui Oppavia ortum suum habuisse scribunt

MARTINUM POLONUM,

Historicum illum famosum & Pœnitentiarium Martini IV Summi Pontificis, postea Archiepiscopum Consentinum, ac tandem Gnesnensem, uti Bzovius ad An. 1278 habet. De scriptis ejus videatur Starovolscius in Hecat. pag. 29. Vossius Lib. 2. de Histor. cap. 6. Hallervordius, Bellarminus, & alii.

Quid Oppavia in ultimis turbis Suecicis passa fuerit, ex Puffendorffio & Friderico Lucæ adscribimus:

An. 1627 hatten es zwar die Sachsen-Weymarischen besetzt/ die aber eben dieses Jahr von dem Käyserlichen General Hertzog von Friedland belägert/ und nach eroberter Stadt vertrieben wurden. *Puffendorff in hunc annum.*

An. 1634 kurtz nach dem Tode des Hertzogs von Friedland hatte des General Schaffgotschens Obrister-Lieutenant Freyberg Troppau mit 8 Compagnien besetzt/ welcher bloß über Wallensteins Tod und seines Generals Gefangenschafft einen Tumult erregen wolte; sintemahl derselbe sich sonderlich Wallensteins Parthey annahm/ zog desselben Regiment zu Fuß und Böhmischen Dragoner an sich/ brachte sie auff Wallensteins Befehl/ der doch schon tod war/ zusammen/ zahlte ihnen einen gantzen Monat Sold aus/ und verbandt sich dieselben dardurch auffs beste/ dergestalt/ daß er auch schon begunte vier Regimenter zu Pferde zu werben. . . . Es wurde aber dieses frühzeitlich gedämpffet/ gestalt General Götz alsobald mit etlichen tausend zu Fuß und Pferde hinzu eylete/ und nachdem er Leobschütz und Jägerndorff/ welche dieser Freyberg starck besetzt/ erobert/ Troppau belägerte. Er that zwar ein wenig Widerstand/ weil er aber keinen Entsatz sahe/ und Schaffgotsch aus dem Gefängnüß ihn zur Übergabe ermahnete/ Götze auch versprach/ er solte deswegen nicht gestraffet

werden/

werden/ ergab er ſich endlich auff des Käyſers Diſcretion. *Puffendorff. lib. 6. in hunc an.* der Schwed. und Deutſch. Kriegs-Geſchichte.

An. 1642 ergab ſich die Stadt dem Schwediſchen General Torſtenſohn/ ward aber bald wieder Käyſeriſch.

An. 1647 überwältigte der General Königsmarck mit geringer Müh die Stadt Troppau/ und zog der Bürgerſchafft vollends die übrige Wolle ab. *F. Lucæ in Chr. pag. 721.*

§. III.

OTMUCHOVIA.

Otmuchaw/ Opidum (*a*) mœnitum, Epiſcopi Wratislavienſis jurisdictionem ac tribunal agnoſcens, & arce ſuperbiens egregia: a Sereniſſimo Archiduce Carolo, cui animum honeſta & utili voluptate recreaturo gratum ſæpe, dignumque ob vicinas venationes ac piſcationes receptaculum fuit, ſplendide reparata.

(*a*) Immœnitum eſſe ſcribit erroneè Frid. Lucæ, pag. m. 782. in Chron. Canonicatus, quem hic fundarat Wenceslaus Epiſcopus, tempore motuum Huſſiticorum Niſſam translatus.

An. 1284 ab Henrico IV Thomam II Epiſcopum perſequente occupata. Henel. in Bresl. Res.

An. 1429. 16 Martii, ab arcis Præfecto prodita, ab Huſſitis occupata, ſacraque ſupellectili, in plurimis argenteis, aureisque calicibus, crucibus, planetis, & aliis rebus pretioſiſſimis eò ſalvatis conſtante, ſpoliata: ſed Cunrado Epiſcopo poſt quadriennium pro captivis Bohemis reſtituta.

Alii anno ſequenti 1430 hanc proditionem factam fuiſſe ſcribunt: qua de re Niſſenſis quidam verſifex ſupra citatus:

Ottmachau die Hußiten nahmen ey/
Ergrubens/ und erſtiegens frey:
Geſchach nicht ohn Verrätherey:
Dann ſolches war da alles frey/
Ein Obrigkeit bedencke wohl/
Wem ſie ein Hauß vertrauen ſoll.

Die Thum-Kirch da man gar einbrach/
Dann daraus groſſer Schad geſchach
Vom Feinde/ die ſich drein verſchantzten/
Und ſo dem Schloſſe näher grantzten.

An. 1443. 22 Julii in Bohemorum per ſcalas noctis tempore mœnia conſcendentium denuo poteſtatem pervenit: quam demum Petrus Epiſcopus An. 1448 quatuor marcarum millibus redemit.

De quo præfatus rhythmologus iterum An. 1444:

Dies Jahr groß Steur ohn Unterſcheid
Bezahlen muſten alle Leuth/
Zur Neyß dem Rath den vierdten Pfennig/
Die Urſach war bey iedermännig/
Daß Ottmachau das werthe Schloß
Auskauffet würde wieder loß.
Seyfried Wandritz in Satz bekam
Ottmachau/ hatte geben dran
Neunhundert Gülden/ welches drauff
Um vier tauſend wider ward kaufft.

An. 1646 a Suecis direpta fuit, & depilata.

Novam eamque magnificam, qua Otmuchovia hodie ornatur, Baſilicam acceptam gratire ferimus Sereniſſimo & Reverendiſſimo Principi ac D. D. Franciſco Ludovico &c. Epiſcopo Wratislavienſi &c. quæ anno 1691 ædificari cœpta, anno vero 1701 parata, & die 8 Septembr. ſub titulo S. Nicolai Epiſcopi, & S. Franciſci Xaverii, Deo conſecrata fuit.

E Viris doctis, quos Ottmachovia tulit, unicus hic nobis ſufficiat,

FRANCISCUS KOCKRICIUS FABER,

cujus Viri, a nobis cap. 1 ſæpius citati, elogium ex Henelio adſcribimus:

Non eſſe usque modo dura atque aſpera Sileſiorum ingenia, ut non facile Muſarum cultura molliantur, exemplo ſuo præclaro oſtendit Franciſcus Faber Ottmuchovienſis, Vir doctiſſimus, omnis antiquitatis peritiſſimus, at Poëta ſi quis inter Sileſios alius meo quidem judicio præſtantiſſimus: nec ſolum in ſcribendo ſalis & facetiarum plenus, verum & eandem jocandi libertatem in ſermone retinere ſolitus. Reipubl. Suidnicenſis cum fuiſſet Notarius, exinde Wratislavienſi a Secretioribus Epiſtolis (unde quidem & Secreta-

cretariorum nomen miniſtris hujusmodi recentiori Latinitatis ævo inditum eſt, cum antiquiori magis certe eleganter, ſi minus officio convenienter ac appoſite, ſcribæ vocarentur) laudabiliter inſervivit annis compluribus, arduorumque ejus Urbis negociorum ergo in D. Ferd. Cæſaris aulam non ſemel ablegatus, votique compos ad ſuos reverſus. In eo autem dum verſaretur officio, ſubſecivis horis atque a munere publico vacuis ſuas ad muſas, velut ad Nepenthes Homerus, ſe retulit, ac multa confecit, quæ ut vivens eo celebriorem famam, quo magis hanc ille contemnebat, (adeo gloria Virtutem ſequitur etiam fugientem) pepererunt, ſic defuncti quoque memoriam poſteris commendant: inprimisque poëmata, non qualia cæteri, imperitum vulgus, qui ſi pedibus verſum inſtruere, & in vincula voces cogere queant, ac cum Virgiliano Opilone:

Scribenti miſerum ſtipula diſperdere carmen,

putant ſe continuo in Heliconem veniſſe; ſed in quibus heroicus ubique Spiritus, ſeria eruditio, pura venuſtas, & undique velut ſanguis per univerſum corpus læta quidem gratia, jucunditasque ac talis plane color, qualis fuiſſe

- - Apellæis dicitur in tabulis,

elucet, vivit, & ſpirat. Eorum autem pars edita, & in illa SABOTHUS, Baſileæ, & incurioſe typis deſcriptus, itidemque a M. Helwigio concinnatum de fluminibus Sleſiæ Idyllion: *pars inedita in tenebris hucusque delitescit, utinam aliquando magno, & fama Scriptoris auctoramento, & reipubl. litterariæ bono lucem viſum. Chriſtoph. Manlius lib. 6. Luſatiæ ſuæ laudat Fabri BOJEMIAM Euricii Cordi epigrammate commendatam: & eſſe penes Helwigium ac ſe teſtatur ejusdem SILESIAM propediem cum poëmatis heroicis omnibus edendam. Quæ ipſa quidem cum publici Juris facere noſtra memoria cogitaret Caſpar Conradus noſter, morte præreptus effectum, quod voluit, dare non potuit. Quin ſermone quoque vernaculo ex Archivis publicis, quantum quidem in illis indagare non perfunctoria diligentia potuit,* Origines Wratislavienſium, res & acta, itemque privilegia, & immunitates a primis velut incunabulis ad ſua usque tempora per annorum ſuccedentium ſeriem, *velut in areolas, digeſſit, idque non alio fine, quam ut palam omnibus oſtenderet: quo pacto Civitas laudatiſſima ad decus iſtud, quod tunc haud pauci modis omnibus imminuere ſatagebant, perlata atque aſpera, Regum ac Principum ſuorum auſpiciis, paullatim aſſurrexiſſet, uti quidem luculenter teſtatur epigramma Auctoris dedicatorium ad V. Nob. Georgium Meblium, Boh. Vice-Cancellarium, quod hoc loco non alienum duxi adſcribere:*

Prima rudimenta & Patriæ primordia noſtræ
Si vacat, ut curſim, Meble diſerte, legas.
Quantumvis properante manu, ductuque lituris
Vix ea ſint obiter texta, retexta ſemel.
Invenies tamen, ut veterum Regumque Ducumque
Munifica ſenſim creverit aucta manu.
Creverit ut felix Regumque Ducumque favore,
Ceu ſolet a charo, filia nata, patre.
Qualibus Henrici *obſequiis, donisque bearint*
Aſpicis? ab quis non talia pectora amet?
Cæſulus ut noſtram Princeps dilexerit urbem,
Plurima magnanimi ſunt monumenta Ducis.
Quam Caroli *in noſtris* Quarti *propenſa voluntas!*
Quam fratrum pietas officioſa fuit!
Non favor Alberti *peritura defuit urbi:*
Non minus & proles poſtbuma multa dedit.
Quis Jagellonum *patriæ data munera Regum*
Digne pro meritis commemorare queat?
Denique quid noſtræ Regum Rex optimus urbi
Contulerit, breviter iſte libellus habet.
Nec dubito, quin hac animo gaudente, Georgi
Conſtanti in patriam pro pietate legis.
Ex animoque doles, ſi quis convellere tentet
Tot decora, & veterum tot benefacta Ducum.
Ergo laboranti, ſi poſcimus æqua, Budorgi
Succurre, & patrios aſſere, Meble, focos.

Vitæ hujus fabulam Vir optimus conſummavit, ac rebus humanis Valete & Plaudere, *ſuis vero civibus, quibus inſigne decus præſtabat,* Dolere & Plangere *dixit, anno orbis reſtituti multis illuſtribus Viris fatali ſupra mille quingentos quinto & ſexageſimo, cum vixiſſet annos 68 hujusmodi cum elogio:*

Hic ſitus eſt, veteres Lygios qui carmine primus
Deſcripſit, patriæ victus amore Faber.

In templo, quod D. Mariæ Magdalenæ converſæ peccatrici vetuſtas dicavit, conditus.

Lecta tua eſt nobis divine, BOHEMIA, Vates,
Et quod ad Aurbachum concomitatur opus.

Hen

Heu quantum e ſacris traxiſti fontibus hauſtum!
Quam plenum dexter pectus Apollo dedit!
O ſtupidos homines! o barbara tempora, quæ non
Talibus ingeniis muneribuſque favent!
Fauſta ſub Auguſto ſi te Lucina dediſſet,
Proximus à primo, crede, Poëta, fores.

Euricius Cordus.

Docte Faber, fabricans pulcherrima munera Muſæ,
Conaris reliquos exſuperare Fabros.

Ægydius Periander.

Urbi fatidicæ certabit Sleſia mantus,
Si quando aura Fabri libera, cernet opus.

Gerardus Fauſtus.

Andino ſimilem grandi te ſurgere verſu,
Ut taceant homines, ipſe Sabothus *ait.*

C. C. D.

Nil opus elogio: lectus cuicunque Sabothus,
Ingenium ille Fabri, noverit & genium.

C. C. D.

Audiit extinctum Fabrum, cum forte Sabothus,
Sleſia, qui memorat resque virosque tuos.
Ingemuit, triſtique effudit pectore voces
Signare & tali carmine juſſit humum:
Docte ſenex, noſtræ non ultima gloria terræ,
Prob dolor! infauſto ſydere rapte mihi.
Hactenus in tenebris jacuit mea Sleſia denſis:
Illam qui vellet ſcribere, nullus erat.
Auſus es in lucem veteres producere faſtos:
Invidit fama mors tamen ipſa tua.
Niſſa tibi patriam dederat: clareſcere nomen
Urbs, à præpingui nomen adepta ſue.
Majores ſed enim poſtquam accumulavit honores
Pro meritis, tumulum dat quoque Bresla tibi.

Martinus Hoffmannus.

Sil. Tog. Lib. 7. No. 6.

Ottmachovienſibus accenſetur à quibusdam

BALTHASAR NEANDER,

SS. Theol. D. Eccleſ. Cathedr. Vratislav. Canonicus & Archi-Diaconus. ℔. An. 1619. ætat. 53 quem Niſſenſem alii fuiſſe ſcribunt.

LOBEDAVIA, vel LIBENAVIA.

Libenau pagus in Territorio Ottmachovienſi, cujus ideo meminimus, quod locus ſit Genitalis viri celebratiſſimo ingenio præcellentis

MATTHIÆ POLENII,

cujus elogium ſcripſit Henelius doctiſſimus in hæc verba:

Quantum non literis modo, ſed & litteratis hominibus tribuendum ſit, Sigismundus Imp. Georgium Fiſcellum Doctorem, quem Equeſtris Ordinis honoribus auxerat, quam optime docuit. Cum enim Imperator Baſileæ de rebus arduis conſultaret & Fiſcellus hæreret dubius, Doctoribus legum, an vero Equitibus ſe conjungeret, tandem vero ad Equeſtrem claſſem inclinaret: ſtulte agis, inquit Cæſar, qui litteris militiam præfert. Nam ego milites mille una die fecerim: Doctorem mille annis non fecerim. Quod tamen Imperatoris effatum de iis capiendum, qui virtute & eruditione illuſtres, prævio examine legitimo ad dignitatem illam conſcenderunt, non qui vel prece, vel precio, ab illis non tam Antiſtitibus Jurisprudentiæ, quam Inſtitoribus, imo leonibus Acad. honorem conſecuti. Quorum quidem injuſtitia, ſtultitia, & avaritia fieri videmus, ut nullo dignorum & indignorum fere habito diſcrimine, amplisſimæ litterarum dignitates ſic in permultos homines, quomodo denarius in cloacam, cadat: nec deſint adeo, quibus edicere liceat: *tantum numera, atque eſto, quicquid Servius aut Labeo*, ut Petronius ait. Vulgatiſſimum ſane illud, quis ignorat: *Nos accipimus pecuniam, & mittimus aſinum in Germaniam?* quam & ob cauſam, cum Italus quidam, Doctoris nomine ſuperbiens, à Gregorio XIII Pontifice Romano (qui Hugo antea dictus è Boncompagnorum proſatus familia, Juris utriusque doctrina fuit clariſſimus, & Profeſſor Bononienſis) beneficia quædam, ut vocant, peteret, Pontifex, *dic mihi*, ait, *utrum Doctor ſis, an Doctoratus, ad hoc pauca, ad illud vero plurima, quorum tu forte nihil habes, requiruntur.* At enimvero hujusmodi dicteriis MATTHIAS POLENIUS Lobedaviæ in territorio Ottmochovienſi, patre Petro, ejus loci ſculteto, ſed viro tam Græce quam Latine doctiſſimo, natus minime omnium fuit obnoxius. Is namque cum à Muſis amœniſſimis graviſſima venerandæ Jurisprudentiæ ſacra auſpicatus fuiſſet, atque in unum combinaſſet: ne videlicet cruda, & imperfecta

fecta ſtudia in SS. Themidos delubra propelleret, & more paſſim locorum recepto, non dum priſcæ ſapientiæ præceptis animo compoſito, & ſolummodo compendiis ſeſe oblectanti, nil niſi Lamiæ turres, & ſolis pectines, vitreaque fracta, ac ſomniorum interpretamenta ſectaretur, ſicut Doctoris titulum non niſi ſeveriori examine adhibito approbatus, maximo applauſu meruit: ita poſtquam Muſas ab Heliconis umbraculis in lucem civilium negociorum deduxit, ingenii & eruditionis documenta edidit præclara. Francofurtum autem ad Juris & legum voluntates pandendas, ad ænigmata legum ſolvenda evocatus id effectum dedit, ut ex reſcripto Imp. Aug. Theodoſii & Valentiniani docendi peritiam, dicendi facundiam, interpretandi ſubtilitatem, copiamque diſcernendi feliciter patefaceret: nomen celeberrimum vel hoc nomine conſequutus, quod in publico illo interpretandi leges munere propoſitum illi ſemper eſſet, non minus ad prudentiæ æquitatem, Juſtitiamque, quam ad ſcientiam & ſubtilitatem Juris Auditores manuducere: gnaro quippe, has ſine illis malitioſas fere eſſe atque noxias. Hoc Judiciorum utique plerisque in locis ſtatus clamat: nihilo per artificium Juris expeditior æquiorque, quam ſub rudi majorum æquitate erat. Quid mirum? plura delinquit ſolertia expers virtutis, quam imperitia non modo proborum, ſed vel malorum. Id cum perpenderet POLENIUS, haut præſertim neſcius, Fridericum quoque Balduinum magni nominis Jureconſultum adſeruiſſe, nullum unquam fuiſſe, aut elegantis ingenii, aut magnæ notæ Jurisperitum, qui ſtudio iſti non adjunxerit Moralis Philoſophiæ nervos, & politioris litteraturæ cincinnos: Ethicen, Politicenque, & quam humanarum actionum moderatricem, teſtemque temporum, vitæ magiſtram, & memorem vetuſtatis nunciam, matrem prudentiæ ac ſapientiæ, merito indigitant doctiſſimi homines, ut olim diſcendo ſic poſtea docendo Jurisprudentiæ decenter miſcuit; hoc quidem pacto conſequutus, ut non forenſes tantum rabulas, ſed civiles ſapientes formaret: qui non lites diſputationum levitate ſerere, & propagare, ſed recti judicio inoffenſo ictu decidere, adeoque præcidere occaſiones earum noſſent, non foro tantum ſed Reipubl. non privatis modo ſed publicis Conſiliis aptos; quippe non doctos tantum in privato, & ad lites ſpectante, ſed in publico quoque Jure, & Civium inter ipſos cum Principe & Reip. ſalute conſenſionem procurante. Id vero dum agit noſter, non eo ſecius vim animi ingeniique in forenſi palæſtra approbare, & hac quoque gloria inclareſcere laboravit: nihil quidem æque curæ habens, quam, ut quascunque cauſas recepiſſet (recepit autem complures

easque

easque illustres) cum peritia pietatem, imprimis candorem, atque conscientiam ad eas adferret: tum ut re probe cognita in ima causæ viscera penetraret, fundamenta ejus dextre jaceret, singula momenta ad trutinam examinaret, minima usquequaque, cum in exiguo rei cardo haut raro vertatur, non prætermitteret, ociosa & superflua resecaret, eruditæ brevitati studeret, verborum ambitionem fugeret, cum ordine progrederetur, atque ita Judici rem ob oculos poneret: quo ipse semotis perplexitatibus, atque Mæandris, tanto facilius persuaderi, atque adeo summa is capita quasi in numerato habere ac minore cum labore tandem sententiam invenire posset. Cui quidem rei si nihil aliud esset, quod fidem faceret, vel sola causæ Wartenbergicæ acta affatim loquerentur: quorum major pars à Polenio confecta, sic quidem, ut contra integra collegia steterit, &, quia melioribus rationibus tam Juris quam facti munitus, obtinuerit. Adeo nimirum, ipso Justianiano Imp. disertis verbis constituente, non ex multitudine Auctorum, quid melius æquiusve sit, judicandum: cum possit forsitan & deteriores sententias & multas & majores in aliqua parte superare. Amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas ac Justitiæ & Juris sceptra. Enimvero nihil dignius esse, si & Senatorio vestiatur honore togata professio, verisime jam olim scripsit Cassiodorus: quippe cum nemo melius, quod religio, quod Jus, quod verum ipsum postulat, Principi suadere, nemo æquius Reip. leges statuere, nemo legationes prudentius suscipere, nemo denique possit cavere rectius, quam qui jura & leges tenet. Ea propter Serenissimus Elector Brandenburgensis, ut multos semper incensu συμβουλευτῶν habuit, qui Jurisprudentiæ laude florerent, ita POLENIUM quoque Consiliis suis iisque intimis adscisendum putavit. Et vix ille quidem in aula septemvirali aliquanto tempore, sed ad cathedram Professoriam mature reversus amplissimam Ordinarii dignitatem in facultate Juridica obtinuit; nec minus interim ab Electore gravissimis quibusque negociis expediendis, legationibus obeundis subinde adhibitus, iisdemque magna fidei & prudentiæ laude defunctus fuit. Severiores curas ut demulceret iis horis, quas aut à legibus interpretandis, aut à litibus scribendis, legendis, audiendis, ociosas nactus fuerat, versus pangere solitus fuit, usque adeo elegantes, ut in iis tanquam Musarum opere juxta Callimachum manus abluisse Charites videantur. Decanatus munere in Facultate Juridica aliquoties laudabiliter functus, Rectoris quoque Academici officium, illud quidem perhonorificum, sed quod plus solicitudinis habet, quam pulchritudinis, plus curæ

quam

quam auri, plus impedimenti quam argenti, plus una vice ita gessit, ut ipsi Academiæ ornamento, omnibus Academicis gratus & acceptus, Collegis vero suis fuerit charissimus. - - Francofurto ad Mœnum, quo ab Serenissimo suo ad Conventum inibi de rebus gravissimis habendum ablegatus fuerat, domum reversus in morbum incidit lethalem; cumque haut ita diu decubuisset, post præclara Christianæ patientiæ documenta edita vitam clausit, anno 1632, mense ac die nobis nondum certe cognitis. Vir utique ingenii excellentis, acris & limati judicii, expertæ virtutis, promptæ humanitatis fide & auctoritate instructus, officiosus in promovendis aliorum commodis, tum intercedendo, tum commendando, ad interrogata respondendo, & modis aliis quibuscunque; utque paucis dicam, plane ad Homericum istud:

At DEUS huic animum prudenti in pectore donat,
Quo multi possint homines uti, atque frui sci.

Atque adeo, si quis alius, longe dignissimus, cujus venerabilem memoriam nulla unquam obscuret oblivio.

Pollet Polenius legum scit amine quovis:
Hinc summo, hinc imo sollicitandus adest.

Sil. Tog. Lib. 5. No. 45.

§. III.

PARCHWITZIUM.

Parchwitz / opidum montibus cinctum, & arce nitida celebre, ad fluenta Catti, atque Oderæ, in Ducatu Lignicensi: à cujus metropoli duobus, Vratislavia vero septem milliaribus distat. (a)

(a) a Nobili quodam de Parchwitz An. 1280 exstructum; à quo ad Principes Lignicenses, ab his vero ad Zedlitzios transiit: à quibus post 162 annos, An. 1563 ad Duces rediit. Ab An. 1568 usque ad An. 1571 Fabiano Schönaichio pignoris loco oppignoratum, sed An. 1597 Principi Joachimo Friderico restitutum.

Insignia opidi sunt Lepus, & Piscis, uterque dimidia sui parte conspicuus, quibus loci conditores insinuasse videntur, sub opidi primordia

nihil incolis ad vitam ſuſtentandam defuiſſe, ſed ex Catto fluvio, qui in Viadro iſthic loci perditur, piſces, ex campis autem & ſylvis feras, præſertim lepores ſufficientes, fuiſſe ſuppeditatos.

Eccleſias habet duas: alteram S. Andreæ Apoſtolo; S. Annæ alteram dedicatam.

An. 1608. 2 Junii à Catto exundante plurima damna accepit.

An. 1640 vel ſecundum Puffendorffium lib. II §. 20. anno 1639, à Suecis interceptum, & eodem anno à Cæſareanis fuit recuperatum; An. vero 1642 his cedere coactis in illorum rediit poteſtatem.

An. 1683. 23 Martii, magna ex parte incendio conflagravit.

§. 114.

PATSCOVIA.

Patſchkau/ opidum elegans & amœnum, (a) ſiniſtro Niſſæ alveo adjacens, Ducatus quondam Monſterbergenſis una cum territorio ſubjecto (teſtantibus id Principum illorum inveſtituris Regiis, eorundemque litteris in caſtro Patſchkow datis) portio fuit: ditionis inde factum Epiſcopalis, antichreſeos, an alio jure, incertum. In numero quidem Civitatum Epiſcopalium jam A. C. 1383 fuiſſe, ex litteris apparet eo anno ſcriptis, quibus Joannes Eyke, Magiſter conſulum, Pezko Triburus, Nicolaus Eberhardt, Nicolaus Les, & Joannes de Swanowitz, Conſules Patſcovienſes, exemplo Niſſenſium atque Grotgovienſium conceptiſſimis verbis promiſerunt, quod neminem Regibus Bohemiæ, & Coronæ Regni ejusdem adverſantem in civitatem ſuam recipient, & quod contra Reges Bohemiæ, & eorum ſubditos nulli præbebunt in perpetuum auxilium aut favorem. Cives opidani muſices præ aliis admodum ſtudioſi.

(a) Mœ-

(a) Mœnibus ſeptum; quibus tamen deſtitutum eſſe ſcribit rurſus falſe *Frid. Luca in Sil. Chr. pag. mihi 785.*

An. 1428 Taboritæ illud diripientes in incolas ſceleribus etiam nefandis ſævierunt.

An. 1638 Subſid. charit. accepit à PP. & SS. 800 Thal.

Nundinas celebrat

1 Dominica poſt Bartholomæi Ap.

2 In feſto S. Martini Ep.

E viris doctis, quibus Patſcovia claruit, primo nominandus

GEORGIUS WERNHERUS.

Inter Sileſios de Republ. & politica, & literaria optime meritos præcipua quadam laude dignum cenſeo GEORG. WERNHERUM, Ferdinandi Cæſaris Regium in Hungariam Conſil. & Præfectum in Saros, hominem illum experientia rerum, ſolertia conſiliorum, facultate linguarum, & eloquentia præſtantiſſimum. Meminit ejus præter alios Vir Illuſtr. Nicol. Iſtuanvius Rerum Hungar. Lib. 4. Sileſia quidem oriundum, ſed in numerum Hungarorum adſcitum Eperieſſum domicilium, ac ſedes ſibi comparaſſe, atque in ſuperiori Pannonia adminiſtrandis proventibus ærarii præfuiſſe ſcribens Virum doctum & elegantem, eruditioni fidem faciunt haut modo *carmina quædam terſiſſima* ſane, ſed & *epiſtola de Smolnicio fonte*, cujus undæ ferri conſumendi, & in æs vertendi vis eſt, totumque adeo *hypeomnemation de admirandis Hungariæ aquis*, Viennæ excuſum Ægydii Aquilæ typis A. 1551. In quo ἐξ ὀνύχων λέοντα, ac plus illum veræ laudis meruiſſe cognoſcas. *Quam levis indocta Marſus Amazonide.* Scriptus is libellus ad Sigismundum L. B. in Herberſtein, ſingularem Wernheri Fautorem. Vide carmen Tordæ ad Wernh. Bonfinium. Patriam habuit Patſcoviam ditionis Epiſcopalis oppidum; cui forte minus per ſe nobilitato inſignem certe lucem ac ſplendorem tantæ celebritatis alumnus conciliavit, firmavitque illud Senecæ: poſſe ex caſa virum magnum exire, poſſe ex humili deformique corpuſculo formoſum animum ac magnum. Sil. Tog. Lib. 6. No. 4.

BERNARDUS STURMIUS.

Plus patriæ ſuæ Patſcoviæ decoris contulit, quam ipſe ab ea accepit, Vir ſane literatiſſimus ac florentiſſimæ Iglavienſium in Moravia Reip. Protonotarius fidelis, atque induſtrius: idemque haud exiguam nominis

célebritatem adeptus *Eteoſticborum* (ſic carmina appellantur, literis numerabilibus rerum memorabilium annos deſignantia, alio nomine Chronoſticha, Chronometra, Eteologica dicta) *centuriis ſeptem* in publicam lucem editis. Quod quidem opus ingenii ipſius felicitatem lectori abunde poſſit approbare. David Crinitius ſic de illo cecinit:

Sturmius ingenii præclarus acumine: multa
Doctrina, magna ſedulitatis homo.

Cui ſuccinens Conradus noſter:

Sturmio Hiantaum peperêre Eteoſticha nomen,
Laude quod accumulat diva Themiſta ſua.

Lue peſtilenti in Moravia tunc graſſante correptus publicam lethi viam calcavit anno Chriſti ſupra milleſimum quingenteſimum tertio & octuageſimo. Sil. Tog. Lib. II. No. 13.

Duobus Henelianis duos Recentiores addamus Patſcoviæ natos Viros Theologos, quorum alter fuit

D. HIERONYMUS HOELTZELIUS,

Francoſteinenſis Eccleſiæ, poſtquam anno 1629 Catholicorum ſacris reſtituta fuiſſet, primus Archipresbyter, cujus in illius urbis Francoſteinenſis deſcriptione ſupra mentionem fecimus honorificam: alter

R. P. LONGINUS JOHN,

Societatis Jeſu, SS. Theologiæ Doctor, Vir limati judicii & conſummatæ prudentiæ, cujus laudes alio forſan in loco ab oblivione vindicare conabimur.

§. 115.

PAURVITZ.

Opidulum Ducatus Carnovienſis, inter Ratiboriam, & Leobſchüzium media quaſi via ſitum. Monialium Ratiborienſium peculium. (*a*)

(*a*) Nundinantur:
In feſto Converſ. S. Pauli.

Patria hæc fuit

R. P. ADAMI KRAWARSKY, Soc. Jeſu Sacerdotis, cujus ſequens elogium ex pulveribus ſacris Crugerianis eruimus:

d. D. 1660 hac ipſa 30 Auguſti in Domo Profeſſa Pragæ evocatus eſt è terris

terris ad capeſſenda in cœlis præmia laborum ſuorum R. P. Adamus Krawarsky, gente Sileſius, in Societate Jeſu Coadjutor ſpiritualis. Digniſſimus hoc agnomine equidem, ut qui Profeſſor toto vitæ ſuæ tempore coadjuverit inſigniſſime cum emolumento millium animarum. Nam plenus ardoris divini, & Spiritus Xaveriani, quà ſe præſertim extendit Bohemia, ſparſit ipſe Ignatianos ignes, quibus inter colloquendum, & agendum, ac ſolennius è Cathedra docendum, ſummos & infimos hominum omnis plane generis inflammavit. Glacies porro Wicleſiſtica, quibus ab antiquo pectora Bohemorum complurium rigebant, his ſacris allocutionibus inprimis ſoluta eſt in ſexu utroque, redieruntque maximo numero ad veterem pietatem. Erat nimirum juxta homiliam 17 S. Gregorii R. P. Adamus Sal, qui corda audientium ubique, præſertim in ſacris miſſionibus, condiebat, *quia veraciter condimentum neceſſarium proximis impendebat, ut qui captatis occaſionibus verbum prædicationis non ſubtraheret, ſed ferventiſſime ſubminiſtraret. Quia vero Sal erat extraordinarius ipſe, ut haberent domi ſuæ, ſive in propriis Parochiis neceſſariam ſalſedinem oves Chriſtianæ, providebat, ne à ſacerdotibus, ordinariis Paſtoribus, toleraret grande Deus præjudicium, quando eos, quos ad aliorum correctionem poſuit Eccleſia induxit ſeriò, ut nulla darent de ſe exempla pravitatis, unde accidere ſolebat, ut ſacris Exercitiis S. Ignatii perſuaſi deinceps lucra animarum quærerent, qui fuerant hactenus ad ſtudia privata fortaſſe propenſiores. Quam in rem, ſi videret eſſe opus, autoritatem Majorum interponebat, per quos corrigi poterat negligentia, vel plane, ſi quod erat maleficium, eliminabatur. In quo genere fortem porrigebat dexteram Eminentiſſimus Cardinalis Pragenſis Archi-Epiſcopus, Princeps HARRACHIUS, cujus, cum vixit, erat gaudium intimius, ſi ii, qui cæteris erant Prælati Paſtoratu, & officiis ſacris, DEI cauſam ſuſtinerent inter oves alacrius ac fortius; quin, ut deceret, darent exempla, per quæ nullo modo mores diſſiderent à ſcientia, ſed potius pulcherrime concordarent. Cæterum ambidexter per ſe, perque tales Parochos R. P. Adamus Krawarsky lucratus eſt Deo alias atque alias oves, quarum numerum (adhibeo Scriptura phraſin, cum vult in altitudinem exprimere, liceat quadamtenus vocem uſurpare) conficiat arena, quæ in littore jacet maris, vel pluralitas referat ipſarum Cœli ſtellarum. Volo inquam multa millia exprimere, quæ reſi ſuo attraxit ad Eccſiam Romano-Catholicam, ita ut rumpi inciperet; & auxeſim me nullam committere, pagi, opida, tot Procerum ditiones ac Regia Civitates, quin & integri quidam diſtrictus fatebuntur. Paſſim hodieque in his, in vegeta*

memoria ſunt labores hujus ipſius Viri Apoſtolici, & debemus hujus etiam zelo Collegium Regina-Hradecenſe S. J. Ad illud quippe fundandum moti ſunt potiſſimum Barones Oppersdorffii (titulus) Domini, Otto, & Fridericus, Krawarskiana ſacra induſtria, & labore plane indefeſſo, quibus circumcirca hæreſim operoſe exegerat, ac veterem paſſim, & ubique reduxerat religionem, & præditus erat ſingularibus natura adminiculis hic ipſe Pater, unde Eundem Superiores Collegiis erigendis præficiebant haud immerito, quo rem Oeconomicam ſciret meliorare, ac multiplicare, in quo numero neceſſariorum expediret, ut præter ipſum multi in Scholis, pariterque templo, bono publico prodeſſent. Inde hujusmodi Providentiæ adſcribimus præfati Collegii hodiernam felicitatem. Cæpit porro illud Adamus Krawarsky, ſed conſummavit Joannes Saxius, duæ Columnæ Regina-Hradecenſes. Sed Adamus ordinatione Superiorum ſuorum, virtutis Krawarskianæ conſciorum, fuit & Neo-Pragenſis Collegii Lapis angularis; cujus etiamnum eſt, & erit major gloria, quando nimirum S. Ignatii Baſilica veniet ad ſuum complementum, & Novitiatus ex integro fundatus, præter Collegiales ſcios, capiet etiamnum ſacræ militiæ tyrones. Ponent haud dubie rudimenta ſua minori difficultate Novitii illi pugiles, in tanta aëris teneritudine, hortorum ac vinearum amœnitate. Sed habet JESUS omnino, quibus Angeli ſuas cruces præferant, & in ipſis initiis vitæ immutandæ, Cæleſtibus ſublevent, ac etiam temporariis ſolatiis, adverſitates, minimum difficultates. Verum enim vero, ne præter morem noſtrum brevitatem memoriarum extendamus, manum, ut dicitur, de tabula, ſiniendo memoriam viri nati ad utilitatem Bohemiæ præſertim Catholicorum. Sed enim ne dum brevis eſſe cupio, è peculiaribus quid perperam omittam, quare adjicio etiam hic peculiariter, quod LOQUERETUR eorum quoque doctiſſimis, ipſe Philoſophiam, & Moralia non egreſſus tanquam poteſtatem habens ſupplente altiores ſcientias divino ſpiritu, qui ſubinde efferebat hominem, cum audientium admiratione. Erat, verbo, in dirigendis animabus adeo felix & potens, ut quid ſimile in eo experiretur Bohemia, cujus gratia, atteſtantibus Soc. Jeſu annalibus, laudatus fuit quandoque in Hiſpania Ramirius Complutenſis, nempe piſcatores, qui ſpiritus Jeroſolymis derepente effecerat Apoſtolos, hic idem in Adamum ſe liberaliter infuderat. Æque noſtris temporibus LONGA eſt, ac minime ABBREVIATA MANUS Domini, ut hæc miracula in convertendis animabus, & promovendis in ſpiritu hominibus patret, ac continuet. Nimirum & nunc cum parvulis ſpiritu, coram Divina Majeſtate eſt fermocinatio ejus, & dantur revelationes eorum, quæ plerumque Deus à ſapientibus hujus mundi abſcondit. §. 116.

§. 116.

PILLAWITZ.

(a) Nonnullis Pilhowitz, ejusdem Ducatus opidum, haud procul monaſterio Raudenſi.

(a) Pilovicium viginti milliaribus Bresla disjunctum.

§. 117.

PLESSA.

Pleß / opidum haud procul Viſtula fluvio ad limites Poloniæ minoris in planicie amœna ſitum, & inſigni arce præditum. (a) Mechovio Pſozina dicitur. Cracovia diſtans decem, Vratislavia autem ſeptem ac viginti milliarium ſpacio. Liberæ Dynaſtiæ, ſive Baronatus fulget honore, poſt Alexium ac Johannem Thurzones, toparchas nacta ex teſtamento Balthaſaris Epiſcopi Vratislavienſis Barones Promnicios. Piſcinarum in hac dynaſtia multitudo peringens. Piſces præſente pecunia Poloni emunt, & ſecundo Viſtula Cracoviam vehunt.

(a) An. 1578 à Principibus & Statibus firmior ejus munitio concluſa.

An. 1618 & An. 1624 à Polakis & Coſakis expilata.

Mercatum celebrat annuum:

1 Prima Januarii.
2 In feſto S. Viti.
3 Dominica poſt Galli.

An. 1679. 29 Martii ſub medium noctis exorto incendio urbs tota, præter Eccleſiam & arcem, concedit in favillas.

§. 118.

§. 118.

POLCOVITIUM.

Polckwitz/ opidum Ducatus Glogovienſis inter exigua quidem, ſed vetera Sileſiaca habetur: ac cetera quoque minime contemnendum. (a)

(a) Undecim mill. Vrat. diſt.

An. 1547 die 16 Martii,
An. 1564 die 26 Julii,
An. 1572 die 7 Aprilis,
} exuſtum.

Mercatus habet:

1 Die Lunæ poſt circumciſ. D.
2 Poſt Exaudi.
3 Dominica ante Michaelis.

§. 119.

PRAUSNITIUM.

Praußnitz/ opidum mœnitum, neque incelebre, Trachenbergenſis Baronatûs appendix. (a)

(a) Eccleſiam Parochialem D. Jacobo Apoſtolo ſacram habet celebrem, & monumentis Hatzfeldianis noſtra hac ætate ornatam, turrimque ſpectabilem eidem contiguam, arcem vero magis vetuſtam, quam venuſtam.

An. 1432 opidum ab Huſſitis exuſtum, & incolæ fuerunt crudeliter occiſi.

An. 1452 Feria ſecunda poſt Lætare incendio fortuito penitus in favillas collapſum.

An. 1510 idem fatum patitur excepta Eccleſia.

An. 1529 Totum rurſus præter Curiam, Eccleſiam, & ſedecim domos in cineres vertitur.

An. 1640 à Suecis vexatum, & ad magnam pecuniæ vim enumerandam coactum;

Anno vero 1642 ab iisdem hoſtiliter direptum fuit, & expilatum.

Merca-

Mercatu gaudet annuo:

1 Feria ſecunda ante Jubilate.

2 In feſto S. Franciſci.

3 S. Catharinæ. Ita C. H. Conradi in MSt. numerat.

Nos autem mercatum ejusmodi etiam in feſto S. Jacobi celebrari præſentes obſervavimus.

§. 120.

PRIBUSIUM.

Pribus/ (*a*) opidum Ducatus Saganenſis ad Niſſam fluvium, Barones Promnicios patrum noſtrorum ætate, hodie Schellendorffios toparchas agnoſcens. Oſtenditur ibi turris rotunda ultra flumen, in quam Balthaſar Dux Saganenſis ab Johanne Fratre contra fidem datam A. C. 1472 conjectus, vitam in ea, carceris ſqualore, & morbo paulo poſt finivit. Quam Johannis perfidam crudelitatem, & crudelem perfidiam Poeta quidem minime tralatitius ſequentibus verſibus exaggeravit:

Quam ſequitur veteri ſic dictum forte Colono
Pribuſium: heic miranda ferunt, ſtat turris aperto
In cumulo, multum fraternis cognita vinclis.
Perdiderat quondam heic infenſi dextra tyranni
Rectorem, auxilio prudentem, armisque, Sagani:
Vivida monſtroſis generoſi corpora fratris
Vermibus objiciens, ſcelus, execrandaque fœdo
Omine facta ſuo crudelis ſanguine patrat.
Digna igitur reddens Deus illis præmia factis,
Nomina, progenies, una quoque nobile quidquid

Heic fuit, evertit: peregrino & ſubdita regno
Eſſe jubet: tanta eſt excelſi Numinis ira.

(a) Milliarium undeviginti intervallo Vratislavia disjunctum.

An. 1467 ab Henrico Freyſtadienſi è poteſtate Joannis Principis, qui fuit Podiebradii Bojemorum Regis Aſſecla, ereptum.

An. 1597. 3 Maji, magna ſui parte exuſtum fortuito incendio.

An. 1612. 20 Aprilis, in die Paraſceves, braxatorum incuria totum confedit in cineres.

§. 121.

PRIMMICAVIA.

(a) Primmickau / Ducatus Glogovienſis opidum haud procul Sprotta ſitum. Nomen habere creditur à Primislao Sprottavienſium Duce. Unde & Primislavia nonnullis dictum.

(a) Primkenavia, ſive Primislavia aliis, tredecim milliaribus Bresla diſtans.

An. 1681. 25 Auguſti funditus exuſtum, caſis duntaxat quatuor ſervatis.

§. 122.

PRUSCAVIA.

Pruſka / opidulum, ſive vicus potius Ducatus Oppolienſis, eleganti arce conſpicuus: à quo adpellationem ſortiti Barones (a) Proskowsky, qui alioqui ſunt de familia Schirowskia.

(a) Hodie Comites.

§. 123.

RATIBORIA.

Ratibor / (a) urbs Ducatus ſui primaria cum arce

arce vetuſta ; ſed paucis abhinc annis à Baronibus Mettichiis eleganter inſtaurata, in ſiniſtra Viadri ripa, loco fertiliſſimo ſita, multisque aliis commoditatibus, quibus utimur ad ea, quæ vitæ tuendæ neceſſaria ſunt, prædita; ſic enim de ea jam olim Pancratius Vulturinus:

Si ſpectes Cœlum : circus Ratiboreus almum
Obtinet, inque illo fœcundis ruſticus arvis
Gaudet, quæ Cereris largiſſima munera pandunt,
Cætera, ſi videas, perplurima commoda rerum,
Poma ſolo creſcunt, inſtructis obvia menſis.

Cœnobium iſthic Virginum, (*b*) nec non Virorum Ordinis Prædicatorum. Collegium Canonicorum, ſub titulo B. Mariæ Virginis, in arce inſtituit A. C. 1287 Thomas Epiſcopus, (*c*) eique decimas quasdam de ſuis attribuit; quod ſucceſſu temporis ab Johanne Oppolienſium Duce, Wenceslao Epiſcopo conſentiente, ex arce in urbem translatum fuit. Elevatio poli eſt 50. 15. Longitudo 40. 12.

(*a*) Viginti milliaribus Vratislavia diſtat. Signum urbis in rubro ſcuto Aquila & Rota, ambæ colore albæ, & dimidia ſui parte conſpicuæ.

(*b*) In honorem S. Spiritus à Primislao Principe, An. 1336 fundatum, in quo An. 1346 Euphemia Ratiborienſis Duciſſa cæteris S. Monialibus præfuit.

RR. PP. Prædicatorum Fundationis originem hactenus reſcire nobis non licuit; RR. PP. Franciſcanorum vero proxime nobis ex eorundem Faſtis in hæc verba communicata fuit: *An. 1491 Ratiborii ſuſceptus fuit locus à noſtra Provincia, & inhabitatus usque ad annum 1519, quo anno in cineres redactus eſt caſu fortuito, nec ob ſupervenientem Lutheranismum*

Ædificari potuit. Deinde anno 1681. die 26 Augusti alium novum locum suscepimus in suburbio, in quo Ecclesia, & majori ex parte Conventus sub titulo S. Wenceslai & SS. Angelorum est exstructus.

(c) Hic enim Vratislaviensis Episcopus Thomas Secundus, cum sese persequentem Henricum Probum fugiens ad Casimirum II Ratiboriæ Principem suum accepisset refugium, ab Henrico hic loci obsessus fuit: sed exitu tam læto, ut, cum Episcopus in Henrici castra, sacerdotum stipatus corona, habitu Pontificio se contulisset, alter alteri magna omnium admiratione reconciliatus fuerit, ipseque adeo Princeps haud merito Collegium S. Crucis infra muros castri sui Vratislaviensis erexerit; sed & peculiari diplomate, ac privilegio libertatem omnimodam Ecclesiæ Vratislaviensi super terra Nissensi & Ottmochoviensi, omnibusque aliis bonis unà cum mero & mixto imperio, nec non jure monetali concesserit, omni penitus jure Ducali suo renunciaverit, idque ipsum in Episcopos, qui pro tempore fuerint, contulerit, aliasque gratias (quarum alio in Capite mentionem faciemus) largitus fuerit. Thomas igitur in hospitii sui gratam memoriam Canonicatum, cujus hic noster meminit, fundavit.

Vetustas urbis vel inde probatur, quod jam An. 1177 Polonorum Princeps Mieslaus, Boleslai III filius, cum subditos ob crudelitatem in eos exercitam fugere cogeretur, hanc in urbem, tanquam ad aram, suum acceperit perfugium.

An. 1251 Bruno Olomucensis Episcopus inimicitias cum Vladislao gerens, opidum Ratiborienſe armata manu aggressus, cum templis & monasteriis exussit. Ab arce sive repulsus, sive tribus millibus marcarum à Vladislao acceptis (nam & hoc ferunt) placatus, recessit. *Cromerus de Reb. Pol. lib. 8. in fine.*

An. 1574 ab incendio penitus in cineres redacta.

An. 1633 a Dubaldo Copiarum Suecicarum Præfecto intercepta.

An. 1637 majori sui parte ab igne exusta.

An. 1642 a Suecico Milite denuo capta & direpta.

Mercatu quotannis celebrari solito gaudet:

1 Die S. Marcello sacro.

2 Die Lunæ post Viti.

3 In festo S. Martini.

Salis olim mercatu floruit Civitas, propter quem An. 1406 graves Ratiborienſem Principem inter & Teschenſem, hanc mercaturam Teschenæ exercere volentem, exortæ fuerunt lites, à Joanne tamen Principe

Oppa-

Oppavienſi feliciter compoſitæ. Interſeri, legique meretur, quod de Prædicante Lutherano quodam Lutheri dogmata Romæ ejurante narrat D. God. Buckiſch in MSt. C. 10. memb. 16 in hæc verba:

An. 1575 hat ſich eine ſeltzame Hiſtoria mit einem alten Lutheriſchen Schleſiſchen Prædicanten aus dem Rattiborſchen/ Nahmens Wittreck, welchen Florimundus Raymund part. 4. de Orig. hæreſeos, Cap. 12. §. 6 aus Pohlen zu ſeyn vermeinet/ zugetragen: dieſer bekam Luſt das Römiſche Babel zu ſehen/ und zwar in dieſem Jahr der Confuſion. (denn alſo nennen die Lutheraner das Jubel-Jahr/ welches zu der Zeit Pabſt Gregorius XIII ausgeſchrieben) Zu ſolchem Ende legte er Pilgrams Kleider an/ komt ſamt andern Pilgrammen gen Rom/ begiebt ſich in das Spital der H. Dreyfaltigkeit/ allda alle Pilgrame angenommen/ und 3 Tage lang erhalten werden; der Cardinal Medices war damals ein Verwalter dieſes Spittals/ und wuſche den Pilgramen vielmahls die Füſſe. Nun begab es ſich/ daß dieſer verkleidete Prædicant auch einer unter denen war/ dem der Cardinal die Füſſe wuſch/ der verwundert ſich über die groſſe Demuth dieſes groſſen Herrns/ und daß der Pabſt Gregorius die Kirchen ſo andächtig beſuchete. Derowegen gehet er ſelbſt hinein/ beſiehet die Oerter/ da die Leiber der Apoſteln Petri und Pauli ruhen/ verwunderte ſich über ſo viel Landes-Genoſſen/ welche von allen Winckeln der Welt dorthin kommen/ und ſich dahin mit ihrer Andacht verlobt gehabt. Letzlichen wird er von dem H. Geiſt innerlich berühret/ thut ſeine Augen auf/ erhebet ſie gen Himmel/ gehet in die Kirchen S. Petri/ ſiehet den H. Vater in der Capellen/ dringet durch das Volck/ fället vor ſeinen Füſſen nieder/ küſſet ſie/ weinet heiſſe Zähren/ redet kein einziges Wörtlein. Der Pabſt vermeinet/ daß er etwan ein bußfertiger Sünder wäre/ der wegen ſeiner groſſen Sünde nicht laut reden dörffte/ derowegen ließ er andere Beywesende hinweg ſchaffen/ damit er ihn allein anhören könte; da fing der vermeinte Pilgram an zu reden/ und ſprach: Mein H. Vater/ er befehle nur/ daß dieſe bleiben mögen/ dann die Gröſſe meiner Sünden iſt würdig einer öffentlichen Buſſe: drey und zwantzig Jahr lang bin ich ein Miniſter oder Worts-Diener des Satans geweſt/ anjetzo aber will ich ein Diener JEſu Chriſti und ſeiner Kirchen werden. Dahero bitte ich demüthigſt/ Eure Heiligkeit wolle mich vor einen ſolchen auff- und annehmen/ und einſchreiben. Der Pabſt hörete ihn/ und fing ſamt ihm an zu weinen/ abſolvirte und recommendirte ihn den Cardinälen. Nach ſolchem beichtete er und empfing das heil. Abendmal/ beſuchte mit groſſer Inbrünſtig-

keit die heil. Oerter/ ward kranck und ſtarb über 3 Tage hernach im Spital des H. Geiſtes/und ſagte: daß er ſich über nichts höhers freue/ als daß er letzlich/ nach ſo vieler ausgeſtandener Gefährlichkeit/ den Port des Heyls erreichet hätte. Als der Pabſt ſolches vernommen/ erhub er ſeine Augen gen Himmel/ und ſprach mit dem heil. Apoſtel: O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ DEI! Rom. II.

Natus eſt Ratiboriæ

R. P. ANDREAS SUPPETIUS, S. Jeſu, qui in venerabilem hunc cœtum admiſſus fuit poſt abſolutam Rhetoricam anno 1670. 14. Octob. In Americam vero miſſus ob animarum, quo præditus erat, zelum an. 1684 ad miſſiones Regni Peruani.

§. 124.

RAUTENA.

Rauden/ (a) diœceſeos Wolavienſis opidum, doctisſimorum hominum genitrix.

(a) Ruda aliis, cujus nominis Etymon petunt alii à Ruda, quod Slavice Malleum ſignificat, eo quod hic locorum multæ olim ferricudinæ fuiſſent. Alii à Rota, quod S. Catharinam cum Rota geſtet in inſigni. Alii à Ruta, quod multis pratis & hortis circumdetur. Eccleſiam habet intra urbem lapideam, extra ligneam.

An. 1631 & 1633 Morbus Epidemicus dimidiam civium Raudenſium partem corripuit, & è vivis eripuit.

An. 1642 penitus exuſta.

Quas An. 1644 ab immorigeris militibus non rapinarum tantum, ſed & ſtuprorum nefandorum injurias paſſa fuerit, ex iis, quæ in Curriculo vitæ ſuæ Paſtor illius loci Lutheranus Joannes Bleyelius ſcribit, non ſine horrore legitur: *Uxores*, (inquit ille) *viduas, virgines & puellas vel vi, vel ſponte in foro congregatas atque ex his jam hanc, jam illam ingenti cum clamore ad ſtuprum rapi, conſpicere cogebar, adeo, ut nullam è toto cœtu vel vetulam 60 annorum, vel puellam 9 annorum incompreſſam dixerim &c.*

Quo etiam anno, 10 Auguſti, locus iſte incendio, vel militum malitia, vel incolarum incuria exorto, penitus concidit in favillas.

§. 125.

§. 125.

REICHENBACHUM.

Reichenbach / (a) Ducatus Suidnicenſis opidum elegans, opulentum, cumprimisque textorum officinis frequens: Fiunt heic magna copia, & bonitate panni illi goſſyppini, quos fuſtaneos vulgo vocant.

(a) Quin illud, quod D. Naſo de Reichenbachenſis urbis origine ex MSt. in ejus Curia (ut dictus Autor aſſerit) cuſtoditis refert, commentitiis fabulis annumerandum, nemo Romanæ Hiſtoriæ notitia vel obiter tinctus dubitat. Quis enim ex probatioribus Hiſtoriographis unquam docuit, Romanos (quos nec Albim trajeciſſe ſcimus) ad Sileſiam usque arma tuliſſe victricia? imo urbes in ea & delubra condidiſſe? An porro opidum iſthic loci jam anno poſt Chriſti nativitatem tercenteſimo conditum, & Luca nuncupatum, idolumque cultum, parvum autem in monte Quietis (auf dem Ruhberge) erectum, à Chriſtianis poſtea in veri Dei Templum (cujus rudera hodieque reſtare Naſo tradit) converſum fuerit, nec affirmamus, nec negamus.

Hungaros ab Henrici Aucupis Exercitu ad hanc Lucam Sileſiticam memorabili clade An. 925 partim cæſos, partim in fugam verſos, & à fugientibus aurea argenteaque ſpolia in rivum Klingenbach (qui à montanis urbem verſus labitur, & tum pluviarum vi per torrentes intumuiſſe à Naſone ſcribitur) abjecta, à victoribus vero deinde inventa, juſſuque Imperatoris poſtmodum in hujus victoriæ memoriam, pecunia ex dictis ſpoliis redacta, opidum iſthoc mœnibus cinctum, nec non à fluviolo prænemorato, aureos illos & argenteos theſauros, ſeu prædas vehente, nomen, quo hodienum audit, Reichenbachium ſortitum fuiſſe, non minus, quam primum illud à Romanis petitum opidi principium, fabulam redolet: licet enim ſub illud tempus ab Henrico Imperatore Slavos repreſſos, & contra illos varias in variis limitibus Marchias, in quibus ſtabili præſidio muniretur Germania, conſtitutas fuiſſe, tradant tam noſtrates, quam alii Hiſtorici, more tamen Græco veteres ejusmodi hiſtoriæ ſucceſſu temporis varie tortæ, multisque fuerunt auctæ figmentis, ex quibus, noſtro quidem judicio, unum haud poſtremum eſt, quod de Reichenbachii

Etymo

Etymo hic refertur: esto namque à rivulo illo hoc derivetur, non tamen ideo, quod aurea spolia antiquitus injecta, sed quod, ut verisimile nobis videtur, aurea quondam segmenta vexerit. Vel etiam (si auriferum fuisse quis iret inficias) quod salutaribus, & certis morbis medentes aquas, aut præbeat adhuc, aut præbuerit aliquando; ut ipsemet Poeta noster sequenti declarat Epigrammate:

Olim quæ gracilis, ulit urbi lympha salutem,
Illa salutarem jam quoque præbet opem.
Non aurum, & gemmas, nec pulchra monilia rivus
Continet, interno robore dives opum.
Exstiterat quondam, qui cæmentarius urbis,
Jam sanat Medicus noxia facta aquis.

Circa annum 1190 à Friderico Barbarossa (cui per triduum hospitium præbuisse traditur) variis atque eximiis donatum fuisse scribitur Privilegiis; in Tartarico vero motu circa annum 1225 à Vulcano deletis, & in cinere sepultis. Ecclesiam Parochialem habet civitas an. 1159 à Boleslao Crispo è lapide exstructam, cujus Jus Patronatus an. 1262 à Boleslao Calvo sacro militari Ordini S. Joannis Hierosolymitani fuit donatum unà cum Commenda in hodiernum usque diem ad dictos Melitenses spectante. Bibliothecam habuit Ecclesia per aliquot sæcula operose congestam, sed ultimis temporum injuriis, una cum urbis splendore, deletam.

Ante portam Suidnicensem sacellum jam an. 1265 è lapide structum, sanctissimæque Dei Genitrici nuncupatum, turrim sibi habet contiguam æque lapideam: hanc Ethnicorum manibus erectam fuisse tradidit antiquitas, quam hodieque Ethnicam vocant.

Sed & ante Francosteinensem portam sacellum anno 1198 erectum fuit, & S. Barbaræ sacratum, quod unà cum Nosocomio, & cum certis reditibus An. 1300 sacro Ordini Crucigerorum S. S. Sepulchri Custodum, Nissensium à Joanne Episcopo traditum, è quorum sacro cœtu etiamnum Præpositus, & Divina administrat in Ecclesia, & curam pauperum habet in hospitali: quod quidem in turbis Suecicis dirutum, à pio tamen erga pauperes suos Magistratu restauratum est.

In Monasterium porro S. Augustini, quod religiosi ejus incolæ sub Lutheranismi initium An. 1526 inviti deserere debuerunt, ruderibus suis hodie tantum conspicuum, Naso noster læpe citatus lusit hoc tetrastichon:

O mi-

O miſeram rerum faciem! ſtetit inclyta moles,
Divi Auguſtini quam coluere Patres.
Nunc fragiles muri, lapidum quos implet acervus,
Paulatim è nimia debilitate ruunt.
Debilis eſt hominum pietas experta ruinam,
Preſſit, & auguſtos iſta ruina Lares.
Humanum eſt labi, *(vulgaris opinio)* ſacram
Sed magis humanum eſt ædificare domum.

Inſigne Civitatis, imago eſt S. Georgii Peditis lanceam manu tenentis. Cæterum Reichenbachenſis Reſpublica priſtino ſuo flore hodie adeo deſtituta exaruit, ut numerus hodiernorum civium ab illo, qui anno 1629 ſolum intra mœnia in mille trecentis viris conſiſtebat, immane quantum diſtet per triginta annorum tumultus bellicos nimium imminutus: ſed & ædes præcellenti apparatu conſtructæ, quarum ſplendore & magnificentia cum primariis aliis Sileſiæ urbibus certare poterat Reichenbachium, turbis Suecicis tam diu durantibus, ab incolis ſuis deſertæ, & adeo fuere debilitatæ, ut partim quaſi jam exanimatæ collapſæ fuerint, partim proximas minitentur ruinas.

An. 1632 a Saxonico & Suecico milite direptum fuit, & penitus expilatum: Judex urbis Regius contra fidem datam, quam cives pro captivis redimendis magna pecuniæ vi procuraverant, Olaviam abductus eſt, & carceris ſqualore interemptus: Parochus vero Valentinus Richter, quem ex Canonicis Regularibus S. Auguſtini ex arena Wratislavienſi Civitas vocarat, vinctus, & nudipes per plateas in Cleri Romani ludibrium tractus, poſt aliquot dierum ærumnas, mortem oppetiit pretioſam.

An. 1633. 3 Febr. a Cæſareis recuperatum, civibus non paucis, qui unà cum milite mactati ſunt, privatum, triduanam pertulit depopulationem, & devaſtationem, poſtquam duodecim e præcipuis civibus Glacium abducti, neque citius libertati fuere reſtituti, donec Civitas jam antea admiſeram redacta paupertatem, pro lytro ſex millia imperialium numeraret.

Paucos poſt dies a Saxonibus urbem firmius munire volentibus multæ & præſtantiſſimæ civium ædes everſæ, ipſi vero cives ad reparanda mœnia, & ſuſtentandum militem diriſſime fuere coacti.

An. 1633 a morbo Epidemico incolæ ferme omnes, quinquaginta circiter exceptis, vel extincti, vel in fugam acti ſunt.

An. 1634. 31 Maji a Marte rurſus expilatum, & incolæ crudeliter per ſeptendium tractati.

An. 164018 Jan. a Suecis quidem valida manu tentatum, sed a civibus strenue propugnatum, & in fide Cæsaris fuit conservatum.

An. 1642 a Suecorum Archistratego Torstensolmio interceptum, & triduana depopulatione, crudelique vexatione in cives sævitum fuit.

An. 1643. 27 Octob. a Cæsareanis ultra centum & quinquaginta domus dirutæ fuere, lignis illarum congestis & accensis ad frigora in illud tempus incidentia arcenda.

Ex Schola Reichenbachensi inter alios patriæ laudes ampliavere:

JOANNES PROBUS, Archi-Episcopus Salisburgensis, Reichenbachii patre pannifice natus, qui & patriæ suæ scripsit historiam, quemadmodum Hieronymus Megiserus in Annalibus suis Car. Lipsiæ impressis testatur.

MARTINUS MERGENTHAL, Bartholomæi Mergenthalii civis & sutoris Reichenbachensis filius, Utr. Juris Doctor, qui ob animi sui, ingeniique dotes, & doctrinæ præstantiam Matthiæ Imperatoris felicis record. Consiliarius Intimus fieri meruit.

JOANNES RIVIUS, SS. Theologiæ Doctor, Præpositus Misnensis, Patre lorario Reichenbachensi genitus.

JOANNES MUHLBACH, Imperatoris Friderici Barbarossæ Consiliarius, & per viginti trium annorum spatium Cancellarius. Mortuus in Domino Viennæ 12 Febr. anno 1231.

PETRUS MERGENTHAL, SS. Theologiæ Doctor, Canonicus Misnensis, Patre cive & pistore Reichenbachensi natus.

MAXIMILIANUS REINERT, Utr. Jur. D. Imp. Alberti I Consiliarius.

JOANNES FABER, Utr. Jur. Doctor, Imp. Alberti I Legatus in Poloniam, qui post multa & laudabilia Domui Austriacæ fideliter præstita servitia anno 1312 octuagesimum ætatis annum agens placidam oppetiit mortem. Viennæ ad S. Jacobum sepultus, ad cujus sepulchrum in epicedio tabulis æreis inciso terna vice Reichenbachii fit mentio.

BARTHOLOMÆUS REINERT, Utr. Jur. Doctor, S. Cæs. Majestatis apud Appell. Prag. Consiliarius, Caspar o Reinerto cive & sartore Reichenbachensi progenitus.

NICOLAUS HOFFMANN, Utr. Jur. Licent. Martini Hoffmanni sutoris filius, Civitatis Freybergensis in Misnia Judex.

MATTHIAS HUGLER, Med. Doctor, Physicus Wittenbergensis, fabro ærario Reichenbachii natus.

GEOR-

GEORGIUS ALBERT, Utr. Jur. D. Conſul Ratisbonenſis.

MARTINUS MAXIMILIANUS de Knobelsdorff, Sac. Cæſ. Majeſtatis Conſiliarius, & apud Supremam Curiam Utriusque Sileſiæ Cancellarius. ℔. 1659. æt. an. 63.

PAULUS BREUER, Medicinæ Doctor, Medicus Salisburgenſis, Joannis Breueri janitoris Reichenbachenſis filius.

CAROLUS BREUER, Utr. Jur. Doctor, Imp. Rudolphi I Conſiliarius, Pauli Breueri frater germanus.

GODEFRIDUS KINNER de Löwenthurn, SS. Theologiæ & Jur. Utr. Doctor, Sereniſſimi Archi-Ducis CAROLI JOSEPHI Aulæ Præfectus, & Præpoſitus ad omnes Sanctos in Arce Pragenſi.

Horum virorum catalogum ex Phœnice Redivivo Naſonis noſtri mutuati ſumus, ex quo etiam ſequens tetradiſtichon in Viros urbis hujus litteratos addere placuit:

An vos majores patria, vel patria vobis
Major, in ambiguo tramite quæro ſcopum.
Vos ego, nam ſuperis virtus vos intulit aſtris,
Æſtimo majores, præcipuosque gradu.
Deflorata gemit ſub veſtris patria plantis,
Inferior vobis perdidit omne decus.
Erro: namque decus per vos quod credidit aſtris,
Non rapient flamma, nec violenta manus.

Nec poſtremum inter Viros doctos Reichenbachii natos locum ſibi vindicat

P. AMBROSIUS SCHOENHARDT, Sacri Prædicatorum Ordinis Prædicat. General. & annis compluribus ad S. Adalbertum Wratislaviæ Supprior digniſſimus, Sermonibus ſuis, quos & ipſe zeloſe magnoque cum fructu Auditorum dixit, & docte magnaque pro utilitate Parochorum conſcriptos edidit, admodum celebris.

§. 125.

REICHENSTEINUM.

Reichſtein/ ob metalla auri & argenti clarum jam olim, ac celebre Opidum: quod ante annos haud multos una cum Silberberga a Petro Roſenbergio emptum

ptum ditioni ſuæ adjecit Illuſtriſſimus Princeps Joachimus Fridericus Dux Lygio-Bregenſis. (a)

(a) Die Reichſteiniſche Ducaten und allerley andere Silber-Müntzen/ welche dieſes Orts herum die Mönſterberg-Lignitz- und Roſenbergiſchen Fürſten aus dem Reichſteiniſchen Berg-Ertzt (cujus deſcriptio ſupra cap. II. §. 7 invenitur) haben machen laſſen/ ſeynd gemein vorhanden. *Ita J. H. Commdus in Sil. Poligraphia M. S.* qui tamen numi, cum pauci oculis noſtris hactenus viſi, in theſauris latere videntur. Es wollen etliche/ wie *Commdus cit.* vorgiebt/ als hätte dieſes Gold-Bergwerck/ der goldene Eſel genannt/ etlichen von Adel zugehört/ die durch Pancketiren und prächtiges Leben nicht allein andern ihre Nahrung/ ſondern auch dieſen goldnen Eſel verzehret/ davon den Schleſiern das Sprichwort: Daß ſie den Eſel gefreſſen/ verblieben/ dannenhero auch der Wuntſch entſtanden: Daß dir GOtt einen goldenen Eſel beſchere. Allein der rechte Urſprung/ (ut bene obſervat apud dict. Conradum diligens Annotator in margine) daß die Schleſier Eſels-Freſſer beygenahmet werden/ iſt dieſer: Nachdem die einheimiſche Bergleute keine Frembden auff dem Gebirge (welches man den goldenen Eſel nennet) zulaſſen wollen/ haben die Ausländer aus Ungeduld geſaget/ daß die Schleſier ſo eiffrig auff den goldenen Eſel befliſſen wären/ als wolten ſie denſelben gantz allein auffreſſen.

Concordat hæc cum illis, quæ cap. 6 ſub initium habet Henelius, ubi hujus dicterii originem examinat.

An. 1454 hat Georg von Podiebrad König in Böhmen von der Breßlauer Gelde Glatz/ Mönſterberg/ darzu Reichſtein und Silberberg gehörig/ und Franckſtein erkauffet. Rötel part. 3. Annal. Sil. p. 408.

Bey ſeinen Erben iſt es blieben/ biß An. 1581 Reichſtein und Silberberg Hr Hr. Wilhelm Urſin/ dem Herrn zu Roſenberg auff Krumau ꝛc. verkaufft/ und ihme den 27 Septemb. gehuldiget worden.

An. 1592 den 14 Septemb. haben Fürſt Peter Urſin/ als regierendem Erb-Herrn/ die Unterthanen gehuldiget/ und den fünfften Octobr. ejusd. anni haben J. F. G. alle ihre Privilegia confirmirt/ und das Wappen mit ſeinem Tauff-Nahmen und einer roten Roſen verbeſſert.

An. 1599 hat Fürſt Peter Urſin beyde Berg-Städte J. F. G. Herrn Joachim Friedrichen/ Hertzogen in Schleſien/ Lignitz und Brieg/ erblich verkaufft.

§. 126.

§. 126.

REICHENTHALA.

Reichthal / Opidulum Epiſcopale in territorio Scoroſcovienſi: quod Emphytevſeos jure a Pritwiciis hodie poſſidetur. (*a*)

(*a*) Cujus cives ex vino aduſto, quod peculiari cum ſucceſſu coquere norunt, & condire, quæſtum faciunt non exiguum.

§. 127.

RIBNICUM.

Reibnick / Opidum Ducatûs Ratiborienſis apertum, (*a*) ſed arce præditum: in qua Mieslaus Uladislai F. Dux Oppolienſis & Ratiborienſis monaſterium Præmonſtratenſis ſectæ (*b*) puellis condidit, ac dotavit: ſed quod poſtea filius ejus Caſimirus, quem unicum reliquit, Ciarnovanſum tranſtulit. Dynaſtam agnoſcit ex Illuſtriſſimis Lobcovitiorum familia. Ribnicenſis Ducis apud Mechovium, Cromerum, & alibi mentio.

(*a*) 22. Milliaribus Wratislavia diſſitum.

(*b*) Ciceronianè Autor loquitur: *Eſt autem Secta* (inquit Cicero Lib. de orator.) *Diſciplina, ſeu certa quædam Diſciplinæ formula, factio, ſtudium, ratio vitæ.*

Dorothea Magni II Meklenburgenſis Principis filia olim Ribnicenſi Parthenoni præfuit, uti teſtatur David Chytr. Chron. Sax. pag. 55. & 56.

§. 128.

ROSENBERGA.

Roſenberg / Opidum Ducatûs Oppolienſis mœnitum

nitum cum arce ad (a) Poloniæ fines ſub Dominio Gaſinskiorum. Gaudet quotannis equorum mercatu ſatis celebri.

(a) Hujus loci munitionem validiorem Principes & Status anno 1578 decreverunt: quod tamen effectu poſtea caruit, eo quod hoc opidum eodem anno, 25 Aprilis ferme totum fortuito incendio exuſtum fuerit.

An. 1627 a Danis, ut alia vicina opida, interceptum fuit.

An. 1650 novum telonium, quod Comes Gaſinskius hic loci erigere voluit, e diametro privilegiis Provinciæ adverſum, inhibitum eſt.

Parochialis Eccleſia S. Michaëli Archangelo dedicata ſpectat ad RR. DD. Canonicos Regulares, Præpoſituram hic habentes.

Extra Urbem in Silvula honori Beatiſſimæ Virginis, ejusque Genitricis S. Annæ Sacellum, in ſtellæ formam e ligno erectum eſt ſumptibus, quos celebris Gaſchiniana civiumque devotio ſuppeditavit. Communitas iſta hanc inſuper laudem habet, quod in fide orthodoxa conſtans ſemper permanſerit. Imaginem illam ſanctæ Salvatoris noſtri Aviæ in hoc ſacello publicæ venerationi expoſitam, incolæ loci & accolæ Thaumaturgam eſſe tradunt, eo quod majores eorum multas hic gratias & divina auxilia, naturæ ordinem tranſcendentia, Diva intercedente, experti fuerunt.

Orti hinc ſunt Viri, & virtutibus, & ſcientiis inſtructiſſimi, Sacerdotes præſertim non pauci, qui Eccleſiæ Dei, animarumque Saluti egregiam & navarunt olim, & etiamnum navant operam: e quorum numero nequaquam ſilentio prætereundus

R. P. WENCESLAUS SCHWERTFER, Soc Jeſu Sacerdos.

Libellis ſuis Aſceticis, quos plurimos & inſignes edidit, clarus: qui propterea pro nominis ſui ratione ENSIFER, ſive Religioſorum Anteſignanus jure dici, iis nimirum, qui gladium bis acutum, i. e. Verbum Dei non ore tantum, ſed & calamo, Eccleſiæ militanti, quæ terribilis eſt ut caſtrorum acies ordinata, præferunt, accenſeri meruit.

Fuit autem Vir iſte (quemadmodum ex brevi, ab ipſis RR. Patribus Soc. Jeſu ipſius Imagini ſubſcripto præconio colligitur) non tantum virtutibus & ſcientiis clariſſimus, ſed & rerum gerendarum peritiſſimus: hinc Niſſenſis Seminarii, & Collegii Ferdinandei Olomucii Erector, Glattoviæ Rector, Reſidentiæ Pekarienſis & Oppolienſis Proto-Superior, &c. eſſe meruit.

meruit. Animam ſuam, & corpus immaculatum poſuit Pekarii in obſequio Hyperdulico admirabilis Virginis matris Anno 1680. 6 Decemb. ætat. 63. annor.

Opuſcula in lucem ab ipſo edita ſunt:

Micæ Euchariſticæ.
Fructus Belli.
De Crucifixo.
Semita Vitæ.
De Regno animæ.
Dilectus proſpiciens per Cancellos.
De Matre Doloroſa.
Adjumenta Sanctitatis.
Vita Ven. P. Martini Stredonii.
Diarium Vitæ.

Obeliſcus S. Ignatio erectus: de quo vide R. Patrem Crugerium 31 Junii.

Wenceslao haud immerito adjunguntur

R. P. JOANNES SCHWERTFER, Soc. Jeſu, qui etiam Roſæmontii efloruit in lucem, in Societate vero virtutibus fragrans, Pragæ tandem defloruit, in obſequio peſtiferorum victima charitatis factus.

R. GEORGIUS SCHWERTFER, ſimiliter Societatis Jeſu, Glacii obiit.

Prodierunt itidem ex hoc loco

D. ANDREAS ALEXANDER TACZIGK, Sacræ Cæſ. Majeſtatis Cereviſialium Tributorum per Ducatus Oppol. & Ratibor. Supremus Collector, Vir præclari ingenii, & rerum patriarum ſcientia præditus.

D. MARTINUS JARON de Roſenſtein, Vir Conſularis Pragenſis Reipublicæ.

P. JACOBUS MICHAEL JARON, Sacri Mil. Ord. Crucigerorum cum Rubea ſtella Pragæ ad S. Franciſcum Profeſſus, & Decanus Miſſenſis.

P. SIMEON SPONS, ejusdem Sacri Ord. ad S. Matthiam Wratisl. Profeſſus, & per annos complures Parochus ad Divam Margarethan, &c.

P. DANIEL WACHOWSKI, nobili ortus proſapia, ejusdem dein Sacri Ordinis ibidem Profeſſus, qui per annos multos animarum curæ, & bonorum hoſpitalium adminiſtrationi vacavit.

§. 129.

SAGANUM.

Sagan/ Cromero Zeganum; Urbs Ducatûs dignitate celebris, (*a*) ſatis ampla, & concinna, atque habitatoribus frequens: qua verſus Orientem Quiſſus, Occaſum Czirnus Bobero miſcetur, ad vaſtas ſylvas exſtructa. Nomen illis a Sacis Philip. Melanchthon, alii a poſtulatione quondam telonii, Sagan/ *enumera merces tuas*, derivant: ignari nimirum, a Voce Slavonica Zagon, id eſt, lira agri, fluxiſſe. Abbatiam (*b*) habet Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini nobilem: (*c*) arcem item regiam, Ducum olim ſedem, eamque ſat firmam, & elegantem. Officinis, (*d*) in quibus ferrum durius cuditur, excellit. Paruit aliquamdiu cum univerſo territorio Electoribus Saxoniæ: ſed quam Ferdinandus Rex anno Superioris Seculi undequinquageſimo a Mauricio recepit: pignoris jure Marchioni Brandeburgico, inde Epiſcopo VVratislavienſi Balthaſari conceſſam, & poſt hujus fata ad Promnicios Barones eodem jure translatum: a quibus ſeſe Civitas noſtra memoria redemit. Elevatio poli eſt 51. 36. long. 38. 10.

(*a*) Milliaribus ſeptendecim Wratislavia diſtans. Inſignia Urbis ſunt: In ſcuto flavo Caſtrum album rubris imbrecibus tectum, & duæ turres coloris griſei, intra quas Leo niger pedibus anterioribus erectus, dexterum elevatum, & in aëre pendulum, ſiniſtrum extentum, pinnaculoque turris tenet, ſuppoſitum.

(*b*) Cum Eccleſiæ Parochiali D. Virgini Matri ſacra, conjunctam, ab Henrico

Henrico Barbato Naumburgi ad Boberum jam An. 1217 fundatam; a Primislao vero Cunradi filio anno 1288 Saganum translatam.

Quam tamen Translationem quatuor annis citius factam fuisse, ex sequentibus, quæ ex celeberrimi illius loci Archivis nobis communicata, & hic ad verbum relata sunt, colligitur:

De primæva Canoniæ (ut vocant) *Marianæ Saganens. Can. Regul. S. Augustini Fundatione & Translatione.*

Fundata est hæc An. 1217. ab Henrico Barbato, Silesiæ & Poloniæ Duce, primumque ejusdem Ord. Monasterium erectum fuit Neo-Castris, (vulgo Naumburg) oppido in monte sito, & Sagano tribus leucis distanti, quod tamen Monasterium paulo post infra montem translatum est in eum locum, ubi etiamnum Præpositura cum Ecclesia sub tit. B. V. in medio duorum fluviorum, Boberæ scil. & Brißnitz/ sita conspicitur. Ex illo loco denuo translatum est Saganum An. 1284. 19. Maji, favente Celsiss. Duce Premcone, qui mox etiam Jus Patronatus Ecclesiæ Sagan. & aliarum in suburbio & vicinia ad eam pertinentium Abbati & Fratribus in perpetuum donavit, ad quod stabiliendum eodem adhuc anno Confirmatio etiam Episcopal. Thomæ II. Episc. p. t. Wratisl. accessit.

Habuit novella & Religiosa congregatio primis temporibus Præpositum tantum, & non Abbatem; ubi vero successu temporis & numerus Fratrum crevit, & per singularem complurium Benefactorum munificentiam bona temporalia in tantum accessere, ut jam passim Monasterium locuples, das reiche Kloster/ diceretur; Præpositura in Abbatiam mutata fuit, idque temporibus Thomæ I. Ep. Wratisl. An. 1261. favente & confirmante eodem Episcopo, Monasterii hujatis eximio Patrono & Benefactore.

Succincta Vitarum & Actorum Ven. DD. Abbatum Saganeus.

Narratio.

1. HENRICUS I. Præposituram in Abbatiam mutavit, sed vix salutatus Abbas, nomine & dignitate Abbatiali se abdicavit.

2. BURCHARDUS I. rexit usque ad An. 1283.

3. TYLEMANNUS, hujus tempore facta est supra dicta Translatio Canoniæ Naumburgo Saganum.

4. BURCHARDUS II. 5. PETRUS I. 6. JOANNES I. electus est An. 1312.

7. GUNTHERUS, (alias Güntzeling) vixit in Abbatiali dignitate An. 5. *De his septem præter nomina de vita & rebus gestis nihil constat.*

8. TRUDWING mores indiſciplinatos & irreligioſos Fratrum ſerio reformavit, œconomiam ſtrenue adminiſtravit, Fratrum ſtudia promovit. Ipſe etiam utpote vitæ communis amantiſſimus cellam ſuam in communi dormitorio habuit, cui longo etiam deinceps tempore titulus Cellæ Abbatis adhæſit. Facta eſt ſub hoc Abbate An. 1333 compoſitio civitatem inter & Monaſterium, quæ hodiedum vocatur Contractus Trudwinianus, vi cujus ſupellex & interior Eccleſiæ ornatus Monaſterio, exterior vero ſtructura civitati curanda fuit attributa. Præfuit An. 22, obiit 1347. circa Feſt. S. Tiburtii.

9. HERMANNUS, inſignis Theologus, cujus elogii præclara ſua Scripta ſuper Decreta & Poſtillas, teſtes poſt ſe reliquit. Hic aliquo periculoſo oculorum dolore correptus votum de deſcribendo volumine Hieronymiano emiſit, & illico incolumitati redditus ſcripſit. Librorum amantiſſimus plures hinc inde amanuenſes ſeu Librarios habuit, per quos præter complura alia, 5 magna Homiliarum volumina, quæ adhuc extant, & totidem Moral. ſuper Jobum ſcribi fecit. Ædificia complura ab Anteceſſoribus inchoata continuavit & perfecit, & Monaſterium civium incurſionibus adhuc pervium more clauſtrali concluſit.

10. THEODORICUS, ob defenſam ſtrenue jurium Monaſterii & Eccleſiæ immunitatem plurimas paſſus eſt perſecutiones, quas tamen conſtanti & virili animo pertulit. A Duce territoriali Henrico, cujus iniquis poſtulatis minime aſſentiri volebat, dictus per ludibrium *Dominus Terræ & Sagani.* Idemque etiam Dux Saganum aliquando ex villis redux ad civitatem per Nuntium ab Abbate licentiam ingrediendi ironice petiit. Sub hoc Abbate complures molæ, villæ, prædia, uti & Præpoſitura Naumburgenſis ab improbis quibusdam & Monaſterio infenſiſſimis hoſtibus ſunt incinerata, qui tamen brevi omnes miſere interierunt. Obiit Ven. hic Pater non tam annorum numero, quam perſecutionibus nimiis gravatus An. 1363 in Cœna Domini.

11. NICOLAUS I cognomento Weintrud. Vir ſolemnis ſtaturæ, canus jam crinibus, ſed canior moribus. Per annos 13 Cantor, Organiſta & Prædicator, quæ officia in Abbatiali etiam dignitate jam conſtitutus rara & pia humilitate executus fuit. Omnimodæ pietatis exemplis & ornamentis præfulgens, & decoris Domus Dei cultor eximius pretioſam Eccleſiæ ſupellectilem comparavit. Complures Fratres ad altiora ſtudia promovit. Plurimis tandem perſecutionibus mire confectus obiit 1376, poſtquam laudabiliter An. 11 præfuiſſet.

12. JO-

12. JOANNES II Medicus, dictus *Pinguis*, non tam ob corporis molem, quam omnigenæ ſcientiæ, prudentiæ ac ſingularis experientiæ præſtantiam. Jam 60 annos habens in Abbatem electus eſt. Hunc Ven. Patrem Autor ſummis laudibus & encomiis extollit ob indefeſſum ſtudium & ardentem zelum, quibus corruptos & depravatos fratrum quorundam mores reformare ſtrenue deſudabat, diſcolis tamen & refractariis plerisque brevi morte ſublatis, Viros doctiſſimos doctrina & pietate conſpicuos ſuffecit, quos pientiſſimus Pater tenerrimo diligebat affectu, & congruis honoribus efferebat. Porro ſibi ipſi parcus, aliis largus erat, magnus humilitatis amator, aureis & argenteis vaſis more Anteceſſorum ſuorum in menſa minime uti voluit. Patuit hæc ejus virtus in profectione Curruli, imo Pragæ aliquando per ſpatium plurium dierum commoratus nec quidem ab hoſpite ſuo agnitus fuit Abbas. Plura e fundamentis erexit ædificia, debita a Prædeceſſoribus contracta exſolvit, Monaſterii bona temporalia pluribus villis coemptis auxit. Item præter ingentem & pretioſum ornatum Eccleſiaſticum, ſumptuoſum procuravit horologium. Duo permagna Antiphonaria, & Lyram ſuper Geneſim deſcribi fecit. Ipſe permulta Medica & Theologica opera, mira eruditione referta, propria manu conſcripſit. Meminit Autor in Vita hujus Ven. Patr. cujusdam Fratris nomine Zachariæ, quem velut alterum Job deprædicat ob ſingularem patientiam, qua immanes dolores ex fractione pedis, gravique concuſſione ac ſanie corporis indies aggraveſcentes fortiter conſtanterque per integros 10 hebdom. ſuſtinuit, roboratus procul dubio & non parum ſtimulatus memorabili exemplo ſui Dn. Abbatis, qui mira humilitate & laudabili patientia ſæpe a familia propria, probra & contumelias pati non dedignabatur. Obiit Dn. Joan. 1390. fer. 6. poſt cineres, poſtquam præfuiſſet An. 14.

13. NICOLAUS II Cognom. Franckenſtein/ qui ex Ord. Crucigerorum Cuſtodum S. Sepulchri Dominici ordinem noſtrum utpote illo ſtrictiorem cum diſpenſatione Apoſtol. eſt ingreſſus. Hic in Anno Jubilæo ad limina Apoſtol. inviſenda ſecedens, mortuo Dn. Joan. II adhuc abſens in Abbatem electus fuit. Redux Pragam & ibidem a duobus ex gremio cum electionis decreto Abbas ſalutatus, ob profundiſſimam humilitatem oblatam Abbatial. dignitatem acceptare diu recuſavit, ſubſecutam etiam brevi, & præſentatam Confirm. Epiſcopal. profundis ſuſpiriis & magnis fletibus ingemiſcens ſuſcepit. Quis vero & quantæ virtutis fuerit hic Ven. Pater, patet ex brevi ſequenti epitome, qua Autor encomia ejus-

dem laconice recenſet. Fuit Ven. hic Pater in Officio Abbatiali ut prius continuo ſacræ vacans lectioni, attentus adhortationi & doctrinæ deditus, Verbi Dei prædicator optimus, Cleri & populi corrector & reformator eximius, cui & patrocinabatur ſcientia, ſuffragabatur eloquentia, & vitæ morumque decentiſſima compoſitio ſuppetebat. In Artibus graduatus, in Sacra Scriptura plus multis SS. Theologiæ Baccalaureis intelligens & expeditus, vita caſtiſſimus, moribus diſciplinatus, vultu virgineus, facundia ſermonis angelicus, Deo acceptus & hominibus, rectis corde dilectus, ubique terrarum notus in Chriſto, Epiſcopis & Magiſtris gratiſſimus, Zelator Religionis, Amator Juſtitiæ, Fratrum Proviſor, pauperum procurator, plenus ſancto zelo, decorem Domus Dei procurans & diligens &c. Hæc Autor. Cæterum capitales Monaſterii hoſtes, bona rapinis & incendiis depopulantes pulchro vindictæ genere, vincens in bono malum, omnigenis beneficiis demereri & reconciliare ſtuduit, quorum aliquos hac ſua beneficentia pudefecit & omnino lucratus eſt, reliquos vero in malo obſtinatos divina Nemeſis hinc inde extremis ſuppliciis ſuſtulit.

At vero Ven. hic Pater, qui propter eminentem virtutum omnium præcellentiam longiſſima vita digniſſimus fuiſſet, præmatura nimium morte occubuit, dum expleto vix dimidio anno regiminis ſui ipſa nocte S. Matthiæ expiravit: poſtquam per 13. dies peracuta febri decubuiſſet, & brevi adhuc ante obitum Sacramentis Eccleſiaſticis jam rite procuratus, præſente unico fratre & Camerario ſermonem longe ſuaviſſimum de miſeria hujus mundi & vitæ, de culpa Protoparentum, ac de periculo regiminis Paſtoralis habuiſſet.

14. MATTHIAS, ex Congregatione Glacenſi Can. Regul. (quam An. 1350. Erneſtus Archi-Epiſcopus Pragenſis fundaverat, eoque Fratres ex Raudnitz Oppido Bohemiæ introduxerat) ad noſtram utpote illa ſtrictiorem tranſierat. Hic in Abbatem electus multa pro reformatione morum & religioſa diſciplina ſtabilienda ſtatuit & ſancivit. Ædificia complura extruxit, œconomiam ſtrenue adminiſtravit, & hoſtes Monaſterio ubique infeſtos mira dexteritate aut vicit aut eluſit, utpote apud Principes & Nobiles ob miram eloquentiam & affabilitatem ubique gratiſſimus. Romam ire diſponens, & comparatis jam ad iter neceſſariis obiit Anno 1394. die 6. Octobris; præfuit annis 4. Obiit ſub hoc Abbate Frater quidam nomine Nicolaus de Kralis, Polonorum Concionator, eorumque ſalutis ad ſtuporem usque ſtudioſus Zelator.

15. LUDOLPHUS SAXO ſubrogatus eſt Fratri ſuo germano Nicolao,

colao, qui Matthiæ per viam electionis ſuccedens, ſed mox præſtiti conſenſus pœnitens, per 3 dies continuos dignitati Abbatiali renuncians, operoſe inſtitit, ut nova Electione, alius loco ſui Abbas eligeretur. Hunc inopinatum eventum non obſcure præſagiit memorabile & ominoſum ſomnium præfati Dn. Ludolphi. Nocte enim priorem electionem proxime inſequenti videbatur eidem in ſomnis obvius Neoelectus Frater Nicolaus amphoram aquæ bajulans, qui de illa ob nimiam oneris gravitatem ulterius deferenda deſperans eandem ad pedes Fratris ſui Ludolphi ab ipſo ulterius bajulandam depoſuit: Ludolphus autem mox evigilans audiit omnino Neoelectum fores Cellæ pulſantem, a quo incunctanter admiſſo inter gemitus & ſuſpiria illud demum intellexit, ſe ſuſcepto oneri Abbatiali imparem, illud nec poſſe nec velle ultra retinere. O Amphora! (ingemiſcit Autor, ipſiſſimus videlicet Neoelectus Dn. Ludolphus, qui & Vitas prædeceſſorum ſuorum conſcripſit) ô Calix Domini, quam plenus es aquis! eſt Abbatia Saganenſis plena curis, plena populis, plena tribulationibus & anguſtiis! & ſi perfunctorie agatur, plena peccatis & periculis. Gravis eſt ad portandum hæc gerula aquarum! ſonus in ea fluctuantium Dominorum, civium & ruſticorum, fratrum quoque ac familiarium, ſonus eſt aquarum multarum! pergit deinde ulterius deprecari divinum auxilium. Fuit hic Ven. Pater omnigena veneratione Reverendiſſimus, abſolutiſſima Idea Religionis, perfectionis & exquiſitiſſimæ ſcientiæ & ſapientiæ quoddam oraculum, ad quem proinde ſucceſſu temporis toto fere orbe Chriſtiano celebratiſſimum, & illa ætate nulli ſecundum undique confluebant Viri doctrina & pietate inſignes, pro explanatione intricatiſſimarum quæſtionum, dubiorumque abſtruſiſſimorum ſolutione, & denique pro inquirendis conſiliis ad negotia maximi momenti prudenter feliciterque tractanda. Exinde etiam complures, celebri Patris hujus famâ allecti, abdicatis alibi amplis dignitatibus ſub auſpicato ejusdem regimine Religionem amplexi ſunt: quorum non poſtremi cenſebantur Dn. Joannes jam tunc per An. 14 Congregationis Glacenſis Præpoſitus, & Dn. Joannes de Honover, Magiſter in Artibus & celebris in Saxonia Eccleſiaſtes. Choro & menſæ Fratrum ſemper adfuit, ubi quam frequentiſſime textum aliquem ex lectione (cui tota aviditate intentus erat) pro themate aſſumens ex tempore ſpiritual. exhortationem facere conſuevit eo verborum pondere & energia, ut Auditores ſuos ad amariſſimas compunctionis lachrymas ſecum commoveret. Mira manſuetudine & affabilitate præditus licet ſuos amore ſemper magis quam timore regebat; ita tamen rigorem cum

manſuetudine temperavit, ut pro modulo manſuetudinis, pari etiam zelo & ſeveritate in gravius delinquentes animadverteret. Hunc juſtum & laudabilem rigorem admiratus Dn. Tylemannus Wratisl. Suffraganeus Ord. Eremitt. S. Auguſtini Domino Ludolpho arctiſſima familiaritate junctus, eundem perenni poſterorum memoriæ commendare voluit hiſce verſibus a ſe compoſitis:

Ludolphus Saxo, ſimilis per omnia taxo,
Non verbis ungit, ſed verberibus dire pungit.

Officium Prædicatoris, licet germanici Idiomatis minus gnarus, pluribus jam ante adeptam Abbatialem dignitatem annis non ſine maximo animarum emolumento exequens, in eadem dignitate jam conſtitutus diebus tam Dominicis quam feſtivis feliciter & indefeſſe exercuit. Studio Fratrum annis pluribus præfuit, complures Commentarios in Sacr. Scripturam, aliaque diverſa, eximia ingenii ſui excellentiſſimi monumenta elucubravit, ſuavi admodum & eleganti ſtylo, eaque doctrinæ ſoliditate, ut jam tunc ab Autoribus claſſicis pro ſingulari autoritatis pondere ex illis allegarentur teſtimonia. Sed nunc plurima ex illis per temporum injurias & rerum viciſſitudines ſunt deperdita. Scripſit inter alia elegans Volumen Hiſtoricum de longævo illius temporis Schiſmate Pontificio, ex quo emergens Eccleſiæ periculum ſummo animi mœrore, ac dolore indeſinenter deplorabat, ſed librum illum, tempore Simonis Abbatis Jodocus Epiſcopus Wratisl. Sagani exiſtens ad menſam legi audiens, ſummopere admiratus, ſibi ad tempus accommodari petiit & obtinuit; quem quidem poſt mortem Epiſcopi brevi ſubſecutam Fratres omni cura & ſollicitudine repetierunt, nunquam tamen receperunt. An. 1409 Concilio Generali Piſano, quod ad diſſolvendum memoratum Schiſma inſtitutum fuerat, cum Canonico Cathedrali & Fratre Henrico Underburg ſuo poſtmodum Succeſſore, loco Epiſcopi & aliorum Sileſiæ Abbatum, ablegatus interfuit, ubi munere Oratoris fungens ex illo textu & them. *In una domo comedetur*, Unitatem Eccleſiæ operoſe commendavit, & Communionem Laicam ſub Wiclefo in Boëmiam introductam luculenter reprobavit. Habuit exinde ipſe Sum. Pontifex Alexander V in dicto Concilio electus hunc Ven. Patrem adeo charum, ut ei proprio motu facultatem fecerit efflagitandi quamcunque vellet gratiam: Qua occaſione & fortuna pientiſſ. Pater ſancta diſcretione uſus, aliud illa vice non petiit, quam Indulgentias plenarias pro ſe & Fratribus ſuis tunc viventibus, petiturus ſine dubio & facile impetraturus ſucceſſive plura, niſi præmatura mors Pontificis obſtiſſet.

ſet. Vocatus dein etiam fuit ad Concilium Conſtantienſe, ſed jam gravi ſenio impeditus loco ſui fratrem Johannem Lacbin eo ablegavit. An. 1410 denuo interfuit Synodo Provinciali Wratisl. ibidemque, ut alias ſæpius factum, ab Epiſcopo propter facundiſſimam eloquentiam & ſcientiam profundiſſimam Orator fuit conſtitutus. Eodem ferme tempore Wratislaviæ verſipellem quendam Hæreſiarcham nomine Stephanum in plus quam 50 articulis a Catholica veritate diſſentientem, jamque a Viris quibusque doctiſſimis fruſtra oppugnatum, ideoque multorum ſententia omnino abſolvendum Idem Dn. Ludolphus a Wenceslao Epiſcopo Wratisl. ſpecialiter requiſitus, cum adjuncto ſibi Fratre Magiſtro Joanne de Sternberg publice convicit, paulo poſt Wratisl. rogo adjudicatum & combuſtum.

Monaſterii reditus coemptis pluribus villis multum locupletavit, inter ædificia ab ipſo extructa numeratur Capella in Ambitu Converſorum dicta, nunc S. Annæ dicata, ubi deſuper Librariam (quam ipſe proprio ſtudio & libris aliunde comparatis mirifice auxit) uti & cellaria noviter extruxit. Templum in monte Jeruſalem dicto, ſub titul. B. V. MARIÆ ligneum erexit cum uno Altari, in quo cum Conſenſu Epiſcopi publicæ Veneration expoſuit ejusdem B. V. ſtatuam ex alabaſtro, ad quam ibidem in cavernula quadam repertam jam prius magnus devotorum confluxus & frequentia cœperat. Miro licet virtutum omnium ſplendore condecoratus præcipue tamen in eo eluxit ſingularis humilitas, qua & oblatam ſibi ſæpius Infulam conſtanter recuſavit, & quotannis in die Cœnæ Domini peracta lotione Altarium, 12 pauperum (quibus dehinc menſam ipſe apparabat & ſingulis eorum largam eleemoſynam elargiebatur) pedes lavare conſuevit, ſimplici Cappa & Superpelliceo, ſepoſito interim meliori, indutus.

Poſtremo tametſi ob incomparabilem pietatem, aliaque innumera merita bonis omnibus in ſumma æſtimatione, veneratione & amore eſſet, ingentes tamen paſſus eſt malignorum perſecutiones tam a ſubditis propriis, quam civibus & Duce ipſo Joanne cogn. tyranno. Quibus malis indies inundantibus Ven. Pater ac Dn. Ludolphus plenus dierum ac meritorum Sacramentis Eccleſiaſticis rite munitus An. 1422 in pace obdormivit.

16. HENRICUS II cognom. *Leslau* alias Underburg dictus, ex Præpoſito ad S. Spirit. in Abbatem electus eſt ſummo Fratrum conſenſu & gratulatione, ſed omnimode invito Principe, cui Henricus præfatus protuenda Eccleſiaſtica immunitate & Juribus Monaſterii præ cæteris ſtrenue & viriliter reſiſtendo, nuper ſe fecerat exoſum; & licet Dux Joannes Tyrannus

rannus pluries monasterio injuriosus, atque idcirco fulminata in illum excommunicatione compulsus esset ad ineundam concordiam, Abbas tamen Neoelectus eidem plene nunquam confidens, sed suæ ac Monasterii incolumitati tutiori viâ consulens, a potiori mansit Grünbergæ velut in asylo sub favorabili protectione Ducis Henrici, eximii fautoris Cleri, qui erat frater immanissimi Sagan. tyranni Ducis Joannis. Fuit hic Ven. Pater singul. pietatis & rei domesticæ solerter administrandæ laude præcipuus, in hoc solum infelix, quod proprii sensus ac propositi nimis tenax, ejusque spreto saniore fratrum consilio temerarius esset executor. Unde factum, ut brevi multorum incurrerit invidiam & contemptum. Lubet hic breviter adjungere, quas quantasque hic Ven. Pater a Duce hoc tyranno passus fuerit persecutiones. An. 1429. Dn. Henricus pro tunc Sagani præsens, verum certior factus multas sibi strui insidias ipsis festis Pentecostal. assumpto unico fratre & quibusdam Clenodiis summo mane Sagano discessit iturus Grünbergam: quod rescions Dux mox armata manu Abbatem insecutus, eumque ex itinere retractum in Castro suo, teterrimo & gliribus referto ergastulo gravi vinculorum pondere oneratum (quemadmodum & fratrem socium turri Civitatis per 10. hebdom.) inclusit; quem deinde elapso trium mensium intervallo e custodia eductum, vinculis adhuc onustum, & seminudum ac vehiculo impositum per urbem duxit lamentabili universis spectaculo, ad quod ipsemet Dux persona lictoris indutus stentorea voce omnes evocabat: mox copioso stipatus satellitio eundem Ven Patrem sub diei crepusculum e civitate in priore curru eductum per mediam fere noctem per avia & devia, imo & per aquas raptando potius quam vehendo, procul dubio internecioni dare quærebat: sed demum infecto scelere intempestæ noctis silentio reductum pristinis carceribus mancipavit. Interim Fratres multis laboribus, precibus & expensis tandem Episcopum Conradum (Patruum Ducis Joannis adeoque partibus ejus *plus* æquo faventem) Saganum adduxerunt, qui tanti sceleris immanitate motus, pro liberatione Abbatis diu, multumque laboravit, sed irrito conatu: tyrannus enim precibus ac minis inflexibilis 6000. marc. (quæ tunc temporis ultra 12000 flor. Hungar. valebant) pertinaciter postulabat: quibus jure negatis prædicto Anno 1429. in Vigil. S. Laurentii Abbati dextrum oculum (quem tunc unicum adhuc habebat, altero jam pridem in horto Præposituræ suæ inter spinas amisso) evelli fecit, & præsens spectavit, jamque ex integro cœcum adhuc fere integro mense captivum tenuit, donec Fratres decumanis suis laboribus adjungentes Mediatorum preces ægre obtinuerunt,

nuerunt, ut ad Monaſterium reduceretur, & ibidem arctiſsime cuſtoditetur, quo per tres ſeptimanas fideliter obſervato Dux novis furiis agitatus Venerab. Patrem ſeptis Monaſterii violento furore ereptum denuo priſtinis carceribus repoſuit & detinuit duobus menſibus, quibus rurſum elapſis tandem pertæſus fruſtraneam cuſtodiam, inſuper & ſua ſuorumque excommunicatione ac totius Archidiaconatus Glogovienſis interdicto non ſolvendo, niſi Abbate libere dimiſſo, adactus, illum monaſterio reſtituit, ſub juratoria tamen cautione, ne absque ſpeciali licentia Saganо quacunque de cauſſa recederet: qua tamen non obſtante à Fratribus clam abductus fuit Grunbergam, ubi prima die Septembris convocatis plerisque Fratribus celebravit Annuale Capitulum, in quo unanimi omnium conſenſu & approbatione proditores ſuos, ſcilicet Fratres Joannem Grunberger, principalem ſceleris autorem, Joannem Kucheler & Matthæum Strelin perpetuo anathemate ab omni Fratrum & ſuffragiorum communione ſegregavit. Interea Tyrannus novo indies furore Monaſterium impugnavit, adeo ut aſſerat Autor, tomum juſti voluminis conſcribi poſſe, ſi cuncta tyrannidis ejus ſpecimina conſtarent. Anno 1430 Fratres compellere nitebatur, ut intra quatriduum novum Abbatem eligerent, alioquin ipſemet de alio proviſurus; jubebat præterea multa alia Monaſterio ſumme pernicioſa, quibus omnibus merito denegatis Fratres paſſi ſunt poſtium effractiones & innumera diſpendia. Subditis præter extortam ſæpenumero magnam pecuniarum ſummam, homagium ſibi præſtari petiit, renuentes vero, præſertim Schœnbornenſes, clibano injectos, accenſo deforis igne, ſuffocare ſimulabat, & ſorte reipſa facturus erat, niſi inviolabilem fidelitatis conſtantiam admiratus, à facinore vi quadam occulta retractus fuiſſet. Demum ipſos Fratres plane opprimere cogitans, arctiſſime in clauſtro undique cuſtodito & exterorum ad eos acceſſu denegato occluſit, qui brevi etiam inedia conſumti fuiſſent, niſi pientiores aliqui de plebe illis vitæ neceſſaria vel ſub Altaribus Eccleſiæ depoſita, vel in ſporta per murum dimiſſa non minus caute, quam pie ſubminiſtraſſent. Tandem Tyrannus videns, ſe ſpe ſua & intentione fruſtrari, ultronee compoſitionem cum Abbate & Fratribus inire cupiens, eosdem ſub ſalvo conductu Saganum convocavit, ubi An. 1430. d. 13 Martii, in Curia præſentibus vaſallis veniam petiit, & omnem poſſibilem ſatisfactionem promiſit, quam tamen nunquam præſtitit. Poſthæc venerab. Pater quieti ſuæ conſulens An. 1432 oneri Abbatiali reſignavit, & Grunbergæ permanſit usque ad obitum Ducis Joannis Tyranni, quo de-

functo Saganum reversus, favente successore pluribus annis Abbatialem domum hyemalem inhabitavit, ubi etiam expletis adhuc aliquot annis pie in Domino Sacramentis rite provisus obdormivit. Cæterum licet utroque oculo orbatus esset, munus tamen prædicandi usque ad finem vitæ constanter exercuit. Post resignationem præfati Venerab. P. Henrici II nulla interposita mora per viam scrutinii in Abbatem electus est Dominus

17. HENRICUS a STISLAV, p.t. Prior zelosus, religiosæ disciplinæ reformator, ejusdemque per sibi subordinatos paris zeli Capituli Præsides egregius assertor & propagator. Hic post initam jam ante cum Duce concordiam, bene pacificeque cum eodem conveniens, ex strenua scilicet & felici rei œconomicæ administratione multam & preciosam Ecclesiæ supellectilem comparavit: uti inter alia duplicem ex argento Monstrantiam, Antiphonaria quatuor tantæ magnitudinis, ut uni portando vir etiam solidi roboris vix sufficiat, quæque etiamnum extant, Psalteria, aliosque complures libros; utrumque etiam Organon instaurari fecit, & Capellam B. V. in monte Jerusalem prope civitatem hactenus ligneam & angustam ampliavit, & ex muro construxit, eamque tribus altaribus ornatam consecrari fecit; non minus etiam bona Monasterii temporalia coëmptis pluribus villis & prædiis locupletavit. An. 1439. die 12 Febr. turris Ecclesiæ corruit & testudines templi concussit, neminem tamen oppressit. Solum vigilem turris inquilinum ruina involvit, qui ruderibus multo labore extractus, cætera incolumis, ob læsum graviter pedem deinceps claudicavit, & turrim reædificatam denuo inhabitavit. Fuit hæc ruina turris Duci Joanni (qui subinde ad resipiscentiam sollicitatus jocando dicere solebat: *Se non moriturum, donec turrim corruisse, & sylvestrem anserem solitarie volantem vidisset,*) ominosum mortis præsagium, cui non multo post etiam alterum concessum est, unde demum ratus sibi certissime imminere vitæ terminum, scelera sua diu noctuque amarissime deflere cœpit, ac tandem (referente id Domino Martino ejus confessario) dæmonem lectulo suo mortuali adstantem vidit & dicentem audivit: Sieh du Zannet! hast du dich nun einmahl loß gemacht mit deinem Greinen? dein morti proximus salùti suæ consulens jussit mercatoribus (damnorum Monasterio illatorum plane oblitus) restitui mercimonia transmarina, quorum currus aliquot illis nupèr eripuerat. De loco sepulturæ illius communis habetur traditio, eum tumulatum esse in Ecclesia nostra prope Presbyterium in medio fere Ecclesiæ, qui locus rotundo & perexiguo lapide est notatus, erurque: Dum ipse locum illum suæ sepulturæ designasse, dignum se omni-

mnino asserens, ut qui Clerum multis injuriis & nefandis calamitatibus in vita sua affecisset, post mortem in scelerum detestationem eorum pedibus quotidie conculcaretur. Reliquit tres filias & quatuor filios, ex quibus Rudolphus pietatem progenitorum suorum fundatorum nostrorum imitatus B.V. in Monte Crucem ex purissimo auro fabrefactam & pretiosis lapidibus ornatam donavit. Joannes vero, paternæ sævitiei ac tyrannidis hæres, multa illius edidit facinorosa specimina. Demum Venerab. P. Henricus, postquam laudabiliter An. 17 sedisset, obiit pie in Domino An. 1449. circa festum S. Joannis ante portam Latinam.

18. Dn. AUGUSTINUS Henrico III per viam scrutinii successit, sed præpostera fratrum intentione; primarium enim respectum habuerunt ad subjectum œconomiæ tractandæ capacissimum, quale præ cæteris etiam invenerunt in Dn. *Augustino Francke* Saganensi, Viro activo, bonorum Monasterii apprime gnaro & occupationibus temporalibus longa jam experientia assueto & exercitato. Inconsulta igitur hæc electio funestam brevi nacta est catastrophen. Cum enim cives controversias quasdam reassumerent, & Abbas instrumentis authenticis pro defensione sua destitutus esset, multi etiam ex Fratribus horrenda peste periissent, & viris sæcularibus ipsi bene consulentibus diffideret, in gravem mœrorem animi, melancholiam & maniam incidit. Unde tandem contigit, ut postquam quadam die lucido fretus intervallo sacram confessionem peregisset, & sanctissimum Missæ sacrificium Deo obtulisset, ad cubiculum suum reversus, & præ corporis lassitudine lecto affixus, Fratribus quidem quibusdam præsentibus, infortunium tamen non statim advertentibus, ipse vero sibi minime præsens, sed extremo rursus animi mœrore & mania obrutus, cultrum ventri suo infixerit: Quo facto quidem chirurgus adhibitus fuit, sed irrita opera: nam paucis post diebus ex lethali vulnere ad lectum dejectus, in spem tamen vulnerum Salvatoris nostri erectus, & SS. Sacramentis rite præmunitus obiit, sacra quoque sepultura donatus. Cujus Abbatis tristem mortem dum auctor meditatur, grave Prælatorum onus exaggerat, verbis præsertim usus S. Gregorii ex Pastorali ejusdem desumtis: *Virtutibus pollens non nisi coactus in regimen veniat, virtutibus vacuus nec coactus accedat.*

19. Dn. SIMON ARNOLDI ex districtu Steinaviensi humili loco & genere natus, sed præcipua virtutum laude & nobilitate præcellens, à teneris scientiarum studiosissimus, tantos in sacris literis & utroque Jure

progreſſus fecit, ut, licet nullis gradibus Academicis eſſet inſignitus, tamen à Viris quibusque doctiſſimis in ſumma æſtimatione & admiratione paſſim fuerit habitus. Erat inſuper eximius diſciplinæ religioſæ cultor, promotor, vivaque religioſæ perfectionis idea & exemplar. Atque his aliisque innumeris meritis mire condecoratus, 1450. fer. 5 poſt feſtum immaculatæ concept. unanimi omnium voto ex Priore in Abbatem eſt electus, ac dein anno ſequenti Dominica *Lætare* Sagani à Dn. Petro Wratisl. Epiſcopo Monaſterium noſtrum viſitante confirmatus ac benedictus; ea poſtmodum dexteritate ac ſolertia munus ſuum adminiſtravit, ut Dn. Ludolpho p. m. ſuppar cenſeri meruerit. Primo omnium ſingulari prudentia & induſtria (ut recens inuſtam Monaſterio ignominiam glorioſa deinceps virtutum fama obliteraret, nomenque jam nuper ubivis celebertimum denuo vindicaret, collapſamque in multis diſciplinam reformaret) ſaluberrima ſimul & religioſiſſima ſtatuta condidit, eaque (quorum exemplar adhuc extat) approbante univerſo Capitulo publicavit. Erat hic Venerabilis Pater orationi & contemplationi adeo deditus, ut non modo domi diu noctuque eidem vacaret, idque plerumque in Eccleſia exiſtens non obſtante frigoris aſperitate, ſed in via etiam conſtitutus raro eam interrumperet. Pari affectu ferebatur in ſacram lectionem, cujus gratia menſæ communi, quoad potuit, ſemper interfuit, & ne lectio (quam frequenter per ſe ipſum continuabat) aliquo ſtrepitu interturbaretur, ſervos ſuos quantocyus amandavit. Alias in converſatione mira affabilitatis gratia & comitate hilaris, pieque & religioſe ſolatioſus, in Capitulo prudente diſcretione ſerioſus, ſibi ſubordinatos Capituli Præſides contra immorigeros ſtrenue vindicabat. Porro indefeſſa ſollicitudine & vigili cura non modo Fratrum, ſed exterorum etiam perfectioni & ſaluti aſſidue intentus, quinquies quotannis Confeſſiones Fratrum excipere, & alias fere quotidie in publico Confeſſionali externis ſacramentum Pœnitentiæ adminiſtrare ſolitus, ſcrupuloſos & certis caſibus irretitos ſuæ jurisdictioni reſervabat. Præterea Ven. Pat. ac Dn. Simon ampliandi decoris Domus Dei augendæque rei domeſticæ ſtudioſiſſimus, complures eosque opiparos ornatus comparavit. Librorum quoque tam erat amans, ut præter eos, qui à Fratribus copioſe exarabantur, permultos inſuper à librariis precio conductis conſcribi fecerit. Imo affirmat autor illum, ſi jam tunc Typographia in uſum & notitiam veniſſet, omnem facile ſubſtantiam in libros profuſurum fuiſſe. Anno 1461 exorta litigia & apertæ inſidiæ inter Duces Balthaſarem & Joannem Fra-

Fratres germanos, filios Joannis Tyranni, magnis & insolitis calamitatibus & civitatem & Monasterium affecerunt: quo tempore etiam Interdictum primo quidem locale tantum, dein vero etiam personale per totum districtum Saganensem promulgatum fuit, quo per quatuor annos continuato, populus in summam salutis incuriam vitæque improbitatem dissolutus est, nihil contra proficientibus crebris & piis cohortationibus. Soluto tandem Interdicto & subsecuta etiam compositione inter præfatos Duces, Ven. P. ac Dominus Simon ob diuturnas easque gravissimas infirmitates, persecutiones etiam & crebra exilia patienti semper animo perpessa, copiosis meritis opulentus, sacramentisque omnibus optime provisus transiit ad veram Patriam & requiem sempiternam Anno 1468 nocte diem Parasceves proxime antecedente, quod ille tempus & circumstantiam obitus sui videtur fuisse meritus jugi devotissimaque Passionis Dominicæ meditatione.

20. Dn. MARTINUS cognomento Rinckenberg / fabri filius, sed affinis Ducis Olsnensis *Conradi* vulgo *Nigri*, qui illius sororem ob eximiam pulchritudinem duxerat in uxorem, ab eodem ad Universitatem Lipsiensem promotus, ibidemque gradu Magisterii insignitus fuit. Absolutis studiis notabili tempore apud præfatum Ducem Cancellarii munere functus, dein etiam aliquandiu in Curia Rudolphi Episcopi Wratisl. versatus est. Exinde plurimis experientiis imbutus totusque Curialis Monasterium ingressus vix integro biennio constanter in Monasterio permanserat, antequam in Abbatem eligeretur. Erat vir felicissimi ingenii, astuti celerrimique consilii, in sacris profanisque litteris studiosus & orator adeo disertus, ut ex antecessoribus neminem sibi in hoc genere habuerit parem, nec spes esset facile habiturum in posteris. Præcipue tamen in studio & praxi artis Medicæ fuit assiduus, sed pharmaca continuo labore magnoque precio præparata extraneis liberaliter distribuit, neglectis interim infirmis Fratribus. Et cum ipsemet inanitatem hujus profani studii adverteret, simulque innumera temporis ac rerum dispendia probe consideraret, serioso semper etiam in extremis præcavendum monuit, ne hujusmodi libri ad manus Fratrum devenirent, aut ullus illorum hoc studio implicaretur. Legationibus variorum Principum ad varias provincias ad amussim functus, multum politica sua industria Monasterio profuit; à Principibus enim territorialibus universalia privilegia bonorum impetravit, item à Matthia Rege Bohem. & Hungariæ innovationem & con-

firmationem privilegii Alberti Regis Romanorum, & denique à Curia Romana Conservatorium perpetuum. Ad edenda etiam in Architectonica industriæ suæ specimina occasionem dederunt binæ Monasterii devastationes, quarum prima accidit 1472 à Joanne Duce Tyranno, filio alterius Joannis æque tyranni, de quo superius plura. Altera accidit an. 1486, quo anno civitas tota solo castro excepto funditus est exusta, quam cladem pro tunc per integrum sæculum & ultra singulis quibusque 18 annis binis semper vicibus perpessa fuerat. Per promotam ergo sollicite restaurationem Monasterii & sexcenta alia bene prosperequæ gesta magnam quidem nominis sui existimationem consecutus est, eam tamen subinde, conversatione Religiosum non sat decente, obscuravit. Statuta sancivit salubertima, & quæ ad decorem & promovendum cultum divinum plurimum conferebant, ipse tamen ea minime exsequebatur. Simulabat quidem & passim jactabat tantum se habere zelum Religionis, ut potius vellet detrimentum membrorum corporis sui pati quam Religionis, sed in effectu & opere contrarium asserebat. Licet etiam exiguam curam de vestitu corporis sui habuerit, inusitato tamen luxu magnisque sumtibus familiam, equos, & canes adauxit & sustentavit. Ad venationem habitu tantum sæculari indutus pergebat, canes propria manu deducens. Atque his & similibus suam & simul totius Monasterii famam & honorem exinanivit, Fratribusque observantiam disciplinæ religiose adhuc zelantibus ex imo pectoris elicuit gravissimos gemitus & lamentabiles preces, quibus DEo pro Abbatis emendatione ac salute idem tidem supplicabant. Nec irritæ fuerunt piæ Fratrum preces; nam Anno 1482 infra octav. S. Hedwigis Dn. Abbas Martinus morbo apoplectico (cujus violentiâ totum latus dextrum velut emortuum & inhabile mansit) correptus, eoque ceu paterno Dei miserentis flagello ad resipiscentiam adactus, totus exinde in virum alterum mutatus, à vanitatibus sæculi abstractus, cuncta anteactæ vitæ oblectamenta penitus abdicavit, bona superioribus annis frivole oppignorata reluit, & assiduo Medicinæ studio sibi aliisque deserviens, favorem ac bonam famam utcunque recuperavit. Itaque medice & misere, pie tamen supervixit adhuc annos 6 & dimidium, ac tandem anno 1489 priore morbo violentius redeunte in Vigil. Pasch. decubuit, & cum jam annis 21 præfuisset, die 28 April. cum bona ratione & amara cordis contritione humanis exemptus est, sepultusque in Capella Passionis, ubi vivens sibi sepulturam & elegerat & paraverat. E regione illius in eadem capella prope fenestras sub lapide sepulchrali humatæ

mata est Domina *Scholastica*, Ducis Joannis I conjux, quæ anno 1463 longam & calamitosam viduitatem Naumburgi simul cum vita finivit.

21. Dominus Martinus diuturna morborum vi adeo enervatus, ut se oneri imparem sentiret, cogitabat indies officio cedere, sibique novum Abbatem sufficere; talem tamen, qui solum ut Coadjutor sine illius consilio & autoritate faceret nihil. Sed cum jamjam pararet officii abdicationem, morte prævenitur, interim tamen in extremis constitutus

Dn. PAULUM ab HAUGWITZ p. t. Suppriorem impense Fratribus commendavit, cui commendationi ipsemet Candidatus non leve pondus addidit propria industria & innata sibi affabilitate. Nihilominus tamen in ipsa electione votis electorum in varios dispersis non nisi inconsulta Fratris Sigismundi Præpositi Grunbergensis præcipitantia & incuria idem Dn. Prælatus ut Canonice electus, publice promulgatus fuit. Deprehensa postmodum electionis invaliditate Fratres precibus & metu gravis confusionis aliorumque incommodorum adacti tandem in illum consenserunt. Mox obtenta confirmatione & benedictione genio nimium indulgens, reliquos etiam fratres nimia defectuum dissimulatione & conniventia, atque inconsultis dispensationibus sæpe ultro oblatis, in omnem vitæ licentiam induxit, unde demum rigore monasticæ disciplinæ notabiliter relaxato, magna morum dissolutio, tepor, proprietas, aliaque vitia copiose invaluerunt. Ab ipso statim regiminis sui exordio Monasterium illi carcer videbatur, aliæ vero domus paradisus, atque ideo gravibus expensis singulis fere annis Wratislaviam concessit, inde postmodum redux ea quæ in cathedrali observari notaverat, domi quoque inconsulto Capitulo proponere in usum deducebat, cum ingenti & quotidiana rituum confusione, adeo ut Fratres proverbio dicerent: *Se magis discordes esse in rubricis, quam Bohemi in suis erroribus.* Cum intellexisset Abbatem Lubensem Infulam & alia Pontificalia impetrasse, ne illo inferior videretur, continuo ad eadem sibi comparanda animum adjecit; & licet Fratres ad hoc difficulter adducendi essent, ut petitioni ejusdem consentirent, propter contracta jam ante plurima debita, & hoc concesso, plura adhuc contrahenda; certi tamen Abbatem in hoc proposito obstinatum paratumque illud etiam ipsis invitis exsequi, & tum quidem jus Pontificalium pro sola persona & vita sua impetrare consensere, ut saltem obtenta hæreditaria Infula Successores à

simi-

similibus sumtibus sublevarent. Anno 1490 Indulgentiæ quædam plenariæ sive Jubilæum insolitæ autoritatis & amplissimæ facultatis jam alibi quoque promulgatum, per Duces Saxoniæ Saganum fuit introductum. Ad hoc Jubilæum mox tantus fuit concursus, ut per septem integras hebdomadas 16 & ultra Confessarii quotidiè à mane usque ad Solis occasum, excipiendis Confessionibus occupati vix sufficerent. Fuerunt quoque diebus singulis minimum 50, sæpe 100 publice pœnitentes: de pecunia autem ea occasione per fidelium pias oblationes congregata duplex organum comparatum fuit. Anno 1496 tanta tamque repentina fuit Boberæ exundatio, ut homines & jumenta magno numero submerserit, molendina, pontes & horrea etiam nova in pede montis B. V. sita, frumentis plena abduxerit, omniaque Monasterii nostri cellaria alte repleverit, quod rursus anno 1501 binis vicibus evenit. Anno 1505 Nicolaus Martini civis Saganensis datis 400 marcis fundavit Processionem Theophoricam & Missam de ven. Sacram. singulis feriis V solenniter celebrandam. Interea Dn. Abbati Paulo genio, uti cœperat, nimium indulgenti, & aliquando in Brissnitz apud Plebanum pernoctanti comparuisse scribitur Antecessor ejus, nimirum pie defunctus Dn. Martinus, serió ipsum admonens, ut officio & dignitati Abbatiali quantocyus renunciaret. Mox facto mane ad cœnobium reversus Priori facta generali Confessione visum aperuit, insimul fassus, quod stipulata manu promisisset, sese monitoris consilio fideliter pariturum. Cum autem à Priori obnixius moneretur, ut factæ sponsioni satisfaceret, suspicatus hoc ab illo suaderi animo & spe successionis, indigne tulit ac omnino neglexit, præsertim cum deinceps bona & constante valetudine frueretur usque ad Annum 1507, quo in Quadrages. cœpit variis melancholiis exagitari, quas tamen verebatur revelare, donec seipsas manifestis maniæ indiciis proderent. Invalescente autem indies mœrore Naumburgum se recepit, ubi mœstitiæ & perplexitati mentis nimium indulgens, omnem hominum frequentiam & consortium declinabat, solo Fratre Thoma Gillner, ejus comite & custode, qui lateri illius etiam inviti constanter adhæsit, & peccata sua confitenti absolutionem sacram impertitus est. Obortis paullo post quibusdam in monasterio controversiis, ad eas componendas tantisper reversus est, sed inopinato linguæ vinculo ligatus, paucula duntaxat verba, quibus animi mœrorem & melancholiam, imo maniam indicabat, magna cum difficultate prolocutus, paucos post dies vivendi finem fecit.

22. De-

22. Defuncto Dn. Paulo Fratres deliberare cœperunt de eligendo ac præficiendo ſubjecto quam maxime proficuo, totius rei cardo vertebatur circa duos, videlicet circa Dn. JODOCUM JECKELL, & Fratrem LUCAM, in quorum uno verebantur nimiam prodigalitatem, in altero tenacitatem. Memores tamen vulgaris adagii: *Prodigus plurimis utilis eſt, avarus nemini*, præplacuit Dn. JODOCUS, commendatus inſuper amabilioris converſationis gratia populique favore, quem ſtrenua parochialis officii adminiſtratione fuerat conſecutus. Obſiſtebat huic electioni Ducalis Capitaneus, qui intentatis plurimis minis Fratres ab electione impedire ſatagebat, quoadusque conſenſus ac conſilium Ducale acceſſiſſet. His autem minime attentis Monaſterium plurium denuo hoſtium in ſe concitavit invidiam & perſecutiones. Porro Ven. Dn. Jodocus primo ſtatim regiminis anno omnimode quidem nitebatur, ut abuſus per conniventiam Dn. Pauli tam in Eccleſia quam in Monaſterio inducti & tolerati proſcriberentur, & collapſa penitus religioſa diſciplina pro viribus reſtauraretur: ſicut tamen in his abrogandis aut corrigendis in alios erat rigidior, ita in emendandis propriis legnior & charitativæ commonitionis impatientior fuit. Superfluos etiam & proventibus ſuperiores ſumtus expendit in ornatus ſacros, in quorum comparationem à locupletioribus præſertim viduis aurum & argentum variis viis ac modis emendicabat, ut propterea ab autore *inverecundus mendicus* audiat. Tandem vero etiam hoc ſubſidio deſtitutus varias pecunias pro piis fundationibus oblatas impendit, ac propterea Monaſterium tantis debitis involvit, ut ante ipſum nullus. Cum aliquando cuidam officium debitis obligatum conferret, eidem inter alia neceſſariæ inſtructionis capita hoc ſpecialiter inculcabat: *Si cuncta proſpere & laudabiliter egeritis, & ſolummodo pauca debita reliqueritis, nihil gratæ laudis conſequimini.* Et ſane videtur ipſemet adminiſtrationem ſuam minus laudabilem ſerio ſed ſero fuiſſe deteſtatus hiſce verbis in extrema infirmitate doloroſe prolatis: Ich wolte nicht allein die Haare meines Hauptes / ſondern Haut und Haare laſſen abſchneiden / daß ich an die Würdigkeit der Abtey nie kommen wäre. Interim anno 1514. ingraveſcente indies hydrope ob inſolitos corporis tumores aliasque graves infirmitates Dominica *Reminiſcere* animam exhalavit, & pie obiit anno ætatis 45, Regim. 7.

23. Dn. CHRISTOPHORUS MECHIL', pannificis Saganenſis filius, altiorum ſcientiarum diſciplinis Cracoviæ imbutus, & Olomucii

gradum Magiſterii adeptus, ſtudio Fratrum annis aliquot præfuit, ac deinceps primaria quæque officia adminiſtravit. Hic an. 1514 per viam ſcrutinii in Abbatem aſſumtus, numerum Fratrum in tantum adauxit, ut jam chorus 40 ſedilium non ſufficeret. Erant plerique eorum ſufficienter eruditi, & ad quævis Eccleſiaſtica munia habiles, alios autem promovit ad ſtudium Francofurtenſe. Communi Fratrum menſæ frequens aderat, eam ſpecialibus obſoniis & ſacra lectione condiens. In Capitulo & alias efficaci adhortatione virtutes implantabat, vitia vero ſeveriore caſtigatione extirpabat. Eccleſiam tunc ampliatam cum 5 altaribus noviter erectis fecit conſervari, variaque hinc inde ædificia aut de novo exſtruxit aut vetuſta reſtauravit. Anno 1515 Franciſcanis ad Capitulum Provinciale Saganum adventantibus hic Ven. Pater cum omnibus Fratribus proceſſionaliter obviam ivit usque ad pedem montis B. V. Unde illos honorifice ſuſceptos cum hymnis & canticis ad Eccleſiam Parochialem deduxit, ibique conſcenſa cathedra, latina eaque perquam facunda oratione luculenter coram iis peroravit. Illis poſtmodum per minorem portam ſub turri proceſſionaliter egredientibus duos de Fratribus thuribulis inſtructos conſtituit, qui illos utrinque incenſarent: qua tam inſigni & inexpectata humanitatis ac reverentiæ exhibitione permoti communi ſententia litorarum monumentis corroborata Fratres noſtros tunc exiſtentes & futuros ad totius ordinis ſui confraternitatem omniumque bonorum operum participationem ſuſceperunt. Conſanguineos quoque & affines noſtros jam defunctos omnium ſuffragiorum participes fore decreverunt. Quoniam vero, ut habet Salomon Proverb. XXX, 33, *Qui vehementer emungit, elicit ſanguinem:* hic Ven. Pater, cum (utpote in proprio ſenſu nimium abundans, & conceptæ ſemel animi ſententiæ tenaciſſimus) quævis negotia absque ulla moderatione adſtrictiſſimas juſtitiæ leges expendere & accommodare niteretur, plurimos contra ſe & Monaſterium adverſarios concitavit, quibus tamen omnibus Ven. Pater invicta animi conſtantia hactenus ſuperior ſemper fuerat. Demum anno 1522 (poſtquam anno præcedente centeni aliquot de plebe & ſex è Fratribus per autumnum peſte deceſſiſſent) ſtatione ſua ceſſit, ac inteſtinis animi, & vehementis, qua laborabat, iræ motibus obſecutus, Naumburgum pervenit, unde per nuncium ad Fratres miſſum muneri ſuo renunciavit. Et licet illi miſſis ex ſuo ordine ad Abbatem delegatis defectus ſuos, ſi qui commiſſi fuiſſent, humillime deprecarentur, ipſumque precibus, quibus poterant, enixiſſimis ad reditum diſponere niterentur; ipſe tamen

men datis ad Episcopum literis se oneri imparem probare conatus, facile quod petiit consecutus est, & Fratribus facultatem alium eligendi haud difficulter impetravit. In libertatem ergo vindicatus, septem fere annis in Præpositura Naumburgensi commoratus non sine multorum dolore, quod talentum adeo singulare eximiæ scientiæ à DEO concessum absconderetur. Demum anno 1529 in Quadrages. ex intemperantiore esu halecum in morbum incidit, nec multo post, prius tamen Ecclesiasticis Sacramentis rite provisus, vitam cum morte commutavit. Tumulatus est ibidem in communi Cœmeterio.

24. Plurimis iisque periculosissimis omni hactenus ætate calamitatibus & pressuris unde unde demum subortis Venerab. Cœnobium impetitum fuerat & prægravatum, ut id evidentissimum plane sit argumentum, vere misericordiam Dei Divorumque Fundatorum ac Patronorum potentem dexteram fuisse, quod jam pridem consumtum penitusque deletum non fuerit. Omnes tamen malorum incursus hucusque catervatim irruentes præcipue temporale illis machinabantur excidium: potentiores vero incentore ac coryphæo PAULO Lemberg / Successore Dn. Christophori, multis parasangis deteriores & periculosiores prioribus, ipsam quoque animarum extremam perniciem avernali plane studio moliebantur. Et licet dignum omnino foret perditissimi hujus filii iniquitatis propudiosum nomen sempiterna oblivione deleri, tamen abs re non fuerit seriem vitæ illius flagitiosissimæ laconice saltem prosequi, tum ob decentem historiæ continuationem, tum ob posterorum exemplum, & vel maxime ad majorem gloriam benignissimi Dei, *qui* teste S. Augustino Tom. 3 libr. Enchirid. cap. 26 *melius judicavit de malis bona facere, quam mala nulla permittere.* Filius iste Paulus erat pannificis cujusdam Soravienſis humanioribus literis commode instructus, an æt. 18 religionem ingressus optimi tironis partes ad amussim explevit, & siquidem in eo elucebant optimæ minimeque suspectæ indolis specimina, facta professione ad altiora studia promotus est, primo Wittebergam, dehinc Francofurtum, ubi demum Licentiatus in Decretis gradu insignitus, domumque reversus Concionatoris ac Prioris munus strenue & utiliter obivit. Denique Naumburgi Præpositus commissam sibi provinciam industrie ac feliciter gessit, donec anno 1522 potioribus votis in Abbatem Canonice eligeretur. Ipsa quoque tum primum auspicati regiminis primordia spem magnam faciebant, secuturos posthac in rebus omnibus feliciter agendis progressus optatissimos.

mos. Sed contrarium plane evenit, dignitas enim illi fastus & arrogantiæ, liberior autem quodlibet agendi facultas, vitiorum & malorum omnium erat incentivum. Præstituto ab Episcopo solemnis benedictionis & inaugurationis die, ut Glogovia splendidius compareret, omnes quotquot poterat nobiles in comitatum accivit, ut hodiedum sub judicelis sit, majusne opprobrii quam famæ incrementum pepererit illi tam sumtuosa & insolens pompa. Illud omnino certum est, preciosam hanc profectionem paupertati religiosæ ac sacro Christi patrimonio summum irrogasse præjudicium, injuriam & dispendium. Deinceps ergo vere audire merebatur Abbas non tam Infulatus, quam revera ad irremedicabilem rupturam inflatus, inanissima videlicet aura populari, vanissima novitatum curiositate, &, quod caput est, mortifero Lutheranæ sectæ tum primum ex erebo recens protuberantis veneno: quo quidem non ad propriam duntaxat damnationem sese ingurgitavit, sed & fidei suæ commissos illo intoxicare nefarius orci emissarius omni sollicitudine ac nisu conatus est: adeo nimirum levis illi erat propriorum sarcina peccatorum, ut premi ac æternum perimi voluerit etiam alienis. Itaque ut onere hocce infelicissimo olim ad tartara onustior descenderet, decrevit primum de Fratribus castra diaboli auxiliaribus copiis adaugere, certus si id assequeretur, animas curæ illorum pastorali concreditas nullo negocio pertrahendas ad ruinam. In hunc finem sumtibus nunquam satis deplorandis tres Lutheri asseclas Witteberga adduxit: quorum unus epistolam S. Pauli ad Romanos, alter librum Geneseos, tertius vero Malachiam Prophetam Fratribus prælegebat & interpretabatur: qui, ut erant omni dolo & fallacia pleni, singuli in id unicum incumbebant, ut subverterent vias Domini rectas, omnesque & singulos in suam pertraherent sententiam. Insuper subreptitiis aut potius malitiose à se confictis sub Ducis nomine literis, ac de ementito Ducali mandato, duos sacerdotes sæculares, ut virulentissimos impiæ sectæ propagatores, ita malitiosissimos veræ religionis exterminatores in Ecclesia nostra constituit, non verbi divini sed hæresis præcones, ac verbo & exemplo subversores plebis, cooperantibus ubique indefessa opera urbis primoribus, & vel maxime omnium antesignano Abbate Paulo, qui interim sacratissimas multisque jam Sæculis venerandas P. P. Sanctiones, ordinis statuta & consuetudines saluberrimas omni studio ac conatu abrogabat. Quin ipsum etiam SS. Missæ sacrificium & præsertim Canonem, repudiatis jam cæteris catholici ritus cerimoniis, adeo detruncabat, ut hoc tremendum sacrificium passim omnibus scandalosum fieret ludibrium. Na-

ctus

ctus deinde complures impietatis suæ asseclas è Fratribus, in extremam Cœnobii perniciem, indies invalescebat, ideoque illorum opera, præter divenditam præstantiorem domus supellectilem, plurima etiam & pretiosissima Ecclesiæ elenodia, cæteris omnino ignorantibus, asportari, Soraviæ conflari, & demum Suidnicii pro nummis ibidem noviter excusis, permutari fecit: hos vero, nummos scilicet, Apostatis (futuris posthac è sacerdotibus diversorum opificiorum tyronibus) libenter & liberaliter distribuit. Ut autem reliquas lethalis veneni feces altius imbiberet, Wittebergam ad ipsummet hæresiarcham profectus est, totus ipse cataphractus (unde Abbas ferreus dictus) & plurimis satellitibus stipatus. Inde post hebdomadas aliquot reversus tanquam ferocissimus Saulus exitiali veræ religionis odio tantum non rumpebatur, omnes posthac vires exerens ad eam funditus extirpandam. Jamque integri hujus cultores quatuor tantum aut summum quinque supererant è gremialibus, & pauculi è copioso numero ruri degentium, quos in partes suas pertrahere cum cæteris apostatis indefesso, sed irrito studio laborabat, tentans præcipue inconcussam mentis illorum constantiam enervare, ingesta spe fore, ut unusquisque de bonis inter sese divisis eam portionem nanciscatur, quæ nedum vitæ necessariis, sed & sectandis voluptatibus satis superque futura esset: quinimo excusso suavi jugo Christi videbatur sibi nuspiam onus sat grave posse reperire, cujus pondere ad ipsum abyssi centrum deprimeretur. Hinc passim affirmabat, se omnes ac singulos, quotquot à regulari observantia deficere parati essent, non tantum consilio, opera plenaque libertate donaturum, sed propriis etiam humeris ex Babylonica captivitate (ita Monasterii septa vocabat) exportaturum. Cumque illi virtute ex alto corroborati hasce infernalium Sirenum incantationes, minas quoque & varii generis terriculamenta non secus ac bruta fulmina riderent, secretiore eos assultu supplantare, lueque pestifera tandem aliquando latenter inficere aggressus est, eliminando videlicet Sacratiss. S. P. N. Augustini Regulas, illisque novas defæcatæ malitiæ plenas substituendo. Sed denuo mentita est iniquitas sibi: illi enim veritatis strenui assertores dolum probe intelligentes, utrasque Capitaneo præsentarant, Duci transmittendas, ab eoque dijudicandas. At ille intestino Fratrum bello dudum delectatus, ex eoque non vana spe opima spolia præstolatus, eorum petitioni minime annuit, quin potius à persecutione capti consilii eosdem omnino dehortatus est, qui exinde novis furiis à vesano religionis exterminatore ejusque satellitibus mirum in modum exagitati, à sancto tamen

propoſito ne latum quidem unguem dimoti, haud multo poſt diem ſibi conduxerunt in Præpoſituram Beuthenenſem (pro tunc Monaſterio noſtro incorporatam, ubi unanimi conſenſu decreverunt duos ad Ducem delegandos, eundem de lamentabili Monaſterii ſtatu plenius informaturos. Dux horum relatis fidem adhibere diſſimulans, Capitaneo ſuo, (præclaro ſcilicet cuſtodi ovium ut ajunt lupo) reſcribit ac præcipit, ut Abbatem quantocyus Dresdam præſentet ad rei veritatem penitius indagandam. Hic ille uti antea petitionem Fratrum, nunc quoque Principis ſui mandatum callide eluſit, ac maleſanæ Abbatis incolumitati conſulens, hoc eo conſilium ſuggerit, ut coacto Capitulo inveſtiget, num omnes aut plerique de Beuthenſi conventu & facta delegatione notitiam habuerint, eique aſſenſum præbuerint? quo facto id, quod unice intendebat, longe facillime aſſecutus eſt, ac mox Duci reſcripſit, relationem illam nequaquam à potiori parte Capituli, ſed à quibusdam tantum factioſis ortum traxiſſe, ſimulque Abbatem (qui interea legatos illos, puta Andream Jodoci Præpoſitum ad S. Spiritum, & Fratrem Matthiam Lerſe carceribus manciparat, reliquos vero illorum complices diris omnibus devoverat) miris encomiis efferendo, pro voto & efficaciter exculpabat, Duce mentienti iniquitati plenam fidem adhibente. Quo mox intellecto Abbas, priſtino mœrore ob eventus incertitudinem concepto plane depoſito cum aſſeclis ſuis miro tripudio inter pocula geſticbat, indubia ſpe fretus, parte ſibi hactenus adverſa, utpote modica, brevi quocunque demum modo defectura, ſeſe cum jubilo decantaturum: *Protexiſti me à conventu malignantium, à multitudine operantium malum* &c. Porro ut ſoſpitatori ſuo Sifrido Nechero hujati Capitaneo regratificaretur, ſimulque ſibi de peculio ad proſequenda nefaria conſilia & explendam propudioſam libidinem neceſſario provideret, eidem villam Branaw (quam is tota aviditate aucupabatur) pro 3000 marcis nec dimidio juſti precii venalem obtulit, *toto conatu* collaborantibus apoſtatis, reliquis vero tam religionis veritatem quam fundationis conſervationem propugnantibus, illorum temeritati ſtrenue obſiſtentibus, licet demum victis, & ne quidem jus protomiſios, niſi quoad ſolam ementis perſonam impetrare valentibus. Fratres igitur perſpecta Abbatis in malo obſtinati veſania, cum plenam fundationis exinanitionem propediem imminere viderent, ideoque non amplius cunctandum rati, denuo enixis precibus conſilium Capitanei & operam implorarunt, ab eodem etiam (utpote præda bona potito & ex illo tempore votis Fratrum multo faventiore) benigne excepti, magnopere dilaudati

& ope-

& operoſe adjuti ſunt. Ipſemet enim impetratis à Duce literis conſenſum & facultatem alium eligendi indulgentibus, impio illi mercenario perſuaſit reſignationem, ad quam ſe promptum paratumque offerebat, dummodo accepta certa ſupellectile & pecuniæ ſubſidio in Grunbergenſem Præpoſituram ad dies vitæ poſſidendam immitteretur. Arduum erat Fratribus hac ratione innoxio gregi lupum pernicioſiſſimum præficere, conſultius tamen videbatur minus malum eligere. Igitur ipſo Feſto Aſſumtionis B. V. ſummo mane non ſine ſcandaloſa tantæ ſolemnitatis profanatione ſceleratus Luthericola Sagano diſceſſit, duo plauſtra ſacrilegiis potiſſimum onuſta abducens. Vixque infelix domicilium attigerat, cum mox habitum omnemque vitæ honeſtatem depoſuit, imo domum quoque ipſam, tum adhuc regulari obſervantia ſacram, ad profanos ſæculi mores accommodavit, quælibet contra pacta & vota pro libitu abalienavit, propudioſo mulierum contubernio impudice aſſuetus, donec anno vix dimidio elapſus rurſus Wittenbergam profectus, quandam perfrictæ frontis monialem, per Lutherum ſibi ſacrilege copulatam, Grunbergam reduxit, quæ (vel ipſa natura inviſum facinus deteſtante) fœdos ſubinde abortus edidit. Huic vero pœnæ peccati ſucceſſu temporis & illa acceſſit, quod cum aliquando hæc impudentiſſima laſciviæ mancipia inteſtino bello in ſe invicem ſævirent, filiolus interea forte menſæ inſidens deciderit, & fatali caſu factis cervicibus mortem oppetierit. Grunbergæ vero ſemialtero tantum anno reſedit; nam publicato Ferdinandi Regis edicto, Apoſtatas omnes ſeveriſſime proſcribente & eliminante, ipſe memorati ſceleris conſcientia aliorumque deinceps impune tractandorum cupidine ductus, periculum ſibi iſthinc imminens antevertit, ſub ditionem Ducis Lignicenſis Friderici ſeſe recipiens futurus Parochus Adelsdorfii, quo licet prædivite præda è rebus Monaſterii onuſtus accederet, brevi tamen in tantam egeſtatem redactus eſt, ut oſtiatim mendicare cogeretur. Atque hæc ex ejus vita ipſo adhuc vivente conſcripta. Cæterum conſtans fert traditio, illum aliquando ad aulam Ducis Lignicenſis fuiſſe aſſumtum, ſed rurſus ignominioſe ejectum, poſtquam in ipſis uxoris ſuæ exequiis præſentes ad novas nuptias propediem à ſe celebrandas invitaſſet: ac denique poſt longum & calamitoſum exilium in fimeto turpiter & infeliciter obiiſſe.

25. Dn. JACOBUS I cognomento GREFE, ex Cothbus Luſatiæ oppido mediocribus parentibus oriundus, literarum ſtudiis optime inſtitutus

tutus ac Baccalaureatus gradu insignitus, Anno 1506 ætat. 29. Religionem ingressus præclara commendabilis vitæ pietatisque dedit specimina. Unde absoluto Novitiatu mox in Presbyterum promotus, aliquamdiu concionatoris zelosi munus non sine laude & fructu obivit. Dehinc ob singularem ingenii felicitatem ac industriam variis officiis Conventûs & Curiæ præfectus, negotiis etiam arduis eminus cominusque pertractandis fuit admotus. Quia tamen nimium rigidus erat justitiæ æquitatisque zelator, odium plurimorum incurrit, qui exinde ulteriorem ejusdem promotionem impedire omni conatu nitebantur. Tempore nefandi Schismatis Prioratus officium gerens integerrimus erat veræ fidei ac religionis assertor & propugnator: tandem An. 1526 ex Præposito Grunbergensi in Abbatem electus est & mox confirmatus. Solemnem vero benedictionem & Infulæ susceptionem distulit in quartum regiminis annum, quo ad eandem ab ipso Episcopo compulsus fuit. Vigente adhuc primo auspicati regiminis fervore familiam & quævis negocia provide ac solerter exsequebatur, suppetente ad illa animosa hilaritate, dexteritate, & quodam quasi habitu longa experientia acquisito. Ad hunc fervorem paulo post extinxit intemperantia cibi potusque, ratio inordinatior, quæ brevi etiam vitam & sanitatem, quæ sperabatur longæva, fecit brevem. Ad extrema deveniens & frustra tunc demum adhibitis preciosis pharmacis in Vigil. Purific. B. V. An. 1536 pie in Domino obiit, traditis prius Abbatiæ clavibus in manus Prioris, cui etiam literas majoris momenti & salubres quasdam cautelas pro futuri Abbatis electione paterne manifestavit.

26. In demortui locum decimo ab obitu ejus die canonico scrutinio subrogatus est raro humilitatis exemplo diu multumque reluctans ac invitus Ven. Pat. ac Dn. SIMON II cogn. PETZOLDUS, an. ætat. 50, religion. 30. Vir omni virtutum genere conspicuus: tametsi enim humili loco & prosapia subrustica natus esset, (filius enim erat opilionis Rickertsdorfiensis, qui pagus Sagano duobus milliaribus distat) genus tamen suum eximia virtutum nobilitate illustravit. Decimo namque ætatis suæ anno, opera amitæ suæ civis Saganensis studio literarum admotus, brevi eam adeptus est scientiarum & morum honestatem, ut annum agens undecimi consensu ad religionis septa admitti & assumi promeritus fuerit. Sub hoc Venerab. Patre Lutheranismus, postquam totam fere Silesiam infecerat, sensim etiam in populo Saganensi (quem vigilans industria & religiosissimus zelus pientissimi Ducis Georgii hactenus illibatum servat)

rat) pullulare ac ſuccreſcere cœpit, ſatagentibus quibusdam hujus ſectæ præconibus, in vicinioribus pagis furtive latentibus; ad quos cum copioſior indies fieret populi confluxus, coactus eſt Dn. Abbas Duci ſupplicare pro remedio, præſertim cum Dn. Capitaneus etiam ad mandatum ipſiusmet Ducis hoc in vicinia degentes eliminare neglexit. Pientiſſimus Dux id non ſine ingenti animi horrore inaudiens, pro eximia ſua in Deum pietate, ſalutisque alienæ ſollicitudine decrevit in propria perſona Saganum accedere, ſevetius in immorigeros animadverſurus. At ſanctam hanc ejus intentionem prævertit mors inopinata. Anno enim 1539 d. 16 April. ann. natus 67, menſ. 8, dies 4, inopinata morte deceſſit, & cum paucis ante ſe menſibus utrumque filium, Duces videlicet Joannem & Fridericum, præmiſiſſet, Dominium Electoralium dictionum devolutum eſt ad germanum ejus Ducem Henricum, quem ille ſucceſſorem & hæredem inſtituerat hac conditione, ſi nihil in cultu religionis innovaret. Verum hic, qui jam nuper ab avita religione defecerat, pro nihilo habuit datam Prædeceſſori ſuo fidem violare. Unde vix rerum potitus ampliſſimam dedit facultatem propagandæ hæreſeos, quæ mox velut ruptis cataractis nedum per univerſam Saxoniam ac Miſniam, ſed & per Ducatum Saganenſem ſeſe diffudit, ſatagente ipſo Duce ac novo Ducatus Capitaneo Joanne de Grambſchitz/ Monaſterii hoſte acerrimo & maximo Lutheranorum fautore, cui proinde facile fuit perſuaderi ab Henrico Flöter/ & Joanne Wolff/ Jus Patronatus Duci ejusque vicariis competere. Quo factum eſt, ut Eccleſiam noſtram armata manu incunctanter occuparent, (inſtituentes in ea Benedictum Fiſcher/ eique non multo poſt adjungentes duos Capellanos Joannem Hollbrodt/ Lutheri famulum, & Fabianum Dhyænum Goldbergenſem, ubi prima concio ad populum habita eſt d. 3 Sept. 1539) moxque obſtructis Chori ſuperioris januis ſacrilegas manus injicerent in altaria, illa numero 16 inſano furore dejiciendo, & Poſnaniam Poloniæ ad nundinas venum transmittendo. Inſuper Monialem & viduam quandam hujatem Gunthertanam nomine pietatis ſtudioſiſſimas & tuendæ avitæ religionis zeloſiſſimas publico ſupplicio affecerunt, inculpantes illas de Anabaptiſmo. Licet vero à Duce (qui an. 1540 Saganum appulerat) prævia viſitatione omne catholicæ religionis exercitium fuerit interdictum, ſimulque myſtagogis ac Scholaribus ſalarium 630 floren. è reditibus Monaſterii conſtitutum, ſub pœna confiſcationis omnium bonorum quotannis perſolvendum: cæterum tamen bona Monaſterii eorumque libera adminiſtratio, beneficio

ſalvi conductus nuper à Rege Ferdinando impetrati manſerunt illæſa, præterquam quod in Præpoſitura Naumburgenſi & Saganenſi ad S. Spiritum Prædicantes fuerint inſtituti. Patres vero Franciſcani ob extremam penuriam graviſſimasque perſecutiones migrare coacti ſunt, deſerto templo & cœnobio, quod Dux Civibus hæreditarie attribuit. Atque ſub hoc luctuoſiſſimo ſtatu Ven. Dn. Simon ſummo animi mœrore ac gravi ſenectute confectus Anno 1544 regiminis ſui nono, irruptionis vero hæreticorum in templum ſexto, Eccleſiaſticis Sacramentis rite procuratus, de iſtius mundi preſſuris extractus ad ſedis & ſecuritatis æternæ portum Chriſto Servatore vocante profectus eſt, ut habet Epitaphium ipſius eidem à Dn. Franciſco Præpoſito poſitum, quod hodiedum in ambitu viſitur.

27. Quod nulla calamitas ſola, juxta commune adagium, hac præſertim tempeſtate ac ſumma temporum injuria expertum eſt Venerabile Cœnobium & Fratres undiquaque afflictiſſimi, qui erepto ſibi templo, interdictoque divino officio, domi ſuæ, velut incarcerati, nec adhuc à vitæ periculis ſat tuti degebant, inſuper paterno etiam ſolatio atque ſubſidio privabantur à morte Ven. Pat. Simonis, cui, quia alium ſubrogare omnino prohibebantur, diviæ circa ſe ordinationis decreta trepide operiebantur, dantes locum iræ ac veſaniæ hæreticorum. Interea Monaſterii gubernacula dextre ac viriliter tenuit ſub titulo Prioris Ven. Dominus ANDREAS RUPERTUS Sagan. Vir tum pietate, tum eruditione eximius, donec tandem anno 1549 ſpes ſerenior affulgeret, quo tempore Ducatus Saganenſis devolvebatur ad Sereniſſimum Bohemiæ Regem Ferdinandum. Eodem anno menſe Julio Commiſſarii à Rege deputati Saganum adventes ſubditos & cives homagium Regiæ Majeſtati præſtari fecerunt: quibus præterea à Rege ad ſupplicationem Fratrum nuper factam commiſſa erat reſtitutio Eccleſiæ, eliminatio Prædicantium & ceſſatio ſalarii illis à cœnobio hactenus indebite præſtiti. At vero Commiſſarii, cum quoad prædicta cives inſolenter refractarios experirentur, veriti ne hocce intempeſtivo zelo plebs exacerbaretur, & mala graviora emergerent, Fratribus perſuaſerunt, ut à propoſitō tantiſper deſiſterent, qui tamen mox libello ipſis Commiſſariis porrecto rurſus urgebant, ut penſio 630 floren. ſaltem alleviaretur, ablata quoque Eccleſiæ Clenodia reſtituerentur & ipſis tribueretur facultas divinum officium in ſuperiori Choro denuo inchoandi, ægros inviſendi, & denique novum Abbatem eligendi: cæterum conſentiebant, ut hæretici utque ad Domin. *Reminiſcere* anni ſequen-

tis

tis Ecclesiam occuparent, nisi interim Rex aut Episcopus aliud decerneret. Atque ita d. 13 Sept. in Choro horæ Canonicæ & Missæ sacrificia post decennale interstitium denuo inchoata sunt. Die vero 24 ejusdem in Abbatem Canonice electus est Ven. Pat. ac Dn. ANDREAS, moxque confirmatus a Rege & Episcopo Balthasare a Promnitz, qui Jacobo de Salza Anno 1539 defuncto successerat; Solemnem tamen benedictionem tum ob insignem animi demissionem, tum propter assiduas corporis ægritudines non est consecutus. Dehinc velut bonus pastor animarum salutis promovendæ studio tam Regem quam Episcopum opportune importune sollicitabat ad serioſam Prædicantium eliminationem, idque omnino effecit, ut Capitaneus severo rescripto juberetur operosa hujus executione illius intentioni satisfacere, ac die 4 Octobris Templum Parochiale ab illegitimis inquilinis vindicare. Verum Capitaneus Fabianus a Schönaich / utpote & ipse hæreticus, commissum sibi negotium impia procrastinatione si posset oblivioni dare satagebat: unde ipsemet Ven. Pater moræ impatiens, simulque autoritate Regia & Episcopali fretus memoratam pensionem Prædicantibus & Scholaribus in totum denegavit, pro cujus redintegratione Magistratus Regi instanter supplicavit, ac insimul petiit, ut Fratres, quorum quatuor tantum essent residui, autoritate regia Naumburgum, utpote ad Domum Professam & primum fundationis domicilium transferrentur, bona vero parochialia magistratui committerentur administranda. Rex aliis occupatus negocium totum remisit ad Archiducem Ferdinandum p.t. Pragæ Locumtenentem. Interea Ven. Pat. ac Dn. Andreas ærumnis, laboribus, gravique senio confectus, fatali morbo præoccupatur: Cumque jam diebus aliquot plane elinguis agonizaret, nec dum Ecclesiasticis Sacramentis provisus, Fratres exinde desolatissimi inter assiduas easque ferventes preces aspectandum exhibent venerabile Eucharistiæ Sacramentum, sollicite inquirentes signum pœnitentiæ ac desiderii sumendi viatici: quod ut primum ab ægro manum ori admovente obtinent, eidem Sacramentum sumendum porrigunt, quo facto linguæ vinculo inter devota suspiria tantisper soluta in hæc verba supremum valedicens prolocutus est: *ô Fratres, ô filioli dilectissimi! servite Deo in sanctitate & justitia omnibus diebus vestris!* cum quibus verbis simul vitam absolvit die 12 Martii An. 1550 in medio chori tumulatus, postquam munus Abbatiale laudabiliter gessisset menses duos & dies 16; postquam item non modico terrore perculsus ex conflagratione balneatorii fulmine icti, & postridie rursus graves calumnias aliaque damna perpes-

sus fuisset à Civibus ad restinguendum periculosum incendium in Monasterio intempesta nocte exortum copiose accurrentibus, & obvia quæque vesano furore expilantibus.

28. Post obitum Ven. Pat. ac Dn. Andreæ, adhuc sede Abbatiali vacante, Archidux Ferdinandus, cui Rex querelas senatum inter & Monasterium complanandas commiserat, Fratrum id obnixe petentium desiderio satisfacturus Saganum ablegavit Commissarios Dn. Ulricum à Noslitz, Capitaneum Budissinensem, & Nicolaum de Metzrat. Hi die 31 Martii variis modis & mediis dissidentes componere attentarunt, donec ob inflexibilem hæreticorum pervicaciam, videntes se oleum & operam perdere, palam professi sunt, se in mandatis habere, Ecclesiam Religiosis extradere, & Prædicantes quantocyus amandare: qua inopinata resolutione non secus ac fulmine perculsa plebs paulisper hæsit attonita; ubi vero non nihil respiravit, denuo nihil non tentavit, ut Commissarios à sententia dimoveret. Sed jacta erat alea. Sedandæ tamen multitudini à rigore debito nonnihil temperandum videbatur, ea conditione, ut videlicet hæretici circa Festum S. Georgii è Parochiali transmigrarent ad templum Franciscanorum, hactenus desertum, vicissim autem Monasterium obligatum esset, Prædicantibus 320 marcas quotannis persolvere. His ita constitutis feliciter Saganum appulit die 13 April. novus Abbas Dn. GEORGIUS CRACHERUS. Oriundus is erat ex nobili Cracherorum Cracovienſium Patriciorum familia, Wratislaviæ in Arena Professus, ubi aliquandiu Prioris munere perfunctus, deinceps Præpositus in Gorckau constitutus fuerat. Vir erat magni nominis & doctrinæ, orthodoxæ fidei adversus sectarios propugnator acerrimus, omnibus denique naturæ & gratiæ dotibus (quæ in illa temporum ac rerum vicissitudine in Abbate Saganensi desiderari poterant) abunde instructus, quarum intuitu Fratres unanimi voto in illius electionem & postulationem conspirarunt. Nec mora, de Senioribus à Capitulo deputantur, qui tum ab Abbate Wratisl. tum à neoelecto desideratum assensum requirunt; quo ab utroque facile impetrato novum Abbatem non dignitatis aviditate, sed zeloso vindicandæ isthic periclitantis religionis amore ultro properantem, ad sedem Abbatialem tanquam ad palæstram adducunt, ubi inter festivos aggratulantium applausus exceptus, insignibus Abbatialibus solemniter inauguratus, obtenta etiam spe citius solemni benedictione & infula, implacabile confestim hæreticis bellum indixit, ac inprimis Capitaneum hacte-

nus

nus tergiverſantem adegit ad publicandum & executioni mandandum reſcriptum regium, à pie defuncto ſuo Anteceſſore impetratum, cujus beneficio d. 27 April. hæreticos è templo noſtro (quod annis 10, menſ. 7 & diebus 23 incoluerant) ejecit, interim ad Eccleſiam Franciſcanorum ab illorum emigratione hucusque deſertam tranſire permiſſos: quam illi diem atro calculo notantes funeſtam atque lamentabilem paſſim intitulabant. Itaque profanis procul eſſe juſſis templum denuo reconciliatum, in eoque ad perpetuam rei memoriam tabula eſt affixa in hæc verba: *Anno à Chriſto JEſu nato 1539 Illmo Principe ac Domino, Dno Georgio Duce Saxoniæ, Landgrafio Thuringiæ, Marchione Miſniæ, Domino Sagani, defuncto, ſuccedente Fratre ſuo Henrico, Conventui hujus Monaſterii ſilentium tam in prædicando verbo Dei, quam decantandis in hac æde Horis Canonicis, Miſſisque celebrandis, eſt impoſitum: aliique mandato prædicti Ducis Concionatores & Miniſtri Eccleſiæ veterem & orthodoxam religionem usquehuc egregie excultam, piorum ex cordibus evellentes, novamque doctrinam ſeminantes ſunt inſtituti: Simone Abbate & Fratribus ordinis in Cœnobio magna formidine interim latentibus, usque ad An. 1549, quo Sereniſſ. & Chriſtianiſſ. Principi ac DD. Ferdinando Rom. Hungar. & Bohem. Regi Saganum ab Illmo Principe Mauritio Duce Electore hæreditarie eſt reſignatum, ubi demum Conventus priſtinæ libertati feliciter reſtitutus eſt Reverendo P. Dn. Georgio Abbate gubernante.* Verum tam glorioſo trophæo nondum contentus religioſiſſimus zelus Ven. Patris, inſuper etiam penſionem 320 marcarum pſeudopaſtoribus conſtitutam omnino denegavit: quam quia ad inſtantiam Magiſtratus Archidux Ferdinandus continuari jubebat, Abbas ad eundem Pragam abiit, ubi plurimis iisque ponderoſiſſimis rationibus luculenter probavit, ſe ad illam nequaquam poſſe obligari; quibus tamen non obſtantibus Archidux Abbatem ad ulteriorem dictæ ſummæ ſolutionem ſuaſu potius quam mandato induxit, ut liquet ex ejus reſcripto d. 17 Aug. ad Saganenſes dato, ubi ſimul fatetur, ſe pro ſingulari ſua erga hanc urbem benevolentia, Abbatem Viennam regem adire paratum à propoſito fuiſſe dehortatum. Eodem anno, menſe Nov. d. 28, Rex Ferdinandus publico edicto Prædicantios omnes ex univerſa Sileſia proſcribi juſſit; quod ut primum Ven. Patri innotuit, Viennam abiit Regem interpellans, ut pſeudopaſtores Saganenſes ratihabito ſuo edicto, (quod ab omnibus & ubique negligebatur) novoque mandato ſuperaddito prorſus eliminari juberet: exhibuit quoque Regi libellum ſuum contra eosdem Archiduci nuper porrectum,

rectum. Unde 6 Maji redux illico Magistratui transmisit rescriptum regium de dato Viennæ 11 Aprilis 1551 districte præcipiens, ut intra spacium 14 dierum Prædicantii incunctanter dimitterentur. Hinc illæ lacrymæ! ac malesanæ plebis tumultus, quem sedare civiumque saluti consulere volens Mag. Joannes zanderus d. 29 Maji ipso die Pentecostes ex umbone publice valedixit, sed simul plebi in æternam suam perniciem jam obstinatæ amarissimas lacrymas prolicuit: quas illico finita & soluta concione Dominus Hieronymus de Biberstein Capitaneo Schönaich maxima qua potuit energia recensuit, insuper & numerosa turba mulierum oblato libello eidem supplicavit pro remedio ac tutela. Qua is instantia & potissimum propria etiam tuendæ sectæ cupiditate inductus Abbatem adiit, eumque summopere exaggerato periculo ab efferata plebe certo certius imminente à sententia deterruit, ac omnino permovit, ut posthabito mandato regio in ejus plebisque vota concederet, licet jam conduxerit murariùm necessariis omnibus ad occludendas profanatæ illius Ecclesiæ fores sufficienter provisum. Videns ergo conatus suos hæreticos plane extirpandi nihil proficere, deinceps animum applicuit ad abolenda Sacrilegorum vestigia, pristinum Domus Dei decorem restituendi: in quem finem nova organa fieri constituit, quæ tamen obstante præmatura illius morte perfecta non sunt. Curaverat interim pro sua Fratrumque commoditate præstans horologium, sed hoc paulo post incuria fratris incendio conflagravit. Denique plures alias promovendi cultum divinum intentiones illius propediem executioni dandas cassavit inopinata mors, quam alii veneno, alii vero peste acceleratam affirmabant. Obiit autem An. 1552 d. 22 Jul, tumulatus prope subsellium Abbatiale: præfuit ann. 2, mens. 4, diebus 9.

29. Ne fortassis Ecclesia pastore suo viduata & sede Abbatiali diutius vacante ab indomita hæreticorum rabie denuo infestaretur, Fratres paucis ab obitu pie defuncti præterlapsis diebus Canonico scrutinio unanimiter illi præfecerunt Vener. Patrem FRANCISCUM LUDOVICUM patria Soravienſem, virum provectæ jam ætatis, individuum olim Dn. Simonis comitem, multisque subinde exantlatis laboribus & officiis dextre administratis optime meritum, rerumque agendarum longa experientia instructissimum. Mox inito regimine in animo ejus cœpit recrudescere vulnus ac memoria illatarum hactenus ab acatholicis injuriarum, indeque nunc tandem setio licet sero easdem ulciscendi desiderium. Sed initio

nitio præpoſteris utplurimum conſiliis utens, exigua in eosdem edebat ſpecimina, vana enim erat ſine viribus prudentia temperatis ira, quæ illorum pertinaciam non tam reprimebat, quam additis ſtimulis validius exacuebat, inde namque conſiliis ac viis omnibus tota mente inhiabant, ut denuo templi rerumque noſtrarum potirentur: & ſane nec conatus nec ſpes eos fefellit. Nam Anno 1553 Rex Ferdinandus expugnato à Turca Joanni Sigismundo Principe Tranſylvaniæ, pro hac attribuit in Sileſia Ducatum Oppolienſem, loco cujus Marchioni Brandenburgico, qui illum pro certa pecuniæ ſumma habebat ſibi oppignoratum ad triennium, aſſignavit Ducatum Saganenſem, quem elapſo tempore & ſolutione nondum ſecuta Marchio non attenta proteſtatione Commiſſariorum Regis, ipſo facto, ſuſcepto à ſubditis homagio ſibi appropriavit. Hic rurſus adverſarii criſtas erigere, templum repetere, priſtinum ſalarium à Cœnobio exigere nihil morati, novum ſuisque partibus faventiſſimum Ducem interpellant, qui iniquis eorum poſtulatis iniquius acquieſcens executionem negocii commiſit ſuis illhic conſtitutis Officialibus: qui An. 1557 d. 3 Aug. Abbatem ad arcem evocatum tam diu detinebant, donec interim cives templum occupaſſent. Interim Dn. Abbati rerum domi geſtarum ignaro imponitur obligatio exſolvendi annue 320 imperiales pro ſuſtentatione Prædicantium, quorum tunc anteſignanus erat Andreas Montanus. Nec multo poſt Capitaneus de Mile, deprædando villam Kuntzendorff, Monaſterio domna ultra 2000 thalerorum æſtimata intulit, eademque graviſſimis etiam exactionibus incomparabiliter auxit. Hæretici vero templum denuo occupantes, ſicut in prima irruptione Altaria demoliti fuerant, ita nunc ſacrilegorum primipilus *Henricus Rettel* temerario auſu tabulam illam, receptæ nuper à Catholicis Eccleſiæ monumentum, ſuperinducto atro colore penitus obliteravit, ratus ſe hoc pacto non ſolum anteactorum memoriam, ſed & ſpem omnem futuræ aliquando recuperationis ſublaturum. His aliisque injuriis laceſſitus Ven. Pater binis vicibus Romam petiit, indeque obtentis Apoſtolicis literis denuo Regem adiit, ac tandem domum redux promiſſam utrobique opem longanimi patientia eſt præſtolatus, quam tamen usque ad annum 1560 gravia Regis negocia, Epiſcopi conniventia, & vel maxime impudens hæreticorum protervitas retardarunt. Quamvis enim anno 1558 Rex Marchionem plena debitorum ſolutione (coacta ex precio dominii Fridlandenſis, Friderico L. B. de Redern, & Soravienſis Dn. Balthaſari de Promnitz Epiſcopo Wratislavienſi hæreditario venditi) exuerit poſſeſſione Ducatus

tus Saganenſis, eamque memorato Epiſcopo pro 68000 thaleris mutuo datis ad 20 annos contulerit, hæretici tamen putativum ſuum jus in Eccleſiam mordicus propugnantes illam tenuerunt usque ad prædicti anni diem 1 Dec. qua tandem denuo emigrare, atque rurſus ad templum Franciſcanorum tranſire (quod quidem ſolemni, lugubri tamen pompa præſtiterunt) compulſi ſunt, deinceps Eccleſiæ ac Scholæ ſuæ miniſtros propriis ſumtibus ſuſtentaturi. Sæpius poſthac attentabant ſummi templi recuperationem, ſed irrito ſemper conatu. Anno 1562 d. 18 Jan. obiit Niſſæ Dn. Balthaſar Epiſcopus, eique ſucceſſit Dn. Caſparus de Logau, vir in paucis inſigniſſimus, qui eodem anno tempore Quadrageſimali reconciliavit templum noſtrum in feſtis natalitiis humano ſanguine profanatum. Poſſeſſio vero Ducatus obtigit Seyfrido de Promnitz, Monaſterii hoſte infenſiſſimo. Demum anno 1566 d. 10 Aug. quæ erat regiminis ejus dies 16 ſupra ann. 14, pie placideque in Dno. obdormivit Ven. Dn. Franciſcus, qui jam ſuperiore anno ſentiens ſe appropinquare portis mortis, unanimi Fratrum conſenſu ſibi in Coadjutorem aut verius Succeſſorem adiegerat, & debita poſtulatione impetraverat Dn. FRANCISCVM KRATZERUM, Wratisl. in Arena Profeſſum, & p. t. Præpoſitum in Gorckau/ Virum Abbatialibus infulis digniſſimum, de quo brevi plura; ubi hic breviter annotavero hanc ejus in Coadjutorem & ſucceſſorem electionem factam eſſe ſpecialiter requiſito & per Commiſſarios ſuos moraliter præſente Epiſcopo, ab eoque tempore morem ac conſuetudinem invaluiſſe ad quamlibet Abbatis electionem petendi & expectandi Commiſſarios Epiſcopales; cum antehac ad ratihabendam ab Epiſcopo electionem factam ſuffeciſſet eidem ſolummodo interfuiſſe Notarium publicum & teſtes ad hunc actum ſpecialiter requiſitos, licet jam inde à tempore Dn. Pauli I Epiſcopali jurisdictioni cœperimus ex integro eſſe ſubjecti.

30. Dn. FRANCISCUS II Zittavienſis Luſatus ob inſignem morum integritatem atque non vulgarem eruditionem Anno Chriſti 1547 ætat. 19. Wratisl. à Dn. Abbate Elia ad ordinem ſuſceptus, & mox quinto poſt anno ob præclara religioſæ obſervantiæ merita ab eodem donatus eſt Præpoſitura Gorckenſi, cui poſtquam an. 13, menſ. 3 & d. 17 ſtrenue & laudabiliter præfuiſſet, anno 1565 d. 11 Octob. literis Dn. Franciſci I evocatus Saganum appulit, ac poſtridie communi omnium voto electus eſt in Abbatiæ Coadjutorem, cum ſpe certa ſucceſſionis, ad quod ab

Ab-

Abbate ſuo Dn. Elia totoque Capitulo conſenſum obtinuit, ea conditione, ut ſi aliquando ab eodem ad parem altioremve dignitatis gradum evehendus revocaretur, incunctanter pareret. Hinc rurſus domum ſe contulit ad rite componenda Præpoſituræ in manus collatoris ſui aſſignandæ negocia, quibus nondum plene expeditis, & ægritudine collegæ ſui indies ingraveſcente, à Fratribus revocatus Anno 1566 d. 4 Julii Abbatiale munus pleno jure auſpicatus, ac deinceps ſequenti menſe collegæ ſuo ſolemni funere (cui univerſus Senatus Soravienſis interfuit) religioſiſſime parentavit. Mox d. 30 Octobr. cœpit judicio contendere cum Capitaneo de Mile, nefario villæ Kunzendorff expilatore, qui à deputatis ad hoc negocium Commiſſariis Regiis ægre admodum inductus eſt, ut in refuſionem damnorum longe majorum ſaltem 400 thaleros polliceretur, & hos quidem Ven. Pat. ab homine illo Euclione tenaciore anno ſequenti ſumma cum difficultate extorſit. Pagum Greiffenhayn Domino Udalrico de Kittlitz pro 3200 thal. oppignoratum numerata pecunia redemit. Quia vero villæ Schönbrunn und Brißnitz juſſu Regiæ Cameræ Wratisl. ob graviſſimas & injuſtas exactiones Dn. Fabiano de Schönaich fuerant oppignoratæ, ſolerti ſua induſtria evicit, ut easdem ipſa Camera redimere, nosque in integrum reſtituere cogeretur. Tentabat inſuper Præpoſituram in Beuthen redimere, ſed irrito conatu, ſiquidem hæc de conſenſu Capituli Dno de Schönaich pleno jure ac cum omnibus privilegiis anno 1565 d. 9 Martii hæreditarie vendita & tradita fuerat. Anno 1567 ſolemni ritu Abbatiali Infula Wratislaviæ condecoratus, ibidem plura pro ſplendore Eccleſiæ magno precio comparavit, quæ ſucceſſu temporis mirifice auxit opiparis ornatibus, duobus thuribulis argenteis, catena aurea &c. Inde ampliato jam ſplendore domus Dei, animum curasque omnes convertit ad reſtauranda ædificia vetuſtate collabentia, pluraque noviter erigenda: in quorum ſyllabo nominatim recenſenda & commemoranda ſunt Palatium Abbatiale, Porta & exterior introitus ad Monaſterium, Stabula, Braxatorium, Culina, Cellare ſub refectorio, Dormitorium. Prædium Luthritz / ibidem in molendino balneum, in Rubo domum commodam, in qua ſubinde animi relaxandi gratia pernoctaret, prædia item Diebau / Schönborn / Kunzendorff / cui ob loci ſingularem amœnitatem ſumme afficiebatur, ideoque noviter ibidem exædificavit complures piſcinas, braxatorium & reſidentiam lapideam, ubi Anno 1570, quo totidem numero homines Sagani peſte deceſſerunt, remotus à periculo contagionis degebat, Fratribus Scholæque Rectoribus in urbe reme-

nentibus abunde prospiciens de antidotis cæterisque vitæ necessariis. Ibidem quoque in monte vineæ contiguo extruxit molam pneumaticam sive vento agitabilem: hanc autem Dominus de Promnitz opera petulantis plebis funditus evertit, idque tanto furore & fragore, ut sonitus ruinæ non obscure perciperetur in monte B.V. prope Saganum ex illo loco ad unum ferme milliare distante. Cui deinde lite jam composita substitutum est molendinum aquaticum in sylva Rautz nuncupata. Porro ut innumera præconiorum ejus encomia laconice saltem perstringam, erat munificus pauperum præsertim studiosorum Mecænas, providus & liberalis suorum Paterfamilias, vir omnino integerrimus, parasitarum ac delatorum hostis infensissimus, non facile credulus nec suspiciosus, omni denique laudum genere præcellens. Verumtamen quod communi fertur adagio, *nemo sine crimine vivit*, idipsum etiam in hoc Ven. Patre verificatum fuit; nimia enim ad lusum præsertim foliorum aviditas, cui lusui plures sæpe dies impendit, non tam insignem ei apud plerosque peperit contemptum, quam præsentissimo sæpius quoque vitæ periculo eundem exposuit, & gravia Monasterio dispendia causavit. Erat quoque inter pocula prodigus & nimium liberalis, non semel sed pluries etiam mille thaleros & ultra gratuito Nobilibus offerendo & donando, quibus dein exsolvendis, cum aliunde sumtus non suppeterent, bona Monasterii pro certa pecuniæ summa oppignoravit. Omnia tamen, priusquam hinc discederet, redemit, ne cœnobium sempiterno suo dedecore tam temerario debito oneratum derelinqueret. Tandem anno 1583 Dom. Elias Abbas Arenensis sentiens tempus migrationis suæ appropinquare, cupiensque sibi de Successore & Conventui suo de Pastore industrio providere, ad id muneris delegit & quasi testamento Fratribus legavit Dn. Franciscum Abbatem Saganensem, qui de Patris sui gravi ægritudine simulque de ejus circa ipsum dispositione illi optatissima & gratissima certior factus, iter parabat Wratislaviam, indubia spe fretus, sese posthac utrique Abbatiæ præfuturum. Hinc nuncio de Dn. Eliæ obitu opinione citius accepto absque ulteriori mora extemplo Wratislaviam se contulit, ubi mox pro voto rerum potitus, & Abbatiali dignitate inauguratus est, indeque Saganum redux, contra quam speraverat, compulsus est hujate Abbatia sese plene abdicare, quam annos 16, menses 5 & dies 23 tenuerat. Arenensi vero non nisi anno unico & duobus fere mensibus inauspicato præfuit; immoderatius enim genio indulgens brevi in amentiam incidit, in qua etiam nullis Medicorum pharmacis contra proficientibus An. 1584. d. 31 Martii misere vitam finivit.

31. Dn.

31. Dn. JACOBUS II cogn. LIEBIGK, Saganenſis, à puero in Monaſterio enutritus & rudimentis præceptisque Grammaticis probe inſtitutus, adultiore ætate perdiſcendo opificio piſtorio ſe addixit, exactoque illius tyrocinio pro more mechanicis ſolemni, peragratis plerisque Germaniæ provinciis, univerſam dein Italiam non pœnitenda curioſitate perluſtravit: nam inſpectis hinc inde diverſorum Religioſorum probatiſſimis exemplis, ſenſit ſe ad amplectendum idem vitæ genus identidem exſtimulari, nec diſtulit Deo vocanti morem gerere; domum enim redux ſacræ militiæ ſub labaro S. P. Auguſtini adſcribi, alboque Fratrum incorporari ſuppliciter petiit & impetravit. Mox ſacris Ord. initiatus concionibus ad populum habendis annis aliquot non minori laude quam fructu ſtrenuam operam navit, ut primum Parochiæ Schœnborn. dein vero etiam cum ob diligentem rei Eccleſiaſticæ curam, tum ob induſtriam rei domeſticæ adminiſtrationem, Quilicenſi præfici mereretur. Electus in Abbatem, confirmatus etiam & ſolemniter inauguratus, varie ſtatim impugnabatur ab hæreticis, ut iisdem parochialem Eccleſiam aut ex intègro redderet, aut certè alternis horis incolendam concederet, quod tamen utrumque Dn. Jacobus invicta animi conſtantia denegavit. Lite cum iis pleno compoſita, rem œconomicam pro poſſe promovit, eamque reparatis prædiis, adjectis quoque agris, pratis & 12 novis piſcinis mirifice adauxit. Hinc demum ad amplificandum templi ſplendorem tranſiens, illud dealbari fecit, tria minora altaria ſummo collateralia, tabernaculum aſſervando venerab. Sacramento, ex oppoſito ejus ſibi epitaphium, aliud item ſibi ſuæque familiæ commune in ultimo templi pariete eleganti pictura exornatum conſtruxit, ſicut & cathedram ex mero lapide. Pilas exornavit 12 lapideis ſtatuis Apoſtolorum. Præterea ſubſellia Chori inferioris depinxit iconibus prædeceſſorum ſuorum, multaque alia præclara nominis ſui monumenta diverſis in locis reliquit. His itaque non minus laudabiliter quam feliciter actis, ſenio jam fractus, morboque invaleſcente rerum terrenarum pertæſus, mature omnibusque ſenſibus vigens ad iter æternitatis ſeſe comparavit, ſuſceptisque jam magno pietatis ſenſu Eccleſiæ Sacramentis, ſingulos de Fratribus nummo aureo donavit, eosque ad religioſæ vitæ obſervantiam ſanctitatemque ſerioſe eſt cohortatus, ac demum anno 1600 die prima Junii, ipſa SS. Corporis Chriſti feſtivitate animam Deo reddidit, eique à Fratribus religioſe parentatum, corpore ante ſummam aram terræ commendato. Præfuit officio an. 17, menſ. 3.

32. Demortuum proxime excepit Dn. *FRIDERICUS TSCHAVERUS*, Boleslavienſis Sileſius, qui, poſt quam beneficio & opera Melchioris Bartſch, Præpoſiti ad S. Spiritum, educatus & primis literarum fundamentis diligenter inſtructus eſſet, Olomucium ſe contulit ad proſequenda ibidem altiora ſtudia. Inde abſoluto curſu Philoſophico cum juniore quodam Barone de Cayn dicto potiores Europæ provincias perluſtravit, qua occaſione non modo excellentem SS. Theologiæ ſcientiam adeptus eſt, ſed & inſignem rerum experientiam prudentiamque ex crebra virorum tum doctrina, tum nobilitate præſtantium conſuetudine eſt conſecutus. Domum redux ob præſtita fidelia obſequia, multis magnisque præmiis affectus, nequaquam tamen perſuaſus eſt, ut deinceps vitam aulicam ſectaretur, utpote cui dudum jam animo decretum erat, Religioni nomen dare. Igitur ſpretis mundi illecebris Anno 1595 die 30 Dec. votis Deo ſolemniter nuncupatis, religioſa obſervantia & indefeſſis ſolidæ pietatis ſacrarumque functionum exercitiis, primis ſtatim annis longo reliquos intervallo adeo præcellebat, ut propterea communi omnium ſuffragio Anno 1600 d. 25 Junii Abbatiali dignitate ſublimari mereretur. Obtenta mox confirmatione & ſolemni inauguratione ipſam S. P. feſtivitatem Pontificalibus inſignibus ac ceremoniis reddidit celebriorem. Inito mox regimine bona nuper oppignorata redemit, & inſuper magno ac perpetuo Monaſterii emolumento à Camera Regia hæreditarie emit viginti aliquot coros frumenti hactenus à villis Schönborn / Kalckrith / Brißnitz und Dittersbach arci regiæ contribui ſolitos. Pertinaces diſſenſiones ac lites Dominium inter & ſubditos Monaſterii Dobraluck / ut delegatus ab Imperatore Commiſſarius, magna omnium gratulatione & ſui nominis exiſtimatione felici induſtria complanavit, ſed ſimul præcocem ſibi mortem acceleravit, ſiquidem hac occaſione innotuit Magnatibus, à quibus ſæpe laute & ſplendide tractatus fortioribus vinis, (quibus natura imbecillior ferendo non erat) aſſuevit, unde paullo poſt morbo periculoſo occupatus fuit, cui pellendo thermas Carolinas adiit, ubi octo hebdomadarum ſpacio curata diligenter valetudine ex integro reſtitutus videbatur: Sed in via rurſus recidivam paſſus, longe infirmior quam abierat domum rediit, jamque deſperata valetudine ad mortem magnis ſæpe deſideriis exoptatam, rite pieque ſe præparavit, tandemque accedente epilepſia extinctus eſt Anno 1603 d. 22 Dec. habens ætatis annos 37, menſes 11, dies 20, regiminis vero Abbatialis annos 3, menſ. 5 & dies 16

33. ZA-

33. ZACHARIAS cogn. URSINUS Sprottavienſis, Olomucii humanioribus literis (quarum Sagani in Schola parochiali acceperat fundamenta) apprime eruditus, anno 1591 d. 8 Jul. Ordinem noſtrum canonicum amplexus eſt. Facta profeſſione, ſacrisque ordinibus initiatus, Monaſticæ vitæ obſervantiam paſſim ab omnibus in amore & veneratione habebatur. Hic ut erat perſpicacis ingenii & animi à puero ſemper ad alta adſpirantis, videns prædeceſſorem ſuum fatali morbo decumbere, anhela mente ſtudia ſua conatusque omnes eo direxit, ut tam populi quam Fratrum animos & favorem aucuparetur, ac certum gradum ad ſucceſſionem pararet. Unde cum ille valetudinis cauſſa in thermis diutius moraretur, ipſe nihil non agebat, quo ſe induſtrium ac ſedulum patremfamilias & adminiſtratorem operoſe comprobaret. Verum hæc tam ominoſa futuri procul dubio induſtrii ac fortunati regiminis præludia brevi poſt tempore excepit lugubris cataſtrophe. Vix enim hic Ven. Pat. optatæ diu dignitati natus fuerat, per canonicam Fratrum electionem, An. 1604 d. 20 Jan. brevi admodum temporis intervallo etiam vita ipſa donatus eſt. Præmaturam mortem acceleravit immoderata iræ paſſio, ex qua primo ſtatim ſemeſtri paſſus eſt notabilem corporis alterationem, ſenſim degenerantem in gravem & periculoſum morbum. Reconvaleſcens modicum ex illo morbo ope medicorum, contra præſcripta eorum excurſionem faciens in villam Kuntzendorff, paſſus eſt recidivam, quin & morbum caducum, quo dies noctesque miſere excruciabatur. Sumta dein potione ſoporifera in dulcem declinavit lumina ſomnum, ſed non illum, quem Medici optabant & indubie credebant: hunc ſomnum dein ſolito diutius continuatum clangore buccinæ abrumpere ſatagebant; at experti ſunt eum revera obdormiviſſe in Domino, non excitandum niſi ſono noviſſimæ tubæ. Præfuit an. 1 & menſ. 4, mortuus vel ſaltem pro tali agnitus d. 20 Maji Anno Chriſti 1605, ætat. ſuæ 35.

34. Dn. NICOLAUS III. cogn. GOTSCHIG An. 1605. d. 14 Junii legitime in Abbatem electus eſt ex Parocho Quilicenſi. Patria is erat Glogovienſis, tenuibus at honeſtis parentibus oriundus, à pueritia iſthic in Schola noſtra ita inſtitutus, ut alibi ſolidiora eruditionis ſpecimina aſſequi non dubitaret, non præterea immemor, ut ubi primævæ vitæ ſuæ inſtitutio cœpta fuerat, ibidem quoque in Spiritu perfectius excoli deſideraret. Igitur anno 1588, ætatis vero 24, Sacro Ordini ſe addixit, factus Presbyter Concionatoris munus obivit, donec Parochiæ Quilicenſi præfice-

ficeretur. Exinde in Abbatem electus ac confirmatus primo omnium perſonis capacibus Fratrum numerum adaugere operoſe conatus eſt. Gaudebat initio ſui regiminis optata pace, quam ſibi conciliabat amabili erga Senatum & cives affabilitate, & facili in quibusdam condeſcendentia, quæ magnam illis ſpem faciebat recuperandæ aliquando Eccleſiæ, aut ſaltem licentiæ in eadem Sectæ ſuæ munia alternis horis exercendi. At vero ubi per triennium & ultra viderunt ſe ſua ſpe deluſos, latenter primum & clanculum muſſitabant & paſſim inſultabant: Omnibus tamen machinationibus ſuis diu longe protractis nihil effecerunt. Quæ illo tempore heterodoxorum Statuum & Principum fuerint conſilia & induſtriæ, ut nimirum Cleri poteſtas atque autoritas diminueretur, ac ſi fieri poſſet omnino protereretur, huc inſerere minus neceſſarium duxi, cum aliunde horum notitia in Archivo Cameræ ſupremæ fuſius haberi queat. Anno 1609 Ven. Dn. Nicolaus præſentibus Commiſſariis Epiſcopalibus transactionem iniit cum Dn. Henrico Anshelmo de Promnitz, ut cœnobio noſtro templum Præpoſituræ Naumburgenſis (in quo compluribus annis Miniſter verbi acatholicus rabulam egerat) reſtitueretur, haberentq; ſibi Lutherani templum ad S. Bartholomæum, ceſſumque eſt jus Patronatus in prædictam Eccleſiam Dominis de Promnitz, ſalvo tamen jure Epiſcopali. An. 1611 Imperator Matthias iturus Wratislaviam tranſivit Saganum, ubi ſimul (quod ante ipſum Anno 1577 etiam fecerat Rudolphus IIdus) inviſit agrum *Koy* dictum, & alium quendam prope villam Grays celebrem, ob reperta ibidem antiquiſſima gentilium funera, & effoſſas hinc inde urnas cineribus aliisque reliquiis plenas. In loco enim, ubi nunc eſt Eccleſia & villa Altkirch / olim erat celeberrimum fanum & delubrum gentilium, quod munitiſſima arce protegebatur, opibusque ingentibus ditabatur ex munificis oblationibus populorum de longinquo peregre adventantium. Colebantur ibidem magna *hominum* frequentia & immolationibus hominum ac jumentorum OBOGO Deus infirmitatis, & PVSCH Deus ſylvarum ac nemorum, &c. Hic cives quieſcendum ſibi non putabant, proinde transeuntem Imperatorem enixiſſimis precibus interpellarunt pro Eccleſiæ noſtræ recuperatione, ſed irrito conatu. Cæteram præter ſolertem rei œconomicæ adminiſtrationem dilexit hic Venerab. Pater decorem Domus Dei, habuitque ſacram ſupellectilem ſibi in multa commendatione, uti hodiedum adhuc extant varia ab eo procurata. Demum vero ubi Abbatiali honore & onere annis 10 & ſeſquiocto menſibus functus eſſet, in calidam febrim incidit, medi-

medicorumque pharmacis parum adjutus, paucis post diebus vita defunctus est Anno 1616 die 1 Februarii, ætatis suæ primo supra quinquagesimum.

35. Facta post obitum Dn. Nicolai inter confratres dissuasione, eo quod in electione novi Abbatis in suffragiis convenire non possent, Commissarius Episcopalis Dn. Gebauer præsentavit atque pro Prælato electum aut intrusum voluit Dnum. STRACHWITZ Canonicum Wratisl. ex quo Electores aut Capitulares compulsi aut metu perculsi unanimiter Dnum. PAULUM cogn. WEINERVM elegerunt Anno 1616, d. 24. Febr. Hic patria Saganensis an. 1591 d. 2 Martii sub Jacobo II religionem ingressus & habitu indutus fuit; at paucis post professionem annis ab Abbate Friderico dimissus Claustro-Neoburgum ordinis nostri in Austria devenit, quem inde iterum an. 1602 ad nos reverti cupientem præfatus Abbas recipere noluit, sed contra ipsum Pragæ apud Nuncium Apostolicum, & contra ejusdem receptionem solemnissime est protestatus. Hac occasione Neocellam in Lusatiam profectus, & nescio ex quo capite ibidem in ejusdem loci & Monasterii Ordinis Cistercienſium Abbatem electus fuit. Verum tamen & inde brevi etiam migrare compulsus fuit à quodam Dno. de *Donaw*, ex ratione quod non esset ordinis Cistercienſis. Ergo ad matrem suam & domum professam remeans Supprior constitutus, & post, uti supra dictum, Abbas electus fuit. Vir erat proceræ staturæ & altior universis confratribus, eximia prudentia & mira in rebus agendis dexteritate præditus, Oeconomiam laudabiliter administravit, ædificia complura aut noviter erexit, aut ab antecessoribus inchoata perfecit; multum vero laudi suæ derogavit per Scultetiam Schœnbornenſem illo tempore exustam & ab eodem denuo ædificatam ut fratri suo *Joanni Weiner* abalienaverit, suppeditata insuper ipsi pro emptione pecunia Cœnobii. Ob quod factum Wratislaviam citatus, ibidem ab Officiali & Pro-Episcopo Dn. Gebauer gravissime objurgatus fuit. Idem fecit cum prædio Brisnicenſi, quod nescio qua de causa itidem abalienavit. Eo gubernante detestanda Ferdinandi II Bohemiæ Regis repudiatio, & Friderici Palatini Electoris illegitima in Regem electio Pragæ contigit: sub cujus regimine Lutheranismus quoque contra Ecclesiam catholicam triumphavit, nobisque à Saganenſibus Acatholicis templum nostrum ereptum fuit. Factum id est cum solemni processione, quam Lutherani instituerunt ex templo SS. Petri & Pauli, ubi hucusque sectæ suæ exercitium persolvebant, in qua processione ad

ac ad modum Arcæ Fœderis portarunt arcam seu cistam ferream den Gottes-Kasten/ cum cantu: Erhalt uns HErr bey deinem Wort &c. quo tempore tanta fuit rabies Lutheranorum contra nostrates, ut perhibeantur contra Prælatum laterum partes projeciſſe. Ergo templum illi inhabitabant, nostratibus solum chorum seu Presbyterium relinquentes. Prælatus vero paulo post ad arcem evocatus ad præstandum, more aliorum statuum, Friderico Regi homagium; sin minus, de vita periclitaretur: qui tamen mori prælegit, quam fidem Cæsari infringere, adeo religioni & domui Austriacæ fidus & fidelis. Subsecuta vero An. 1620 die 8 Nov. memorabili & miraculosa victoria in albo monte prope Pragam, & vel trucidatis aut turpiter fugatis Friderici Regis asseclis, Catholicis nova lux iterum oriri visa est, unde & factum, ut templum nostrum semialtero anno sub Lutheranorum potestate detentum, dein autoritate Cæsarea nobis iterum restitutum fuerit. Neque hic omittendum est bellum illud longinquum, *Germanicum* dictum, cujus prodromus erat crinitus Cometa, qui 4 Dec. An. 1618 continuis prope tribus mensibus sub auroram, & illico post mediam noctem se conspiciendum præbuit: cujus cauda instar flagelli juxta accuratam Opticorum observationem ad 500 milliaria in longitud. se extendit. Suecico igitur Marte in Silesia prædominante memoratus Dominus Abbas aliquoties à Suecis captus, vigiliis custoditus ac dire admodum tractatus fuit; ipse tamen infracti animi & animosi pectoris, sub hisce gravissimis belli turbinibus nunquam à Canonia recessit, ut se non mercenarium, qui veniente lupo fugit, sed pastorem bonum, qui animam suam dat aut dare paratus est pro ovibus suis, comprobaret. His igitur calamitatibus & acerba rerum vicissitudine Ven. Dn. ac Pat. mire divexatus & enervatus anno regiminis sui 20 & mens. 5 pie in Domino obdormivit anno 1636 die 6 Aug. tumulatus in Choro nostro, ætatis suæ annorum 68, & prope 7 mens. Lubet hic adnectere memorabile factum. Habebat hic Vener. Dn. Prælatus pro symbolo suo illud ex Ps. 38: *notum fac mihi Domine finem meum & numerum dierum meorum, quis est, ut sciam quid desit mihi*; qui textus in pluribus libris ab eodem comparatis, & de facto in Bibliotheca extantibus, titulo inscriptus invenitur & legitur: contigit autem brevi ante obitum illius, Domino Prælato solo & uno in Prælatura existente, quod omnes tres portæ simul & semel apertæ fuerint, & hoc ter factum est consequenter, tametsi ipse Dominus Prælatus post quamvis vicem manu sua ipsas januas clausisset. Unde in se ipsum reversus hoc pro omine mortis suæ explicavit & interpretatus fuit, sibi.

sibique per hoc notum fieri à Domino finem vitæ & Prælaturæ suæ, atque ex hac mortali vita sibi brevi fore emigrandum. Contigit & in aliis loci hujus Abbatibus, & à longo tempore observatum est, diversa semper signa & omina mortis præcessisse.

36. Dn. VINCENTIUS cogn. TURSE, successor Dn. Pauli, patria Wratislaviensis fuit. Vir admodum jucundus & facetus fuisse perhibetur, & quem fœcundi calices sæpius facundum fecere: haustui enim addictior debitum illud Wernerianum 700 Imperialium apud Soraviensis contractum potiori ex parte pro vino coëmendo impendisse traditur. Breves autem fuerunt ejusdem regiminis dies. Nam post Infulationem Wratisl. acceptam, necdum duorum annorum Prælatus mortuus est An. 1636 d. 30 Jul. qui in Abbatem electus fuerat An. 1634 d. 17 Aug. ætat. 51, Profess. 29.

37. Dn. HIEREMIAS cogn. SYONIUS, Saganensis in Abbatem, & successorem Vincentii electus, amare visus est lacrymari, idque seu ex spiritu humilitatis, sive ex spiritu quasi prophetico, prævidens aut ominans mala, quæ superventura erant. Cum enim Suecicum bellum omnia devastaret, & non tantum incolas terræ, sed & vel maxime ob fidei odium religiosos viros persequeretur, idem Ven. P. ac Dn. expulsus est ex patrio solo, & de sede sua Abbatiali migrare compulsus est in Poloniam, ad bona Virginum Monialium Glogovienſium ad S. Crucem, quæ bona sunt in Confinibus Silesiæ situata, quo etiam plerique ex Saganensibus & Glogovienſibus confugerant. Degenti ergo in Kurſchdorff / quasi in exilio apud Georgium Scholtz, in exiguo rustico hypocaustulo, patientia fuit necessaria, ubi per tempus commorationis suæ apud prædictas Moniales debitum 350 imperial. contraxit, pro vitæ necessariis, puta pane, cerevisia, avena, &c. Exulantem Superiorem suum secuti sunt quinque reliqui Religiosi in Poloniam, ubi per id tempus à Sacellis esse debebant, remeante unico & solo Patre Nicolao Maschke, qui interea parochialia persolvebat cum Cantore Domino Michaele Reiman, qui fidus minister quasi solus & templum & cœnobium conservavit, sacrum & vesperas cum pueris constanter indies decantando, raro sane, ut autor inquit, exemplo ministrorum Ecclesiæ in præsenti & in futurum. Porro cum Ferdinandus III Rom. Imp. in prælio Lipsiensi supra modum debilitatus, atque ob alios siniſtros bellonæ eventus belli pertæsus cum utroque suo hoste, Gallo nimirum & Sueco, pacem iniisset, atque

hoc facto exulantibus ad propria reverti liceret, reversus est & Ven. Dn. Hieremias cum Religiosis suis ex Polonia, & si relationi fides adstruenda, coacti sunt ad regressum accelerandum, ut quantocyus possessionem Cœnobii & templi recuperarent, ne prævenirentur a certis aliis Religiosis, qui omnimode laborasse dicuntur ad cœnobii nostri tanquam loci deserti possessionem capessendam. Redux itaque ab Exilio Ven. Pat. ubi ab hisce miseriis liberatus respirare atque pacifica quiete perfrui debuisset, reliquam vitæ in amaritudine & desolatione consumsit: siquidem ex morbo scorbutico adeo ineptus & incapax ad regendum factus est, ut opus habuerit administratore, qui fuit Dn. *Caspar Fabricius* p. t. Prior & Præpositus Naumburgensis. Invalescente demum indies morbo prædicto, Ven. Pat. Sacramentis quidem omnibus munitus, paullo post miseram vitam cum morte commutavit, quæ juxta sententiam Ecclesiastici XXX, 17 *melior est, quam vita tam amara.* Annos ætatis habens 59, Profess. 34, regim. 15. Post mortem ejusdem relicta substantia fuit unius imperial. & 2 cruciger. Vere pauper Christi. Vacuum marsupium Confratres ludibunde ad invicem projiciebant, usque dum Dn. Caspar Ridiger illud retinens in illo deprehenderet annulum aureum, quasi omen & signum successionis in Prælatura, quod & ipso facto evenit.

38. Dn. CASPARUS RIDIGER patria Schœnborn. humili licet loco natus & rustici filius, nobilis tamen animi spiritus, & talenta a Deo & naturæ admodum præclara sortitus est. Erat enim vir magnæ auctoritatis & gravitatis, qui etiam dominantis partes adeo callebat & præ se ferebat, ut facile & domesticos & extraneos ad sui respectum & reverentiam, nec non reverentialem timorem induceret & commoveret. Unde & Princeps territorialis DD. Wenceslaus a Lobcowitz in tantum eum æstimavit, ut eidem an. 1656 ad se Raudnitzium vocato detulerit officium & dignitatem Procapitanei Ducatus Saganensis. Erat hic Ven. Pater ac Dominus (re domestica per sedulam œconomiæ administrationem utcumque iterum bene constituta) profusus & liberalis, præsertim in pauperes, adeo ut divulgata mox fama multi pauperes studiosi & mendici passim accurrerent, & Cœnobium Saganense celebri nomine das reiche Kloster nominarent. Atque per hoc præter hospitalitatis & virtutis intentionem, etiam intendebat hocce cœnobium usque huc propter belli vicissitudines per Provinciam ignotum & quasi obliteratum, celebre & æstima-

tum

tum reddere, atque candidatos pro ordine suscipiendo & Religiosorum numero multiplicando provocare & exstimulare, eo quod numerus Religiosorum nimium fuit diminutus, nec sine ratione: sicut enim tempore belli tacent jura, ita & Scholæ & studiosi Scholares, & cum his quoque Viri Regulares, qui erant ad initium pacis, prout & Ecclesiastici, admodum rari & chari. Exinde etiam præfatus Ven. Dn. Prælatus munificus fuit in studia & studiosos; duos enim ex Religiosis suis promovit ad altiora studia Olomucium, & tertium sæcularem liberali munificentia, Philosophiæ scientia & gradibus ex primis insignem ad ordinem Religiosum allexit, pluribus plura præstiturus, si fuissent, quibus artium liberalium æstimatio & acquisitio fuisset in precio & expensæ utiliter collocatæ. Sub regimine ejus grassabatur Sagani contagio an. 1656, à qua diversa hinc inde loca infecta erant, in Ducatu tamen nostro limites civitatis non excessit. Exinde Dn. Prælatus in prædium Schœnbornense secessit cum aliquot Religiosis recepit, remanentibus solum duobus sacerdotibus in Monasterio ad Sacramenta infectis administranda. Sub eodem etiam constituta sunt duo sacra votiva qualibet hebdomade legenda, unum die Veneris de Passione Domini, alterum die Sabbathi de B. V. cum musica figurali utrumque, atque hæc duo Sacra Ven. Pater legi voluit in perpetuum in compensationem fundationum, quarum multæ forsan in tanta rerum ac temporum varietate partim diminutæ, partim etiam plane fuerant obliteratæ. Cum autem idem Dominus Prælatus post bellica tempora, atque sub initium pacis regimen suum inchoaverit, & pleraque in bonis prædia ab hoste devastata inveniret, oportebat eadem aut restaurare, aut de novo erigere, quod & feliciter præstitit, expertus largam benedictionem à Domino, neque inane esse germanicum proverbium: Daß schwerer Krieg und grosser Brand gesegnet werd von GOttes Hand. Nec minori ipsi etiam curæ fuit decor & splendor Domus Dei, ubi plura nominis sui reliquit monumenta. Demum post regimen Abbatiale per annos novem, demptis 6 mensibus continuatum, infirmatus, vel ex nimiis medicinis, aut etiam, ut aliqui sentiunt, ex veneno porrecto, Sacramentis omnibus rite munitus, pie in Domino obiit d. 23. April. 1660, ætatis annorum 46, mens. 4 & dierum 2. jacet tumulatus in choro nostro.

39. Dn. CASPARUS II, cogn. FABRITIUS, ex Præposito Naumburgensi in Abbatem electus est 5 Maji an. 1660. Patria fuit Brisnicensis,

loco humili & ſubruſtico natus, comptus tamen plusquam civili eloquio, ac vel maxime ſacro eloquio adeo facilis & expeditus, ut vere extemporaneus ſacer orator dici meruerit, qui & auditoribus perquam acceptus & gratioſus fuit. Ad ſedem Abbatialem elevatus plurimorum in ſe expertus eſt odium, & totum ferme regiminis ejus tempus in continua perſecutione conſumſit. Cauſſa autem omnium malorum fuit ipſa electio, à qua cum juxta conſilium & voluntatem Commiſſarii Epiſcopalis Dn. Sebaſtiani à Roſtock p. t. Officialis Wratisl. Ducales Commiſſarii fuiſſent excluſi, ita quidem, ut iisdem etiam nec Monaſterium tempore electionis ingredi liceret, exinde Princeps territorialis Wenceslaus à Lobcowitz, tunc temporis potens ſermone & opere, apud aulam Cæſaream Conſilii bellici Præſes ac dein ſupremus Aulæ Cæſareæ præfectus, omnem omnino movit lapidem, hanc ſuæ autoritati & juribus, ut credebatur, Ducalibus illatam præjudicioſam injuriam ſerio ac ſevere vindicandi. Prælatum enim nullum agnovit, à publicis ipſum excluſit, ad quæ tamen porro interim Prior fuit admiſſus. Venationis & braxaturæ jura in pagis noſtris adimere & annullare, ac pientiſſimum Dominum Prælatum omnimode divexare demandatum fuit. His ita conſtitutis Viennam expediti fuerunt duo ex gremialibus, Dn. Joannes Ignatius Peſchke & Dn. Netky p. t. adhuc Clericus, ut apud Archiducem Leopoldum, & hoc pie in Domino defuncto, apud Archiducem Carolum Joſephum, utrumque Epiſcopum Wratislavienſem, protectionem ad jura Monaſterii defenſanda & conſervanda impetrarent, qua tamen poſt triennium ibi tranſactum non ſubſecuta, factis etiam multis & magnis expenſis coacti tandem ſumus Reverſales formare, & univerſim non ita libenter qvam reverenter ſubſcribere de ſimili attentato non amplius præſumendo, atque Commiſſarios Ducales ab electione Abbatiali inpoſterum non excludendo. Quibus acceptis ſecuta eſt primum Ducalis Confirmatio Abbatis, & idem præſtito homagio, ut Abbas & legitimus Prælatus ad publica eſt admiſſus. Glorioſa memoria dignum eſt, quod anno ſecundo ſui regiminis Anno, nimirum 1662, cooperante Illmo Domino Lib. Barone de Garnier hujate Procapitaneo, ſpeciali zelota & promotore fidei orthodoxæ, ſolemnis proceſſio in Feſto Theophoriæ haberi ſolita, a tempore autem ortæ hæreſis hucusque intermiſſa, erectis publice altaribus ſolemniter denuo haberi cœperit, quod idem etiam Wratislaviæ hoc anno prima vice factum noſtrates ex poſtfacto intellexerunt. Anno ſequenti idem Ven.

Pater

Pater congregationem S. Rosarii in Festo Annunciat. B.V. in nostro templo cum potestate plenaria à sacro Prædicatorum Ordine concessa per adm. Rev. P. Priorem Glogovienſem instituit & introduxit, cum maximo Ecclesiæ & animarum, ut in diem præsentem videre est, emolumento. Hic idem Ven. Dn. Abbas meretur elogium S. P. N. Augustini, *quod nihil eo continentius, nihil humilius, in amictu & victu paucis & vilibus contentus.* Amator erat numerosi conventus, prout & literarum & literarii studii, exinde plures non sine magnis expensis ad studium Theologicum promovit, uti Dn. Sixtum Hœrrer, & Dn. Melchiorem Peschke Pragam, ubi prior Licentiatus, alter vero Baccalaureatus Theologici titulo & gradu meruit insigniri. Quin imo ut a se susceptam religiosam juventutem optime excultam & scientiis apprime institutam haberet, à sacro Franciscanorum ordine petiit & impetravit Lectorem Scotistam, qui fuit Rev. ac Relig. P. *Leo Prause*, ut domi nostræ Philosophiam & Theologiam publice profiteretur, constitutis pro anno 100 imperialibus ordini propterea solvendis. Sub eodem Dn. Prælato An. 1668 fuit per Commissarios Cæsareos, Episcopales & Ducales reformatio facta in Ducatu Saganensi, Sagani ex templo S. Crucis ante portam Eckersdorfienſem binis Prædicatoribus acatholicis expeditis, prout & ex omnibus locis, expulsis simul pædagogis & ludimagistris per Ducatum universum. Neocastri seu Naumburgi hæc reformatio difficilior apparebat, siquidem cives hujus loci omnimode refractarii fuerunt ad claves Ecclesiæ extradendas; ubi vero Glogovia centuria armatorum Reformatorum seu militum evocata adverterat, facili negocio intentionem suam etiam Apostolici & Ducales Commissarii sunt consecuti. Anno 1669 post festum S. Michaelis hospitalitatis & videndi gratia invisit Cœnobium nostrum Rever. Dominus GEORGIUS POHL, Abbas Areno-Breslensis, quem ut pro possibili condigne tractaret noster Dominus Prælatus, curavit præter morem Glogovia in hunc finem Hungaricum advehi; sed quia huic calido potui minime erat adsuetus, inflammavit sibi jam alias diu male affectum pedem: ingravescente igitur indies malo ad extrema deductus, sensibus integris, Sacramentali confessione, de tota vita devotissime peracta, sacro viatico & extrema unctione rite munitus, palam professus est ante supremam luctam, se religiosum emori absque ullo proprio, in oratione dein constanter defixus, paulo ante mortem, cum caligantibus oculis ex libello precatorio sua manu descripto legere non posset,

à confessario ex eo sacras preces prælegi expetiit, atque ita optime dispositus optimus Pater religiosissime in Domino defunctus est Anno 1669 d. 3 Decembr. hora quasi 6, sub Rorate: ætatis suæ an. 65 & dimidio.

40. SIXTUS in Communibus dictus, quia & sic seipsum nominare & subscribere solebat, alias ANDREAS SIXTUS vocatus, cogn. Hœrrer, patria Viennensis, hic Saganum venit An. 1652 annos ætatis habens 16 ex occasione, quod Dius Casparus Fabricius p. t. Prior in negociis Cœnobii Viennæ per aliquot tempus subsistere debuerit, unde in notitiam & personæ & loci devenit. Ut paucis multa complectar, homo fuit in omnibus & ad omnia à Deo & natura formatus, unde etiam fuit in æstimatione ac amore omnium. Pragæ in studio Theologico, facta jam religiosa professione innotuit Illmo Domino Joanni Friderico à Waldstheim / cum quo & Romam profectus, & eo in Episcopatum Regino-Hradecensem, ac tandem ad Archi-episcopatum Pragensem promoto, in ejusdem Aula tamdiu permansit, donec in Abbatem d. 2 Jan. 1670 immediate post primum scrutinium eligeretur. Vocatus dein per Delegatum Dn. Nicolaum Hackenthal, tunc temporis Parochum in Brißnitz/ & paulo post Præpositum in Naumburg, atque Saganum adveniens, præsentibus adhuc Commissariis Episcopalibus Domino Joanne Seniore Brunetti, p. t. Officiali Wratisl. & Domino Weintzerle Canon. Wratisl. cum magno applausu & faustissima omnium aggratulatione salutatus fuit. Ast diu hic non subsistit; à tempore enim professionis & sacerdotii à potiori absens, & inter politos politicos totus politus & aulicus effectus, ad eosdem redivit paucis post mensibus, quibus hic permansit, sub prætextu nostra negotia atque cœnobii emolumenta curandi & procurandi apud Magnates, apud quos in mira æstimatione & amore ubique erat, cum spe non inani Episcopatus Regino-Hradecensis, aut saltem Suffraganeatus Pragensis consequendi, ad quæ sacra & sublimia munia idoneus quoque ab æquis ingeniorum æstimatoribus fuit habitus. Interim pro tempore absentiæ suæ omnia per administratores regebantur, verum cum ingenti & bonorum & rei domesticæ dispendio, quod expertus & Vienna ex aula Waldsteiniana rediens an. 1671 in fine Nov. ubi omnino obstupuit, quod prorsus aliam rerum faciem experiretur & coram videret, & plane toto cœlo diversa ab iis, quæ ab Administratoribus sæpius fuerant perscripta & notificata. Attule-

tulerat Vienna secum plures cistas, in quibus multa supellex diversorum vestimentorum, librorum, Ecclesiasticorum ornatuum &c. etiam argenteria notabilis, & plures aliæ raritates Roma allatæ in copia reperiebantur; verum omnia mirabiliter post mortem furto subtracta sunt aut distracta, ut non nisi memoria Ecclesiasticorum paramentorum etiamnum supersit. Et quis demum fructus ex aula evenit? nonnisi brevis vita, & debita multa. Vix enim per hebdomadam post adventum bene valuerat, & in Festo S. Xaverii anniversarium solemne pro antecessore suo Casparo II celebraverat, altero statim die ægrotare cœpit ex calculo renum. Et licet omnia media, duo etiam Doctores Medicinæ, Soravienſis & Saganenſis, adhibiti fuerint, priori pro aliquot diebus 12 ducatis persolutis, nihilominus *nec potuit pretio vel breve tempus emi.* Desperata igitur ejus reconvalescentia erat, quam ipse Rever. Dn. Prælatus & sentiens & à Medico intelligens, per Dominum Fœrster toti Ven. Capitulo, Primoribus item in Civitate valedici curavit. Quo facto duo ex sacerdotibus, qui ægrotanti assisterent, fuerunt assignati; quibus advenientibus ostendebat & probabat, se tam resolutum & magnanimum esse in morte, prout fuerat in vita, perorans in hæc verba: *Verum est, quod dicit Philosophus, omnium terribilium terribilissimum mors est; verumtamen positum est in una sola resignatione, ut se resolvat homo, prout & ego jam me resolvi.* Interrogatus dein, an non forte hinc & inde debita aliquot contraxisset? respondit paucis & unico verbo: *invenietis.* Scilicet valde multa. Posthæc Sacramenta Ecclesiæ integris sensibus ac optime sibi præsens devote suscipiens, ad Litanias omnium Sanctorum: *Ora pro me*, expressis verbis sæpe respondit, atque ita munitus ad viam æternitatis & universæ carnis relictus fuit in pace & quiete. Sed sine quiete; circa horam enim tertiam de mane in somno epilepsiam tam gravem passus est, ut illum alte cum toto corpore elevaverit, & Camerarius adstans ex terrore adeo boaverit, ac si mera spectra ad essent. Atque iste epilepticus paroxysmus fuit clausula comœdiæ & vitæ illius, quæ se non nisi ad 36 annos & tres menses, in Prælatura autem nec dum duos plane annos extendit. Condonet posteritas huic tam insigni Prælato nævum illum, quem contractis tot debitis contraxit. Nisi enim Parcæ nimis pareæ fuissent in protrahendo filo vitæ, hanc certe notam admirabili agendi dexteritate, qua pollebat, omnino deleviſſet.

Domi-

Dominus FERDINANDUS à SOMMERSIT anno 1672. ex hujus loci Priore, d. 1. Febr, in Abbatem & Prælatum poſt duo ſcrutinia electus fuit per acclamationem. Ex patre Libero Barone à Sommerſit nationę Anglo vel Hiberno, qui perſecutionem in illa regione contra Catholicos exortam declinans, in Comitatum Glacenſem devenerat, ibidem genitus erat, & exinde propter hunc nobilem characterem apud juniores & ſeniores quosdam ex noſtratibus præ cæteris appreciatus, accedente ſimul inani ſpe pinguis hæreditatis, unde ex Sixtianis debitis facile eſſet eluctandum, quam ſpem omnino inanem & inaniſſimam fuiſſe eventus comprobavit. Advertens enim & agnoſcens bonus iſte Dominus Prælatus, ſe pereximguum aut nullum eſſe œconomum, adhibebat ad œconomiam, quos judicabat ex confratribus maxime expertos & induſtrios. Verumtamen nihil ſuccedebat, ita ut ad debita, ſub Dn. Sixto facta, plura indies & majora ſuccreſcerent. Lites undique intentabant creditores Sixtiani, quibus ut etiam ex parte tantum ſatisfieret, nova denuo debita contrahenda erant, exinde etiam plura bona, præſertim Quiclitz & Klopſchen in Ducatu Glogovienſi ſituata, facile in manus creditorum deveniſſent, niſi Seniorum quorundam conſilio & opera media inventa fuiſſent creditoribus importunis alia via ſatisfaciendi. His autem malis & fatalibus gradibus ad extremam cœnobii noſtri paupertatem ſucceſſit alius longe magis fatalis caſus an. 1677, grande nimirum & vorax incendium, quod 11 Maji hora prima pomeridiana, abſente inſuper Dn. Prælato in Judiciis bannitis in bonis Glogovienſibus, exortum eſt prope Monaſterium, unde flamma propter ventum meridionalem ad tectum templi propulſa, totum templum & adjacens cœnobium immediate adeo exarſit, ut omnia intra aliquot horas funditus incinerata fuerint, unico Prioratu, Cancellaria, inferiori Bibliotheca & ſtabulis atque Piſtorio ſolum exceptis. In templo longior chorus, & in illo organum majus ac valde inſigne ſimiliter in cineres abiit, reliqua vero per induſtriam militum pro tunc Sagani in quartirio conſtitutorum, ſimiliter uno coadjutore Jeſuita viro indefeſſe allaborante, per miſericordiam Dei ſalva manſerunt. Et ſiquidem granarium etiam ex toto fuerat exuſtum, coacti fuimus Glogovia mutuo accipere 100 farinæ modios ex granario militari, ad extremam vero egeſtatem redacti, daß wir Commiß-Brodt haben mit Danck annehmen müſſen. In eodem incendio media platea Soravienſis ex utraque parte exuſta fuit Bibliotheca, (quæ propter antiquiſſimos & celeberrimos autores tam manuſcri-

nuſcriptos quam typo primævo excuſos, raritate & numeroſitate nulli facile in his partibus cedet) licet ut ſupra dictum conſervata fuerit, animadverſum tamen poſtea fuit, plures libros tempore incendii aut deperditos aut furto ablatos fuiſſe, præcipue ex Bibliotheca Pragenſi famoſi Medicinæ Doctoris, MARCI à KRONLAND, quæ integra per filium ſuum apud nos Profeſſum ad nos devenerat. Diſpendium etiam graviſſimum librorum præcellentiorum paſſi ſumus in Prælatura, quos Dn. Sixtus Romæ & alibi coemtos rediens ſecum attulerat. Itaque poſt tam triſte incendium non ſupererat locus in diverſorio aut habitatio in Cœnobio, unde Dominus Prælatus, poſtquam in Præpoſitura ad Spiritum S. aliquandiu habitaſſet, poſthac in domo noſtra Schöllendorffiana dicta, ab Illmo Domino Garnier nobis donata, quæ prope Eccleſiam ad cœmiterium adjacet, permanſit, ubi & defunctus eſt. His ita conſtitutis & in tanta rerum omnium atque extrema egeſtate, nihilominus ædificare incepimus & novum prorſus murum è fundamentis extruximus, qui principalis eſt in facie verſus pratum civitatis; aſt contigit Ven. huic Abbati & Prælato, quod in Evangelio de quodam dicitur, *qui cœpit ædificare & non potuit conſummare.* Secundo enim poſt cœptum ædificium anno, nimirum 1679, mox primo menſe graviter infirmari cœpit ex phthiſi, ex qua ad extrema deveniens, Sacramentis omnibus rite munitus, inter mera deliquia Spiritum & animam piam emiſit in manus ſui crucifixi Salvatoris, die Veneris poſt veſperam circa veſperum, i. e. circa horam 5, die 10 Febr. quæ plane etiam dies erat anniverſaria nativitatis ſuæ: fuit ætatis annorum 37, Profeſſ. 16, Abbatiæ 7.

42. Alia eſſe judicia Dei, alia hominum, probat vita & electio Ven. Dn. Prælati JOANNIS JACOBI FOERSTER, qui patria Glogovienſis poſt Philoſophicum curſum cum laude Wratisl. abſolutum atque publica defenſione coronatum, Anno 1663 apud nos in Novitiatum admiſſus, in eodem eſt infirmatus, quam infirmitatem aliqui ſpeciem epilepſiæ interpretabantur, ob quam cauſſam etiam ipſi tum non indicatam, à Domino Prælato Caſparo II per unum ex Sacerdotibus inſinuatum fuit, ut abiret & ex ordine diſcederet. Ipſe vero volens ſcire cauſſam in particula-

ri, nihilominus perstitit & constanter mansit, & per hanc suam constantiam evicit, ut post semialterum annum probationis suæ ad sacram Professionem fuerit admissus. Et quia plura talenta præclara latebant, quam in Novitiatu apparebant, (erat enim judicii maturi, ingenii capacis & vir per omnia activus) exinde vix Sacerdos factus, ad publica applicatus & adhibitus fuit non sine boni publici fructu & emolumento, imo cum ingenti gloria & laudis præconio, quod à Statibus Saganensibus ipsi attributum fuit, qui eum subeundis publicis legationibus idoneum comprobantes ad supremos terræ Principes non semel, sed pluries ablegarunt: uti ad Ducem Mersburgensem, Principem & Ducem Saganensem, &c. in negociis sane gravissimis & maximi momenti. Et hæc mira activitas atque rerum experientia ipsum in tantum recommendatum reddidit, ut saniores præ anteceſſore eidem regimen Abbatiale magis favissent. Prior vero sub Anteceſſore constitutus nomine & omine fuit dextera Prælati manus, & dexterrime Prælati vices in causis Curiæ & in expeditionibus omnium aliarum rerum sibi adscivit & adimplevit. Factum est ergo, ut defuncto Domino Ferdinando, ægrotizans quidem, in Abbatem eligeretur. Verum de die in diem ingravescente valetudine, Episcopali etiam confirmatione dilata usque ad Festa Pentecostalia, in quibus in persona delegati nostri Dn. Præpositi Naumburgensis installatus fuit, licet multas bono publico & gremio nostro admodum utiles & proficuas ideo animo concepisset, nihil tamen in opus & publicum prodire & publicari potuit, ideoque in ultima sua, qua defunctus est, ægritudine merito & humiliter sensit & effatus est de seipso, licet jam viribus fractus debili & vix intelligibili voce: *Quid fui? Abbas larvatus fui.* Vere enim, sicut cujuscunque hominis, ita & vel maxime hujus Dni. Prælati vita & Abbatialis dignitas non nisi larva & comœdia fuit, ad breve tempus apparens, & post modicum disparens. Anno enim 1679, d. 13 Mart. in Abbatem electus, quinta vero Junii ejusdem anni finiit & vitam & Abbatiam, per cujus tempus non nisi infirmum Lazarum repræsentavit. Sparsum fuit post obitum illius, eundem ex porrecto veneno esse mortuum, eo quod lapis bezoardicus, quem pie defunctus Dominus Prælatus è collo pendentem habuisset, tempore infirmitatis totus fuerit emollitus & comminutus, re tamen, etiam ad rescriptum Ducale, advocatis

catis pluribus Medicis, examinata deciſum fuit, fuiſſe erratum in principio, & quod in ipſo phthiſis vel hectica curari debuiſſet, non autem venenum: & hoc modo ſoluta fuit quæſtio, interim qui jacuit tacuit, & mortuus non revixit. Fuit annorum 35, Profeſſ. 14, Abbat. vero non plene 3 menſium. Vivat tanto longius & in æternum in beata æternitate, ad quam ſe in ultima ægritudine per ſacram exomologeſin quotidie factam devotiſſime diſponebat.

43. A miraculis incipiendum eſt, quia & vitæ initium & infantia hujus Ven. Pat. & Dni. Prælati JOANNIS IGNATII, cognom. PESCHKE, miraculis illuſtrata fuit. Infans enim ex variolis nimiis viſum amiſerat, idcirco parentes ejusdem propter Wartenſia miracula excitati ibidem B. Virgini & Matri ſupplices & votivi promiſerunt, quod ſi infans viſum reciperet, ſe per omnem vitam ſuam quotannis Wartham peregrinationem inſtituturos & certam æram oblaturos. Quo pio voto abſoluto redierunt ad proprios lares, ubi in via (atteſtante ſæpius ipſo Dn. Prælato) interrogavit parvulus parentem, quidnam in illo per digitum oſtenſo loco ſe moveret? ex quo parens ſtatim intellexit, viſum puero miraculoſe reſtitutum. Patria erat Glacenſis & ex Præpoſito Naumburgenſi ad Boberum poſt ſeptem ſcrutinia in Abbatem eſt electus, qui ut timidi & puſilli erat animi; in introductione ad Eccleſiam amare flevit, eo quod humeros etſi prælatos (erat enim ſtaturæ prægrandis & altior omnibus confratribus) non judicaret pares & ſufficientes ad ſufferenda onera, tantopere onerati & aggravati ære alieno, atque inſuper incinerati egentiſſimi cœnobii noſtri. Nihilominus benedixit ei adeo Dominus, ut concurrente induſtria & parſimonia, quæ, juxta commune, optimum eſt vectigal, nummus præſentaneus ſemper fuerit, ita quidem, ut intra breve tempus aliquot millia debitorum expungere valuerit. Verum vix nobis Phœbus, exſolutis ſaltem ex parte debitis, ſereniore vultu fulgere cœperat, grandem & lamentabilem paulo poſt iterum cœnobio noſtro ſuperinduxit tempeſtatem, terrificum nempe & atrox incendium, quod anno 1688, d. 2 Jul. hora 11 antemeridiana in cœnobio (unde, qualiter & quomodo nemine in hodiernum diem quidquam ſciente) exortum, non ſolum majorem partem cœnobii cum turri & tecto templi, verum etiam totam pæne civitatem cum Collegio PP. Societatis JEſu, & templo adjacente, tam intus quam

foris, funditus consumsit, & in cineres redegit. Stupende tentata pro tunc erat bilis civium erga nos, & cœnobium nostrum, habebant nos pro incendiariis, & in faciem id nobis dicebant, uti expertus est Dominus noster Prælatus, qui totus morbidus ex hydrope per triennium jam durante, sub incendio cum baculo difficulter incedebat, & ut se salvaret, exibat per parvam portam civitatis, das Pförtl. genannt / ubi unus civium ipsi obvius in faciem ipsi exprobravit: Gehst du nun fort / du alter Mordbrenner? nihilominus in bono vicit malum, neque de eo vindictam sumere voluit, licet ad illam se Dn. Procapitaneus obtulerit. His itaque & similibus curis ac calamitatibus accedentibus, morbo item hydropico semper perdurante, licet eundem Medicus diligenter & sumtuose curaret, advenit tandem finis laborum & dolorum, atque tempus migrationis ex hac vita in alteram meliorem. Dies obitus fuit quarta Decembris Ann. 1688, dies S. Barbaræ agonizantium Patronæ sacra, qua animam Sacramentis Ecclesiasticis ritè provisam & munitam in manus creatoris sui reddidit, mane circa horam 2dam: fuit ætat. annor. 56 & 6 mens. Profess 31, Abbat. 9 & non plene 5 mens.

44. Successor Rmi Domini Joannis Ignatii fuit Dominus ANDREAS ADALBERTUS cogn. THIL, patria Schœnbornensis, loco quidem humili natus, ob raras tamen virtutes & admirandam in negociis quibuscunque tractandis experientiam & dexteritatem, in virum evasit omni veneratione & æterna posterorum memoria dignissimum. Electus est in Abbatem ex parocho Kuntzendorffiensi an. 1689 d. 18 Januar. quæ electio uti confratres summa afficiebat lætitia, omnesque, quibus intererat, de hoc sibi capite congratulabantur, ita neoelecto viam stravit ad plurimas easque gravissimas persecutiones propter iteratam exclusionem Commissariorum Ducalium, non tam è loco scrutinii, quam ipso etiam Monasterii ingressu, factam per Rmum Dnum Erasmum Reitlinger p. t. official. Wratisl. & pro tunc Commissarium Episcopal. qui præfatos Commissarios Ducales inposterum nullatenus admittendos asserebat, non obstante quacunque consuetudine in contrarium hucusque practicata, utpote mala & Juri Canonico præjudicioſa & repugnante. Et hoc modo Rmus Dominus Andreas canonice quidem electus erat

in

in Abbatem, pro tali tamen à Principe territoriali agnitus non fuit, neque etiam ad publica prius admissus est, nisi post datas denuo reversales, ut factum fuerat tempore Caspari II. de simili exclusione amplius non attentanda: hæc tamen litigia in electione moderni Rmi Dni feliciter sopita sunt; datis enim ad Ducem literis docentibus, qualiter & quomodo alibi Cæsarei Commissarii tractarentur aut haberentur, is libenter & clementer annuit, ut inposterum idem modus in electione Abbatis Saganensis servaretur. Durantibus adhuc persecutionum procellis & inito statim regimine Ven. P. ac Dominus Andreas, utpote decoris domus Dei amantissimus, ante omnia Sacellum domesticum S. Matris Annæ, quod à seculo inglorium omnino & vetustate penitus ferme collapsum fuerat, renovari & constructa prius inibi crypta pro sepultura confratrum, splendide exornari fecit: fundavit insuper sacrum votivum de eadem S. Anna quavis fer. 3. festo fori non impedita cum Musica figurali legendum, pro quo ex industrialibus honestum solatium tam pro sacerdotibus, quam etiam musicis quotannis percipiendum adjecit, sperans exinde non indubie uberem à Deo benedictionem per potens patrocinium S. Matris Annæ (cujus veneration tenerrimo pietatis affectu afficiebatur) obtentum iri: nec spes eum fefellit, Deus enim laboribus & industriis hujus Rmi Dni Abbatis brevi adeo benedixit, ut Monasterium elapso vix unius ab incineratione anni spacio, totum renovaverit, debita ingentia, quibus Monasterium propter creditores molestos & importunos nimium prægravatum erat, exsolverit, ac ubivis in pagis & prædiis œconomiam tam feliciter instaurarit & adauxerit, ut iis, quibus ante lamentabilis status & misera conditio cœnobii nota erant, subsecuta tam repentina mutatio incredibilis ferme videretur, unde omnino asseverabant, hanc mutationem aliam sane non fuisse quam dexteræ Excelsi. Spargebatur passim, Abbatem in renovatione præfati sacelli & exstructione cryptæ precioſum inveniſſe thesaurum, quod ipsum etiam pientissimus Dominus confirmabat; verum non alium intelligebat, quam sanctissimam Matrem Annam, cujus potenti patrocinio omnem divinam benedictionem adscribebat. Post renovatum sacellum processit ad majorem Ecclesiam, quam renovatam prius & dealbatam, pomposo & sumtuoso summo altari, novo itidem choro, & scamnis arte sculptoria mire elaboratis ad omnem splendorem exornari fecit.

His ſucceſſu temporis, præſertim vero poſt obtentam an. 1691, d. 16 Sept. ſolemnem benedictionem ſeu Jus Pontificalium addidit ſex candelabra magna argentea cum cruce, lampadem item magnam æque argenteam, aliam item crucem in Proceſſionibus deferendam, aliaque complura; nec minori cura & induſtria eo allaboravit, ut Eccleſiam perquam preciosis & copioſis ornatibus aliaque argentea ſupellectile locupletaret, in quæ ſæpius plura etiam millia laudabili prodigalitate impendit. Ædificia illius tot numerantur, ut numerum centenarium longe excedant, inter quæ turres & Eccleſiæ complures ex fundamentis noviter erexit, alias renovatas prius ſplendide exornavit, ita quidem, ut fere omnes, paucis ſane exceptis, in toto diſtrictu Saganenſi, Eccleſiæ illius induſtria & pia ſollicitudine in aliam mutatæ formam & faciem, ipſum tanquam ſpecialem Patronum & ſingularem cultus & honoris divini promotorem mire deprædicent & collaudent. Ut religioſam diſciplinam ob turbulenta illa tempora in quibusdam collapſam reſtauraret & conſervaret, ſaluberrimas & ſanctiſſimas inito mox regimine leges & conſtitutiones ſancivit, in quarum prævaricatores, uti zelo divino obarmatus ſeverius animadvertebat, ita viciſſim in obſervantiores miro & paterno charitatis affectu ferebatur. Porro præter profuſam in pauperes liberalitatem, ob quam præſertim in illis charis temporibus vere pater pauperum audiri meruit, Hoſpitalitatis virtutem magni æſtimans, illam adeo omnibus exhibebat, ut ſæpenumero animos etiam adverſariorum & occultorum inimicorum hac ſua liberali beneficentia non tam ſibi reconciliaret, quam arctiſſimo etiam familiaritatis vinculo devinciret. Et mirum valde, quamvis, ut ipſe ſæpe teſtatus eſt, per totum tempus regiminis ſui ſiniſtra ſemper valetudine affectus, nec per diem quidem ex integro incolumis & omni ſenſu doloris expers fuiſſet, adeo tamen plerumque hilaris & ad quæcunque munia tam publica quam domeſtica obeunda paratus & expeditus erat, ut omnes non tam in ſui admirationem quam commiſerationem commoveret. Divinis in Eccleſia exactiſſime peragendis ita invigilabat, ut nihil præterea curaſſe videretur, œconomiam tamen æque dextre & induſtrie tractabat, ut facile credi potuiſſet, totum temporis in illam unice impenſum fuiſſe. Ad amplificandam religionem orthodoxam præſertim in villis noſtræ di-

ti-

tioni ſubjectis, demortuis ſubditis, nullum etiam ex filiis ſucceſſorem admiſit, niſi facta prius profeſſione fidei catholicæ, quod utinam ab anteceſſoribus factum fuiſſet, ſane pauci Sectæ Lutheranæ cultores ſupereſſent. Atque his omiſſis ſexcentis aliis tantam ſibi ubivis gloriam & nominis æſtimationem comparavit, ut jure meritiſſimo nomine ſecundi fundatoris inſigniri, & de illo divi Apoſtoli ſententia, ſalva tamen ſancti Doctoris & ſacrarum paginarum reverentia, pronunciari poſſit: *Cœnobium Saganenſe Henricus Barbatus opera & conſilio D. Hedwigis fundavit, munificentia complurium benefactorum rigavit, Andreas Adalbertus Abbas vero incrementa dedit.* Verum hic omni veneratione Rdmus Dominus Prælatus, qui vita longiore digniſſimus omnino fuiſſet, vitam præmatura morte & in optima ætate conſtitutus finivit: à ſemialtero enim ante obitum anno, hectica & aliis compluribus periculoſis morbis laborans, iisque velut aurum in fornace decoctus, poſt intenſiſſimos dolores & convulſiones, patientiſſimo tamen ſemper animo toleratos, Anno 1702, d. 3 Aprilis Sacramentis Eccleſiaſticis prius rite munitus, hora ſexta veſpertina placide in Domino obdormivit & exſpiravit, tumulatus ſeu ad cryptam ab ipſo exſtructam delatus eſt d. 6 Aprilis, illa videlicet die, qua anno præcedente pro Eccleſia in honorem SS. Spiritus in ſuburbio è fundamentis noviter exſtruenda lapidem fundamentalem poſuerat. Obiit annos ætatis habens 54, menſ. 5, dies 5. Regiminis 13, menſ. 2, dies 16. Pro coronide habet apponere ominoſum ſomnium Rdmi Dn. Andreæ, habitum nocte electionem ipſam antecedente. Videbatur eidem in ſomniis teterrimus quidam æthiops humeris incubare, à quo multum feſſus, liberari non potuit, donec illum extra Monaſterii ſepta magno labore elatum, humeris ejeciſſet. Poſt ſubſecutam electionem facile erat interpretari ſomnium; invenit enim in exuſto paulo ante monaſterio æthiopem vere nigrum, quem ut efferret, magnis ſane laboribus & ſumtibus opus habebat. Cæterum ad majorem nominis Andreani gloriam facit, illum poſt initam cum Duce concordiam, apud præfatum Ducem in tanta fuiſſe æſtimatione, ut præſentia illius & conſilio Dux ſummo delectaretur, exinde etiam eundem ob miram prudentiam

tiam & non vulgarem ſcientiam per complures annos in Procapitaneum Ducatus Saganenſis conſtituit, quam tamen dignitatem Rdmus pie defunctus nonniſi invitus ſuſcepit, nec unquam admittere voluit, ut Procapitaneus abſolute vocaretur, ſolum titulo Vice-Procapitanei contentus. Nec omittendum, quod Rdmus pie defunctus ultimo ante obitum anno in præmemorato Sacello S. Annæ, congregationem ſub titulo S. Matris Annæ, jam olim ante Lutheri tempora in Eccleſia majori percelebrem, dein vero ob hæreſin invaleſcentem penitus obliteratam, obtenta prius Bulla Pontificia & Indulgentiis plenariis in perpetuum à Clemente XI, moderno nimirum Pontifice, denuo erexerit & introduxerit, cujus & ſanctæ intentioni Deus adeo benedixit, ut novella hæc plantatio intra unius anni ſpacium ultra mille conſodales numeraverit.

45. Succeſſorem nactus Rdmus Dominus Andreas ſibi non diſſimilem Rdum Dnum GEORGIUM MULLER, patria Guravienſem, fidei integritate & rerum agendarum prudentia præditum, cui cœleſtem pro cœpto regimine benedictionem Deus impertiatur.

Monaſterium R. R. P. P. Franciſcanis à Marchione Brandenburgico Woldemaro jam A. 1294 erectum, poſſeſſoribus autem ſuis per Lutheri turbas abire coactis, Acatholicorum uſui aliquamdiu ſervivit, donec avita Religione in Sileſiis revireſcente cederetur R. R. P. P. Societatis Jesu, hodieque ibidem in vinea Domini pro ſolito ſuo zelo ſtrenue laborantibus.

(c) de hac arce inferius forte plura dicendi nobis occaſio erit.

(d) de ferricudinis, præter ea, quæ modo ex J. H. Conradi MSS. allegabimus, multa dici poſſent. Quum autem Chriſtophorus Wintherus, ipſe Saganenſis, Fabrilium Sileſiæ officinarum fodinarumq; deſcriptionem carmine heroico latino compoſitam Francofurti 1556, & Wratislaviæ 1582 typis exſcribendam curaverit, iſtudq; Poema integrum in ſcholiis

liis ad §. 43 capitis tertii pag. 341-349. insertum à nobis lectori curioso exhibeatur, nihil de eo hic amplius commemorandum, sed unumquemque ad paragraphum dicti capitis ablegandum duximus.

Quæ intra & circa hanc urbem contigerunt notatu digniora, ex J. H. Conradi MSS. verbis ipsis inde mutuatis annotare placuit:

Bey der Stadt Sagan/ da der Queiß in den Bober fällt/ und einen guten Strich hinauff gegen Lausitz/ hat man sehr beruffene Eisen-Hämmer/ und wächst der Eisen-Stein daselbst in zehen Jahren wieder. Dann man kan wegen des Wassers nicht tieffer als zweene Schuch graben/ und in denselben Gräben findet man in zehen Jahren wieder guten Eisen-Stein/ daß er also stets wieder wächset/wie auch das Eisen in der Insul Ilua, und das Bley im Berge Fesulano in Italien; so wohl das Gold in dem Schlichhauffen zu Corbach in Westphalen/ und das Kupffer bey der Stadt Apollonia in Dalmatien. Wie denn Fabricius auch schreibet/ daß der gegrabene Eisen-Stein in der Schlesien auch zunehme/ und daß die Erde und Holtz oder Stöcke in demselben darinnen zu Eisen werden. Dergleichen geschehen soll/ daß man erstlich ein dickes Wasser findet/ welches wie ein Schlich setzet/ und wird gleichsam ein Letten daraus/ der endlich hart wird.

Videatur etiam Willichius in Commentario in German. Taciti; allwo er schreibet/ daß um Sagan/ Soraw/ Sprottaw und Görlitz eine solche Menge Eisen-Stein seye/ daß man ihn stracks unter dem Rasen finde/ welcher auch stets wachse.

Unter denen Herzogen von Sachsen ist die längst zuvor/ und zwar Anno 1351 und 1369 rein abgebrannte und nach und nach von Jahren zu Jahren eingeäscherte Stadt Sagan wieder erbauet/ und das verwüstete Land wieder zurecht gebracht worden: Dann sie der Stadt Privilegia bestätiget/ ihr frey Bau- und Brenn-Holtz in der Oelse ewig geschencket/ und sie begnadet/ daß niemand (der es nicht vor Alters befugt) anderes im Lande dann Saganisch Bier (als welches besonders denen/ die am Steine krancken/ sehr gesund seyn soll/) schencken dürffen/ dadurch der Urbar und die Stadt wieder zugenommen.

Anno 1428 kamen die Hußiten vor die Stadt Sagan/ Herzog Johannes vertrug sich mit ihnen; nichts desto weniger thaten sie im Abzuge in denen Klöstern grossen Schaden/ zerstöreten die Bibliotheck/ führeten zweene Brüder und des Stiffts Privilegia mit sich hinweg.

Anno 1461 überzog Joannes von Prebus mit Königs Georgii

Kriegs-Volcke seinen Bruder Hertzog Balthasarem zum Sagan / nahm an S. Bartholomæi Tag die Stadt und das Schloß mit Gewalt ein; Hertzog Balthasar flohe von dannen nach Breßlaw / nachmals gen Rom / und klagte dem Pabst über Könitz Georgium und Hertzog Hansen. Der ließ durch den Probst zu Breßlau wider Hertzog Hansen / und alle die vor den Sagan gezogen / den Bann ergehen / und schrieb den Breßlauern / sie solten Hertzog Balthasarem behausen / und ihme nach Möglichkeit helffen.

Anno 1467 vermeinte Hertzog Balthasar mit der Breßler Hülffe seinem Bruder gewachsen zu seyn / und ihn unversehens wieder heraus zu heben: Ward aber bey der Freystadt geschlagen / und wieder nach Breßlau gejaget / welches am Montage vor S. Hedwigis in der Nacht geschehen. Hertzog Henricus zur Freystadt mit den Lausitzern und seinen Unterthanen zog den 18. Octobr. für den Sagan / zwang Hertzog Hansen / daß er es seinen Brüdern wieder abtreten und einräumen muste.

Anno 1472 versammlete Hertzog Hanß ein Hauffen loses Gesindlein / rüstete seine Bürger und Bauern aus im Pribusischen / und belagerte Sagan den 4 May. Hertzog Balthasar hielte die Stadt eine Zeitlang für ihm auff. Den 7 May am Himmelfahrts-Tage warff Hertzog Hanß Feuer-Kugeln hinein / da verbrandte die Stadt samt dem halben Kloster / darein die Bürger ihr Haab und Gut geflüchtet: In dem die Stadt lichter Lohe brennete / drange das Volck groß und klein zum Sorauischen Thore hinaus das Leben zu retten. Auf der Bober-Brücken begegneten ihnen die Feinde / stürtzten die Leute in Bober hinunter mit kläglichem Jammer-Geschrey. Als er keinen Succurs verhoffte / ergab er sich am Pfingst-Montage den 16 May dem Bruder / der ihm Sicherheit zusagte / aber nicht hielte / sondern ihn zu Pribuß in den rundten Thurn werffen / darinnen verderben und sterben ließ.

Anno 1486 den 18 May ist die gantze Stadt sammt beyden Klöstern ausgebrant.

Anno 1539 wurden zwo Wider-Täufferin auff dem Platz enthauptet / weil sie von ihrem Irrthum nicht abstehen wolten.

Anno 1551 und 52 hat hier die Pest etl. 1000 Menschen weggeräumet.

Anno 1556 den 7 Novembr. kam Hertzog Ferdinandus gen Sagan / ward solenniter angenommen und verehret. Jagte etliche Tage / und zohe von dannen zum Churfürsten nach Sachsen.

Anno

Anno 1563 den 31 Dec. kam Ertz-Hertzog Maximilianus, erwehlter Röm. auch zu Hungarn und Boheim König/ zum Sagan an: Ward von Herrn Sigfried von Promnitz mit 100 wohlgeputzten Pferden unterweges empfangen/ unter Glocken-Klang/ Mußqueten- und grossen Geschütz-Gethöne einbegleitet. Empfieng Anno 1564 den 1 Jan. vor dem Auffbruch auff dem Schlosse in der Tafel-Stuben von den Herren und Ritter-Stande/ von den Rathsherren und Gemeinde unten im Schloß-Hofe auff dem Gang stehende den Eyd.

Anno 1570 graßirte die Pest/ daran so viel Menschen als die Jahr-Zahl/ das ist 1570 Personen/ gestorben.

Anno 1575 ward Pusch-Petern die rechte Hand abgehauen/ er mit Zangen zerrissen/ zur Stadt hinaus geschleifft an einen Spieß gezogen/ darum daß er 30 Mörde/ (darunter sechs schwangere Frauen und so viel Leibes-Früchte/ denen er die Hertzen heraus gerissen und sie gefressen/ daß er nicht möchte gefangen werden) 41 Wittiben geschändet/ 6 Kirchen-Räube und andere Unthaten mehr begangen.

Anno 1587 begnadete die Stadt Käyser Rudolphus II hinführo mit rothem Wachse zu siegeln.

Anno 1639 und 1640 kam die Stadt an die Schwedische Stallhansische. Anno 1641 an die Käyserl. und Anno 1642 wieder an die Schwedische Torstensohnische/ ward aber darauf von den Käyserl. und sonderlich das Schloß abermahls belagert/ und im Decembr. Anno 1643 erobert.

Anno 1677 hat die Stadt eine grosse Feuers-Brunst erlitten den 11 May/ darvon nebst dem Brauhause (wo es auskommen) 18 Häuser/ das gantze Stifft/ Pfarr/ Kirche samt dem Thurn/ wie auch vor der Stadt etliche Scheuern und Häuser in die Asche gelegt worden.

A. 1688 am Tage Mariä Heimsuchung ist sie wiederum mehrentheils durch einen ungefehr entstandenen Brandt in Grund ruiniret worden.

E doctorum Virorum Sagani natorum elogiis ab Henelio nostro scripeis sequentia excerpsimus:

FRANCISCUS CRAMMA, U. J. D.

Minime effœta, minime sterilis est bonarum artium Silesia, ut ea spreta doctrinam atque virtutem apud exteros tantum quæramus. Satis habemus ejus rei exemplum, è quo numero Franciscus Cramma *sive* Crammius *Saganensis, vir ingenii & eruditionis excellentis, sapientiæ prudentiæque singularis, & edecumata, ut sic dicam, honestatis à laudatissima patria sua vivus pariter, mortuusque ob præclara in eam merita laudes tulit, di-*

gnas certe, quæ nullo unquam tempore senescant, sed in omne ævum jugiter perennent. In illustri Academia Lipsiensi cum maximo ejus ornamento, suo honore interpretem egit Juris, neque potuit utilius ingenii sui dotes collocare, quam eam artem perite ac gnaviter profitendo, qua jus unicuique suum æqua lance dispensare docet: ὁ νόμος ἐστὶ βασιλεὺς πάντων ἀνθρωπίνων καὶ θείων πραγμάτων, *inquit ille, neque frustra justitia* μεγάλου Δίος ἐστὶ πάρεδρος. *A Serenissimis Saxoniæ Electoribus, Mauritio & Augusto, in eorum adscitus numerum, quorum consiliis freti Remp. feliciter gubernarunt, præclaram illis operam navavit, ac tantam personam apte, & decore suo, & bono publico sustinuit. Eo quidem magis, quod præter scientiam, usum rerum tractandarum adferret, &, quod caput est, purum illum, & cum virtute candorem. Dignitas qua florebat, & auctoritas qua valebat, plurimum largam ipsi materiam suppeditarunt, ut prodesse patriæ atque amicis & vellet, & posset. Decubuit An. 1668.*

Sil. Tog. lib. 4. No. 10.

MARTINUS HENRICUS, D.

Cum alii virtute & doctrina insignes viri Sagano prodierint, tum *Martinus* quoque *Henricus*, Philosophiæ Doctor in florentissima Saxonum Academia Wittenbergensi Professor insignis, omnigena certe scientiarum varietate, quam singulari animi probitate, & mitissimis moribus attemperavit, ac quasi condivit τὰς χάριτας nempe ταῖς μούσαις καταμηνεῖς ἡδίστην συλλογίαν feliciter excultus. Cui rei evidens testimonium præbent, quæ in doctorum manibus versantur elegantissima poëmata. Obiit die 18 Octobr. An. 1584.

Sil. Tog. Lib. 8. No. 9.

GODOFREDUS WEIDNERUS, U. J. & Med. D.

Inter clarissima literarum lumina, quæ à sesquiseculo hucusque & amplius fœcundo è sinu suo Silesia edidit, Saganensi urbi natales suos debet Godofredus Weidnerus, -- *ad celsiores Academiarum se contulit Pluteos, Francofurtanæ, Lipsianæ, Wittebergensis, Marpurgensis, Heidelbergensis, ubi profectus non tardos Jurisprudentiæ adytis intulit, adeo solers & assiduus, ut Tiaram mereretur juridicam, quæ ipsi Aureliis Gallorum festa ac publica cum gratulatione à Facultate Juris-Consultorum imposita est anno 1610. Sic volebat parens, hanc ob rem obligabat filium, hac fini suppeditabat argentum. Sed ecce vim naturæ! Parenti obsequebatur natus, sed ita sequebatur juris antecessores, ut Medicinam non desereret: Sic audiebat Ulpianum, ut Ga-*

Galenum non posthaberet: & defuncto quidem Parente re compertum est illud Senecæ) contumacem esse naturam, non posse vinci, suum poscere. Remigravit Weidnerus stipatus apprime Hippocratica eruditionis favo in Galliam, in antiquissimam venit Academiam Valentinam, atque ibidem insulam medicam tiara imponi solenniter passus est, Juridica autem ejusdem seculi anno 13 tio. Nec amicis dissimulabat professionis mutanda causam prabitam in foro ab iis, qui, ut Scaliger parens loquitur, prava inveniunt ibi, ubi nulla pravitas est. Sic in culmine constitutus Medico artem facilitare cœpit propitio Numine acceptus Ordinibus inferioris Lusatiæ, quibus cum biennium Gubena habitans interfuisset, non dimissus sed subductus prope est ab Academia Francofurtana proceribus, qui eum in locum Lipsiæ, quo secesserat, defuncti Simmelii Med. Doct. ac Professoris publici cum unanimi suffragio, quod Serenis. Elector ratum habuit, surrogarunt. Hic spartam suam laconice exornare, antiquorum Autorum volumina excutere, novorum inventa adjungere, abstrusa indagare, à speculatione ad ἐγχειρήσεις chymicas deducere adolescentes, herbarum flores, viresque pandere, familiam medicam cumulare, & quindecim cum Æsculapio filios seu Doctores novos procreare, ter sceptra literaria gerere. Inter labores ad consilia vocari Medica à Principibus, Illmo inprimis Lign. & Brig. Duce Joanne Christiano, (qui pro singulari magnificentia annuum Viro stipendium dicavit) à Comitibus, Baronibus, Nob. Civib. Fortibus juxta adesse ac Senatibus, Troibus atque Rutulis, inopibus atque opulentis prodesse, &c.

HENRICUS KETELIUS.

Vir, quem non modo bonis omnium Ordinum quibusque gratum faciebat rara quædam judicii dexteritas, & quasi acrimonia, literis formata, experientia firmata; sed in tota vita interiore commendabat candor in hoc ævo res intermortua pene. Ex Senatore patriæ Consul sive Magister civium creatus ex paucis illis bonis fuit, qui cum Magistratum adepti sunt, curam & tutelam Reip. non prædam aut rapinam in Republica sibi datam arbitrantur. Publici isti detestandique bonis Vulturii sunt, qui honores eo ambiunt, quo potentius noceant, aut tutius etiam depeculentur. *Dii talem terris avertite pestem!* quæ tamen his temporibus heu! nimis frequens. Sed a qua alienus hic noster non solum Reip. Saganensi, domi forisque consulendo, judicando, & imperando prudentia, fide, & auctoritate singulari, etsi non absque invidia, præfuit, profuitque; verum etiam de universa Silesia ob Curæi Annales in lingvam vernaculam

translatos, eorumque ſupplementum, egregie promeritus eſt. Oculos in mortem clauſit anno ſalutis 1594. 800 Cal. Majas.

Sil. Tog Lib. II. No. 15.

FRIDERICUS CONSMANNUS.

Ut artium quæcunque eminent, famam imperitia artificum haut raro afflixit, plerisque ad ea, quæ promittunt rudibus, ac vanum modo nomen titulosque, quibus commendentur, fronte effronte quærentibus; ita Poëſeos quoque gloriam indigni ſæpe homines, nec quid minus quam cum Phœbo à Muſis in Helicone locuti, pretio vel adulatione emtis coronis corrumpunt, & in quos adeo recte conveniat illud Satyrici: & ego Poëta ſum, &, ut ſpero, non humillimi Spiritus, ſi modo coronis aliquid credendum eſt, quas etiam ad imperitos deferre gratia ſolet. Et quod iterum idem ille arbiter omnis elegantiæ: multos ô Juvenes carmen decepit! *Nam ut quisque verſum pedibus inſtruxit, ſenſumque teneriorem verborum ambitu intexuit, putavit continuo in Heliconem veniſſe. In Germania ſane noſtra nihil frequentius auditum hactenus, quam Poëtarum ingentem eſſe copiam, ut apum: & plus eorum, quam in Armenia muſcarum, reperiri. Multos Laurigeros jam eſſe, ſed paucos Phœbos, facilius quem Poëtam Laureatum hodie fieri poſſe, quam ſartorem, aut neſcio quem fartorem: quin imò parum abeſſe, quin laurus olim inſigne, & nota bonorum Poëtarum, in malorum notam degeneret & non-laureatus habeatur melior laureato. At enimvero paria non ſunt, quæ diſpari arte quæruntur, & ut fictæ & adulteratæ virtuti cordatos illudere oportet, ſic veram induſtriam imperitorum præjudicio non obrutam à juſtiſſimis præmiis non arceri. Pertinet ad hanc claſſem* Frid. Conſmannus *Saganenſis, dicteriis quidem illis in Poëtas jacti ſolutis eo minus obnoxius, quod cum ſe totum (ut cum Poëtis de Poëta loquar) limpidiſſimis, dulciſſimis atque uberrimis Hippocrenes, atque Aganippes fontibus ingurgitaſſet, orationis ſuavitate, tractationis venuſtate, pedum elegantia, totius denique carminis ſtructura, atque artificio aſſecutus hoc fuit, ut ipſe Apollo & novem Muſæ, & tres Gratiæ, & omnes Veneres dotes illi ſuas certatim contuliſſe viderentur. Laurea coronatus à Viro laudatiſſimo Jacobo Chimarrhæo, Præpoſito Litmericenſi, Cæſaris Eleemoſynario Majore, Comite Palatino; cum ad graviora ſtudia ſe convertiſſet, non modo Germaniæ Academias celebriores acceſſit, & ut aliis viris celeberrimis, ſic Argentorati potiſſimum Jo. Sturmio innotuit. Sed & externas patriæ procul actus in oras Italiam potiſſimum luſtravit, ac multas ibi vidit urbes & mores hominum. Zacinæ Moraverum immatura morte non ſine patriæ dolore,*

dolore, cui ingentem ſpem ſui nominis excitaverat, peſte exſtinctus inter nuptiarum apparatus An. 1597. inferias in ejus obitum Matth. Zuberus Sor. in Panegyridos Biblario II legendus Elegia prolixa, ſed doctiſſima.
Sil. Tog. Lib. 12. No. 26.

§. 130.

SASSINCOVITIUM.

Saßinkowitz/ Opidulum Ducatus Oppolienſis, haud procul Glywicio.

§. 131.

SCHLAVA.

Schlawa/(*a*)Opidum Glogovienſis Ducatus ſub Dominio Rechenbergiorum, (*b*) inobliteratam nomine ſuo Veterum, & incolarum, & conditorum memoriam exhibet.

(*a*) Lacu celebre, de quo capite quinto: Tanti anno 1578 habitum, ut PP. & SS. validiorem ejus munitionem decreverint contra hoſtes è vicina Polonia erumpentes.

(*b*) Hodie Illmi Baronis de Fernemont.

§. 132.

SCHLAVENTICIUM.

Schlawantitz / vicus apertus Oppersdorffiorum in Oppolienſi Ducatu cum arce.

Hodie Comitis ab Henkel.

§. 133.

SCHMIDEBERGA.

Schmidberg/ Opidum Ducatus Jarovienſis metallicum, ad latera montis Gigantæi; atque fluvium Lohmnitz ſitum, à fabrorum frequentia, ac ſi *Fabrorum*

rum montem diceres, denominatum. Ferraria fectura ante multos annos notum, ac noſtra quoque tempeſtate Vulcano amicum adeo, ut non immerito quis Vulcani officinam aut Vulcaniam (quomodo non inepte cenſebat Henricus Sculteſus noſter) vocet: ex qua plena manu natura Sileſiis omne genus operа largitur. (*a*)

(*a*) Inſigne Opidi Malleus eſt, & Eqvus effrenis, cujus originem, Naſo tradit, fuiſſe latronem, viciniam hujus Opidi ſub ejus initia furtis, prædationibus, homicidiis crudeliter infeſtantem: hunc, cum forte ad fabrilem aliquam hujus loci officinam eques veniſſet, & durioribus fabrum in ea ferrarium verbis aggreſſus fuiſſet, à generoſo illo, & robuſto Bronte ex equo dejectum, malleo percuſſum, & occiſum, equum vero, cui faber frænum, cum illud ex latronis manu diriperet, fortuito detraxerat, à fabri ſociis *Sterope*, & *nudo membra Pyracmone* in ſylvis captum, & ad loci Judicem fuiſſe adductum. Hujus heroici facinoris fama cùm percrebuiſſet apud reliquos cives, tanto illos affeciſſe gaudio, ſcribit Naſo, ut in gratam, perpetuamque Municipis memoriam, & gratitudinis teſſeram Opidi ſui ſignum Equum effrænem & malleum fabrilem eſſe voluerint. Sed fabulæ, quam veritati propius hoc eſſe nobis videtur, qui *equum ſine freno ſaltantem* jam olim apud Veteres Germanos *libertatis fuiſſe ſymbolum* ſcimus, ac proinde eundem tanquam privilegiorum ſuorum, primævæque libertatis teſtem, malleum vero tanquam exercitationum ſuarum fabrilium notam in inſignia ab illis fuiſſe aſſumptos, non leviter credimus.

Fabrimontanorum igitur Inſignium rationem duobus diſtichis habe:

Malleus ac effrænis equus ſunt ſymbola priſcis
Fabrimontanis, quæ placuere, fabris.
Libertatis equus ſine frano: malleus autem
Eſt exercitii, quo valuere, nota.

Locus iſte tanta aëris ſalubritate gaudet, ut peſtis contagio eum affectum fuiſſe nuſpiam legatur.

Fontium ſalubrium, qui multis in locis ſaliunt, ſcaturigine perpetua abundat.

Præter Teleficium, quo excellunt incolæ, varia quæque varii generis

neris inſtrumenta ferrea, & inter illa bombardas, ſclopeta (ut vocant) aliasque fiſtulas æneas plumbeis pilis nitrato pulvere rectiſſima vibrandis aptas conficiunt præ ceteris durabiles, & politas.

Notatu dignum, quod, cum olim mater quædam in loco illo, in quo Curia ſita eſt, ubera præberet infanti, lupus ex montanis adrepens lactentem ex lactantis ſinu raperet, à matris vero, vicinorumque clamoribus territus infantem illæſum reliquerit, ut fugæ ſuæ expeditiori conſuleret: Quam hiſtoriam in lapide ſculptam ad turris pedem etiamnum eſt videre.

Præter Eccleſiam Parochialem aliam extra opidum habuit Eccleſiam, colli elevatiori ſaxeo ſuperſtructam, publicis olim ſupplicationibus eo ductis celebrem, hodie vero non niſi ruderibus notabilem. A Virgine quadam Anno 1312 in aliquo monte Eccleſiam lapideam in DEI Ter Opt. Max. gloriam, ſanctiſſimæque Deiparæ honorem erectam fuiſſe, in vetuſto MS. legitur: hæc autem an ſit eadem cum illa, non decernimus.

Strumis olim incolas laboraſſe traditur, conferentibus ad hoc corporis vitium aquis certis, das Stollen-Waſſer / à quibus vero bibendis hodierni abſtinentes, à deformitate quoque illa immunes ſunt.

Schmidsbergæ nati ſunt

D. JOHANNES SCHMID, U. J. D. Wenceslai Regis Bohemiæ Conſil.

D. ENOCH KEIL, J. C. Auguſti Electoris Saxoniæ Conſil.

D. MATHIAS HEILMAN, Med. Doctor, D. Vladislai Regis Boh. Archiater.

§. 134.

SCHOENBERGA, cujus Henelius oblitus fuit.

Schönberg / ejusdem Ducatus opidulum, hodie Abbati Grüllovienſi paret, Dominos olim cognomines agnovit, à quibus (ut Naſo ſcribit) anno 1214 & initium, & nomen accepit. Caſtrum autem jam An. 1207 ab Henrico Barbato rerum in Sileſia potiente erectum (*a*) fuiſſe traditur, cujus valla etiamnum oſtenduntur.

 (*a*) An

(a) An. 1426 dictum Castrum ab Husſitis funditus deletum, opidum vero exuſtum, & in incolas variis truculentæ mortis generibus ſævitum.

Anno 1624 & 1633 potior civium pars peſte deleta.

Senatus à Rdiſmo Grüſſovienſi Abbate nominatur, in Conſule, ſex Senatoribus, Prætore & Syndico conſiſtens.

Signum Communitatis tres montes ſunt, & ſuper illis Caſtor exſiliens.

Eccleſiam habet lapideam turri conſpicuam, ex colle elevatiori ſurgentem: ad quam olim ſupplicationes à peregrinis ductæ; quæ tamen ceſſante priſca fide, & ipſæ ceſſarunt.

Quam immœnitus hic locus hoſtilibus irruptionibus, depopulationibus, devaſtationibus patuerit, ſequens carmen indicat:

Dici jure potes Respublica, tempore Martis
Belligeri, tua res publica namque fuit.
Quod tua collegit multis induſtria curis,
Suſtulit armifera ſedula cura manûs.
Ære gravis Mavors alieno, debitor eſſe
Non vult; ergo tuis omnia ſolvit bar

§. 135.

SCHOENAVIA.

Schönau/ (a) opidum ejusdem Ducatus ad Cattum amnem, ab amœnitate loci adeptum id nominis, è duabus dictionibus compoſiti, Schöne Aue/ id eſt, opima & amœna latifundia.

(a) Incunabula ſua debet Boleslao Bellicoſo.

Ante portam Neoſtadienſem Arcem olim habuit validam, Tartarorum anno 1241 in Sileſia ſævientium vires ita reprimentem, ut re infecta recedere cogerentur, ſagittis, quarum magnum numerum in Parochiali Eccleſia hodieque monſtrari ſolitum irrito conatu in arcem jecerant, in ſui memoriam relictis.

§. 136.

SCHURGASTUM.

Schürgaſt/ Opidulum apertum Ducatus (a) Oppo-

Oppolienſis ad Niſſam fluvium, in patrimonio Dn. Beſſiorum. (*b*)

(*a*) hodie Bregenſis.

(*b*) Henelii tempore.

A. 1674 ſpectabat ad D. Erdmannum Ferdinandum Pawlowsky, magnæ autoritatis Virum in Ducatu Oppolienſi & Ratiborienſi.

§. 137.

SILBERBERGA,

Sive Argentimontium, **Silberberg**/ opidulum metallicum in territorio quidem, ſed non de territorio Francoſteinenſi: locus quippe exemtus, ac ſub jurisdictione Ducum Lygio-Brigenſium. Ab venis argenti cognomen accepit, quod olim venæ argentariæ illic fuerint celebres. (*a*)

(*a*) Anno 1599 hat es Herzog Joachimus Fridericus zur Ligniz und Brieg vom Hn. Petro von Roſenberg erkaufft und ſtattlich vermehret.

Anfangs hat dis Städtlein in ſeinem Wappen geführet einen halben Adler und drey Balcken. Welches Wappen hernach vermehret worden mit einer rothen Roſe/Schild und Helm zwiſchen dem Schwantz und weiſſen Flügel im Pfauen-Schwantze: Oberhalb der Schlegel und Eiſen.

Silberbergam ortu ſuo illuſtravit

GEORGIUS CALAMINUS,

Haut Philoſophus modo ac Juventutis formandæ egregius Magiſter, ſed & Poeta eximius, & in hoc toto genere humaniorum litterarum excellens, quem ſua laude fruſtrari nolumus. Bono is communi datus anno computationis Chriſtianæ quadrageſimo ſeptimo ſupra mille quingentos in feſtis S. Georgii Argentimontii ſive Silberbergæ opido metallico; quod cum à divite argenti vena nomen traxerit, hoc quoque nomine felix cenſendum, quod Vatem protulit nobis, cui vena poetica dives ac benigna apta ad uſum, ad ornamentum decora, divinitus conceſſa fuit. Patrem habuit Georgium Nörlich/ Smegmatis coctorem, ſed antiquæ & germanæ fidei, & integritatis hominem. Germanicas literas

domi didicit, ad latinas autem Scholas anno ætatis decimo ſeptimo primum acceſſit Glacii; unde revocatum patria Muſis eripuit, & arti mechanicæ, quam Pater exercebat, addixit: ſed cujus pertæſum Hradecium-Reginæ in Bojemia, mox Sileſiæ metropolis bonis literis imbuit, indeque Argentina magis magisque excoluit, idque eo cum ſucceſſu, ut poſtquam & eruditionis, & virtutis ſuæ multiplex ſpecimen ediderat, ac multis a fama & dignitate claris viris innotuerat, Valentino potiſſimum Erythræo, Conrado Daſypodio, ac Davidi Wolckenſteinio, Profeſſoribus eximiis, ipſique adeo Rectori Joanni Sturmio, ævi ſui Theophraſto Chriſtiano gratus & acceptus; haut modo ſuprema Philoſophiæ laurea decoratus, ſed & dignus habitus fuerit, qui ad operam ſuam generoſiſſimorum quorundam Comitum inſtitutioni impertiendam honeſtis conditionibus invitaretur. Illuſtrium tandem Auſtriæ Superioris Ordinum vocatu Lincenſis Lycei Profeſſorum numero acceſſit: atque annis ibidem compluribus eam docendi methodum amplexus, quam à Petro Vincentio atque Sturmio didicerat, cum magno applauſu & fructu Juventutem erudivit, proceribus ſuis fidem, collegis reverentiam ac benevolentiam, ſtudium denique omnibus mirifice probavit, ſuique nominis famam latè diffudit. Ab omni faſtu alienus, ſed haut eo minus Rudolpho II. Imp. Auguſtiſs. ob doctrinam ac Poetices excellentiam laureâ donatus, imaginem quoque ejus accepit die 8 Martii anno 95, iſtoque ipſo, cum Vienna Auſtriorum morbum epidemicum, quem petechiarum vulgo vocant, domum retuliſſet, Kal. Decemb. mortalitatem explevit. Scripſit carmina varia: Epiſtolam Mnemoſynes ad Eugeniam de litterarum origine ac propagatione, Elegiarum, Lyricorum, Epithalamiorum, Epigrammatum libros, Rudolphottocarum, Rudolphidos librum, res Auſtriadum à Rudolpho I ad II usque, Helin Tragœdiam ſacram de caſu nuptiali Fredekiano Auſtriaco lib. 2. Vitam denique Johannis Guintherii Andernacii Medici celeberrimi, & ſi quæ ſunt alia, ad laudem antiquitatis feliciter aſpirantia.

Sil. Tog. lib. 11. No. 18.

§. 138.

SKOTZOVIA.

Skotzuff/ Cromero Cozuchova, opidum Ducatus Telchinenſis ad Viſtulam fluvium Dynaſtiæ nomine inſignitum, & arce prædituin egregiâ, (a)

(a) Vi-

(a) Viginti ſeptem milliaribus à Metropoli diſſitum. Anno 1620 à Coſacis interceptum & ſpoliatum, imo centum cives truculente cæſi ſunt: qui prædones tamen ſpoliis immorantes à Sileſitico milite & Moravico deprehenſi cædis patratæ pœnam luere adeo debuerunt, ut & præda ipſi ſpoliati, & mille illorum, quadringentique occiſi fuerint.

Hunc locum ortu ſuo decoravit.

R. P. NICOLAUS MUZICK, S. J.

Cujus ex R. P. Alegambe excerptum elogium hic ſubnectere viſum fuit, quod ſic habet:

R. P. Nicolaus Muzick, Germanus Czochovienſis è Sileſia natus annos unum & quadraginta, actu in ſocietate non minus quindenis, Vir magno Spiritu, & acri ſtudio animarum, quarum unius adjuvandæ gratia non raro diem per inediam duxit in veſperam, longo etiam pedibus confecto itinere. Plerumque ſuis Sociis ipſe, quamvis Novitiis & e domeſticorum Adjutorum ordine, in Miſſionibus ad menſam miniſtrare; illis lecto, aliisque opportunitatibus cedere, quo commodius agitarent; ipſe humi requieſcere libro quopiam ſuppoſito capiti vice pulvini. Paupertatem impenſe colere & vel ideo pauperum Patronus eſſe, quorum levanda neceſſitati nunquam omiſſo animo eſſe, nunquam languido ſtudio. Tanta caſtimonia diligentia, ut gravi etiam in neceſſitate atque agritudine cautum vellet, ne qua corporis ipſius pars ullius pateret aſpectui, nedum exponeret ipſe tactioni, utque fortuito id ſemel accideret, tulit graviter & in Socium increpavit incuriam, juſſitque attentiore in poſterum cura eſſe. Patientiæ documenta cum ſemper alias, tum vero multo præclariſſima in morbo dedit; cujus vim, doloriſque acerbitatem vel dimittere, vel diſſimulare, partim orando, nunc pium quidpiam cantillando, alias illuſtrem P. Joannis Ogilbai noſtri in odium fidei occiſi hiſtoriam ex anagnoſte prælectam audiendo. Incredibile vero memoratu eſt, quam profunda teneretur ipſe cupiditate martyrii, quam ferret agre ab ſalutari procuratione mortalium ſe morbo arceri. Hac atque iſtiusmodi alia religioſæ exempla virtutis excepit haud abſimilis clauſula ſub vitæ finem. Illud identidem, cum ad extrema jam vergeret, iterare, O bone Jesu, prorſus ſic fiat, ut tibi collibitum eſt: prorſus obſecundetur voluntati Tuæ. *Ante triduum peregrinabundus adiens ad B. Virginem Weinilicienſem, ibique animum expiarat; nunc exomologeſis repetendæ copiam exoptabat; ſed cum eam habere, atque in noſtrorum complexu domi, & amabili Religioſorum corona non poſſet emori, Brunenſes Novitios abſens oravit, ut pro ſe ſalutationem angelicam ſemel quisque ne gravaretur dice-*

re; Deum autem obtestatus est, ne jacentem se sineret, & quasi residem in lecto mori; & confestim quanto potuit nisu desiliens, flexis humi genibus, & in B. V. Matris Imaginem oculis firme defixis inter brachia Novitii, quem Socium habuerat, animam edidit, bene, praclareque factorum meritis exornatam. Corpus finitimi Parochi tumulo pro ara principe Templi Parochialis honorifice mandavere.

§ 139.

SOMMERFELDA.

Sommerfeld/ opidum Ducatus Crosnensis, ut quidam notant, cum e contrario alii inferioris Lusatiæ esse putent ad Lubiscum sive Lupum, quem Lupam alii vocant, fluvium, idque situ non refragante: loco alioqui situm amœno, campus ut dici æstivus jure mereatur. Colles vicini vitiferi. Deflagravit hujus seculi anno nono, die Martii vigesima nona, incendio ab anu improvida, vaccam fumo curante, excitato.

§. 140.

SORA.

Soraw/ Opidulum mœnitum in Ducatu Ratiborienſi. (*a*)

(*a*) Nobilis quondam urbs, distans Ratiboria quinque milliaribus: hodie magna sui parte bellorum partim injuria, partim antiquitate, solo æquata.

§. 141.

SPROTTAVIA.

(*a*) Sprottaw/ opidum elegans, amœnum, frequens, nec mediocriter munitum, idemque post Glogoviam, à qua quinque milliarium intercapedine distat, & Beuthenam, in illo tractu antiquissimum. Austrinum latus Boberus perfluit, saxatilium optimorum piscium

piſcium ferax: alteram partem amnis ejusdem cum opido nominis, ſed aquam admodum cænoſam, & limoſam vehens: unde vapores craſſi, & humidi eo quidem magis, quod montes Aquilonem magna parte excludunt. Arcem habet verſus ortum eo loco ſitam, (*b*) qui fluviis & paludibus circumdatur.

(*a*) Omnes populi amarunt ripas fluminum in condendis urbibus propter plurimas commoditates. Ideo in Sileſia etiam cito culta ſunt loca vicina fluviis. Atq; ita Sprotta poſt Glogoviam & Bythomiam in hoc Ducatu cenſetur eſſe antiquiſſima. Ipſum nomen, ſicut multorum pagorum in vicinia, Slavonicum eſt, quod ſignificat locum repurgatum à vepribus, & dumetis ad uſus habitationem: Neumauff. Curæus. Diſtat Wratislavia ſedecim milliaribus.

(*b*) Anno 1476 iſt es von Herzog Hanſen eingenommen worden. Von daraus hat er

A. 1477 den 4 Julii nahe bey Franckfurt den Biſchoff Hieronymum zu Havelberg aufffangen/ und gen Sprottau bringen/ hernach nach Freyſtadt ſchicken laſſen/ welcher ſich folgendes Jahr mit tauſend Ducaten löſen muſte.

A. 1489 muſte ſich Sprottau den Königlichen übergeben.

A. 1640 kam dieſer Ort in Schwediſche/hernach in Käyſerliche/und dann

A. 1642 wiederum in Schwediſche Hände. Ward aber gegen dem Ende des Monats Auguſti dieſes Jahres vom Grafen von Bruay und denen Käyſerlichen/ und dann in Septembri von denen Schwediſchen wieder erobert.

Unter denen Feuersbrünſten/ ſo es viel erlidten/ſeynd folgende die gröſten:

A. 1473, 12 Julii, da die Stadt ſamt der Kirchen und Jungfrau-Kloſter rein abgebrennt/ das Schloß aber ſtehen blieben.

A. 1672, den 19 Junii. da ſie von Blitz angezündet/gäntzlich ſamt dem Kloſter/Kirch und Rathhaus/Schulen / und allen andern daſelbſt befindlichen Ædificiis in Grund abgebrennet; alſo daß die Bürgerſchafft vor der Stadt in Hütten / die Käyſerl. Guarniſon in Baracken liegen müſſen.

Was

Was sie allererst verwichenes Jahr vor eine entsetzliche Feuersbrunst erlidten/ ist annoch in frischem mitleidenden Andencken. Und soll dieses letzte mal das wütende Feuer durch ein gewisses abergläubisches Kräuterkochen eines alten Weibes/ so/ weiß nicht/ welchen Geyer zu braten gehabt/ auskommen seyn. Uti nobis à viro fide digno, qui superstitiosam illam, ac etiamnum superstitem vetulam vi officii sui ipsemet examinaverat, relatum est.

Jahrmärckte hält Sprottau:
1. Donnerstag nach Mariæ Lichtmeß/
2. Himmelfahrt Christi/
3. Sonntag nach Michaëlis.

Und an jedem Jahrmarckt den Tag zuvor Roß- und Viehmarckt.

Viri doctrina præcellentes Sprottaviæ orti apud Henelium sequentes inveniuntur:

JOANNES WEIDNERUS,

Cujus elogium in hæc verba à nostro scriptum:

Quid non sperare de judiciis posterorum debeat, in quem vivi, quod pauciſſimis contigit, tam fuere benigni? Joannes is Weidnerus Sprottavienſis, qui decurso Scholæ stadio, cum Medicinæ studium omnibus aliis censeret præferendum; ita totum se ad id composuit, ut alium sibi scopum non proponeret, quàm ad summum in eo culmen expeditissime conscendere. Hac certe fini celeberrimas quasque Academias adiit, auditioneque publicarum professionum intenta, lectione optimorum Auctorum frequenti meditatione assidua, vigilantia indefessa, conversatione denique cum hominibus peritissimis crebra, tantam sibi eruditionis minime vulgaris copiam & laudem acquisivit, ut Basileæ Rauracorum anno 1577 unanimi Facultatis Medicæ suffragio dignissimus sit judicatus, qui laborum exantlatorum βραβεῖον sive præmium, ampliſſima videlicet doctoræ privilegia, publicè consequeretur. Quo quidem titulo ornatus cum ad suos rediisset, in praxi obeunda admirandam ingenii sui dexteritatem, ac judicii sagacis præstantiam, eximiam artis peritiam egregie probavit, tribus in Silesia urbibus conspicuis antistes auxiliaris, Saganensi, Gumna & Sprottaviensi: ut non tam ex stipe curationum petere fructum, quam ex conscientia solitus, de civibus certe suis bene mereri, ac remediis salutaribus sine laborum, molestiarum ac periculorum subterfugio, quibuscunque posset, præsto esse conatus. Etsi dum hoc agit, non ita tamen à Musis desciscit: quin interdum epigramma vel carmen commentaretur, tali quidem vena præditus, quam non melius à Poetæ verbis describam:

--tene-

- - - tenero ceu lympha ſuſurro
Labitur & placide more cadentis aquæ.

Male ingenioſus eſt, *magnus inquit Lipſius*, ad quem capiendum opus eſt ingenio. *Nec noſter ergo nimium cultus ſtudium & quæſitam obſcuritatem probabat: ipſe tamen de ſe dabat, quod non fugeret eruditas mentes: Vir ceteroquin ſic animatus, ut beatius crederet pietate, quam ambitione clarum fieri. Pietas æterna ac divina eſt, ambitio fragilis, & caducæ inſtar flammulæ evaneſcit: pietatem ergo ille ac virtutem ſine ſuperſtitione, ſine oſtentatione colebat. de ſe planum inſuper faciens, individuum eſſe contubernium humanitatis ac ſapientiæ. Forti apoplexia correptus in cœna, ubi balſamum apoplecticum poſtulaſſet, in unius horulæ quadrante exſpiravit 4 Kal. Octobr. 1612 ſuperato climacterico magno.* Sil. Tog. Lib. 7. No. 27.

JOANNES WEIDNERUS.

Sprottavienſis non inferior Patre cognomine filius, ab illo velut hæreditariam doctrinam accepit: Medicus quippe & ipſe præſtantiſſimus; ſed qui non minor Philoſophus, ac Poëta cumprimis elegans. Lauream Doctoralem una cum Petro Kirſteinio adeptus fuit Baſileæ anno 1601, Promotore Petro Ruff, ſub Rectoratu Joannis Gutt I Cti. Phyſici officio functus fuit Grünbergæ: non hic tantum, ſed circumcirca ad Sileſios Polonosque celebris; ea interim animi pietate, ut felices artis ſucceſſus non ſuæ induſtriæ, ſed divinæ adſcriberet benedictioni, certo nimirum certius perſuaſus, ſanitatem vel dubiam ſartam tectamque conſervare, vel afflictam jam & labefactatam in integrum reſtituere non laborioſæ ſolum tædioſæque, ſed & periculoſæ plenam rem eſſe aleæ, ni DEUS ſummus Archiater, cujus unius nutus & arbitrium in toto ſanitatis negotio utramque, quod dicitur, paginam facit, mentem manumque Medici direxerit. Quod grato animo lubens noſter agnovit; de cætero inter tetrica Medicinæ exercitia ab amœnioribus illis, ſed ſuavioribus ſtudiis adeo exercitatus & minime abhorrens, ut quoties animum à gravioribus cogitationibus abducere vellet, paratius nihil inveniret, quam ut ad carminis tranquillitatem (qui erat olim familiaris Heliconis alumnus) tanquam ad optatum defeſſæ mentis ſucceſſum refugeret, atque ita jucundiſſima Muſarum conſuetudine & commercio frueretur. E vita tandem exceſſit vere anno 1633 aperiente in Oppido Luſatiæ inferioris Sorau Perilluſtris familiæ Promnitzianæ peculio. Pro civitate Grünbergenſi conſilium de peſte edidit Anno 1625, idque tali diſticho clauſit:

Ni DEUS adfuerit, viresque infuderit herbis,
Quid rogo dictamnus? quid panacéa juvat?

Caſpar Cunradus in primo Proſopographiæ millenario ſic ipſum laudavit:

Annis inferior natus, non arte parente
Mella dat ægrotis, Aoniisque mela.

Sil. Tog. Lib. 7. No. 44.

BENJAMIN URSINUS.

Si præclaram laudem omnium ſapientum, quos ſive amœnitas liberalium ſtudiorum, ſive Muſarum receſſus altior, & ſecreta delectant, judicio merentur cœlitarum rerum Indagatores, qui, ut Poëta canit,

- - docto æthereos ſignant in pulvere currus,
Quos pia ſollicito deprendit pollice Memphis,
Quæ moveant momenta polum, quis certus in aſtris
Error, quis tenebras ſolis, cauſisque meantem
Defectum videat numerus, quæ linea Phœben
Damnet, & excluſo pallentem fratre relinquat.

Singulari utique cum honore perhibendus nobis venit Benjamin Urſinus, *non rei duntaxat aſtronomicæ, ſed univerſæ Matheſeos ſcientia clariſſimus. Patriam habuit Sprottaviam, Ducatus Glogovienſis opidum elegans, frequens, amœnum, arcipotens, ac cœnobio Virginum celebre, ibidemque poſt metropolin ſuam in illo tractu antiquiſſimum, ubi quidem in lucem editus 17mo Kal. Quinctileis, anno ſupra mille quingentos ſeptimo & octuageſimo, parentum cura litterarum elementa feliciter ac mature percepit. In diverſis poſtea Gymnaſiis & Academiis, ac Marpurgenſi præſertim, cum in ſtudia humaniorum diſciplinarum omnia, tum præcipua quadam diligentia perdius & pernox in Mathematica incubuit, iisque maximam ætatis partem haut abſque ſingulari ſucceſſu, nec minori voluptate impendit. Artium Magiſter ritu Academico ſolemniter creatus, primum quidem Sobieslaviæ Bohemorum in Gymnaſio Roſenbergiaco, exinde in Gymnaſio Bethanienſi, tandem vero in Academia Electorali, quæ eſt Francofurti ad Viadrum, Profeſſorem publicum fideliter egit, indefeſſaque diligentia, à quo ipſum nec peſtilitatis metus, nec turba bellica retardare aut ſufflaminare quiverunt, Mathematicas diſciplinas non ſolum viva voce docuit, ſed & libris editis quam plurimum illuſtravit. Quos inter fuere* Curſus Mathematici practici Volumen primum *continens Illuſtris & Generoſi Baronis Johannis Neperi Merchiſtonii Scoti Trigonometriam Logarithmeticam,* Tractatus de Cometis, Syſtema Arithmetices practicæ libris tribus adornatum, exemplis œconomicis refertum, Rhadolo-

gia

gia Neperiana in vernaculum ſermonem ab eo converſa. *Idem anno Chriſti 1625, poſtquam vir excelſiſſimi ingenii* Johannes Kepplerus *Mathematicus Cæſareus Logarithmorum demonſtrationem & conſtructionem foret molitus, facem eo allucente* novum *conſcripſit* Logarithmorum magnum Canonem. *Quo de Volumine ſic Petrus Crugerus Mathematicus Gedanenſis celeberrimus:* Opus æſtimationis immenſæ, ſi vitia typographica, quæ commiſſa ſunt in eo longe plura, quam indicat Catalogus, excipias. Trigometria cum magno Logarithmorum Canone. *Leguntur &* varia ejus carmina *abunde teſtantia, quam nec à Poëtica ſuavitate aliena fuerit, ſed hæc quoque ſacra ſatis diligenter tractarit: Vir cætera præter ſummam & reconditam eruditionem inſigni pietate, virtute ſpectata & morum humanitate ſumma præditus. Francofurdiam per aliquot annos præſidiis militaribus inſeſſam, atque adeo bis expugnatam, cuncta ſanguine, ferro, flammisque miſta, & plura alia in hoc triſtiſſimo pluquam civilis belli incendio funeſtiſſimaque confuſione Germaniæ, quam qui ſine lacrymis intueri poteſt, concretum ſilice pectus habeat oportet, videre atque experiri coactus fuit: anno tandem 1634 exſtinctus.*

Sil. Tog. Lib. 10. No. 48.

Nicolaus Jacob/ Mitbürger zu Sprottau/ iſt ein wohlerfahrner Bienen-Meiſter geweſt/ hat aus eigener/ ſeines Vaters/ Großvaters/ und anderer Bienen-Wärterer bewährten Erfahrung einen Bericht von der Bienen-Zucht An. 1568 zu Görlitz drucken laſſen/ welchen M. Caſpar Hœffler ein Meißner An. 1614 mit ſchönen neuen Bienen-Meiſteriſchen Kunſt-Stücken vermehret.

§. 142.

STINAVIA.

Steinau/(*a*)opidum mediocre ad fluvium Kaltebach (*b*) prope Oderam, qui ponte ligneo hic tranſitur. Ducatus olim titulo inſigne. Principi paret Lignicenſi, Polonis Stizynavva; uti apparet ex Mechovio. Cognomine huic opidulum apertum in Ducatu Oppolienſi (*c*) à torrente præterlabente nomen ſortitum.

(*a*) Quod nomen iſtud rei non conveniat, ex ſequenti Fechneri epigrammate patet:

Durum Steina tibi eſt, ſed vere nobile nomen:
Saxorum nulla eſt hic, lapidumque ſtrues,
Arva benigna colis, nullis quæ rupibus horrent,
Teque celer molli Guttalus ambit aqua.
Aureus eſt campus, quo cingeris annulus: at tu
In circo hoc ſicut lucida gemma nites.

(*b*) communiter Mühlbach.

Urbis Inſigne in vetuſto quodam Curiæ Protocollo hæc in verba legitur: *In medio Sigilli ad faciem, inter circumferentiam media Aquila expanſa ala, & duæ turres, una magna, & una parva, ſuper quodam fundamento ſolidato & firmo ſitæ, & munitæ eminere videntur. In cujus ſigilli circumferentia hæ littera capitales præmiſſa ✠ cruce leguntur: SECRETUM CIVIUM STINA.*

Eccleſiam Parochialem habet S. Joanni B. dedicatam.

Ante Portam Glogovienſem Sacellum S. V. Mariæ, & ante eandem Portam aliud S. Georgio Sacrum.

Ante Portam Oderanam Cœmeterium eidem S. nuncupatum: ubi quondam celebre Templum fuiſſe traditur, injuriis poſterorum temporum in ruinas collapſum.

Arcem, Principum olim ſedem, habet magis vetuſtate, quam venuſtate conſpicuum.

An. 1345 à Polonis interceptum, & exuſtum fuit hoc opidum.

An. 1455 igne cœlitus accenſo ultra dimidiam ſui partem in cineres redactum.

An. 1616 d. 3 Sept. incendio piſtorum incuria exorto quadraginta domus & decem prædia in favillas cecidere.

An. 1632 19 Aug. à Suecis & Saxonibus captum, ferme totum repentino ac fortuito incendio in igne conſedit. Puffendorff. lib. 4. §. 49.

An. 1633 cum Arnhemius potiorem Saxonici Exercitus partem è Sileſia in Saxoniam duxiſſet, relicto apud Stenaviam Comite Turriano, Tubaldioque, in menſe Octobri Wallenſteinius eos ex improviſo adoritur, & repente ab omni parte circumventos ſine ullo certamine ad deditionem cogit. Gregarii omnes ipſi Sacramentum dicere juſſi ſunt, Ductores plerique etiam ſine lytro dimiſi. Ea victoria omnem Sileſiam Wallenſteinio aperuit, Gorlicium, & Goldberga vi expugnata, Lignicium, Glogoviam, Landsbergam, Francofurtum, aliaque ad Oderam loca deditione cepit. *Ita Adolphus Brachelius in Hiſtoria noſtri temp. lib. 4. pag. mihi 277.*

(*c*) Opidu-

(c) Opidulum belli tempore plurima ſui parte devaſtatum: in colle Templum habet turri conſpicuum ſub titulo & patrocinio DEI Matris Eliſabetham viſitantis.

In Inſigni terna gerit trifolia, Magiſtratus à Domino Poſſeſſore confirmatur.

In templo eſt antiquiſſima imago miraculoſa è ligno integram Virginis ſtaturam referens, pro qua ſeparatum ſacellum erectum eſt. *Hæc D. Naſo de Löwenfels in MS.*

Stinavia, vel Steina hac Oppolienſi oriundi ſunt

BEATUS CESLAUS
&
SANCTUS HYACINTHUS,

Fratres Germani S. Prædicatorum Ordinis.

Hujus vitam in Breviario Romano Lector inveniet; Illius vero Elogium ex RR. PP. Prædicatorum Archivis excerpſimus, quod ſic habet:

Beatus Ceslaus ex Odrovanſia ſtirpe natus, atque ſecundum carnem Frater Sancti Hyacinthi Confeſſoris ex eodem Prædicatorum ordine, in ejus ætate florida ſub Ivone Patruo, Cracoviæ Præſule, Canonicus extitit Cracovienſis, vitæ ſanctitate jam prælucens; in ſacra poſtmodum Prædicatorum familia ſimul cum eodem ſancto Hyacintho Romæ fuit adſcriptus à Glorioſiſſimo Patriarcha Sancto Dominico ſub initium decimi tertii ſæculi, ſanctique viri prædicti mediante diſciplina poſt ſuſceptum Religionis habitum tantum profecit in vigiliis, jejuniis, orationibus, carnisque mortificationibus, in humilitate ſumma fervidaque prædicatione, ut verus beatiſſimi Patris imitator apparuerit.

Hinc ab eo ſeptentrionales in oras cum prænominato divo Hyacintho fratre miſſus, verbi Dei promulgatione multas animas lucratus fuit; Triſaci, Pragæ, Vratislaviæ, nec non aliis in locis Religionem ſuam plantavit; orasque prædictas eximiæ ſuæ ſanctitatis odore, famaque continuo perfudit.

Mirabili cum prodigio, mediantibus illius orationibus & lacrymis Arx Vratislavienſis à rabie Tartarorum defenſa fuit, aliisque pluribus, adhuc vivens, etiam prophetico Spiritu dotatus, claruit miraculis: quatuor potiſſimum defunctos ad vitam revocando, donec heroicis virtutibus, & famigerata ſanctitate refulgens anno 1242 feliciter in Monaſterio ſui Ordinis dictæ Civitatis Vratislaviæ quievit in Domino: Neutiquam

ceſſante Deo, poſt obitum quoque, famulum ſuum dietim clarificare novis prodigiis, novisque miraculis utique ſingularibus.

Hæc habentur ex Epitome probationum per Abrahamum Bzovium ex antiquiſimis monumentis, & Hiſtoricis compilata, & in poſitionibus atque articulis methodice diſtincta coram tribus Judicibus in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutis, & præſentibus quatuor teſtibus omni exceptione majoribus, attente per duos notarios publicos conſcripta.

§. 143.

STRELA.

Strelen/Cromero Strelinum, (*a*) opidum ad Olavam fluvium inſignis pulchritudinis, agro beatiſſimo, pingviſſimoque cinctum. Hoc enim præcipue tractu lætiſſimas fruges tellus producit. (*b*) Cœnobium quondam habuit Virginum Clariſſarum, ab eo ipſo, qui opidum à Fratre Germano Henrico Duce Wratislavienſi A. C. 1291 ſibi donatum mœnibus auxit, Boleslao puta Suidnicenſi & conditum, & dotatum; (*c*) Sed quod, dum incendio deflagraſſet, reſtaurari hucusque deſiit: prædia interim illius ac reditus jure hypothecario obtinentibus Illuſtriſſimis Principibus Brigenſibus. Pertinuit ſat longo tempore ad Ducatum Monſterbergenſem; inde cum ad Principes Teſchinenſes perveniſſet, Semovitum nempe ordinis S. Johannis Hieroſolymitani per Bojemiam, Poloniam, Moraviam, & Auſtriam Magiſtrum, atque eo defuncto Caſimirum Ducem Teſchinenſem & Ausvicenſem; ab hoc tandem Ludovicus II, Dux Brigenſis, ære ſibi ſuo auctoritatem faciente Sigismundo Imperatore A. C. 1428

1428 comparavit, & ad posteros transmisit. Haud procul opido multæ occurrunt saxifodinæ boni & pulchri ad architectonicam lapidis. Magna sui parte exustum est anno hujus seculi undevigesimo, incendio tristi ac subito: quo ipsum etiam turris, quæ prope Curiam stat erecta, fastigium arsit, flammasque in vicinum omne ædificium ejecit, meditullium fere illius Regionis: indeque non longa via arx Ducalis, & magni nominis prædium, à piscina magna cognominatum.

(a) In Insigni minori Civitas habet literam S. quam sagitta decussatim penetrat; forsan ideo, quod ipsum urbis nomen Strzala Slavice sagittam significet: In majori vero Insigni Justitiam gerit, lance & gladio armatam.

Epigramma libet adscribere Andreæ Calagii Poëtæ Wratislaviensis, quod in Strelensium scripsit insignia ad Scholam novam anno 1585 erectam:

Lance potens, gladioque minax velut ille Michaël
Assidua adversus damona bella gerit.
Sic recte Strelensis agens, omnisque Senatus,
Exulibus Musis atria digna struit;
Ut vigeat Divinus honos, respublica, & artes,
Barbariesque vetus cedat abacta procul.

Quod ideo referimus, quod vel hinc conjiciatur imaginem illam, quam autor Poliographiæ Justitiam esse perhibet, esse ipsius Divinæ Justitiæ, Gloriæque Vindicis S. Michaëlis, cujus cultui cives hujus urbis olim singulariter addicti fuisse videntur, confirmante hanc conjecturam patrocinio Templi Parochialis hujus Arch-Angeli nomine nuncupati.

Optime tamen noverit ipsa civitas, cujus hæc imago sit, cui forsan perinde fuerit, sive Michaëlis sit, sive Justitiæ, cum inter se nisi alis distingvantur, id quod sequenti versu, dum hæc scripsimus, exprimere, & utramque opinionem conciliare conati sumus:

Angele Justitia es, si pictas exuis alas;
Sed si Justitia has induis, Angelus es.

Ex

Ex Eccleſia Parochiali An. 1531 ultimi Catholici Parochi, quorum alter ex nobili Senitziorum proſapia ortus, alter Albinus Colo, SS. Theol. Doctor, Dominica Lætare autoritate & juſſu Principis Brigenſis amoti, & in eorum locum Wenceslaus Kichler, & Bernardus Meiſner, uterque à fide Catholica Apoſtata, intruſi fuere. *Vide Buckiſch in MSS. Vol. I. c. 5. memb. 10.*

(*b*) Inter ceteras Præſides, quæ huic Cœtui Parthenio præfuere, numeratur BARBARA, Caroli I Ducis Monſterbergenſis filia, ibidem ſepulta.

Inter alias quoque in hoc parthenone Sanctimoniales fuere Apollonia Victorini Ducis Monſterbergenſis, Barbara Joannis II Ducis Saganenſis filiæ, & aliæ celſiori proſapia oriundæ.

(*c*) Quod vero Bona Strelenſis hujus Parthenonis attinet, quando? qua ratione? & quo prætextu ad Cameram Ducalem eorum proventus à Friderico II tracti fuerint, poſt vero autoritate Pontificia atque Cæſarea ad aliam piam cauſſam applicati, Buckiſchiana MSS. Vol. I c. 6 memb. 19 hunc in modum referunt:

An. 1545 hatte Hertzog Friedrich II zu Lignitz und Brieg die Strählſche Klöſter-Güter / ſo viel deren im Briegiſchen gelegen / nachdem zuvor An. 1542 bey graßirender Infection alle Clariſſen und Kloſterjungfrauen / An. 1539 aber den 6 April die Aebtißin Barbara Hertzog Carls I zu Mönſterberg ſiebende Tochter verſtorben / ſub prætextu Juris inveſtiturarum, in welchem die Hertzoge zur Lignitz und Brieg mit den Klöſtern belehnt zu ſeyn vorgegeben, apprehendiret, und ihm / ſo lange er gelebt / eigen gemacht. Nach ſeinem Tode aber hat ſein ſuccedirender Sohn Hertzog George der Schwartze zu Brieg ſich befahret / derer wieder entſetzt zu werden / derowegen ſelbiger deſto verſicherter zu ſeyn / er mit König Ferdinando, welcher ſelbſt auch die zu ſolchen Kloſter-Gütern gehörige / und in andern Fürſtenthümern ſich befindl. Cenſus & reditus veralieniret und vergeben gehabt / ein gewiſſes Vernehmen darüber eingezogen / und 14000 Thaler in ſpecie darauff vorgelehnet / und ausgezehlet hat / quo jure Hypothecario hernach auch ſolche Güter über 84 Jahr bey dem Fürſtenthum Brieg unverruckt verblieben / biß folgendes 1628 Jahr ſelbte vermöge des publicirten Edicti Ferdinandei de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis wieder gefordert und angeſprochen worden ſind / davon denn im beſagten Jahr ein mehrers.

Unterdeſſen iſt drey Jahr hernach An. 1548 den 26 Octobr. war der

Frey-

Freytag vor Simonis Judæ, frühe zwiſchen 10 und 11 Uhr im Kloſter ſelbſt Feuer auskommen / welches ſich ſchnell und geſchwinde über die Stadt ausgebreitet / daß nicht allein das Kloſter / wie noch heutiges Tages davon die Rudera zu ſehen / ſondern auch die gantze Stadt ſamt der Pfarr- oder Michaelis-Kirche / und dem Rathhauſe gar eingebrannt / und nichts auszubringen geweſen; die Kloſter-Kirche aber / ungeachtet die ſteinern Altaria und der lieben Heiligen Bildniß noch darinnen unverruckt geblieben / zu Vieh- und Schwein-Ställen hernach gebraucht worden iſt / darinnen ich ſelbſt noch ein Knab biß über die Schuhe ſalva venia im Schwein-Koth gegangen / biß endlich / als ſothane Fundation vom Pabſt den PP. Jeſuitis cediret / und von ſelbten abgefertiget worden / dergleichen Profanation zu Evitirung des daraus beſorgenden Aergerniß abgeſtellet / und gedachte alte Monumenta daraus weggethan; hingegen aber die Kirch und deren Sacella wieder etlicher maſſen geſaubert worden ſind.

Fundationem pro egenis decora forma præditis puellabus erectam ſequentibus deſcribit Idem Buckiſch l. c. Cap. 8. memb. 10.

Sonſten iſt hier auch nicht mit Stillſchweigen zu übergehen daß dieſes 1555ſte Jahr Vincentius ins 40ſte Jahr Abt zu Heinrichau geſtorben / welcher kurtz vor ſeinem Hinſcheiden / als ein Streliſches Kind / zu Ausſteuer armer doch wohlgeſtalter Streliſcher Mägdlein / ſo von ihren Eltern nichts ererben / 1000 fl. Ungr. zu 56 gr. Weiſe / mit dieſer ausdrücklichen Conteſtation, und auffgebürdeten ſchweren Rechenſchafft / daß es anderwerts hin nicht / als an obangeregte miſerable Perſonen / ausgegeben werden ſolle / fundiret / und Biſchoff Baltzern und Herzog Georgen zu Brieg zu Executoren verordnet / welche Fundation noch heut zu Strelen in viridi obſervantia iſt.

Strelam ortu ſuo jam olim magis nobilitavit

Venerabilis Pater IOANNES STRELENSIS, ſacri Prædicatorum ordinis ſacerdos, qui ſermones (ut verbo utamur Abrahami Bzovii) *pulcherrimos* ſcripſit, ideoque promeritus, ut honorifico illorum Virorum, qui Eccleſiam ſcriptis illuſtrarunt, Cœtui accenſeretur a præfato ſcriptore Eccleſiaſtico. Obiit Anno 1494.

In Henelii Sileſia Togata ſequentes doctrina præclari Viri inventi ſunt:

JOANNES FERSIUS D.

Strelæ Ducatus Brigenſis oppido honeſtis parentibus natus Joannes Fer-ſius, ac prima inde adoleſcentia præclara ingenii ſui ſpecimina, in Acade-

mias autem delatus ea eruditionis edidit documenta, qua lauream Philosophicam in Septemvirali Saxoniæ Albo Monte per Casparum Strubium, Medicinæ Doctorem ac Professorem publicum, prid. Non. Aprileis anno millesimo quingentesimo septimo & octogesimo solemniter impetravit. Hunc in modum, cum ad sublimiores illas Medicorum Scholas, quibus se & studia sua primaria destinatione sacravent, abunde virium & apparatus habere judicaretur, optimis quibusque Sectæ suæ Magistris sese applicuit, & in hac quoque sic profecit, ut summus Asclepiadeæ scientiæ insignibus decoratus, Doctorque solemni Academiarum more Francofurti ad Viadrum Joanne Knoblochio, octavùm Decano, septimo Kalendas Augusti ejusdem seculi anno tertio ac nonagesimo egregio suo merito creatus fuerit. Odi homines ignava opera, vetus Pacuvii versus est. Quo quidem cum eos quoque perstringi videam, qui, quamcumque profiteri artem audent, cujus usum non exhibent, velut militiam, qui nunquam in acie stetit, nunquam castra vidit, nunquam tubarum sonitum, nisi in spectaculis, audivit, aut juris prudentiam, qui nunquam egit causam, nunquam forum, nunquam ullum judicium adspexit, nunquam vel minimam ullius publici muneris partem attigit, utque adeo scientiam eorum, qui nuda Præceptorum notitia intumescunt, mimo aut & somno, ut Apellius ait, similem esse, si cum iis conferantur, qui rerum utilium cognitionem negotiorum | experimentis confirmarunt, haut immerito crederet: in ipso opere, quod didicerat, experiri non infeliciter cœpit, fixoque Brigæ domicilio artem nobilissimam stipendio publico, magno cum successu exercens, iis omnibus, ad quos manu DEI ductus fuit, egregie deserviit, & fide ac dexteritate omnibus satisfecit. Maligna dysenteria correptus, in ipso ætatis flore, die 24 Augusti Anno 1599 communis naturæ debitum solvit. Sil. Tog. lib. 9. No. 12.

JOANNES PILGRAM, M. Dr.

Joannis Sarisberiensis Episcopi Carnotensis de Medicis Practicis adeo elegans exstat testimonium, ut heic quoque legi dignum sit. *Quid „de Medicis*, inquit, *Practicis dicam? absit de his, ut quidquam perversum loquar. In manus enim eorum exigentibus peccatis meis nimis frequenter incido. Non sunt exasperandi verbis, sed potius demulcendi obsequio; nolo me tractent durius: nec etiam sentire audeo, quod omnes clamant. Dicam ergo cum sap. Salomone, quia medicina a Domino DEO est, & vir sapiens non contemnet eam. Nemo siquidem magis necessarius est aut utilior Medico, dummodo sit fidelis & prudens. Quis enim præconia illius declamare*

mare ſufficit, qui ſalutis artifex, procreator vitæ & Dominum imitatur, & vices ejus agit, qui ſalutem, quam ille operatur, & quaſi Dominus ac princeps donat, iſte Oeconomus & Miniſter procurat & diſpenſat. Hæc ille & diſertus & eruditus ſuo ævo, paulo poſt ut paucorum & nobilium medicorum nomine penitus indignorum iſtud carpens: qui ſibi invicem ſuadent, & oggerunt *condole, accipe*; ita leviſſimæ & inſanientis plebeculæ voces illas damnans, quibus exclamant, Medicos officioſiſſime homines occidere. Ad hanc porro tam nobilem & laudabilem ſcientiam cum animum appuliſſet *Joannes Pilgramus* Strelenſis, amicorum meorum jam inde a Commilitio Wratisl. haut quaquam poſtremus, totus in eo fuit, ut gnarus omnium exigui hujus mundi regionum, non item herbarum poteſtates medicamentoſas, tot ſtirpium facultates, aliarumque rerum naturalium occultas vires neſciret, ac quæ cætera ſunt ejus ſtudii, multa utique ſupellectile probe addiſceret. Idque tali cum ſucceſſu, ut in inclyta Baſilea non emptis, non emendicatis, non tralatitiis codicillis, ſed incorruptis ſuffragiis Senatus eruditorum Medicinæ Doctor publice creatus fuerit. Hinc igitur prima illi dignitas: hinc prima autoritas. Quam cum ſecum in patriam retuliſſet, ac morborum curationem profiteri cœpiſſet, eo felicior in refocillandis ægris fuit, quod circumdatus eſſet præſidiis doctrinæ & inſtructus veris ac fidelibus experimentis, ne ſcilicet metuendum eſſet, ut aut inſciens cui noceret, aut quem & ipſe officioſe interimeret. Wratislaviæ quidem cum larem fixiſſet, ita ſeſe civium animis inſinuavit, ut, cum nunquam labori, nunquam induſtriæ, ac ne officiolæ quidem deceptioni, ſi modo ex ea ſanitas paretur, nec tam circa verba (neque enim quærit æger medicum eloquentem, ſed ſanantem) occupatum viderent, quam ut rebus ipſis ſufficeret, quibus non poterat eſſe remedio, eſſet ſaltem levamento, eſſet ſolatio, nulli pernicioſus, omnibus utilis, operam ejus certatim expeterent, ipſeq; adeò ampliſſimus Patrum ordo dignum judicaret, qui experientiſſimo Medico Doctori Caſpari Conrado in Phyſicatus, quem vocant, munere ſuccenturiaretur, ac velut planta adoptaretur in locum arboris nuper exſtinctæ. Eam provinciam cum vix biennio non ſine ſumma laude ſuſtinuiſſet, ut morti opprimendæ omnis ars invalida eſt, ſic nec ipſe facere potuit, quo minus lethali oppreſſus morbo, poſt decem hebdomadarum decubitum caput morbi ſubmitteret. Id quod factum die decima octava Februar. anno 1636, cum vixiſſet annos quinquaginta quinque, ſeptimanas undecim. Sil. Tog. lib. 10. No. 50.

GEORGIUS SYLVANUS,
Poeta Lyricus, ſtarb zu Rom im Hoſpital in groſſer Armuth.
ELIAS THALWENTZEL,
Conſiliarius Bipontinus & Gymnaſii Hornbecenſis Rector. Obiit 1614. æt. 43.
JOANNES LININGIUS,
Hiſtoriographus, Schol. Ducat. Olsnenſ. Rector. Ob. 1616. æt. 50.

§. 144.

STRELICIA MAJOR,

(a) Groß-Strelitz / opidum cum arce Ducatus Oppolienſis: ſedes quondam Ducum aliquot Oppolienſium, quos inter Albertus a Wratislavienſibus communicationem jurium ſuorum, quandocunque & quotiescunque fuerint requiſiti, civibus impetravit ſuis, hactenus tamen ut in cauſis litigioſis à nemine alio, quam à Rep. Wratislavienſi conſilia petere debeant. Hodie paret honoratiſſimæ Baronum de Rhedern familiæ. (b)

(a) Oppolium inter & Tarnovicium Wratislavia ſedecim milliaribus diſſitum.
Nundinis gaudet 1. 1. Januarii.
2. In Inventione S. Crucis.
3. In feſto S. Laurentii.
(b) Comitum hodie de Colonna.

§. 145.

STRELICIA MINOR,

Klein-Strelitz / opidulum apertum Baronis Proskovii in eodem Ducatu. (a)

(a) A. 1686 in Julio penitus exuſtum.
Mercatu annuo gaudet
1. In feſto S. Margarethæ.
2. In feſto S. Martini.

§. 146.

§. 146.

STREGOVIA.

Striga / Cromero Stregonum, nonnullis Trimontium, à tribus montibus imminentibus ſic dictum, (*a*) opidum ſatis amplum, loco fertili ad (*b*) Czislam amnem ſitum. Monaſterium habet Virginum Ordinis S. Benedicti, ut & Commendam Hoſpitalariorum D. Johannis Hieroſolymitani. Templum (*c*) Parochiale magnificum, crucis in formam ſtructum, cum turre excelſa, in conum longe ſpectabilem ſurgente. Claram reddit terra, quæ in monte D. Georgii effoditur, ſigillata; (*d*) Celebritatem auget (ne quid de lychnidibus dicam coronariis) cereviſia, quæ ibi ex tritico coquitur, optimis accenſeri ſolita. (*e*) Quanquam non deſunt, qui vim illius cenſeant flatulentam, cavendamque iis, qui ſedentariam exercent vitam; quales ſunt hi, qui libros nocturna, diurnaque manu verſant.

(*a*) Secundum Polonicum etymon à Trzi, & ga (Drey berg) dicitur Polio.

(*b*) Naſo fluviolum Civitati ſcribit eſſe cognominem.

(*c*) SS. Petro & Paulo ſacrum. Equitum Melitenſium, Commendam hic habentium. Quæ ſub Excellentiſſimo DD. Commendatore Comite de Herberſtein ex ruinis, in quas tot, tantisque temporum injuriis conſederat, in novum, veterique longe magnificentius atque commodius ædificium hodie reſurgit. Eccleſiæ longitudo 130 ulnas absque quadrante, latitudo 63, altitudo 46 complectitur. In hoc templo intra ſacrarium vel Tabernaculum lapideum ultra ſemialterum ſeculum ſacratiſſimum Chriſti corpus ſub panis ſpecie in multis conſecratis hoſtiis conſervatum fuit, & conſervatur hodieque incorruptum.

Anteriores hujus Eccleſiæ columnæ duæ, fornicem ſuſtinentes, tam artificioſe ſunt conſtructæ, ut nullus, ore alteri columnarum propius ad-

moto, tam ſubmiſſe verba pronunciare valeat, quin alius aures columnarum alteri applicans verba ſubmiſſiori voce pronunciata non percipiat tantum, ſed & diſtinguat, & intelligat. Imitatus fuit faber murarius artificem illum, qui teſte Adriano Romano E. A. Mantuæ aulam quandam ea arte conſtruxit, ut nemo in ea tam ſubmiſſe loqui valeat, quin is, qui aures muro apponit, intelligat voces loquentis.

Prope Templum iſtud Parochiale ſacellum eſt S. BARBARÆ, Judæorum olim, antequam anno 1454 urbe ejicerentur, Synagoga, quod Vladislao Bohemiæ Rege jubente ſacratiſſimi corporis Chriſti Venerationi, & S. BARBARÆ V. & M. honori ſacratum, dein vero temporum injuriis una cum aliis Civitatis ædificiis decore ſuo priſtino deſtitutum, ſub ſeculi proxime præteriti medium laudatiſſima Noſtitziana munificentia renovatum fuit, quod Naſo ſequenti notat epigrammate:

Judæis fueras olim Synagoga, priusquam
Barbaries læſit corpus iniqua DEI.
Pulchrior eſt Tibi jam facies, ſit BARBARA Præſes,
Ornatum BARO contulit OTTO Tibi.
Placantur ſuperi donis, Tibi BARBARA Virgo,
Ut non ſis illi barbara, dona dedit.

RR. PP. Carmelitarum noſter hic meminiſſe noluit, qui jam anno Dni 1383 Wenceslao rerum in Bohemia potiente ante portam Swidnicenſem exſtruxere Monaſterium, anno tamen 1428 Huſſitarum rabie ita ſolo æquatum, ut locum, in quo ſitum fuerat, vix notent paucæ ruderum reliquiæ. Patres vero tempeſtate illa ſæviente intra urbem ſuſcepti prope portam Jarovienſem Domum aliam tam DEO, quam ſibi anno 1430 ædificarunt, ſacratiſſimoque DEI Matris nomine conſecrarunt. Unde *quidem* Lutheri tempore ab incolis fidem novam profitentibus *antiquiſſimus* hic ordo ejectus, & in centum ac triginta circiter annorum exilium actus, fide tamen Catholica in Sileſia refloreſcente, etiam ſacer hic ordo refloruit, &, ſicut alibi, ita in Cœnobio quoque Strigavienſi priſtino decori & flori reſtituto, non modo fragranti Religioſæ ſuæ converſationis odore, ſed & zeloſa Verbi Divini prædicatione (qua cum cura Parochiali in dicto magnifico Templo fungitur) uberes profert fructus bonorum operum.

Illud, quod de Eccleſia Sanctimonialium S. ordinis S. Benedicti, nec non de gratioſa quadam Deiparæ imagine miraculis olim clara traditur, ex Naſonis Redivivo Phœnice pluribus deſcribere juvat.

Eh und zuvor die Stadt Strigau mit Mauern umſchloſſen war/ iſt die Kirche zu unſer lieben Frauen (allwo vor Alters/ wegen eines annoch gegenwärtigen Wunder-wirckenden Bildes/ eine groſſe Wallfahrt geweſen) durch das reiche Allmoſen frommer freygebiger Catholiſcher Chriſten im Jahr 1114 aus Steinen erbauet/ mit einem ſtarcken Gewölbe beſchloſſen/ und nach Anleitung des heiligen Bildes/ zu unſer lieben Frauen genennet worden.

Als nun im Jahr 1241 die grauſamen Tattern das Land Schleſien überfallen/ und iederman in groſſer Furcht und Schrecken geſtanden/ haben die fromme und eyferige Chriſten (wie aus den alten Schrifften zu bezeugen) das Bild der ſeligſten Mutter Gottes (welches in der rechten Länge/ und Geſtalt einer ſchönen Jungfer aus Stein gehauen/ auff dem lincken Arme das Kindlein JEſus/ und in der rechten Hand einen vergöldeten Zepter trägt) um Sicherheit wegen als ihren höchſten Schatz und Kleinod/ in der Kirche nicht ferne von dem hohen Altar eingemauert und verwahret; darüber dann die gottſelige Chriſten theils durch die erſchreckliche Tyranney der Tattern erbärmlich umkommen/ theils auch ſo um dieſes Bildniß (wohin man daſſelbe beſchloſſen) Wiſſenſchafft getragen/ ihr Leben natürlich geendiget; daß man nachgehender Zeit keine gewiſſe Nachricht erlangen können/ ob die Tattern das Wunder-thätige Bildniß verunehret und zerſchlagen/ oder ob es in die Erde vergraben ſeyn möchte: biß endlich im Jahr 1303 (nachdem die Stadt Strigau allbereit mit Mauern umſchräncket war) eine groſſe Peſt in Polen entſtanden/ und GOtt daſelbſt einem frommen Geiſtlichen durch ein Geſichte angezeiget/ daß/ wann die Wallfährtner aus Polen das heil. Bild zu Strigau in Schleſien antreffen und finden möchten/ alsdann die grauſame Peſt (welche viel tauſend Chriſten verzehret hatte) gleich einem Rauche verſchwinden ſolte.

Welches von GOtt eröffnete Geſichte gedachter fromme Geiſtliche ſeiner anvertrauten Gemeine erkläret; worauff die Wallfährtner aus Polen in volckreicher Menge nacher Strigau kommen/ und das Bild ſo lange mit heiſſen Thränen/ eifrigem Gebete und bußfertigem Gemüthe geſuchet/ biß an dem Orte/ wo es eingemauert geſtanden/ ein ſchöner ungewöhnlicher Stern am hellen Tage über der Kirchen erſchienen/ der auch (nach Inhalt der Uberſchrifft) durch ein gantzes Jahr/ Tag und Nacht daſelbſt unwandelbar verblieben/ und von viel tauſend Perſonen mit höchſter Verwunderung geſehen worden.

Da

Da nun die Polniſche Chriſten beſagten Ort / inwendig in der Kirche / an der Haupt-Mauer (darinne es noch biß auff den heutigen Tag von Geiſt- und Weltlichen fußfällig verehret wird) auffgebrochen / und das angezeigte Bildniß (welches durch 62 Jahr daſelbſt verborgen geſtanden) angetroffen / haben die Chriſtliche Wall-Brüder ſich darüber hoch erfreuet / ihr Gelübde abgeleget / und mit Frohlocken ſich zurücke gewendet nacher Polen / daſelbſt ſie erfahren / daß gleich zur ſelbigen Stunde / als ſie das heil. Bild zu Strigau in Schleſien durch Anleitung des erſchienenen Sterns angetroffen / die gewaltige Peſt in Polen nachgelaſſen / und die Verheerung des Landes beſchloſſen habe.

Daß nun der gnädige GOtt dieſer Polniſchen Chriſten zu ſeiner allerwertheſten Jungfräulichen Mutter gewendete Andacht ihme wohl belieben laſſen / zeuget uns die durch inbrünſtige Seufftzer erbetene / und auff Vorbitt der glorwürdigſten Jungfrauen von GOtt erworbene und dem Königreich Polen verliehene Gnade / welche noch zu ſtets-währendem Gedächtniß der ſchuldigen Danckbarkeit / in denen Polniſchen Geſchicht-Schreibern ſoll zu befinden ſeyn.

In imaginem thaumaturgam D. Virginis MARIÆ:

Monſtrat ſtella Magis nati incunabula CHRISTI,
Lætitiâ Regum pectora ſtella replet.
Monſtrat ſtella DEI MATRIS ſimulacra Polonis,
Lætitia illorum pectora ſtella replet.
Filius & Mater ſtella duce proditur, una
Naſcitur hinc fauſta proditione ſalus.

Nachdem im Jahr 1632 die Chur-Sächſiſche / Brandeburgiſche / Schwediſche / und andere Völcker im Lande hin und wieder alles verheereten und verzehreten / daß die arme Geiſtliche auff den Dörffern ihre Pfarr-Kinder verlaſſen / oder zuſamt ihnen dem Elende ſich ergeben muſten / hat ein frommer Pfarrer von Jeriſch / in dem Kirchel / vor oberwehntem Wunder-Bilde das heilige Opffer der Meſſe GOtt inbrünſtig vorgetragen / und die glorwürdigſte Mutter Gottes demüthig angeruffen und gebeten / daß / ſo fern es der Wille Gottes / und ſie wegen Verfolgung ſolten von dannen abweichen / ihnen GOtt ein gewiſſes Zeichen verleihen wolte.

Worauff / in Gegenwart vieler glaubwürdigen Perſonen / dreymal der vergoldete Zepter aus der Hand des Bildes / auff fünff Schritte weit / gegen dem Altar geſprungen / und damit angezeiget / daß die fromme Chriſten ſich der Gefahr entziehen ſolten.

Daß

Daß ſolche Geſchicht ſich wahrhafftig zugetragen / kan mit unterſchiedenen Leuten / ſo es mit groſſer Verwunderung ſelbſt angeſehen / bezeuget werden.

Es iſt noch ein kleineres Bildnis auff dem Chore der GOttgeweiheten geiſtlichen Jungfrauen / welches die ſelige Fürſtin Beatrix, Stiffterin des Jungfräul. Kloſters / inniglich geliebet in ihrem Zimmer / mit demüthiger Ehrerbietung verwahret / und vor demſelben ihr eiffriges und inbrünſtiges Gebet GOtt täglichen auffgeopffert.

Die hochwürdige Aebtißin Eva Regina zeigete mir / nebenſt andern glaubwürdigen Perſonen / an / daß / ſo offte dem Fürſtl. Geſtiffte ein Unglück begegnen ſolte / gemeldtes Bildniß (welches ohngefehr anderthalb Spannen hoch / und auf dem lincken Arm das Kindlein JESUS trägt) den Abend zuvor / in Anweſenheit der geiſtlichen Jungfrauen / zu erblaſſen pflege.

Multoties docuit gravis experientia facti;
Ne facies ultro pallida fiat, avent.

Das Jungfräul. Geſtifft (welches vormahls in groſſem Anſehen und Reichthum gegrünet / nunmehro aber durch überhäuffte Krieges-Laſt und andere Beſchwerniß in Armuth gerathen / und Chriſtlichen Mitleidens wohl würdig) hat die fromme Schleſiſche Hertzogin Beatrix (von dero heilig geführtem Wandel in alten Schrifften viel zu leſen iſt) im Jahr 1307 aus eyfriger Andacht / zu Nutz und Heyl vieler Seelen erbauet / und mit herrlichen Einkünfften und Gütern (ſo mehrentheils die gottloſe zerrüttende Zeiten geſchmälert und verſchlungen) reichlich begnadet / und ausgeſteuert. Die gottſelige Fürſtin führete in ſolches Geſtifft die fromme / geiſtliche / und GOtteingeweihete Veſtales des Heil. Ordens D. Benedicti, denen ſie das Kloſter / zuſamt allen zugehörigen Pfründen / Einkommen und Gütern eigenthümlich übergeben: und ob zwar die dazu gewiedmete Güter / durch Uberlaſt und Zerrüttung des Krieges / und hieraus erwachſenen Verfolgung / faſt alle dem Fürſtl. Stiffte entfallen; iedennoch werden zu unſerer Zeit noch ſo viel geiſtl. Jungfrauen mit Kummer und Sorgen erhalten / daß der heil. GOttesdienſt zu Tag und Nacht nach Maßgebung der heiligen Satzungen / der uhralten Stifftung gemäß / eyfrig verrichtet werde.

In dieſer Gottgeheiligten Wohnung lebete vorzeiten eine ſehr andächtige Kloſter-Jungfrau / Nahmens Barbara Löwin / welche faſt Tag und Nacht in der Liebe gegen GOtt / und ſeiner allerreineſten Mutter /

mit eyfrigem Gebet und inbrünſtigen Seufftzen verzehrete; Als nun in der Nacht die gebenedeyete Mutter Gottes/mit groſſen und kleinen Sternen umkrönt/der frommen Jungfrauen Barbaræ hell erſchienen/ fragte die Jungfrau aus geiſtlichem Vorwitz/ was doch die Ungleichheit der Sterne bedeuten möchte? erlangte hierauff zur Antwort; daß die groſſe und mindere Sterne die unterſchiedene Andachten/ mit denen ſie die Mutter unſers Heylandes verehret/verſtanden würden. Wer ſolchen Verlauff mit mehren Umſtänden zu wiſſen verlangt/kan deſſen bey dem Fürſtlichen Geſtifft theilhafft und vergnüget werden.

Ad religioſam Virginem Barbaram Löwin:

Virgo, Cliens Divæ Matris, gratiſſima cœlo,
Congruit haud vitæ nominis arrha Tuæ.
Barbara natura non crederis eſſe Leana,
Non venit ad ſimiles Virgo, DEique parens.
Barbara es adverſus carnales Virgo Leana
Illecebras: nomen convenit ergo Tibi.
Miraris ſtellas, quibus eſt circumdata Mater;
Miraris propriæ ſic pietatis opus.
Talia ſi condat pietas tua ſidera, cœli
Nil opus eſt aſtris, Virgo beata, Tibi.

Hucusque Naſo.

(*d*) Multa jam ſupra cap. 3 Henelius noſter de Terra Sigillata, de qua Naſonis placet addere epigramma:

Quando ſigillatam vendis Strigovia terram,
In varias terras ſic tua terra venit.
Si vendis terram, ſignum eſt migrare volentis,
Convaſant lapides jam tua tecta ſuos.

Priſtino nimirum decore hodie deſtituta eſt, & ad eas rei familiaris decidit anguſtias, ut egentiſſimis Sileſiæ urbibus annumeretur; cum tamen iis opibus olim prædita fuerit, ut anno 1530 Ferdinandum I Glorioſiſſimæ memoriæ Romanorum Imperatorem decenti hoſpitio excipere potuerit.

Urbis inſignia ſunt S. Petrus cum clave, & S. Paulus cum gladio, ut Naſo ſcribit: Secundum Polium autem tres montes.

Quid circa annum 1633 vel à ſolo Suecico milite paſſa fuerit,

- - - dicant veſtigia belli
Et pallens urbis facies, murique ruinæ,

Anno

Anno certò 1633 ab hoc hoſte adeo fuit ſpoliata, & annis 1639 nec non 1642 ad illam cives redacti ſunt inopiam, ut multi panem, quem eſurienti proli frangerent, non habuerint. Numerus Civium, quorum olim 500 circiter fuere, usque adeo imminutus, ut vix centum hodie ſit reperire.

Ex multis, quorum Strigovia locus natalis fuit, aliquos ſaltem adſcribemus; quorum primus ex veneranda prodiens antiquitate nobis eſto:

Venerabilis P. Frater THEODORUS, à patria, cujus nomen varie antiqui variarunt, STRIGTZENSIS cognominatus, SS. Theologiæ Magiſter, Sacri Ordinis Prædicatorum Sacerdos. *Fuit hic* (ut Abrahamus Bzovius de illo teſtatur) *Huſſitarum Antagoniſta, contra quos tunc graſſantes multum deſudavit, concionibus doctiſſimis, diſputationibus acerrimis, perſuaſionibus privatis, ut deſciſcentes à vetere fide ad eam reduceret, nutantes firmaret. Inter hæreticos excurrens licet plurima paſſus, tamen nunquam deſtitit operam navare Eccleſiæ tuendæ.* Poſteritati reliquit monumenta laboris & agonis ſui: *Theſaurum doctrinæ Catholicæ contra Vicleffum, & ejus ex Codicillis hæredem Joannem Huß; Pro Eccleſiaſtica Hierarchia contra Joannem Rochezanum defenſiones: In Georgium Podiebradium Bohemiæ Regni Occupatorem Rejectamenta pro autoritate ſummorum Pontificum, Pii II & Pauli II. De promiſcuo Uſu ſacroſanctæ Euchariſtiæ contra eosdem Huſſitas: Confeſſionem orthodoxæ Religionis tribus Voluminibus comprehenſam: De rebus geſtis ſui temporis Volumen unum: Pro Fantino Epiſcopo Torcellano Legato Apoſtolico, in vincula à Podiebradio conjecto, Apologiam, &c.*

Huic ſuccedant

D. MATERNUS GNISEN de ROBACH, SS. Theologiæ Doctor, Canonicus Wratislavienſis, Decanus Pragenſis in Wiſcherad, Rudolphi II Imperatoris, antequam ad altiores illas dignitates aſcenderet, Capellanus Aulicus.

D. MICHAEL GNISEN de ROBACH, utriusque Juris Doctor, Appell. Prag. Secretarius, qui poſtea ſacrum Ordinem S. Franciſci RR.PP. Capuccinorum ingreſſus celebris Eccleſiaſtes factus eſt.

D. JOANNES BERNARDUS GNISEN de ROBACH, SS. Theologiæ Licentiatus, Canonicus Pragenſis.

MELCHIOR GNISEN de Robach, cui Henelius ſequens ſcripſit encomium:

MELCHIORIS GNISEN, Jure Conſulti, Virtus & Doctrina polita patriæ ſuæ Serigoviæ, ubi nimirum primam hujus lucis uſuram aſpexit, patre Materno, *viro ibidem honorato, imò Sileſiæ univerſæ gloria*

erit honorique perpetuo. Rudolphus II ſane, Imp. glorioſiſſimus, eximias ingenii dotes, quæ in eo adhuc juvene adparebant, ſic amplexus eſt, ut hominem, ſtudiorum cauſa in Italiam proficiſcentem, ad illa eo felicius proſequenda Sereniſſimo Ferdinando de Medicis, magno Hetruriæ Duci, commendarit: exinde vero reverſum aſportatis ſecum honoribus, qui in Scholis maximi & ampliſſimi decerni ſolent, inter Conſiliarios ſuos receperit, & Equeſtri inſuper Ordini adſcripſerit. Auguſti ergo Areopagitarum Pragenſium Collegii lumen & ornamentum fuit ſingulare: idemque ordinis Hierosolymitani S. Joannis Advocatus, ejusdemque Prioratus in Bojemia Cancellarius. Sed quo munere aliquot ante obitum annis abdicato, Senatorium illud duntaxat retinuit, ac Collegii ſui dignitatem conſilio, ſapientia, & auctoritate, quam habebat maximam, eo præclarius defendit, quo plura ab eo & in Senatu, & in foro, vel proviſa prudenter, vel acta conſtanter, vel reſponſa acute ferebantur: atque adeo tanquam manus opere, ſic animus ejus multarum rerum uſus (qui quidem Magiſter optimus, imò Magiſtrorum omnium præcepta ſuperat) ita calluerat, ut nihil ignotum illi eſſet, nihil novum, nihil inauditum videretur. Religionis Pontificiæ aſſertor fuit ſtrenuus; ſed cætera tamen minime indignus laudibus, quas à laudatiſſimis Viris vivus pariter & mortuus tulit: noſtrum quidem hoc qualecunque præconium eo magis meritus, quod me, quanquam nunquam viſum, ſed ſolo literarum commercio cognitum, ea benevolentia amplecteretur, ut ſi quam illi cauſam commendarem ex jure & æquo decidendam, quo nimirum, quod litigantibus debebatur, quam commodiſſima conditione, & quam minima cum moleſtia obtineretur, (neque enim, niſi quod juſtum & honeſtum eſſet, quicquam unquam ab eo amicitiæ fiduciæ poſtulavi, memor illius Plautini: injuſta ab juſtis impetrare non decet) *nihil omnino prætermitteret, quod ſalva fide & officio facere poſſet, atque adeo, quod ſua ſponte facturus erat, mea cauſſa libenter, prolixe, celeriter faceret. Obiit in Bojemiæ Metropoli anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto.*

Sil. Tog. Lib. 5. No. 44.

JOANNES MONTANUS.

JOANNES SCULTETUS cognomento MONTANUS, ſive *Trimontanus*, (à patria ſua Strega ſic dictus) eximius Philoſophus ac Medicus, artis Chymicæ peritiſſimus, terra marique longe lateque peregrinatus, ac gratia, qua divinitus pollebat in difficillimis ac periculoſiſſimis morbis, rerum æſtimatoribus tulit: quod illum terra ſigillata Stregonienſis primum agnoſcit Inventorem, ea nempe, quam axungiam ſolis ipſe primum

mum nominavit, ac ſcripto de illa edito, converſum eſſe aurum DEI providæque naturæ ordinatione in præeminentem præparatum medicinam transmutatumque peculiariter adverſus venena utilem non minus, quam medicamenta, quæ magnis ſumptibus ex auro Ungarico conficiuntur, docuit: colore autem, & virtute qua Samiæ, qua Lemniæ, ſi non præferendam, coæquandam tamen experientia docti medicorum cenſent filii.

Diem obiit Vir ingenioſiſſimus die tertia Junii anno Salutis quarto ultra ſexcenteſimum & milleſimum, ætatis tertio ac ſeptuageſimo: patriamque ſuam ſicut & re elopera, quoad poterat dum vixit, juvit & ornavit. Sil. Tog. Lib. 10. No. 23.

Huic ſuccedat Filius

ELIAS MONTANUS, Medicinæ Doctor, Joannis Georgii Principis Lignicenſis Medicus.

JOANNES WITTIG de WITTIGSHEIM, utriusque Juris Doctor, Imp. Maximiliani I Conſiliarius Intimus. Cujus parens civis fuit & ſutor Strigovienſis.

JOANNES DANIEL KOSCHWITZ, Medicinæ Doctor magnæ celebritatis.

GEORGIUS HILLER, Utr. Jur. Doctor, Procurator Cameræ Cæſareæ Budiſſinenſis.

MARTINUS REIMANNUS alias GNISEN dictus, Utr. Jur. Doctor, Conſil. Cæſareus.

M. DANIEL ROTH, Medicinæ Practicus, Chym. celeberr. Wratislaviæ, & alii complures, præſertim Medici, quorum occaſione ex Naſone noſtro ſequens hexaſtichon apponimus:

Tot claros habuit Medicos Strigovia quondam,
Non eſt jam Medicus, qui bene curet eam.
Indiget: at fruſtra langvens medicamina ſperat,
Deſperata jacet nunc in agone ſalus.
Ah MONTANE! feras aurum potabile, ſumme
Hoc habet urbs (quamvis ebria ſiat) opus.

§. 147.

STROPPAVIA.

Stroppen/(a) opidulum immœnitum in Ducatu Olſnenſi, Dominum agnoſcens Johannem Georgium a Czedlitz.

(a) vel

(a) vel Stroppa, milliaribus sex à Silesiæ metropoli distans. Nundinas celebrat

1. In Conversione S. Pauli,
2. In festo S. Georgii,
3. In omnium Sanctorum.

§. 148.

SVVIBUSIUM

Schwibussen / (a) Cromero *Suebodinum*, Althamero *Suibissa*, Pancratio Vulturino *Suebissena*, Opidum Ducatus Glogovienſis limitaneum, ultra Viadrum ad Rhorbach fluvium, finesque Poloniæ & Marchiæ loco opportuno, in amœna quippe, fertilique planicie collocatum, ubi magna rerum omnium neceſſariarum copia. A Suevis vel Suionibus conditum, & cognominatum, inoblitteratamque conditorum memoriam exhibere plerorumque conſenſus habet. Rempublicam, Eccleſiam, Scholam habet, imò habuit optime conſtitutas. Templum parochiali eximio viſitur, ac turri prælta inſigne. Curia Senatoria tota ex lapide ſtructa, duabus turribus, inſignique fulget horologio. Urbanæ elegantiæ & opulentiæ *munimentum*. Caſtrum ſive arcem Regiam una *cum* reditibus eo pertinentibus hypothecario jure poſſidet generoſa Knobelsdorffiorum familia. (b) Originem dedit multis præclaris Viris, è quibus Jacobus Schikfuſius D. patriæ hujus ſuæ laudes cum in Sileſia Curæana ab le illuſtratâ, tum in præfatione Logicæ ex Ariſtotelico organo depromptæ, præfixa, pluribus perſecutus eſt.

Curæ-

Curæus ipſe notat, ibi collocatum fuiſſe ordinem Equitum S. Mariæ adverſus Prutenos ac Pomeranos, qui ſubinde totam illam oram hoſtiliter ferro & flamma percurrebant. Iconem opidi æri inciſam repræſentat in theatro urbium lib. 5. l. 5. charta 50 Georgius Braun Agrippinus: idque curante Maximiliano à Knobelsdorff, Cæſareo in Camera Sileſiaca Conſiliario, Præfectoque Sueboſſenſi; cui lector gratiam habe. Elevatio poli eſt 52, 10. longitudo 37, 53.

(a) In ihrem Wappen führet ſie im weiſſen Felde oben zwey Thürne/ und darzwiſchen einen Giebel/ unten aber den Schleſiſchen Adler.

Durch die Stadt flieſſet das Waſſer die Schwemme genannt.

Hart am Schloſſe iſt eine groſſe See die Nißliſche genannt/ in welcher nebſt andern köſtlichen Fiſchen auch zu gewiſſer Zeit die Murænen gefangen werden.

Es findet ſich auch daſelbſt ein ziemlicher Weinwachs.

Eine halbe Meile von der Stadt niſten in einem Walde die Reiger in groſſer Menge / davon die ſchönen Federpüſche gefallen.

Vor Alters hat ſie viel von Polen und Brandenburg leiden müſſen/ welche um Schwibuſſen geſtritten haben.

Nachdem ſie Anno 1376 vom König Loctico viel ausgeſtanden/ wurde ſie endlich Anno 1333 von ihm an Schleſien cediret. J. H. C. in MS.

Qua ratione hæc Civitas & totum territorium ab Auguſtiſſimo noſtro Leopoldo Electori Brandenburgico tradita, poſtliminio vero redempta fuerit, capite ſecundo jam docuimus.

(b) Præclarorum Virorum, quorum hic meminit noſter, ſubjiciamus elogia nonnulla ex Sileſia Illius Togata:

FLAMINIUS GASTO, D.

Ipſa quidem virtus ſibimet pulcerrima merces,
Dulce tamen venit ad Manes, cum gloria vita
Durat apud Superos, nec edunt oblivia laudum.

Non minus ſapienter quam ſuaviter cecinit Silius Italicus, itemque haut immerito in Flaminium Gaſtonem *Gabrielis & Wolffgangi utriusque officia*

officiis ac dignitatibus urbicis clari filium ac nepotem quadrat, egregium illud patriæ ac seculi decus, quod Swibusium nobis protulit, opidum inter Ducatus Glogovienſis præcipua unum. Erat in eo acerrimum ingenium, & ad ſtudia magnus impetus, isque à prima ſtatim ætate indiciis haut unis cognitus. Pragam ad Simonem Simonium, ac porro in Italiam profectus Bononiæ Tagliacoſio Chirurgo illi famigeratiſſimo, Claudino Rotæ, & aliis; Romæ autem Ceſalpino, Marſilio Cognato, Philippo Platonico, Franciſco Patricio frequenter adfuit, Neapoli in Ferdinandi Imperat. ἰταλίαν illam exoticorum animantium, lapidum, herbarum, metallorum, & ſi quæ ſunt alia, ejus generis habetur, vidit. Patavii Alexandri Maſſarici, Proſperi Albini, Aquependentis & Saxoniæ amicitiam & familiaritatem exambivit: Inſubribus Pedemontio ac pleraque adeo Italia luſtrata Baſileæ tandem An. 1627 Medicinæ Doctor creatus eſt. Ad ſuos cum rediiſſet, fixo Guraviæ domicilio, artem, quam didicerat, exercendam rectiſſime ſtatuit, eaque non minus morborum & ſymptomatum genera, differentias, cauſas, & indicia, quam herbarum poteſtates, occultas rerum vices, ſalubres tot ſtirpium facultates facillimo negotio pernoſceret; remedia inde legere non temeraria, ſed quæ obices morborum veſaniei arcenda, arma pellendæ eſſent, ſategit. Tametſi vero Hippocratis & Galeni principia in Pathologicis maxima ex parte, ſed liberaliter ſine mancipii lege complecteretur; auctoribus tamen aliis Latinis, Græcis, Arabicis, Germanis legendis minime ſupersedebat; ſed ſedulæ inſtar apis ex omnigenis floribus mel illud ſalutare congerebat, cujus beneficio ægrorum ſuorum doloribus mederi poſſet. Rationem certe cum experientia dexterrime copulavit: in præparandis autem pharmacis præter communia apozemata, & ſyrupos, Hermeticorum quoque Magiſteria eſſentias & tincturas ſibi placere paſſus, Paracelſum Galeno bona ratione, eo autem ſucceſſu junxit, ut cum non niſi ſeris venire videatur uſus ab annis; noſter cum uſu quaſi natus videretur: atque ob id præter incredibilem omnium benevolentiam, quam exinde lucri fecit, nomen ſuum nunquam moriturum per Sileſiam univerſam, nec non vicinam Poloniam, Moraviam & Luſatiam diffunderet, judicii dexteritate, artis felicitate, cumprimisque ſingulari medicamentorum præparatione, quæ norat in minori doſi, & ſine nauſea propinare, ut tamen egregie operarentur, ac prodeſſent, pares illi paucos noſtra ætate, ſuperiorem neminem exſtitiſſe. Hæc ſane encomio Illuſtriſſimo Sileſiæ Pro-Regi Georgio Rudolpho Lignic. Duci commendatus, curandæ ejus valetudini, in cujus vita ac ſalute ſalus quoque Reip. magnam partem tunc verſari viſa, cum honeſtiſſimo Stipendio præfectu

ctus fuit. In quam quidem curam cum toto pectore & animo defixus esset, obsequio & fide sua magnum illum patriæ Patrem in sibi devinxit, ut favoris Principalis non pauca, nec obscura à quamplurimis etiam nunc circumferantur documenta, quorum quidem neutiquam postremum, quod ad visendum ægrotum Princeps ipse Guramvenire non gravatus sit: cum quidem interim non aliis duntaxat ægris, Principibus, Baronibus, ac Nobilitati præcipue eandem ob causam esset desidertissimus, adeo quidem ut postremis præsertim annis, aut ad ipsum tanquam Apollinem aliquem Delphicum difficillimis affecti morbis, nulla valetudinis propriæ habita ratione, jam ad hos jam ad illos fere depositos ei fuerit proficiscendum, sed bonis etiam quibusque ob egregias animi virtutes reliquas longe gratissimus. Erat enim vir erga proximum perquam officiosus, eademque morum suavitate, ut illo Poetæ minime tralatitii elogio videretur dignissimus:

Humanum si quis te, Gasto, dixerit, errat;
Humanus non es, vive sed ipsa Charis.
Humanos vidi vultus hoc tempore, nullum
Qui tam mansueti moris & oris erat.
Tres saltem Charites venerunda putavere ætas.
Nunc es haruspicio tu mihi quarta meo.

Tali ergo gratia, tali laude vir optimus ac præclarissimus floruit, etsi non pari semper gratia ab omnibus relata. In Polonia sane quid ei acciderit, ex litteris Jo. Weidneri D. ad Casp. Dornavium 10 Jul. 1609 scriptis cognoscere licet. D. Flaminius Gasto, inquit, Medicus Guravienſium divinitus tandem liberatus ex præsentissimo vitæ periculo, & tyrannide cujusdam truculenti Poloni Chrysinsky dicti, quem curandum nuper susceperat, laborantem fœda lue Cosmopolitana, seu febri Polonica antiquata etiam. Ægrotus cum non statim morbus cederet etiam selectissimis medicinis, isque pristinæ sanitati non quam cito restitueretur, Medico insciо abiit domum, & prætextu alterius magnifici Poloni extra urbem vocavit medendi gratia Flaminium, jussitque ut Hedones * crudelissimi ipsum in partes scinderent, & in sylva quadam occiderent, mactarentque. Sed vivus delatus ad furibundum Polonum, qui toxica pararat, adventantem ita excipiens: Heus! sceleste, jam satis malignis tuis me divexasti & macerasti potionibus, en tibi! manus Hedonum acinace stricto præsentium non effugies. Quod & factum, nisi ea ipsa hora quinquaginta alii Hedones Magnatum præter spem advolassent, ipsumque ex faucibus illius Tyranni mire eripuissent. *Natus, ut dixi, Suibusii quinto Id. Septembr.*

* Heyducken.

Anno 1571. Medicinæ Doctor creatus Basileæ Anno 1597. Obiit Guraviæ, ubi domicilium fixerat, 5 Febr. 1618. æt. autem 47.

Sil. Tog. lib. 5. No. 41.

JACOBUS SCHICKFUS de Neudorff, D.

JACOBO SCHICKFUSIO quod damus elogium, officium est: & omitti sine culpa non permittit eximius ille meus erga τὸν μακαρίτην amor; isque cum meritis ejus, ac virtuti debitus, tum adfectui, quo me prosequebatur. Natus ille fuit Sueboſii anno à Christi Natalibus 1574, 21 Jan. parentibus laudatissimis *Bonaventura Schikfusio*, Vectigalium ibidem Regiorum Præfecto, ac Proconsule, & *Hedwige Gutsbmannia:* à quibus liberaliter educatus, cum jam primis artium liberalium fundamentis feliciter positis ad publicas Scholas accessisset, totus primum in eo fuit, ut animum Philosophiæ cognitione imbueret, certo statuens, Jurisprudentiam, quam adfectabat, non minus accurate & alacriter suam exercere ἐπέργειαν, si incidat in pectus Philosophicis scientiis perpolitum, quam insignem artificem, si offeratur materia tractabilis, ac splendida ob id

Noctes atque dies nisus præstante labore,

ut ad Musas iret recto pede, & in sacro illo fonte se non tingeret, sed mergeret. Sublimiores in Germania Academias, Basileensem, Argentoratensem, Jenensem; Francofurtanam, Musis suis atque exercitiis publicis privatisque excoluit: cùm Præceptores sibi in Philosophicis Joannem Ludovicum Havenreuterum, Theophilum Polium, Conradum Dasypodium, ac Christophorum Neandrum, in dicendi autem arte Melchiorem Junium ac Calebum Trygophorum duces elegisset.

Quam præclaros vero progressus fecerit, testatum faciunt, præter summam Philosophorum laurum, qua ipsum Basilea mactavit, *Disputationes* variæ, orationes & scripta alia, quæ in publicum tunc edita & multis probata sunt. Inter hæc haut eo minus legum cognitioni Francofurti quidem Sebastiani Gerstmanni, Argentorati autem Dionysii Gothofredi, Georgii Obrechti, ac Philippi Geigeri, celeberrimorum Juris Antecessorum sedulus Auditor tam acriter invigilavit, ut nulla illum tam ampli studii asperitas, nulla legum varietas, autoritatem anfractus nulli absterruerint. Vicit infracta vis, quicquid & difficultatem ingerere, & tædium adferre poterat: Idque non sine fructu insigni, quem *disputationes super Institutis*, nec non *Synopsis Institutionum Imperialium*, *Principum constitutionibus & JCtorum responsis munita* abunde testantur. Ex Alsatia

ſatia in Marchiam reverſus Academiæ Viadrinæ à ſecretis fuit non ſine integritatis laude per ſeptennium: cum altero ſtatim anno uxorem duxiſſet Eliſabetham, Martini Benckendorffii JCti filiam. Exinde Bregam vocatus, ac doctæ palæſtræ gubernationi auctoritate principali præfectus, apexque ideo choro Apollineo conſtitutus, Scholicum illud imperium, cumque eo profeſſionem juridicam ea fide, & induſtria, eo cum applauſu per integrum novennium tenuit, ut intra breve temporis ſpacium ubique qua Gymnaſii, qua Rectoris nomen inclareſceret, & ex vicinis etiam ditionibus Baronum ac Nobilium filii ſtudiorum cauſa Bregam mitterentur, ac diſciplinæ Schickfuſianæ ſubderentur. Hac gloria ſublimis, cum majori theatro dignus videretur, Francofurtum abiit, acceptaque ibi ſolenniter Doctorali laurea honoris hoc inſigni patriam ſuam, unde quippe legum Doctor hucusque nemo prodierat, primus illuſtravit; ab Joanne Chriſtiano autem, Brigenſium Duce Illuſtriſſimo, in Conſiliariorum ordinem adſcitus, fidem eidem, ac ſolertiam ſuam in conſiliis, legationibus, cauſisque Conſiſtorialibus comprobavit, eaque occaſione Conventibus Principum, atque Ordinum Sileſiæ Wratislaviæ habitis, publicisque illorum judiciis in curia Cæſarea interfuit, ac Patriæ negocia eo præſertim tempore, quo Princeps Excelſiſſimus ſupremam Præfecturam gerebat, plenius cognovit. Quæ quidem res effecit, ut haut modo Dux Lignicenſis Illuſtriſſimus Georgius Rudolphus, qui & ipſe tunc eandem Præfecturam adminiſtrabat, anno 1623 ſibi eum a Conſiliis eſſe juberet; ſed & ſequente mox anno Ferdinandus II Cæſar Auguſtiſſimus Fiſci Sileſiaci patrocinium ipſi commiſſum, inſuperque Conſiliarii honorem ac titulum ſingulari ex gratia vellet collatum. Hoc in officio, dum fata Deusque ſinebant, ad obitum usque perſtitit: ſed quia tamen nihil eo, quamvis per ſe eximii ſplendoris ampliſſimæque dignitatis in vulgus odioſus, nec quisquam noſtrum usque adeo inſtructus eſt a prudentia, ut rectam ſemper viam ac tritam ſecet, in tanta præſertim opinionum diverſitate, hominumque ad diſſentiendum facilitate multorum voculas (an & falſas ſuſpicacium hominum criminationes?) effugere non potuit. At enimvero quod Tullius ait: *te tua, me delectant mea*, ſervandaque adeo heic quoque Perſarum lex humaniſſima: ut ſiquando noſter collimando a ſcopo aberravit (homo enim fuit, & quandoque bonus dormitat Homerus) ne ſtatim condemnentur cætera, ſed cum erratis recte cogitata, dicta & acta præponderent, liber ipſe conviciis abſolvatur. Præter Jurisprudentiam ſideralis quoque ſcientiæ ſupra vulgus callentiſſimus fuit;

quâ quidem arte nullam aliorum omnium præclariorem censuisse videtur, cum datos hominibus oculos hujus artis potissimum causa dixit: idem procul dubio intelligens, quod gentium Apostolus, gentiliumque literarum bene gnarus scripsit, ad Dei cognitionem ex operis pulcherrimi contemplatione mentes hominum cœlum intuentes tanquam compendiaria quadam via pervenire. Bono publico edidit *Annales Silesiæ Curæanos, insigni accessione ab se locupletatos:* sed quibus non parem ab omnibus gratiam promeruit. Sacratissimos Psalmorum Davidis libros vario carminum genere expressit. Scripsit & conciliationes Peripateticas, Synopsin Institutionum Imperialium, & quædam alia qua prosa qua versa oratione: cum primisque *Consuetudines Silesiæ feudales*; sed quas in publicam lucem dare, quod maxime cupiebat, letho præpeditus non potuit. Diem supremum obiit vir multæ eruditionis, probitatis, ac industriæ in Silesiæ Metropoli, d. 15 Sept. A. C. 1637, anno ætatis climacterico tertio ac sexagesimo, cui quidem quietem & pacem, quam nactus est, eo magis gratulor, quod haud multis quidem infirmitatibus attritus, sed longis præsentium temporum solicitudinibus fractum jam pridem nihil concupisceret ardentius, quam & vinculis corporis sui, & compedibus dolorificis, quam maturrime expediretur. Sil. Tog. Lib. 5. No. 48.

CHRISTOPHORUS MINGIUS, D.

Quæ Jacobo Schickfusio Consiliario Cæsareo, ac nobili Gastonum fratrum trigæ, Flaminio & Wolffgango Archiatris Lignicensibus, Abrahamoque JCto ac Gubenensium Syndico, eadem Christophoro *quoque* Mingio *patria fuit: Suebusium puta, opidum Ducatus Glogoviensis primarium. Is vero cum & ad literarum studia idoneus, neque ab illis alienus esset, quæ in privatis quæ in publicis scholis sibi non defuit; sed occasione, quæ fronte capillata, post hæc autem calva est, sic usus fuit, ne vel amissam, quod multis aliis accidit, frustra desideraret ac quæreret, vel reprehensionem illam sive vituperationem incurreret, cui obnoxios fieri, qui ex Academiis omnis bonæ rei inanes redeunt, frustraque in illis multos annos consumpserunt, gravissimi Poetæ Homeri testimonio constat, communiter de longa peregrinatione, quæ fructus nullos tulit, omnique irrito conatu sic pronunciantis:*

αἰχρόντοι δηρόντε μένειν κενέον τε νέιαθι.

Quæ quidem sententia Veteribus, Petro Victorio monente ita probata fuit, ut omnium ore celebraretur, nec quisquam verius, sapientiusq; dici posse existimaretur. Civilem doctrinam Jurisque prudentiam, quæ ut per se longe honestissima, sic Cultoribus suis fructus amplissimos, honorisque ac digni-

dignitatis plurimum adportat, pra cateris amplexus, ea incrementa fecit, ut dignus fuerit habitus, qui anno Christi supra mille sexcentos decimo nono in Academia Giesena, cum publica prius disputationi concluſiones inaugurales *doctissimas* de ſuperioritate territoriali ejusdemque Juribus adfinibus *subjecisset, doctoruli mitra ornaretur. A Theoria ad praxin, ab umbra in lucem progressus, ingenii & eloquii sui egregia edidit specimina, eaque occasione multis pracipua auctoritatis viris innotuit, idque in Inclyta Silesia metropoli, ubi & jugo matrimoniali sese adstrinxit ducta Thori consorte ex claro nobilique Flandrinorum sanguine. Evocatus inde illustris monasterii Trebnicensium Cancellarium egit annis aliquam multis, ac praclaram illi in consiliis, & Justitia administratione operam navavit. Eo munere cum ultro, sive ut se comessationibus intempestivis, ac noxiis perpotationibus subduceret, sive aliis de causis abdicasset, Wratislaviam reversus, ita foro & praxi vacavit, ut spectatus agendis, & ad exitum feliciter perducendis causis sui honoruti nominis famam longe lateque spargeret, a clientibus autem suis hanc eximiam laudem reportaret, quod non fuerit litium protelator, sed secundum prudentissimam prudentissimi oratoris sententiam studuerit:* lites quam pauciſſimas, transactiones autem breviſſimas facere. *O bonum & his praſertim temporibus, quo forum muricibus hinc inde sternitur, desideratum & laudatum Advocatum! plurimis corporis incommodis, ac natura adfectibus, arthriticis praſertim iisque acerrimis cum fuisset obnoxius, vivere desiit eodem, quo Stanislaus Aichbeuserus, atque Franciscus Scholtzius, & Anno & Mense.*

Sil. Tog. Lib. 9. No. ult.

ABRAHAMUS GASTO.

Quemadmodum in magno hoc univerſo nihil homine pulchrius: ſic in homine nihil præſtantius eſt animo; animum verò nihil ſolidius exornat, quam doctrina, ſi modo ea ſolida ſit: cum e contra nihil ſit, quod majore vanitate eludat, quam ſi ſpecie tantum, aut oretenus adſumatur. Utilis & in ſanguinem ſuccumque (ut ſic loqui liceat) animi tracta eruditio, prudentiam, virtutem, pietatem, modeſtiam gignit aut excitat, non tantum inſtruit expolitque. Ad eandem ſi eloquio ingenioque colorem modo, ac velut ori fucum induxerit, longiſſime à recto tramite mentes abducere amat ambitione, ſuperbia, æmulatione, pervicacia, fallacia transverſas. Priorem ad claſſem jure merito referendus *Abrahamus Gaſto*, Syndicus Gubenenſis, & Judicii Regii in Luſatia inferiore Adſeſſor, JCtus, Orator, Poeta, nec non Muſicus inſignis, Vir haut minus ſpectatæ virtu-

tis, quam ſolidæ eruditionis, & qui adeo cum paucis illo in Luſatiæ tractu rem litterariam ornavit, atque illuſtravit: Suebuſii Sileſiorum εἰς Φάρος ἡλίοιο eductus decimo Calendas Junias anno ſalutis ſupra mille quingentos ſeptuageſimo, parentes habuit, ſi Calagio fides, Wolffgangum Conſulem ibidem & Eliſabetham Groſſiam, juxta alios autem Gabrielem Senatorem & Dorotheam Martini Martinii Senatoris filiam: avum vero paternum Wolffgangum Eliſabethæ Groſſiæ máritum, qui Suebuſii & Judicis & Conſulis officio annos quadraginta laudabiliter functus, ac de Rep. patria quam optime meritus, annum ætatis attigit nonageſimum, conjugii ſexageſimum, liberorum, nepotum, ac pronepotum pater, avus, proavus ante obitum centum ac decem; fratres Flaminium & Wolffgangum Medicinæ Doctores, Archiatros, & Conſiliarios Lignicenſes. Cumque haut modo a prima ſtatim ætate literarum fundamentis recte jactis, ſed perceptis jam artibus his & linguis, quibus ætas juvenilis ad humanitatem ſolet informari, animum Jurisprudentiæ deſpondiſſet, hactenus tamen, ut cum ea conjungeret ſtudia eloquentiæ, lepidumque ac venuſtum pangeret carmen, annis exinde aliquam multis in aula Richardi Schulenburgii Domini Liberoſæ in Lubenau, Lockenitz, Zaucha & Comitatu Weſterburg, &c. Equitis Germani in toto Imperio ab omni virtutum ſplendore commendatiſſimi, quem & vivis exemptum anno 1601 oratione funebri laudavit, ex actis ſingularem ſibi experientiam, eumque animi & ingenii vigorem comparavit, qui cuilibet eximiæ par eſſet adminiſtrationi. Unde quidem factum, ut non tantum Syndici munus apud Gubenenſes obtinuerit, ſed & ad altiorem Adſeſſoris Regii in judicio provinciali Luſatiæ inferioris dignitatem emergeret. Utrinque Remp. fide bona, ſingulari induſtria, Juſtitiæ adminiſtratione integerrima geſſit, ac cætera quoque talem ſe præbuit, ut ipſius memoriam nulla unquam obſcuratura ſit oblivio. Acceſſit ad perpetuitatem nominis inſigne illud, quod inter Legatos Ordinum Luſatiæ fuit, ad Pacificationem Viennenſem inter Rudolphum II Cæſarem, & Stephanum Botſcajum: quam quidem Illishaſius magnæ inter Hungaros auctoritatis modis omnibus promovere elaboravit; ſed quæ menſe demum Septembri an. 1606 poſt longas diſceptationes, nec ſine maxima difficultate concluſa fuit. Quum enim pacis articulis cæteris omnibus jam compoſitis liberum quoque religionis vocabulum ad ſpeciem revocantes id egerunt ut Lutheranæ, Calvinianæ, Catholicæ religioni libera miniſteria relinquerentur: nec pacis quidem finiri tractatio potuit, donec petitioni ipſorum ſatisfactum eſſet.

eſſet. Ad hanc ergo pacificationem Status, atque Ordines Bojemiæ, Moraviæ, Luſatiæ ſuos & ipſi Legatos miſerunt.

Symboli loco uſurpare noſter ſolitus fuit: *Et genio & ingenio.* Caſparis autem Conradi hujusmodi legitur in eundem diſtichon:

Myſtam Admſtea me clam Gubena fatetur:
At Vatem, votum paci habitum, usque fovet.
Sil. Tog. Lib. II. n. 23.

§. 149.

SVIDNICIUM.

Suidnicium Schweidnitz / Althamero *Suenitium* & *Suegnitium*; Bullæ Innocentii IV *Suini*, Ducatus nobiliſſimi Archipolis, ſeptem à Sileſiæ metropoli milliaribus diſſita, inter primas Sileſiæ floret: Urbs quippe haud modo à loci amœnitate, aêris temperie ſalubri, murorum ac turrium robore, atque munitione, plateārum amplitudine, venuſta ædificiorum ſtructura, (*a*) gelidorum fontium ſcaturigine, (*b*) Viſtricii præterfluentis commoditate, incolarum frequentia, ſuburbiorum magnitudine, ſed & cultu bonarum artium, ingenio gentis ad humanitatem compoſito, Magiſtratûs ſplendore, & propenſione erga omnia honeſta, religionis denique cura, multis præaliis famam obtinens. Præclarum templum ei Parochiale, inferiori Urbis loco poſitum, Divisque Stanislao & Wenceslao majorum perſuaſione ſacrum, ſplendidum, magnificum, ſpatioſum & lucidum, ac ſpectabili inſuper turri illuſtre, quæ tota e lapide ſecto & adfabre laborato (*c*) præterpropter (*d*) alta eſt, ita ut in urbem, & circa eam perjucundum reddat proſpectum: tum cœnobia bina, unum

Dei-

Deiparæ Virgini dicatum à nobili fratrum triga, Stephano, Andrea, & Franciſco Comitibus de Wirbna, A. C. 1220 Franciſci Sodalibus erectum, avorum autem memoria Monachis digreſſis in potiores, melioresque uſus converſum; (*e*) alterum S. Crucis, Fratrum Dominicanorum; (*f*) Commenda item Ordinis Crucigerorum cum Rubea Stella; (*g*) præter ſingula ſacella ſingulis portis (*gg*) appoſita, ac ſuburbanam D. Nicolai ædem (*ggg*). Curia Senatoria ſatis ornata (*h*): armamentarium item mediocriter inſtructum, in quo præter alia aſſervatur magnum illud tormentum bellicum, quod globum incredibilis pæne magnitudinis projicit, ad oppugnandas & expugnandas arces, urbesque olim adhiberi ſolitum. (*hh*) Uſus illo Bulio Suidnicenſium Dux dicitur; cujus & in curia ſenatoria oſtentant prægrandem gladium lunato capulo, novem longum ſpithamos, (*i*) quem ſtrictum de more Principum ei prælatum exiſtimat Chriſt. Manlius, tanquam Principatûs inſigne. Galeam item figura Galeri Cardinalitii circumferentia ſpithamarum 6 & dimidiæ: *pharetram* denique cum tredecim telorum (*k*) receptaculis ſeu thecis, pelle urſina obductam, cinctamque lamina orichalcina, cum inſcriptione Symboli vernaculi dialecto Saxonica: Ich hoffe des Beſten; & alterius Latini:

Amor vincit omnia.

Accedit ad alia decora Muſarum gymnaſium (*l*) nobilibus adoleſcentibus admodum hactenus frequentatum:

tum: nec non juridicorum Conventuum, qui hic habentur, celebritas. Floruit olim coctura cereviſiaria usque adeo, ut nulla fere fuerit urbs alicujus momenti, in qua non invenirentur tabernæ Suidnicenſes: indeque nobis non minimum incrementum, ſanctæque & innoxiæ incolarum divitiæ. At enim duplicis ea cereviſia generis: Una ex tritico, quæ vulgo Aries appellatur; altera hordeacea haud improbi ſucci, eaque ipſa antehac plurimis Sileſiæ ac vicinarum provinciarum Civitatibus cognita, ac pueris præſertim & nutricibus propter facultatem nutriendi, atque lac ſuppeditandi expetita. Panis Suidnicenſis laudatiſſimus. Puteos profundiores vix alibi videas, nec plures alutarios Cerdones. Anno CIↃ IↃC XXVI ob vim illatam arci regiæ Fürſtenſtein, & inde eductum decapitatumque Caſparem Tansdorff ad Cæſarem & Capitaneum provincialem flebiliter, ſed fruſtra provocantem, merum imperium, & jus Senatûs legendi per ſententiam Cæſaream amiſit: translataque quoque fuit Cancellaria provincialis Jauraviam. Burgum ſive feudum caſtrenſe Nobiliſſima Gelhorniorum familia poſſidet (*m*). In inſignibus Urbis aper conſpicitur; unde fortaſſis ei Nomen: quanquam ſunt (& inter hos Althamerus) qui à Suevis ejus etymon petunt. (*n*) quomodo oppidum imperii ad Mœnum in ipſo Franciæ umbilico diſtans quinque milliaribus VVürceburgo, Schwebenfurt vulgo Schweinfurt / Suevorum tra-

jectus. Sed conjectura, neſcio, an ſatis probabili. Quod ſi quem Civium fortaſſe pudeat, ab apro Civitatem ſuam nomen mutuatam eſſe, ſciat is, urbem olim nobiliſſimam à ſpurciſſimo ſue denominatam, Virgilio teſte libro Æneidos tertio:

Signa tibi dico, tu condita mente teneto:
Cum ſibi ſollicito ſecreti ad fluminis undam
Littoreis ingens inventa ſub ilicibus ſus
Triginta capitum fœtus enixa jacebit,
Alba ſolo recubans, albi circum ubera nati.
Hic locus urbis erit: requies ea certa laborum.

Sciat is, à ſue lanigera Inſubrum Metropoli nomen dediſſe Conditores ejus Heduos, & Bituriges: quorum cum illi porci, hi arietis ſigno uterentur, ſuæ memores originis, unum lanatæ ſuis ex duobus factum civitati huic dederunt, & ex eo nomen Mediolani fecerunt. Quo quidem reſpexit Claudianus de Nuptiis Honorii:

Jam Ligurum terris ſpumantia pectora Triton
Adpulerat, laſſosque fretis extenderat Orbes:
Continue ſublime volans ad mœnia Gallis
Condita, lanigeræ ſuis oſtentantia pellem
Pervenit &c.

Sic Sidonius Apollinaris Lib. 7. epiſtolar.

Rura paludicolæ temnis populoſa Ravennæ,
Et quæ lanigero de ſue nomen habet.

Niſi quis tamen D. Ambroſio, aliisque adſentiri malit, nomen derivantibus ab apro, qui media parte lanatus

natus in urbis fundamentis fuerit repertus. Et ſic Güntherus Ligurinus Lib. 2.

Seu quod ab inventu trahit iſta vocabula porco,
Lanea qui media portabat vellera parte.

Sciat is, Trojanos ſuem habuiſſe expreſſam in ſua moneta, & Antenorem ſuem in aureo vexillo poſuiſſe, ut abſentis urbis memoria ante oculos eſſet. Sciat is denique ſplendidiſſimam apud Romanos Porciorum familiam, in Germania noſtra generoſiſſimas proſapias, itemque nobiliſſimas Sileſiorum gentes derer von Schweinichen und Schweinitz indidem cognominatas. Actorum S Ottonis Suevi Comitis, Bambergenſium Epiſcopi, qui primus omnium Slavis, vicinisque populis immanitate barbaris Chriſtianam Religionem perſuaſit, eademque de cauſa Pomeranorum Apoſtolus ſuo tempore dictus fuit, ſcriptor anonymus, ſed coævus, initiali littera omiſſa *Venetiam* nuncupat libri ſecundi Capite 6to in hæc verba ſcribens: *A Cladavim digrediens, pervenit Pragam, inde per Saciſcham in Albi fluminis ripa ſitam Eccleſiam ad Caſtrum Ducis Boëmici, quod Mileſiam dicunt, ubi a Duce ipſo ſuſceptus & honoratus eſt. Inde per aliud ejus caſtrum, Burda nomine, usque ad Venetiam urbem Ducis Poloniæ: atque inde per tres Epiſcopatus Poloniæ, Brezlabenſem videlicet, & Caliſſenſem, atque Poznanenſem, usque ad Archi-Epiſcopatum Gneznenſem cum gaudio & pace conducti ſunt.* Pancratius

Vulturinus Suidnicium hujusmodi versibus posteritati commendavit:

- - insigni se primo Suidenis apro
Offert bellipotens: aperit, quæ ponte relapso
Cardinibus versis munitas cive fideli
Portas: emergis Titan ubi flammiger undis.
Hunc duplex longus murorum concinat orbis.
Hæc plateis amplis, atque ædibus aucta vetustis,
Pane placet nitido: si veneris hospes in urbem
Dans niveas tibi Virgo manus, it vase recepto
Et portat media gelidis æstate cavernis
Optima, quæ longo resplendent pocula vitro.
Hæc cor triste levant: & tollunt hausta cerebrum,
Tradit Aristarchum, puerisque Palæmona Doctor.
Pallas adest in vota suis optata Magistris.
Provida Majestas, electi & sancta senatus
Consilia, in cunctis dicunt moderamina rebus.

Elevatio poli est 50, 48. Longitudo 37, 37,

(*a*) Murorum robur, quibus sub Henrico Probo Anno 1288 adhuc caruit, platearum amplitudinem, ædificiorumque venustatem à *Boleslao* bellicoso accepit anno 1295.

(*b*) Opus urbis Hydraulicum (die Wasserkunst) extra muros in valle Schreibendorffium versus exstructum, per quod aquæ ex Vistricio fluvio ad motum rotarum versatilium, situlis, & id genus hauſtris plenarum per cupreas fistulas ad fastigium ædificii altissimi attrahitur, & ex Castello, sive receptaculo superno per aliam fistulam decidens postea canalibus ligneis influit, suoque subterraneo meatu in urbem large dispensatur. Anno 1654 magno Civitatis sumptu renovatum fuit, & 19 Julii, qui fuit Ecclesiæ dedicationis celebratum anniversarium, aquæ prima vice per tubos ligneos subterraneos introductæ.

(*c*) A Bo-

(c) A Boleslao Parvo Anno 1330 id ſtructuræ robur & ornamentum obtinuiſſe creditur.

(d) Turris peripheria inferior 96, altitudo ad coronidem usque 12½, hinc vero globatum adusque faſtigium 42 ulnas complectitur.

Jus Patronatus in hanc Eccleſiam, quo jam ab Anno 1266 Conventus S. Claræ Parthenonius Wratislavienſis ex Henrici, III munificentia gaviſus fuit, ſub initium ſeculi proxime præteriti translatum optimo jure ad R. R. P. P. Soc. JESU, qui Ferdinando III Rerum in Boëmia potiente, anno ſalutis humanæ ſupra milleſimum ſexcenteſimo vigeſimo nono hanc & in urbem & in Eccleſiam fuere introducti auſpiciis tam fortunatis, ut DEI ter Optimi Maximi Gloria, animarumque ſalus abinde non mediocre acceperit incrementum. Pro extruendo dictorum Venerabilium PP. Collegio, quod hodie præ aliis ædificiis Civitati magnificum addit ornamentum, Anno Domini ſupra milleſimum, ſexcenteſimum ſexageſimo quarto, plurimum R. P. Joannes Saxius, provinciæ tum temporis Præpoſitus, in ſenatus populique Suidnicenſis præſentia fundamentalem poſuit Lapidem, quam in rem Naſo noſter ſequenti luſit epigrammate:

Pro ſtabili primum ponit fundamine ſaxum
Saxius, ut moles ſaxea creſcat humo.

Quam fundamenti poſitionem, cum die S. Joannis Baptiſtæ ſacro celebrata fuerit, in epigrammate illo Poëta ita proſequitur:

Cur locat in feſto Divi monumenta Joannis
Saxea Baptiſta SAXIUS? omen habet.
Nomine Baptiſtæ benedicit ſaxa Joannes,
His opus eſt, Cives ſaxea corda ferant.

Id quod clarius aliquando expoſuiſſe nobis viſi ſumus, dum ſequens hexaſtichon compoſuimus:

Saxea corda ferant, atque ut junguntur in unum
Murum fabrili plurima ſaxa manu:
Sic JESU fabri ſociis ſocientur in unam
Totius Patriæ ſaxea corda fidem.
Sic ex electis viviique Eccleſia Saxie
Altius exſurgens cor ſuper aſtra ferat.

Monumenta varia in Phœnice Rediv. leguntur. Qua ratione, quo tempore Parochialis iſta in Lutheranorum venerit poteſtatem, lege apud Buckiſium in MSS. Vol. I. c. 7. memb. 7. præſertim in illis, quæ idem in iisdem MSS. habet ſub Ann. 1556 vol. I. c. 9 memb. 1.

(e) Poſtliminio tamen ad illud RR. PP. ſacri ſeraphici Ordinis reverſi, ſanctioribus reſtitutum uſibus ex ruinis, in quas moles hujus ædis tum vetuſtate, tum aliis temporum injuriis potiori ex parte collapſa fuerat, reſtaurare pro viribus ſatagunt. vid. MSS. Buckiſiana Vol. I. cap. 17. memb. 7.

In MS. quodam Diario Suidnicenſi leguntur de hoc Cœnobio & ejus Eccleſia ſequentia: Anno 1561 den 10 Martii ſtarb Herr Thomas der letzte Mönch zur Schweidnitz bey unſer lieben Frauen/ ward begraben am Tage Gregorii. Anno 1565 an Weihnachten iſt im Kloſter unſerer lieben Frauen zur Schweidnitz das Evangelium geprediget worden von Melchiore Hegel oder Gröbner Capellan, auff Zulaſſung Käyſers Maximiliani II unter einem Revers, biß daß ſich der Minoriten Orden wieder finden wird. Ex eod. MS. conferantur Buckiſiana.

(f) Quod anno 1342 Bernardus Conſtans Suidnicenſium & Javorienſium Dux fundarum, & nonnullis etiam reditibus ditatum ſacro Prædicatorum Ordini inhabitandum tradidit. Cujus ædes tempore motuum Suecicorum ſimile cum illa D. Virginis fatum experta ab Anno 1653 ea qua potuere induſtria pauperes PP. ad religioſæ habitationis formam reſuſcitare fuerunt conati, & dum Choro collapſæ S. Crucis Eccleſiæ divinis interim aptato ſervitiis aliquamdiu uſi fuere, munificis benefactorum manibus interim amplum iſtud templum ex ruderibus ſuis in novum divinæ gloriæ augmentum & urbis ornamentum ſub indefeſſa patrum cura reſurrexit. Cæterum in MS. Diario, quodà cive quodam Suidnicenſi congeſtum eſt, de hac Eccleſia leguntur ſequentia: Die Dominicaner oder Prediger-Ordens Mönche haben diß Jahr/ (nimirum 1191) in der Vorſtadt vor dem Kroſchthor bey uns angefangen zu predigen/ biß ihnen Herzog Bernhard die Kirche in der Stadt zum heil. Creutz erbauet. *Et ſi* Naſoni fides, primorum Dominicanorum An. 1291 Suidnicium *advenientium* centum & quinquaginta numerati fuerunt. Anno 1620 den 19 Jan. (verba ſunt ex citat. Diar.) weil der Prior zum heil. Creutz allhier zur Schweidnitz/ Fürſten und Ständen das jurament treu zu ſeyn nicht leiſten wollen/ (nimirum Pſeudoregem pro legitimo vir juſtus & Regi ſuo Ferdinando II fidelis ac conſtans agnoſcere nec voluit nec potuit) ſondern ſich aus dem Staube gen Breßlau gemacht/ iſt durch hochgedachter Ff. und Stände Bewilligung die Kirch den Schweidnitzer übergeben worden. Hat derentwegen der Rath befohlen/ daß unſer Cantor mit ſeinen vertrauten Adjuvanten und Muſic ſich in die Creutz-Kirche verfügte/ und daſelbſten vor der Predigt figurirte.

(g) Ante

(g) Ante portam inferiorem (Niederthor) ſacellum ſtetit S. Michaeli Archangelo nuncupatum, ad Crucigeros cum Rubea Stella Wratislavienſes; (qui Commendam etiam hic habent, Hoſpitale vero ad eam pertinens certis ſub conditionibus olim Ampliſſ. urbis Senatui ceſſerunt) ſpectans: in cujus ſacelli temporum injuriis funditus diruti locum ante biennium monumentum lapideum, in priſcæ devotionis ſignum erectum, & ejusdem S. Archangeli nomini nuncupatum atque imagine ornatum fuit. Pauperum hic, orphanorum, & vel corporis ſenectute, vel alia de cauſſa invalidorum diligentem olim curam fuiſſe habitam, tot miſericordiæ charitatisque Chriſtianæ officinæ, quas pia erexerat antiquitas, oſtenderunt. Fuerunt enim præter Hoſpitale, quod *dives* audit, aliud ad S. Spiritum Xenodochium, quod Lazaretum vocarunt, Grephotrophia ſive pupillorum bina, nec non aliud in lanionum platea ſufficienti proviſum reditu, de quibus hodie vix aliquid reſtat præter Gerotrophium unicum, quod Pſychotrophium etiam, ein Seelenhauß dici amat, pro vetulis in eadem platea deſtinatum hoſpitium, à Naſone Sileſio hoc jambo notatum:

Qui curioſus mente, ſed ſegnis gradu,
Antiquitates urbis affectat brevi
Luſtrare cura, rite monſtrabo viam
Deſideranti, ſumptibus non eſt opus,
Quos hic crumena ſolvat, hanc intra domum,
Et congregatas cerne, quas ſenium grævat,
Antiquitates urbis. An tibi placent?

(gg) Priſca nimirum Suidnicenſium Catholicorum fides atque devotio A. D. 1500 ſingulas ſuæ urbis portas ſingulis ornavit ſacellis, nimirum

Strigenſem S. Barbaræ V. & M.
Kœppenſem S. Wolffgangi, Ep.
Petrinam S. Petri Apoſtoli.
Inferiorem S. Laurentii M.
Nicolavienſem S. Annæ, una cum Capella, quæ Jeruſalem dicitur.
Kroſchwitzenſem S. Margarethæ V. & M.
Bœgenſem S. Joannis Baptiſtæ.
Aream Armamentarii SS. Corporis Chriſti.

Notandum hoc loco anni 1500 (quem Naſo ponit) in MS. quodam diario poni annum 1400. Anno 1400 (ſic verba ſonant) ſind die kletnen

Kir-

Kirchlein zu Schweidnitz / welche zuvor auſſerhalb der Stadt geſtanden/ unter die Thore gebauet worden. S. Laurentii unter dem Nieder-Thor hat zuvor am Scheidewege vorm äuſſerſten Thor/ wo man gegen Kletſchkau und dem Heil. Geiſt gehet / geſtanden. S. Margareth unter dem Kroſchthor / ſtande zuvor in der Margareth-Gaſſen. S. Johannis unter dem Bögen-Thor iſt geſtanden auffm Plan unter der Vogelſtange. S. Barbara iſt geſtanden unter dem äuſſerſten Striger-Thor beym Brunnen. S. Petri iſt geſtanden gegen dem Peters-Thor gegen über auffm Plan ꝛc. Quorum Sacellorum decor priſtinus cum fide priſtina poſtmodum evanuit; Fide nunc paullatim reluceſcente forſan etiam pio adjutorio pedetentim rediturus. Et S. Barbaræ quidem ſacellum jam ante annos quinquaginta Noſtiziana munificentia renovatum fuiſſe & ornatum, ſequens teſtatur inaurata Epigraphe:

Barbara, barbarie ſimili, ſævumque ſacrumque,
Corporis, & templi, Martyrium ſubiit.
Corporis exornat precioſo ſanguine Chriſtus,
Muneribus templi vulnera. Noſtitius.

OTTO L. BARO de NOSTITZ,
Dominus in Rockitnitz, Seiffersdorff & Mangſchütz, Hertzogswaldau, Lobris, Profen, & Neudorff &c.
Aug. Impp. P. P. Q.
FERDINANDI II, III, IV Conſiliarius,
Supremus Ducatuum Præfectus,
Suis propriis largitionibus
L. M. Q.
A. C. CIↃ IↃC LIII.

Templi quod vocant SS. Trinitatis extra muros prope portam *S. Petri*, à Statibus Auguſtanæ Confeſſionis, concedente Ferdinando *III.* anno 1652 ex limo lignoque ſtrui cœpti peripheria extrinſeca ducentas & quatuor, longitudo extrinſeca ſeptuaginta duas, latitudo quinquaginta, altitudo vero 25 ulnas complectitur.

(*ggg*) In Eccleſia, quæ extra muros S. Nicolao fuit dicata, lecta quondam fuere in epitaphio quodam ſequentia:

Orate pro Stanislao Starcke, Cerdone, & Hedwige uxore ejus defunctis A. D. 1483 ſub octava Epiphaniæ Domini. Omnis enim poſt hanc vitam conſolatio illi denegabitur, qui in hoc ſeculo defunctis non ſuffragatur. Omne, quod pro defunctorum peccatis impendimus, ad noſtrum tandem meritum transſumitur.

(*b*) Supra

(b) Supra Curiæ portam ſequens legitur ſententia: *Non aliunde magis florent Reſpublicæ, quam ſi honeſtarum legum floreat autoritas: Conſcientia recta voluntatis maxima conſolatio eſt rerum incommodarum.*

In antiqua curiali Camera (in den alten Raths-Stuben) orientem verſus ſacellum eſt SS. Trinitatis gloriæ, S. Hedwigis & S. Martini honori dedicatum, in quo ſingulis annis in feſto dicti S. Martini ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium offertur Deo, ſanctique ſpiritus invocatur aſſiſtentia, ut in Conſulem, cujus electionem vi privilegiorum Regiorum quotannis illo die exercent novam eamque liberam, eligere valeant digniſſimum.

(bb) Die Stadt Schweidnitz (ex Naſonis Phœnice Redivivo hæc annotamus) iſt von etlich hundert Jahren wegen eines ſehr groſſen/ſonſt ungebräuchlichen Stückes (tormentum bellicum) weit und fern berühmt geweſen/ deſſen Geburts-Tag weder in gedruckten noch geſchriebenen Büchern anzutreffen. Als man im Jahr 1488 die Stadt Groß-Glogau belägerte/ iſt die Schweidnitziſche Büchſe den 9 Septembr. mit 43 Pferden (Schickfuſ. l. 4. fol. 212 meldet aus ungleicher Nachricht von 23) dahin gebracht worden.

Als man auch vor Alters das Schloß Fürſtenberg/ darinnen viel Räuber eingeniſtet/ beſtürmen wollen/ hat man dieſes groſſe Geſchütze darzu gebraucht.

Im Jahr 1567, den 11 Novembris hat man das groſſe Stücke mit ſtarcken und dicken Waltzen für das Bögen-Thor hinaus gewältzet/ welches des andern Tages einen ſolchen erſchrecklichen Schall und Knall von ſich gegeben/ daß die Häuſer in der Stadt erzittert und beweget worden/ ſo damals unter 70 Jahren nicht geſchehen ware/ die Kugel hat gewogen 3 Centner und 20 Pfund.

Im Jahr 1635/ den 2 Julii, am Tage Mariä Heimſuchung/ wurde ebenfalls das groſſe Schweidnitziſche Geſchütz vor das Steiger-Thor/ ohngefehr ein halb Viertel-Meil Weges von der Stadt/ gegen Strigau auff Waltzen fortgeſchwellet/ und abgeſchoſſen/ nachdem zuvor der zwiſchen Ihro Käyſerl. und Königl. Mayt. und Ihro Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen geſchloſſene Friede öffentlich erſchollen. Die Kugel hielt am Gewichte über 3 Centner/ welche durch die Ladung eines Centner Pulvers 2667. Schritte getrieben worden.

Ein tiefſſinniger Alchymiſt (deſſen Cörper ſamt dem Gehirne ſchon längſt die Würme verzehret) führete die Einbildung/ das groſſe Schweidnitziſche Stück hätte aus denen Gold- und Silber-bergiſchen Fundgru-

ben ſeinen Urſprung / durch deſſen Antrieb / in Hoffnung eines mächtigen Schatzes / das uralte und edele Kleinod der Stadt / welches etliche hundert Jahre / auch unter den Feinden vollkommen und unverletzt gedauert / im Jahr 1647 ſeine angebohrne Zierde in dem Feuer verlieren müſſen; iſt alſo dann / nachdem der Geiſt des Goldes und Silbers mit dem Rauche auffgeflogen und vergangen / das übrig-verbliebene Ertzt (als leere Bein und Knochen) mit ſchweren Unkoſten nacher Prage geführet worden.

Ad Chymiſtam, cujus ſuaſu magnum urbis tormentum bellicum flammis examinatum eſt:

Ille caret cerebro, qui te, Chymiſta, profano
Vituperat tantum nomine propter opus.
Magno privaſti tormento providus urbem,
Si poſſis, etiam tolle minorn, precor.
Ærea digna fuit moles examine: quare?
Declinare tuum non didicit cerebrum.

In dem Zwinger bey dem Nieder-Thor haben die Schützen ihre Zielſtatt oder Schützen-Haus / ſo Anno 1593 erbauet worden.

Im Jahr 1286 ſtifftete Boleslaus Bellicoſus das Armbruſt-Schieſſen nach einem Vogel auff der Stange / welches anietzo das König-Schieſſen nach dem Manne genennet / und um Pfingſten gehalten wird. Carolus der Erſte des Namens / Biſchoff zu Breßlau / hat zu ſeiner Zeit ein Freyſchieſſen zur Neiſſe angeſtellet / darbey nebenſt andern vornehmen Gewinn die Schweidnitziſche Schützen einen groſſen vergolderen / annoch vorhandenen ſilbernen Becher zuſamt der Stürtzen / als das beſte Kleinod darvon getragen. Ita Naſo. Audire placet aliquid ex lepida illa rhythmologia, quam anno 1612, quo à Sereniſſimo & Rdſſimo Carolo, *Archiduce* & Wratislav. Epiſcopo, liberum illud jaculandi exercitium in *Epiſcopali* Urbe Niſſenſi fuit celebratum, verſifex quidam, qui exercitio ut Notarius interfuit, idiomate patrio, ſtylo quidem (ut illa tempeſtate viguit) hiulco, lectu tamen jucundo compoſuit. Ibi ergo Swidnicenſium meminit ſequentibus:

Beym erſten Freyſchieſſen aus der Büchſen:

Als der Stadt Schweidnitz fern bekant /
Alle drey Schüß in Mann rein rannt;
Herr Maximilian Henck / der
Daſelbſt iſt ein Schützen-Meiſter.

Legt

Legt möglichen Fleiß auffs Schiessn/
Thut darvor deß wieder geniessn.
Herr Matthes Asche machts nicht lang/
Mit allen dreyen hindurch drang.
Die Büxen er ihm selber macht/
Giebt auch auff seine Schüß gut acht.
Drey Schoß drauff Herr Hans Lartenberg/
Herr Caspar Rohnstock gab Gemerck
Auff seinen Schuß/hätt gern die Zweck
Erreicht/aber Andreas Reck/
Ein junger Knab/ihm bevor kam/
Und ein schönes Kleinod wegnahm.
Georg Reck/ein Jüngling nicht groß/
Alle drey durch den Mann auch schoß.
Herr Balzer Zürch thät derogleichn/
Drey Schüsse durch den Mann naus streichn.
Deßgleichen thät auch Christoph Preß/
Deß ich neben ihm nicht vergeß.
Herr Christoph Vogt wolt nicht recht dran/
Wolt Herrn Matz Stieglern bey ihm han/
Welcher ein Schützenmeister giebt/
Wird auch von Schützen drum geliebt.
Der ieder nur zweene Schüß bracht
In Mann/welchs sie nicht recht gedacht.
Herr Hans Tzentscher und Peter John
Mit zweyen Thaten ziehn darvon.
Herr Zacharias Schwipffer that
Dergleich/ und Herr Loban Belstadt/
Herr Jacob Kloß ihm nicht nachgab/
Der mittelst macht ihm ein Danckhab/
Daß er auch nur zween drinnen hät/
Welchs ihn wohl was verdrüssen thät.
Herr Stephan Adam fehlt ihr zween/
Muß mit dem letzten anheim gehn/
Welches ihm wohl selten geschicht/
Zur Schweinz das Stadtvogt-Amt verricht:

Thät ihm wol was verſchmählich ſeyn/
Hätt drum gegeben ein Topff Wein.
Herr Chriſtoph Merlet zweene fehlt/
Herr Görg Zürchen man den letzten zehlt.
Herr Wolff Ulrich macht gar ein Fehler/
Desgleich Herr Zacharias Täller/
Welchs ihm geſchah über verhoffn/
Dann ſie viel lieber hättn getroffn.
Allein das Glück war nicht bey ihn/
Hatten den Schaden zum Gewinn;
Thun doch ſonſt gute Schützen ſeyn/
Wie auch die andern in gemein.

Als hernach die Zweyer wegen der auffgeſetzten Gewinſte concentret haben/ wird von ein- und andern Schweidnitzer folgendes gemeldet:

Herr Caſpar Vogt von der Schweidnitz
Hat beym Spiegel ein guten Sitz/
Denn er deß thut gewohnet ſeyn/
Daß er ſcheußt in den Circkel nein.
Das dritte beſt der Herr wegnahm/
ſo in 9 fl. Ungr. beſtunde.

Und wiederum:

Von der Schweintz Herr Zacharis Schwipper
That auch in Schirm ein guten Schnipper/
Bekam 4 Rthl.

Weiter:

Herr Matthes Aſche hätt vermeynt/
Zu überkommen ein hoch Kleind;
Aber es ward ein kleines draus/
Nahms doch nach Schweintz mit ſich nach Haus.
Waren 2 Rthl.

Die Gewinſte/ welche die Schweidnitziſche Dreyer empfangen/ waren folgende:

Andreas Keck hat zum Gewinn
Ein ſchön ſilbern Geſchirr/ mit dem
Zu Haus er ſich machte bequem/
Ein Schweintzer war und junger Knab.
War No. 6 ein Geſchirr pro 24 fl. Ungr.

Weiter:

Weiter:

Herr Hans Hartenberg als ein Schütz
Kriegt eins zu Ruhm der Stadt Schweidnitz.
War No. 11. ein Geschirr von 17 fl. Ung.

Görg Keck von der Schweidnitz kam an
Das Kleinod / so man ihm that geben /
Schuß wohl / soll er noch länger leben /
Wird er erst recht ins Schüssen kommen.
War No. 16. ein Geschirr von 15 fl Ung.

Ferner:

Herr Matthes Asche auch bekam
Ein Kleinod / solchs nach Haus mitnahm /
Und zu den andern Schweintzern gieng /
Ein Kumtrunck aus diesem empfing.
War No. 23. ein Geschirr von 13 fl. Ung.

Wiederum:

Herr Balzer Zürch von der Schweintz was /
Eines silbern Kleinods genaß.
War No. 26. ein Geschirr von 12 fl. Ungr.

Wiederum:

Herr Christoph Preussen rufft man dar
Der auch einer von der Schweintz war.
Ein Becher man diesem zustellt /
Darmit sich zu den seinn gesellt /
Liß den einschencken voller Wein /
That frölich guter Dinge seyn.
War No. 36. ein Geschirr von 8 fl. Ungr.

Wiederum:

Herr Caspar Rongstock that sich findn /
War eben lang blieben dahindn;
Welches den andern Schweintzern dar /
Auff dem Schüssen ein Grauen war.
Bekam 4 fl. Ungr.

Beym andern Freyschüssen nach dem Vogel werden gerühmt von der Schweidnitz: Herr Caspar Frantz / Herr Caspar Vogt / Herr Steffan Adam / Georg Krack / und Herr Matth. Asch; de quo sequentia:

Herr Matthes Asch ein Span rab bracht/
Sich wieder zu den Schweintzern macht/
Und mit einm frischen Trunck erquickt/
Nach ihm ihr etlich ungeschickt
Schossen ꝛc.
Herr Zacharias Schwipper ebn
Schoß auch ein Span/ wolt nicht nachgebn.

Hernach wird weiter gemeldet/ wie Herr Matthes Asch den einen Vogel herab geschossen/ da denn seine Person also beschrieben stehet:

Ein Bürenmeister ist er fein
Zur Schweidnitz/ that gleich Abend seyn/
Um sechs Uhr/ als er fiel herab/
Alsbald man ihm das Kleinod gab.
Welches darzu war deputirt/
Die Trummel und Pfeiffen man rührt/
Desgleichen die Trommeten all
Man bließ/ daß es im Feld erschall.
Achtzig Ducaten war auch werth
Das Kleinod/ das man ihm verehrt/
Neben ein Fahn und Glas mit Wein/
Davon thaten gar frölich seyn
Die Herren Schweintzer/ daß sie so wohl
Geschossen hatten dieses mohl.

So viel zum Ruhm der Schweidnitzischen Schützen-Brüderschafft. Quod ultimum poculum forsan illud est, cujus supra Naso meminit, Suidnitii etiamnum asservatur.

(i) Dieses Schwerdt ist $3\frac{1}{2}$ Ellen und 3 Zoll lang/ und durch die gantze Klinge 4 Zoll breit.

Inter alias vetustas imagines effigies Redemtoris ostenditur cum Matre dolorosa & S. Joanne Apostolo, anno jam 1202 picta. Supra portam dictæ Cameræ legitur:

Felix Civitas, quæ tempore pacis bella timet.

In curia occidentem versus sacellum exstructum est, & nondum reparatum, in cujus externo fastigio Angelus dextera elevata ensem evaginatum, sinistra dependente Insigne Civitatis, Rubrum nimirum Gryphum, nigrum Aprum, & duas Coronas in scuto ferens cernitur, inter vere pervetusta

vetuſta & paucis abhinc annis renovata ſtatua lignea Glorioſiſſimæ Dei Matris, ſiniſtra Jeſulum, ſceptrum dextra gerentis colitur, coram qua veteri conſuetudine (cujus antiquam originem & fundationem devotæ cuidam virgini adſcribunt) ſub horam nonam veſpertinam quotidie cereus accenditur, usque ad crepuſculum ſequentis diei matutinum arſurus, cujus accenſione ſubinde neglecta, non emanſit ea nocte terror, quo in perſonas, quibus accendendi nutriendique luminis cura fuerat commiſſa, cœlitus fuit animadverſum. Immo ſunt viri fide digni, qui aſſerant, luminis illius fortuitum deliquium vel Urbi, vel Senatorum ſaltem alicui infortunium quoddam aut ipſam etiam mortem portendiſſe. Juvat hic annectere ea, quæ R. P. Crugerius ſcribit de hac Icone in ſacris ſuis Pulveribus:

Anno Dom. 1650. (inquit ille) hoc ipſo die, 19 nimirum Auguſti, Magiſtratus Suidnicenſis in Sileſia urbis Ducalis ac poſt Vratislaviam primariæ, quod Lector Catholice vehementer mirere, totus ſcilicet Acatholicus peculiari ſancivit Decreto, ut coram ſtatua pervetuſti operis B. V. M. quæ in curia occidentali angulo in turricola feneſtram forum verſus ſpectatur, Lampas perpetuo noctu arderet. Videntur ad id etiam inducti heterodoxi, quod paullo ante, cum veterem hunc morem neglexiſſent minimum, aut etiam deteſtati pietatem Catholicam omnino aboleviſſent, complura mala, aer peſtilis, tempeſtatum dein grandes intemperiæ, quin & frequentiora incendia Suidnicium peſſime vexaſſent. Reſumſerunt ergo, licet inviti, Majorum ſuorum, quoad illud decretum, pietatem, quæ experientia docuerat ſæculorum in Catholicos, quando in hac ſtatua virginem ſanctiſſimam malorum totuplicium (licuit uſurpare vocem) AVERRUNCATRICEM coluerunt, idque nullo idololatriæ periculo, ſed uſitatæ ubivis gentium erga matrem Dei pietate, in SS. Patribus radicata, nullum infortunium peculiariter noxium urbi incubuiſſe. Nunc porro cum fidei orthodoxæ ampliora Svidnicii liceant, quam ſubinde, quando decretum illud condebatur, colitur quoque cultu ampliore à Catholicis, à nulla tamen ætate, recurrente Aſſumptionis ſolennitate, adornantur eidem cœli Reginæ ſpecioſiores voce ac canticis triumphi, quam ab ea, ex cujus ore Dei ipſius Filii laudes, propter confundendos Mariæ inimicos ac ſubinde maſtiges, perficiuntur. Hæc Crugerius.

Cæterum ad D. Virginem Dei matrem, pro urbe vigilantem, D. Naſo ſequens in Phœnice Rediv. ſcripſit epigramma:

Diva tibi vigiles urbs nutrit Svidnia flammas,
Cur? inter tenebras, ut videaris, alit.

Lampa-

Lampade non opus eſt, tu Lampas lucida cœli,
Tu Pharus es radians & Cynoſura maris,
Diceris, ô Virgo, cœleſtis Cynthia, ſolem
Juſtitiæ conſtat Te genuiſſe Deum.
Solve tuis tenebras, urbis Patrona, favillis,
Cum Diva imperium divide prole Parens.
Quando dies oritur, ſol Chriſtus fulgeat urbi,
Tu noctu radios Cynthia mitte tuos.

Nos vero in piam cœleſtis Reginæ memoriam, thronum gratiæ ſuæ hic figentis, & in Ampliſſimi Magiſtratus honorem huic Curiæ Lauretanum inſcribimus encomium, quo a Clientibus ſuis ſalutatur:

SEDES SAPIENTIÆ

verſusque ſequentes mentis noſtræ interpretes ſubſcribimus:

Hic divina ſuam fixit ſapientia ſedem:
Quis dubitat, quin hac Curia ſit ſapiens.

Hiſtoria de Senatore, aurum olim per corvum vel monedulam ex Curia furante, num veritati ſit conſentanea, alii judicent: eam Naſo in Phœnice Redivivo refert in hæc potiſſimum verba:

Es hat bey dem Alterthum eine ſeltſame Geſchicht (wie in gemein davon geredet wird) ſich zugetragen: Daß ein Rathsmann/welcher dem Stadt-Keller gegen über gewohnet/ ſich das Gold der gemeinen Schatz-Kammer verblenden laſſen. Damit er nun ſeinen Gold- und Geld-Hunger ſtillen möchte/ hat er eine Dole unterrichtet/ welche zu Abends durch eine ausgebrochene Glas-Scheiben/ oder durch offenes mit eiſern Gegättern verwahretes Fenſter/ in die alte Rath-Stube eingeflogen/ und

[*Auri ſacra fames, quid non mortalia cogis Pectora!*]

von der goldenen Müntze (welche man wegen gnugſamer Sicherheit des Zimmers nicht in Kaſten verſchloſſen/ ſondern auff dem Tiſche *liegen laſ*ſen) täglich ein Stücke/ oder mehr/ in dem Schnabel mit ſich nach Hauſe gebracht.

Als man endlichen den groſſen Abgang/ und Erminderung des Goldes verſpüret/haben die Raths-Leute ſich ſelbſt unter einander in Verdacht gezogen; deswegen ſie einen verordnet/ der zu Nachts in der verſchloſſenen Raths-Stube verbleiben/ und auff den Dieb ein wachſames Aug führen ſolte.

Nach der Sonnen Untergang/bey eingetretener Demmerung/kommet die Dole/ nach ihrer abgerichteten Gewohnheit/ durch das Fenſter

hinein/

hinein / ergreifft mit dem Schnabel ein Stück Goldes / und fleuget mit dem Raube davon in ihres Lehrers Behausung. Als man nun dieſe Liſt eigentlich wahrgenommen / ſind etliche Gold-Stücke gezeichnet / auff den Rath-Tiſch gelegt / und nachmahls von dem fliegenden Poſtilion richtig abgeholet und gewähret worden.

Worauff dann der gantze Rath ſich in gewöhnlicher Raths-Stube verſammlet / und darüber den Entſchluß gefaſt / was derjenige für einer Straffe würdig / welcher das gemeine Weſen beraubete? Unter andern gab der ſchuldige Raths-Herr / unwiſſentlich / wohin ſolche Raths-Verſammlung angezielet / folgende Meinung: Daß derſelbe / der dem gemeinen Weſen die Einkunfften zu ſchmälern und zu entziehen ſich unterſtünde / würdig ſeye / daß er von dem oberſten Umgange / und ſteinern Krantze des Rath-Thurmes / biß auff die Erde herunter ſteigen / oder darauff ſein Leben durch Zwang des Hungers verliehren müſte.

Non hæc diſplicuit junctis ſententia votis,
Fortunam merito, quam ſibi ſtruxit, habet.

Unterdeſſen ſchickete man gewiſſe Gerichts-Perſonen in des ſchuldigen Rath-Mannes Behauſung / darinnen nicht allein der fliegende zum Dienſt abgerichtete Bothe / ſondern auch die gezeichnete Goldmüntze anzutreffen geweſen. Da nun beſagter Raths-Mann (der allbereit ein hohes Alter erreichet / auch wie das ſteinerne / noch vorhandene Bildniß anzeiget / einen groſſen rundten Bart geführet / den man ſelbiger Zeit für eine ſonderliche Zierde geſchätzet) ſeinem getreuen Bothen / und die Müntze / weme dieſelbe zuſtändig / erkennet / hat er ſich der von ihme ausgeſprochenen Straffe (ob man ſelbige zwar aus Anſehung ſeines grauen Alters erlindern wollen) willig und geduldig unterworffen.

Der arme Sünder / welcher ihm ſein Urtheil ſelbſt geſprochen / war voll der Todes-Angſt / iedennoch raffete er ſeine noch übrigen Kräffte zuſammen / daß er biß unter den Krantz / auff ein ſteinern Geländer / oder dreyeckigten Thurn-Winckel mit Zittern und Zagen abgeſtiegen / allwo er auch / nachdem er ſein eigenes Fleiſch an Arm und Füſſen (ſo weit er ſich mit den Zähnen erreichen können) vor Hunger abgenaget / in hertzlicher Reu und Buſſe der Sünden die durch bittere Thränen abgewaſchene Seele den 10 Tag erbärmlich auffgegeben.

Den 10 Tag / wie erwehnet / beſchloß der büſſende Sünder ſein elendes Leben; an ſtatt des entſeelten Cörpers hat man ein ſteinernes Bild /

ſo deſſen Geſtalt vorgewieſen / zum ewigen Gedächtniß begangene Miſſethat / auff das ſteinerne Thurn-Geländer eingeſetzet / welches im Jahr 1642 ein mächtiger Sturmwind herunter gewo:ffen / davon auff dem Rathhauſe annoch der K:opff zu befinden ſeyn wird.

Es iſt der gemeine Ruff / daß kurtz erwehnete Geſchicht kein ertichtetes Weſen / ſondern in Wahrheit alſo gründlich bewandt ſey / wiewohl in dem Raths-Archivo hiervon nichts verzeichnet anzutreffen / in Erwegung daß man ſolche ungewöhnliche That / und erſchreckliche Geſchicht aus erheblichen Bedencken / ſintemalen ohne diß das Gedächtnis in Stein ausgehauen verbleiben würde / denen Stadt-Büchern nicht einverleiben wollen / dannenhero der Nahme des unglückſeligen Rathmannes / wie auch der Tag und Jahr des vorgeloffenen Trauerſpiels in dem Alterthum verborgen lieget. Alte betagte Leute (ſo von ihren Vor-Eltern ſolchen Verlauff vernommen) berichten / daß noch zu ihrer Zeit ohne voriges Bildniß gemeldter büſſender Rathsherr / nebenſt der Dole in Stein ausgehauen / über dem Thore ſeines Hauſes geſtanden / welches ſteinerne Bild / ſo ich deßwegen ſelbſt eigentlich betrachtet / in dem Hofe der Wohnung biß auff dieſe Stunde eingemauret zu befinden iſt.

Ad Senatorem Swidnicenſem: Finis coronat opus.

Sævus fames auri ſtimulat tibi pectus, ut aurum
(Quod terra pariunt viſcera) cæcus ames.
Sed non cæcus eras, tibi quando monedula roſtro
Urbis inauratum munus ab ære tulit.
Aliger emiſſus dum tranat nuncius auram
Indicium lethi nunciat ille tui.
Agnoſcis culpam, tua te ſententia damnat,
Judicium ſceleri præbuit aqua Themis.
Convenit, ut patula nocuus merereris in aura,
Graculus ex aura nam tibi dona tulit.
Convenit, arcta fames, rumpat qua ſtamina vitæ,
Auri namque famem ſic fugat apta fames.
Pectore contrito mortales conteris artus
Et te delicti pœnituiſſe juvat.
Ut pendant aurum, terebrantur viſcera terræ,
Ut pendas aurum, viſcera tu terebras.
Rite coronat opus finis, bene claudis arenam
Corpore contrito, & corde beatus obis. Hucusq; Naſo. (*k*)Spo-

(*k*) Spolium à Tartaris An. 1241 Sileſiam vaſtantibus reportatum creditur.

(*l*) Quod ſub R. R. Patrum Societatis JESU cura novam noſtræ ætate formam, & normam obtinuit, ſupra cujus portam ſequens legitur inauratum Epigramma:

Muſarum hæc ædes, dominans cui Chriſtus JEſus
Non niſi ſacra ſibi ſuſcipit ingenia:
Ergo procul, procul inde faceſſe profana Juventus,
Nil habet admixtum cum Beliale Deus.

Majores quoque ſive veteres Suidnicenſes Cives pietatis ſuæ, munificentiæque veſtigia in certis ſtipendiis (quæ Stangenbergiana, Greslichiana, Bechriana, Friaufiana, Monhatiana, & Starkiana audiunt) pro Iuventute Scholaſtica, Mæcenatum ſubſidiis indiga, reliquerunt.

(*m*) Ad Excellentiſſimam Noſtitzianam poſtea tranſiit: Hodie vero à RR. Patribus Capuccinis inhabitatur & ornatur.

(*n*) Varias igitur Nominis etymologias formant Varii. Nimirum alii à *Suevis*, ſive *Sueonibus* veluti ab antiquiſſimis hujus loci Incolis. Alii juxta MS. quoddam Cracoviæ ad S. Annam aſſervatum, à quodam Slavicæ gentis Heroë Ethnico Suebonitzky, quem urbis primum faciunt Fundatorem, derivant urbis nomen: Alii rurſus ſecundum aliud MS. in Oppolienſi Ducatu alicubi latens à Duce quodam Ethnico Suidnone, qui hoc ipſo in loco caſtra metatus fuiſſe, & exſtructis tuguriolis & humilibus caſis urbi dediſſe ſcribitur initia, cum A. D. 755 Aſceburgium (cujus Ptolomæus meminit quodque in Zabotho erectum fuiſſe jam C. 2 docuimus) longa quidem obſidione oppugnaret, non autem expugnaret. Alii denique ab Apris, quorum frequens iſthic olim videtur fuiſſe Venatio, donec circa Annum Dn. 1070 exciſis hoc loco ſylvis ligna in domos, ferarum ſaltus in hominum Civitatem verterentur. Ultima ex his etymologiis hic Henelio, penultima vero Clariſſimo Domino Naſoni in Phœnice Redivivo præ cæteris placere, probarique videtur, quam eapropter in ſequenti carmine propoſuit poſteritati:

Suidnia, *gentili ducens ab origine gentem*
A Swidnone *ſuum præſide nomen habet.*
Præſes erat populi gentilis Suidno, potenti
Moverat ante novem ſecula bella manu.
Dux trahit armigeram per devia luſtra phalangem,
Quo mons planitiem calle Zabothus amat.

Castra facit Suidno, *sua ventilat arma, Silensis*
Per latebras arcem tentat adire jugi.
Hanc Ascenburgum dixere antiquitus arcem,* *Asceburgium.
Quam celebras scriptis, ô Ptolomae, tuis.
Nititur incassum: sed nondum Suidno *recedit,*
Bruma jubet tenues adificare casas.
Diffundit se e populus gentilis, & aptum
In nemorum Lustris quarit habere locum.
Hic ubi magnificas sibi Suidnia *vendicat edes,*
Suidnonis populi lignea tecta globant.
Aher id Autumnus, frustra movet arma Zabotbo:
Convenit ergo locum deseruisse Duci.
Præsidis armorum consensu provida gentis
Pars tenui remanens construit arte Domus.
Suidna *fuit primum, post urbi* Suidnia *nomen,*
Reliquias nomen Suidno, *situmque dedit.*

Quam autem illa de Apro displicuerit nonnullis etiam Viris doctis, ex sequenti pereleganti epigrammate apud Fechnerum pag. 65. 66 apparet:

Quid hoc rei? Quid esse monstri dixero?
Inauspicatum nomen, ô Swidnitzium,
Amica cœno cur tibi sus indidit?
Inter frutecta Nana sicut Herculis
Celo cacumen tollit arbor, eminens:
Sic inter urbes, quas Oreas cominus
Ab Alpe spectat Silesia Sudetica,
Effers serenum clivo in edito caput,
Jovesplendris, candidisque moribus
Cives celebres, sordidam qui respuunt
Ducere vitam Elpenoris spurcissimi.
Tot eruditi prodierunt è sinu
Tuo, quot Hybla fert odora floscules.
Porco qui lest cum suaveolenti amaraco?
Volvi & revolvi gaudet in putro in luto.
Hoc ergo nomen congruit parum tuis
Rebus, quibus non adfricanda hæc est nota.
Sed Litterati plebis haud probant rudem
Opinionem, & ultima ex origine

Anti-

Antiquitatis exequentes abditæ
Hoc nomen urbis eruunt pulcerrimæ
Suevisque priscis adstruunt Swidnitzii
Ortus & horum prædicant Coloniam
Olim fuisse. Sed quibusdam Swidnia
Swidnone cœtus militaris à Duce
Dici putatur veriori nomine.
At sive Suevus, sive Swidno conditor
Sit Oppidi tam nobilis, mansit tamen
Nomen verendum subsequis Nepotibus,
Licet Sigillum Civitatis exprimat
Sylvestris Apri Schema formidabile.
Hoc nempe pictum mnema cives admonet,
Ut abdicatis morbus feris suis,
Qui seculis colebat hæc priscis sola,
Vitam in decoris exequantur moribus.

Cæterum quas clades Mars, Mors & Vulcanus iratus urbi intulerint, summatim perstringamus partim ex Nasone, partim ex MSS. citatis.

An. 1313 Urbs majori sui parte una cum Monasterio B. Virginis exusta notatur in MS. Diario.

An. 1344 Rege Joanne Urbem obsidente suburbia redacta sunt in cineres.

An. 1361 d 13 Julii (alii ponunt annum 1393) penitus una cum turri (excepta Ecclesia) fortuitis flammis deleta.

An. 1410 d. 29 Aug. tertia vice (Ecclesia rursus, & paucis aliis elevatioribus ædibus exceptis) tota incendio fortuito collapsa fuit in favillas.

An. 1427 Ab Husitis circumdata, & diebus aliquot frustra quidem tentata, in suburbiis tamen damna accepit non mediocria.

An. 1513 Suburbiis -
An. 1528 Dimidia sui parte -
An. 1532 Parochiali Ecclesia -
An. 1547 Centum viginti sex domibus -
An. 1566 Braxatoriis primariis -
An. 1576 prædio & mendino -
An. 1589 & An. 1611 aliquot ædibus privatis ab irato Vulcano privata fuit-

An. 1632 Intercepta à Saxonibus, qui Monaſterium S. Crucis poſtea ſunt demoliti.

An. 1633 in obſidione Wallenſteiniana, cum Suidnicium à Matte Cæſareo foris ex una, Sueco & Brandenburgico ax altera parte circumdaretur, intus vero Saxonico premeretur undique, ad terram etiam imo in ſepulchrum a morte morbis epidemicis tam intra quam extra muros graſſante, non Cives modo aut Incolæ, ſed milites quoque tanto numero proſtrati ſunt, ut ducenta ſæpe, quandoque trecenta cadavera Mortuorum quot diebus numerata fuerint, nec Libitinarii tumulandis cadaveribus quandoque ſuffecerint, id quod mirum non videbitur multitudinem hominum, qui cumulatim tum ex pagis in urbem confugerant, conſideranti. Mors tandem Marte fortior, Saxones ex infecta urbe cedere, & Cæſareos obſidionem levare, Suecos vero & Brandenburgicos obſeſſis ſuppetias ferre volentes, recedere coëgit, triginta circiter virorum, quos Libitina rapuit, millibus ab utroque, Cæſareo videlicet & hoſtili exercitu, deſideratis: ut prolixius iſta referuntur in Phœnice Redivivo pagina mihi 118. &c.

Cæterum urbs hoc adhuc anno Cæſareum præſidium accipit a Wallenſtenio.

Quid porro An. 1642 a Dorſtenſohnio eam obſidente paſſa fuerit civitas, ex Brachelii hiſtoriis noſtri temporis patet. *Dorſtenſohnius* (inquit ille pagina mihi 77) *omni mora damnata cum toto exercitu urbem (Glogoviam) invadit, ac tanta vis oppugnantium fuit, ut uno atque eodem die caperetur. Cæſi præſidiarii prope omnes, & magna Civium pars: urbs ipſa hoſtilem in modum direpta eſt. Inde multa alia minores urbes eundem caſum ſubiere, atque ad ipſa prope Wratislavia mœnia via populantibus facta. Ita velificante undique fortuna, cum nemo adhuc obſiſteret, ad ſubigendam porro Suidniciam, præmiſſo Köningsmarchio movit. Erat iis locis præſidio Franciſcus Albertus Dux Lavenburgicus, is cum ſeptem fere millibus Cæſareanorum adventanti hoſti occurrere auſus, Köningsmarchium hoſtili exercitui, ut diximus, cum delecta manu præeuntem facile repulit ad ſuos, incenſusque eo ſucceſſu, cum fugientem avidius perſequeretur, incidit in Dorſtenſohnium, qui cum reliquis copiis haud procul tendebat. Ibi commiſſo acri prælio Dux à ſuperantibus numero hoſtibus funditur, amiſſo peditatu, omnibusque fere impedimentis & ſignis militaribus. Atque ipſe in manus Victorum letbali vulnere ſaucius pervenit, ex quo intra paucos dies Suidniciæ, quo ad curam deportatus fuerat, mortem obiit. Ita Suidnicia*

cia primo, dein Niſſa Epiſcopi Wratislavienſis ſedes, ac propemodum tota Sileſia a Dorſtenſohnio ſubacta eſt. Ita Bracbetius. Fuit autem Suidnicium à puſillanimo Tribuno, qui præſidio Cæſareo præfuit, magis tradita, quam à magnanimis Civibus (qui urbem adhuc defendere & potuiſſent & voluiſſent) perdita aut neglecta: ab hoſte dein irruente contra fidem datam direpta & expilata.

An. 1644 à Cæſareanis recuperatum fuit Suidnicium. Puffendorffius lib. 16. §. 17.

Suidnicenſes (ut noſter hic de illis ſub initium aſſerit) *cultu bonarum artium, ingenio ad humanitatem compoſito, propenſione erga omnia honeſta, Religionis denique cura, multis præ aliis famam obtinere*, teſtes ſunt, omni exceptione majores, Viri hoc loco orti, quorum præconia tum ex Henelio, tum ex aliis probatis Auctoribus hic ſubnectimus. Principem autem inter eos locum, ut tempore, ita jure prior, obtinet

B. JOANNES SCHWENFELDUS

S. Prædicatorum Ordinis ſacerdos &c. cui ſequens elogium ſcripſit Abrahamus Bzovius:

Beatus Joannes Swenkenfeld Inquiſitor & Martyr Vratislavia contra Hareſim Petri Pyranenſis, tum contra Begvinas Hareticas, & contra impietatem Joannis Lutzenburgenſis Regis Boëmiæ pro Eccleſia & Nankero Epiſcopo Vratislavienſi decertans, per ſummam proditionem Percuſſorum gladiis confoſſus, illuſtrem Martyrii palmam tulit anno Domini M. CCCXLI, pridie Non. Octobris.

Ejus ſacrum pallium ſangvine aſperſum, & vulneribus conciſum etiam nunc habetur Vratislavia in Cœnobio S. Adalberti, ita recens, ac ſi abhinc paucis annis paratum fuiſſet. Noſtris manibus ſæpe ſangvineas illas guttas attrectavimus, & pie exoſculati ſuimus. De hoc alibi fuſius in libello, cui Titulus: Propago S. Hyacinthi, *ſeu de rebus præclare geſtis, Fratrum ordinis Prædicatorum Provincia Poloniæ.*

Curaũ more ſuo ſilentio involvit hunc virum: Non tamen potuit omiſiſſe hæc, ſcommate licet adjuncto, quod patrati facinoris, Magiſtratus Vratislavienſis in Monaſterio S. Adalberti ſupplex ab Epiſcopo nudatis capitibus & pedibus veniam petiit Anno 1341.

Ferunt quoque Carolum quartum Imperatorem, ut paternam expiaret culpam, eam ob rem adificaſſe Eccleſiam S. Dorotheæ ampliſſimam, illamque Fratribus ordinis Eremitarum S. Auguſtini conceſſiſſe Vratislaviæ.

De Eodem R. P. Bohuslaus Balbinus S. J. in Epitome rerum Boëmicarum folio 342 & 343 ſequentia:

Ad

An. 1632 Intercepta à Saxonibus, qui Monaſterium S. Crucis poſtea ſunt demoliti.

An. 1633 in obſidione Wallenſteiniana, cum Suidnicium à *Matte* Cæſareo foris ex una, Sueco & Brandenburgico ax altera parte circumdaretur, intus vero Saxonico premeretur undique, ad terram etiam imo in ſepulchrum a morte morbis epidemicis tam intra quam extra muros graſſante, non Cives modo aut Incolæ, ſed milites quoque tanto numero proſtrati ſunt, ut ducenta ſæpe, quandoque trecenta cadavera Mortuorum quot diebus numerata fuerint, nec Libitinarii tumulandis cadaveribus quandoque ſuffecerint, id quod mirum non videbitur multitudinem hominum, qui cumulatim tum ex pagis in urbem confugerant, conſideranti. Mors tandem Marte fortior, Saxones ex infecta urbe cedere, & Cæſareos obſidionem levare, Suecos vero & Brandenburgicos obſeſſis ſuppetias ferre volentes, recedere coëgit, triginta circiter virorum, quos Libitina rapuit, millibus ab utroque, Cæſareo videlicet & hoſtili exercitu, deſideratis: ut prolixius iſta referuntur in Phœnice Redivivo pagina mihi 118. &c.

Cæterum urbs hoc adhuc anno Cæſareum præſidium accipit a Wallenſtenio.

Quid porro An. 1642 a Dorſtenſohnio eam obſidente paſſa fuerit civitas, ex Brachelii hiſtoriis noſtri temporis patet. *Dorſtenſohnius* (inquit ille pagina mihi 77) *omni mora damnata cum toto exercitu urbem (Glogoviam) invadit, ac tanta vis oppugnantium fuit, ut uno atque eodem die caperetur. Cæſi præſidiarii prope omnes, & magna Civium pars: urbs ipſa hoſtilem in modum direpta eſt. Inde multa alia minores urbes eundem caſum ſubiere, atque ad ipſa prope Wratislavia mœnia via populantibus facta. Ita velificante undique fortuna, cum nemo adhuc obſiſteret, ad ſubigendam porro Suidniciam, præmiſſo Köningsmarchio movit. Erat iis locis præſidio Franciſcus Albertus Dux Lavenburgicus, is cum ſeptem fere millibus Cæſareanorum adventanti hoſti occurrere auſus, Köningsmarchium hoſtili exercitui, ut diximus, cum delecta manu præeuntem facile repulit ad ſuos, incenſusque eo ſucceſſu, cum fugientem avidius perſequeretur, incidit in Dorſtenſohnium, qui cum reliquis copiis haud procul tendebat. Ibi commiſſo acri prælio Dux à ſuperantibus numero hoſtibus funditur, amiſſo peditatu, omnibusque fere impedimentis & ſignis militaribus. Atque ipſe in manus Victorum letbali vulnere ſaucius pervenit, ex quo intra paucos dies Suidniciæ, quo ad curam deportatus fuerat, mortem obiit. Ita Suidnicia*

cia primo, dein Niſſa Epiſcopi Wratislavienſis ſedes, ac propemodum tota Sileſia a Dorſtenſobnio ſubacta eſt. Ita Bracbetius. Fuit autem Suidnicium à puſillanimo Tribuno, qui præſidio Cæſareo præfuit, magis tradita, quam à magnanimis Civibus (qui urbem adhuc defendere & potuiſſent & voluiſſent) perdita aut neglecta: ab hoſte dein irruente contra fidem datam direpta & expilata.

An. 1644 à Cæſareanis recuperatum fuit Suidnicium. Puffendorffius lib. 16. §. 17.

Suidnicenſes (ut noſter hic de illis ſub initium aſſerit) *cultu bonarum artium, ingenio ad humanitatem compoſito, propenſione erga omnia honeſta, Religionis denique cura, multis præ aliis famam obtinere*, teſtes ſunt, omni exceptione majores, Viri hoc loco orti, quorum præconia tum ex Henelio, tum ex aliis probatis Auctoribus hic ſubnectimus. Principem autem inter eos locum, ut tempore, ita jure prior, obtinet.

B. JOANNES SCHWENFELDUS

S. Prædicatorum Ordinis ſacerdos &c. cui ſequens elogium ſcripſit Abrahamus Bzovius:

Beatus Joannes Swenkenfeld Inquiſitor & Martyr Vratislavia contra Hareſim Petri Pyranenſis, tum contra Begvinas Hareticas, & contra impietatem Joannis Lutzenburgenſis Regis Boëmiæ pro Eccleſia & Nankero Epiſcopo Vratislavienſi decertans, per ſummam proditionem Percuſſorum gladiis confoſſus, illuſtrem Martyrii palmam tulit anno Domini M. CCCXLI, pridie Non. Octobris.

Ejus ſacrum pallium ſangvine aſperſum, & vulneribus conciſum etiam nunc habetur Vratislaviæ in Cœnobio S. Adalberti, ita recens, ac ſi abhinc paucis annis paratum fuiſſet. Noſtris manibus ſæpe ſangvineas illas guttas attrectavimus, & pie exoſculati ſuimus. De hoc alibi fuſius in libello, cui Titulus: Propago S. Hyacinthi, *ſeu de rebus præclare geſtis, Fratrum ordinis Prædicatorum Provinciæ Poloniæ.*

Curaũ more ſuo ſilentio involvit hunc virum: Non tamen potuit omiſiſſe hæc, ſcommate licet adjuncto, quod patrati facinoris, Magiſtratus Vratislavienſis in Monaſterio S. Adalberti ſupplex ab Epiſcopo nudatis capitibus & pedibus veniam petiit Anno 1341.

Ferunt quoque Carolum quartum Imperatorem, ut paternam expiaret culpam, eam ob rem ædificaſſe Eccleſiam S. Dorotheæ ampliſſimam, illamque Fratribus ordinis Eremitarum S. Auguſtini conceſſiſſe Vratislaviæ.

De Eodem R. P. Bohuslaus Balbinus S. J. in Epitome rerum Boëmicarum folio 342 & 343 ſequentia:

Ad annum 1341 atrox illud facinus pertinet, quod in Joanne Swenckenfeld Svidnicensi Praedicatorum Ord. Haereticae pravitatis per Silesiam Inquisitore patratum est. Nam cum nuper Vratislaviensi Urbi sacris interdixisset Nanckerus Episcopus, Regemque ipsum Joannem diris & Anathemate devovisset, B. Joannes officii & muneris sui ratione Pragam accessit, ad Regis Joannis colloquium & mensam admissus, omnia se confecta habere, & tam difficili negotio ex animi sententia finem imposuisse credebat, cum ecce sicarii à Wratislaviensibus subordinati (Wratislaviensibus enim praecipue bonorum Ecclesiasticorum occupatio & usus prae ceteris placebant) Inquisitorem apud suos ad pontem antiquae urbis Pragensis in S. Clementis Coenobio degentem per speciem S. Confessionis ex cella ad se evocari postulant nihil mali suspicantem, & in impluvium coenobii descendentem adoriuntur pugionibus, & gladiis nefarii homines perfodiunt, & relinquunt pro mortuo; hujus viri sancti mortem innocentissimam, & singulari miraculo consignatam Bzovius Tr. 14. Annal. 1341 & Petrus Malpaus in Palma fidei describunt. Hæc Balbinus.

Fusiori, & erga Wratislavienses mitiori calamo rem describit Henelius noster in Breslographia Renovata: *Erat tunc temporis (inquit ille) absurdarum, condemnatarumque in Ecclesia opinionum per Wratislaviensem diœcesim Explorator (Inquisitorem vulgo haereticae pravitatis vocant)* Joannes Schwenckfeldius *Monachus Dominicanus, Theologus eximius & Vita probatissima.* - - - - -

Obierat interea Nankerus: Rexque haud negligendam ratus Wratislaviensium causam, ad Administratorem Episcopatus, qui tunc Nissae erat, Henricum Praepositum, & Opitz Scholasticum rem defert, postulatque, ut vel ipsi, vel alii quidam ex Canonicorum numero Pragam veniant, salvo muniti conductu; daturum enim se operam, ut jam tandem dissidium istud ac negotium turbulentum transigatur: utque nulla esset fraudis suspicio, Capitaneo suo Wratislaviensi, Conrado Falckenhayn, injungit, ut ipsos sufficienti comitatu instrueret, nec contra salvum conductum quicquam tentaret. Pragam ubi ventum, Rex disceptari inter Wratislavienses & Schwenckfeldium causam jubet: quae quum primo die componi non posset, in aliud tempus dilata fuit. Subsequenti die dum Inquisitor studiis suis loco quodam ab hominum consortio remotiore in Monasterio S. Clementis vacaret, venit quidam insignis latro ad perpetrandum homicidium paratus, ac viri ostium pulsavit, ficta simulatione petens, ut peccata sua confessurum audiret, ab iisque se absolveret: at excusabat se Vir studiis occupatus, quod

non

non ſat opportuno tempore veniret; Concionem enim ſe habiturum eſſe: ejus gratia libros evolvendos, ne quid temere in loco ſacro proloquatur; ſat adhuc reſtare temporis, quo ſua recenſere delicta, & expiationem conſequi poſſit. Non acquievit homo longe diverſum à verbis animum habens, & ne iſthac ratione elaberetur, fingit ſe tantopere nunc peccatorum gravari mole, ut, niſi ad fidele colloquium admitteretur, deſperandum ſibi ſit de gratia divina, nec ultorem DEum ei defuturum, qui miſeram ovem aberrantem ad ovile, cum maxime poſſet, non reduxerit. Conſurgit ad hæc dicta Schwenckfeldius, *& apertis januis hominem conſolatus, & confeſſionem ſecreto auditurus cum eo in locum huic rei deſtinatum ſuccedit. Subſequitur ille, ſummam præ ſe ferens modeſtiam: cumque vix conſedisſet Schwenckfeldius, alius quidam ejus flagitii perpetrandi ſocius, qui in inſidiis latuerat, accurrit; uterque autem ſtrictis in Joannem gladiis tribus eum conficiunt vulneribus, actutumque in pedes conjecti fuga ſibi ſalutem quærunt. Ex iis vulneribus, Vir fidei Catholicæ diligens, dicendi validus, ad pietatis officia pronus, effuſo multo ſanguine (quem ne affuſa quidem aqua ablui potuiſſe ajunt) animam exhalavit. Suſpicio in Regia ſuborta, Wratislavienſes nefandæ hujus cædis autores eſſe, qui cuperent una cum Schwenckfeldii vita omnibus moleſtiis liberari: quam augere videbantur convitia in ipſum priore die effuſa. Ideoque Rex Capitaneum cum ſenatoribus ablegatis comprehendi ac in vincula duci, donec de auctore cædis cognoſcatur, jubet, additis etiam tormentorum minis. Verum ab iſta ſuſpicione & carcere tum ſeſe liberarunt, cum juramento ſingulari confirmarent, ſe inſontes eſſe, nec ullam præbuiſſe ejus cædis cauſam, nec quidquam ſibi compertum eſſe. Tametſi vero diligentiſſime Rex inquireret, autores tamen ſceleris indagari non potuerunt. Tandem poſt ſex fere menſes homicidæ Lignicii comprehenſi fuerunt, qui ad reliqua ſcelera tormentis expreſſa hoc etiam ab ſe perpetratum fuiſſe faſſi ſunt. Illos Preciſlaus Nankeri Succeſſor, indulgente Lignicenſium Principe, Otmuchoviam abduci curavit, ubi quidem profeſſi ſunt, 10 marcis ſe ad hoc maleficium conductos, injunctumque ſibi fuiſſe, ut, qua poſſent, ratione hominem è vivis tollerent, proditis etiam quorundam nominibus: ſed ut incertum eſſet, torturane, an veritate, an maleficio id fecerint. Ita noſter loco citato.*

JOANNES HOFFMANNUS, Epiſcopus Miſnenſis, de quo Henelius in hæc verba:

Dum civium meorum, qui pacis artibus floruere, memoriam Libitinæ ereptum eo; viderer mihi inſignem committere injuriam, ſi à me ſi-

lentio præteriretur *Joannes Hoffmannus*, vir, ut ea dabant secula, eruditione ac virtute præstantissimus. Swidnicii Silesiorum urbe nobili, & optime morata, natus ille, Academiæ Pragensis, quæ tunc copiosissima erat, & studiis liberalibus, doctisque hominibus, numero pene *incredibili* affluebat, Rectorem aliquamdiu egit; rebus autem isthic ob conflictationes acerrimas, quæ inter initia διχοστασίας Husiticæ de Regimine Academiæ ac suffragiorum prærogativa inter duas primarias nationes, Germanicam & Boëmicam, exarserant, turbatis & dissipatis, cum dejecti regia sententia de Principatu Germani (quem ante id tempus ex Caroli IV Imp. constitutione tenuerant) è Civitate Pragensi abirent universi, tanto quidem numero, ac multitudine, ut intra octiduum ferme vicies mille (imò si credimus Hagecio, Bohemicarum rerum scriptori, quadragies mille) ex eo Regno discesserint, ipse quoque ad locum mutandum compulsus una cum viro cl. *Joanne Ottone Mönsterbergio* magnis catervis studiosorum (numerum ajunt excrevisse ad duo millia) sequentibus Lipsiam urbem Misniæ florentissimæ concessit, in cujus nova Academia è Pragensis ruina à Friderico I Electore Saxoniæ magno cum bono totius Provinciæ excitata, Theologiæ Professionem, nec non Canonicatum Misnensem adeptus, ea virtutis suæ ostendit experimenta, ut vix elapso quadriennio, Rudolpho Præsule Misnensi defuncto, communibus eligentium suffragiis Episcopale pedum, à multis frustra adpetitum, accipere meruerit, anno orbis redempti tertio ac decimo supra mille quadringentos, sequenti mox anno ad Synodum Constantiensem profectus. Collegium B. Virginis, quod est Lipsiæ Silesiacæ nationis proprium, à Joanne Ottone primo ejus Academiæ Rectore ædificari cœptum, eo defuncto noster absolvit, ac Collegas, quinque Silesios, & si libeat, sextum è Prutenis adsciscendum ordinavit. Scripsit Idem *Quæstiones Theol. cum solutionibus de officio Missæ ad Illustres Fridericum & Wilhelmum Marchiones Libros sex:* itemque *Commentarios in Tractatum Vincentii de fine mundi*, quos cum negotiis impeditus absolvere non posset, Joannem Melcerum Theologum Lipsiensem ad se evocavit Wratislaviâ, ut studio communi eos libros perficeret. At Melcerus Stolpenæ in morbum incidit, ac Dresdæ inter Medicorum manus obiit: quem Pirnæ sepeliendum Præsul curavit, mortalitatis ipse vinculis, cum diu supervixisset, exsolutus, septimo Cal. Aprilis anno salutis 1451, Sessionis autem septimo & trigesimo.

Praga furit, Rector cedo cum cœtibus Hami.
Lipsia doctorem, Misnia Præsulem habet.

Sil. Tog. Lib. I. No. 8.

ELIAS

ELIAS COLBIUS, SS. Theol. D. &c. cujus laudes ex R. P. Crugerii Cineribus ſacris accepimus.

A. D. 1646 hac ipſa eadem IV Maji, è vita deceſſit eximius Vir Elias Colbius, *SS. Theologiæ Doctor, & ad Divi Viti in Caſtro Pragenſi Præpoſitus. Natale ſolum homini ſuaviſſimorum morum fuit Swidnicium in Sileſiis, ætatem teneriorem in humanioribus, maturiorem etiam in Philoſophicis Praga abſumſit. Theologiæ, uti & ſacris Canonibus operam dedit Gracii, & Lovanii, in utraque loco ultimo ſupreme laureatus. Hujus curis, vigiliisque debuimus Georgium illum Comitem Martiniczium, adeo à litteris, facundiaque commendatum, in Regno Bohemiæ ſupremum Cancellarium. Eo quippe Præfecto ac per Provincias Deductore, Gracii inſinuatus Comes Philoſophiæ Magiſter jure meritiſſimo non creatus, ſed declaratus eſt. Quo in genere Laureæ competitorem nullum è tot condiſcipulis, præterquam Maximilianum Prickelmayerum, Baronem deinde de Goldeck ob ingenium ſublimatum, ac Aulæ Cæſareæ Ferdinandi II Cancellarium numeravit. Lovanii deinde ille idem Comes Juri inſudavit induſtrie, unde & licentiam publicis ceremoniis indeptus eſt, ut, quoties vellet, Doctor promoveretur. Horum omnium Colbius, ſtrenuus adjutor, ſenſit in reditu gratum Diſcipulum, & vel maxime Georgii Parentem, Jaroslaum, e Martiniczii primum S. R. I. Comitem, Virum undequaque in Patria noſtra maximum. Eorum enimvero favore, cum cætera adeſſent omnia, facile Metropolitanis Canonicis perſuaſum eſt, ut eundem in Confraternitatem admitterent. Vixit in hoc celeberrimo contubernio, non una Prælatura inſignit, quoad A. D. 1642 demortuo Simoni Broſio in Præpoſitura ſubſtitueretur. In qua indipiſcenda cum parem eligentium Canonicorum vota quendam à ſangvine illuſtriſſimum effeciſſent, vicit ille tamen, eo quod gradum in Theologia haberet ſolennem, quod diribitorium ſacri Canones in ſimili concurſu jam pridem ſtatuerunt. In hac Præpoſitali Prælatura, moribus antiquis, tenore plane eodem, quo vixerat in minoribus, modeſtiſſimus Prælatus AA. IV exegit. Mortuum ad D. Viti, cui vivus & moriens fecerat bene, teſtamenti Executores tumulaverunt.*

HIERONYMUS TREUTLERUS.

Sapientem ubique naſci poſſe Anacharſis Scythæ exemplo docet in Apologia diſertiſſimus Apulejus; & hæc Sileſia noſtra adfatim exemplorum præbet, plurimis hucusque hominibus eruditis in quacunque facultate productis, qui magno Eccleſiæ præſidio, ac Reip. fuerunt firmamento, ac inter ICtos quidem multis nominibus eminet *Hieronymus Treutle-*

rus, qui Suidnicii parentibus tenuis fortunæ natus, sed ἐξ ἀπαλῶν ὀνύχων, ut apparet, in pietate & bonis literis recte institutus, hinc Themidi & Suadæ potissimum operatus per varios eruditionis gradus functionesque Scholasticas, tanquam hederas, quas Plutarchus scribit humi sublatus altissimis arborum cacuminibus involvi ad maximam dignitatem emersit. Primum enim in numerum Pædagogei Marpurgensis professorum adoptatus, post Herbornensis Nassoviorum Scholæ, atque inde Marpurgensis Academiæ Antecessor, summo cum pubis Scholasticæ bono, summaque sua cum laude docendi munere functus, ob insignem eruditionem cum bonis moribus conjunctam adeo inclaruit, ut è Cathedra Academica evocatus à Consiliis, Fiscique Regii per utramque Lusatiam patronus fieri meruerit. Vir sine controversia summus inter doctos ac bonos optimus & doctissimus, ac forensi præsertim gloria in utraque Silesia & Lusatia per plusculos annos florentissimus: ea quippe & ingenii & oris vi, ut multæ causæ confusa lite tenebricosæ, ubi Treutleri numen affulsisset, judici per se patuerint; ac quæ diu velut sub imperiti medici manu ægrotantes, ad hunc Æsculapium delatæ, mutatæ in melius, vitam & finem simul receperint, tanto quidem majori illius gloriæ augmento, quod cum Juris scientia literarum quoque, quibus Musarum genius ab amœnitate nomen dedit, felicissime conjungendo, quantum reliquas artes studia humanitatis juvent, atque expoliant, ostenderit; adeoque ut verba sua mihi commodet Perillustris ille in Aula Cæs. Imperialis Consilii Senator Joannes Wackerus à Wackenfelsa:

Vivus adhuc propriis implevit laudibus orbem
Ad feros usque à sole oriente Gades.
Sic ut fama semel partis saturata trophæis
Amplius haut quicquam quæreret aut peteret.

Inter alia ingenii monimenta palmam obtinent *disputationes ad jus Civ. Justinianeum Pandectis comprehensum*, eruditissima methodo conscriptæ, quæ quidem nomen ejus in Gymnasiis & Tribunalibus perpetuo celebre sunt facturæ, tum & *Consilia posthuma*, tam sapienter & docte conscripta, ut non minus fidei habitura, quam olim responsa prudentum, à quibus Judici in judicando non licebat recedere, neque invidiæ dens ea temere, aut lima edacis temporis attritura videatur. Quantum autem Poëtica facultate excelluerit, etiamsi eam curam, nunquam inter curas & seria duxit habendam, sacrorum illorum mystæ satis norunt: neque unis ille melliniis dulcissimis, quanquam inter negociorum fluctus exarati satis plenam

apud

apud omnes, nisi qui, quid sint Veneres, aut Charites, nesciunt, & quidquid ad monetam facere non videtur, laudare renuunt, fidem fecit: ut quod de Antonio Croveano magnus scribit Thuanus, unum rara hoc ævo gloria communi Doctorum suffragio hoc assecutum, ut Poëta elegantissimus & summus Philosophus, & præstantissimus Juris interpres simul haberetur, idem elogium Treutlero nostro citra injuriam, quin imò multo meritissimo tribuere liceat. Symboli loco ei fuit: *Fortiter & moderate*, ad quod carmen Elegiacum scripsit Joannes Lindnerus. Mortuus 14 Febr. anno Christi in carne manifestati 1607.

Sil. Tog. Lib. 4. No. 34.

DOMINICUS PFORTNER.

Tametsi optimi & excellentissimi patriæ Senatoris nomen quam plurimis convenire constet, atque hoc ipso etiam nomine Swidnicensi Reip. congratulandum sit: vix tamen quisquam fuit, cui, sive labores illi impensos, sive dotium rarissimarum concursum examinare liceat, majori jure titulus ille debeatur, quam celebri ac vere nobili Dominico Pfortnero, *Consuli Patriæ amplissimo: & illi quidem familia nato haut novitia, sed antiquissima. Patrem enim habuit Balthasarem, Hieronymi filium, Hieronymi nepotem, Ernesti pronepotem, Adami abnepotem, Cunradi atnepotem, Hieronymi denique, qui gratia & honore floruit, atque ab illo ob præclara erga herum merita pago* Schwartzenrode *circa annum Christi supra mille ducentos, quartum & septuagesimum donatus fuit, trinepotem. Horum ergo Majorum suorum imagines intuitu, cum ad veræ laudis gloriam vehementer sibi animum accendi ac quasi stimulis quibusdam incitari sentiret; ad illorum quoque virtutes vitam suam, tanquam in speculo, ornare atque componere sategit, eo quidem successu, ut postquam ætatis progressu & viri & civis & Patrisfamilias boni, quod de Catone olim prædicabatur, partes studiosè explevit, tribus his quasi gradibus haut modò in ordinem Senatorium cooptari meruerit, sed & ad ipsum tandem Consilii publici Principatum adscenderit, ac Reipubl. adeo clarum multis annis summa cum laude, nec impari felicitate tenuerit. Vir utique sapientia præstantissimus, bonorum omnium, dum vixit, amor, malorum odium, ac vel hoc nomine æternam à gratis civibus memoriam, à bonis autem literis elogium promeritus: quod quicquid in se fuit præstantiæ, (erat autem plurimum) id omne ad patriam communem, & sanctissimam parentem juvandam, ornandam, tuendam, libens merito contulit; usque adeo, ut nulla plane pericula obire pro illa detrectarit unquam aut exhorruerit, pro qua nimirum ipsam*

etiam mortem oppetere virum bonum non dubitaturum haudquaquam ignorabat. Sævo & medicis invicto morbo cruciatus anno 1540 eo ipso die, qui Stephano Martyrum novi fœderis primicerio sacer, extinctus. Franciscus Faber in carmine examussim docto, cui Sabothi titulum fecit cum Pfortnero huic nostro, tum socero ejus Francisco Freundio, viro itidem de patria prolixe merito, multis versibus parentandum duxit.

Sil. Tog. Lib. 5. No. 3.

DANIEL SCEPSIUS.

Agyrtas imperitos, indoctos, medicastros, quorum plena sunt omnia, ab omni ditione vir nobilissimus Janus Douza excluſit, quibus adeo nec in hoc Musico sacrario locum ullum concesserim:

Abi idiota circumlator, hinc abi:
Facessa agyrta de foro,
Quibus loquacis affatim arrogantia est,
Peritiæ parum aut nihil,
Neque ulla mica literarii salis
Crumenimulga natis
Loquutuleja turba abite Simii,
Abite carcinomata,
Iatricem professa lotio tenus
Sophisticoque Schemate.

Abeant, inquam, ac procul facessant hæ pestes: econtra autem locum suum cum sui similibus, quem meretur, occupet, hoc est, si non a podio proximum, at remotissimum tamen à cunis palleatis *Daniel Scepsius*, Æsculapii Mysta, non ignobilis famæ, quin magnum sua ætate Silesiæ totius ornamentum. Honesto is nimirum loco Swidnicii Patre Caspare viro de Rep. illa præclare merito, matre autem Joannis Bobersbergii *filia*, eodem quo perenniclara patriæ lumina Zacharias Ursinus, & Joannes Ferinarius, anno natus, atque a puero omni literarum genere egregie excultus, cum ad Medicinæ scientiam, non eximiam modo Philosophiæ peritiam, venustatem Poëtices & Græcam Latinamque eruditionem, sed singularem quoque pietatem, & morum candorem adjunxisset legitimo studio defunctus, ac rite coronatus, in urbe natali artem suam, quæ multiplex & longa, quæ difficilis, & periculi plena cautissime ac dexterrime tractavit, suaque in ægris visendis diligentia, in morbo cognoscendo prudente solertia, in præscribendo minime præcipiti, sed meditata maturitate, in medendo non rigida & violenta, sed placida potius ac leni,

quæ-

quæque naturæ non opprimendæ eſſent, ſed inſtaurandæ progreſſione tantum aſſecutus eſt, ut deploratos etiam & ob feſtinationem ab aliis minus cognitos morbos ſumma cum felicitate curaret, ob idque domus ejus tanquam ſanitatis officina non a civibus modo, ſed & exteris frequenter adiretur. Macte hac herba, macte hoc palmario vir magne! vir bone! ſic igitur recta verum ad decus, ſic magnum & memorabile paratur nomen, ſic memoria acquiritur æterna. Obiit decimo Kalendas Novemb.

Sil. Tog. Lib. 5. No. 30.

TOBIAS FISCHERUS a Croſchwitz, D.

Simonides Lyricus, referente Ammiano Marcellino, beate & perfecta ratione victuro ante alia patriam eſſe debere glorioſam judicavit. Non deſuit hoc ad gloriam ornamentum, ſive adjumentum dicere malis, Tobiæ Fiſchero *doctori Medico, exquiſitæ in omni literarum genere eruditionis viro: patriam quippe nacto, quæ tot alios doctrina laude & florentes viros produxit, urbem Sileſiæ florentiſſimam Swidnicium. Primum hujus vitæ Spiritum hauſit An. 1509 Id. Sept. cumque bonis eſſet parentibus ortus, tam ab his, quam à Præceptoribus puer adhuc probe ac diligenter educatus ac inſtitutus adoleſcens & juvenis in diverſis Academiis, ut perveniret ad illa*

Edita doctrinâ ſapientum templa ſerena,

Multa tulit, fecitque: indolem certe animumque ad omnem humanitatem & elegantiam direxit, jamque meliorum literarum ſtudio inſigniter excultus, nobiliſſimæ arti totum ſe conſecravit, quæ rectæ hominum valetudinis curam gerit, qua quidem nihil cuiquam melius contingere poteſt:

Si ventri bene, ſi lateri, pedibusque tuis, nil
Divitiæ poſſint regales addere majus,

Horatio dicente. Tam pretioſi ergo boni largitricem artem cum noſter quoque ingenti deſiderio amplexus eſſet, tantum in ea ingenii præſtantia ad omnes diſciplinas perdiſcendas nati perfecit profecitque, ut magnorum favore benevolentia omnium dignisſimus, ſummis honoribus exornari meruerit, quos viris Academia confert. Ab umbra hinc poſtea quam ad lucem ſe contulit, cum experientia rerum, quæ audiverat, quæ legerat, quæ viderat, collaturus, patriæ ſe quantus quantus erat impendendum ſtatuit, à qua & honeſto titulo & munere Poliater conſtitutus, magna cum artis induſtria, & ſucceſſus laude curationes ægrorum qua domi, qua foris obiit, adeam ob id nominis famæque dignitatem evectus, ut cum ſummis ſuæ ætate in Sileſia Ασκληπιάδαις cum ſcientia tum felicitate medendi componeretur.

retur. Eo quidem magis, quod ita animatus erat, ut præ gravioribus his ſtudiis amœniorem, ac politiorem literaturam minime ſperneret, ſed frequenter ad illam reſpiceret, ac diverteret: nullo quidem progreſſum in eo, quod ἔργον erat aut impedimento; quod tamen iſti neceſſario fieri diſſitant, qui requiri ab unoquoque totum hominem, & aliter animos noſtros diſtrahi nimis, neque ſufficere vel diligentiam, vel ingenium hominum in plura arbitrantur. Eſt ita vero; ſed nec eſt plane, ſi modum quis norit, & ſtudia ipſa & tempora diſponendi, quorum apta viciſſitudines tantum abeſt, ut impedimentum ferant ullum, ut contra maximum adjumentum. Nimirum ut in conviviis irritamus mulſo palatum, ſed mox robuſtiora capimus & carpimus fercula, redituri ad ſuavitates: ita literarum hoc apparatu ſive regno diſtincti miſſi ſunt, & nos varii multijugi eruditione. In ſe id experiebatur Fiſcherus *poëtica quidem facultate ſic excellens, ut carmina, quæ ſcripſit inveniendi acumine ac lepóre, verſus atque ſententiarum numeroſa rotunditate, puritate denique ſermonis & ſelectis verbis, quæ cumprimis in hac arte dominantur, caſtam illam & ſacram antiquitatem referant. Quin & hiſtoriarum ſtudio tam impenſe delectatus fuit, ut egregium aliquid ab ejus ſcriptione in Annalibus præſertim Sileſiæ illuſtrandis, & continuandis, (his enim cum laudabili induſtria incubuiſſe cognovimus) univerſa ſibi patria polliceretur. Sed interceſſit DEUS, atque vita hanc lampadem, itemque laborum aliis tradere impulit.*

Linquenda tellus & domus & placens
Muſa - - - - - idque An. 1616.

Sil. Tog. Lib. 5. No. 36.

CASPAR URSINUS VELIUS.

Claros armis, togave homines poſt exceſſum in literas mitti vetus inſtitutum eſt, & vel maxime viventium intereſt, ut & nos præmii poſt prælium ſpes foveat, & habeant, quod cum fructu æmulentur poſteri. Viventium namque, ut Auſonius ait, illecebra eſt laudatio. Id vero dum clarioribus ego civibus meis præſtare conor, elogio poſthumo minime fraudandus CASPAR VELIUS, ſed qui Urſini nomen, auctore Joanne Cuſpiniano, Urbis Viennenſis Præfecto, ob eruditionis exiſtimationem non vulgaris initatione complurium aliorum cum veterum tum recentium Poëtarum ſibi adoptavit, & celebri Sileſiæ urbe Swidnicenſi natus eſt, uti fratrem habuit Balthaſarem Velium, ſororem Thectam, & neptem Hedwigin, quarum mentionem facit libro Epiſtolarum. Ipſe J. U. D. Regius Orator atque Hiſtoricus, & majorum gentium inter eos, quos *magno-*

rum

rum altrix Silesia vatum protulit, Poëta. Vir græcè latineque doctissimus, ea propter haut modo Matthæo Cardinali Gurcensi, ac Stanislao Olomucensi, atque Joanni Wratislaviensi Episcopis notus amatusque, sed & D. Maximiliano I. Imp. cujus calculo vatum numero adscriptus fuit, nec non D. Ferdinando Cæsari designato, cujus filium primogenitum Maximilianum summæ indolis adolescentem, qui & ipse postea imperii habenas gloriosè moderatus est, perfectis moribus, atque bonis literis erudivit, magna dignatione & merito quidem habitus. Scripsit *Sylvarum lib. 1.* in quibus cothurnato lemmate Sereniss. Austriæ Archiducum, atque Augustiss. Imperatorum modo hymenæos, modo Pæanas, modo Epicedia canit, modo vero inclytos Reges, & Principes alios panegyricos, elogiaque facundo ore, locuplete venâ debuccinat: *Epistolarum unum: Elegiarum unũ: Epigrammatum unum: Epigrammatum Græco-Latinorum unum:* itemq; *de rebus Austriacis decadas:* tum *Monosticha de vitis Regum Italiæ, Albanorum, Romanorum virorum Illustrium, Cæsarum ac summorum Pontificum ad Carolum usque & Ferdinandum:* & rursus *districha Cæsarum Rom. cum epitome Chronicorum mundi, & quædam alia:* ea metri bonitate, ut in Epicis quidem gravitatem, in Elegiacis non imparem elegantiam, in Epigrammatibus vero sales nec minus facetias scito arbitrio venustè temperaret, dignus ob id Jo. Petro Posthio Medico, & Poëtæ autor, dignus vates visus, cujus emaculata opera, rerum propter verborumque gravitatem, atque copiam & diligenter evolvantur, & ab ipsis vatibus honorifice excipiantur. Sed *& è Græco in latinum vertit S. Cyrilli Archi-Episcopi Alexandrini de anima decessu, deque ejus vitæ altera sermonem*, Episcopo Olomucensi Stanislao dedicatum. Familiarissimus fuit Richardo Bartholino, & Johanni Rosino, amicitiamque sicut cum præcipuis ejus temporibus Vatibus, ac Viris alioqui clarissimis, quorum nomina ipse Elegia sexta recenset, sic vel maxime cum seculi sui Phœnice, cui vitam ac spiritum debent renascentes literæ. Desiderium Erasmum Roterodamũ coluit, ac literas subinde commutavit, amicitiarum *ut panarias, ita interpretes*, & altrices, quemadmodum ex volumine Erasmi Epistolarum videre est. Atque hæc sunt magni Erasmi (ut alia modo, ac præsertim Pauli Jovii, Udalrici Zasii, ipsiusque adeo Stanislai Præsulis sapientissimi hic omittamus) de Velio sive testimonia sive præconia: quæ quidem, quo sunt honorificentiora, hoc majorem bonis modis omnibus dolorem miserandus illius exitus inflixit; posteaquam nimirum Viennam, nobili illa Pannoniæ Urbe superioris, anno Reparationis humanæ supra mille

quingentos nono ac trigesimo tertio Nonas Maji, præceps in Danubium sponte an illata vi, incertum, datus fatali mersus aqua periit. In Catalogo Rectorum Viennensium, quem Georgius Eder JCtus edidit, mane sub horam sextam amissus scribitur: aliis in Danubium dejectum, aliis meditabundum, ut assolebat, in flumen delapsum, aliis denique veneno sublatum, existimantibus. Hadrianus Marius Belga Joannis secundi frater vir eruditissimus, idemque postea Geldriæ Zutphaniæque Cancellarius tam triste fatum imputat Conjugio, quo implicitus fuit Velius, non sat felici, & concordi indignationem suam epigrammate quod sequitur testatur:

Conjugis impatiens morum se jecit in Istrum,
Et mortem cupido Vellius ore bibit.
Siccine semper eris sacris infesta Poëtis
Fœmina, & Orphéa non satiata nece es?
Nec sat erat sceleris vestri, quod conscius Hebrus
Erubuit, lacrymis intumuitq; suis?
Ni nunc Ursini infames nece volveret undæ
Opprobrium vestri Danubius generis?

Sil. Tog. lib. 5. No. 2.

MARTINUS PRÆTORIUS,
Phil. & Med. Doctor.

Swidnicii parentibus, & origine natus bona cum facilem animi ingeniique cultum admisisset, ac Doctoribus usus fuisset eorum studiorum, quibus operabatur peritissimis, in Francofordiana ad Viadrum Academia sic eminere cœpit, ut peridoneus visus fuerit, qui studiis filiorum Illustrissimi Marchionis Brandenburgici Joachimi Friderici, qui tunc Administrator erat Primatûs, & Archi-Episcopatûs Magdeburgensis; patri autem postea in Electoratu successit, præfectus humanæ sapientiæ medullam instillaret: quæ quidem ut bene natis, bene educatis ingenita esse non potest, ita ei præterea necessaria est, quos & majorum augustiora stemmata, & sua altior indoles, & publica expectatio laborioso Reip. destinant clavo. Eam vero provinciam noster sustinuit laudatissime: ob id cum Medica lauru Athenis Helvetiis anno 1599 cohonestatus rediisset, aureo torque honoris causa publice donatus. Poëtandi quidem arte (ne ceteras dotes commemorem) inter suos nequaquam fuit postremus: qui cum probe gnarus esset, Poësim vix olim à quoquam cultam, quam ut doceret, nec minus artem præstantissimam frustra actari, nisi subjectum adsit elegans, quam filiam haberi pulcherrimam, si male

male illam colloces, divinum ſtudium, quod adſolam delicati animi voluptatem facere multi nugantur, virtuti conſecravit: interque alia de Principatu ſalubriter adminiſtrando (quæ vero nobilior eligi materia potuit?) poetica ſcriptione periclitari cœpit. Id quod illi non infeliciter ceſſit. Extant ejus ea de re libri 4 Gratiarum ac Muſarum floribus & deliciis perſperſi, Principis, quem dixi, filio primogenito cum Anna Boruſſiæ Duce nuptias celebrante dedicati, tantique adeo à magno Viro habiti, ut deliciis inſerendas cenſuerit Poetarum Germanorum editor Gruterus. Scripſit & opus Medicum de animalibus, quod in Typographeo Francofurti ad Mœnum furto periit. Tantum uſus Laverna quidam filius, qui ut ſibi malus eſſet, Prætorio iniquus, male de te Lector mereri voluit. E vita noſter exiit anno ætatis 58, qui fuit annus 1615.

Sil. Tog. Lib. 7. No. 35.

BALTHASAR TEUBERUS.

Swidnicenſis, quamvis ignobili genere natus, quamvis fabri ferrarii filius, non minus tamen, quam Demoſthenes ſummus Orator,

Quem pater ardentis maſſæ fuligine Lippus
A carbone, & forcipibus, gladiosque parante
Incude, & luteo Vulcano ad Rhetora miſit.

Natalium obſcuritatem virtutis ſuæ radiis illuſtravit, ac Solonis illud apud Auſonium, pulchrius multo parari, quam creari nobilem, ſuomet exemplo confirmavit. Reipublicæ quippe patriæ Senator, Conſul ac Regii judicii in utroque Ducatu Adſeſſor, iisque muneribus magna prudentiæ, & fidei commendatione defunctus, nemini certe ſuorum doctrinæ elegantia, conſilii ſolertia, patriæ charitate, legum, juſtitiæ, ac publici boni amore, ſanctæ pietatis & integerrimæ virtutis ſtudio, & ex his gravitatis, auctoritatisque ſingularis laude ſecundus. Quemadmodum vero boni ac fortunati viri civium ſuorum invidiæ plerumque obnoxii: ſic *Teubero* virtus quoque, unde gloriam conſequebatur, male feriatorum quorundam, etiam ex ſacro ordine, hominum invidiam conflavit: qua perciti improperiis inceſſere famam ejus, atque criminationibus non unis in odium adducere.

Ipſe de cætero erga bonas litteras, & harum cultores ſic adfectus, ut cum à multis jam annis haut obſcure appareret, ad priſtinam ſtudiorum barbariem nos redire, & egregias omnes artes, ac doctrinam quaſi facto agmine ex conſpectu nobis auferri, ipſe inter paucos cum collegis ſuis *Georgio Rœſnero à Roſenfeld, Georgio Rumbaumio, & Joanne Wirthio*, ne

omnis publica educatio exulatum iret, ſufflamen opponere, Scholamque patriam conſulari cura fovere, & pro viribus quotidie tueri ac conſervare minime dubitaret. Mortuus eſt 1633.

Sil. Tog. Lib. 10. No. 47.

JOANNES BARTHOLOMÆUS.

Swidnicium Urbem tot præclariſſimorum hominum natalibus nobilitatem patriam habuit; eruditis ſat notum nomen, quemque aget

\- - ævo metuente ſolvi
fama ſuperſtes:

Inter Aſclepiadas quippe non nomine aut titulo tantum, ſed ipſo opere. Quod etſi cæteris rebus omnibus anteponendum cenſeret, & cum ſumma quoque laude exerceret; non ſic tamen ſeſe totum aut in perpetuum Iatricis mancipavit: quin uberem ac felicem à natura nactus fundendi carminis venam ad Poetica ſubinde, quibus adoleſcens adſueverat, colligendi ſui cauſa diverteret, atq; adeo in utrumque parum eſſet Phœbo militare, qui utriusque & Medicinæ, & Poeſeos inventor antiquitus perhibetur: cum uſu fere comparatum videamus, quod ſimul atque praxi quis nomen dedit, quaſi in piſtrinum detruſo omnibus ſuavioribus Muſis renunciandum ſit. Poëmatum ejus libellum, *ex quo ingenium Auctoris quaſi cervus ex impreſſo veſtigio eminet, Barthol. Andreades Swidnicenſis, & ipſe Poeta minime inelaticius anno 1571 Gorlicii edidit, adjuncto panegyrico:*

Tu Medicis Medicus perhibere, Poeta Poetis,
Arte pari cultus Phœbus uterque tibi eſt.

Sil. Tog. lib. 11. No. 12.

CHRISTOPHORUS STAUDENHERTZ

Staudenhertzium.

Patris ὁμωνύμου Reip. Swidnicenſis Notarii Viri doctiſſimi, ac rerum metallicarum peritiſſimi, filium eum in modum, & ad omnem politiorem literaturam Minerva erudiit, & ad uſum vitæ civilis rerumque gerendarum dexter Mercurius finxit, ut cum praxin aggreſſurus juridicam præclara ſtatim ingenii, judicii, induſtriæ ac fidei ederet argumenta, Illuſtris ac Generoſiſſimus Joachimus Maltzanius Liber Baro ex quatuor Dynaſtis Sileſiæ in Militſch, tam inſignis viri opera in dicendo jure & conſilio, in deliberationibus utendum ratus, Cancellarii illi munus clementer committeret. Quo in officio talem ſeſe noſter geſſit, ut ſicut in cognoſcendis, expediendis, & decidendis graviſſimis controverſiis, ſic in Legationi.

tionibus etiam amplissimis modo ad Comitia Principum, atque Ordinum Silesiæ, modo in Aulam Cæsaris, modo in vicinam Poloniam, aliaque loca obeundis omnia implerit: nec patroni tantum exspectationi de se concitatæ præclaræ abunde satisfecerit, sed etiam apud omnes bonos laudem justitiæ & humanitatis sinceræ consecutus sit multo maximam. In Scholis Philosophicorum assiduus fuit, præsertim eorum,

Qui docto æthereos signant in pulvere cursus:
Quos pia sollicito deprehendit pollice Memphis:
Quæ moveant momenta polum, quis certus in astris
Error, quis tenebras solis, causisque meantem
Defectum videat numeris, qua linea Phœben
Damnet, & excluso pallentem fratre relinquat.

Ne ab ea quidem laude abhorruisse, quæ ex Poëticis artibus comparatur, sed gravioribus studiis defunctum subinde ad amœniores Musas tanquam ad partum faciliorem confugisse, ex diversis intelligimus carminibus: ejusque rei luculentum ipsi perhibet testimonium rerum harum judex maxime idoneus Caspar Cunradus.

Sil. Tog. lib. II. No. 31.

SEVERINUS FUCHSIUS, Phil. & Med. D.

Joannis Swidnicensis celeberrimi filius, cum patris exemplo ad artem Asclepiadeam animum adjecisset, post Philosophiæ lauream in Leucorea, Doctoralem autem apicem in Patavina Academia impetratum, praxin ipsam, ut exercenda experimenta caperet, quantum discendo hactenus profeciisset aggressus, medendi felicitate adeo inclaruit, ut paternæ laudis gloriam si non superaturus, æquaturus tamen videretur. At vero præclaras istas minas mors hominis præmatura subito abrupit, atq; irritas reddidit: in ipso quippe ætatis flore, cum annum vitæ ageret primum ac vigesimum, usibus & rebus humanis exemptus, ac pro thalamo, quem meditabatur, tumulum nactus: sic quidem ut pene antea defletus, quam cognitus, denatus quam conspectus dici posset; more nimirum solaris illius ignis, quem vix orientem repentina quadam nubes eripit interdum, & obvelat. Sed quod unice dolendum,

Soles occidere & redire possunt,
Talibus viris
-- -- cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetuo una dormienda.

Sil. Tog. lib. II. No. 47.

BARTHOLOMÆUS ANDREADES.

Swidnicium Urbs Ducatûs à se cognominati princeps ad Wistricium fluvium sita & splendida, eam à Majoribus laudem accepit, quod *præstantia ingenia, utiliaque togæ instrumenta protulit.* E quorum *numero* minime excludi oportet *Barthol. Andreadem*, Laurentii Ludovici in Gymnasio Gorl. Collegam, indeque Strigensis Scholæ Rectorem, Virum doctiss. ac Poetam præsertim cultissimum. Cenotaphium Christi cura & impensis summi Viri G. Emerici, Reip. Gorl. quondam Consulis, post suum ex Palæstina reditum in suburbanis Gorlicensibus ad instar sacri sepulchri, quod Hierosolymis coram visum per artificem delineari sibi curaverat, & cujus simulacrum quoddam, seu typum secum asportarat, exstructum, quod inter præcipua est Civitatis illius γνωρίσματα sive decora & ornamenta, carmine elegiaco (quod commendavit non invenusta Ovidianorum versuum Parodia Laur. Ludovicus) ac Jo. Emerico Georgio, ex Johanne juniore filio, nepoti, ejusque filiis, Joanni & Georgio, dicavit. Scripsit & Panegyricum in laudem D. Alberti Baronis à Lasco An. 1571 editum, & quædam alia. Placidam vitam simili morte clausit in eo ipso oppido, terra, quæ in vicino monte D. Georgii effoditur, sigillata nobilitato 23 Feb. 1572 Epitaph. 4 Distich.

Sil. Tog. Lib. 12. No. 10.

§. 150.

TARNOVITIUM,

Tarnowitz / opidum dynastiæ Bythomiensis, (*a*) metallis argenti, maxime plumbi, celeberrimum. In vicinis saltibus copiosissima cervorum & capreolorum venatio.

(*a*) Strelicium inter & Benciniam, viginti millaribus & uno à Silesiæ Metropoli remotum.

WENCESLAUS GURCKFELDERUS.

Tarnovitium opidum in Silesia superiore dynastiæ Bythomiensis metallis argenti, ac plumbi maxime, quod ibi ex terra flava liquatur, celeberrimum, an ingeniorum aque fœx sit, minime id liquet. Insigne quidem huic patriæ suæ decus conciliavit Wenceslaus Gurckfelderus: *qui cum in Schola principali apud Heilsbrunnenses annis bene multis juventutem selectam*

in

in ſpem ac firmamentum Reip. Chriſtiana docuiſſet, à Sereniſſimo Principe Georgio Friderico Marchione Brandenburgico ac Duce Boruſſorum Onolsbachium vocatus, à ſecretis illi deinceps fuit: vir induſtrius, litteris humanioribus apprime eruditus, & in omni liberali hiſtoria eximius. Memoriam Praceptoris ſui praclare de ſe meriti gratus diſcipulus Fridericus Taubmannus, Poetarum Germania ſua facile princeps, non binis duntaxat carminibus, ſed & in ea oratione, quam de magno Principe Witteberga in Saxonia habuit, quo die Heilsbrunna in Franconia exequia defuncto celebrata ſunt, nobis conſervavit: genealogiis ejus laudatis, in quibus gentis Brandenburgica ſeriem, ut à pàrvis initiis ſic pervetuſtis, inter adminundas & multiformes cum fortuna, tum virtutis ſemitas, ad hoc faſtigium, quo toti nunc terrarum orbi conſpicua eſt, revocárit: opus ipſum necdum editum opinor: neque quid porro de Auctore factum, aut quamdiu is Principi ſuo ſupervixerit, reſcire hactenus potui. Si quis ſit, qui docere id me queat, non minorem is a me gratiam inibit, quam ab univerſa Rep. literaria, qui ab haredibus impetraverit, ne ſcriptum illud diutius publica luci & fama invidere velint.

Sil. Tog. Lib. II. No. 22.

§. 151.

TESCHENA.

Teſchen/ Bojem. Teſſin/ Cromero Teſſinum, (*a*) urbs primaria ad Eſſam ſeu Oſſulam amnem: eaque non ſolum amœna ob aëris ſalubritatem, fluvii præterfluentis, piſcesque ſapidiſſimos enutrientis commoditatem, & ædificiorum quorundam elegantium in templis, (*b*) arce Ducali, mœnibus, & curia omnibus obviam; ſed & copioſa, omnique alimentorum genere etiam leviori precio comparandorum, abundans; Multi-varias quidem aves, ferasque agris & ſaltibus vicinis affatim ſuppeditantibus. Ab una parte Regnum Poloniæ, ab altera Regnum Hungariæ, à tertia denique Marchionatum Moraviæ habet proxime adjunctum: hinc

hinc mercatuum celebritas: hinc populorum frequentia & confluxus: hinc mercimoniorum varietas & multitudo. utraque utitur lingua Germanica & Bojemica. Præter vina generosa, quæ largissime ex Hungaria advehuntur, cerevisiam habet duplicem, alteram triticeam, alteram hordeaceam: Valachis præsertim vicina montana incolentibus (genus id hominum (c) ipsis feris magis ferum, lacticiniis maxime, quæ ubertim sylvæ subministrant; sed & latrociniis ac depræ-dationibus victitans) qua ad necessitatem, qua ad hilaritatem apprime accommodatam. Sclopeti isthic conficiuntur, qui palmam poscere audent contra omnes Silesiæ. Elevatio poli est 49, 59. Longitudo 41, 44.

(a) A provinciæ Metropoli viginti sex milliarium intervallo abjuncta.

Insignia ejus sunt in scuto cæruleo Castellum album cum duabus turribus, & inter has Aquila flava.

(b) Als Mieslaus II Herzog zu Teschen An. 1246 ohne männliche Erben abgieng/ succedirte ihm sein Bruder Ladislaus, der Fräulein Euphemien/ Herzogs Primislai zu Gnesen und Posen Tochter/ geheyrathet/ welche das Prediger-Kloster damals/ vorietzo aber in der Stadt Teschen fundirt/ darinnen die Herzoge zu Teschen ihr Begräbniß gehabt/ und zeugte mit ihr 5 Söhne: Mieslaum III, Casimirum II zu Teschen/ Jacobum zu Troppaw/ Boleslaum zu Oppeln/ und Primislaum zu Ratibor. Unter welchen Boleslaus oder Bolco zu Oppeln Anno 1307 die daselbige vorige Pfarr-Kirche; anfangs unser lieben Frauen/ hernach dem Schlesischen Apostel S. Adalberto, um daß dieser circa A. C. 984 selbte selbst eingeweihet/ und darinnen dem noch unwissenden Völcklein das Christenthum am ersten geprediget/ dedicirt/ um ein gutes Theil verbessert/ und nach angebautem Kloster den PP. Dominicanis eingethan; hingegen itzigen Thum ad S. Crucem zur Pfarr-Kirchen/ Primislaus aber zu Rati-

Ratibor das Jungfern-Kloſter zum Heil. Geiſt Anno 1336 geſtifftet / und reichlich dotiret hat. *Buckiſch in Prolegomenis* vom Schl. Kirchen Zuſtand/ *Cap. 2. pag. 32.*

Vor der Stadt iſt auch ein Kirchlein zum neuen Begräbniß genannt. *J. H. Conradi MSS.*

Weil die Stadt gleich an der Grentzen zwiſchen Ungarn / Polen/ Mähren und Schleſien / hat ſie wegen der vielfältigen Krieges-Läuffte öffters Verwechſelung und vor Alters mancherley Anſtöſſe gehabt; iſt offt bekriegt und geplündert worden. *J. H. Conradi in MSS.*

An. 1645 haben die Schweden das Fürſtl. Schloß / in dem Hoſpital in die 1400 Kaſten zerſchmettert / auch die Archiva publica auff dem Rathhauſe/ ja die gantze Stadt/ſamt der Kirchen und Kloſter ſpolirt/und hernach An. 1646 den 21 Aprilis habens die Käyſerl. wieder eingenommen. *Merian. Tom. 5. Theatri Europ.*

(*) Duriora ſunt, quæ de conterraneis noſtris aſſerit Henelius; Feri forſan fuerint, dum

Horridus ille Deus, qui *ferus* arma movet,

ipſo plane belli tempore, quo noſter hæc ſcripſit, *feros* Martis filios, ut in aliis Germaniæ provinciis, ita in noſtra quoque patria magis fecit *feros*; aſt ubi Gradivus ille aliò digreſſus Civibus noſtris in pace reliquit, quæ poſſident, cicurati ſunt, & manſuefacti experientia teſte; quamvis inficiari non poſſimus, in illo loco, velut in colluvie quadam, non tam Sileſiorum, quam Polonorum, Moravorum, & Hungarorum quandoque prædationes, imo & latrocinia etiamnum contingere: Cujus tamen cauſam non tam genio gentis, quam loci occaſioni, quæ fures facit, adſcribendam eſſe judicamus; & licet communi paroemia

Gente de confini ò ladri ò aſſaſini,

populi ad confinia habitantes, vel latrones dicantur eſſe vel prædones: eam tamen ſic interpretari vetat veritas, ut, quod faciunt pauci, aut unus, alterve, illud prædicetur de omnibus.

JOANNES TESCHINENSIS.

Artis Chymicæ Inventorem alii ad Adamum, omnium mortalium Patrem, alii probabilius ad Tubalcainum, Magiſtrum æris & ferri, ut habet Scriptura, referunt: Propagationem autem Hermeti Trismegiſto plerique tribuunt, indeque artem Hermeticam, vas Hermetis, ſigillum Hermetis dici putant. Ea vero ſicut nunquam non cultores ſuos habuit, ſic poſt Chriſtum natum apud Arabes maxime floruit, proximis autem ſecu-

lis inter ſacerdotes fere ac Monachos latuit, quorum non pauci otium, quo abundabant, poſt ſacras meditationes arti huic famoſiſſimæ tribuerunt: in queis Raimundus Lullius, Marienus, Rogerius, Trithemius, Fr. Baſilius Valentinus, alii, memorantur. Atque horum quidem numero è Sileſiis quoque Sacerdotibus jure merito accenſendus venit Joannes Teſchinenſis, qui non modo manum ipſi operi admovit, ſed & libellum rhythmicum, cui titulus: *Lumen ſecretorum artis, compendium* item *ejusdem*, & alia quædam in gratiam Chymiæ ſtudioſorum compoſuit. Exſtant illi tractatus penes me manuſcripti, de quibus quidem quid ſtatuendum ſit, memor dicti illius, *ne ſutor ultra crepidam*, peritioribus dijudicandum relinquo: haud indignum interim hominem arbitratus, qui in hunc Doctorum Catalogum a nobis referretur.

Sil. Tog. Lib. 12. No. 3.

§. 152.

TOSTUM.

Toſt/ Oppidulum Ducatus Oppolienſis, (*a*) murorum quidem & mœnium expers, ſed arce conſpicuum eleganti, (*b*) Baronum de Rhedern imperium ferens.

(*a*) Octodecim milliaribus Wratislavia diſtans.

Mercatu annuo gaudet 1. Die S. Mariæ Magdalenæ ſacro, 2. Die S. Catharinæ dicato.

(*b*) hodie Comitis de Colonna, qui magnificam arcem erexit ſupra petram, dignam Principe domum.

§. 153.

TRACHENBERGA.

(*a*) **Trachenberg**/ Oppidum Baronatus clarens dignitate, uliginoſo loco ad Barthæ fluvii ripas ſitum: bonorumque piſcium, maxime luciorum, captura nobiliratum ac celebre. Portio quondam fuit Ducatu Oſnenſis, à quo divulſa eosdem cum Milicenſi dynaſtia

naſtia Dominos habuit Barones Kurtzbachios, idque ad Henricum usque tertium, qui ære oppreſſus alieno vendidit eam Adamo Schaffgotschio de Kienaſt, Greiffenſtein & Kemnitz Libero Baroni. Is cum prole deſtitueretur maſcula, hæredem reliquit agnatum ſuum Joannem Udalricum, Chriſtophori Filium, *ſemper Liberi Baronis dignitate* à Ferdinando II Cæſare Auguſtiſſimo honeſtatum, hujus denique Cubicularium, & Campi Ductorem ſtrenuiſſimum.

(*a*) Dracomontium nonnullis audit nomine magis latino. In inſigni ſuo Draconem gerit ſuper altiori monte conſpicuum.

Nundinas celebrat 1. Prima Januarii,
2. Feria ſecunda poſt Exaudi,
3. Die Lunæ poſt Nativitatem B. V.

Extra muros firmam habet arcem, An. 1579 28 Julii exuſtam, cæterum opportuno loco, quaſi in inſula, quam Bartha fluvius duobus brachiis ambit & lambit, ſitam: cujus firmiorem munitionem An. 1577 P. P. & S. S. in Comitiis concluſerunt. An. 1605 23 Martii incendio calefactoris incuria exorto arx iſta lignea ſui parte in cineres vertitur. An. 1629 à Cæſareanis reparatur. An. 1640 rurſum Cæſareano militi ſervivit contra Suecicum: & à Stal hanſio pilis non ferreis tantum, ſed & igneis injectis oppugnatur quidem, ſed non expugnatur.

An. tamen 1642 a Dorſtenſohnio poſt duos obſidionis dies cogitur ad deditionem, & a Suecis munita fortioribus vallis, tamdiu Suecis prædonibus, & prædis præbuit receptaculum, Cæſareanis recuperationem fruſtra tentantibus, donec concluſa pace An. 1648 ad noſtros rediret.

Elapſo 1702 anno dimidia ſui parte Dracomontium, una cum celebri Eccleſia & ſpectabili turri per fortuitum incendium in flammas atque ruinas concidit.

§. 154.

TREBNITIA.

Trebnitz / oppidum Ducatus Olsnenſis, cui no-

men fecit nobile illud, potens ac locuples cœnobium ab Henrico Barbato D. Hedwigis (inibi ſepultæ, ac miraculis claræ) marito fundatum, (a) ac puellis Ciſtercienſis lectæ, ex Cœnobio Bambergenſi huc translatis, attributum: Id quidem nominis, ut putatur, adeptum ex dicterio Petruſſæ Abbatiſſæ, & Monialium: quæ ab Henrico Duce interrogatæ, num aliqua re amplius indigerent? reſpondebant: Trzebanycz. Inde nomen intulit loco (verba ſunt Matthiæ de Michovia) Trzebnycza, quod in Polonico ſonat: *Nullius indigens.* Antiſtita Cœnobii, non ſacri tantum Collegii caput, verum & Domina ſimul, ut vocant, temporalis, oppidi & pagorum præterea complurium, in diverſis provinciis ſitorum.

(a) Juvat hic adducere verba ex Ciſtercio biſtertio: *Trebnicium (ſcribit Rev. Autor) Partheno Ciſtercius apud Sileſios, tribus à Vratislavia milliaribus diſtans, Divæ Hedwigis & Henrici Barbati Sileſiæ Ducum celebre opus, initia ſua refert ad A. C. 1203 Jongelinus in Notit. Abbat. Lib. 5. pag. 67 adſcribit prima fundationis auſpicia Ducis voto, quod eo loco, in paludena cum equo, cui inſidebat, prope abſorptus, Cœlitibus in opem evocatis emiſerat. Quanquam Manriqueus ad An. 1203 cap. 7. n. 8 citans pro ſe Cronerum aſſerat, Henricum Ducem Hedwigis rogatu, inſigne illud opus, & vere regium Trebnicenſis Cœnobii aggreſſum eſſe. Porro, quantum ego quidem exiſtimo. Ducis votum & Hedwigis preces rectiſſime componi poterunt: quid namque obſtat, quo minus maritum dicatur ſtimuliſſe Princeps ſancta, ut ſcilicet Deo redderet quod voviſſet, & forte amplius redderet, quam voviſſet? Adeoque ſi ad voti acceleratam exſecutionem atque etiam fortaſſe exceſſum attendamus, utrumque ad Hedwigem referendum eſt, quæ conjugem jam voto obſtrictum per adjectos à ſe ſtimulos inſtantius impulit, ut eo majori, quam forte propoſuerat, ſtructurarum ac redituum amplitudine illuſtre id cœnobium auſpicaretur. Domus etymon nonnulli trahunt ex eo, quod primæ Ciſtercia virgines Duci Fundatori quærenti, an aliqua adhuc re indigerent, Polonico idiomate reſpondeſint:*

rint: Trzebanic *ſeu* Trzebanicza, *quod idem ſonat ac* nullius indigens. *Verum Manriqueus rectius Cœnobii nomen ad oppidum refert, quod jam antiquitus dictum* Trebnicium, *poſtea noſtris donatum, fundando ibidem Parthenoni, ſimilem nuncupationem dare potuit. Neque per ſolas preces, quibus Maritum perurſit ad Cœnobii fundationem, confundatricis prærogativam Hedwigis meruit; verum etiam quod indulgente viro (uti ſcribit Cromerus apud cit. Angelum ad Ann. 1203 cap. 7. n. 8.) illi Monaſterio opidum ipſum, Trebnicium, & complures pagos ſuos dotales addixerit, ita ut in mille hominum alimenta reditus ejus ſufficere viderentur. Parthenonis novi tutela, poſt Deum, commendata Deipara virgini ac Divo Bartholomæo Apoſtolo. Prima virginea cohors advocata Bamberga ex Franconia, ubi Ekembertus ſive Erimbertus, Divæ Hedwigis frater Germanus, Epiſcopales honores tum obtinebat, ſub prima Ciſtercii agminis Antiſtita,* Petruſa *viragine præſtanti, futura deinceps ſanctæ Principis in ſpiritu Magiſtra. Anni omnino quindecim conſumti in erigenda Cœnobii Fabrica, per quod tempus optima Princeps facinoroſos per leges alioquin ad ſupplicia condemnandos non aliis paſſa eſt mulctari pœnis, quam ut operam ſuam locarent promovendæ alacriter Trebnicenſi ſtructuræ, mora laboris iisdem injunctis ſeu minori ſeu majori diſtinguens criminum qualitatem. Magno numero Regiæ ex Polonia, Principes ex Siliſia virgines hoc in loco ſub Ciſtercii vexillis militarunt, è quarum ſerie B. Gertrudis extitit, Divæ Hedwigis filia, ſecunda Domus Antiſtita. Quantis autem reverentiæ argumentis ſancta Princeps alumnas ſuas Trebnicenſes, eo præſertim tempore, quo ipſis intra clauſtrum convixit, proſecuta ſit, inſinuatum mox fuit ſupra, ubi de Lubenſi cœnobio diſſeruimus, quibus addenda hæc linea:* * *quod ſororibus quoque (Trebnicenſibus ſcilicet,) comedentibus, in Choro adiverit loca, in quibus illæ ſtare ſolebant, & ſingulis oſcula infixerit. Itemque ad dormitorium earum aſcendens, omnes gradus, per quos illæ adſcendebant, ſcabella quoque, ante lectos earum poſita, mira humilitate & animi devotione exoſculata ſit: quippe quæ ſanctum putaret, quicquid tetigiſſent illæ Sanctimoniales. Precanti aliquando in choro Principi crucifixus Salvator è ligno dextram reſolvens, benedictionis beneficium inter hæc verba impertitus eſt:* Exaudita eſt oratio tua, impetrabis ea, quæ petiiſti. *Quod fuerit tunc precum argumentum ſanctiſſimæ Oratricis, innuit auctor vitæ cit. ap. Manriquenm ad annum 1235 cap. 8 n. 7. conſervitio ſcilicet ſanctitatis Sanctimonialium in ſuo Trebnicio. Quam æterna ſublicitudine futura loci felicitati quam optime proſpexit. Et quanti adhuc & quotquot amplius in cœlis pro domo ſua*

* ap. Surium c. 2.

nunc peroret ſancta & efficax precatrix? Illud inter cætera memorabile quod à diebus S. Hedwigis usque in tempus præſens nulli ſylveſtres anſeres in Cœnobii fundo conſiſtere ſoleant, exeſſe olim juſſi Divæ Principis imperio. Cum namque aliquando virgines ſorores apud ſanctam querularentur de damnis, quæ noxiæ illæ volucres Monaſterii ſegetibus intuliſſent, imperio illico exegit importuna anſerum agmina, nunquam deinceps illuc reverſura. Fundatores ambo, Henricus nempe & D. Hedwigis, in Parthenonis Eccleſia conquieſcunt: altiori quidem loculo repoſita Princeps ſancta, quæ parte ſanæ eſt à Lutheri morbo & dogmate, ſibi habens inter vota & anathemata devotiſſime obſequioſam. Hodie loci iſtius celeberrimi Clavum Abbatialem tenet digniſſima virginum Antiſtita D. D. Cunegundis Kawetzka, *in cujus inclytam tam Perſonam, quam concreditam Congregationem favores plenis manibus quam uberrime ac ſine fine deſuper profundat Diva Thaumaturga fundatrix, pro Trebnicio ſuo adhuc & quam maxime maternis curis è cœlis ſollicita.*

Trebnitio ſequens piiſſimi Fundatoris elogium jure meritiſſimo adjungitur:

A. D. 1238 19 Martii deceſſit Henricus cum agnomine Barbatus, Poloniæ Ethnarcha, ac Sileſiæ prope totius Dux, Anno ætatis 70, Regiminis 36 MM. III. D. D. XIII. Demortui corpus Trebnicii ante aram principem in ſolenniſſima Parthenonis Baſilica ſub alto marmore, utpote Fundatoris, terræ mandatus eſt. Ex uxore ſanctiſſima Hedwige filios 3 generavit, Duces Sileſiæ, quorum unicus Henricus Pius poſtea cognominatus, poſteritatem ex Anna, Ottogari Regis Bohemiæ filia, propagavit. Boleslaus quippe citra uxorem extinctus eſt; Cunradus præterea, etiam hac ducta, nihil confecit. Filiarum ternio quantumvis a Regiis, Cæſareisque Procis expeteretur, pro thalami conſortio ambitioſius, a Matre tamen ſanctiſſima ſuaviſſime inductæ ſunt Virgines, ut præ poſteritate Virginitatem retinerent, DEO votæ Trebnicii omnes ſervæ Chriſti, una etiam cæterarum Virginum loci Abbatiſſa. Huic porro Henrico mitiorem hominum culturam, jura a feritate manſvefacta, Urbes plerasque hactenus muris incinctas, fortificatas, debet Sileſia. Unde, quia his, ſimilibusque vehementer, & quidem è conſilio ſuæ Conjugis natione Germanæ, patriam exornavit, etiam ab heterodoxis ſcriptoribus, patriæ Pater Hedwigis una, ejusdem Mater, glorioſe paſſim vocantur. Sed ditionum inter Filios, longe ante mortem, diviſione, ſed exinde bellis infelicibus exortis, ſed gemina inſuper ſua captivitate, non fuit niſi calamitoſus. Virtutem

tutem nimirum, nisi id generis commoda exercerent, cætera laudabilia non tantopere commendarent: Contraria juxta se posita magis elucescunt. Ultimum maleficium eximia Conjugis & servi merita eximie illustraverunt. Captum per dolum ex insidiis Henricum recte tum, cum rei divinæ adesset, detinebat in carcere Cunradus Massoviæ Dux; è quo cum vix Ducatus sui impendiis lytro eliberandus videretur, hunc ipsum fletu Conjux sanctissima ex illis angustiis, pædoreque expedivit. Tam diu scilicet Cunradi cor saxeum cavavit lachrimis, in conspectu ejus ubertim profusis, quoad nobile pectus, nullo alio plane lytro admisso, Ducem Maritum liberum ex ergastulo dimisit. Sed primæ conversationis luculentius adhuc documentum est, quia sangvine, quia vita ipsa Peregrini de Wissenburg, procuratum. Hostes in balneo non tantum inermes, sed plane nudos deprehenderant, Lesconem Poloniæ, Henricumque nostrum Silesiæ, Duces. Ille famuli opera equo impositus quamvis nudus, fugam arripuerat, verum in hac ipsa hostis capitalissimus Lesconem assecutus, obnitenti licet fortissime caput nihilominus framea demessuit. Henrico in ipso balneo reliqui hostes cum undique imminerent, vulneribus scilicet Silesium confecissent, nisi nominatus nobilis Germanus corporis sui oppositu lethalia magis excepisset. In terram manante è tot vulneribus sangvine, cum procubuisset ultimo Henricus, trajectus, ac animam ejiciens, Peregrinus huic ipsi incidit, ac impositu sui corporis, ne deinceps Dux impeteretur gladiis, impedivit. Rati enimvero hostes utrumque jam desiisse vivere, in demortuorum corpora tyrannidem, crudelitatemq; exercere superfederunt. Hinc his fugam maturantibus ne in flagranti a potioribus vindicibus interciperentur, locus ac tempus data sunt, quibus mediis Henricus semivivus in tutiora deportaretur, curaque fidelissimorum suorum deinceps etiam servaretur. Sed enim ob tria calamitosa superius insinuata, infelicem Ducem tres extraordinariæ prærogativæ hunc eundem Henricum laudatissime extulerunt. Bis terve etiam in Polonia ad sceptrum evocavit gens cognata; arma quin etiam obtulit, quibus solium fulciret. Verum ad tempus modicum sumptam semel tantum purpuram protinus posuit, aliis vicibus memorabili modestia apices istiusmodi semper declinavit. Cœnobiis deinde fundandis, extruendisque Ecclesiis partem maximam redituum liberalissime impendit. Ejus opera proinde sunt (ut potiora nominem) hodieque in Silesia aspectabilia: Trzebnicensis non Ducalis solum, sed plane Regius partheno Virginum Cisterciensium, Henrichovicnse, & Camencense, regulæ ejusdem sacro-

rum

rum Virorum, celeberrima Monasteria. Naumburgense olim, nunc Saganense, Canonicorum Regularium Collegium. Strzelense juxta quosdam Asceterium. Sed abstinentem tantopere pecuniæ, quin & *regii* throni, mirentur alii ego corporis voluptatum, thalami licite *indulti*, & quidem 30 annis expertem, summopere admirabor. Parum abfuit, quin ad S. Henrici Claudi cognominati, quin ad Boleslai pudici Poloniæ Regis, aliorumque præterea rarorum valde parium, famam glorioſam perveniret. Quod a generatis proinde filiis ac filiabus potuit annis tot, poſtquam coram Epiſcopo Imislao Wratislavienſi devoviſſet publice cœlibatum, thalamum amplius non intravit, ſervavitque abſolute illibatam plus, quam vidualem ac maxime matrimonialem caſtitatem. Cæterum ad laudatiſſimi totupliciter, præcipue in his ſacris decoribus celebratiſſimi Ducis conſervandam memoriam placuit ultimo Carmen apponere, & quaſi marmori illi Trebnicenſi, debitum ut vocant Epitaphium, inſculpere:

Henrici, cui longa dedit cognomina Barba
Splendida, quam cernis, tumba Cadaver habet.
Quid prius in Cœlos, Virtutes? anne potentis
Imperii regimen, Muſa canora ferat?
Scriptores Sileſi, qui facta profana notarunt,
Regnorum celebrant præcipue acta Ducis.
Quod plerasque urbes, quod cinxerit Oppida muris
Civilem Patriam effecerit, ipſe probo.
Quod ſine vi Clemens, ſine ferro, ſcripſerit unas
Pauperibus Leges, divitibuſque pares:
Hæc etiam laudo conamina, Principis æqui
Publica nam tangit res, utriusque bonum.
Sed decora iſta etiam Chriſti ſine luce Monarcha
Gentiles, terris hæc habuere, Duces.
His majora proin cantat mea Muſa; trophæum
E virtute mera, quod celebretur, erit.
Maxima curarum fuerat, protendere cultum
Numinis, & veram ſpargere ubique fidem.
Evibret arma alius, ferro Dux obruat urbes,
Hic Cives, ſacris excolit usque ſuos.
Sumptibus Auguſtis, claras hinc conſtruit ædes;
Sarmata Trzebnicias, quas veteri ore vocat.
Non centum, ſed mille etiam fundatio alendis
Suffecit nuribus, Virginibusque ſacris.

Quid

Quid dicam in laudem Henricenſis, Caminecæi
Et Naumburgenſis Cœnobii usque ſatis?
Regia ubique ſtrues, ſunt regia templa, ſacrorum
Regales ſumptus, regia ubique domus.
Jam quantum eſt illud, potuiſſe cacumine Regni
Faſcibus & propriis abſtinuiſſe Ducem?
Quid? Venere annis ter denis potuiſſe carere
Et totidem Luſtris abſtinuiſſe thoro?
Communes virtute modos excesſit: in ipſo
Quid rarum, ac plane non ſolitum, orbis habet.
Quod ſimiles mihi terra dabis? ne dixero, Reges,
Inter Chriſtiadas, quot pietate pares?
Et quamvis monitu meliore, piiſſima conſors
Hedwigis, thalami præſulit orbe facem,
Ipſe tamen pars prima fuit conaminis, ipſe
Pars operis ſemper nobilioris erat.
Quis cœlo exceptum, dubitet poſtfata, proinde?
Cum terris fecit talia, Cœles erat.

Crugerius in Sac. Pulv. die 19 Martii.

Piiſſimo Fundatori ſanctam Fundatricem conjungamus.

A. D. 1243. ſanctam omnino animam effudit in ſinum ſui Redemptoris, Hedwigis Duciſſa Sileſiæ, Henrici quondam Barbati uxor, & ad hodiernos usque Brigenſes, ac Lignicenſes major originaria. Primos annos liberis procreandis, reliquum deinde vitæ tempus non invito conjuge, caſtitati dedit, maluitque a pauperum jam turba, quam Regum MATER dici. Ex illis tredecim quotdiebus menſæ adhibuit, flexo poplite in iis Chriſtum ac duodenos Apoſtolos adorans. Ajunt multos ex iis poſita capiti Virginis MARIÆ imaguncula valetudini reſtitutos ab Hedwige: Certe inventam virginis Effigiem, multis ab obitu annis, inter digitos tres primores, eosque integros aſſeverant, magno ſive Hedvvigis in virginem teſtimonio, propenſæ in eam voluntatis. Porro tam dura ſibi quam benigna aliis, pedes fere nudos etiam hiberno tempore circumferebat; indormiebat aſſeribus, corpuſculum & ipſa verberabat, &, quod pauci volunt, verberari ab aliis optabat, & patienter ſuſtinebat. Sacerdotibus, quotquot denique faciebant, quotidie omnibus aſſiſtebat, nullas alias voluptates unquam ſectata, quam quæ preces inter, animum demulcebant: quarum quidem ingens argumentum fuere nunc prodigioſus in vultu ſplendor, nunc cum a

nimo ſuo in aërem etiam corpus abreptum. Et fuit cum ſic precanti è CRUCE bene ultro Chriſtus precaretur, & rata omnia ejus vota haberet. Horum ſcilicet compendium cœlum erat, quod ingreſſa eſt Hedvvigis inter Theclæ, & Catharinæ, aliarumque Virginum comitatum, ut & tunc Principem credetes. Ex Surio. Cæterum hujus Sileſiæ principalis Patrona ſit, hic ea propter etiam ſolennis memoria, quod ipſa, & maritus, poſteri deinde ipſius DUCES plane, pleraque ſacra beneficia, in hac provincia erexerint ac dotârint. Teſtem pro hac inſigni raritate invoco ipſum Wratislavienſem Epiſcopatum, plerasque in Sileſia Collegiatas, Brigæ & Lignicii, Baſilicæ omnino, ante centum & ultra annos, cultu Catholico mirifice, uti & Canonicorum Collegiis vigebant. An iterum hæc veterrima ſacra è vicino intuebuntur? apud Deum omne eſt verbum poſſibile: & circumfertur in poſteros hos ipſos affectûs tenerrimi novitia Hedvvigis apparitio, quæ ſi vera ſit, & cœlo indicta, habemus juſtæ ſuſpicionis fundamentum evidens, Piaſtæos nempe ad veſtigia Hedvvigiana redituros, quæ ipſa aliquando preſſit veterrimæ Religionis. Vin' expreſſiora, quæ ante annos paucos jactavit fama? non eſt meum ubique immittere calamum, & tam occulta palam exprodere: ſat eſt, vel paucis tam notabilia inſinuare. Crugerius.

Inter alia complura ſacra Lipſana Trebnicii aſſervantur & oſtentantur ſequentia: Superior pars cranii S. Hedwigis: quatuor ejus pallia, ſive ſuperpellicea cum cingulo: & vitrum, in quo aqua in vinum verſa traditur. Facit hujus vaſculi piam ac ſingularem mentionem Surius in Vita B. Hedvvigis, hæc præcipue de ipſa ediſſerens: *Accuſata*, inquit, *fuit aliquando Beata Hedvvigis apud maritum ſuum, quod perpetuo aquam biberet: id vero ille indigne ferens, atque earum, quas crebro patiebatur, agritudinum cauſam eſſe exiſtimans, è monaſterio illam revocare voluit. Acceſſit igitur prater expectationem ad locum, ubi illa ad menſam cibum ſumptum ſedebat, tollensque ſcyphum eorum illa poſitum, in quo aqua erat, bibit ex eo, & ecce nonniſi boni vini guſtum percepit, cum tamen revera aqua infuſa eſſet. Ait igitur illi, qui eam detulerat: dignus profecto eſſes, cui ob hoc mendacium oculi effoderentur; neſciebat enim factum illud à Domino, quod ea cauſa mirabilior erat in oculis illic ei miniſtrantium, qui ſciebant, quid ei bibendum obtuliſſent, nempe aquam purum, quæ tamen mox in vinum mutata fuit: quod cum certius cognoſcere vellent, qui illam aquam appoſuerant, poſtea quam Dux bibit, etiam inde & ipſi biberunt, cognoſcentesque divinum miraculum propter ſancta Hedwigis merita patratum, DE-*

UM

UM collaudabant. Tali ergo miraculo DEUS & delatoret famula ſuæ compeſcuit, & ejus devotionem ac pietatem magis etiam confirmavit.

Quod vaſculum mirabile (miraculum enim hoc patratum fuiſſe fide humana credimus) ſi revera aſſervatur Trebnicii, vane de illo gloriatur D. Samuel Nakielski, SS. Thliæ Doctor, ad S. Hedvvigem Cracoviæ Præpoſitus, in ſua Miechovia, dum fol. 954 ita ſcribit: *Anno 1641, menſe Februario, oblatus eſt Eccleſiæ ſanctæ Hedvigis (cujus ſum indignus Præpoſitus) Scyphus vitreus, pedi argenteo deaurato inſertus, opus ſane antiquum, quo potiſſimum B. Hedvigis, dum in Cœnobio Trebnicenſi cum Monialibus, à ſe ibidem introductis, vitam communem duceret, ad menſam uti conſuevent, & ex eo potum pauperibus & ægris propinando, ſanitati plerosque reſtituebat. Teſtamento olim Generoſi Domini Sigismundi de Poremba Porembki, armorum Kornic, viri ex Majoribus ſuis tum illuſtris, tum ſumme devoti, qui hoc præclarum ac ſacrum clenodium à Parentibus ſuis reſignatum accepit, & longo temporis decurſu pro pretioſo theſauro penes ſe retinuit. Deinceps Eccleſia S. Hedvigis, uti loco, tutelæ ac patrocinio Divæ dicato, poſt obitum ſuum applicari voluit. Quo hoc anno è vivis ſublato Exequutores, ejus voluntati extremæ pium morem gerentes, munus hoc ſacrum die 9 Februar. ad manus meas tradiderunt, & proprium ac hæreditarium hujus Eccleſiæ fecerunt.*

Hæc Nakielski, qui Surium deinde ſupra à nobis citatum & ipſe citat, in opinione hac erronea (ut ex verbis illius colligitur) id ipſum vitrum in Eccleſia ſua obſervatum idem prorſus eſſe cum illo, cujus Surius præfatus meminit. Sed ſalvari poteſt Vitro Cracovienſi ſua dignitas, ſi dicamus, plura in variis locis cuſtodiri vaſcula, à manibus & labris hujus Divæ ſacrata: nam & Wratislaviæ ad S. Matthiam ejusmodi Vitrum pia cum veneratione aſſervamus, quo ſanctam hanc Patronam noſtram olim fuiſſe uſam, & infirmos, ex eo bibentibus, opitulante Deo, ſanitati reſtitutos, tradiderunt majores noſtri; Vitrum ipſum mundum & pellucidum eſt, quartam ollæ partem circiter capiens, quod pedi argenteo, & inaurato, nec non Imaginibus Quatuor Evangeliſtarum, quatuorque Prælatorum, *Lubenſis* puta, *Vincentini*, *Henrichovienſis*, & *Mathiani* Inſignibus artificioſe ornato, inſeri fecit ante annos jam centum & quadraginta Bartholomæus Mandelius ad S. Mathiam Magiſter. Vitri labium argento etiam inaurato circumdatum verbis ſequentibus ſignatum eſt: IN LAUDEM ET HONOREM OMNIPOTENTIS DEI; AC MEMORI-

AM D. HEDWIGIS DUCISSÆ SILESIÆ B. M. MAGISTER HOC POCULUM ADORNARI FECIT.

Ex quo in S. Hedvvigis festo ad mensam communem in *Conventu* nostro Mathiano in piam Patronæ memoriam bibitur, lege quasi per consuetudinem ab Antecessoribus nostris introducta, ut nunquam alias per totum annum, & quidem unus duntaxat haustus ab unoquoque convictore ex eo fiat in dicta festivitate.

Hic locus Ecclesiæ genuit olim
R. F. Patrem JOANNEM JACOBUM TREBNICENSEM, S. Prædicatorum ordinis Sacerdotem, quem Abrahamus Bzovius, Scriptor Ecclesiasticus, præclaro Virorum illorum, qui Ecclesiam scriptis illustrarunt, cœtui annumerat. Edidit sermones, quos dixit in Concilio Constantiensi ad Clerum de diversis. Initium est: Præclarissimi Pontifices &c.

§. 155.

TSCHIRNA.

Tschirn / opidum recens cum arce Stoschiorum, lanificii & tinctura artificio præcipue clarum. Nec nobilior tota fere Silesia, quam isthic, pannus texitur. Conditorem ostendit sequens epigraphe Tabulæ marmoreæ, quæ in turri, templo contigua, muro immissa est:

JEHOVÆ TER. OPT. Max. S.
Siste Viator, & vide Germanum
BALTHASARIS à STOSCH V. NOBILISS. *Epitaph.*
Quo scilicet Auctore
TSCHIRNA Silesiæ ad Polonor. Confinia
limitaneum nunc est Opidum,
cum pagus quondam esset:
Sed quem ille
heredit. jure à suis accept. & jam pridem
Wladislai Hung. Boh. R. beneficio
Successorum Regg. ac Cæss.
indulgent. confirmato
Municipii privilegiis donatum.

D.

D. Rudolphi II. Imp. decreto excolend.
Dem. ſuſcipiens ædificare cœpit,
& in Civit. formam erigere
Anno C. 1584.
Cumque à Deo, Deique cultu capienda eſſe rer.
primord. intelligeret,
Templum proinde cultui div. deſtinat.
omn. prim. inſtauravit;
Turrique è fundam. A. 1583 excitata,
quam Annor. 15 ſpacio abſol.
dedit, firmavit:
Oppido poſtea ædibus & plateis diſpoſit.
in ordinem redacto, &
incolar. civ. cœtu augeſcente,
Curiam conſtruxit: Senatum legit:
judicia ordinavit: tribunos
conſtituit A. C. 1588.
Vallo tandem & foſſa contin. cinx. propugnaculis
munivit: portis concluſit: tinctrina celeb.
nobilitavit,
A. 1596. 97. 98.
Ubi denique quod felicibus inchoaverat
auſp. id feliciore ſucceſſu
tract. conſummaſſ.
A. 1600. M. April. fat. concedens
fil. tribus ſuperſtit.
MELCHIORI, CASPARO, BALTHASARI,
TSCHIRNAM oppidum reliquit poſſidend.
tutand. amplificand.
Qui & facto hoc votumque illius publ.
teſtificari cupient.
Mon. iſtud ad poſterorum Mem.
Unanimes Poſſ.

Uber den glücklich vollendeten Bau des Hochadlichen Stoßiſchen Schloſſes in Groß-Tſchirna / extat carmen egregium germanicum Benjamini Neukirchii in tertia parte carminum Novæ collectionis, quæ ſub Hofmanswaldii aliorumque præſtantio-

rum Poetarum nominibus Lipsiæ 1703. 8 prodiit p. 246-249. ad quod lectorem ablegamus.

§. 156.

VIASTUM.

Viastum sive Ugesdum Viast/ opidulum Ducatûs Oppolienſis ad Fluvium Kladnitz, & ſub Juriſdictione Epiſcopi Wratislavienſis, cui à Caſimiro, Oppolienſium Duce, A. C. 1222 conceſſum, annoque adeo 1245 inter alia Eccleſiæ bona, quæ Innocentius IV Pontifex Romanus in protectionem ſuam recepit, numeratum fuiſſe reperio. Toparcham nuper Nicolaum liberum Baronem à Kochtitzky agnovit; hodie Illuſtriſſimum Comitem à Praſchma.

Mercatus annos celebrat 1. feria ſecunda Pentecoſtes,
2. die S. Bartholomæi ſacra.

§. 157.

WALDENBURGUM.

Waldenburg/opidum Ducatûs Suidnicenſis, quod nobiliſſima Czettriziorum familia jure hæreditario multos annos poſſidet. (a)

(a) Wallenberg communiter audit, & A. C. 1191 ſtrui, ut *traditur*, cœpit, quo tempore jam ſupplicationes publicæ aut proceſſiones eo ductæ fuiſſe ſcribuntur. Nobis tamen veriſimile videtur, Huſſiticis primo temporibus cœpiſſe, ut infra poſt Gratioſam Kaubitzenſem indicabitur. Proceſſionum occaſio imago fuiſſe creditur Gratioſa in ſacello monti ſuperſtructo, hodiedum publicæ Venerationi expoſita. An autem opiduli nomen à Sylva (vom Wald) & Burgo? an à Germanico wallen/ (quod peregrinari ſignificat) & Berg/ in quo ſitum eſt tempellum, derivetur, non decernimus. Sub altari, in quo imago locata eſt, fons jugis emanat, olim *ſacer* (der heilige Brunn) nuncupatus, quod peregrini aquas ejus ſalutares variis morborum generibus mederi pie crederent, & experirentur.

Imago

Imago ipſa eſt Dei Matris doloroſæ filium ſuum de Cruce depoſitum in virgineo pectore geſtantis. Militem Acatholicum, qui ſub motus Suecicos naſum imagini ſacrilego auſu amputârat, ſequenti poſt impium facinus die miſerrime periiſſe, tradidere 6 oculati rei teſtes, paucis abhinc annis ſuperſtites. Eccleſiam Parochialem, ſacri illius ſacelli filiam, habet lapideam, Nobilibus monumentis plenam.

§. 158.

VVANSENA.

Wanſen/ Juris Epiſcopalis opidum ad Olavam fluvium, agris cinctum frumenti feraciſſimis. (*a*)

(*a*) Et herbæ Nicotianæ ab incolis plantari ſolitæ, & ubertim crescentis.

A. 1438. à Vladislao Poloniarum Rege exuſtum.

A. 1589. 22 Oct. domibus quindecim ab incendio privatum.

A. 1606. 29. Jun. Templo & ſcholis exceptis, penitus in favillas redactum: quod incendium F. Lucæ in annum 1506 refert pag. 2217.

A. 1620. 7 Sept. Simile fatum expertum.

A. 1678. 27 Maji præter Curiam, Eccleſiam, & paucas domos totum rurſus concidit in flammas.

Nundinas celebrat 1. feria 3 Pentecoſtes. 2. die S. Bartholom. ſacro.

Wanſenæ, vel (ut aliis placet) Wanſoviæ natus eſt

MATTHIAS VERSIUS,

Unus ex Abbatibus Chimelnicenſibus, de quo infra, dum de Cœnobiis Ciſtercienſium agemus; item

BARTHOLOMÆUS SECURIS,

Abbas in eodem Chimelnicenſi Aſceterio.

§. 159.

VVARTHA.

Warte/ opidulum territorii Francoſteinenſis ad Niſſam fluvium, comitatui Glacenſi vicinum, ubi Sileſia à Bojemiæ finibus terminatur, Bardum vetuſtioribus

ribus temporibus dictum fuit, ſtetitque ibi arx ſive caſtrum ὁμώνυμον, quod cum defenſoribus, ut in pace, eſſet vacuum, Prædislaus Bojemus raptim in eam oram, quæ ad Niſſam fluvium eſt, excurrens, haud multo negocio cœpit, exuſſit, aliudque ipſe ad eundem fluvium eo in loco, qui monaſterio poſtea condendo non inidoneus viſus fuit, exſtruxit, ac Cameneciam appellavit. Litera init. W. in litteram B. facile transmutari potuit: extantque adeo documenta fide digna, quæ non modo veterem oppidi ædiculam ſacram, capellam de Bardo nominant, ſed & Caſtellani de Bardo mentionem faciunt, cujus fidei caſtri ejus tuitio commiſſa fuit. Peregrinationibus votivis longe, lateque hoc ævo celebratur, (a) paretque partim Abbati Camencienſi, partim Senatui Francoſteinenſi.

(a) *Illuſtrari hæc uberius poſſunt ex ſacris pulveribus R. P. Crugerii. Anno D. 1400 d. 15 Maji (inquit ille) in monte altiſſimo, Warta oppido, ac Eccleſia prodigioſa imagine Beatæ Mariæ Virginis celebri, immiente, fœminei plorntus cœpti ſunt exaudiri. Acuêre ea lamentabiles voces hominum curioſitatem; quare audaciores quidam ex opidanis Montem, unde illi gemitus exire videbantur, ſylva occultis itineribus leniſſime percurſa, aſcendunt, & vident in ſummitate (ô prodigium!) Beatiſſimam cœli Reginam ſedentem, ac in rupe, cui hodie ſummum altare innititur, plorantem. Quem non attonitum redderet lachrymabilis ejusmodi facies? Sed, Ons, futura inſuper mala prædicentia, ac calamitates inſolitas denunciantia, vehementer præterea homines illos curioſos attonuerunt. Habuêre tamen tantum animi pii Catholici, quantum ſufficeret proprecibus, quibus abeunti ex oculis in cœlum Deipara, defenſionem Wartæ, quin & patriæ univerſæ, mitigata Numinis Filii ira, à denunciatis malis immunitatem enixius commendarent.*

Exin-

Exinde diffamata gloriose circumquaq; visione illa, maximi Wartam, & in illum montem cœperunt fieri concursus; vestigia quin manuum ac pedum maxime virgineorum ad A. D. 1606 in rupe utcunque duruerunt; qua pietate peregrinorum saxa frustatim auferentium paulatim fuerunt delecta, donec eo in loco sacellum elegans, ac in eodem ara, ubi Virgo sanctissima rupi insedent, à Serenissimo Archiduce Austriæ Carolo, Wratislaviensium ad ea tempora Episcopo, conderetur. Sed enim in adeundo lachrymarum insolentium hoc ipso loco neminis aque fuit laboriosa pietas, quam Bohemorum: unde & hodie illi semita, per quam ascendendo eluctabantur, mansit agnomen Bohemica. Ea emensa ad decantatum illud monumentum operose sane adeoque sudoris pleniſſimi (scribo loci peritis) adoraturi nimirum PEDUM sanctissimorum vestigia, de genu cominus, sat multum omnino eminus de genibus iisdem perfusi etiam suavissimis lachrymis adserpebant. His nempe circumstantiis Gens cetera piissima sua virtutis substantiam mirifi è in oculis Germanorum illustrabat, extendebatque. Verum enimvero humana curiositati subit hic ad finem ejusmodi memoria, & in denunciatas Silesia calamitates inquirere. Qua ergo, & quam insolentes deinde acciderunt? calamus meus tanto malo exscribendo nimis est insufficiens, Lege proinde Dubravii; sin calles preterea Germanam vel Bohemam linguam, lege insuper Hagecii & Boregkii historias, imo ex professo hæc in Bellis Husiticis tractantes, Cochlaum & Theobaldum claros ea in parte scriptores. Illi te bella horrida omnes & inde consequentes calamitates edocebunt. Non solam profecto Bohemiam corripuit hic IGNIS, sed & SCINTILLÆ, eaque flammarum instar vicinam Silesiam vicibus aliquot incenderunt. In promptu causa fuit, quia Silesii, cum Haresim nollent amplecti Husitarum, eorundem maleficia ferro flammaque debuerunt experiri. Ea occasione Warta etiam nocitum est pariter, nunquam magis, quam cum Joannes Münsterbergensis Dux occidit, ab Husitis circa Glacium casus. Caterum sunt, qui putent (uti est R. P. Balbinus, Wartensium prodigiorum luculentus commendator) bis lachrymatam loco eodem, & quidem vice prima ante annos CC. minimum CLXXX. quid autem mirum? quia post paulo sub Annum Domini 1240 in hac ipsa loca, ac maxime Lignicium & Wratislaviam, Tartari quasi Tartaro emissi non homines, sed plane dæmones ferro, flammaque in Christianos Silesios crudelem in modum extreme desævierunt. Sed illarum Husiticarum calamitatum prognostica Deipara lachrymas, siquidem nemo elegantius teneriusque expressit, quam insinuatus Historicus, & simul magnus Poeta, quidni pro præsumto jure amicitiæ (quia non est ad

manus cujusque ejus Wartensis historia) ejusdem versus, non tamen omnes, hic inseram, sed qui infortunia ab Hussitis, Orphanis & Thaboritis caussata, quasi virgo ipsa quereretur, vehementer deplorant.

Quid prius expediam, tot sunt mala, lachryma desit
Et cogor lachrimas ebibere ipsa meas.
Ebeu! prisca fides, lacero male consita panno
Pellitur ut stulta credulitatis anus!
Religio calcata jacet; procul inclyta virtus.
O qua tempestas te mea Warta manet?
Quæ formosa dies minimam ad nos projicit umbram,
Hercinia in medio maxima Praga tumet.
Hinc nobis clades! hinc ilias illa malorum!
Fulminis hinc voces! hinc fera bella tonant!
Pro calice, & vino Bojemia, sangvine certat,
Hæc nimis est (superi) sangvinolenta sitis.
Hussus Tartarea feriatus mente satelles,
Agmina Cerbereo dente timenda trahet.
Hussus atrox (quid me lachryma per verba cadentes
Non finitis?) caupo sangvinis Hussus erit.
Hinc exclusa lues circumvolitabit, & istas
(O mea Warta!) istas experiere vices.
Bis septem a nostro partu numerata recurrent
Secula, cum flebit sangvine mœsta dies.
Quid video? flamma vos obsidione coronant,
Et sterilis cinis est, qua modo Warta fuit?
Silesiam, Elysiam veteres dixere Poëtæ,
Jam sine cive suo Silesis ora silet.
Ardet Bresla sacris (quondam) jurata latinis,
Nissaque flammatos volvit in astra globos;
Alter ab hoc non est annus felicior, urbes
Cive carent, arces milite, rura viris.
Innocuas frustra tendit Camentia dextras,
In flammis pietas religiosa jacet.
Inde aliaque aliaque urbes incendia pascent,
Mœnia funeribus sunt rubefacta suis.
Fulmineum stringit Dux Münsterbergicus ensem.
Non procul à Glacii mœnibus arma movet.

(Wilemi-

(Wilemsdorff vocitant) nihil eſt tot millibus actum,
Cum Duce Nobilitas tota peremptа ſuo eſt.
Donec Ziſka furet, quoad Orphanus arma vibrabit,
Et ferrum, & flammas quilibet annus alet.

Veriſſima vel maxime fuerunt ultima. Ziskam ubian. Dni 1424 peſtis ſtravit ad Przibislaviam, & Orphanos ſub 1434 inter Brodam & Kaurzimium occidione occiderunt ipſi Bohemi, partem mediam Catholici, alteram tolerabiles Utraquiſta; exinde malacia ſupervenit, qua utcumque calamitates ejuſmodi terminavit.

Hæc Crugerius die 15 Majl. Die vero II Februarii Idem habet ſequentia, quæ ad hanc hiſtoriam faciunt: *An. D. 1525 inclementiam, ſed fortuiti incendii, unus è Patribus Camencenſibus Ordinis Ciſtercienſis cum extrema pernicie Warta ſenſit. Qua quia divinum quid ſapit, atque ad ſtatuam B. V. Mariæ inibi prodigiis celebrem amplius etiam deinceps celebrandam facit, hanc ipſam ſervata hiſtoriæ fide, eleganti quandoque carmine expreſſam à R. P. Bohulao Balbino, cum lectore communicabo.*

Et jam ſumma avidæ lambebant culmina flammæ,
Undabatque ignis, dedignatusque minores
Edomuiſſe domos, ſociis animatus ab Euris
Aëreum per iter (tanta eſt fiducia cœptis!)
Luſtrabat Superos. flammarum aſpergine tactus
Purpurat, & rubris aurorat ab ignibus Æther.
Nuncia prima mali (flammæ ſonuere crepantes)
Latratum citat ex alto leviſomna canum vis;
Tollitur incertus per Warta compita clamor!
Evigilant Matres, parvos Cajeta Nepotes
Spem gentis complexa rapit; vicêre ſoporem,
Deplorantque nurus, nato vix dente puelli
Inclamant: Mater! matremque morantur & ignem
Quo poſſunt clamore vetant; excita profundis
Vallibus exululat, ſeque ipſa repercutit Ecchо.
At gens cauta virum, quibus ipſa pericula mentem
Exſtimulant, ignes ferratis cominus uncis
Dilacerant, rapidaque arcent contagia flammæ:
Aëreas alii ſcalas, pontesque ſupinant
Innexos hamis, alii trepide alta domorum
Denudant capita & flammas dignantur honore;

Pars fluvium in flammas, flammas in flumina portant.
Committuntque gravi flammasque undasque duello.
Non ducit somnos Pietas. Par nobile Patrum,
Quos ad virgineas Camentia miserat aras,
(Magnorum nutrix Camencia fata virorum)
Approperant, heu lecta viris per secula sedes!
Exuperare vident flammas, incendia passim
Virginea regnare domo, lucemque profanam,
Et mixtos sanctis sceleratos ignibus ignes.
Hic alter, sacra tingunt cui corda faville,
Mene; ait (ah vinci pudeat!) desistere victum
Consiliis? sed me vincique morique sinamus,
Virgo parens flammis datur? ô scelus! aut ego flammas
Augebo moriens, aut virgo incendia vincet!
Ausus in ardentes patriæ se inferre ruinas
Æneas, pulchrum est vitam pro Matre paciſci.
Nos Matrem, tulit ille Patrem; nec plura locutus
(Fecit iter pietas) per busta ignesque caducos
Templa adit, & summam properat moribundus ad aram.
Cuncta rubent, aliisque *calent altaria* flammis.
Atque ut centimani mons fixus in ore Typhai,
Cum fessum movet ille latus, ventosque recentes
Et totum capit ore Notum, tellure laborat
(Horrendum!) & volucres ejectat in æthera pronas:
Haut secus invadit Wartensis mœnia Diva
Flamma nocens, noctisque diem fulgoribus explet.
Jurares tractas volitare per aëra stellas,
Aut tragicos regnis virgam ostentare cometas,
Cum populos pax alma fugit; vorat omnia victor
Æra quoque, & clarum campana mormor ab arte
Liquitur, amisso premit alta silentia corde.
Una inter cladem ridens extabat imago,
Quam populi, quam regna colunt, innoxia flammis;
Hanc in connivo quæsitam ubi lumine vidit:
Tune ô votorum, virgo Regina, meorum,
Religiosus ait, nocuis multabere flammis?
Et dulces radios, & amabile lumen ocellos,

Hic rogus extingvet? ſcelus eſt hæc dicere! plura.
Plura loquebatur, miſtis carbonibus ignis
Occupat adverſum, & lingvam ſceleratus adurit;
Ergo rapit; viſa eſt infantum more volentûm
Ipſa ſe levior, Mater Regina, *beatas*
Porrexiſſe manus, natumque dediſſe volentem,
Et ſe ſponte ſua dilecto imponere fratri.
(Eſt leve pondus amor, ſed nec ſua pondera curat)
Fit via vi, cedunt refugi venientibus ignes,
Et quamvis mordere parant, nunc objicit ille
Pectora, nunc humeros, nunc fortia brachia præbet,
Et flatu (fruſtra) venientum detinet agmen!
Et multa pro Matre ſua eſt: neu flamma noceret,
Pectora pectoribus celat, tegit oribus ora.
Talis adhuc mutos philomela amplexa penates,
Si raptor violentus adeſt, placuitque rapina
Imbellis nidi, totamque exſcendere gentem,
Flavaque roſtra parat, trepidis circumvolat alis
(Dulce in amore mori eſt) *veteres pertæſa colores*
Carminis, argutum flens oblivíſcitur Oczy,
Pro natis ſolo gemitu philomela perorat;
Sæpe etiam medios generoſa incurrit in hoſtes;
Sæpe vovat parvoque cibum denunciat ore,
Sæpe iterum refugit vicinis pendula ramis,
Ambiguumque mori eſt, aperit bis pectora Mater.
Talis ades Heros, flammarumque agmina ſcindis,
Et dubites natone parens, natusne parenti
Pendeat; ignivoma flammæ cinxere corona,
Obſeſſumque premunt, ſed contra audentior ille
Totus in amplexu dilectæ virginis hæret.
Jam prope contigerat Wartenſis limina templi
Chara DEO ſoboles, ſed enim victoria flammæ
Fornicibus templique altis inſultat acanthis,
Mœnia hiant, lucetque ingens in turre cicatrix,
Denique victa cadunt magni acroteria templi,
Et ſociam turrim ſimili involvere ruina.
Quid faciat? fuga clauſa, ignesque minæque retardant:

Rurſus iter relegit, tallemque aperire laborat;
Ter conata fuit ſacras contingere veſtes
Flamma, ter abſceſſit, (Superi voluiſtis) *amanti*
Plura parabatur poſt ignea pralia laurus;
Sternitur, & moriens ſuprema ita voce profatur:
Auſpiciis en Virgo tuis, virgo inclyta, vitam
Ponimus, & ſævis donamus corpora flammis!
Accipite hanc animam, purgataque corda favillis
Tuque puerque tuus! (*rapuerunt cætera flamma*)
Matremque amplexus, volucrique potentior igne
Exiit in ſuperos, ſeſeque invenit in illis.
Tum primum iratis data ſæva licentia flammis,
Exultant, ſacrosque artus atque ora flagellant:
Ardet apex capitis, nivibusque ſimillima primis,
Pectora & inſano vena rumpuntur ab æſtu
Flammaque ſit totus, ſola expers dextera damni
Deque viro manus una ſuper, *quâ ſcilicet ille*
Palladium, & veteris geſſit miracula Wartæ;
Fortius hanc moriens, digitisque tenacius ambit,
Et dextram affigit dilectæ Anathema Parenti.
Virgo vetat violare manus; alia omnia vincit
Flammarum maleſana fames; hic territa tanta
Majeſtate DEÆ pene exanimata refugit.
Ridet anhelantes ſignum venerabile flammas;
Utque ſolet caſta, cum cælat dona Minerva
Lemnius, & tremulas gemmas accendit in haſta,
Innocuus vivas adamas ſpectare favillas,
Aurum fiere videt, triſidumque liqueſcere fulmen.
Hoc flammas potuiſſe dolet; felicior ipſe,
Securuſque ſui Cyclopum computat ictus;
Sic illæſa inter flammarum examina perſtat
Exuviasque ſui ſervat Regina clientis.
O Dilecte DEO! quæ te tam prodiga vitæ
Terra tulit! tibi ſe Wartenſia templa, Parensque
Quam media de morte rapis, tibi Numina debent.
Cedat magnanimi, cedat tibi Dextera MUTI!
Hanc error, te flammat amor, quantoque triumphos

Mor-

Mortales ſuperat cæleſtis laurea Romæ,
Exſuperas tanto; talem Camencia prolem
Educat, & caſtæ vocat ad prætoria Matris!
Ibis in annales, ipſique impervia fama
Secula, donec erunt vincentes omnia flammæ,
Donec cæruleo palantes æquore ſtellæ
Clara ſuper Wartam vigiles tentoria figent.
Et quanquam anterior tua nomina perdidit ætas,
Ipſum nomen erit facinus, tumulabere cælo!

Hæc Balbinus. Plura volens, librum ipſum hujus Autoris, quem de Diva Wartenſi conſcripſit, paſſim in bibliothecis obvium adeat.

Piè ante annum primo defunctus Reverendiſſimus Dominus AUGUSTINUS, Abbas Camencenſis, binas illas opidi hujus Eccleſias contiguas, quarum Germanam alteram, alteram Bohemicam appellabant, ſub finem præterlapſi ſæculi dirui, & in earum loco magnificam exſtrui fecit Baſilicam, duabus turribus conſpicuam, binis illis prioribus templis etiam ſimul ſumptis longe majorem, & multitudinis eo peregrinantium apprime capacem.

Ad majorem Magnæ DEI Ter OPT. MAX. Matris honorem alia Sileſiæ loca, in quibus infinita Divina Bonitas per MARIAM gratia PLENAM peculiaria miſericordiæ ſuæ beneficia largitur Marianis Clientibus, juvat adſcribere, & ordiri ab exemplo litterarum ab Illmo Comite Hoditzio, Ducatus Niſſenſis olim Capitaneo ſcriptarum, in quibus jam A. 1660 à Reverendiſſimo & Illmo Sebaſtiano de Roſtock, tum Officiali, poſt vero Wratislavienſi Epiſcopo, & ſupremo Sileſiarum Capitaneo numerum, & delineationem ejusmodi gratioſarum Imaginum, quæ in Sileſia clarent, aut aliquando claruere miraculis, per currendam (ut vocant) ſibi procurari, communicarique deſiderat. Eſt autem ſequens earum tenor:

Hochwürdig/Hoch-edel-gebohrner/ inſonders hochgeehrter und werther Patron &c. Bey Voranſtellung meiner willigſten Dienſtfertigkeit habe E. hochw. guten Zuſtands mich erkundigen wollen/ von Hertzen wünſchende/ daß dieſelbe ſich bey guter Geſundheit befinden mögen. Nechſt dieſem habe E. Hochw. dienſtlich beyzubringen/ welcher Geſtalt nach dem Exempel des Ehrwürdigen Herrn Patris Gvilielmi Gumppenberg, als deſſen Correſpondent in dieſem Werck/ eben einer der Societät JESU Prieſter/ mein ſehr lieber und guter Freund/ auch Ihr. Hochwürden wohlbekandt/ ſich ſo hoch und eyferig bemühet/ alle und iede Bildniß unſer lieben

ben Frauen / welche ſo wohl in gantz Schleſien / als auch anderer Orten verhanden / und etwas wunderthätiges oder denckwürdiges dabey geſchehen / zu colligiren / auch bereits derſelben eine ziemliche Anzahl beyſammen und ein ſchönes Werck auffzurichten / des Vorhabens: Damit die Andacht gegen der allerheiligſten Mutter gemehret. Wannen dann aber ſonder Zweiffel in Schleſien in unterſchiedlichen Kirchen ſich dergleichen Bildniß befinden möchten / ſo von nicht geringer Importantz und doch im Verborgen verblieben; Als hat vorbemeldter Herr Pater mich höchlichen gebeten / bey Euer Hochwürden meine geringſchätzige Intervention einzubringen / damit ſie unbeſchwert per Currendam allen und ieden ihrer Jurisdiction untergebenen Geiſtlichen möchten anbefehlen / daß / wo etwan dergleichen unſer lieben Frauen Bilde zu finden / ſie von ſolchem ein Abriß / nebeſt einer guten information de Origine, und was ſonſten denckwürdiges darbey ergangen / iedes Orts möchten einſchicken / und er deſſen habhafft werden. Welcher ſeiner Bitte ich auch ſtatt geben / und um ſolche Begnadung Ew. Hochwürd. gantz dienſtlich bitte / mit Verſicherung / daß hiedurch dieſelbe mich noch mehres obligiren / wie ich dann ohne diß verbleibe Ew. Hochw. meines hochgeehrten und werthen Patrons / Dienſt-treu ergebener Diener und Knecht. Hertwigswalde den 9 Sept. Anno 1660. Georg Graff Hoditz.

Sequitur Currenda, ſeu

Litteræ Conſiſtoriales.

Serenisſimi & Reverendisſimi Principis ac Dn. Dn. Leopoldi Gvilielmi Archiducis Auſtriæ Epiſcopi Vratislavienſis Officialis Vicegerens, cæteriqve Conſiſtoriales, Conſiliarii Epiſcopatus Vratislavienſis.

Admodum Reverendis Veſtris & Venerabilibus Archipresbyteris & Parochis, ſeu eorum Vicesgerentibus Archidiaconatus Vratislavienſis ſalutem. Cultor B. Virginis Mariæ è Soc. JEſu ſingularis & eximius omnes illius Imagines miraculoſas, quotquot illarum reſcire & acquirere poteſt, orbi notificandas laudabili ſane opere colligere & typis exprimere parat, ac proinde nos inſtanter requiſivit, quatenus per univerſam Diœceſin demandari faceremus, ut Parochi, & Eccleſiarum Adminiſtrationes, quicunque hujuscemodi imaginum, ſi qua apud illos exiſtant, originem breviter conſcriberent, miracula raritate magis ſingularia annotarent, delineationem quoque rudem ſaltem, & qualem poſſunt, conficerent, nobisque transmitterent ipſi communicanda. Quam piam intentionem cum omni ope deceat adjuvare: Igitur nos abſente nunc Reverendisſimo Archidiacono & Officiali, ad quem alias id

munc-

muneris ſpectat, ex officio Conſiſtoriali omnes ac ſingulos adhortamur, quatenus ſupra dicta diligenter exequantur, cum cedat ad majorem altiſſime dictæ Diva virginis honorem promovendum, curſoriasque præſentes ſubſcribant, promoveant, & ad nos more ſolito, una cum delineationibus petitis remittant. Ex Conſilio Conſiſtoriali Epiſcopatus Vratislavienſis, 7mo Oct. A. 1660 &c. Deſcriptiones vero aut delineationes à Venerabili Clero transmiſſas nullas hucusque vidimus: credimus tamen non vane, eas ipſas eſſe, quæ Atlanti Mariano, à R. P. Guilielmo Gumppenberg S. J. ſacerdote conſcripto, & Anno 1672 Monachii publici juris facto, nec non Monti ſancto, à devotiſſimo illo Mariano Scriptore P. Boleslao Balbino anno 1665 edito inſertæ ſunt, quas cum à Sileſiis (uti ex litteris cit. tam Conſiſtorialibus, quam Hoditzianis conſtat) Autores illi fuerint mutuati, nobis Sileſiis pro ſolatio noſtro, verbis ſuis, ſine ſuo tamen damno, reſtituant.

ALBAQVENSIS.

Eſt Weiswaſſer pagus Sileſiæ uno diſtans milliari Patſchkovia, in hoc ſacellum eſt B. Virginis viſitantis Eliſabetham, ab immemoriali tempore peregrinorum copia celebre. Origo tantæ pietatis incerta ob hæreſes, integro pene ſæculo terras illas inundantes. Denique B. Virginis Sacellum deſertum ac deſolatum omnino concidit, & in cuſtodiam pomorum decrevit, certe inter murorum rudera non ſpinæ modo, ſed & arbores creverunt; donec iterum anno 1602 ſub Hero Catholico Chriſtophoro Barone de Maldiz templum à fundamentis novum ædificatum eſt. Gratam fuiſſe Virgini hanc fabricam non dubie probat ſingularis gratia, qua templi auctor & fundator monitus à Deipara eſt de die & hora mortis: qua adveniente, ſe veſtiri præcepit amictu pullo, ponique in ſella, hora noctis duodecima, ubi usque ad mortem, quæ uti prædixerat media prima ſecuta eſt, actibus amoris DEI inflammatus vitam feliciter finivit. Addo alterum priore jucundius.

Paucis ante mortem diebus peregrinus viſitatis locis per orbem ſacris Niſſam venit, & non longe à domo dicti Baronis Chriſtophori de Maldiz divertit, homo nemini notus, & qui neminem noviſſet, miſit illi Baro ſæpius de menſa ſua prandium & cœnam. Defuncto, ut ſupra dixi, Domino, famuli ad mores Domini facti peregrino tamen cibos tulere, primus eorum, puer honorarius Henricus Geisler fuit, qui hoc officium præſtitit peregrino: eum intrantem peregrinus ſtatim his verbis allocutus eſt: bene agitur cum Domino tuo: oblata mihi hac nocte viſio eſt lætiſſima,

vidique cum ſtatim à morte ſua cœlos petentem: cauſamque audivi, quod in montanis templum novum in honorem B. V. condidiſſet. Hoc Henricus ætate virili & in majore dignitate conſtitutus, non ſine ſenſu *pietatis* paſſim omnibus recenſuit.

At vero, ut ad Templum revertar, Filius Joannes devictis hæreticis anno 1620 in pugna decretoria Pragenſi, loco ſacro antiquam pietatem revocaturus, dedicationem Templi quam celebertimam per Suffraganeum Vratislavienſem procuravit. Ex eo tempore non modo vicinorum pius accurſus, ex ipſa usque Boemia factus, ſed & ipſa Deipara beneficia ſua cumulate contulit petentibus. Atque ut de antiquis nil extat; nova certe plurima ſunt & rara. Ita P. Gumpenberg in Atlante Mariano.

A dextra altaris æque miraculoſa viſitur Imago Auguſtiſſimæ Deiparæ Filium ſuum è cruce depoſitum in gremio ſuſtinentis. *E MSS. Domini Naſonis de Löwenfels.*

GLOGOVIENSIS.

Glogovia minor eſt in ditione Comitum de Oppersdorff. Comes Georgius anno 1630 in templo RR. PP. Franciſcanorum Sacellum condidit ad menſuras Lauretanæ domus, quod magno concurſu peregrinorum celebratur. Miracula fiunt magna & multa: Supellex omnis ex argento copioſa: lampas pluribus brachiis inſtructa & permagna, parietes denique ipſi pene argento veſtiti, loquuntur gratitudinem eorum, qui beneficia miraculoſa acceperunt. Cæterum in ſpecie nullum ad me miraculum perſcriptum eſt, quanquam id ſcriptu dignum fuiſſet, quod Sigismundo tertio contigit, qui tabellam accepti beneficii teſtem huc miſit, quæ etiamnum ad murum pendet. Septem porro Sacerdotes non ſine bonis reditibus quotidie officium B. V. conſueto Eccleſiæ more decantant. Hæc ad me R.P. Bohuslaus Balbinus Societatis Jesu. Sic idem *ibidem.*

NISSENSIS.

Eſt in templo Reverendorum Patrum Bernardinorum (ita S. Franciſci PP. de obſervantia appellantur) Imago Deiparæ, jam ab antiquo celebris. Primam originem negant ullis in ſcriptis reperiri. Avorum memoria ſtetiſſe in Templo antiquiſſimo memorant ſingulariter à civibus cultam: quæ cauſa fuit templi, quod ruinam minabatur, deſtruendi, & hoc quod hodie videtur ædificandi.

Porro propter hanc S. Imaginem Sereniſſimus Archidux Carolus Ferdinandi II Imperatoris Frater Monaſterium Bernardinorum, quod extra

tra urbem erat, reſtaurare cogitabat, eoque deferre S. Imaginem, ut melius haberet, & haberetur; quam etiam ſemel juſta & copioſa populi ſupplicatione ipſe Carolus loci Epiſcopus, neſcio quam ob publici neceſſitatem, eo deportavit: ſed quia optimus Princeps metuebat, ne iterum rediret ad ſedem ſuam, Monaſterium novum à fundamentis hoc in loco erexit, ut B. Virgini bene eſſet, & Templum, quod, ut ante dixi, ruinam minabatur, inſtauravit. Hinc auctæ devotionis principium, opem Deiparæ hic maxime affl cti experiuntur. Feſtum celebratur Viſitat. B. V. *Ita ad me R. P. Joan. Schefſak Societatis JESU. Id. ibid.*

OLBERSDORFIENSIS.

Collegium Societatis JESU in urbe Niſſa pagum habet, cui nomen Olbersdorff. Hic anno 1651 in colle amœno excitatum à R. P. Rectore Sacellum eſt Deiparæ. Primum lapidem poſuit Epiſcopi Wratislaviensis Suffraganeus, ſolennitatem auxerunt quatuor millia hominum ritu ſupplicantium è diverſis circumjacentibus pagis, addidit denique Indulgentias Innocentius X. ſummus Pontifex pro Dom. infra octavam Aſſumptionis. Porro anno ſequente finita fabrica, ex urbe Niſſa, Deiparæ ſtatua è ligno foienſi Olbersdorffium eſt deportata, comitantibus fere tribus hominum millibus, iis in hunc numerum non computatis, qui cum Olbersdorffianis ſacræ ſupplicationi ad unum & amplius lapidem obviam ivêre.

Hæc initia ſunt Pietatis, quæ nunc in immenſum crevit, primum ac S. ſtatua loco ſuo repoſita eſt, fiducia, neſcio qua, præſentes animati, vota fecere, & votorum ſuorum rei paulo poſt rediere non ſine muneribus, quæ paſſim templi parietes ornant, argumenta divinæ opis. *Ex relatione R. P. Joann. Schefſak, Societatis JESU. Id. ibid.*

OPPAVIENSIS.

Icon hæc in Templo Societatis JESU, labor eſt Virginis Polonæ, parente pictore & Polono natæ, quæ Patrem arte ſuperavit. Geſtat Deipara Jeſulum brachio ſiniſtro, amabili vultu decorum. Huic S. & miraculoſæ imagini Civium plurimi ſalutem ſuam debent animæ & corporis, quorum eſt commune hic aſylum, atque in periculis & neceſſitatibus refugium. Conſtant de duabus Virginibus, quæ oculorum luce privatæ per complures dies, caligine Mariana deterſa manu (nam oculos manui admovebant) & lucem vivacioribus quam ante oculis aſpexerunt, Anathemata

plurima. *Idem ibidem ex R. P. Balbino, in cujus Monte S. plura lector inveniet de hac Gratiosa.*

SVIDNICENSIS.

Est hic in curiæ Senatoriæ angulo occidentali turricola fenestrata versus forum, annexa ipsi curiæ ab eo ipso architecto, qui curiam olim ædificavit. In hac est pervetusta Deiparæ statua: quæ sit autem ejus origo, quis auctor, omnium Swidnicensium memoriam fugit. Hæresis, quæ similia monumenta odit, originem, auctoremque illius, & si quæ olim forte fuêre descripta miracula, flammis tradidit. Hoc unum in libris quibusdam, qui evasêre flammas, legitur: Anno 1605, quo tempore maxime viguit hic loci hæresis, & omnis Magistratus fuit hæreticus, suppressis Catholicis: Anno, inquam, prædicto Magistratus hæreticus decrevit, ut singulis noctibus tertio quadrante ad nonam candela accenderetur, arsura usque ad ortum diei; quod in hæc usque tempora, & in hanc usque diem, quam diligentissime observatur. Porro cur Magistratus hæreticus tempore, quo vigebat maxime Imaginum, statuarumque sacrarum persecutio, contra fidem suam hanc legem sanxerit, in illo curiæ senatoriæ libro nonadditur; unde arguo, primo olim jam à duce Bulcone, qui curiam ædificavit, statuam quoque positam Deiparæ, & candelam accensam, inde adhuc probabilius suspicor, introducta hæresi, licet statua relicta sit, morem tamen accendendæ candelæ abrogatum, & denique non multum à veritate aberrabit, qui dicet post incendia, & alia Curiæ extraordinaria sive incommoda, sive supplicia, quæsitam in senatu fuisse tot infortuniorum causam: & tum nonneminem fuisse, qui è monumentis Curiæ afferret Majorum fidem publicam, asserentium, ad candelæ hujus neglectum pluries secuta esse supplicia, seu infortunia, quæ ratio etiam hæreticos movit ad resumendum hunc antiquum morem.

Hæc omnia vel ideo suam probabilitatem habent, quod *eo in libro*, quo Magistratus tam serio imperat posteris ardentis candelæ cerimoniam sub statua Deiparæ aliquot annis neglectam, rationem nullam nec politicam quidem addiderit; unde denique non improbabile videtur, ex voto vel Ducis, vel Urbis olim candelam hanc arsisse, quam metu malorum hæresis extinguere non audet. Hæc omnia licet probabilia tantum sint, auctoritatem tamen magnam inde accipiunt, quod hæresis causam non assigner tam exotici & insolentis facti. Inducta postea cùm fide Magistratu Catholico, beneficia Deiparæ ampliora Urbs experta est: nam & hodie festo Assumptæ Virginis in aula Curiæ Hymnus Ambrosianus cantatur

ex

ex voto ſervatæ Urbis anno 1639 adducta à templo Parochiali Civium numeroſa ſupplicatione, quæ eſt una votivæ gratitudinis pars: altera eſt peregrinatio annua, ad Deiparam Wartenſem, quam Cives magno ſuo ſolatio quotannis, magnoque numero perficiunt. Anno denique 1640 ſtatua novis coloribus renovata eſt. Hæc R. P. Andreas Linke, Rector Colleg. Swidnicenſis Soc. Jesu, & ex eo ad me R. P. Bohuslaus Aloyſius Balbinus Soc. Jesu: & ſane mirum, quod ſalutem ex inimicis Deus det, cogatque ipſos ad probationem fidei noſtræ conniti. *Id. ibid. Conferuntur, quæ ſupra in urbe Suidnicenſi annotavimus.*

STEINENSIS.

Trecentis, ut ad me perſcriptum eſt, annis hoc in loco colitur Deiparæ ſtatua, neque unquam aliò translata eſt. Tentatum id quidem belli tempore ab incolis, qui conati ſunt eam in urbem usque Niſſenſem tantisper bellico furori ſubducere, ſed conatu irrito: Steterunt quippe in ipſis confinibus equi, & ita reſtiterunt, ut nullis verberibus agi ſe ultra paſſi ſint. Quapropter inito conſilio ad ſuam ædem reducta eſt nihil repugnantibus jumentis.

Ab Illuſtriſſima manu ad me perſcriptum eſt, S. ſtatuam venuſtum faciei ruborem perdere, & omnino palleſcere ad ingreſſum magni alicujus peccatoris: qui ſi poſt exomologeſin iterum ingrediatur, iterum reſtitui S. ſtatuæ ruborem tantisper ablatum; an vero hoc ſemper & omnibus contingat, non habeo dicere. Addunt contra febres non aliud certius remedium eſſe, quam huic loco ſe demovere. His annis poſt bella rediit etiam ſacro loco cultus, qui olim erat, & peregrinorum accurſus quotidie facit celebriorem. *Hæc ad me R. P. Joan. Sobeſtak Soc. JESU.*

STRIGENSIS.

Apud Moniales S. Benedicti jam quatuor & amplius ſæculis colitur hæc Deiparæ S. ſtatua: quomodo huc allata ſit, quisque auctor pietatis fuerit, illi nobis inviderunt hoſtes, qui cœnobium incendio vaſtârunt. Traditio eſt aliquamdiu propter bellorum conſvetos metus muro inclusam delituiſſe, & anno 1303 repertam eſſe ſtellæ indicio, quæ intra & extra templum indicaverat hunc theſaurum. Integerrimo anno ajunt apparuiſſe ſtellam, nemine uno intelligente, quid portenderet. Iterum tempore Huſſiticæ vaſtationis muro incluſam à conſciis traditum eſt, nec ipſis quidem incolis ſcientibus, quo deveniſſet: ceſſatum tamen non eſt ab ac-

colis, quin locum ſacrum antiquo more ordinatis ſupplicationibus accederent.

Priore ſæculo ſenex inventus harum traditionum, quas à *parentibus* acceperat, memor. Is moniales ad tentandos muros, ſi qua forte ſuſpicio eſſet, animavit. Ita iterum S. ſtatua publico omnium gaudio luci & venerationi antiquæ eſt reddita: fama inſuper eſt, imminente belli periculo, motu Sceptri, vel alio modo à S. ſtatua incolas moveri. Et vero fama verum dicere, legitimis teſtibus & authentico inſtrumento, ad me perſcriptum eſt a R. P. Joan. Scheſtack Soc. JESU.

Revolvat lector ea, quæ in notis Strigenſibus referuntur de hac Imagine.

KAUBICENSIS.

Ad Franckenſteinium in Sileſia ad arborem virentem (probabiliter ab inventione) appellatur. Origo etiam incerta eſt. Domini de Reibnitz ſub An. 1495 pro Sacello, quod ante ſteterat, templum lapideum exſtruxère Joanne IV. Vratislavienſi Epiſcopo facultatem & indulgentias auxiliantibus concedente, eratque jam tum, ut Epiſcopus literis teſtatur, clara miraculis. Magnæ dum Templum eſſet condendum, interceſsère lites, ruſticis quibusdam controverſiam de finibus moventibus. Sed Nepotes Georgii Bohemiæ Regis, Albertus, Georgius, & Carolus Mönſterbergæ Duces honorem Divæ Virginis defenderunt. Carolus certe, ut litem componeret, non dubitavit ad ſtivam ſeſe dimittere & principali ſua manu vomerem ducere, quo ducto deſignatam aream Templo B. Virginis donavit, extantque donationis pulcherrimæ hujus & orationis literæ (quas vidi) datæ Anno 1501 die decollationis S. Joannis. Hoc Templum antiquitate ipſa ſua laborans ſtrenue Hæretici, ut caderet, adjuvêre: vicinus Dominus, cujus nomini parcimus, Templi lapidibus evectis *domum* ſibi aptare conatus eſt, mira DEI pœna! nunquam ſacri iſti *lapides* profanis componi & compaginari potuerunt. Totum ædificium *hiabat* immaniter, iterato corrigi debuit, ſed neque ſic profectum, tota domus denique prorſus inhabitabilis eſt reddita. DEI Matris ſtatua inter tot ab hæreticis pericula mirabiliter ſervata, ſine Templo in privata domo, apud Prænobilem Dnum Ferdinandum Ignatium Tanner de Levventhal, J.U.D. Mönſterbergenſis Ducatûs Secretarium, Virum doctum inprimis, ut libri editi loquuntur, Poëtam Germanicum præſtantem, amicum chariſſimum, colitur, quam nuper in ejus domo Franckenſteinii ſum veneratus. *Hæc ex monte S. R. P. Balbini.*

Quibus

Quibus addimus
Relationes authenticas ex Archivo Ducum Mônsterbergensium desumptas.

JOANNES EPISCOPUS VRATISLAVIENSIS
facultatem erigendi templi B. Virginis in Kaubitz concedit, & indulgentias adjuvantibus largitur.

In nomine Domini Amen. Cùm summa ope niti debeamus, sanctos DEI, ut ipsi apud DEUM opt. max. suis precibus efficiant, nos eorum aterno gaudio fore consortes, venerari tum maxime cœli Dominam Beatissimam Virg. Mariam, aterni Regis Redemtoris nostri Genitricem, cui propter tanta, tamque magna, & inenarrabilia sua merita par gratiarum actio nunquam edici potest, summis Laudibus & praconiis extollere sumus obnoxii.

Quo fit, ut nos Joannes DEI gratia Episcopus Vratislaviensis &c. Notum facimus universis praesentes nostras visuris & legi audituris, nobis magnorum Virorum relatione esse suggestum, quomodo ad Capellam Gloriosissimæ Virginis Mariæ prope villam Kaubitz Franckensteinensis districtus sitam vulgariter zum Baume *nuncupatam eandem Virginem Mariam veneranda & colendi causa, multus tam ex nostra Vratislaviensi, quam ex alienis Diœcesi Christianus Populus haberet accursum, adeo ut ex quibusdam signis & miraculis clarescceret, omnipotentem DEI Genitricem eum locum ad sui gloriam & honorem sibi delexisse: sed quia praefata Capella ad depromendam tantæ, tamque excelsæ Virginis laudem nimis parva & stricta existeret, fuit nobis per honorabilem Virum Dnum. Christophorum Reibnitz, Praetorem Capellæ B. Mariæ Virginis, Choro Ecclesiæ nostræ majoris Vratislaviensis annexæ, nec non Judicem Curiæ nostræ Episcopalis ibidem fidelem nostrum, dilectum & validum Dippnandum Reibnitz Fratrem suum haeredem praefatæ villæ Kaubitz humiliter supplicatum, quantumvis eis in loco praedicta Capella aut prope eam, ubi eis convenientius visum fuerit, Ecclesiam lapideam qualem voluerint aedificandi & de novo erigendi plenariam facultatem & autoritatem concedere dignaremur. Nos vero Joannes Episcopus praefatus attendentes hujusmodi supplicationem fuisse justam & rationi consonam, cupientesque Beatissimam Virginem Mariam præ cæteris sanctam pro sua immensa dignitate ubique esse venerandam, praedictis Dominis Christophoro & Dippnando Reibnitz fratribus in loco dicta Capella, aut prope eam, tamen non ultra lapidis jactum, ubi eis oportunius visum & magis consultum fuerit, Ecclesiam lapideam, quantamcunque voluerint, facultatem & autoritatem concessimus aedificandi & de novo erigendi, concedimusque per praesentes, interponentes nihilo-*

nihilominus autoritatem noſtram pariter & decretum. Et ut res eo citius ſuum ſortiatur effectum, univerſos & ſingulos utriuſque ſexûs Chriſti fideles per & infra Civitatem & diœceſin noſtram Vratislavienſium ubilibet conſtitutos, ad quos præſentes pervenerint literæ, per viſcera miſericordiæ Domini noſtri JESU Chriſti requirimus & hortamur, ut in remiſſionem peccaminum ſuorum de bonis ejus à Domino DEO gratuite collatis pro dicta Eccleſia ædificatione & erectione, ejuſque ornamentorum compartione manus eorum porrigant adjutrices, ut ſic per ſubventionem ipſorum dicta Eccleſia perfici & erigi, in ejuſque ornamentum redimiri poſſit, ut per hæc & alia pietatis opera, quæ Domino inſpirante fecerint, vitam valeant conſequi ſempiternam. Nos enim de omnipotente DEI miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ejus merito, & auctoritate confiſi omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus vere pœnitentibus, contritis pariter & confeſſis, qui manus pro ædificatione dicta Eccleſia & ejus ornamentorum porrexerint adjutrices, toties, quoties fecerint, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis ejus pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. *Vobis vero Eccleſiarum Parochialium Rectoribus, & loca tenentibus eorundem noſtræ diœceſeos, præſertim verbi divini prædicatoribus, in Virtute ſanctæ obedientiæ, committimus & mandamus, quantumvis petitores dictæ Eccleſiæ, dum vos humiliter requiſiverint in exhortationibus Veſtris, quas ad plebem feceritis Chriſtianam, diligentiſſime promoveatis, ut indulgentiarum participes poſſint fieri promiſſarum. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtri Sigilli appenſione juſſimus & fecimus communiri. Datum Vratisl. die octava menſis Januarii An. Domini 1495.*

Abſchrifft des Fürſtl. Briefs über die ſteinerne groſſe Kirche zu Raubitz

In dem Nahmen GOttes Amen.

WIr Albrecht / Georg und Carol Gebrüder von GOttes Gnaden des Heil. Röm. Reichs Fürſten / Hertzogen zu Mönſterberg in Schleſien / zur Oelſe / und Grafen zu Glatz / Herrn von der Cunſtadt und Podiebrad ꝛc. bekennen und thun kund mit dieſem unſerm Brief ewiglich vor allen denen / die ihn ſehen / hören oder leſen / ſo nu der allmächtige ewige GOtt durch das Bild ſeiner heil. gebenedeyten Mutter der allerheiligſten Jungfrauen Marien in unſerm Hertzogthum Mönſterberg im Franckenſteiniſchen Weichbilde gelegen / auff dem Gute Wonewitz in der Kirchen / die man zu unſer lieben Frauen zum Baum nennet / viel groſſe und

unaus-

unaussprechliche Wunder-Zeichen thut / denen die in ihren Nöthen und Gebrechen ihre Zuflucht dahin haben in Vertrauen / werden sie durch die milde GOttes-Gebährerin wunderlich erlediget / und ohne Trost nicht gelassen / derhalben mit Hülff frommer Leute / die dahin Zuflucht haben / und von Marien der Gebährerin des allmächtigen GOttes Gnad und Hülff erlangen / nun eine schöne Kirche durch gehabten Fleiß und getreuen Verstand des würdigen und mannhafftigen Herrn Christophori Reibnitz / Dom-Herrn zum heil. Creutz zu Breßlau / unsers lieben getreuen Erb-Herrn desselben Gutes gebauet / und auffs meiste verbracht / und uns zu verstehen gegeben / daß er auch an der Stelle / da das Bild der allerheiligsten Jungfrauen Marien in einer holtzin Capelle ist / dardurch der allmächtige GOtt / wie gemeldt / seine göttl. Gewalt und Gnade erzeigt / auch eine zierliche und gemauerte bauen wolte / doch solchen Bau aus Verhinderung des Scholtzen und etlicher Gebauren von Hennersdorff / die ihre Aecker und Grentzen so nahends daran hätten nicht gebauen könte / und uns als des Fürstenthums Herren und Landes-Fürsten um Rath und Hülff ersuchet / und in höchster Demuth gebeten / so wir deme die Gebährerin des allmächtigen GOttes die allerheiligste Jungfrau Maria / zu Ehren auch ihro Diener / und ihren löblichen Dienst zu fördern und auffs höchste erheben gantz geneigt seyn / haben wir unsern lieben Bruder / so wir grosser Geschäfftnüß halber nicht alle dabey seyn könten / den erleuchten / Hochgebohrnen Fürsten und Herrn Carln Hertzogen zu Mönsterberg ꝛc. mit dem gedachten Scholtzen und Gebauern von Hennersdorff in unser aller Macht zu handeln erlanget / und vermocht / derselbige unser lieber Bruder mit Verwilligung der Hochgebohrnen / Ehrwürdigen Fürstin / Frauen Anna / gebohrnen Hertzogin zu Troppau / Abbatißin und der gantzen Sammlung des Klosters Trebnitz auff der Stellen / daselbst zu unser lieben Frauen zum Baum gewest / und sich mit dem gedachten Scholtzen / Friedrich genannt / und den Bauren / nemlich Fabian Grünewald / Riedel Täubern / und Hanß Jacoben ꝛc. die ihre Aecker und Grentzen daselbst hin gehabt / haben endlich vertragen / und gäntzlich biß an den Berg vergnüget / und auff daß ein ewig Gedächtniß seye / und so gehalten werde / hat seine Lieb in eigner Person einen Pflug in seine Hände genommen / und der wohlmannhafftige Georg von Bischoffheim / Latusky genannt / unser eltister Rath und lieber Getreuer / auf die Pferde den Pflug zu führen gesessen / und der gemeldte Scholtz und Bauren von Hennersdorff vor den Pferden gutwillig gegangen / und wo die Grentze also mit dem Pfluge solt

gemacht werden/ gezeiget haben / dieſelbige Gräntz unſer lieber Bruder mit dem Pfluge / wie gemeldt / gefahren abgezeichnet / und bald mit fünff Steinen / darauff ein Adler gehauen / ewiglich zu halten verzeichnet hat / denſelbigen Fleck Ackers/ wie ietzunder gedacht / vergrentzt und mit Steinen bezeichnet / haben wir gutwillig der allerheiligſten Jungfrau Marien GOttes-Gebährerin zu Ehren und Lobe / und zur Förderung des gedachten Baues gegeben / und hiermit geben dem gedachten Herrn Chriſtophoro Reibnitz / Domherrn zum heil. Creutz zu Breßlau/ ihm ſeinen Erben und nachkömmlingen Beſitzern des Gutes Wonewitz aus Fürſtlicher Macht zu Mönſterberg mit Verwilligung der hochgebohrnen ehrwürdigen Frauen oben bemeldt Abbatiſſin und ihrer Sammlung des Kloſters Trebnitz denſelbigen Fleck von dem Gut Hennersdorff abgeſondert geben/ und erlauben wir dann dem Gute Wonewitz ewiglich und gerechten und aller Herrlichkeit dabey zu bleiben.

Deß zu uhrkund / und ewigen Gezeuguiſſe / haben wir diß Privilegium mit unſer Fürſtl. Würdigkeit Majeſtät/und der Majeſt. zuruck eingedruckten unſern Inſigel / daß wir in der Gemein zu Erben und Sachen ſambtlichen gebrauchen / befeſtiget und beſiegelt laſſen werden. Geſchehen und geben zu Franckenſtein am Dienſtag nach dem Tag der Enthauptung des heil. Johannis des Täuffers/ unſers Herrn JEſu CHriſti Geburt funffzehen hundert und in dem erſten Jahre / dabey ſeyn geweſt die edlen/ mannhafftigen/ ehrſamen und wohltüchtigen Georg von Biſchoffheim Latusky genannt / Hanß Abſchatz von Schöttlau / Wolffgang von Kauffung / Henrich Rechenberg von Karlat / Lorentz Seidlitz von Tipplowoda / Herr Andres Pfarrer zu Franckenſtein und Herr Jeremias ſein Capellan / Hanſen Hagen von Schwobach/ unſerm Cantzel-Schreiber/ ward dieſer Brieff befohlen.

Hucusque ex Archivis Mönſterbergenſibus. Ab admodum Reverendo Dno. Joanne Georgio Grötzner, Parocho Protzanenſi, ad cujus Parochiam Kaubitzenſis illa ſpectat Eccleſia, nuper reſcivimus, qua ratione hæc Icon Gratioſa bellorum tempore ablata, & ubi ad noſtram usque ætatem latuerit? *Miles quidam*, ſcribit præfatus Reverendiſſimus Dominus Parochus, (non autem Tuæ lector benevole, aures proletario ſermonis genere offendantur) *Lutheranus tempore belli Suecici in præſentia Senioris cujuſdam Eccleſiæ Vitri ci S. hrebsdorffenſis Incolæ* (*qui & ipſe Lutheranus fuit, & hac poſtea faſſus eſt*) *illam ex altari rapuit, ſecumque Francoſteinam ad hoſpitium ſuum in ſacco accepit; & quemadmodum hoſpes ipſe, prius quidem etiam Lutheranus,*

ranus, poſtea vero Catholicus, mihi ut Capellano Francoſteinenſi narravit, ſaccum cum imagine ad menſam ponens: Divinate, dixit hoſpiti, quid in hoc ſacco habeam? huic ſe neſcire reſpondenti, plus, ajebat, hoc valet, quam veſtra domus, & tota veſtra Subſtantia, quam poſſidetis: facile, repoſuit hoſpes, plus valere conceſſerim, cum parum habeam, & inſuper, quod hodie meum eſt, cras perdi poſſit. Exemtam dein imaginem Miles hoſpiti tradidit his verbis eumdem affatus: Hunc Theſaurum vobis cuſtodiendum trado, honorate hanc imaginem: Nos his diebus abibimus, poſtquam reverſi fuerimus, & hoc ego Depoſitum apud vos invenero, bonam vobis mercedem dabo: ſin minus, duriter vos tractabo, & aſſecuro vos, ſi vel aliquem honorem huic Iconi exhibueritis, in domo veſtra fortunam experiemini propitiam. Abiit miles, hoſpes factus Catholicus, manifeſtam expertus in re familiari fuit benedictionem, ut propterea quoque, cum ſæpius imaginem variipeterent Domini & Religioſi, eandem aliis donare detrectaverit, nec niſi coactus illam poſtmodum Perilluſtri illi, de quo ſuperius R. P. Balbinus mentionem fecit honorificam, Viro Domino Secretario Ducatus Mönſterbergenſi Ferdinando Ignatio Tanner de Löwenthal extradidit: qui & diligenter illam domi ſuæ, ne Theſaurus iſte perderetur, cuſtodivit, & reverenter, ne profanaretur, coluit, & grato inſuper animo Eidem Domino Parocho, cum hic Francoſteinæ adhuc Sacellani munere fungeretur, faſſus eſt, ſeſe ſæpius in anguſtiis & adverſitatibus ſuis ante imaginem proſtratum cœlitus quæſiviſſe auxilium, & Divam, quam repræſentat Icon, ſibi fuiſſe opitulatam, ejus interceſſione difficilia, quibus preſſus fuit, negotia exitum ſæpius fuiſſe felicem ſortita. Poſt obitum autem Domini de Tanner ejus Filia cuidam in Bojemia Domino Colini nubens, ſacrum iſtud Cimelion ſecum avexit in vicinam Bojemiam, ubi poſtquam aliquot annis latuiſſet, admodum R. D. Archipresbyter Matthias Stephetius, & R. D. Parochus Georgius Wenzel in priſtinum locum eam reſtitui ſupplicarunt apud Ducale Officium, quod reſtitutionem hujus Theſauri adhibitis etiam minis de non extradendis pro Domo Tannerianapecuniis religioſiſſime & urſit, & eò tandem filiam Tannerianam adegit, ut Imaginem in ſacco obſignato Wartam usque ad Tobiam Merckel *in domo, quam Francoſteinenſem vocant, hoſpitem deponendam per Judæum, rei, quam portabat, ignarum mitteret: ubi cum ſaccus præſente latore ab hoſpite apertus fuiſſet, & imago exemta, conqueſtus ille de gravi, quo preſſus fuiſſet, pondere, & indignatus ſe dolere ajebat, quod rem tam vilem, ut exiſtimabat, in aquam non projeciſſet. Wartâ tandem Francoſteinam, inde Protzanum, hinc vero urgente Illmo D. Lib. Barone*

de Kappaun Domino in Schrebsdorff & hot Lutherano, in antiquam ſuam ſedem repoſita fuit : ubi denuo Virgo Beatiſſima occaſione hujus Imaginis cultu honoratur competente, concurrentibus ex vicinia Marianis Clientibus, & votorum ſuorum anathemata ſuſpendentibus, in feſto præſertim Matris Doloroſæ, (illius enim, Divinum illud de Cruce Depoſitum, exanime nimirum Corpus JEſu in ſinu ſuo virgineo gerentis hæc Imago eſt) quod cum plenariis Indulgentiis, quas ſummi Pontifices jam ab anno 1687 proiis, qui peccata ſua rite confeſſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum iſthic devote ſumpſerint, & ad S. Matris Eccleſiæ intentionem ſuas ad DEUM preces fuderint, ex infinito meritorum Chriſti, & Sanctorum theſauro conceſſerunt, quotannis feria ſexta ante Dominicam Palmarum ſolenniter celebratur.

Hujus quidem erga Matrem Doloroſam Devotionis, adeoque & ipſius Gratioſæ Imaginis originem, ſicut & illarum, quæ Wallenburgæ, Albaquæ, (nam & hic penes Gaudioſam habetur Doloroſa) & in aliis Sileſiæ, vicinarumque provinciarum locis coluntur, initium cum R. P. Balbino non male forſan ad Huſſitica tempora referimus; quid quod alii vetuſtius opinentur: Sic enim ille non ſine fundamento de Doloroſa ad Krupnam in Bohemia ſuſpicatur, & in hujus rei argumentum in epit. Rer. Boh. Lib. 4 in notis in caput 10 ſequentia ſcribit: *Illud*, inquit, *me quoque valde movet, quod circa id tempus poſt An. 1420 ob perpetuas Hæreticorum Bohemorum victorias, tota Germania ædes ſacras, Altaria, ſodalitates, B. M. Doloroſæ excitatas, & inſtitutas in hiſtoriis legamus. Legatur, pervelim, Gaſpar Tauſchius noſter libro, quem de B. V. Doloroſa vulgavit; Spondanum etiam audiamus ad An. 1422, in Annal. Eccleſ. ita ſcribentem: In Germania Theodoricus Archi Epiſcopus Colonienſis Synodum Provincialem habuit pro Reformatione Cleri, & contra Hæreſes Wicleffi & Huſſi. Quarum ſectatores cum non formidarent Imagines Chriſti Domini, ac Matris ejus auſu ſacrilego comburere, ſtatuit, ut feſtum Compaſſionis Ejusdem Beatiſſimæ Matris, ſeu Commemorationis illius anguſtiæ & doloris, dum Redemptor noſter expanſis manibus Patri ſpiritum commendaret &c. ſolenniter celebraretur feria 6 poſt Dominicam III poſt Paſcha in omnibus Eccleſiis Provincia Colonienſis, ut Dominus DEUS auferat velamina de oculis hæreticorum &c. quæ pietas poſtea per totam Germaniam eſt propagata.*

Et ſane legimus in Atlante Mariano R. Patris Gumpenberg, Doloroſæ Deckendorffenſis in Bavaria miracula notari cœpiſſe anno 1483. Doloroſæ Nideraltenſis etiam in Bavaria ab iisdem Huſſiticis motibus incipiendo,

endo, in honoribus & confraternitate insignem fuisse. Dolorosæ Ober-Schwedeldorffensis in Comitatu Glacensi sine dubio ab Ernesti Archi Episcopi tempore claruisse: & sic de aliis, quæ omnia, conjecturam nostram haud vanam esse, testantur.

Cæterum magnificæ Illius Basilicæ, quæ quondam à Reibnitziis laudabiliter condita fuit, Presbyterium tantum, quod vocamus, hodie servitio Divino servit, reliquum spatium peramplum ruinas & rudera collapsæ hujus sacræ domus sustinet, & munificas Marianorum Clientum manus præstolatur, quibus in decorem pristinum valeat resurgere.

Gaudet aliis quibusdam patria nostra Gratiosis Imaginibus, puta

WARTENBERGENSI in Ducatu Glogovienſi RR. PP. Societatis, &

PEKARIENSI, Eorumdem Patrum Societatis JEsu, quæ hodie propter turbas in Polonia etiamnum durantes, ex confinibus Polonicis, ubi colebatur, Oppolium translata, publicæ venerationi exponitur. De quorum autem originibus documenta nulla, licet petierimus, hactenus obtinuimus.

Sunt præterea

GRISSOVIENSIS,

WALLENBURGENSIS in Suidnicensi,

HOHENKIRCHENSIS in Glogovienſi Ducatu, de quibus suo loco.

§. 160.

VVARTENBERGA.

Wartenberg/ (*a*) olim Szychow dicta, Cromero Sytzovia, opidum Baronatus sui primarium, amœnum, elegans, ac munitum, haud longe à Weidæ fluvii fontibus, Poloniæque finibus, Wratislavia vero octo milliaribus distans. Est autem luculenta inprimis, & magni momenti hæc ditio, (*b*) cujus jurisdictionem agnoscit nobilitas insignis. Portio & ipsa Ducatûs Olsnensis, à quo circa Annum C. 1495 avulsa, diversos habuit Dominos: Hankonem, Haugvicium à Biskowitz,

L. B. Zacnconem Leonem Baronem in Rosinthal, Bernhardum Joachimum & Joannem Bernardum Maldzanios, ac post hos Georgium à Braun Baronem, Cameræ Silesicæ Præsidem; cujus filius ære alieno obrutus vendidit eam Abrahamo Burggravio de Dohna, Successorem nacta Carolum Hannibalem filium. (c)

(a) Germanis Polnisch-Wartenberg communiter audit. Nomen ab Ethnicis ad lucos, fana sua, & idola, quæ in hac Poloniæ parte, quæ Silesia dicitur, fuere frequentia, peregrinantibus, & hic loci sese præstolantibus, derivari nonnulli somniant.

(b) Ist ein sehr bequemer Paß an der Polnischen Grentze in Kriegs-Zeiten: Daherо resolvirten auch die Herren Fürsten und Stände A. 1578 derselben fortification bey dem allgemeinen Fürsten-Tage.

(c) An. 1628 bey invasion der Dänemarck- und Mansfeldischen Armee in Schlesien befestigte Carl Hannibal Burggraff zu Dohna die Stadt und Schloß Wartenberg noch stärcker.

Ausserhalb der Mauer umgiebet die Stadt ein Wallgraben / und von dem Krieg noch übrig gebliebene Schantzen.

Betreffend das Schloß / so hat desselben schönstes Theil der alte Herr Abraham Burggraff von Dohna um das Jahr 1608 erbauet: Es war auch sein Glantz dermassen vor der Kriegs-Unruhe beschaffen / daß es mehr einer Fürstlichen als Gräfflichen Residentz ähnlichte: Ein morastiger Graben / darüber eine höltzerne Brücke gehet / wie auch eine Schantze / scheiden das (alte) Schloß von der Stadt ab: An demselben stunde vor diesem ein starcker defensions-Thurn: So waren auch die inwendige Gemächer genugsam grosse Herren zu logiren: hierbey befande sich auch ein feiner Marsstall / Jägerhauß / Lustgarten / und was sonst eine vornehme Hofstadt erfordert. Die alten allhier residirenden Burggraffen von Dohna unterhielten iederzeit ein gewisse Anzahl geworbner Soldaten / und liessen das Schloß bewachen. *Hoc F. Lucæ in Chron. Sil. pag. mihi 1612.*

Anno 1554 d. 15 Martii Urbs tota præter arcem, & quatuor domos fortuito incendio concidit in cineres.

An. 1616 d. 19 Aprilis similem cladem accepit ab irato Vulcano.

An. 1632 à Suecis Wartenberga intercepta fuit, &

An. 1633

An. 1633 poſt prælium Steinavienſe à Cæſareis recuperata: qui vero

An. 1634 à Saxonibus & Suecis in opidum armatu manu irrumpentibus partim pulſi, partim occiſi fuerunt. Breve nihilominus poſt tempus illi rurſus à Cæſareanis ejecti, ſed

An. 1641 Sueci denuo Wartenbergam occupantes, in loco hoc opportunam nacti occaſionem Namislaviam quoque, Olſnam, & Bernſtadium in ſuam redigendi poteſtatem, & communicationem commerciorum Wratislavienſes inter & Polonos impediendi.

An. 1646 hunc locum Sueci omnibus, quibus pollebat, armis ſpoliarunt. J. H. C. in MS.

Mercatus annui celebrantur ibi

1. In S. Pauli Converſione.
2. In Aſcenſione Domini.
3. In feſto S. Michaëlis Arch-Ang.

Illuſtriſſimam Burggraviorum Proſapiam ſequenti capite celebrabimus. Hic interim pro majori hujus loci ornamento è Viris Præclaris, qui eum ortu ſuo illuſtrarunt, non paucis unus ſaltem appareat

NICOLAUS KREUL.

Canonicus Wratislavienſis, cujus in noſtra Sileſia Togata ſequens legimus præconium: *Si quisquam eſt, qui patriæ laudes late longeque diffuſas ac diſſeminatas cupiat, in his ego libenter ac libere nomen profiteor meum. Alia utique mens ſi mihi eſſet, conſilium ac laborem Sileſiæ Togatæ horis ſubſecivis concinnandæ minime ſuſcepturus eram; ejus vero ſemicenturiam decimam dum aggredior modo, primus nobis occurrit, quem Æneas Sylvius Cardinalis Senenſis, indeque Pontifex Romanus, dictus Pius II, ob ſingularem eruditionem adeo charum habuit, ut cum maxime ſibi à ſacris eſſe vellet eidemque ſuum ex Sorore Laudemia Illuſtris Viri D. Nannis prius de Todeſchinis, poſtea vero de Piccolomineis nuncupati Conjuge nepotem Franciſcum bonis literis, moribusque informandum daret.* Nicolaus *is fuit* Kreulius *patria Wartenbergenſis, profeſſione autem Canonicus Wratisl. cujus quidem in Epiſtolis Sylvianis plus vice ſimplici honorifica fit mentio: binis quidem ad Joannem Træſter; unis ad D. de Roſenberg; unis ad Electum Wratislavienſem; unis denique ad Henricum Seffileben. Obiit admodum ſenex ſepultus Wratisl. in Cœmiterio D. Joannis, ubi quidem in muro templi verſus orientem lapis ſepulchralis viſitur, quo eum Franciſcus Piccolomineus, qui & ipſe ex Cardinali Senenſi anno ſæculi decimi quinti tertio ſub nomine Pii III ad ſummum Pontificatum adſcriptus, cum non niſi ſex*

si sex ac viginti diebus sedem tenuisset, Julium II audacem gladiatorem, & bellatorem ferocissimum invenit Successorem, ut grati Discipuli erga fidum praceptorem officio fungeretur, honestavit, hujusmodi epigraphe insignem: Franciscus Piccolominaeus S. Rom. Ecclesiæ Diaconus Card. Sen. Nicolao Kreull Wartenberg. Canonico Wratislaviensi viro integerrimo, fide erga se incredibili, officio singulari, charitate plus quam paterna, à qua puer sanctissimis moribus & exemplis institutus, prima literarum rudimenta didicit, tam rara pietatis memor alumno B. M. absens faciundum curavit Anno Domini 1492. Sil. Tog. Lib. 10. No. 1.

Est & aliud ejusdem nominis opidum in agro Freistadiensi (*a*) sub Dominio Rechenbergiorum (*b*) ad amnem Ochel.

(*a*) Sedecim milliaribus Bresla sejunctum. An. 1300 à Germanis fundatum.

(*b*) Hodie R. R. Patrum Societatis JEsu, ut vocant, Residentia. An. 1441 penitus exustum. An. 1701 magna Opidi pars in cineres & ruinas collapsa fuit.

Hoc loco natus est

R. P. GEORGIUS BRANDT Soc. JESU, in Americam Missionarius.

Ad inclytam hanc Societatem admissus fuit post Rhetoricam Glogoviæ Majoris absolutam anno 1670 14 Octob. missus in Americam, & applicatus ad missiones in Regno Peruano An. 1684. Apostolicis laboribus beate immortuus in urbe S. Jacobi Apostoli An. 1690, 16 Augusti.

§. 161.

VVEIDENAVIA.

Weydenau / Nissensis territorii Opidum. (*a*)

(*a*) An. 1428 ab Husitis urbs misere vastata & vexata.
An. 1574 in festo S. Georgii penitus in igne conflagravit.
An. 1632 rursus in cineres versa.

Nundinas 1. Die Lunæ post Circumcisionem Domini,
2. Dominica ante Assumptionem B. Virginis,
Dominica ante S. Michaëlis, celebrat.

Ex

Ex plurimis & doctrina præclaris, & dignitate ſublimibus Viris, ſacerdotibus præſertim de Eccleſia DEI optime meritis, olim doctiori calamo celebrandis, quos Weidenavia genuit, aliquorum pro patriæ ornamento majori, Laconico ſtilo ſaltem meminiſſe placet: nimirum R. Patris

ANTONII FRANC. GROETZNER, ſacri ſeraphici Ordinis ſtrict. obſerv. per annos complures Eccleſiaſtæ emeriti, & Quardiani Glacii digniſſimi, paucis abhinc annis in itinere in pago Franckenberg in Domino defuncti. Item

R. D. IGNATII GROETZNER, qui fuit illius Frater Germanus Junior, Parochus in Lampersdorff in diſtrictu Francoſteinenſi, vir doctus, & ovicularum ſuarum Paſtor zeloſus: Sed quem Paſtor bonus præmatura morte ad mercedem vocavit in cœlo capeſſendam.

Horum frater tertius, Antonio quidem junior, Ignatio vero ſenior, R. Dominus

JOANNES GEORGIUS GRÖTZNER etiamnum ſuperſtes, apud Eccleſiam pagi Protzanenſis, dimidio Francoſteina milliari ſejuncti, animarum curam eo exercet zelo & induſtria, quam in ipſo omnes, qui virum norunt, ſuſpiciunt, & bono huic fidelique Dei ſervo annos pro animarum, quibus præeſt, ſalute, atque ſolatio, una nobiſcum (qui manum ejus ſacerdotalem ſæpius in juventute noſtra in nos munificam grato etiamnum animo veneramur, & exoſculamur) animitus apprecantur.

Nec fas eſt nobis ſilentio præterire

R. D. ANDREAM KELLER, Patria Weidnavienſem, noſtrum olim in Grammaticæ Rudimentis primum Informatorem, qui Magno-Kuntzendorffii in diſtrictu Niſſenſi annis compluribus Parochiali officio laudabiliter functus oppetiit mortem, ut ſperamus, beatam Niſſæ anno 1702. in feſto S. Urſulæ.

Cui merito ſubjungitur

R. P. JOANNES KALLER, S. Jesu Sacerdos, & ipſe Weidnovienſis: qui anno 1672 poſt Philoſophiam abſolutam Magiſter promotus in ſacrum illum cœtum ſuſceptus; anno vero 1687 in Mexicum, inde ad Inſulas Philip. miſſus eſt.

§. 162.

WEISKRETSCHEM.

Sive potius PEISKRETSCHEM, & in vett. dipl.

nihilominus autoritatem noſtram pariter & decretum. Et ut res eo citius ſuum ſortiatur effectum, univerſos & ſingulos utriuſque ſexûs Chriſti fideles per & infra Civitatem & diœceſin noſtram Vratislavienſium ubilibet conſtitutos, ad quos præſentes pervenerint litera, per viſcera miſericordia Domini noſtri JESU Chriſti requirimus & hortamur, ut in remiſſionem peccaminum ſuorum de bonis ejus à Domino DEO gratuite collatis pro dicta Eccleſia ædificatione & erectione, ejuſque ornamentorum comparatione manus eorum porrigant adjutrices, ut ſic per ſubventionem ipſorum dicta Eccleſia perfici & erigi, in ejuſque ornamentum redimiri poſſit, ut per hæc & alia pietatis opera, quæ Domino inſpirante fecerint, vitam valeant conſequi ſempiternam. Nos enim de omnipotente DEI miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ejus merito, & auctoritate confiſi omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus vere pœnitentibus, contritis pariter & confeſſis, qui manus pro ædificatione dicta Eccleſia & ejus ornamentorum porrexerint adjutrices, toties, quoties fecerint, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis ejus pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. *Vobis vero Eccleſiarum Parochialium Rectoribus, & loca tenentibus eorundem noſtra diœceſeos, præſertim verbi divini prædicatoribus, in Virtute ſancta obedientiæ, committimus & mandamus, quantumvis petitores dicta Eccleſia, dum vos humiliter requiſiverint in exhortationibus Veſtris, quas ad plebem feceritis Chriſtianam, diligentiſſime promoveatis, ut indulgentiarum participes poſſint fieri promiſſarum. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes noſtri Sigilli appenſione juſſimus & fecimus communiri. Datum Vratisl. die octava menſis Januarii An. Domini 1495.*

Abſchrifft des Fürſtl. Briefs über die ſteinerne groſſe Kirche zu Kaubitz.

In dem Nahmen GOttes Amen.

WIr Albrecht / Georg und Carol Gebrüder von GOttes Gnaden des Heil. Röm. Reichs Fürſten / Hertzogen zu Mönſterberg in Schleſien / zur Oelſe / und Grafen zu Glatz / Herrn von der Cunſtadt und Podiebrad ꝛc. bekennen und thun kund mit dieſem unſerm Brief ewiglich vor allen denen / die ihn ſehen / hören oder leſen / ſo nu der allmächtige ewige GOtt durch das Bild ſeiner heil. gebenedeyten Mutter der allerheiligſten Jungfrauen Marien in unſerm Hertzogthum Mönſterberg im Franckenſteiniſchen Weichbilde gelegen / auff dem Gute Wonewitz in der Kirchen / die man zu unſer lieben Frauen zum Baum nennet / viel groſſe und unaus-

unaussprechliche Wunder-Zeichen thut / denen die in ihren Nöthen und Gebrechen ihre Zuflucht dahin haben in Vertrauen / werden sie durch die milde GOttes-Gebährerin wunderlich erlediget / und ohne Trost nicht gelassen / derhalben mit Hülff frommer Leute / die dahin Zuflucht haben / und von Marien der Gebährerin des allmächtigen GOttes Gnad und Hülff erlangen / nun eine schöne Kirche durch gehabten Fleiß und getreuen Verstand des würdigen und mannhafftigen Herrn Christophori Reibnitz / Dom-Herrn zum heil. Creutz zu Breßlau / unsers lieben getreuen Erb-Herrn desselben Gutes gebauet / und auffs meiste verbracht / und uns zu verstehen gegeben / daß er auch an der Stelle / da das Bild der allerheiligsten Jungfrauen Marien in einer holtzin Capelle ist / dardurch der allmächtige GOtt / wie gemeldt / seine göttl. Gewalt und Gnade erzeigt / auch eine zierliche und gemauerte bauen wolte / doch solchen Bau aus Verhinderung des Scholtzen und etlicher Gebauren von Hennersdorff / die ihre Aecker und Grentzen so nahends daran hätten nicht gebauen könte / und uns als des Fürstenthums Herren und Landes-Fürsten um Rath und Hülff ersuchet / und in höchster Demuth gebeten / so wir deme die Gebährerin des allmächtigen GOttes die allerheiligste Jungfrau Maria / zu Ehren auch ihro Diener / und ihren löblichen Dienst zu fördern und auffs höchste erheben gantz geneigt seyn / haben wir unsern lieben Bruder / so wir grosser Geschäfftnitz halber nicht alle dabey seyn könten / den erleuchten / Hochgebohrnen Fürsten und Herrn Carln Hertzogen zu Mönsterberg ꝛc. mit dem gedachten Scholtzen und Gebauern von Hennersdorff in unser aller Macht zu handeln erlanget / und vermocht / derselbige unser lieber Bruder mit Verwilligung der Hochgebohrnen / Ehrwürdigen Fürstin / Frauen Anna / gebohrnen Hertzogin zu Troppau / Abbatißin und der gantzen Sammlung des Klosters Trebnitz auff der Stellen / daselbst zu unser lieben Frauen zum Baum gewest / und sich mit dem gedachten Scholtzen / Friedrich genannt / und den Bauren / nemlich Fabian Grünewald / Riedel Täubern / und Hanß Jacoben ꝛc. die ihre Aecker und Grentzen daselbsthin gehabt / haben endlich vertragen / und gäntzlich biß an den Berg vergnüget / und auff daß ein ewig Gedächtniß seye / und so gehalten werde / hat seine Lieb in eigner Person einen Pflug in seine Hände genommen / und der wohlmannhafftige Georg von Bischoffheim / Latusky genannt / unser eltister Rath und lieber Getreuer / auf die Pferde den Pflug zu führen gesessen / und der gemeldte Scholtz und Bauren von Hennersdorff vor den Pferden gutwillig gegangen / und wo die Grentze also mit dem Pfluge solt

gemacht werden/ gezeiget haben / dieſelbige Gräntz unſer lieber Bruder mit dem Pfluge / wie gemeldt / gefahren abgezeichnet / und bald mit fünff Steinen / darauff ein Adler gehauen / ewiglich zu halten verzeichnet hat / denſelbigen Fleck Ackers/ wie ietzunder gedacht / vergrentzt und mit Steinen bezeichnet / haben wir gutwillig der allerheiligſten Jungfrau Marien GOttes-Gebährerin zu Ehren und Lobe / und zur Förderung des gedachten Baues gegeben / und hiermit geben dem gedachten Herrn Chriſtophoro Reibnitz / Domherrn zum heil. Creutz zu Breßlau/ ihm ſeinen Erben und nachkömmlingen Beſitzern des Gutes Wonewitz aus Fürſtlicher Macht zu Mönſterberg mit Verwilligung der hochgebohrnen ehrwürdigen Frauen oben bemeldt Abbatiſſin und ihrer Sammlung des Kloſters Trebnitz denſelbigen Fleck von dem Gut Hennersdorff abgeſondert geben/ und erlauben wir dann dem Gute Wonewitz ewiglich und gerechten und aller Herrlichkeit dabey zu bleiben.

Deß zu uhrkund / und ewigen Gezeuguiſſe / haben wir diß Privilegium mit unſer Fürſtl. Würdigkeit Majeſtät/und der Majeſt. zuruck eingedruckten unſern Inſigel / daß wir in der Gemein zu Erben und Sachen ſambtlichen gebrauchen / befeſtiget und beſiegelt laſſen werden. Geſchehen und geben zu Franckenſtein am Dienſtag nach dem Tag der Enthauptung des heil. Johannis des Täuffers/ unſers Herrn JEſu CHriſti Geburt funffzehen hundert und in dem erſten Jahre / dabey ſeyn geweſt die edlen/ mannhafftigen/ ehrſamen und wohltüchtigen Georg von Biſchoffheim Latusky genannt / Hanß Abſchatz von Schöttlau / Wolffgang von Kauffung / Henrich Rechenberg von Karlat / Lorentz Seidlitz von Töplowoda / Herr Andres Pfarrer zu Franckenſtein und Herr Jeremias ſein Capellan / Hanſen Hagen von Schwobach/ unſerm Cantzel-Schreiber/ ward dieſer Brieff befohlen.

Hucusque ex Archivis Mönſterbergenſibus. Ab admodum Reverendo Dno. Joanne Georgio Grörzner, Parocho Protzanenſi, ad cujus Parochiam Kaubitzenſis illa ſpectat Eccleſia, nuper reſcivimus, qua ratione hæc Icon Gratioſa bellorum tempore ablata, & ubi ad noſtram usque ætatem latuerit? *Miles quidam*, ſcribit præfatus Reverendiſſimus Dominus Parochus, (non autem Tuæ lector benevole, aures proletario ſermonis genere offendantur) *Lutheranus tempore belli Suecici in præſentia Seniculi cujusdam Eccleſiæ Vitrici Schrebsdorffenſis Incolæ (qui & ipſe Lutheranus fuit, & hæc poſtea faſſus eſt) illam ex altari rapuit, ſecumque Francoſteinam ad hoſpitium ſuum in ſacco accepit; & quemadmodum hoſpes ipſe, prius quidem etiam Lutheranus,*

ranus, poſtea vero Catholicus, mihi ut Capellano Francoſteinenſi narravit, ſaccum cum imagine ad menſam ponens: Divinate, dixit hoſpiti, quid in hoc ſacco habeam? huic ſe neſcire reſpondenti, plus, ajebat, hoc valet, quam veſtra domus, & tota veſtra Subſtantia, quam poſſidetis: facile, repoſuit hoſpes, plus valere conceſſerim, cum parum habeam, & inſuper, quod hodie meum eſt, cras perdi poſſit. Exemtam dein imaginem Miles hoſpiti tradidit his verbis eumdem affatus: Hunc Theſaurum vobis cuſtodiendum trado, honorate hanc imaginem: Nos bis diebus abibimus, poſtquam reverſi fuerimus, & hoc ego Depoſitum apud vos invenero, bonam vobis mercedem dabo: ſin minus, duriter vos tractabo, & aſſecuro vos, ſi vel aliquem honorem huic Iconi exhibueritis, in domo veſtra fortunam experiemini propitiam. Abiit miles, hoſpes factus Catholicus, manifeſtam expertus in re familiari fuit benedictionem, ut propterea quoque, cum ſapius imaginem varii peterent Domini & Religioſi, eandem aliis donare detrectaverit, nec niſi coactus illam poſtmodum Perilluſtri illi, de quo ſuperius R. P. Balbinus mentionem fecit honorificam, Viro Domino Secretario Ducatus Mönſterbergenſi Ferdinando Ignatio Tanner de Löwenthal extradidit: qui & diligenter illam domi ſuæ, ne Theſaurus iſte perderetur, cuſtodivit, & reverenter, ne profanaretur, coluit, & grato inſuper animo Eidem Domino Parocho, cum hic Francoſteina adhuc Sacellani munere fungeretur, faſſus eſt, ſeſe ſapius in anguſtiis & adverſitatibus ſuis ante imaginem proſtratum cœlitus quæſiviſſe auxilium, & Divam, quam repræſentat Icon, ſibi fuiſſe opitulatam, ejus interceſſione difficilia, quibus preſſus fuit, negotia exitum ſapius fuiſſe felicem ſortita. Poſt obitum autem Domini de Tanner ejus Filia cuidam in Bojemia Domino Colini nubens, ſacrum iſtud Cimelion ſecum avexit in vicinam Bojemiam, ubi poſtquam aliquot annis latuiſſet, admodum R. D. Archipresbyter Matthias Stephetius, & R. D. Parochus Georgius Wenzel in priſtinum locum eam reſtitui ſupplicarunt apud Ducale Officium, quod reſtitutionem hujus Theſauri adhibitis etiam minis de non extradendis pro Domo Tannerianæ pecuniis religioſiſſime & urſit, & eò tandem filiam Tannerianam adegit, ut Imaginem in ſacco obſignato Wartam usque ad Tobiam Merckel in domo, quam Francoſteinenſem vocant, hoſpitem deponendam per Judæum, rei, quam portabat, ignarum mitteret: ubi cum ſaccus præſente latore ab hoſpite apertus fuiſſet, & imago exemta, conqueſtus ille de gravi, quo preſſus fuiſſet, pondere, & indignatus ſe dolere ajebat, quod rem tam vilem, ut exiſtimabat, in aquam non projeciſſet. Wartâ tandem Francoſteinam, inde Protzanum, hinc vero urgente Illmo D. Lib. Barone

de Kappaun Domino in Schrebsdorff & hoc Lutherano, in antiquam ſuam ſedem repoſita fuit : ubi denuo Virgo Beatiſſima occaſione hujus Imaginis cultu honoratur competente, concurrentibus ex vicinia Marianis Clientibus, & votorum ſuorum anathemata ſuſpendentibus, in feſto præſertim Matris Doloroſæ, (illius enim, Divinum illud de Cruce Depoſitum, exanime nimirum Corpus JEſu in ſinu ſuo virgineo gerentis hæc Imago eſt) quod cum plenariis Indulgentiis, quas ſummi Pontifices jam ab anno 1687 pro iis, qui peccata ſua rite confeſſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum iſthic devote ſumpſerint, & ad S. Matris Eccleſiæ intentionem ſuas ad DEUM preces fuderint, ex infinito meritorum Chriſti, & Sanctorum theſauro conceſſerunt, quotannis feria ſexta ante Dominicam Palmarum ſolenniter celebratur.

Hujus quidem erga Matrem Doloroſam Devotionis, adeoque & ipſius Gratioſæ Imaginis originem, ſicut & illarum, quæ Wallenburgæ, Albaquæ, (nam & hic penes Gaudioſam habetur Doloroſa) & in aliis Sileſiæ, vicinarumque provinciarum locis coluntur, initium cum R. P. Balbino non male forſan ad Huſſitica tempora referimus; quid quod alii vetuſtius opinentur: Sic enim ille non ſine fundamento de Doloroſa ad Krupnam in Bohemia ſuſpicatur, & in hujus rei argumentum in epit. Rer. Boh. Lib. 4 in notis in caput 10 ſequentia ſcribit: *Illud*, inquit, *me quoque valde movet, quod circa id tempus poſt An. 1420 ob perpetuas Hæreticorum Bohemorum victorias, tota Germania ædes ſacras, Altaria, ſodalitates, B. M. Doloroſæ excitatas, & inſtitutas in hiſtoriis legamus. Legatur, pervelim, Gaſpar Tauſchius noſter libro, quem de B. V. Doloroſa vulgavit; Spondanum etiam audiamus ad An. 1422, in Annal. Eccleſ. ita ſcribentem: In Germania Theodoricus Archi Epiſcopus Colonienſis Synodum Provincialem habuit pro Reformatione Cleri, & contra Hæreſes Wicleffi & Huſſi. Quarum ſectatores cum non formidarent Imagines Chriſti Domini, ac Matris ejus auſu ſacrilego comburere, ſtatuit, ut feſtum Compaſſionis Ejusdem Beatiſſimæ Matris, ſeu Commemorationis illius anguſtiæ & doloris, dum Redemptor noſter expanſis manibus Patri ſpiritum commendaret &c. ſolenniter celebraretur feria 6 poſt Dominicam III poſt Paſcha in omnibus Eccleſiis Provinciæ Colonienſis, ut Dominus DEUS auferat velamina de oculis hæreticorum &c. quæ pietas poſtea per totam Germaniam eſt propagata.*

Et ſane legimus in Atlante Mariano R. Patris Gumpenberg, Doloroſæ Deckendorffenſis in Bavaria miracula notari cœpiſſe anno 1483. Doloroſæ Nideraltenſis etiam in Bavaria ab iisdem Huſſiticis motibus incipiendo,

endo, in honoribus & confraternitate insignem fuisse. Dolorosæ Ober-Schwedeldorffensis in Comitatu Glacensi sine dubio ab Ernesti Archi Episcopi tempore claruisse: & sic de aliis, quæ omnia, conjecturam nostram haud vanam esse, testantur.

Cæterum magnificæ Illius Basilicæ, quæ quondam à Reibnitziis laudabiliter condita fuit, Presbyterium tantum, quod vocamus, hodie servitio Divino servit, reliquum spatium peramplum ruinas & rudera collapsæ hujus sacræ domus sustinet, & munificas Marianorum Clientum manus præstolatur, quibus in decorem pristinum valeat resurgere.

Gaudet aliis quibusdam patria nostra Gratiosis Imaginibus, puta

WARTENBERGENSI in Ducatu Glogovienſi RR. PP. Societatis, &

PEKARIENSI, Eorumdem Patrum Societatis JEsu, quæ hodie propter turbas in Polonia etiamnum durantes, ex confinibus Polonicis, ubi colebatur, Oppolium translata, publicæ venerationi exponitur. De quorum autem originibus documenta nulla, licet petierimus, hactenus obtinuimus.

Sunt præterea

GRISSOVIENSIS,

WALLENBURGENSIS in Suidnicensi,

HOHENKIRCHENSIS in Glogovienſi Ducatu, de quibus suo loco.

§. 160.

VVARTENBERGA.

Wartenberg/ (*a*) olim Szychow dicta, Cromero Sytzovia, opidum Baronatus sui primarium, amœnum, elegans, ac munitum, haud longe à Weidæ fluvii fontibus, Poloniæque finibus, Wratislavia vero octo milliaribus distans. Est autem luculenta inprimis, & magni momenti hæc ditio, (*b*) cujus jurisdictionem agnoscit nobilitas insignis. Portio & ipsa Ducatûs Olsnensis, à quo circa Annum C. 1495 avulsa, diversos habuit Dominos: Hankonem, Haugvicium à Biskowitz,

L. B. Zacnconem Leonem Baronem in Rosinthal, Bernhardum Joachimum & Joannem Bernardum Maldzanios, ac post hos Georgium à Braun Baronem, Cameræ Silesicæ Præsidem; cujus filius ære alieno obrutus vendidit eam Abrahamo Burggravio de Dohna, Successorem nacta Carolum Hannibalem filium. (c)

(a) Germanis Polnisch-Wartenberg communiter audit. Nomen ab Ethnicis ad lucos, fana sua, & idola, quæ in hac Poloniæ parte, quæ Silesia dicitur, fuere frequentia, peregrinantibus, & hic loci sese præstolantibus, derivari nonnulli somniant.

(b) Jst ein sehr bequemer Paß an der Polnischen Grentze in Kriegs-Zeiten: Dahero resolvirten auch die Herren Fürsten und Stände A. 1578 derselben fortification bey dem allgemeinen Fürsten-Tage.

(c) An. 1628 bey invasion der Dänemarck- und Mansfeldischen Armee in Schlesien befestigte Carl Hannibal Burggraff zu Dohna die Stadt und Schloß Wartenberg noch stärcker.

Ausserhalb der Mauer umgiebet die Stadt ein Wallgraben / und von dem Krieg noch übrig gebliebene Schantzen.

Betreffend das Schloß / so hat desselben schönstes Theil der alte Herr Abraham Burggraff von Dohna um das Jahr 1608 erbauet: Es war auch sein Glantz dermassen vor der Kriegs-Unruhe beschaffen / daß es mehr einer Fürstlichen als Gräfflichen Residentz ähnlichte: Ein morastiger Graben / darüber eine höltzerne Brück: gehet / wie auch eine Schantze / scheiden das (alte) Schloß von der Stadt ab: An demselben stunde vor diesem ein starcker defensions-Thurn: So waren auch die inwendige Gemächer genugsam grosse Herren zu logiren: hierbey befande sich auch ein feiner Marstall / Jägerhauß / Lustgarten / und was sonst eine vornehme Hofstadt erfordert. Die alten allhier residirenden Burggraffen von Dohna unterhielten iederzeit ein gewisse Anzahl geworbner Soldaten / und liessen das Schloß bewachen. *Hoc F. Lucæ in Chron. Sil. pag. mihi 1612.*

Anno 1554 d. 15 Martii Urbs tota præter arcem, & quatuor domos fortuito incendio concidit in cineres.

An. 1616 d. 19 Aprilis similem cladem accepit ab irato Vulcano.

An. 1632 à Suecis Wartenberga intercepta fuit, &

[An. 1633

An. 1633 poſt prælium Steinavienſe à Cæſareis recuperata: qui vero

An. 1634 à Saxonibus & Suecis in opidum armatu manu irrumpentibus partim pulſi, partim occiſi fuerunt. Breve nihilominus poſt tempus illi rurſus à Cæſareanis ejecti, ſed

An. 1642 Sueci denuo Wartenbergam occupantes, in loco hoc opportunam nacti occaſionem Namislaviam quoque, Olſnam, & Bernſtadium in ſuam redigendi poteſtatem, & communicationem commerciorum Wratislavienſes inter & Polonos impediendi.

An. 1646 hunc locum Sueci omnibus, quibus pollebat, armis ſpoliarunt. J. H. C. in MS.

Mercatus annui celebrantur ibi

1. In S. Pauli Converſione.
2. In Aſcenſione Domini.
3. In feſto S. Michaëlis Arch-Ang.

Illuſtriſſimam Burggraviorum Proſapiam ſequenti capite celebrabimus. Hic interim pro majori hujus loci ornamento è Viris Præclaris, qui eum ortu ſuo illuſtrarunt, non paucis unus ſaltem appareat

NICOLAUS KREUL.

Canonicus Wratislavienſis, cujus in noſtra Sileſia Togata ſequens legimus præconium: *Si quisquam eſt, qui patriæ laudes late longeque diffuſas ac diſſeminatas cupiat, in his ego libenter ac libere nomen profiteor meum. Alia utique mens ſi mihi eſſet, conſilium ac laborem Sileſiæ Togatæ horis ſubſecivis concinnandæ minime ſuſceperturus eram; ejus vero ſemicenturiam decimam dum aggredior modo, primus nobis occurrit, quem Æneas Sylvius Cardinalis Senenſis, indeque Pontifex Romanus, dictus Pius II, ob ſingularem eruditionem adeo charum habuit, ut cum maxime ſibi à ſacris eſſe vellet eidemque ſuum ex Sorore Laudemia Illuſtris Viri D. Nannis prius de Todeſchinis, poſtea vero de Piccolomineis nuncupati Conjuge nepotem Franciſcum bonis literis, moribuſque informandum daret.* Nicolaus *is fuit* Kreulius *patria Wartenbergenſis, profeſſione autem Canonicus Wratisl. cujus quidem in Epiſtolis Sylvianis plus vice ſimplici honorifica fit mentio: binis quidem ad Joannem Træſter; unis ad D. de Roſenberg; unis ad Electum Wratislavienſem; unis denique ad Henricum Seyffleben. Obiit admodum ſenex ſepultus Wratisl. in Cœmiterio D. Joannis, ubi quidem in muro templi verſus orientem lapis ſepulchralis viſitur, quo eum Franciſcus Piccolomineus, qui & ipſe ex Cardinali Senenſi anno ſæculi decimi quinti tertio ſub nomine Pii III ad ſummum Pontificatum adſcriptus, cum non niſi ſex*

si sex ac viginti diebus sedem tenuisset, Julium II audacem gladiatorem, & bellatorem ferocissimum invenit Successorem, ut grati Discipuli erga fidum praceptorem officio fungeretur, honestavit, hujusmodi epigraphe insignivit: Franciscus Piccolominaus S. Rom. Ecclesia Diaconus Card. Sen. Nicolao Kreull Wartenberg. Canonico Wratislaviensi viro integerrimo, fide erga se incredibili, officio singulari, charitate plus quam paterna, à qua puer sanctissimis moribus & exemplis institutus, prima literarum rudimenta didicit, tam rara pietatis memor alumno B. M. absens faciundum curavit Anno Domini 1492. Sil. Tog. Lib. 10. No. 1.

Est & aliud ejusdem nominis opidum in agro Freistadiensi (*a*) sub Dominio Rechenbergiorum (*b*) ad amnem **Ochel.**

(*a*) Sedecim milliaribus Bresla sejunctum. An. 1300 à Germanis fundatum.

(*b*) Hodie R. R. Patrum Societatis JEsu, ut vocant, Residentia. An. 1441 penitus exustum. An. 1701 magna Opidi pars in cineres & ruinas collapsa fuit.

Hoc loco natus est

R. P. GEORGIUS BRANDT Soc. JESU, in Americam Missionarius.

Ad inclytam hanc Societatem admissus fuit post Rhetoricam Glogoviæ Majoris absolutam anno 1670 14 Octob. missus in Americam, & applicatus ad missiones in Regno Peruano An. 1684. Apostolicis laboribus beate immortuus in urbe S. Jacobi Apostoli An. 1690, 16 Augusti.

§. 161.

VVEIDENAVIA.

Weydenau / Nissensis territorii Opidum. (*a*)

(*a*) An. 1428 ab Husitis urbs misere vastata & vexata.
An. 1574 in festo S. Georgii penitus in igne conflagravit.
An. 1632 rursus in cineres versa.

Nundinas 1. Die Lunæ post Circumcisionem Domini,
2. Dominica ante Assumptionem B. Virginis,
Dominica ante S. Michaëlis, celebrat.

Ex

Ex plurimis & doctrina præclaris, & dignitate ſublimibus Viris, ſacerdotibus præſertim de Eccleſia DEI optime meritis, olim doctiori calamo celebrandis, quos Weidenavia genuit, aliquorum pro patriæ ornamento majori, Laconico ſtilo ſaltem meminiſſe placet: nimirum R. Patris

ANTONII FRANC. GROETZNER, ſacri ſeraphici Ordinis ſtrict. obſerv. per annos complures Eccleſiaſtæ emeriti, & Quardiani Glacii digniſſimi, paucis abhinc annis in itinere in pago Franckenberg in Domino defuncti. Item

R. D. IGNATII GROETZNER, qui fuit illius Frater Germanus Junior, Parochus in Lampersdorff in diſtrictu Francoſteinenſi, vir doctus, & ovicularum ſuarum Paſtor zeloſus: Sed quem Paſtor bonus præmatura morte ad mercedem vocavit in cœlo capeſſendam.

Horum frater tertius, Antonio quidem junior, Ignatio vero ſenior, R. Dominus

JOANNES GEORGIUS GRöTZNER etiamnum ſuperſtes, apud Eccleſiam pagi Protzanenſis, dimidio Francoſteina milliari ſejuncti, animarum curam eo exercet zelo & induſtria, quam in ipſo omnes, qui virum norunt, ſuſpiciunt, & bono huic fidelique Dei ſervo annos pro animarum, quibus præeſt, ſalute, atque ſolatio, una nobiſcum (qui manum ejus ſacerdotalem ſæpius in juventute noſtra in nos munificam grato etiamnum animo veneramur, & exoſculamur) animitus apprecantur.

Nec fas eſt nobis ſilentio præterire

R. D. ANDREAM KELLER, Patria Weidnavienſem, noſtrum olim in Grammaticæ Rudimentis primum Informatorem, qui Magno-Kuntzendorffii in diſtrictu Niſſenſi annis compluribus Parochiali officio laudabiliter functus oppetiit mortem, ut ſperamus, beatam Niſſæ anno 1702. in feſto S. Urſulæ.

Cui merito ſubjungitur.

R. P. JOANNES KALLER, S. Jesu Sacerdos, & ipſe Weidnovienſis: qui anno 1672 poſt Philoſophiam abſolutam Magiſter promotus in ſacrum illum cœtum ſuſceptus; anno vero 1687 in Mexicum, inde ad Inſulas Philip. miſſus eſt.

§. 162.

VVEISKRETSCHEM.

Sive potius PEISKRETSCHEM, & in vett. dipl.

Peiskenkretſhem; opidulum apertum Ducatûs Oppolienſis haud procul Bythomia (*a*) Rhederos *agnoſcens* Dominos (*b*).

(*a*) Viginti milliaribus Wratislavia ſitum. Anno 1623. 28 Maji à Polonis & Coſacis miſerè vaſtatum & expilatum: quapropter.

(*b*) hodie Comitum de Colonna.

Nundinis gaudet 1 die S. Marci.
2 feria tertia ante S. Wenceslai.
3 Dominica ante S. Nicolai.

§. 163.

VVINCIUM.

Wintzig/ opidum Diœceſeos, ſive, ut nonnulli loqui amant, Ducatûs Wolavienſis. (*a*)

(*a*) Locus mœnitus, ſeptem milliarium intercapedine à Sileſiæ metropoli abjunctus.

Vineis olim fuiſſe fœcundum, ab iisque nomen ſuum ſortitum, nonnulli opinantur.

Anno. 1432 ab Huſſitarum rabie crudelem in modum diripitur, & vaſtatur.

Anno 1514, 27 Maji ab incendiariis ſuppoſito igne nocturno, triſtique ſpectaculo cum miſerabili hominum multorum, pecudumque interitu, exuſtum.

Mercatu gaudet 1. Dominica Reminiſcere.
2. Dominica SS. Trinitatis.
3. In decollatione S. Joannis Baptiſtæ.

Memorantur hoc loco adduci verba quædam ex Chronico MSC. Boleslavienſi, de Joanne Duce Pribuſienſi, qui in Ducatu præſertim Glogovienſi turbas quam plurimas dedit, & poſtquam bonis omnibus exutus eſſet, ab genero ſuo Wincium & Wolaviam ad vitæ dies obtinuit, unde & dicere ſolitus fuit: Wir haben zuvor Groß-Glogau gehabt/ und ſollen itzt Wintzig haben. Als damalen ein Bote zu ihm kommen/ hat der Herzog gefraget: Männlein/haſt du etwas geſſen? Der hat geantwortet: Ja/gnädiger Fürſt und Herr/ich habe wintzig (hoc eſt, ſehr wenig) geſſen. Worauff der Herzog geſaget: Haſt du Wintzig geſſen/ ſo beiß Wolau zu/ ſo haſt du mein gantz Fürſtenthum verſchlungen/ Cap. VIII.

§. 164.

§. 164.

VVOLAVIA.

(a) Wohlaw mœnitum atque amœnum Principis Lignicenſis opidum, loco udo inter piſcinas ſitum: laneis pannis conficiendis inſigne: Ducatus etiam titulo aliquando clarum (b). Arcem habet minime contemnendam; in qua jus provincialibus à Præfecto dicitur. Appendix quondam fuit Ducatûs Olsnenſis, à Carolo Duce unà cum Steina & Rauda Joanni Turzoni, ab hoc autem Friderico Duci Lignicenſi, autoritatem faciente Ludovico Rege, anno ſuperioris ſeculi vigeſimo quarto vendita: in cujus hodieque poſteris perſeverat. (c)

(a) Wola nonnullis à boum mercatu, quondam ad hanc urbem celebri, nomen ſortiri traditur; hinc Inſigne ipſius Bos eſt, in fronte, pedibus, & in extremo caudæ, colore albo ſignatus.

In Curia horologium habet, cujus horæ ex ore S. Joannis Baptiſtæ, (cujus caput juxta horologii indicem ſculptum) ad quemvis ſonitum patente, numerantur.

(b) Quando vero & qua ratione denuo Ducatûs nomine gaudere cœperit, capite 2 jam eſt inſinuatum, quo lectorem remittimus.

(c) Jure caducitatis ad Regem Bohemiæ unà cum toto Ducatu poſt mortem ultimi Piaſtæi Principis devolutum.

Nundinas celebrat 1. In Epiphania Domini.
2. In feſto SS. Philippi & Jacobi.
3. In feſto S. Matthæi.
4. Die Lunæ poſt S. Laurentii.
5. Die Lunæ ante Bacchanalia.

Parochialem Eccleſiam habet S. Laurentio dicatam.
Ante portam Steinavienſem Hoſpitale, eique contiguum ſacellum SS. Petro & Paulo ſacrum.

Anno 1640 à Suedico Stalhanſio ſubita irruptione capta fuit. Et licet.

A. 1641 à Cæſareanis recuperata,

A. 1642 tamen in Majo denuo in poteſtatem Suedicam redacta fuit.

A. 1644 à Mitzlavio Tribuno Cæſareo menſe Junio per aliquos *inſultus* fruſtra quidem & infeliciter tentata, tandem tamen à præſidiariis Suedicis neceſſario commeatu carentibus Cæſari reſtitui debuit.

BARTHOLOMÆUS STIRIUS.

Si Gentilium mentibus ea quondam inſedit opinio, ut exiſtimarent honorificam eorum, qui laudabiliter vixerunt, poſt mortem celebrandam eſſe memoriam: multo magis utique Chriſtianos id facere, & illorum præſertim prædicare laudes convenit, qui in erudienda juventute Eccleſiæ, ac Reip. operam navarunt, ac vivere adeo laudabiliter alios docuerunt. Pulcherrima hæc certe, & utiliſſima induſtria eruditos & ſimul bonos reddere, qui muneri ac diſciplinæ tuæ à parentibus vel patria commiſſi: Idque conſentientibus ſapientum Virorum omnium judiciis; è quibus ſufficiat multorum inſtar magni Lipſii, Rectorem Scholæ Bruxellenſis ita alloquentis: Amavi ego tuum vitæ inſtitutum, quod in juventute, moribus & literis formanda, occupatur. Præclare occupatur, ne ambige, & apud veros judices, apud ipſum Deum, præmia tibi & laudes ſuper vulgi iſtas laureas & coronas. Quid Reſp. omnino ſine hac inſtitutione? Quid ſpei in hac noſtra, ſi ita negligitur? imo quia olim neglecta fortaſſe, hinc labes iſta morum, & lapſus rerum, quos dolemus & miſeremur: nec medicinam iis ego ſpero, niſi à juventute, id eſt, alia quaſi ſemente virorum, quæ puriori & ſeveriore diſciplina ſit imbuta. Plura, quod liceret, neque addo, neque opus eſt. *Confirmavit id abunde ſatis exemplo ſuo* Barthol. Stirius, *Swidnicenſis Athenæi Rector, Vir doctrina ſolidiori & eloquentia, nec non ſingulari prudentia, & felicitate Scholaſtica inſignis, & qui Auſonianum illud jure merito ſuum facere poſſit:*

Mox pueros molli monitu, & formidine leni
Pellexi, ut miros peterent per acerba profectus
Carpturi dulcem fructum radicis amaræ,
Idem veſticipes motu jam puberis ævi
Ad mores artesque bonas fandique vigorem
Produxi: quanquam imperium cervice negarent
Ferre, nec inſertis præberent ora lupatis.
Ardua temperies, dura experientia, rarus
Eventus, longo rerum ſpectatus ab uſu,
Ut regat indocilem mitis cenſura juventam.

Hæc

Hac ergo temperie, hac moderatione cùm uteretur noſter, nec proſternebat diſcipulos tetrica auctoritate, nec lenta molitudine corrumpebat: ea inſuper erga ipſos fide & amore, ut, quicquid ingenii, quicquid ſtyli & eruditionis habuit, juventuti impenderet: non minus certe alumnis ſuis præſtaret, quam olim aut Phœnix Achilli, aut Ariſtoteles Alexandro, aut Dionyſio Deus ille Philoſophorum Plato, ſi diſcipulum ingenioſum & docilem nactus fuiſſet, ac multum adeo ſe profeciſſe putaret, & impenſe lætaretur, ſi qui ſuo ductu exemploque ad ſeria, ad ſolida, ad ſapientiam ipſam & virtutem perveniſſent. Quemadmodum enim, cum Theocrito ut loquar,

Ilicibus glandes, pomo ſunt poma decori;

Ita Diſcipulus egregius Doctori ſuo ſingulare decus eſt & ornamentum. Utique agricolam arbor ad fructum perducta delectat, ut paſtor ex fœta gregis ſui capit voluptatem: ita non minus delectantur iis, qui ingenia formant, ubi ea adulta vident. Neque vero exiguus illorum numerus, qui Stirii diſciplina uſi in Academiis, in Civitatibus, in Aulis Principum cum bono publico florent. Qui etſi in ſuis quique facultatibus nobiles Doctores audierint, tamen ſe ad hunc Magiſtrum cum ſumma ejus veneratione, & ſuæ felicitatis gratulatione, lubentes ultro referunt: ita ut fortiſſimi quique milites bellicoſiſſimos ſuos Duces ſæpe in ore habent & jactant glorioſius, ſub quorum auſpicatis ſignis militiam, & grave Martis opus, didicerunt. Natus Wolaviæ octavo Kal. Septembr. Anno Chriſti ſupra mille quingentos tertio ac ſeptuageſimo.

Sil. Tog. Lib. II. No. 35.

§. 165.

VVOGSTADIUM.

Wogſtadt / (*a*) opidum mœnitum in Ducatu Oppavienſi, arceque eleganti præditum. Philippus Menzelius V. Cl. Viadri fontibus vicinam credidit, ſed à quibus longiuscule abeſt.

Hei ubi Wogſtadium præviti nominis Urbem,
Fonte ſuo celebrem, & natalibus Odera reddit,
Odera pauper adhuc, ſed mox ditiſſimis undis
Sarmaticis Quadicos quando ducriminat agros.

(a) Wratislavia 23 milliaribus diſſitum. Anno 1613 Baronibus, hodie Comitibus de Praſchma paret. Mercatum habet 1 Feria quinta *ante* Reminiſcere, 2 die S. Ægidii.

Anno 1628 18 Martii magna ſui parte exuſtum.

§. 166.

VVIGSTINEL.

Boh. VVAKOVV, ejusdem Ducatûs Oppavienſis opidulum, cui incumbit Arx VVIGSTEIN. (a)

(a) Diſtat Oppavia tribus milliaribus. Templum nuncupatur ſub patrocinio D. Virginis in cœlos aſſumtæ. Opidum alias ligneum: conſtat communitas ex meris opificibus parum de agris poſſidentibus. Repræſentat in inſigni cornu venaticum.

§. 167.

VVOSCHNIG.

Sive potius VVoyznik, opidulum Ducatûs Oppolienſis. (a)

(a) Duodenis milliaribus diſtat Oppolio: noſtra memoria ſub dominio ſacri Romani Imp. Comitis de Gaſchin &c.

§. 168.

ZABOTHUM.

Der Zotten / (a) opidum Ducatûs Suidnicenſis ad radices montis cognominis ſitum. (b) Ad Abbatiam pertinens B. Virginis VVratislaviæ in arena.

(a) Zabothi (quo nomine non Opidum tantum notamus, ſed & montem ipſum præcelſo faſtigio Sileſiis latiſſime conſpicuum) etymologiam prolixe & ſcitiſſime deductam in lib. de Sileſiorum Nominibus C. 5. à Cl. cive noſtro Martino Hankio invenias.

(b) Oppidum iſtud jam anno Chriſti milleſimo centeſimo decimo, quo munificentiſſimus ille Comes, Petrus Vlaſtus, Cœnobium ſacro Canonicorum Regularium D. Auguſtini Ordini in monte cognomine fundavit, ſat amplum fuit, immœnitum tamen illo tempore, & ligneum; poſtmodum

modum à civibus arte & re familiari ditioribus muris cinctum eſt, & ædificiis ornatum lapideis, quæ tamen ultimi ſeculi & penultimi injuriis ultra dimidiam ſui partem diruta fuere, & reliqua ſplendore priſtino deſtituta ruinam etiam minitantur, paucis reparatis, quibus ſub ſæculi præteriti finem incolæ obtigerunt habentiores; in quo Anno 1115 in hoc Opido idem tot Eccleſiarum ſuſcitator Petrus Danus (quo nomine ab aliis notatur) Templum magnificum, turrimque ſpectabilem ex lapide fecit erigi.

Anno 1633, 11 Junii à ſæviente Vulcano deformatum, & deſtructum; dein tamen munificentia partim Reverendiſſimi Domini Poſſeſſoris, partim ſubſidiis aliunde collectis in honorem S. Jacobi Majoris (cujus imago communitatis ſignum eſt) decori priſtino reſtitutum. Turrim autem jam olim, Bohemis Sileſiam devaſtantibus, forſan collapſam à Republica, teſtatur reparatam eſſe Epigraphe eidem inſcripta:

Anno C. 1607. 6 Septembris Medietas hujus turris, ſumptibus Reipublicæ confecta eſt, Bartholomæo Abbate, & Jacobo Strignero Præpoſito exſtantibus.

Sacellum extra portam Suidnicenſem habet S. Annæ nuncupatum, & in ea hujus Divæ Iconem, miraculis & ſupplicationibus frequentibus olim claram; juxta quod Sacellum devoti peregrini Anno 1511 ampliorem erexerunt Eccleſiam hodieque conſpicuam, in qua reſtauranda Plur. Rev. Dn. Præpoſitus, & Can. Reg. Joan. Chriſtoph. Hübner vir optimus gnaviter laborat. Thaumaturgæ vero Imaginis origo in antiquitate manet abſcondita, de qua Naſo noſter ita canit:

Nemo tuos novit Natales, nemo Penates,
Cujus & artifici ſis fabrefacta manu.
Clauſit in angusto pietas te vaſta ſacello:
Parvula theſauros ſcrinia ferre ſolent.
Maximus eſt homini Theſaurus gratia: Nomen
*Hanc cum prole tua denotat Anna * tuum.*

Montis Zabothi & Caſtri Aſciburgii olim, poſtea Fürſtenbergæ Nominibus nuncupati, hodie vero in ruinis conſidentis, nec non Templi in Sileſiæ totius ornamentum à Reverendiſſimo præfati Ordinis Præſule laudabiliſſime reſuſcitati mentionem fecimus Cap. 2; quo lectorem remittimus.

Quinam pro variorum temporum viciſſitudine Aſciburgium inhabitaverint, docet ſequens tetradiſtichon:

Gentiles primum Caſtri coluêre Penates,
Succeſſit niveæ Relligionis honos.

* Gratia.

Cum

Cum ceſſit pietas ſuperis devota, Zabothi
Huſſita ſolidos ſurripuere lares,
Fit tandem Caſtrum turpis ſpelunca latronum:
Ultima ſors fructa rudera molis habet.
Non fuerat dives populo mons ante Silenſis,
Credite, ſed nunc eſt, omnia quando ſilent.

Sed amœnitatem Montis audiamus amœnâ decantatam Muſa Fechneriana:

Adeſte, miti qui favetis Gratiæ,
Ruris quieti, turbidas quibus licet
Vitare turbas civitatis, & fori,
Mentem expedire fervidi negotiis:
Adeſte, quaſo, ac libero mecum pede
Pagi Silenſis ite latum per ſolum,
Quod ſub comatis panditur Sudetibus.
En hic locuples explicat Mater ſinus
Natum plenos, & bonorum prodiga
Quorumlibet peculii dotes ſui
Libare dat viſentibus, qui Lumina
Partes in omnes curioſa miſſitant.
En hic ſerenum frontis exerit decus
Mollis venuſtas, perpluitque Nectare
Cœli ſalubri culta ruris æquora.
Hinc cuncta rident & renident ſuaviter
Vireta, Campi, Septa, Villæ, Compita.
Sed ante laſſos quæ pedes humi jacent
Luſtrare ſaltim, non ſat eſt: Attollite
Vultus in altum: Quod magis miremini,
Amœnitas hic ſubminiſtrat Dædala.
Sabothus ecce culmen hic effert ſacrum
Terræ Sabothus Umbilicus Sleſiæ.
Clemens apricum ſurrigit clivus jugum,
Subitque Cœli templa vertex candidus.
Hinc arva late proſpicit prægnantia
Apeliota qua virens pandit latus.
Aſt pone terga reſpicit Sudetici
Saltus, & horret ſolitudini ſuum

Jungi

Jungi cacumen. Rure culto proferens
Pater Sabothus arduum caput, colì
Semper meretur accolis ab omnibus.
Nil hoc profecto monte noſtra clarius
Poſſedit unquam, poſſidetque Sleſia.
Hic in verenda culminis crepidine
Stetiſſe fertur Aſceburgium vetus
Caſtrum timendum perduellibus vagis,
Cum Quadus aeris Semnoni junctus truci
Has occuparet Teutona terra plagas.
Poſthac Polonis cum ſubeſſet Sleſia,
Fixit Penates hac in arce nobiles
Petrus, Danorum gente proſatus Comes,
Petrus ſacrarum conditor tot ædium.
O quanta tunc tibi, Sabothe, gloria,
Quantumque lumen additum? Summatibus
Viris lares tu conferebas ſplendidos:
Turrita quondam tu corona Patriæ,
Fidumque aſylum, civibus defendere
Graves amabas hoſtium minacias.
Sed hæc prius fuere, nunc ſilentii
Sortes ſubire cogitur mons priſtinas.
Senet perenni deſtinatus otio,
Siletque turbis Martialibus vacans,
Poſtquam latrones his remoti ſedibus,
Quas involarant forte belli tempore.
Ubi tremendum nunc duellatoribus
Caſtrum? Superba nunc ubi munimina
Subſtructionis ardua, quæ ſiderum
Ædes inibant ſplendicantium? jacent,
Jacent ſepulta ſub ruinarum ſcrobe.
Verum ut corona demta fronti marcida
Salvum relinquit crine cum ſalvo caput:
Sic ſors ſiniſtra diruit burgum vetus,
Ipſum Sabothum neſciit convellere.
Stat integer ſtabitque, dum Sileſia
Stabit perennis usque gloriæ tenax.

Effert,

Effert, ut olim, montium princeps caput
Semper colendum proximis Sudetibus.
Hoc proprium ſibi decus Sileſia
Surgens in Auſtros eminenter obtinet.
Inhoſpitalem Caucaſum Georgia,
Hamique Thraces ſolitudinem feri
Jactent: Sabothum cultiorem prædicat
Sileſis ora: Fata namque nevalia
Inſpector altus fronte mitiori ſpicit.
Circum benignis imperat Ceres agris:
Hinc arva flavis meſſibus paſſim tument,
Cornuque plenum delicatis frugibus
Promens colonos ditat alma copia,
Servat tibi Potoſium, Peruvia,
Argenteas qui præbet offas jugiter.
Servate montes aureos vobis graves
Perſæ & nitentes margaritas Bengali.
Miretur hæc excors Mydas & Indica
Mercis redemtor: Pluris æſtimant opes
Veſcas, Sabotho qui colunt rus adſitum.
Hoc oppido ſuis bonorum Gargara
Præſtans alumnis, provocat Trinacriam,
Peluſiique ſumen agri nobile.
O ter beatos Sileſios, ſi noverint
Frui paratis patriæ ſuæ bonis
Penuque larga, quam Silentii jugo
Subjecta plenis terra condit horreis!
Sic exterorum merx iisdem nauſeam
Gravem crearet. Nam quid hic deſiderant
Boni, quod uſus, aut quod eſus poſtulat?
Panes, olus, piſces, pecus, feras, aves
Tellus abunde ſufficit ditiſſima.
Latis inerrant collibus denſi greges,
Gulæ ſagina quos opima deſtinat.
Sylvas vagatur per comantes hinnulus
Fugax, lepuſque primæ cœnæ gloria,
Aſt nec volucrum garruli tacent lares,

Quando

Quando aut maritum turtur à pinu gemit,
Aut dulce cantat asma quercu in frondea.
Ovans acanthis, aut canora Daulias,
Quæ cantat oscen musicus, reddit nemus,
Doctum referre concinentium sonos.
Quis jam scatebras, & loquaces rivulos
Satis celebret, quos aperta funditant
Costa Sabothi, vel latus Sudeticum
Sudat? Perennes hinc agros rigant aquæ,
Et copiosos piscium greges alunt.
Hos inde longa subtrahit seta rapax
Gripus, culinam plurimo mactans lucro.
Nec cessat auceps artifex fallacia,
Struitque turdis nunc voracibus dolos,
Plumbo palumbem nunc volante trajicit.
Ubi coruscis se theatris explicant
Saltus virentes, in plagas agit feras
Venator acer, collocatque spiculis
Apros acutis impigrasque capreas.
Hæc mons aprico spectat e cacumine
Epopta felix, per locorum dissita
Spectandus ipse. Sive Svidnicî mees
Solum per amplum, sive Guttali vagum
Lustres fluentum, qua Budorgin splendidam
Bregamque lambit, sive proferas gradum
Tractum in Ligêum, semper hærebit comes
Tibi Sabothus ad latus gratissimus.
Ceu nocte cæca ducit Arctos ardua
Nautas vagantes: Sic viatorum regit
Iter diurnum mons amicus æthere
Celso: Unde certa concipit præsagia
Hic sideralis conscius prognostici
Apex. Colonis Silesia non est opus
Fastis: Sabothus æaris vagas vices
Non falsus augur monstrat intuentibus.
Frontem serenam si cacumen exerit,
Purum absque face nunciat calum fore.

Sed ſi calyptra nigricanti fumidum
Caput recingit, copioſos deſuper
Imbres minatur, exitus quod dat ratum.
O clariora Pyſthiis oracula
Tricis, ab holmo quas Sacerdos protulit
Apollinaris, vel parens legum Themis
Rupe in bicolli juncta Muſis edidit!
Hunc ergo montem patria ter nobilem
In aſtra celſa tollimus Sileſii.

Idem per Parodiam Phaſeli Catulliani:

Sabothus iſte, quem videtis, accola,
Ait fuiſſe culmen inclyteſſimum;
Neque ullius potentis hoſtis impetum
Nequiſſe ſuſtinere, bella ſeu domi
Forent gerenda, ſive in exteros foris.
Et hoc negat Sudetica crepidines
Negare rupis, Oderamque vitreum
Olaviamve Cantioque proximam
Budorgin editaque rus Sileſia:
Ubi iſte poſt Sabothus, antea fuit
Agri corona. Namque nobili in jugo
Fuere tecta Principum eminentia,
Vetuſte Sueve, Semnonumque natio,
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cogniteſſima,
Ait Sabothus, ultima ex origine
Stetiſſe dicit Aſcenatis hic lares,
Et inde tot per aſperas vices novos
Heros tuliſſe, ſive Sarmatæ à gravi
Subacta Sileſis eſſet ora, ſeu Duci
Bohemia ſubeſſe mallet inclyta,
Parata ſemper obſequi regentibus.
Sed hæc prius fuere, nunc amabili
Quiete gaudet, arce diruta & colit
Silentius Senex vetus Silentium.

Hæc de montis amœnitate Poeta noſter minime tralatitius ingenioſe, ſed prolixe. Nos breviter magnificum templum in montis cacumine nuper erectum, cum illac tranſeuntes illud in nubibus quaſi natans miraremur,

remur, ad imitationem epigrammatis Sannaziani de Venetiarum urbe, ſequenti hexaſticho deſcripſimus:

Viderat excelſus ſacramque novamque Sabothus
Se ſuper in media nube natare Domum:
Ne ſua Bresla mihi, Niſſa, Otmachovia Templa
Objiciant, dixit, deſpiciantque meum;
Stant iſta in terra: Zottenſe ex æthere pendet:
Illa homines, dices, hoc fabricaſſe Deus.

Inter Viros doctrina & virtutibus excellentes Zabotho ortos numerantur

Reverendiſſimus D. CASPARUS JACOBI, S. Ord. S. Auguſtini Canonicorum Regularium Lateran. in Arena Wratislaviæ Prælatus digniſſimus.

D. MICHAEL HUEBNER, ibidem Abbas Venerandiſſimus.

D. ANDREAS HUEBNER, utr. Jur. Doctor, Imp. Rudolphi Secretarius.

D. LUDOVICUS SCHMIDER, Phyſicus Olomucenſis.

D. MARTINUS SCHMIDER, Ludovici Frater germanus, utriusque Juris Doctor, Practicus famoſus Viennæ in Auſtria.

D. CHRISTOPHORUS SCHMIDER, Abbas Reverendiſſimus ad S. Vincentium Wratislaviæ.

D. HENRICUS SEVERINUS BESTLIGK, Præpoſitus Zobtovienſis.

D. JOANNES GEORGIUS FUNCK, Jur. Utr. Doctor, Digeſtorum & Juris Can. in celeberrima Univerſitate Pragenſi Profeſſor, & poſtea S. Cæſ. Majeſtatis Conſiliarius apud Prag. Appellat.

D. JOANNES WECKERLE, inprimis Præpoſitus Zobtovienſis, poſt Abbas Arenenſis.

§. 169.

ZAUDICIUM.

Zaudiß/ Opidum territorii Carnovienſis.

§. 170.

ZIEGENHALSIUM.

Ziegenhals/ oppidum mœnitum ad Bielam a-

mnem (*a*) qui ad Niſſam urbem fluit; ὁμωνύμῳ jungitur in territorio Niſſenſi, media ferme via à *monta*no tractu redeuntibus. Officinis nitet ferrariis.

(*a*) An. 1428 Huſitarum irruptione, direptione, & incendio miſere vaſtatum.

An. 1445 à Wilhelmo Oppavienſium Duce occupatum fuit, & vaſtatum. Eodem anno à Bulcone Oppolienſium Principe, conſentiente Epiſcopo, mille & ſexcentis florenis emptum; ſed quinquennio poſt à Petro Epiſcopo eodem pretio redemptum.

An. 1560, 9 Octobris totum in ignem concidit.

Mercatum habet annuum
1. Dominica Miſericordias Domini.
2. Die S. Laurentii.
3. Dominica ante nativitatem B. V.

§. 171.

ZUCKMANTELA.

Zuckmantel / Præſulis VVratislavienſis Opidum metallicum, ſub radicibus montium Moravorum poſitum, ferri, æris, calchanti, argenti, aurique fodinis clarum (*a*): ſic quidem cum ex aliorum, tum Georgii quoque Agricolæ, incomparabilis Viri, ſententia dictum, quia latrones ibi Viatoribus pallia detrahere ſoliti. Nam iter iſthac in Moraviam ducens *directum* quidem atque compendioſum, ſed *montoſum* & aſperum: nec raro ab inſidiatoribus viarum periculoſum, vulgo demerſorium (das Geſencke) cognominatum. Caſtrum quondam habuit opido imminens, Edelſtein nuncupatum, quod, cum Thomæ Epiſcopo Otho de Livonia, ejusque fratres eripuiſſent, Nicolaus Ottocari Bojemiæ Regis filius, Dux Oppavienſis, receptum ab illis Epiſcopo & Eccleſiæ B.

Joan-

Joannis reſtituit A. C. 1281. Confirmata ea tranſactio ab Henrico Duce Sleſiæ ac Domino VVratislavienſi: Caſtrum autem ipſum Jodocus Epiſcopus A. C. 1467 exuri ac ſolo æquari curavit.

(a) Auff dem Zuckmantel / da das Gold-Bergwerck iſt / wird in den Wäldern auff etlichen Steinen ein rother Mooß gefunden / welcher herab geſchabt / und ein wenig getrucknet / wohlriechend iſt / und am Geruch mit dem rechten Biſem ſich vergleicht. J. H. C. in Pol. MSS.

§. 172.

ZULAVII.

Opidulum apertum (a) ditionis aliquando Militenſis, nunc Burggravios agnoſcit Dohnanos. (b)

(a) Septem & dimidio milliari Wratislavia diſtans. Nomen aliqui vel ab Ethnicorum Idolo, vel ab alio raro vel naturæ vel artis opere, ad quod frequens accurſus (Zulauff) olim fuiſſet, derivari volunt. Arcem habet ſatis magnificam.

(b) Anno 1639 in Burggraviorum adhuc fuit poteſtate, à quibus ad Maltzanios, ab his autem ad Burghauſios tranſiit.

§. 173.

ZULCHOVIA.

Sive Zullichium (a) Züllich / opidum agri Crosnenſis in Poloniæ confinibus, Electori ſubjectum Brandenburgico.

(a) An. 1477 à Joanne Saganenſi direptum.
An. 1557, 26 Aprilis exuſtum.
An. 1640 a Suecis hoſtiliter occupatum.
Annales ejus ſcripſit Joannes Brachmanus Cüſtrinenſi typo editos in quarto.

§. 174.

ZULTZ.

Nonnullis Cilicia, opidum in Ducatu Oppolienſi,

(a)

(*a*) Judæis magnam (*b*) partem habitatum, honoratiſſimæ Proskaviorum familiæ poſſeſſio.

(*a*) Tredecim a Metropoli milliaribus diſitum.

(*b*) Haben wegen Zulaſſung freyen Handels und Wandels im Lande einen gewiſſen Zinß erlegen müſſen/wie deſſen im Fürſten-Tags-Schluſſe de An. 1632 mit mehrerm gedacht wird. Und ob wohl An. 1631 bey Ihro Käyſerl. Majeſt. die gehorſamſten Fürſten und Stände allerunterthänigſt ſolicitiret / diß Juden-Volck gäntzlich aus dem Lande jagen zu laſſen; jedennoch / und weil ſich aus gehaltener Abrechnung befunden / daß ſie biß Anno 1650 5500 Güld. Ung. in retardat verblieben/hat man nachgehends biß ad A. 1661 an ſie executive geſetzt / und den Reſt nach und nach eingetrieben / daß endlich dieſer der Juden Capitation und Zinß aus dem Cataſtro geleſchet und caſſirt worden. J. H. C. in MS.

Ciliciæ natus eſt D. FRANCISCUS SCHLEGELIUS, ex Monaſterio Lubenſi, ubi Profeſſus erat, in Abbatem Gimelnicenſem poſtulatus, anno 1648.

§. 175.

Alia quædam ignobiliora opida.

Atque hactenus ergo urbes & Opida Sileſiæ velut per indicem recenſita, minime quidem annumeratis ROTENSIRBENA & Michelavia, quæ noſtra ætate jure Civitatis donata, ſed non alio ſucceſſu, quam quod etiamnum pagi, qui fuerunt, maneant. (*a*)

(*a*) His annumera Teplawodam in Ducatu Mönſterbergenſi & Roswaldaviam prope Jägerndorffium, nec non Leubuſium juxta *Monaſterium* cognomine, de quo mox plura, ſitas, quæ & jure gaudent Civitatis, & mercatus celebrant annuos.

§. 176.

Monaſteria Campeſtria præſertim LEUBUSIENSE.

Præter Opida autem ſunt quoque in hac regione *Monaſteria* ad munitionem pariter & commoditatem habi-

habitantium ædificata, nullis licet adjunctis Opidis, ſed pagis duntaxat, vel viculis adjacentibus frequentata: inter quæ primarium *Leubuſienſe* ad Oderam amnem eo loco, ubi deaſter quidam ſub idolomania Ethnica religiosè coli, & auxilii ſimul & conſilii copiam facere ſolitus, à Caſimiro Magno Poloniæ Rege Sodalibus D. Benedicti ex Cluniacenſi cœnobio huc translatis attributum: in quorum poſtea locum, quod à rigore regulæ ſuæ, quam vocant, deflexiſſent, Boleslaus Altus Dux VVratislavienſis ex Cœnobio Portenſi Ordinis Ciſtercienſis (qui id temporis ſanctitate vitæ, ac quotidianis religiolæ vitæ & pietatis exercitiis præ aliis commendabatur, Bernhardinus idem à D. Bernardo primum Ciſtercienſi, dein Claræ-Vallenſi Abbate, adpellatus) colonias ſubſtituit ac locupletiſſime Monaſterium dotavit.

Notas in hunc locum nobis ſuggerit eximius P. Auguſtinus Sartorius ex opere ſuo doctiſſimo, quod Ciſtercium bis-Tertium ab annis bis tercentis, quo illo anno, quo librum publici juris fecit, ſacer Ciſtercienſis ordo compleverat, ingenioſe nuncupatur: Cujus de loco illo ſacro verba ſunt ſequentia:

Lubens ſeu Luba, prima monaſtica domus in univerſa Sileſia, etiam Ciſtercium antevertit, fundata pro Benedictinis Anno Domini 1050 ad amnem Viadrum, quem Oderam nuncupamus. Cœnobii Conditor, inclytus Poloniæ Rex Caſimirus, qui nuper in Cluniaco apud Gallos Votis Monaſticis, atque etiam ordine Diaconatus inter Benedictinos initiatus, ſubinde à Gentilibus ſuis ad capeſſenda Patriæ ſuprema gubernacula vehementiſſima Contentione evocatus, à ſummo Pontifice certis pactis ad ſceptrum è Clauſtro dimiſſus eſt. Ea ſtatus metamorphoſi ſolum habitum, munuſque immutavit Rex, non affectum, aut animum, quo etiam in Regali purpura ſuos, quos nuper in Cluniaco habuerat in profeſſione Fratres, ſociosque, tam

amanter, quam constanter est complexus. Neque Regia ea propensio intra solius mentis limites ac claustra constitit, verum foras egressa in opus illustre, docuit, Regum amores vix esse debere absque beneficiis: Inferioribus, qui minus possint, satis nonnunquam esse, ut, si amant, amando bene amatis velint; at vero Reges adstringi, ut, quandoquidem maxime valeant, bene illis, quos amant, faciant. Itaque Casimirus sub annum Christi 1050 è Cluniaco Benedictinos aliquot alumnos evocavit; constructa pro illis inclyta Lubensi Domo: atque ita Luba primitus sub Benedictinis surrexit, transferenda subinde ad Cistercienses, id est, à Fratribus ad Fratres.

Commendanda porro Lubæ celebritas ex eo, quod Julius Cæsar olim Romanas Aquilas aciesque armatas inter victorias per vicinos populos circumferens, hoc loco subsistendo castra fixerit, fano Martis in armorum triumphorumque faustum auspicium ibidem erecto. Et quidem nomen ipsum à Julio desumtum esse, doceor à Lubensibus, qui in ejus rei testimonium pervetustam Poësim ad me perscripserunt, quam hic adjicio:

Est locus iste Lubens Julio de Cæsare dictus
Sclavonizando loquens consuevit dicere vulgus
Lubens pro Julius, qui primus castra metatus
Est hîc, & populus ejus fanum hoc veneratus
Annos per mille - - - -

Hæc de loci etymo antiqua Poësis. Caterum quod traditione aliquando me didicisse memini, hoc est: prælaudatum nempe Julium Cæsarem cum militaribus suis copiis ad hunc locum adventantem, interrogatum fuisse à suis, num vellet, juberetque hîc castra figere?

Quibus Cæsar respondisset: Lubens, id est, omnino velle se. Fani, quod Julius Marti dedicavenat, vestigia hodiedum Lubæ extant, mutata idolis religione in cultum sanctæ crucis, cujus vivifici ligni honori subsitutus ædes nunc sacra est. Legitur hæc veritas ac metamorphosis inscripta ædicula fronti: - - - Locus à quo conditus iste,
Dæmonis ara prius, tua transit in atria Christe.

Stetêre Benedictini per annos centum in Luba, seu Lubente (uti habet Manriquæus) usque ad tempora. Boleslai, cognomento Alti, Silesiæ Ducis, nuper in Fuldensi cœnobio per eosdem RR. PP. Benedictinos literis imbuti, qui Casimiri fundationem munifice per adjectas noviter ditiones adaugens, florentes tum per orbem Christianum Cistercienses è Portensi Saxoniæ cœnobio excivit, idque præcipue ad urgentissimas preces Waltheri Wratislaviensium Episcopi, ejusdemque cathedralis Capituli instantiam pro Patriæ decore

ac ſalute unice cupientium habere melliſlui Parentis, tum adhuc inter vivos exiſtentis dulciſſimos alumnos. Accidit ea Virorum Ciſtercienſium evocatio, ac ſecunda veluti Domûs fundatio Anno Dni 1150, ſub novæ Coloniæ primo Abbate, Florentio, florente omine ac nomine futuris Lubæ ætatibus præludente. Benedictini è Luba per Boleslaum Ducem ad Lublinienſe Poloniæ cœnobium translati fuêre, qui ſane eam jactumm agre ferre haud debuerint, quod non alienis, ſed prorſus domeſticis (quales revera ſunt in Familia divi Benedicti Ciſtercienſes noſtri) ſub Luba concederetur.

Confirmata eſt hæc ipſa Domûs fundatio altera, primo quidem à memorato Walthero Wratislavienſi Epiſcopo, atque univerſo Canonicorum Capitulo Anno Domini 1175, ac deinceps etiam à Zyrislao, Jaroslao, & Cypriano Epiſcopis Succeſſoribus. Neque defuêre Pontifices Maximi, præſertim Innocentius III ac Gregorius IX, quorum poſterior præter alia gratioſa, illud quoque adjecit: in cauſa Monaſterii poſſe Fratres Lubenſes in Judiciis ſæcularibus teſtari, ſi ſcilicet teſtes alii ac extra deficiant: præterea Reſcripta Pontificia nequaquam ligare Lubenſes, niſi in iisdem expreſſa Ciſtercii mentio fiat: Deinde, non poſſe liberas Abbatum electiones à quopiam Epiſcoporum ullatenus impediri: Neque citandum eſſe Monaſterium per litteras Papales, ultra duas diætas. Pares Lubæ favores conceſſêre Innocentius IV, Bonifacius VIII, Joannes XXII, Clemens VI, Innocentius VI, Urbanus V, Alexander VI.

Floruiſſe Lubam Viris ſanctis, teſtis eſt omni exceptione major Diva Princeps atque Sileſiorum inclyta Patrona S. Hedwigis, de qua Autor Vitæ cit. apud Surium cap. 2 hæc pro Lubenſium præcipua commendatione memorat: Et quia cibos Religioſorum hominum, ſanctorum Angelorum eſcam putabat (Diva nimirum Hedwigis,) fragmina panum à Monachorum & Monacharum menſis collecta, à mendicis, quibus ea dabantur, pretio redimebat, & priusquam inde ederet, multa oſcula eis imprimebat. Cumque nollet diu carere hujusmodi pauperum epulis, quæ ei dulces erant, duas pauperes fœminas pretio conduxerat, ut alternis hebdomadibus ad portam Lubenſis Monaſterii accederent, & quidquid illic caſei & panis à menſa Monachorum pro Eleemoſyna accepiſſent, ipſi apportarent, pro deliciis illud habituræ. A menſa etiam, ad quam monachi, ipſa interdum eos invitante, cibos ſumſerant, præciſas panis cruſtas, vel particulas ab illis relictas colligebat, & tanquam ſanctorum reliquias admodum reverenter pro cibo ſuo conſervabat. *Haberi, dicique ſanctum à ſanctis, id quidem prorſus eximium. Ea ſane prærogativa Lubenſium*

eſt, atque etiam Trebniacenſium, id eſt, Ciſtercienſium, à ſanctiſſima, ac per prodigia florente Principe in tantum æſtimari, ut quidquid ipſi vel attigiſſent, illa pretioſum dignumque cultu exiſtimaret. Erat Hedwigi ſoror, Gertrudis Hungariæ Regina, S. Eliſabetha & S. Kunegundis feliciſſima Mater, quæ ſororio exemplo invitata Lubæ pariter inſigne munus contulit, Coronam auream, artis induſtria (ut ipſa juſſerat) conflandam in calicem itidem aureum: quem quidem temporum iniquitate ſubinde in nupero Bello Suecico, Lubæ admodum fatali, ſubtractum eſſe, ex belli genio omnino ſit probabile: quo etiam Martiali tempore altera calamitas hanc Domum afflixit, Bibliothecæ elegantis Stetinum à Suecis aſportata deplorandæ jactum, cujus defectu multa hîc fleri debent, quæ cæteroquin pro Lubenſium gloria ac ſolatio evulganda forent. Interea hoc loco repeto, quod ſupra titul. 23 annotaveram, Lubenſe nimirum cœnobium paſſim nuncupatum fuiſſe Principum & Nobilium Mauſoleum. *Quod quidem Principes attinet, ſequentes Lubam ſuis tumulis illuſtrant.* Boleslaus *Sileſiæ Dux, à ſtatura, ætate, gloria dictus* Altus, *alter domus, quæ ad Ciſtercium tranſlata, Fundator.* Boleslaus, *Dipoldi Moraviæ Marchionis Filius, qui in prælio ad Lignicium Anno 1242 cum Tartaris habito gloriose occubuit.* Boleslaus III. *Henrici VII filius, Dux Lignicenſis & Brigenſis, affectu ac beneficio in Lubam clarus.* Henricus III *Glogovienſium Dux, electus Poloniarum Rex, ſed prius vitâ functus, quam Regnum adiiſſet.* Primislaus, *Henrici prætacti filius, Dux Glogoviæ.* Hedwigis & Salome, *filiæ Principes Henrici III*, ac ſorores Primislai, memoratorum Ducum. *Conradus IV, Princeps & Dux Steinsvienſis, Conradi III Ducis Glogovienſis & Croſſenſis filius, electus Archi-Epiſcopus Salisburgenſis.* Hedwigis *Ducissa de Lignitz.* Przinko *inclytus Dux Glogovienſium. Præcitato etiam 23 Tit. non expreſſi de nomine Epiſcopos, quorum ſepulturas poſt majus altare in Lubenſium Eccleſia ſpectatur: quos hoc loco, prout accepi, exhibeo. Primus itaque è Præſulibus memoratur* Mathias, *Epiſcopus Tribunienſis, & Monachus Lubenſis.* II. Cyprianus, *19nus Epiſcopus Wratislavienſis, qui obiit Anno 1207, alumnus è Præmonſtratenſium Familia.* III. Laurentius II, *Epiſcopus Wratislavienſis, qui deceſſit Anno 1233.* IV. Laurentius, *Epiſcopus Lubuſenſis, prope Ciſtrinum in Brandeburgia, & Profeſſus de Luba.* V. Paulus, *Epiſcopus Tyberiadenſis, & Monachus Lubenſis.* VI. Hieronymus, *Epiſcopus Wratislavienſis, qui tranſtulit ſedem Epiſcopalem de Ritſchen, Wratislaviam, defunctus Anno Domini 1062.* VII. Joannes, *Epiſcopus Wratislavienſis, ſubinde evocatus ad Archi-Epiſcopatum Gneſnenſem in Polonia, melliſluo Bernardo noſtro coævus*

vus ac familiaris, simulque Confundator cum Patre suo, celebris Monasterii Andreovienſis in Polonia minori, qui è vita excessit Anno Christi 1165. VIII. Petrus, *Episcopus Wratislavienſis. Quos Illustrissimos Antistites in unum Mausoléum collectos marmore clausére Reverendissimi nuper Lubensium successive Abbates,* Dominicus & Balthasar, *inscriptione supra marmor impositâ: A. M. D. S. debitumque honorem virtutis post fata superstitis, Ecclesiarum Principum, Episcoporum, qui in vita sua suffulserunt domum, & in diebus suis corroboraverunt templum: Quorum corpora hîc in pace sepulta sunt, & nomen vivit in generationem & generationem. Est ad manum series alia Nobilium Lubæ sepultorum sat fusa, è quibus memorandi hîc:* Emericus Forgatsch, *Comes Trinschinensis, & Comitatus Trinschinensis supremus Comes &c. Rudolphi II Cæsaris Consiliarius:* Sidonia Catharina, *ejusdem Forgatschii conjux, Dei gratia Ducissa Saxoniæ, Angariæ & Westphaliæ &c.* Ulricus Schaffgotz *Eques:* Leonhardus Myrranns, Eques de Sylvis: *Dominus* de Rechenberg, *Eques de Freuerstadt:* Balthasar Bawor de Holofus, & Saubsdorff, *Augustissimi Leopoldi Cæsaris Consiliarius intimus. Mitto alios, ne in his nimius videar.*

Videndæ nunc Lubensium Filiæ, quarum prima Vackock *aliàs* Cella-Mariæ, *in Polonia, fundata Anno 1179 à Gedeone Cracovienſium Episcopo. Secunda,* Mogila, *seu* Clara-Tumba, *apud eosdem Polonos, condita Anno 1220 ab Ivone, ejusdem Urbis Antistite. Tertia,* Henrichovium, *inclytum apud Silesios Cœnobium, de cujus fundatione mox infra. Quarta,* Coronovia, *in Polonia, primitus quidem filia* Sulejoviæ, *verum deinde lapsu temporis per decretum Reverendissimi D. D. Abbatis de Morimundo ad Lubensium maternitatem relata. Quinta* Trebnicium, *celebre in Silesia Virginum nostrarum Cœnobium, cujus potestas patria tam vigore Bullarum Pontificiarum, quam autoritate ordinis Abbatibus Lubensibus demandata fuit. Cæterum Lubam hodie commendat structura elegantia, atque etiam insignissimi pictoris Michaëlis Willmann ibidem domestici penicillus, per omnem cœnobii Ecclesiam in copiosis simulachris, ariisque cum voluptate spectandus. Potiora hæc de Luba mihi fidenter communicarunt R. R. P. P. Lubenses,* Benedictus Mentzel, *Theologiæ Professor, &* Julianus Suntebeudner, *ibidem Supprior, oretenus, cum hoc anno illac transirem atque etiam per Epistolas deinceps. Præest nunc Cœnobio dignissime Reverendissimus D. D.* Ludovicus, *in serie Abbatum 46tus, è Theologicâ Lubensium Cathedrâ assumptus ad Clavum, cui superi è Luba, ac Ludovici initialibus literis, felicis regimi-*

nis geminatam quinquageſimam, atque adeo duplex Infula Abbatialis Jubilæum, imo & plum, forment, indulgeantque!

Hæc ex Ciſtercio bis tertio: quæ licet per ſe clara, magis tamen nobis explicata ſunt ab eximio P. Hieronymo Jockiſch, ejusd. ſacri Ordinis Lubæ Profeſſo, & SS. Thliæ Lectore, in hæc verba:

Plerorumque Monaſterii Lubenſis originem, fundationem, reliquumque ſtatum concernentium meminit P. Auguſtinus Sartorius in Ciſtercio bis tertio à pagina 111; reſtat proinde vix aliquid, quod de origine & fundatione communicetur. Illud tamen notandum venit, Ciſtercienſes quidem è Porta Monaſterio Miſnia ad flumen Salam prope Naumburgum ſito (quod, prob dolor! hodie non à ſuis Religioſis tanquam Cœnobium, ſed à Lutheranis ſtudioſis tanquam Gymnaſium cum ſumma S. Eccleſiæ noſtrique ordinis injuria incolitur, de quo in noſtra Bibliotheca ſpecialis extat liber ab Acatholicis in umbratilem ſuam gloriam compoſitus, atque Porta antiqua & Porta nova inſcriptus) in Lubens evocatos fuiſſe circa Annum Chriſti 1150; Confirmationes tamen primo emanaſſe Anno 1174to, unde in Tabulis Ciſtercienſibus eodem Anno 1174 fundatum legitur, quidquid alii dicant fundationem Lubenſis Monaſterii in præfatis Tabulis Ciſt. haberi pro Anno 1175.

Gaſpar Jongelinus, ſac. Ord. Ciſt. Abbas Diſenbergenſis, in Notitia Abbatiarum Ciſtercienſium lib. 5 dicit Monaſterium in Lubens *vulgo vocari* Lubens; *ſed idem pro eodem ponit: certum quidem eſt, verum & genuinum hujus Monaſterii nomen eſſe Lubens (quod per abuſum quandoque Luba dicitur) vulgo tamen in vernacula noſtra lingua* Leubus *vocatur.*

Præfatus etiam Jongelinus dicit, hoc Monaſterium ſitum eſſe in Ducatu Lignicenſi; ſed citra omnem controverſiam in Ducatu Wolavienſi ſitum eſt; diſtatque Wolavia duobus, Lignicio tribus, Wratislavia vero ſex milliaribus.

Series Abbatum Lubenſium hæc eſt:

1. *Florentius*, obiit circa annum 1177.
2. *Güntherus I.* obiit circa annum 1190.
3. *Conradus*, ob. circa annum 1203.
4. *Güntherus II.* Confeſſarius S. Hedwigis, ob. circa annum 1230.
5. *Joannes I.* ob. circa annum 1239.
6. *Henricus*, ob. circa annum 1253.
7. *Nicolaus I.* ob. circa annum 1270.
8. *Hermannus I.* ob. circa annum 1279.

9. *Hart-*

9. *Hartlibus*, ob. circa annum 1196.
10. *Theodoricus*, ob. circa annum 1304.
11. *Hermannus II.* ob. circa annum 1306.
12. *Ullricus*, ob. circa annum 1310.
13. *Rudolphus*, ob. circa annum 1315.
14. *Rudigerus*, ob. circa annum 1321.
15. *Joannes II.* ob. circa annum 1341.
16. *Nicolaus II.* ob. circa annum 1349.
17. *Tylo I.* ob. circa annum 1361.
18. *Petrus I.* ob. circa annum 1366. die 16. Octobr.
19. *Burso*, totus pietati & devotioni deditus, ob. circa annum 1369.
20. *Bartholomæus I.* ob. circa annum 1378.
21. *Joannes III.* ob. circa annum 1396.
22. *Paulus I.* Niſſenus officio ſponte ceſſit, ob. circa annum 1417.
23. *Stephanus I.* Neoforenſis, ob. circa annum 1420.
24. *Nicolaus III.* electus Anno 1420 feria ſexta poſt Octavam SS. Petri & Pauli, obiit circa annum 1425.
25. *Martinus*, electus 1426, feria 4ta infra octavam Epiphaniæ, ob. circa annum 1440, 28 Sept.
26. *Joannes IV. à Landskron*, electus Anno 1440, Sabbato poſt feſtum SS. Simonis & Judæ, obiit anno 1443, 13 Januarii.
27. *Stephanus II.* electus 1443 Dominica Quaſimodogeniti, ob. anno 1451. 11 Decembr.
28. *Petrus II à Wartenberg*, electus 1452, die S. Apolloniæ, ob. circa annum 1454.
29. *Tylo II*, totus devotioni deditus, obiit circa annum 1463.
30. *Paulus II.* electus circa annum 1464. Dominica infra Octav. Epiph. alii munus commiſit, ob. circa annum 1478.
31. *Bartholomæus II.* electus 1478, 13 Sept. Hic multos perpeſſus eſt morbos, propter quos, cum dignitati Abbatiali præeſſe amplius non poſſet, etiam officioſe abdicavit, & obiit circa annum 1498, 6 Kal. Aprilis.
32. *Andreas Hofman* de Croſſen, Artium Magiſter Cracovienſis. Electus Anno 1498, 26 Aprilis. Hic multa tempore belli Huſſitici perpeſſus eſt, plurimaque tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus per 36 annos edidit facinora præclara, ut non immerito collapſi Huſſitica rabie Monaſterii Reſtaurator magnanimus dici poſſit. Obiit Anno

Anno 1534. 11 Sept. Hujus dicitur esse illud antiqua pietate conscriptis versibus ante Presbyterium positum Epitaphium, quod ita habet:

Abbas qui recubat hujus sub tegmine sexi,
Ut sibi, sic nobis commoda multa dedit.
Idcirco memores insignem dicimus omnes
Egregiis meritis esse Patrem Patriæ.
Nomen inextinctum sibi Jupiter atque perennem
Pro meritis vitam conferet Astripotens.

33. *Joannes V. Franco*, electus 1534 in festo S. Matthæi. Ob. anno 1539, 19 Novembr.
34. *Joannes VI. Hiller*, electus 1539, 19 Decembr. ob. anno 1552. 4. Maji.
35. *Georgius* Lignicensis, electus 1553 vel circiter; ob. Anno 1561. 18. Oct.
36. *Joannes VII. Franco*, electus 1561. ob. anno 1568, 5 Novembr.
37. *Joannes VIII. Klein*, Lignicensis, electus 1568 in festo S. Martini, obiit anno 1584, 2 Martii.
38. *Hieronymus Nicodemus*, electus 1584. Obiit anno 1594, 24. Octob.
39. *Franciscus Ursinus*, electus 1594. ob. anno 1607. 20 Martii.
40. *Matthæus Rudolphus* Hennersdorffensis, electus 1607, Dominica Lætare. Præfuit annis 29 laudabiliter, fuitque fidelis Dispensator tum in spiritualibus, tum in temporalibus: verus Pater Fratrum, pauperumque. Qui dum Anno 1631, 7 Augusti hostes Monasterium invaderent, illudque cum Ecclesia ac Abbatia deprædarentur, in communi illo Patriæ naufragio, domo cum Fratribus fugatus, Wratislaviæ tribus continuo annis in periculosissimo pestis tempore commoratus est. Domum tandem redux, uno tantum anno superstes, magno Fratrum subditorumque planctu ac mœrore obiit A. 1636, 20 Julii.
41. *Arnoldus Freiberg*, Spondavienſis, electus 1636, die S. Jacobi *Apostoli*. Hic post pacem Pragæ Anno 1636 compositam Monasterium sedulo restauravit, sed (proh dolor!) Svecicas tribulationes denuo perpessus est; ac dum Sueci in Lubens hospitarentur pro lubitu, omniaque & diriperent & devastarent, atque Jerusalem ponerent in pomorum custodiam, ipse interim per decem annos Wratislaviæ exul vixit. Tandem post hostium recessum redux, Domum Domini restauravit solicitè, Monasterii res administravit, ut merito, quemadmodum supra laudatus Andreas post excidium Hussiticum, sic iste post turbinem Svecicum Restaurator Cœnobii Lubensis dici debeat. Apud omnes

omnes etiam externos boni fuit nominis, ita ut Duces ipſum Patrem nominare ſoliti ſint. Poſt exantlatorum copiam laborum obiit An. 1672, die 15 Septemb. Epitaphium illius ante Presbyterium eſt tale:

Hic jacet Arnoldus quondam venerabilis Abbas
In Lubens, cujus nomen ubique patet.
Vitæ octo decades implevit cum tribus annis,
Quatuor & menſes, tres ſuper octo dies.
Sex & triginta poſtquam regnaverat annis
Vigintique dies, menſe, dieque ſupra.
Fata Pius ſubiit tranquille & morte ſuprema,
Non mortis, vitæ hunc transtulit ima dies.

42. *Joannes IX, Reich*, Majori Glogovia oriundus, electus 1672. Multa hic tum Pietatis, tum fidelis Adminiſtrationis poſt ſe reliquit teſtimonia. Novam Abbatiam ædificavit, novumque Conventuale ædificium meditatus eſt; Templum S. Jacobi novum pro vetuſtiore, jamjamq; ruinoſo (quod a Caſimiro cum prim. fundatione extructum ſteterat) ſtruere incepit. Dilexit decorem Domus Domini, & poſt multa præclara opera, laude digniſſimus obiit 1691, 11 Junii.

43. *Dominicus Krauſenberger*, electus ex Cathedra Theologica An. 1691, 21 Junii. Inſignis vir doctrinæ, & pro exornanda Domo DEI ſolicitus. Maturo fato obiit An. 1692, 1 Auguſti.

44. *Balthaſar*, electus Anno 1692, 29 Auguſti. Fratrum pauperumque Pater amantiſſimus, Decoris Domûs Domini Zelator fervidus, cum magno multorum mœrore obiit 1696, 14 Julii.

45. *Ludovicus*, cognomento *Bauch*, natus in Comitatu Glacenſi, ex Cathedra Theologica (quam poſt Philoſophicam ſecundo tenebat) electus 1696, 1 Auguſti. Templum S. Jacobi a Joanne IX meliorem in formam commodiore loco ſtrui, cœptam exædificavit, & Eccleſiam in bonis noſtris de fundo novam unam alteramve erexit. Fuit unus ex præcipuis Diffinitoribus in Capitulo Generali An. 1699 Ciſtercii collecto. Sub hoc recuperata eſt Eccleſia in pago Rö hlitz prope Goldbergam, ad quam primus poſt Lutheranum Paſtorem Catholicus Parochus introductus eſt A. 1700. 4 Novembris, P. Gabriel Muſauer, Sileſius Wratislavienſis, Profeſſus Lubenſis. Conventui habitationem novam magna jam ex parte procuravit; ſed quid in tam ſumptuoſo labore impediant tempora hæc diffi illima, palam eſt. Sed quia pro ſua modeſtia eum laudem ſuam non admiſſurum minime ignoro, ideo, dum ego ſileo, laudent eum opera ejus.

NB. Hic Reverendiſſimus Abbas erronee in Ciſtercio bis-tertio 46tus dicitur, ut ex hac ſerie facile patet. Cæterum ſi quoad annos *electionis vel* obitus horum Abbatum forte error nonnullus irrepſit, mirum non *eſt:* nam multorum de facto accuratiſſima notitia in hoc puncto forte vix haberi poteſt, & Archivum mihi non eſt præ manibus.

Habet vero Lubenſe Cœnobium Colonias ſeu Filiationes nonnullas: Maternitatis quippe prærogativa in ſacro noſtro ordine non poſtremæ conſiderationis eſſe ſolet. De quibus certo conſtat, ſunt ſequentes, quarum (unica excepta) Ciſtercium bis-tertium etiam meminit.

1. Filia Lubenſis eſt *Vachock* ſeu *Vanchoſcum*, vel *Vanſchow* (quod aliàs etiam *Cella S. Mariæ* nuncupatum eſt) in Polonia, in Diœceſi Cracovienſi, fundatum & extructum Ao. 1179 a *Gedeone* Epiſcopo Cracovienſi ex familia *Gryphia*, vocatis pro dicti Monaſterii fundatione de nova plantatione Lubenſi aliquot plantulis ſeu Fratribus jam in Polonia famoſis.
2. eſt *Mogila* ſeu *Clara tumba*, quod Gaſpar Jongelinus etiam *Cacicenſe Monaſterium* appellat. Fundavit hoc Cœnobium in Diœceſi Cracovienſi Ivo Epiſcopus Cracovienſis Ao. 1220, vel ut tabulis Ciſtercienſibus legitur Ao. 1218, evocando primos in illud Monaſterium Religioſos ex Lubens, amoris ergo, quo Lubenſes proſequebatur.
3. eſt *Henrichovium*, fund. Ao. 1221. Fundator aliunde conſtabit.
4. eſt *Camencium*, fund. Ao. 1222. NB. *Hæc filiatio per errorem (ingenue fatendo, non exiguum) omiſſa eſt in Ciſtercio bis-tertio.*
5. eſt *Coronovia* in Polonia, alias *Felix vallis*, olim *Biſſevia* in Poloniæ Diœceſ. Vladislavienſis. Habebatur pro filia Sulejovienſis Monaſterii itidem in Polonia; declaravit tamen deinde Abbas Morimundenſis eſſe filiam Cœnobii Lubenſis.
6. eſt *Trebnicium.* (quod in hiſtoriis noſtri ordinis ſæpe legitur *Trebniacum*) Fundavit illud Henricus I cum barba dictus, Conjunx S. Hedwigis, filius Boleslai Alti Fundatoris Lubenſis Ao. 1203, *effecitque idem fundator, ut ſuis precibus motus Honorius III Summus Pontifex, ut hic omnem curam tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus in Trebnitz Abbati Lubenſi per Bullas aliquot An. 1220 committeret.*

Lubenſe Cœnobium olim vocitatum fuiſſe Mauſoleum Principum & Nobilium traditur, & legitur etiam in Ciſtercio bis-tertio ſæpe hic citato; ubi etiam referuntur certi Duces, qui ſepulti ſunt, præter complures nobilitate illuſtres. Epitaphia, quæ hodiedum extant, una communico, ob piam ſcil. elegantiam ſtyli antiqui.

Fun-

Fundator jacet in medio Presbyterii ſub lampade, cum hac inſcriptione:

Anno Domini M. CC. I. VII Idus Decemb. obiit Illuſtris Boleslaus Dux Sileſiæ, Fundator Lubenſis Cœnobii.

In eodem Presbyterio prope infimum gradum Altaris jacentis Ducis Conradi Epitaphium eſt hoc:

En Cunradus ego Dux hoc ſub marmore dego,
Quem tenuit cura Johannis Præpoſitura.

Item in Presbyterio jacentis Ducis Przimkonis hoc eſt Epitaphium:

Qua dedit in donis DEus & natura Polonis
Summis & pronis Ducis hujus erat Premeconis.

Munificus Monaſterii noſtri Benefactor Boleslaus III in Capella Ducali, a ſe fundata, jacet in tumulo elevatiore, ad quem tumulum lampas die noctuque ardet. Circa tumulum hæc antiquis lapidi inciſis & inauratis characteribus inſcripta ſunt, tenorem verſuum præ ſe ferentia:

✠ No. Kale. dans. Majus. Dux. Vra.
Leg. Brig. Boleſlaus. †
Zelator. veri. largus. promptus. miſer. ir. ri. †
Fit. cum. defunctis. M. C. tribus. L.
duo. junctis. †
hi. heynrichs. hant. quhirt.

NB. Verba: *Miſer. ir. ri.* aliqui legunt: *Miſereri*, & lectioni rhythmicæ ſatis conſonat; quid vero ultimus verſiculus ſignificet, ignoro.

Ante ingreſſum ejusdem Ducalis Capellæ hoc Epitaphium legitur:

Bello, conſilio, virtuteque floruit iſte
Martinus Buz Woy, cujus ſis gloria Chriſte.

Memoratus etiam Gaſpar Jongelinus refert in Lubens ſepultum eſſe Vladislaum cognomento Laſconogum, Poloniæ Principem, mortuum A. 1231, 15 Cal. Octobris.

Dixi paulo ante præter Duces, complures etiam nobilitate illuſtres hic ſepultos eſſe, quorum aliqua ſeries Ciſtercio bis-tertio inſerta eſt. Epiſcoporum quoque ſepultura, quæ ſtatuis & inſcriptionibus conſtat, in

eodem libro deſcribitur. Videtur tamen oculus Auctorem fefelliſſe, dicentem inſcriptionem ſupra marmor impoſitam eſſe, dum interim *non* verum marmor, ſed gypſum ad inſtar marmoris politum eſt.

Alluit hoc Monaſterium Viadrus ad partem Occidentalem. Eccleſia major ſeu Conventualis Orientem verſus poſita eſt in medio inter Abbatiam, quæ ſeptemtrionem, & Clauſtrale ædificium, quod meridiem tenet. Hujus Eccleſiæ ornamentum quod ſint imagines Michaëlis Willman Prutheni Regiomontani, per multos annos Lubenſis incolæ, conſtat iterum ex Ciſtercio bis-tertio. Templum S. Jacobi è regione majoris Eccleſiæ, Occidentem petit. Celebris hic olim extitit Bibliotheca, ſed a Svecis (quod deplorandum) ablata eſt, Stetiniique, ut fertur, collocata. Et hinc eſt, quod multorum antiquorum noſtrorum notitia nos fugiat; cui alterum accedit, quod dicit Boëthius Lib. 2 p. 7 de conſolat. *Heu quam multos clariſſimos viros ſcriptorum inopes delevit oblivio.* Neque dubium eſt, è familia noſtra tot jam ſæculis hic commorata multos ſanctitate doctrinaque viguiſſe viros; multos ob Chriſti fidem ſua corpora tradidiſſe ad mortem; multos zelo fidei pro Eccleſia DEI indefeſſe laboraſſe; quod facile conjicere licet ex aſſumptis ad Epiſcopatus Lubenſibus Religioſis; & ut congrue argumentatur ſæpe memoratus Auguſtinus Sartorius in Ciſtercio bis-tertio: ex electo in Confeſſarium S. Hedwigis Günthero II, hujus Monaſterii Abbate; ex perpeſſis ſæpe ab hoſtibus non minus Patriæ quam Romanæ Eccleſiæ in Cœnobium iſthoc incurſibus; ex ſumptuoſe comparatis Bibliothecis; ex conſervatis a labe Lutherana pluribus Parochiis integris; ex retento denique Regularis obſervantiæ inter tot incurſuum turbines in hæc usque tempora vigore. Quibus non incongrue poteſt ſuffragari allegata ab eodem P. Aug. Sartorio, & accepta ex Surio, S. Hedwigis erga Lubenſes Religioſos reverentia.

Quod initio hujus relationis ponere oblitus ſum, hic *addo*: Citatus autor Ciſtercii bis-tertii refert, Benedictinos ex Lubens translatos eſſe ad Poloniam in Monaſterium *Lublinienſe*, ſed rectius in *Lubinenſe*.

Obſervo etiam tempore Abbatis Güntheri II hoc Monaſterium potiores filiationes (niſi in Annis obitûs fallar) accepiſſe; ut colligi poteſt ex ſerie Abbatum & filiationibus earumque fundationibus ſupra poſitis.

Hucusque præfati R. R. P. P. Auguſtinus & Hieronymus.

Quæ licet omnia nobis quoque probentur; illi tamen opinioni, qua Etymologiam nominis à *JULIO Cæſare* derivari nonnulli hactenus ſomniarunt, aſſenſum præbere nequaquam valemus, cum Romanorum nulli victricia ſua ſigna hucusque tulerint, quemadmodum alio in loco jam oſtendimus.

§. 177.

§. 177.

HENRICHOVIENSE.

Proximum huic HENRICHOVIENSE in Ducatu Monſterbergenſi ad Olam fluvium, egregii operis templo, aliisque pulcherrimis ædificiis ſpectando: cum proventibus adeo luculentis dotatum, ut referatur merito inter nobiliſſimas Sileſiæ Abbatias. Fundaſſe id fertur circa A. C. 1222 Nicolaus, vir nobilis & locuples, Henrico Barbato Duci à ſecretis, & Canonicus VVratislavienſis, qui Religione tactus Ciſtercienſibus Monachis omne Patrimonium ſuum, ſed Principe, cujus liberalitati illud acceptum ferebat, adſentiente, transcripſit: extructumque iis Monaſterium de nomine Principis nuncupavit.

Pro clariori hujus loci deſcriptione ſua nobis verba rurſus largiatur ſupra citatus exim. P. Sartorius:

HENRICHOVIUM, celebris Ciſtercii Domus in Ducatu Mönſterbergenſi, apud Sileſios ſurrexit Anno Domini 1222 fundationem munifice auſpicante Illuſtri D. Nicolao, Nobili Cracovienſi, Wratislavienſi Canonico, atque Henrici Barbati, Poloniæ ac Sileſiæ Ducis, Notario ac Secretario, aut etiam Cancellario, prout aſſerit Jongelinus in Notit. Abbat. Lib. 5. pag. 53. Prima Colonia deſumptæ fuere ex Luba, inductaque in Henrichovium 1227, 5. Kalendas Junii. Loci etymon juxta Jongelinum cit. acceptum eſt à Duce Henrico. Et id quidem voluntate Nicolai Fundatoris originarii datum fuiſſe lego reverentia Principis, ex eo, quod hic facultatem indulſerit de bonis, quæ titulo fidi obſequii ad dies vitæ ille ipſe Nicolao donaverat, extruendi noſtris cœnobium. Qua etiam de cauſa prælaudatus Henricus Dux in primis Conceſſionis literis, ſibi ſuisque ſucceſſoribus Fundationis prærogativam deferri voluit, quod ſcilicet ad Nicolaum Notarium minus pertinuerit abſoluta de prædiis ſuis Ciſtercio ab obitu ſuo incorporandis diſponendi poteſtas; quandoquidem Dominium directum ſtaret penes Ducem, ſolo utili dato in promeritum ſtipendium Nicolao. Itaque beneficium,

cium, quod Nicolaus Ciſtercio dederat, temporaneum fuit, extingvendum haud dubie cum Mecanate; quod vero conceſsit Henricus Dux, perpetuum ac ſtabile: ea propter etiam fundatio, qua perennis ac nunquam ceſſatura (qua ratio in fundandis cœnobiis eſt potisſima) omnino adſcribenda venit Duci, nuncupandumque ex eo titulo Henrichovium, Cœnobium Ducale: quamquam praterea illuſtri Nicolao, qui primos ſtimulos, prima fundationis ſemina jecerit, ſua etiam rependi debeat gloria ac grátitudo, ſine quo forte hodie ordo Ciſtercius Henrichovium minus haberet. Lege porro in Angelo noſtro ad annum 1221 Cap. 13 n. 7 pro ſe citante Bibliothecam Joannis Piſtorii, collectam ex Hiſtoria Polonica, & Martinum Cromerum, Nicolaum nempe noſtrum ad condendum Henrichovienſe Cœnobium ſua etiam contribuiſſe Patrimonialia, qua utique cum a Progenitoribus, non à Duce accepiſſe præſumendus ſit, ea propter in partem fundationis pro rata admittendus erit. Quoniam vero à potiori denominatio fieri ſoleat, Ducis, utpote Principis terra, Dominique directi, qui & partem bonorum de ſuo dederit, & partem alteram à Nicolao oblatam autoritate ſua confirmaverit, habenda videtur ratio potior, cum etiam hic in Henrico Duce verum cenſeatur illud, omnia EUM ſua feciſſe, quibus autoritatem ſuam ſit impertitus. Caterum in Henrichovio votis Monaſticis initiatum Nicolaum inter noſtros devixiſſe, comperio in pracit. Manriqueo, atque etiam in Jongelino, tametſi interea Notitia per venerabilem P. Tobiam Ackermann, loci Priorem, ex Henrichovio ad me directa, de Viri Monachatu nil meminerint, illud ſolum innuentes, eundem non in Monaſterio, ſed in Cœmiterio Eccleſiæ Cathedralis Wratislavienſis, ubi Canonicus extiterat, ſepultum requieſcere. Dixi paulo ſupra ex Jongelino, etymon Domus (Henrichau) acceptum à Duce Henrico. Verum Manriqueus pracit. textum Hiſtoriæ Polonicæ, atque etiam Martini Cromeri adducit, ubi utrobique aſſeritur, originarium loci fundatorem, Nicolaum, condidiſſe cœnobium Henrichovienſe in villa & pago, Henrichovio, titulo Patrimonii ad ſe pertinente. Sentiat per nos Lector, quod volet: nos iterum ad rem.

Crevit ſubinde hæc Domus tam elargitionibus Benefactorum ſuffragia ab Aſcetis Henrichovienſibus per munera poſtulantium, quam Abbatum, eorumque induſtria, qui rem familiarem adminiſtrabant, atque etiam beneficio Contractuum emptionis ac Provinciæ Ducibus rite confirmatorum. Multa autem calamitate ſub Huſſi & Lutheri fatales ætates Henrichovium per vices concuſſum eſt: ſeptemplici quidem devaſtatione fœdatum per Huſſitas, per alios deinceps hæterodoxos iterata irruptione tantum non penitus everſum,

ſum, ægerrime reſpirare potuit ad vigorem priſtinum. Meliora eidem fata adlucere cœperunt Anno Chriſti 1656 Reverendiſſimo D. Melchiore ad gubernacula Domus evecto, ſub quo notorie reſpiratum à cladibus. Excepit eas Domûs reflorescentis ſpes, dignisſimus ejus ſucceſſor, Reverendiſſimus D. D. Henricus Griſſovii Profeſſus, è Thermarum Hirſchbergenſium Prioratu A. 1681 evocatus ad infula Henrichovienſis ſplendorem, quomus Loci Abbas, qui auream ætatem Henrichovienſibus attuliſſe dicendus eſt, quandoquidem Phœnicem olim per tot clades incineratum hodie fauſtisſime revivi-ſcentem in ſuo Henrichovio ad ſuorum ſolatium exhibeat. Id namque ſtructura ſumptuoſa ac elegantes, id Conventualium numerus notorie auctus, id Eccleſia varia ac ſplendida ſupellex, id Bibliotheca per ſingulas claſſes inſtructa, & fundatio per contractus emptitios ampliata, id eliminatus è toto Dominio Lutheraniſmus, id ſtatus domus cum in ſpiritualibus, tum temporalibus inſigniter auctus, luce clarius demonſtrant. Ejus etiam Ampliſſimi Præſulis opus eſt, indefeſſo ejusdem labore per complures annos Comparatum, Jus Patronatus in Eccleſia Oppidi Regii Montani, vulgo Silberberg/ *quod per Acatholicos acriter controverſum, tandem Auguſtiſſimus Cæſar Leopoldus Henrichovio clementisſime adjudicavit: vi cujus decreti per Cæſareos ac Epiſcopales Commiſſarios primus iterum è Catholicis curatis poſtliminio ſolemniter introductus eſt Religioſus Henrichovienſis. Et quandequidem tot laboribus arduis feliciter defunctum, cum ingenti animi voluptate ſe videret, rerumque illam fortunatam efficientiam DEO Adjutori unice in acceptis referret, de ſedis Apoſtolicæ annutu Confraternitatem Sanctiſſimæ Trinitatis, hactenus in Sileſia non viſam, Anno 1696 primus inſtituit, auctam ſubſecutis annis numeroſa ſodalium ſerie: cui ampliorem ſplendorem, atque incitamentum additurus, Anno 1699 in media Cœnobii area prope Eccleſiæ ingreſſum, præaltum, ſumptuoſumque Coloſſum è lapide erexit, DEO uni & Trino ſacrum, in cujus ſuppedaneo hoc, ex parte una, Chronographicum inſculpſit:*

Æterno
TotIVs VnIVerſItatIs
AVCtorI, ReCtorI
Deo,
VIVo, & Vero
VnI In Eſſentia, & trino In PerſonIs
PatrI CreatorI
FILIo SaLVatorI
SpIrI.

SpIrItVI S. ConſoLatorI.
PotentI, SapIentI, Bono
JVſtItIæ, & ProVIDentIæ
Abyſſo
SIt perpetVa operIs gLorIa.
HenrICVs
S. O. C. PræſVL, & SILeſIæ VIſItator.
eXtrVCto Cœnobio,
aVCtIs BonIs,
HæreſI eXtIrpata,
Congregatione SSS. TrInItatIs ereCta
ereXIt.
VtſI taCerent VIVentes
HoC teſtes LapIDes LoqVerentVr.

Et vero ſenſit amplius optimus Præſul DEI Adjutoris opem, cum elabente hoc anno de Auguſtiſſimi Imperatoris Leopoldi adſenſu, facta prius tranſactione cum Reverendiſſimo DD. Sigismundo, Abbate de Campo Liliorum, via ac titulo redemptionis, Henrichovio ſuo in perpetuum incorporavit pervetuſtum Cœnobium B. M. V. de Zirez, in Hungaria diœceſis Veſprienſis, cum omnibus ejuſdem Abbatiæ Juribus & bonis, oppidis, pagis, villis, poſſeſſionibus, prædiis, ſylvis, agris, &c. ad eandem Abbatiam Zirenſem de jure, & ab antiquo ſpectantibus: quod cœnobium hactenus inter ruderа deſolatum, deinceps beneficio Reverendiſſimi DD. Henrici formam rurſus induet Ciſterciam, proxime incolendum per Colonias Henrichovienſes, eo bonis avibus deſtinandas. Confirmationis Cæſareæ ſuper eo contractu extraditæ deſumptum inſtrumentum mihi Henrichovio communicatum, omnino dignum eſt, ut hoc loco inſereretur; verum quia prolixius quibusdam pro præſenti inſtituto videretur, fragmenta quædam duntaxat abſtraxi, in quibus glorioſas laudes Majeſtas Cæſarea in Henrichovienſium Præſulem congeſſit. Itaque Cæſar: Nos Leopoldus - - Memoriæ commendamus tenore præſentium, ſignificantes, quibus expedit, univerſis. Quod nos benignum reſpectum habentes ad præclaras virtutes, laudatosque & acceptos mores, doctrinam item & eruditionem, atque omnibus gratam, & acceptam vitæ converſationem, cæterasque excellentes animi dotes, fidelis noſtri, nobis dilecti, venerabilis Henrici, ſacri ordinis Ciſtercienſis, Monaſterii Henrichovienſis in Ducatu noſtro Sileſiæ exiſtentis Abbatis, quibus Ipſum DEI Altiſſimi munere inſignitum & ornatum

natum esse, tam aliorum fidelium Nostrorum fide digno testimonio, quam etiam propria nostra experientia cognovimus. Eidem itaque Henrico, Abbati Henrichovienſi, tanquam personæ idoneæ, & de Ecclesia bene meritæ, Nobisque gratæ & acceptæ, Abbatiam B. Mariæ Virginis de Zircz, aliàs etiam ad sacrum dictum ordinem Cistercienſem ab antiquo pertinentem, &c. &c. *Applaudo animitus Amplissimo Præsuli, tantopere ab Augustissima Majestate commendato, optoq; medullis intimis, ut pro ordinis, ac præcipue Cisterciі Austriaci ornamento, incremento ac solamine, Cælitum favore quam diutissime vivat, zelo ordinis, Ecclesiaque, atque etiam exinde elogiis Cæsareis glorioſissimus.*

Series & Nomina Reverendiſſimorum Dominorum Abbatum Monaſterii Henrichovienſis S. Ordinis Ciſtercienſis.

1. *Henricus* I. Abbas Monaſterii Henrichovienſis, Anno 1222 fundati, extructique usque ad annum 1227. Eodem anno ex Monaſterio Lubenſi cum aliis Fratribus vocatus, & 28 Maji introductus, conſecrata ſequenti anno 22 Januarii Eccleſia lignea, in honorem Beatiſſimæ Virg. Mariæ, & S. Joannis Baptiſtæ à Revdmo Dno Dno Laurentio Epiſcopo Wratislavienſi Vir bonus, pius & rectus, piiſſime obiit Anno 1234, 5 Junii.
2. *Bodo* electus anno 1234. cum novella plantatione graviter ab Adverſariis agitatus, deformato deſuper & exuſto à Tartaris Monaſterio, Sileſiam vaſtantibus, in multa pauperie & deſolatione pie obiit Anno 1259. 1 Martii.
3. *Petrus* electus anno 1259. mortuus anno 1269, 15. Novembr.
4. *Godefridus* electus 1269. obiit anno 1273, 3. Auguſti.
5. *Rulandus* electus 1273. vivere deſiit 1281, 20 Novembris.
6. *Fridericus* electus 1281. Miſſo ad noviter extructum Monaſterium Griſſovienſe Dno Abbate & Fratribus è gremio Matris ſuæ Henrichovienſis. Obiit 1295, 27 Septembris.
7. *Joannes I.* electus anno 1295. Obiit 1302, 25 Julii.
8. *Nicolaus I.* electus anno 1302. Obiit 1304, 3 Octobr.
9. *Petrus II.* electus 1304. Pie deceſſit anno 1311, 1 Decembris.
10. *Henricus II.* electus anno 1311. Obiit 1317, 20 Febr.
11. *Chriſtianus* electus anno 1317. Reſignavit dignitatem Succeſſori anno 1321. tandem obiit 1340, 11 Decembris.
12. *Joannes II.* electus anno 1321. Obiit anno 1328, 19 Januarii.
13. *Winandus I.* electus anno 1328. Reſignavit anno 1332, & mortuus eſt anno 1343, 16 Junii.

14. *Winandus II.* electus anno 1332; resignavit verò anno 1340. Mortuus anno 1355, 3 April.
15. *Joannes III.* electus anno 1340. Mortuus 1350, 15 Martii.
16. *Nicolaus II.* electus anno 1350. Obiit 1359, 29 Julii.
17. *Sydillmannus* electus anno 1359. Decessit 1366, 26 April.
18. *Nicolaus III.* de Ratibor electus 1366. Obiit 1389, 10 Julii.
19. *Martinus* de Nissa electus anno 1389. Resignavit anno 1413. Auctis Monasterii bonis requievit in pace 1420, 11 Octobr.
20. *Nicolaus* de Brega electus anno 1420. Vixit in maximis calamitatibus, furore Hussitarum, fugato prius Venerabili Conventu 1429. vastato desuper ferro & igne septies Monasterio, officinis omnibus & pagis. Ab iisdem 22 Januarii 1429 occisus est Pater Joannes Monachus & Sacerdos. Calamitatem auxit D. Euphemia Ducissa Mönsterbergensis, dum ejus mandato anno 1438 per Sigismundum de Rachenau Monasterium vastatum, supellex omnis Monasterii & Prædiorum ablata, desuper combustum Monasterium, cum officinis & prædiis; hocce motivo, quod exosum habuerit Abbatem. Tandem ad desolationem reductum per Latronem, & Incendiarium, & Prædonem Hynckò Cruschena, qui anno 1442, dum ex ruderibus modice erectum Monasterium, incendit cum prædiis, & omnia sustulit. Fractus tot miseriis pius Pater, resignavit tandem 1447, & piissime obiit 1454, 3 Novembris.
21. *Jacobus* electus 1447. Obiit 1453, 15 Martii.
22. *Nicolaus de Wees IV.* electus anno 1453. Obiit 1460, 30 Novembris.
23. *Udalricus* electus anno 1460. Obiit 1464, 5 Novembris.
24. *Lambertus* electus anno 1464. Mortuus 1472, 22 Octobris.
25. *Joannes IV.* electus anno 1472. Obiit anno 1477, 6 Febr.
26. *Martinus II.* electus 1477. Discessit 1481, 31 Maji.
27. *Joannes V.* electus 1481. Obiit 1491, 25 Febr.
28. *Antonius* electus anno 1491. Infulatus primus anno 1498. Obiit 1505, 20 Decembris.
29. *Urbanus* electus anno 1506. Infulatus secundus Præsul, anno 1509, 27 Octobr.
30 *Vincentius* electus anno 1509, perpessus multas calamitates ab Hæreticis ipsisque Ducibus Monsterbergensibus, conjectus in vincula, Monasterii tamen Jura conservavit Pater optimus, & Præsul infulatus in senio suo placide Nissæ obdormivit anno 1554, 10 Januarii.
31. *Andreas*, Colonienſis electus anno 1554, & a Rdmo, Illmo Domino. Episco-

Episcopo Wratislaviensi infulatus, maxima cum laude & incremento præfuit, piissime obiit die S. Paraſceves, anno 1577, 5 Aprilis.

32. *Nicolaus V*, electus anno 1577, & Infulatus Præsul anno 1611, 6 Octob.

33. *Andreas* electus anno 1611, & Infulatus resignavit anno 1627, & obiit eodem anno, 18 Octobr. sub ejus Regimine Marchio Carnovienſis, Generalis Friderici putati Regis Bohemiæ, è Monasterio fugavit Venerabilem Conventum.

34. *Casparus*, electus anno 1627, infulatus 7, Julii, peste sublatus anno 1633, 22 Augusti. Anno 1632 in Octobri Comes Arnheim Generalis Saxonicus, & Filius Daniæ Regis, Monasterium hostiliter invaserunt: fugato secunda vice Venerabili Conventu, prophanata Monasterii Altaria, Imagines deturpatæ, organa destructa, incensum Monasterii Tempellum, & Crelckovienſis.

Vacavit sedes Abbatialis usque ad annum 1635 sub administratione P. Georgii Reiberg, grassante peste, Religiosis pluribus mortuis & sæcularibus, ac Anno 1634 spoliatum Monasterium omni supellectili, & prælia devastata relicto equo unico.

35. *Laurentius* electus anno 1635, 2 Aprilis inter tumultus bellicos & calamitates, fere semper exul vixit Glacii, quod hocce tempore procuratum Stahlhansius Colonellus sustulit & deprædavit anno 1639. Ad desolationem fere redactum Monasterium, dum anno 1642. fugatus Venerabilis Conventus tertio durante exilio usque ad annum 1644. Fractus tot calamitatibus desolatus Pater obiit anno 1644, 5 Novembris.

36. *Georgius* electus anno 1644. inter procellas tumultuosissimas, ignes hostesque, in summa paupertate vivens, 30 fere millibus obærato Monasterio, anno 1645, quarto Venerabili Conventu fugato, durante exilio usque ad annum 1648. Nissæ ipse exulans, tandem pace compositâ vis piissimus obiit in pace anno 1651, 25 Novembris.

37. *Casparus* electus anno 1651, 3 Decembris, resignavit anno 1656, 21 Octobris. Obiit Anno 1668, 11 April.

38. *Melchior* electus anno 1656, 21 Octobr. Infulatus Præsul, restauratis prædiis, Monasterio, Ecclesia, solutisque debitis, in pace obdormivit anno 1680, 10 Maji.

39. *Daniel* electus anno 1680, 20 Maji. Obiit 1681, 11. Febr.

40. *Henricus* tertius, ex Monasterio Grissovienſi, Prior Thermenſis vocatus & electus anno 1681, 20 Febr. & Infulatus in Capitulo Generali 1683.

Monaſterio à fundamentis erecto, Eccleſia reſtaurata, exornata, *bonis* Monaſterii auctis &c. placide obdormivit anno 1702, 6 Aprilis.

41. *Tobias I.* ex Priore electus anno 1702, 20 Aprilis, & a Rdmo *DD.* Joanne Brunetti, Epiſcopo Lacedæmonii & Suffraganeo Wratislavienſi 15. Octobr. Infulatus Præſul. Faventibus divinis affluentiis, & benedictionibus diu incolumis ad Conſolationem Filiorum proſpere procedat, gubernet, & regat, &c.

Inter alia, quæ viſu notatuq; digna ſunt in Henrichovienſi Eccleſia, Naſo noſter in MS. ſuo refert, quod poſt altare majus reperiatur ſequens emblema: Quadrata tabula monſtrat cranium, in cujus vertice geminarum alarũ remigium indigitat labile tempus, ſupra cranium ſtat clepſydra ſerpente circumſepta, quæ pondilibrium erectum gerit: Ex parte dextera, florens Roſa, ex altera ardens lychnus; utraque figura formæ vitæque noſtræ denotat varietatem, interitum, cum inſcripto lemmate:

Siſte Viator,
Noviſſima conſidera,
Hic in tumulo jacet
absq; odore Roſa.
Ante vitam ſperma fœtidum,
In vita cloaca ſtercorum,
Poſt vitam eſca vermium.
Ante, in, & poſt partum peccator,
Ante, in, & poſt vitam pudor,
Ante, in, & poſt vitam nihil.
Abi jam lector & dic: requieſce in pace,
Hæc vivus 1653 poſui mihi morituro.

Hoc præfatum monumentum quidam Religioſus & hujus *Monaſterii* Profeſſus, cognomine *Roſa*, vir ſane magna religione præditus, vivens mortis memor, ſibi collocavit.

Præter alias Divorum reliquias, hic aſſervatur tunica ſubflavi coloris ſericea Sanctiſſimæ Hedwigis Patronæ Sileſiæ, quæ quidem ob vetuſtatem non decora, nihilominus per reverentiam honeſtanda.

A latere majoris aræ viſitur ſepulchrum Bolconis Ducis Mônſterbergenſis & Juttæ, ejus Conjugis ad latus ſociatæ. Buſtum ad adulti hominis ſtaturam ſublimatum è ſaxo defunctorum refert corpora, unà decumbentia: ad pedes Principis proſtratus Leo. Tabula ſuperius collocata ſequentem refert Inſcriptionem:

Aſpic

Aſpice magnanimi Bolconis nobile buſtum,
Qui Patriæ vindex & pietatis erat.
Adjacet erepto conjux adamata Marito
Jutta, Sileſiaci gloria prima ſoli.
Huſſica ſed poſtquam rabies furiente cyclope
Demeteret flammis omnia, cade, minis.
Zyska ferox ſacras paſſim dum ſterneret ædes,
Hæc quoque mota ſuo ſunt monumenta loco.
Mota ſed Andreæ præſtans virtutibus Abbas
In lucem è tenebris eruta reſtituit.
Ut Princeps etiam vivat poſt funera Bolco:
Zyska ſed in Stygiis merſus anhelet aquis.

Et inferius:

Illuſtris Princeps Bolco Dux Sileſiæ obiit Anno MCCCXLI, III Idus Junii. Sequenti vero anno, ſexta Nonas Maji, Jutta Uxor ejus Principes Fürſtenbergenſes & Mônſterbergenſes laudatiſſimi.

Varios inſultus partium hoſtilium, per quos Monaſterium aliquot vicibus, ut templi veſtibulum indicat, devaſtatum eſt, perpeſſi ſunt RR. Patres ita, ut aliquoties ipſum locum fuerint coacti deſerere.

Bibliotheca, quæ olim hic inſignis habebatur, tempore hoſtili avecta, aliorum cumulavit Bibliothecas: quæ tamen ætate noſtra egregie reſtaurata, & per bibliothecam Röthelianam aucta, ordinata & ornata fuit à piæ record. Rvdiſmo D. Prælato HENRICO.

Inſigne Abbatiæ eſt clypeus in medio rubeam gerens crucem, & in parvo clypeo aquilam, alas extendentem cum ſuperimpoſita infula, & pedo, & quatuor diviſis literis $\frac{M|O}{R|S}$ *

Auguſtus templi introitus è lapide concinnatus ſequentia docet:

Anno Domini M CCXXVII Monaſter. hoc Ord. Ciſterc. fundatum eſt ab Henrico Duce Sileſiæ ex Teſtamento Domini Nicolai, olim ejuſdem Principis Notarii, ſtetit nunc annos trecentos quinquaginta quinque.

Inferius gemini lapides hæc memorant:

Cum Huſſitarum ferocia ſepties hoc Monaſterium ſub Duce Joanne Mônſterberg. Anno 1429 igne, ferroq; devaſtâſſet, inter alia hujus domus præclara

* Soll vielleicht Morismundus heiſſen/ weil die meiſten Klöſter ſich von Morimundo derivi ren im Ciſtercienſer-Orden / deſſen vier Radices ſind: Portigniacum, Claravallis, Firmitas & Morimundus.

clara ædificia Rdus in Christo Pater ac D. D. Nicolaus Abbas XXXII, regiminis sui tum temporis VI, patria munificentia hoc templi vestibulum FF. Mense Junio Anno Christi cIↃ IↃ IX XXIII. Quod DEUS fortunet.

§. 178.

CAMENCIUM.

Ejusdem ordinis censetur Camencense in agro sive territorio Francosteinensi situm.

Additamenta denuo mutuamur ex Cistercio bis-Tertio in hæc verba: *Camencium eodem prope tempore (quo Henrichovium pro Cistercio surrexit, id est Anno 1222) metamorphosim tulit, mutatis Religiosis incolis (qui eo usque fuerant Canonici Regulares Divi Augustini Wratislavienses B. V. in arena, seu, ut tum vocabantur, Arroasienses) in Cistercii alumnos, quibus priores illi, procurante in primis negotium Thoma Wratislaviensi Episcopo, ultro (uti recte perhibet Archivum Camencense) cessere avitas sedes. Et hæret, & respondet simul Balbinus in puncto Cessionis ejusmodi, in Hist. Divæ Wart. Cap. 5. §. 2.* Illud quoque, *scribit ille*, quærat aliquis, cur id temporis tam avide Cistercienſis ordo, nonnunquam aliis etiam ordinibus excluſis, advocaretur? fecit id Cistercienſium ſanctitas usque ad hæc tempora propagata & religio cum insigni conjuncta doctrina: ii, Anno 1150 cum bonæ artes litteræque jacerent, deſpectaque colla Muſæ levare non poſſent, apertis Scholis, virtute & ſcientia revocata, id conſecuti ſunt, ut quot Cœnobiæ illis excitabantur, totidem præſidia doctæ pietatis cenſerentur. Ita ſcilicet pietas ac doctrina noſtros per orbem diſperſerant undique venerandos, dignosque, quibus & antiquiora Inſtituta cederent, non alio ſane impulſu, quam quod Ciſtercium pium, doctumque amarent, ac ſuſpicerent. Id quod quidem non in uno duntaxat Camencio factum conſtat, ſed paſſim & alibi, noſtris occupantibus aliarum familiarum Cœnobia, ſed quæ illæ haud invitæ noſtris dimiſiſſent. *Porro facta est quidem Camencii cessio à Canonicis Anno 1222, quamvis nostrorum introductio, bello tartarico interrupta, primo evenerit Anno 1249: quam Cistercii introductionem deinceps Anno 1261 Viterbii approbavit Urbanus IV. Papa, datis desuper literis Pontificiis, quibus subscripti in Archivo Camencensi leguntur Cardinales septem, duoque Episcopi, Tusculanus & Prænestinus. Distat Camencium Henrichovio horis 4, collocatum ad Nissam fluvium, quod Cœnobium olim arcis ac propugnaculi ad instar construxere Bohemi, tutandis finibus accommodum: à quibus deinde ad*

Augu-

Augustinianos Canonicos translatum, tandem ab his ad Cistercium pervenit, Lubet Domûs pervetustæ ac celebris iconismum è Balbin. cit. Div. Wart. Cap. 5. §. 4 huc transferre: Cœnobium Camencense, *ait ille*, non tempori, sed (ut illa sæcula ferebant) æternitati ædificatum fuit. Plenissima dignitatis ratione descriptum fuisse, ruinæ minæque murorum ingentes, incendio suo superstites, ostendunt. Fornices eleganti opere ambitum quadratum aperiunt latissime, unaque in parte, gratia singulari, columnis quam plurimis ambitus sustinetur. Sed templum admirationem meretur, idque longe ante Cistercienſium RR. PP. adventum stetit, quippe in sepulchris passim Canonici Regulares visuntur. Templum arcis refert figuram venientibus, imò, ut ajunt, arx vetusta Bohemorum conversa in templum est, totum ædificium ad defensionem comparatum.

Hæc Balbinus de Camencio.

Sed plura ex celeberrimo hoc Cœnobio nobis communicata sunt, de origine & fundatione Monasterii Camencienſis, quibus præcedentia magis declarantur. Sunt autem sequentia:

Circa annum milleſimum, nonageſimum quintum, Dux quidam Bohemiæ, nomine Bretislaus, filius Vratislai primi Regis Bohemiæ, facta excurſione bellica in Sileſiam, qua late potuit, ibidem est depopulatus. Ut autem, vertente belli fortunaque alea, tutum quoddam, quo sese reciperet, haberet refugium, ædificavit sibi castellum ad fluvium Nissam, impoſito illi nomine Camenz. Regressu dein in ſuam Bohemiam, cessit idem castellum præfatus Bretislaus, ſuo, ex ſorore, nepoti Boleslao. Successu vero temporis, felici metamorphoſi, castellum prænominatum transiit in Monaſterium, quod aliquamdiu à Canonicis Regularibus cœpit inhabitari, tandem vero (eo quod locus inſtituto Cistercienſium esset peraccommodus) urgente & cooperante Domino Thoma primo Epiſcopo Wratisl. & autoritate Pontificia, per pacificam compoſitionem, ordini obtigit Cistercienſi, circa annum milleſimum ducenteſimum quadrageſimum, ut inſtrumentis irrefragabilibus liquido constat. Et ſane, experta est nova hæc plantatio illico Rigatores munificentiſſimos, quos inter præcipui erant Henricus Barbatus, & Bolcko, Duces Sileſiæ, ac præfatus Thomas Epiſcopus Wratisl. qui Monaſterium hocce aut bonis aut annuis proventibus egregie dotarunt, & providerunt. Illuſtrius tamen his nobilitavit Cistercienſes Camencienſes Cœli Imperatrix, utpote, quæ eodem prope tempore, in ſolo Camencienſibus ſubjecto, in opidulo Wartenſi, ſedem ſuam voluit figere, ubi & circumjacentium Regionum vota ſuſciperet, & gratias, ad hæc usque tempora, diſpergeret. Et

hæc

hac de inceptione Monasterii Camencienſis. Nunc de Abbatibus ordine continuo ſibi ſuccedentibus.

Series Abbatum Camencienſium.

1. *Abbas, cum collegio fratrum, per Dominum Thomam, Epiſcop. Wratisl. vocatus eſt è Monaſterio Lubenſi, nomine* Ludovicus. *Is, in ipſo primo initio regiminis ſui, adeo valido impetitus eſt turbine, ut una cum fratribus ſuis potentia prævalenti coactus ſit cedere, ac eousque Camencio excedere, quousque ab altiori inſtantia imperaretur ventis, & ipſe reductus Camencium, frueretur optata tranquillitate. Rexit, vel hoc ſolo titulo, laudabiliter, quod pro incrementis Monaſterii totum ſeſe conſecraverit. In hujus tandem demortui locum ſucceſſit*
2. Bruno, *cujus alia non ſupereſt memoria, quam quod, poſt regimen non diu protractum, deceſſerit 3 Idus Decembris, anno non annotato.*
3. Guntherus. *De quo itidem nil conſtat, præterquam quod X Kalendas Maji pie obierit, anno incerto.*
4. Mauritius, *qui Monaſterio acquiſivit villam Walverami, prout patet ex Privilegio deſuper conceſſo Wladislai Ducis Sileſiæ, & Electi Salisburgenſis. Acquiſivit quoque idem Abbas pagum Laubniz, ut in eodem conſtat privilegio. Obiit 3 Idus Aprilis, anno incognito.*
5. Ludovicus 2dus *privilegium accepit ab Henrico Probo ſuper metalla cuncta, & mineralia in fundo Monaſterii reperibilia. Item ad ſuam, & Præpoſiti Wartenſis inſtantiam Henricus Dux Sileſiæ legavit alteram virgam agrorum Franckenbergenſium, ad Capellam Wartenſem. Ex quo inſimul liquet, Præpoſituram Wartenſem Monaſterio Camencenſi fuiſſe pene cœvam. Regnavit porro Abbas hic circa annum 1262. & deceſſit incerto nobis anno.*
6. Conradus *in vicem decedentis Ludovici ſucceſſit, qui præter pagum,* Pielz *dictum, accepit agros nonnullos alios, & finem regnandi ac vivendi fecit 8 Idus Aprilis Anno 1283.*
7. Lambertus *oblatam ſibi Abbatiam ſuscepit, ſed quamdiu eam tenuerit ignoratur.*
8. Reinbaldus, *ſucceſſor Lamberti, regnavit circa annum 1292, & obtento pago* Noſſen, *ad Münſterbergam, obtinuit inſuper à Wenceslao Duce Bohemiæ, Cracoviæ &c. dono munificentiſſimo, oppidum* Mittelwaldam, *cum omnibus pagis, & appertinentiis, ut conſtat ex inſtrumento ſolenniſſimo, dato Pragæ Anno 1294.*

9. Ot-

9. Otto *personam Prædecessoris sui induit, eamque per acquisitionem quorundam pagorum & prædiorum abunde signalisavit, dignissimus exinde, qui, finita hac mortali scena, ad amphitheatrum æterna felicitatis transiret.*

10. Godefridus *supplevit vices Ottonis circa annum 1307. Quo anno, vi Juris Patronatus in Ecclesiam Franckenbergensem, præsentavit Episcopo F. Christianum.*

11. Paulus, *post decessum Godefridi assumptus in Abbatem, tamdiu ad clavum laudabiliter sedit, quousque, succumbens mortis legibus, sese cogeretur ponere.*

12. Nicolaus *successit Paulo circa annum 1313, & comparato pago* Reichenau, *compositus est cum Patribus suis.*

13. Henricus, *pro Nicolao, tenuit gubernacula anno 1324. intempestiva tamen mors ea ipsi cito excussit.*

14. Conradus 2dus *acquisito pago Schlottendorff, & dono accepto* Dominio Guldensteinensi *cum 10 pagis optime meritus, transiit ad perenne præmium meritorum.*

15. Theodoricus *rexit Camencium circa annum 1334 tum quo regnare, vivereque cessante.*

16. Tylo *ad Abbatiam est evectus, quo circa annum 1341 resignante, sors cecidit supra.*

17. Sighardum, *qui ob vitæ, morumque integritatem, tanto apud Ducem provincialem fuit in respectu, ut idem Dux non fuerit dedignatus, eum passim suum compellare amantissimum Compatrem. Revendicavit, tempore sui regiminis in annos complures protracti, pagum* Dorndorff, *& pagum* Beitzen; *Acceptiq; confirmationem super donatione* Arcis Fuldensteinensis; *ac demum impletis omnibus muniis optimi & desideratissimi Abbatis, è laboribus transivit ad quietem nunquam inquietandam.*

18. Andreas de Nissa *optimi Prædecessoris judicatus est dignissimus successor, qui expletis diebus villicationis sue emigravit ad Dominum vineæ, redditurus eidem rationem.*

19. Petrus de Reichenbach *evectus est ad apicem Abbatiæ, circa annum 1376; in qua tamen quiescere non potuit, usque dum eveheretur è terrestri ad patriam talestem.*

20. Joannes de Wratislavia *viduam accepit Abbatiam, cui 33 annis amanter convixit, & interea ob indies crescentem populi accursum, Thauma-*

turgæ Wartenſi, novam exſtruxit Eccleſiam. Edidit præterea alia multa ſua prodigioſæ prope devotionis argumenta, & poſt patientiſſime toleratam Monaſterii incinerationem, cum damno incredibili, ab invaſoribus inopinatò cauſatam (in qua concrematus inſuper eſt F. Nicolaus) qualiter vixit, id eſt, ſobrie, pie & juſte, *taliter obiit. An. 1421 die 10 Martii.*

21. Nicolaus 2dus, *longioris fuit ſpei, quam vitæ; ſequenti enim mox anno, id eſt An. 1422, 8va Julii, è terra eſt abreptus.*

22. Nicolaus 3tius, *Prædeceſſoris præproperum diceſſum compenſaturus, ſolemnem obtinuit confirmationem omnium bonorum, jurium, & Privilegiorum, à Joanne Duce Sileſiæ; huic, anno 1426. 12 Kal. defuncto, ſuffectus eſt*

23. Chriſtophorus. *Qui usque adeo funeſtum habuit regimen, ut quemadmodum boves ægyptiacæ macilentæ boves pulchras & obeſas quondam viſæ ſunt devoraſſe; ita infelicia Chriſtophori noſtri tempora omnem Anteceſſorum ſuorum proſperitatem totaliter credantur abſorbuiſſe. Rabida ſiquidem Huſſitarum irruptio non modo bona quæque Monaſterii devaſtavit, ſed & ipſum monaſterium funditus incineravit, & in eodem in odium fidei catholicæ F. N. Kappitz Parochum in Beitzen, F. Joannem Camerarium Abbatis, F. Wenceslaum cuſtodem cum ſuo famulo, & F. Joannem Scheler crudeliſſime interfecerunt; F. Jacobum ſecum abductum, dein in carcere tyrannice interemerunt. Idem fatum experta eſt Eccleſia, & Præpoſitura Wartenſis, utpote, quam iidem Huſſitæ inopinato ſuccenderunt; & cum P. Præpoſito inter flammas jamjam extincto P. Jacobus Sacellanus unice doleret, miraculis celebrem ſtatuam perituram, animo ingenti, furentibus ſeſe ultro ingeſſit ignibus, præfatamq; arripuit ſtatuam, ſed fornice Eccleſiæ cadente illico eſt depreſſus, & in cineres redactus; brachio nihilominus (manifeſto cum miraculo) ſtatuam etiamnum tenente una cum eadem ſtatua, reperto prorſus illeſo. Abbas interea furori pauliſper cedens, mœrore confectus An. 1439 9 Kal. Octob. obiit, non ſine fama ſanctitatis. Monaſterium tanto ſuſcepto vulnere, per 7 omnino annos jacuit deſolatum omni ſpe reconvaleſcentiæ deſtitutum. Tandem curam ipſius habiturus*

24. Nicolaus 4tus *Abbas eſt nominatus, cui tamen aliud nil licuit facere, quam inter tot ærumnas ſpem ſuam in Deo collocare. Obiit 1443, 6 Kal. Decembris. Poſt quem in partem ſolicitudinis*

25. Jacobus I eſt *vocatus, qui poſt perpeſſas miſerias Anno 1447, 5 Octob. abiit ad Patrem totium conſolationis. Exinde*

Jo-

26. Joannes II. *ponderi invitus humeros ſubmiſit, quo nimium premente, placide ſuſcepit mortis alleviationem Anno 1451, pridie Kal. Junii.*

27. Nicolaus V, *factus Abbas, duobus annis regnavit, mortuus ſiquidem eſt Anno 1453, 6 Kal. Octobr.*

28. Johannes III. *honorem in ſe devolutum illibenter ſuſcepit, unde eundem cito ceſſit, & reſignavit.*

29. Nicolaus VI. *pro Joanne Abbas eſſe cœpit, & Anno 1461 eſſe deſiit, pridie Nonas Julii.*

30. Nicolaus VII *Reparationi Camencii ſolicite intentus obtinuit oppidum Reichſteinenſe; aliisque compluribus in emolumentum Monaſterii inſtructis, abiit ad manentem civitatem anno & die incognitis.*

31. Thomas, *deſignatus Succeſſor, omnem curam in Dei impendit ſervitium, unde & mature, anno nempe 1474, judicatus eſt maturus, qui reciperet præmium, quod Deus præparavit ſervientibus ſibi.*

32. Eraſmus, *poſitus ſupra candelabrum, inter continuos etiamnum depradationum, depopulationum, & incinerationum turbines, poſt quinquennalem lucem, exſtinctus eſt. Hujus tempore, ad eandem neceſſitatem devenit monaſterium, ut pauculas adhuc œconomias, quæ è cæteris adhuc remanſerant, penitus abalienare ſit coactum. Obiit anno 1479.*

33. Jacobus II. *Huic tandem poſt diuturna nubila aliquantisper viſus eſt illuceſcere Phœbus; Fuitque tanta apud Duces Münſterbergicos in æſtimatione, ut eidem, & ſucceſſoribus ſuis, inſulam ultronee impetrarint. Obiit poſt 26 annorum regimen, abiitque ad regna permanſura, anno 1506.*

34. Simon I. *electus eodem anno, die 23 Februarii, optimum ſeſe exhibuit, & œconomum, & Religioſum, ſeu per exemplariſſimam ſuam vitam, ſeu per inſtructam, & quantum licuit, bene inſtitutam œconomiam. Majores ab eodem expectationes invida præcluſit mors, anno 1521.*

35. Nicolaus VIII. *ſpem de melioribus temporibus in ipſo initio regiminis ſui totaliter evertit, quando & prædium micro-Noßnenſe cum molendino divendidit, & monaſterium ipſum, per improviſum incendium ex integro (idque jam tertio) conſpexit exuri. Diceſſit anno 1529.*

36. Georgius de Brixia, *electus in Abbatem, ut exuſtum monaſterium reædificaret, coactus eſt prædium Banenſe, & celebrem Sculteſiam Henrichswaldenſem abalienare; Imo ipſam pretioſam Monſtrantiam cum nonnullis calicibus pro pecunia commutare. Tanta eo tempore in Camencio*

fuit miseria, & egestas! obiit alioquin meritissimus hic Abbas anno 1557, die 16 Novembris.

37. Simon II. *Prædecessoris sui secuturus vestigia, inceptam reædificationem monasterii perduxit ad perfectionem, aliisq; præclarè gestis, terram deseruit, ut cœlum caperet anno 1572, 5ta Decembris.*

38. Antonius, *Equest. ord. à* Wellenberk. *Hujus tempore invaluit, prout alibi, ita etiam in universa prope Silesia, hæresis Lutheranæ, ad quam, dum præter Laicos multi etiam deficerent è statu Ecclesiastico, & Religioso, in Camencio nullus unquam similem apostasiam vel somniare quidem est animadversus: Vixit de cætero Antonius noster in optima harmonia cum Statibus Ducatûs Münsterbergensis, & comparato pago* Alt-Altmansdorff/ *cessavit vivere anno 1596, die 18 Septembris.*

39. Matthæus *reperiit œconomiam ab Antonio in optima forma relictam, primam suam curam impendit restituendo decori domus Dei, per ultimum incendium ablato, quocirca novum altare, majus organum, Tabernaculum & alia instituit. Jura monasterii egregie est tuitus, juri tamen moriendi debuit succumbere anno 1606, 29 Julii.*

40. Joannes II *jacturam Matthæi supplevit; Tantusque fuit amator litterarum, ut nullum unquam conspexerit studiosolum, quem non munifice munerasset. Ne vivens mortis oblivisceretur, fecit sibi ipsi tempestive Epitaphium; unde prævisa mortis jacula cum non multum poterant concutere, excepit proinde lubens universalis decreti sententiam anno 1616, die 14 Octobris.*

41. Fabianus, *meritis maturior, quam annis, electus in Abbatem post Joannem, amores & favores Serenissimi Archiducis Caroli, Episcopi Wratisl. tam amanter attraxit, ut idem Archidux frequentius dignatus sit Camencium in persona invisere. Tribus tantum, quatuorve annis quieto fruitus est tempore; Sequentes vero annos inquietavit Bohemica perturbatio, quà monasterium adeo reddidit exhaustum, ut ipse Abbas sit coactus inde emigrare, & in montanis delitescere. Finem hujus miseriæ non prius habuit, quam vitæ, anno videlicet 1625. die 18 Martii.*

42. Christophorus, *post Fabianum, nomen suscepit Abbatis, & præter nomen, vix aliud quippiam; præterquam enim, quod Bellonæ faces faciem Camencii plus nimium deformassent, successit malis hisce 1633 depopulabunda contagio, quæ Professos Camencienses omnes, ad quatuor usque, absumpsit. Quæ indigentia & paupertas Christophorum tunc presserit, ex hoc uno, velut ex ungve, liquet, quod 5 neo-susceptos, &*

pro

pro ordinibus accipiendis directos, non valuerit competenti providere viatico. Ultimo plane exulare coactus, Glacium ſeſe contulit; ubi non multo poſt, curis & aerumnis conſumptus, religioſiſſime obiit Ao. 1641, 29 Martii.

43. Simon 3tius, *Profeſſus Lubenſis, & Prapoſitus in Seitſch. Hic ille eſt Simon, qui poſt 6 annorum perpeſſum exilium, redditus Camencio, eidem Monaſterio, jamjam extremum trahenti ſpiritum, novum inſufflavit halitum, quo ſucceſſive reſpiraret, vitamque diutius protraheret. Hic ille eſt Simon, qui ſua affabilitate, agendique realitate, maximos quosque in ſui traxit amorem & venerationem. Hic demum ille eſt Simon, quem ipſe Caſar ſuum conſtituit Procæpitaneum in gubernando Ducatu, tunc Cæſareo, Münſterbergenſi. Quantumcunque vero per hæc ſibi comparaverit nomen, indiſcreta tamen Libitina falx unico demeſſuit ictu, An. 1661, 24 Novemb.*

44. Caſparus. *Ex hoc ſolo memorabilis, quod alteram medietatem pagi* Baumgarten (*qua hucusque alios habuit Dominos*) *Monaſterio comparaverit; ad plura reddidit eum apoplexia inhabilem. Obiit An. 1666 die 18 Auguſti.*

45. Fridericus *illico, à Prædeceſſore ſuo, interruptam hoſpitalitatem reſtituit, & per eandem quoscunque adventantes ſibi reddidit obligatiſſimos. Ut oſtenderet, quod magis ambiret amari, quam timeri, talem ſemper fratribus ſuis ſeſe exhibuit, ut eum non tam Dominum, quam Patrem ſuum amantiſſimum potuerint venerari. Pro majori ejuscemodi prædicati conteſtatione, poſtpoſita ſua propria perſona, extruxit Fratribus amplum & percommodum conventum; ac tandem iis omnibus ſuperabundanter expletis, quæ ab eo potuiſſent deſiderari, cum lachrymis ſuorum filiorum, è valle lachrymarum abiit ad gaudium Domini ſui An. 1681. die 3 Decembris.*

46 Auguſtinus *lachrymas Fratrum ex obitu Prædeceſſoris ſui abſterſurus, id potiſſimum habuit in votis, ut omnes ſui labores & actiones in emolumentum cederent Monaſterii. Realem hujus propoſiti effectum demonſtrant aut reparata, aut funditus extructa prædia, molendina, braxatoria, piſcinæ, horti, pleraque cætera ædificia, quæ uſui monaſtico ſeu œconomico ſunt accommodata. Teneritudinem filialis ſui amoris erga Matrem virginem, ſatis ſuperque conteſtatus eſt in faſtigioſa Eccleſia Wartenſi, à ſe funditus extructa. Neque in hoc fervor ejus potuit quieſcere; incepit inſuper renovationem Eccleſiæ Monaſterii, quam per ingen-*

tes expensas, cum solatio, vidit jamjam perfectam. Auxit Religiosos suos ad eum usque numerum, ad quem ab aliquot saculis non pervenerunt. Redemit, cum incremento non mediocri monasterii, quondam abalienatum praedium micro-Nossnerse, idque in meliorem formam & pro religiosa fratrum recreatione adaptavit. Et cum ultra progredi meditaretur, repente gressum inhibuit Anno 1702, die 15 Octobris. Hunc suffragiis Fratrum est secutus

47. Gerardus, *Vir excellenti doctrina & virtutibus ad gubernandum requisitis excellens, cui felix regimen, & annos ad votum transigendos quam plurimos animitus exoptamus.*

Quid tempore Hussitarum passum fuerit Camencium, ex Crugerii sacris Pulveribus audiamus:

Anno Dn. 1427, inquit ille, d. 6 Maji Hussitæ moventes Nissam vel certe reduces, (sunt quippe pro utraque sententia autores) Camencienſe Monasterium in Silesia, ultra Glacium tribus propè milliaribus situm, ordinis Cistercienſis, vi irrumpunt, evastatoque eodem, flammas etiam templo injiciunt. Arsit nobilissima Basilica superne, deustaque est solo tecto: intrinsecus notabilem jacturam non accepit, utpote è lateribus ita firmis exstructa, ut duricie silices æmulentur. Cujus mei effati hodieque testis supereſt vastus fornix, unaque altissimus: quo uno templum passus CIII longum, XXX latum contegitur magnificentissime. Nam si singulare quid passa fuisset Basilica, in muris ac fornice id sensisset: quod maleficium multo tempore exinaniti fortunis Religiosi, neutiquam tam splendido opere, quod nunc supereſt, emendassent. Vetus traditio etiamnum durat in Cœnobio, id temporis extreme calamitoso, Cistercienſem Religiosum ab Hussitis ex media templi testudine dejectum cervicibus fractis martyrium in infimo pavimento consummasse. Hoc certum est è MS. Camencienſibus quinque, quorum nomina in Wartenſi historia fol. 76 exprimuntur, partem potiorem sacerdotes, crudelissime à Barbaris Thaboritis ex odio fidei fuisse occisos. Illud autem maleficium iterato in muros licet innoxios repetiverunt. Henrichovienſe ad duo milliaria inde distans, septies tantum ferro flammaque, ut penitus aboleretur, evastaverunt, quoties illac iter scilicet habuerunt.

§. 179.

§. 179.

GRISSOVIUM.

Griſſovienſe à Boleslao Suidnicenſium Duce erectum dotatumque.

De eo ita Auctor Ciſtercii bis tertii : *Griſſovium filia Henrichovii fundatur apud Sileſios Anno Dominus 1292 ab illuſtri Principe Bolcone ſeu Boleslao, Duce Suidnicenſi & Domino de Furſtenberg. Quod ſi altius Griſſovii initia repetamus, pertinuit locus ille prius ad Benedictinos, ex Opatovicenſi Bohemiæ Cœnobio per Henricum Pium Sileſiæ Ducem, Divæ Hedwigis filium, eo evocatos, qui aliquanto tempore ibidem ſubſiſtentes, eundem rurſus Bolconi ſeu Boleslao Suidnicenſium & Jaurovienſium Duci, Boleslai Calvi filio, Henrici Pii nepoti pacto precio vendiderunt Anno 1289 adjecta à Benedictinis & acceptata à Duce conditione, ut quandoquidem jam nuper Henrici Ducis & Annæ Conjugis ejus voluntate ſolitudo illa* Griſſowe *ſeu* Griſſobov *nuncupata, divino ſemel cultui eſſet deſtinata, nequaquam deinceps in alios profanos uſus diſtraheretur. Extat hodiedum Ceſſionis ejusmodi Inſtrumentum. Anno igitur poſt reſignationem Benedictinorum tertio, qui fuit Chriſti 1292, prædictus Bolco Dux, advocatis ex Henrichovio Ciſterciis Coloniis, pro iis Cœnobium Griſſovienſe erexit. Acceſſit etiam loco nomen aliud, nempe* Gratia S. Mariæ, *ex eo potiſſimum, uti in Notitiis à R. P. Innocentio Fritſchl, Griſſovii Profeſſo, & nuper inclytæ legionis Sapiehanæ Capellano, mihi communicatis edoceor, quod De paræ virginis icon olim ſub Joanne XXII Pontifice, Riminio ex Italia, noctu huc prodigioſe perlata, portentis & gratiis deinceps coruſcaverit : quamvis jam paullo ante, uti ex computu temporum liquet, fundationis litteris Princeps fundator idem ipſum vocabulum inſeruerit : ſcilicet nominis impoſiti rationem in Domo ſibi dicata impletura* Gratioſa *parens attulit* Gratiarum *argumentum in icone illa ſua Thaumaturga, quæ hodiedum Griſſovium illuſtrat. Hæc de notione nominis. Nunc ex parte perluſtrandum fundationis diploma. Itaque fundator :* Nos Bolko, Dei gratia Dux Sileſiæ, veſtigia Prædeceſſorum noſtrorum, per pietatis opera recto tramite ſequi cupientes, ſimulque ad cultum divini ſervitii noſtris etiam temporibus in Eccleſia propagandum : His litteris ad notitiam tam poſterorum quam hodiernorum pervenire volumus, quod ad honorem principaliter omnipotentis Dei, ſuæque glorioſæ Matris, Beatiſſimæ Virginis Mariæ, in remedium animarum, noſtræ, ac dilectæ conjugis noſtræ, Dominæ Beatricis, ſed

&

& Progenitorum noſtrorum, Cœnobium Religioſorum virorum in *loco*, qui Griſſowe dicitur, de novo inſtaurantes, eidem loco florem, *imo fructum* honoris & honeſtatis, diſciplinæ & religioſitatis decrevimus inſerere, Ordinem, inquam, Ciſtercienſem, quem certe ob eximiæ puritatis ſeu charitatis cuſtodiam, morumque ac virtutum, quibus præfulget, inſignia, ſpeciali ſemper coluimus & colimus affectu, ejusdem noſtræ plantationis filiationem Domui Fratrum de Henrichowe attribuentes, eo quod ipſius domus venerandæ perſonæ ex præclara utique & generoſa dicti Ordinis propagatione ortum naſcantur ducere generoſum. *Et poſt pauca:* Judicium omne in cauſis tam majoribus quam minoribus his præmiſſis, de noſtra ſpeciali addentes gratia, judicio ſangvinis eis conceſſo ab hoc & nomine tenus expreſſo. *Et infra:* Tanta ſiquidem noſtra generoſitate ac liberalitate ideo jam dictum Clauſtrum perfecte potiri volumus, quatenus ipſi dilecti nobis Fratres, ibidem in ſui ordinis rigore ac vigore perſiſtentes, tanto ad cœleſtia meditanda liberiorem habeant animum, quo à terrenis tumultibus, à negotiis & curis ſegregatum ſæcularibus, multorum id ipſum ſaluti provenire ſperantes, ad noſtri etiam meriti continuum incrementum. *Confirmavit deinceps eandem Griſſovii fundationem autoritate Apoſtolica Joannes XXII. anno 1318. Bulla qua incipit:* Religioſam vitam, *& de dato Avenione X Kalend. Junii, Pontificatus ſui anno ſecundo.*

Senſit etiam quam maxime hæc Domus Huſſum & Lutherum miſeranda clade ſibi infeſtos: verum præſentiſſimo cœlitum adjutorio ſervata inter tot turbines intra Ciſtercium. Florem cœnobio huic præſente noſtra ætate quamplurimum tum reſtituittum, adauxit Reverendiſſimus DD. BERNARDUS ROSA ABBAS, florida ſua pietate celeber undique, qui Numini, qui Deiparæ, Divoque Salvatoris Nutricio Joſephō mira animi teneritudine devotiſſimus, in eorundem flagrantiſſimū cultum & ſuos accendit indigenas Sileſios atque etiam vicinos Bohemos. Joſephina præcipue ſodalitas ſub Roſei Præſulis induſtria, honori ſanctiſſimi Chriſti in terris Nutricii ampliſſime excrevit. Commendant porro Griſſovium pietas Lauretana & via Crucis, vel heterodoxis venerabilis. Coluntur etiam hoc loco inſignia fragmenta de ſocietate Divæ Urſulæ. Præter ſodalitium Joſephinum Griſſovii pariter florent primo quidem Scapularis Carmelitani Mariana Religio, ac ſecundo S. Michaëlis Archangeli Congregatio, quæ poſterior nuper à Sereniſſimo Electore Colonienſi primitus inſtituta, deinceps per viam participii piiſſima amulatione huc perlata eſt. Habent deinde Divi XIV Auxiliatores in

Ullers-

Ullersdorff, Grissovienſium pago, cultum celeberrimum, qui per frequentia prodigia in dies amplius inclareſcit. Par devotio (quod quidem ob materiæ ſimilitudinem incidenter hic noto) erga eosdem ſanctos viget in Langheimenſis noſtri Monaſterii ditione apud Francones, ubi noſtrorum ductu ac adminiſtratione Divorum auxiliatorum ſacellam à Nicolao V Pontifice maximo indulgentiis donatum, magno fidelium ardore frequentatur. Hodie Griſſovio digniſſime præſidet Reverendiſſimus DD. Dominicus, nuper è domeſtica Scholarum cathedra aſſumtus ad Abbatialia gubernacula, cui portentoſam illam Divi Dominici Patriarchæ faculam per calida vota mea in omen accendo, qua Ciſtercium, qua Griſſovium diu ac feliciter illuſtret.

Series DD. Abbatum.

1. Abbas introductus ex Henrichovio fuit *Theodoricus*. Præfuit annis 6.
2. Henricus 1 præfuit annis 5.
3. Nicolaus 1 præfuit annis 7, reſignavit.
4. Henricus 2 præfuit annis 22. auxit Monaſterium multis reditibus. Impetravit confirmationem totius fundationis à Joanne 22 Pont. Tempore ipſius 1326 obiit Bernardus Dux Svidnicenſis Bolckonis filius.
5. *Nicolaus 2* præfuit annis 20. Emit cum Conrado de Czirn oppidum Schömberg, cui 6 pagi adnumerati ſunt, pro 280 marcis. Ad hujusmodi emptionem contulit Dominus Abbas 100, Dominus Conradus 180 Marcas groſſorum Pragenſium, ea conditione, ut cum uxore ad dies vitæ ea bona poſſideret. Ao. 1346 cum Religioſi in Aſcenſione Domini matutinas decantarent, omnes fulmine proſtrati, ſolus Joannes Celleratius occiſus eſt.
6. *Helvicus* præfuit annis 5.
8. *Henricus* 3 præfuit annis 3.
7. *Nicolaus* 3 præfuit annis 14. Ao. 1367 mortuus eſt Boleslaus ultimus Dux Svidnicenſis, Bernardi filius, qui non ſolum fundationes Patris & Avi confirmavit, ſed etiam auxit.
9. *Henricus* 4 de Probisthain, præfuit annis 9, emit Wittgendorff ab equite Joanne de Seidlitzen 1376.
10. *Joannes 1 Baumſchabe*, præfuit annis 4. reſignavit.
11. *Petrus Appenrode* præfuit annis 8
12. *Nicolaus* 4 de Lignitz præfuit annis 4.
13. *Henricus* 5 præfuit annis 5.
14. *Nicolaus* 5 præfuit annis 28 emit ab equite Joanne de Ronau, medium

bonum Würben. Sub ipſo Dominus de Gotſcheſchaff Præpoſitura Thermenſem fundavit pro Præpoſito, & quatuor Religioſis ex *Monaſterio* Griſſovienſi deſumendis. Ao. 1426 Monaſterium ab Huſſitis devaſtatum, & 30 Sacerdotes, 18 Diaconi, 6 Subdiaconi, 6 Clerici, 7 Converſi, 3 Novitii Martyrio affecti ſunt, Abbate ſolo ſuperſtite, qui tunc ſecuritatis gratia Svidnicii degebat, & ibidem mortuus apud PP. Conventuales ſepulturæ locum obtinuit.

Sacerdotes.

Benedictus, Leonhardus, Wenceslaus, Edmundus, Guntherus, Maurus, Wolffgangus, Sebaldus, Amandus, Abundus, Adalbertus, Ottmarus, Procopius, Malachias, Florianus, Gutbertus, Kilianus, Ægidius, Cunradus, Wunibaldus, Theodorus, Columbanus, Alanus, Stanislaus, Erhardus, Wigandus, Udalricus, Vedaſtus, Hilarius, Eligius.

Diaconi.

Antonius, Rochus, Caſimirus, Michaël, Joannes, Petrus, Sigismundus, Joſephus, Paulus, Dominicus, Hieronymus, Adrianus.

Subdiaconi.

Lucas, Joannes, Stephanus, Valentinus, Bartholomæus, Andreas, Ildephonſus.

Novitii.

Philippus, Eraſmus, Bonifacius.

Converſi.

Maximilianus, Didacus, Paulinus, Euſtachius, Timotheus, Ambroſius, Vincentius. Univerſim numero ſeptuaginta & unus. Ex quo patet, quam tunc floruerit Monaſterium, cum tot alere potuerit Religioſos.

15. *Michaël* 1 præfuit annis 5. Ejus tempore Huſſitæ de caſtris & *latibulis* ſuis, quæ in Sileſia occupaverant, omnia ferro igneque circa *circum* devaſtantes, ejecti & miſere trucidati ſunt.

16. *Joannes* 2 præfuit annis 10, & emit alteram partem Würben, à Nicolao Auſten de Ebersdorff pro 100 Marcis. Ejus tempore tanta fuit annonæ caritas, quod pauperiores coacti fuerint, gramina & radices in cibum ſuum convertere.

17. *Michaël* 2 præfuit annis 16. Impetravit à Rege Ungariæ & Boëmiæ Vladislao confirmationem Privilegiorum.

18. *Nicolaus* 6 de Liba u præfuit annis.

19 *Joannes* 3 præfuit annis 16.

20. *Thomas* præfuit annis 16.

21. *Fran-*

21. *Franciſcus Bithner* præfuit annis 11. Hujus tempore inſanire cœpit Lutherus, unde plurima per fas nefasque tam in fundis, quam in aliis reditibus *à Monaſterio* abalienata ſunt.
22. *Michaël* 3 præfuit annis 9.
23. *Joannes* 4 præfuit anno 1, menſibus 7, diebus 23.
24. *Joannes* 5 præfuit annis 10. Huic Franciſcus Sfondratus S. R. E. Cardinalis Presbyt. tit. SS. Nerei & Achillei, Sedis Apoſtolicæ Legatus de latere ad invictiſſimum Rom. Imp. Carolum V. & univerſam Germaniam, Autoritate Apoſtolica contulit poteſtatem Divina Officia celebrandi & exercendi ſub infula & cum baculo Paſtorali. Quemadmodum & Succeſſoribus ejus.
25. *Benedictus Bartſch* præfuit annis 2.
26. *Antonius Neukirch* præfuit menſibus 20 & 8 diebus.
27. *Joannes* 6 *Tharlan* præfuit annis 9. Anno 1567 multa pecora & homines aquis periere per Sileſiam. Quod ſimiliter factum eſt poſtea anno 1702.
28. *Caſparus Hauſer*, Vratislavienſis, præfuit annis 3.
29. *Chriſtophorus Scholtz*, Bleſenſis, præfuit annis 3.
30. *Nicolaus* 7 præfuit annis 2. Submerſus Svidnicii (neſcitur quo caſu) in puteo.
31. *Caſparus* 2 *Ebertus* præfuit annis 33. Redemit Præpoſituram Thermenſem oppignoratam.
32. *Georgius Henning* præfuit anno 1 & 5 menſibus.
33. *Tobias Haller* præfuit annis 4, menſibus 3.
34. *Martinus Clavai* præfuit annis 2 vel 3. Interfectus à Subditis Schömbergenſibus tunc temporis, cum Boëmi Ferdinando Imperatori rebellabant.
35. *Georgius* 2 *Henning* præfuit annis nondum duobus, qui ei ob irruentes Coſacos fuere calamitoſiſſimi.
36. *Adamus Wolffgangus* reſignavit, obiitque in Boemia Oſſeci anno 1633. 25 Febr.
37. *Valentinus Rüling*. Humili quidem, hunc virum in paucis egregium, in Haſſia loco conſtituerat naſcendi conditio: at virtus, probitas, rerumque gerendarum peritia, brevi pro meritis ad altiora evexit. Vix enim fundamenta Monaſtices poſuiſſe viſus, utpote nondum in Profeſſione Religioſa ſeptennis, jam poſt Prioratûs, aliorumque Officiorum adminiſtrationem, velut lucerna ſuper candelabrum Abbatialis dignitatis conſpicuus, mire luxit omnibus, qui in *Domo GRATIÆ* mo-

rabantur. Ingenio, prudentiæ, & integritati conjunctos in eo deprehendere erat insignes literaturæ radios, quibus doctiorum *oculos* perstringebat. Præter opusculum illud, cujus D. Carolus *Visch* Prior Dunensis in sua bibliotheca de scriptoribus Ord. Cist. cum laude meminit, concinnavit etiam alia, omnium oculis digna, quod tamen humilitas ipsius, ea imprimi nolens, publicæ luci invidit. Morum compositione, agendique modestia adeo exacta enituit, ut curiosiori etiam oculo vix hilus reprehensione dignus occurreret; quibus virtutibus singularem addidit gratiam vultus serena Majestas. In victu adeo se sibi temperantem, vel potius severum exhibuit, ut ubivis, licet Magnatum mensis conviva assideret, nihilominus non nisi solitam è parvo stanneo poculo sumeret vini portionem, quæ ultimam partem quartæ Silesiticæ non excedebat. Cordi fortassis illi fuit tritum: *non est in pota vera salute salus*, aut Timothei Episcopi mensuram, (id est *modico vino utere)* à D. Paulo præscriptam, usurpare voluit, cum vino penitus supersedere ei non liceret, ob stomachi aliasque infirmitates. Vestitus rationem eam gessit, ut exclusa vanitate & fastu, decor omnis consisteret in munditie & decentia. Genuinus hac in parte Bernardi Patris æmulator filius, de quo Officium Ecclesiæ: *prima virtus viri sancti, habitus corporis sui, quod ita composite & uno semper modo agebat, ut nil appareret in eo, quod posset offendere intuentes.* Noct. I. Resp. 1. Famulitium totum in unico compendiavit puero, & eo quidem, qualis inter rusticanos haberi poterat, satis inculto. Corpus ei penitus exhaustum, tum à jejuniis & vigiliis, tum à lectione & scriptione, tum à ponderosis negotiis, curis, & solicitudinibus. In œconomicis quis studium ejus non miretur? vix pacificum, ob continuos Martis furores, habuit in regimine diem, & tamen tot exsolvit debita, *ut difficulter credi posset*, nisi syngraphæ post eum inventæ *fidem adstruerent.* Bibliothecam valde tenuem auxit, deinde autem penitus exustam de novo instauravit & selectis libris locupletavit. Religiosos filios amore, benignitate & suavitate sic sibi devinxerat, ut plerique solo nutu ducerentur quocunque vellet. Præfuit & profuit annis 21, mens. 8, diebus 10.

38. *Andreas Michaëlis.* Vocante Patrefamilias D. Valentinum utpote bonum operarium, quatenus ei denarium æternæ beatitudinis (sperare sic licet) ex conventione facta debitum redderet, sicut scriptum est: *qui bene ministraverit, bonum gradum acquiret*, loco ipsius introiit D. Andreas

dreas Michaelis per 18 annos Præpositus Thermensis, & tempore multo simul Commissarius militaris, quo in munere sic sæcularia Regularibus, sic Regularia Sæcularibus attemperare sategit, ut utrisque cum laude satisfaceret. Abbas, seu operarius in vinea Domini constitutus, primas manus adjecit ædificiis necessariis, quorum alia ex fundo erexit, alia jam erecta, sed ruinæ obnoxia, consolidavit. Subditos magno numero auxit, varias Monasterio amissas jurisdictiones recuperavit. Pagum desertum Eckersdorff prope Wirben, sicut & Sculretiam Reichnovienſem eidem adjecit. Obligationes, ad non pauca debitorum millia, dexteritate agendi magis, quam ære cassavit. Religiosos sicut numero multiplicavit, ita & scientiis Philosophicis ac theologicis inprimis autem pietate & virtute institui fecit, ita ut haud joculari possent: *nos numeros sumus, & fruges consumere nati.* Fuit vir corporis forma valde proportionatus & gratiosus, altus & obesus, moribus cultissimus, rerum politicarum admodum peritus, ad Imperatorem, Ordinis Generalem, & Nuncium Apostolicum legatione functus. Prudentia, oris facundia, vultus Majestas, non minimam ei apud Magnates conciliavere gratiam, apud cæteros respectum & autoritatem. Præfuit annis 6 & supra.

39. *Bernardus Rosa.* Produxit hunc florem Henrichovienſe Monasterium, ubi etiam Prioratûs officio functus est. Oportuit autem eum in montana transferri, ut ex alto longinquius virtutum suarum diffunderet odorem. Prædixerat ei hanc sublimitatem jam ante decennium, tunc videlicet, cum sacrum Ordinem ingredi meditaretur, D. Machius Decanus Glogovienſis à vitæ sanctitate nominatissimus. Pietas in deum seraphica, humilitas in seipsum profunda, mansuetudo in proximum paterna, patientia in adversis adamantina, liberalitas erga pauperes vix non prodiga, rigor in corpus proprium immitis, dexteritas in agendis negotiis, liberalitas in erigendis sacris ædibus, magnanimitas in gravioribus morbis admiranda, non tam Rosam, quam Paradisum omnigenarum virtutum floribus consitum probavere. Præfuit annis 35, mensibus 4. Defuncto, pro veteri viri amicitia, Joannes L. B. de Talmberg, Episcopus Regino-Rhadecenſis, tale fecit epitaphium:

eMarCVIt
ILos GrIssoVIensIs;
obIIt Abbas & Pater noster

BernarDVs Roſa
Roſa ſine ſpina:
TV qVI tranſIs VIator
ora pro eo.

Inſculpendum hoc erat lapidi ſepulchrali: at quia Bernardus alium ſepulchri locum habere noluit, quam cryptam filiis ſuis communem, intentioni ipſius ſatisfieri nequit. Addere lubet hoc loco Teſtamentum ſeu ultimam voluntatem beati hujus Viri, quam Fratribus ſuis ſcripto reliquit, fine animi teneritudine vix legendam.

JESUS MARIA JOSEPH.

Ad futuram rei Memoriam.

Filiis Orphanis benedictionem noviſſimam & ſupremum vale.

Frater Bernardus heri Abbas & Dominus, cras pulvis & cinis, frequenti memoria annos æternos in mente revolvens, antequam vadam in terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, chariſſimis filiis in viſceribus JEſu Chriſti adamatis verbum noviſſimum in ſempiternam memoriam relinquere decrevi. Congregamini proinde, ut annuntiem, quid in diebus noviſſimis ſuſpiret extrema mea voluntas: congregamini & audite filii Jacob, audite Iſrael Patrem veſtrum.

Igitur in nomine Domini, ſub Patrocinio JESU, MARIÆ, JOSEPH, ſanctorum quoque Benedicti & Bernardi, & omnium Cælitum invocatione.

1. Animam meam cum gratiis ſingulis tota vita conceſſis, tanquam fidei depoſitum, in manus Redemptoris, unde accepi, pleniſſime reconſigno: ſi qua tamen adhæſit humanæ fragilitatis contagio, filialibus ſuffragiis etiam ſupererogatoriis, prout à ſingulis expecto, ſuccurrere non gravabuntur.

2. Exanime corpus, cui ſepultum nequaquam fodient monumentum, neque in lapide ſepulchrali ſculpent Epitaphium, ſimplici apud fratres in Crypta communi commendo ſepultura, ubi ſub Altari cum iisdem requieſcat adhuc tempus modicum, donec compleatur numerus fratrum, & Dies Domini magnus adeſſe feſtinet.

3. Vobis Filiis, quibus ad vitam æternam gradiendi amor incumbit, viam per tria in compendio demonſtratam relinquo. Primas ſibi ſemper in vobis vendicat indicata in proprio contemptu profundiſſima in vita & moribus Humilitas, *ſine qua Cœlum, quod vim patitur, non expugnatur. Huic ſocianda abſque partialitatibus invariabilis erga quemque fraterna*

Charitas;

Charitas; *ac demum meminiſſe convenit, quod lapis fundamentalis ædificii Religioſi ſit promptus ſemper & ubique ac omnibus cum hilaritate* Obedientia. *Facientibus hæc Regna patebunt æterna.*

4. *Interea Filii Chariſſimi deprecanti in noviſſimo ſpiritu ſuo Patri date veniam, quod omnia bona & ſancta factis amplius quam verbis idemtidem non oſtenderim, & iratum Judicem facite mihi placabilem; meum certe defectum ſupplebit is, in quo clamabitis poſthac,* Abba Pater: *Cujus doctrinæ fermentum Divinæ Juſtitiæ in diſcipulorum mentibus conſpergatur, omniaque quæ diſcipulis docuerit eſſe contraria, in ſuis actibus indicet non agenda.*

5. *Eligentium autem ſpiritus ſancti gratia illuminet ✠ ſenſus & corda, & ſecundum timorem DEI, ſaniori conſilio in uno ſpiritu, quod ſemper optavi, pacis ac unitatis amatrix & concors Congregatio, vitæ merito & ſapientiæ Doctrina præmunitum in Domino eligat; Ego vero calculo meo Abbatem vobis per omnia meliorem me precor.*

6. *Succeſſori, qui vocabitur à Domino tanquam Aaron, benedictionem Jacob ſuppliciter exoro: det tibi DEUS per felices annos Regiminis benedictionem de rore Cæli, de pinguedine terræ abundantiam, & ſit in Domo Domini odor filii mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: cumque cœperit te, fili mi! multiplicare DEUS, tria ſint tibi alta mente repoſita. Primum eſt vox Tobiæ morientis: de ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli avertere faciem ab ullo paupere; ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini: quomodo poteris, ita eſto miſericors tam erga pauperes ſubditos & domeſticos fidei, quam etiam & præcipue erga pauperes Chriſti, quorum nomine Religioſas familias mendicantium recommendatas volui, & ſic cum fructu etiam experiri licebit: date & dabitur vobis.*

Deinde pro honore ſuo & veneratione continuanda tutelaris in Griſſau zelat quoque Divus JOSEPH, memor eſto Congregationis, quam Dominus per me ſervum ſuum poſuit ab initio ad innumerabilium animarum tot annis comprobatam ſalutem; à quo enim iſte JOSEPH inductus eſt in Griſſovium (audeo confidenter dicere & recolunt, ſi volunt ſinguli) fuit Dominus cum Domo noſtra, & erat vero in multis proſpere agens; quia invenit JOSEPH gratiam nobis clientibus ſuis coram Domino, & miniſtrabat deſuper de cæleſti theſauro benedictionis ſuprema abundantiam non ſolum nobis, ſed & quotquot ſub ſuæ protectionis confugerunt præſidium. Et ſi honor Divi Nutritii & Gloria ſub novo Promotore ampliora ſumpſerit incrementa, atque qua noſtra ſtabilivit Charitas, hæc & his plura inviolabili devotione ſucceſſor

ceſſor foverit, ne dubites, quin & hunc benedicet Dominus Domui iſti &, multiplicabit ſpirituali aque ac temporali augmento cunctam ejus ſubſtantiam.

In tertio quod cupio grata ſucceſſioni recommendatum agrotanti Ezechiæ aſſimilor, & prophetica quaſi vox ad me: Ecce filii tui, viri iſti, qui venerunt ad te de terra Babylonis, de mundo ut ſequerentur Chriſtum & hunc crucifixum, quid viderunt diebus peregrinationis tuæ in Domo tua? cui ego: omnia quæcunque ſunt in Domo mea viderunt, nihil eſt, quod non monſtraverim eis, in cunctis theſauris meis: ſed qui ſunt hi theſauri? non aurum & argentum; novi enim quis dixerit: Quærite primum Regnum DEI, & hæc omnia adjicientur vobis. Quæ tamen ſuper divitias multas in intimo proſecutus ſum affectu, hæc extrinſeca etiam in ſtructura palam feci omnibus, videlicet in ſuas diviſas ſtationes patientis Redemptoris veſtigia, & ſicut labore multo, ſic cum fructu quoque non modico, erectam S. Crucis viam; hanc indefectibili Succeſſoris zelo propter bonum piarum animarum plus auro conſervandam reconſigno. Non venient ſperaverim dies ut auferantur, quæ ſunt in Domo hæc relicta Pietatis ſigna, quæ condiderunt Patres tui usque in hanc diem mortis meæ alioquin fortaſſis, & ipſe DEUS ſuæ benedictionis hinc auferet largitatem.

De terrena Subſtantia quod reſiduum relinquam, vix invenio, contentus cum Sapiente: Divitias & paupertatem ne dederis mihi; ſed tantum victui noſtro tribue neceſſaria: erit tamen benedictio Altiſſimi ſperantibus in ſe plus quam theſauri multi, vel lapides pretioſi. Neceſſitates quoque ſubditorum, præcipue pauperum, maxime velim eſſe recommendatas, quia, quidquid uni ex minimis meis (ait Veritas) feciſtis, mihi feciſtis.

Scio quis dixerit: peccata tua Eleemoſynis redime: benefecerint proinde chariſſimi filii, ſiquidem ipſi in agone meo ardenter oraverint, ut fiat mecum, quomodo DEUS vult: mox autem ab obitu 33 pauperes in nova Eccleſia die & nocte inceſſanter ſaltem per octiduum pro anima mea preces fieri curaverint, porrigendo iisdem eleemoſynam quotidianam. Neque diffido, alma à nobis erecta Congregatio Joſephiana ſuis quoque ſuffragiis caput ſuum ad Æternitatis portum benevole comitabitur. Quidquid propter mortem meam filii pauperibus diſtribuerint, DEUS reddet Centuplum.

Noviſſime amantiſſimis filiis, quos in Chriſto JESU per Evangelium genui, iterato paternam benedictionem impertior: Filii! Benedicat vos DEUS, ✠ DEUS noſter, ✠ benedicat vos DEUS. ✠ Benedictiones Abraham, Iſaac,

Isaac, & Jacob, Patrum nostrorum descendant super vos, & maneant cum unoquoque vestrum, ipsa quoque Mater gratiæ Domum suam non deserat usque in finem, omnisq; militia Cœli sit semper ad Custodiam.

Ergo DEUS pacis & dilectionis sit cum omnibus vobis! filii æternum valete; & Patris assidue mementote, qui sicut in tempore, ita in æternitate erit

Charissimorum filiorum.

Amantissimus Pater
Frater Bernardus.

40. *Dominicus Geyer.* Electus anno 1696, 22 Novembris.

Forma Ecclesiæ Grissoviensis. Anno 1703.

Frontispicium inter erectas columnas Effigies JESU, MARIÆ, Joseph, Joachimi & Annæ exhibet, primas quasi Grissovii delicias; mox Januam ingredienti (super quam in specie Columbæ Spiritus S.) & per medium Navis Ecclesiæ transeunti, primo obversatur lapis cryptæ impositus cum hac inscriptione:

NoVIt terrIgena CasVs InDagIne MVLtos
DeCLInare taMen noXIa IVm potest:
NeMo CrVDeLIs fatI: propereVe VomblI
Te LeCtor fVgIas, iaM prope fVnVs aDIs.

In hac Crypta cum cæteris requiescit corpus admodum Reverendi Domini Georgii Kösler à Löwenthurm / Archi-Presbyteri Bolckenhainensis, quem Imago Christi flagellati, columnæ secundæ à crypta ad sinistram manum versus ambonam affixa repræsentat, cum inscriptionibus:

Tanquam memoria Hospitis unius diei prætereuntis.

Sap. 5.

Jesum infixit amor distento Vulnere cordi,
Dum vixi; & cum Ipso mortuus esse volo.

Hospes huc adfui:

In inhospitam collegit me mors sandapilam;
Sem die adveni, ocyus pertransii,
abii sub mortis umbras, & obii.

GeorgIVs KösLLer à LœwenthVrM, ECCLesIæ
BVLkenhaInensIs ArChIpresbyter.

Post Ambonam satis affabre factam, pervenitur ad altaria SS. Benedicti, ad latus Evangelii, & Bernardi ad Latus Epistolæ, quæ consecrata

fuere à DD. Bernardo Abbate anno 1670, 29 Auguſti, impoſitis Reliquiis SS. MM. Nicoſtrati & Seleanæ.

Poſt Altaria hæc per crates venitur ad Chorum Religioſorum, *qui ex* lignis quercinis factus, ac Anno 1679 erectus, ob ſtatuas & alia artis ſculptoriæ miranda, inſpici meretur.

In medio Chori ſuper Tabellam æneam reperitur tale Epitaphium:

Hic requieſcit.
Dux
Inclytus Schwidnicenſis
BERNARDUS,
Fundatoris hujus Cœnobii
Filius.
Satis eſt.
Obiit
Anno Chriſti
M. CCC XXVI.
Die Viator.
Requieſcat in pace.

Ante Gradum Presbyterii cernitur lapis, quo Crypta Religioſorum Monaſterii tegitur. Inſcriptio eſt talis:

QVIsqVIs LVstranDo hæC, præsens fortasse MonstrIs
InCIDas gressVM, pLVra notare neqVIs:
SIgna graDV hoC LatItant In fVnere fata sVpreMa.
Ista Manent IgItur: CeDere tVne VaLes?

Cum defunctis Religioſis Monaſterii in Crypta hac quieſcunt duo Domini Eccleſiaſtici, nempe adm. R. Dominus Joachimus Roſe, Glogovienſis, Conſanguineus DD. Bernardi Abbatis Griſſ. qui eo ipſo die *obiit, quo ei* primitiæ Sacerdotales litandæ erant. Præterea Dominus *Auguſtinus* Heſſelius, Parochus Oelsnenſis, Frater P. Arnoldi Heſſelii *Griſſ.* Profeſſi. Hic ſepultus eſt Anno 1693, 13 Septembris.

Nonnullorum Griſſovii Profeſſorum hic quieſcentium meminiſſe placet: *P. Georgius Hamæn*, Senior Conventûs, cui manuſcriptum vetus tale attribuit elogium: Irruentibus Saxono, Brandeburgo, & Sveco, Sileſiamque depopulantibus, ac Monaſterio quoque devaſtato, ipſe cum aliis Brunæ, alibique ſuſtentationem quærere coactus eſt. Ubique ſpecimen, & ſvavem odorem Virtutis dedit; Vir enim erat magnæ pietatis, innocentiæ & patientiæ, maxime vero orationis & contemplationis dono pluri-

plurimos ſuperavit. Obiit 23 Junii Anno 1662, quo Crypta ædificata fuit.

P. Nicolaus Germanus Kirchner, ſemel Præpoſitus in Thermis, bis Griſſovii Prior, ob manſuetudinem & charitatem tum Fratribus tum Superioribus ſingulariter charus. Obiit 1670, 16 Aprilis.

P. Jacobus Rüling, Parochus Reichnovienſis, ob vitæ religioſæ præclara ſpecimina valde laudatus, quem etiam obitus horam præſciviſſe, indicia non defuêre. Obiit 1676, 21 Sept.

P. Andreas Geisler diverſis vicibus Griſſovii Prior, in abſentia Domini Bernardi Abb. Monaſterium ruinæ proximum renovavit, Eccleſiam Schömbergenſem funditus erexit, eique ultimo Parochus præfuit. Pietate, humilitate & autoritate præclarus. Obiit 1677, 2 April.

P. Adamus Scheffer, in virili ætate adeo robuſtus, ut ſolo pugno loco mallei utens, clavos parieti infigeret, nodisque digitorum in quercinos aſſeres foſſulas feriret. Miro zelo, rubricarum notitia, nec non ſolertia in erudiendis pœnitentibus, paucis ceſſit.

Parochus in Albendorff, apoplexia tactus expeditum primo linguæ, dein omnium membrorum uſum amiſit, ita ut revocatus ad Monaſterium à F. Converſo paſci, indui, duci debuerit; unde ſæpius dicere ſolitus: ô ſi Deus me ad omnia inutilem ac Fratribus moleſtum ad ſe vocare dignetur. Obiit 1687, 20 Novembr.

P. Bernardus Hildebrandt, primum Supprior Griſſovii, tum Adminiſtrator & Parochus Wirbonenſis, Reichnovienſis, Lubavienſis, ultimo Schömbergenſis. Introduxit Schömbergæ Conſuetudinem diebus ſabbathinis, profeſtis ac feſtis B. V. canendi Litanias Lauretanas. Obiit 1688, 6 Novembr.

P. Maurus Matthæus Franck, ſeniculus octoginta octo annorum, magnas bellorum tempore, majores autem ultimis vitæ miſeræ annis ſuſtinuit adverſitates, utpote omnibus membris fractus & cœcus. Obiit 1688, 18 Novembr.

P. Bartholomæus Kromer, Græcii in Styria promotus Philoſophiæ Magiſter, eam docuit tum Griſſovii, tum Lubæ. Præclarus litteris, præclarior moribus. Fuit Parochus Oppaviæ, Reichnovii & Libaviæ, etiam Prior in Thermis. Accuratiſſimus obedientiæ Religioſæ obſervator, & integritatis cuſtos, adeo ut paulo ante mortem ſe à peccatis majoribus à Domino cuſtoditum aſſereret. Obiit 1689, 14. Junii.

P. Auguſtinus Zwilling Flagellationibus, quas (ut in ſecretis ſuis

Scriptis adnotatum repertum eſt) adhibuit frequentiſſimas, ſuperaddidit mortificationes alias, frequenter indutus cilicio, clanculo deoſculando & purgando loca fœtentia, humi cubando, expanſis ſæpe & diu brachiis orando, Stalla fratrum in choro baſiando, jejuniis, abſtinentiis, & hujusmodi pœnalitatibus ſe macerando. Actus externos animavit actibus internis, cujusmodi per omnes ferme ſolemnitatum dies ſpecialiter conſignatos habuit, Imitator aſſiduus in ſpiritu & profectu V. P. Druzbyky Soc. Jesu, in cujus Scriptis aſſiduus erat. Multis annis à Deo petiit mori vel Feſto SS. Corporis Chriſti, vel die Sabbathi. Obiit piiſſime vere Amator Marianus 1693, 21 Maji in Feſto, ut petiit, Corporis Chriſti hora quaſi ſexta veſpertina, vocatus ad Cœnam Magnam.

P. Bruno Schloscke, Præſes Congregationis S. Joſephi, & Concionator ſolemnis. Sexta circiter ante obitum hora, dum veſperarum tempore in choro Marianum à Fratribus caneretur Canticum, ipſe in loco ægritudinis ſuæ fracta voce S. Angelum Cuſtodem quædam ſibi revelaſſe aſſerens, magno mox impetu, ſono forti, hilari vultu, manuum geſtibus affectuoſiſſimis per integrum ferme horæ quadrantem (qui aliàs præ debilitate vix labia movere poterat) diſtinctiſſime cecinit: *O Deus! ego amo Te. O amabiliſſime Jeſu! Jeſu ſpes pœnitentibus, quam pius es petentibus, quam bonus Te quærentibus! quam Bonus es! quam Bonus es!* quæ ultima verba ſæpiſſime & ſvavi melodia repetiit. Obiit inter verba Jesu Maria, ita ut littera A fuerit ultima expiratio, 1693, 16 Junii.

P. Joannes Baumgarten / Religionis, ſolitudinis, pietatis ſtudioſiſſimus; primus Dni Bernardi Abbatis Novitius, ob morum ſimplicitatem maximè in ſenio ſincere charus, quem aliquoties litteris affectu paterno plenis ad conſtantiam hortatus eſt. Chriſtum Dominum pro Viatico ſibi allatum, collectis viribus, lecto æger prorumpens, utroque *genu* flexo excepit & ſumpſit. Multis juvantibus denuo ſuper *lectulum* collocatus inter Litanias obiit 1697, 31 Januarii. Priusquam moreretur, Confeſſario revelavit, ſe, cum aliquando ad Imaginem B. V. in Eccleſia oraret, eidemque gratias ageret, quod fulmine ſibi proximo tactus non fuiſſet, audiiſſe exinde vocem: Wie wolte ich dich laſſen den Donner erſchlagen/ weil du mir ſo treulich gedienet?

F. Alanus Adam, quondam Cancelliſta apud S. Mathiam Wratislaviæ, poſt converſus Griſſovii, rigidiſſimam duxit vitam cubando ſuper duros aſſeres paucis horis ſomno utens, hyeme & æſtate parciſſime indutus, zona ſemper ex chorda præcinctus, nullo uſus collari, raroque indu-

ſio

sio aut femoralibus, vetustis indui vestimentis delectatus; pauperum singularis amator. Obiit 1701, 10 Junii.

Penes Cryptam ex dextro latere sepultus est D. Andreas Michaelis, Griff. Abbas. Epitaphium tabellæ æneæ inciſum tale est:

Hic jacet Andreas Michael, Grissovius Abbas,
Delicium Patriæ, Religionis Honos.
Quem decorant virtus, probitas, prudentia, mores,
Vultus Majestas, inclyta Gesta, genus.
Annis Cœnobium septem, queis rexit, adauxit
Fratribus, ære, bonis, Pallade, plebe, lare.
Tot bona Sarcophago quis non fleat hocce recondi,
Et voveat tanto Regna Beata Viro.

Majus Altare, ab architectura celebre, protendit Verticem usque ad Summum fornicis. Duæ sunt in eo Icones pictæ à D. Michaele Willman, major refert Familiam Christi, altera Coronationem B. V. in Cœlis à SS. Triade; visuntur statuæ affabre factæ, referentes SS. Petrum & Paulum, Benedictum & Bernardum, & in summitate S. Josephum inter alatos Seraphinos. Tabernaculum Venerabilis Sacramenti commendat tum conceptus, qui est ad septem spiritus ante thronum Dei, & labor mirificus. Pars superior altaris incendio periit, sed à D. Bernardo, quemadmodum & alia incinerata tam quoad Ecclesiam, quam Monasterium, restituta.

Juxta Altare Majus ex latere utroque asservantur tumbæ fundatoris, ejusdemque Filii, retro illud videntur effigies illorum antiquitus pictæ cum Insignibus eorum.

Præterea ibidem apparet lapis sepulchralis, cum inscriptione:

Hoc saxo tegitur
D. Valentinus Abbas Grissovienſis
Fidelis Dei Servus
Parens suorum
Ordinis Propugnator,
uno verbo
Vir optimus.
Obiit XX Octobris
Anno M DC LIII.

Abhinc venitur ad Sacellum SS. Trinitatis, ferreis cratibus, partim cæruleo colore, partim auro tinctis, occlusum. Altare in eo miri laboris erectum & consecratum est à D. Bernardo Abb. 1694. In medio Altaris

cernitur Imago B. V. MARIÆ, argento veſtita, habens particulam veram de Induſio ejusdem SS. Matris ad pectus incluſam; tegiturque *in rotundo vitro*, tenentibus eam hinc inde Sanctis de Ord. Ciſt. quorum effigies ſculptæ. De particula illa S. Induſii Virginei tale eſt teſtimonium:

> Hac parva, ſed vera & de Induſio magnæ Matris & æternæ V. M. quod Adersbachii expoſitum veneramur, particulæ ſeſe affectuoſiſſime commendat.

1661, 26 Junii. F. Gerardus ib. inutilis Abbas.

Hæc Imago anno 1622, 18 Decembr. Feſto Expectationis Virginei Partus, teſte Seniculo noſtro P. Matthæo Mauro Franck, qui 88 ætatis anno obiit, tunc Sacriſtano, in ſacriſtiâ loco valde humido, pulchra tamen & munda, corruptis ſolummodo, quibus includebatur, ciſtis ſub pavimento inventa eſt. De ipſa libellus per R. D. Davidem Euſtachium Sartorium tunc Griſſovienſem Granarium anno 1628 editus, & per Joannem Schubarth Bibliopegum Niſſenſem anno 1651 ad multorum inſtantiam, facta exemplarium penuria, reimpreſſus, & Dno Valentino Abb. Griſſ. dedicatus, plura habet.

Primo recitat ea, quæ habentur in antiquo M. S. his verbis: *Intelligens autem Boleslaus Pius, Boleslai Calvi Filius, nec non prædicta Duciſſa Nepos, Dux Sileſiæ & Dominus in* Fürſtenberg/ *ad quandam Eccleſiam parvam, eamque in ſylva locatam, Sylva Gizezebor (vulgo Griſſau) vicinam, magnam fieri populorum frequentiam, ob quandam B. V. illuc divinitus perventam Imaginem: & ipſe Dux Boleslaus Vir prudens, Dives, & Bellicoſus ipſam luſtrandi cauſa adiit, B. V. M. ſimulachrum devote viſitavit, unde non ſine ſingulari B. V. M. præſidio, adepta Gratia receſſit. Hujus poſtmodum ſtudio & ope Romam delatum eſt SS. Papæ Joanni XXII, & ſignificatum, Imaginem talem cum certa deſcriptione miraculoſam admodum in partibus Sileſiæ haberi, quæ nec ſciretur, quomodo aut unde illuc eſſet perlata; cumque ob gratiarum variarum impetrationem à multis Chriſticolis, ex variis Regionum partibus viſitaretur, atque veneraretur, cum inprimis Imaginis translationem, qualis aut unde eſſet indagare, tum & peregrinationem confirmare, nec non denique de theſauro Eccleſiæ ſeu Indulgentiarum aliquid impertiri dignaretur. Quod SS. Papa percipiens, ſedulo hac de re eſt percontatus, repertumque tandem, Imaginem talem quondam ex Eccleſia Riminenſi, urbe Regionis Italiæ de nocte fuiſſe amiſſam. Inito itaque hac de re conſilio, habitaque non parva cum, divinitus ſuæ Sanctitati per infantulum nocturno tempore annuntiatum fuiſſe relatum eſt, ut hac in re non dubi-*

bitaret ſua Sanctitas. Ad quod pradictus Pontifex non tantum frequentiam, vel etiam devotionem ipſorum approbavit, ſed etiam peregrinationes ipſorum, impoſterum, ſolennes ut fierent, confirmavit, plurimasque indulgentiarum Gratias Imaginem ibidem colentibus ipſamque viſitantibus de Eccleſia theſauro elargitus eſt. Hæc manuſcriptum. Libellus vero nil hæſitans, ſupradictam Imaginem eam ipſam eſſe de qua MS. agit, ſubdit: *Ingruente tumultuantis Ziſchkæ calamitoſo tempore, qui everſis hinc inde Religioſis ædibus, & clauſtralibus interfectis, templum quoque Griſſovienſe ſacratiſſimum imaginis ſanctæ domicilium, ſuppoſito igne fruſtra tamen disrumpere conatus, actus abhinc in furiam, clauſtrum ſuccendit, muros ſolo aquavit, incolas ferro ſuſtulit. Inter hos fuit nonnemo devotior, qui tempeſtivam theſauri, Iconis videlicet, cunam geſſit, abſcondit, & cum aliis haud dubio ſolicitudinis ſuæ pramium, palmam martyrii, tulit. Abhinc nemo ejusdem habuit notitiam, quamvis ſcripta reſidua & ſubtracta, ingens tanti gratiarum fontis excitarent deſiderium & ſitim. Tandem volente Deo, qui ex honore Virginis gloriam ſuam quærere ſolet, & revelante fortaſſis ipſa pia Matre, per Reverendiſs. D. Adamum Wolffgangum Abbatem, ſtudioſiſſimum Deiparæ famulum anno 1622, 18 Decembr. feſto expectationis Virginei partus retecta, & de pavimento ſacriſtiæ feliciter elevata eſt. Licet vero locus requietionis ſordidus, humidus & luteſus fuerit, incorrupta nihilominus & inviolata permanſit ultra ducentos annos. Solas Cellas, utpote tanto bono, immortalitate digno, extraneas tabes infecit. Tulit itaque hanc æterni fœderis arcam, à furioſo hoſtilium incurſuum diluvio, incolumem D. Abbas exultans & jubilans, & ne quid reverentiæ deforet, gemmis, auro, argentoque veſtiens, ad fidelium devotionem ac ſalutem in Altari publico, ad dextram majoris Eccleſiæ expoſuit. Sepulta fuerat hactenus munerum largitrix Diva, & ne manus auxiliatrices porrigeret præpedita, ſed vix liberiori tradita aura, usque hodie tam liberalem ſe exhibet gratiarum cornucopiam, ut omnium, ne quidem memoria, minus habeatur computus. Præſentes petita obtinent, abſentes & in longinquis Regionibus habitantes, votorum ſuorum minime fruſtrantur. Ægrotis medetur, cæci vident, ſurdi audiunt, claudi ambulant, deſperati reſtituuntur. Nec homines ſolum, ſed & jumenta precibus ſibi recommendata ab omni periculo ſalvat. Multi indies accurrunt, venerantur, oculatique teſtes ſunt mirabilium horum, & cum ſtupore conſiderant, quum frequenter faciem dulciſſimam in varias non Prothei, ſed amoris dimutet formas.* Hactenus hæc aut his ſimilia libellus.

Huius

Hujus ipsius Imaginis, quæ modo apud Altare SS. Trinitatis *prostat*, extat desumptum in antiquo sedili penes sacristiam nunc locati, *quod probat* illam tunc temporis fuisse multis catenis & numismatibus aureis ac argenteis exornatum, prout etiam foramella & claviculorum signa ipso Originali produnt. Infra desumptum hi versus leguntur:

Effigies MARIÆ, quam perdidit Itala Tellus,
Est modo Grissovii Gloria magna chori.

Fuit Imago illa ab Inventione usque ad annum 1633 & ultra processionum accursu ac miraculorum gloria celebertima, donec Sveci irrumpentes, viarum insecuritas, Lutheranique sævientes totum suppressere zelum, adeo ut devotionis pristinæ nullum supereset vestigium. Qui seriam erga Deiparam in hac Imagine habent confidentiam, etiam modo benignitatem ejus experiuntur, possentque adduci exempla, si forent authentizata.

Circa Imaginem sunt varii Sancti ac Beati ord. Cist. tum arte statuaria elaborati, tum hinc inde picti, qui specialem aliquem à Deipara adepti sunt, dum viverent, favorem. Super altare prostant 2 Reliquiaria, in quibus singulis unum caput de Soc. S. Ursulæ. Infra Aram in magna capsa diversæ continentur SS. Reliquiæ. Ante altare jugiter Lampas argentea ardet.

Exeundo de sepulchro ad sinistram pervenitur ad Altare novum Nativitatis Domini, à Reverendissimo Domino Dominico exstructum.

Penes cernitur elatus Tumulus cum hac Inscriptione:

Bon. Mem. S.
Tabellam hanc quam vides Viator
Eam huic aræ applicari jussit, voluit
Reverendissimus ac illustris quondam D. Dominus Ladislaus L. *B. à Zedlitz* & Nimmersatt, &c. Hæreditarius Castri Bolckenhainensis.
Trium Cæs. Rom. Consiliar. Laudatiss. Rhodiensium Militiæ,
S. Joann. Hierosolymit. Eques, & ejus Ord. Domorum, quæ Aurimontii, Strigovii, item ac Leobergæ habentur, Commendatarius, cujus ossa, postquam Eum mors cadaver fecisset, scripti Hæredis Tutores sub propinquo tumulo condiderunt: nequaquam dubitantes
Ejus recordatione Posteris, ob illius in Remp. merita
Et navatam in toga, ac sago, domi, forisque
Fideliter operam, semper charam, ac præclaram fore.
Obiit postridie Kl. Decembr. Anno M.DC. XIIX.
Æt. LXVI.

Proxi-

Proximum tumulo est sacellum SS. 14 Auxiliatorum cratibus ferreis deargentatis munitum; consecratum est in eo altare à D. Bernardo Abb. in honorem J. M. J. SS. Auxiliatorum, SS. Ursulæ & Soc. ac S. Fortunati M. in medio Altaris cernitur cavitas in modum cordis, ac in eo quinque flores Lilii, & super flores singulos singula Capita, quatuor ex Soc. S. Ursulæ, parvum ex numero Innocent. Infra Aram recumbit statua lignea S. Fortunati M. habens sub cubito Cistulam, in quo corpus seu omnia ossa ejusdem sancti asservantur.

Immediate recedendo à dicto sacello conspicitur Lapis Sepulchralis cum inscriptione:

Viator
Sta parumper,
Cape quem hæc angustia
tumuli capit.
est
Familia Illustrissimus
Waltherus S. R. J. Comes à Gall
J. M. I.
Francisci Episcopi Vratislavienſis
Supremus Aulæ Præfectus.
Hunc genuit Hybernia
vovit Silesia
Mors excepit Viennæ in Austria
funeravit Grissovia
Anno
1685, 8 Maji.
Sic vive, ut vivas in æternum.
Contritus abi precando:
Requiem æternam dona Ei Domine,

Subsequentibus annis supra lapidem in muro affixum est elegans Epitaphium, defuncti ad Crucifixum flectentis repræsentans effigiem, cum sequenti inscriptione:

Signum hoc est
Non ad placitum sed naturale
debitum ex Virtute
Illmo Comiti Walthero de Gall
qui

Surgens ab aquilone in Hybernia tandem venit in Auſtriam
ubi
Fluens aromata & emittens Virtutes
traxit in odorem orbis Cæſarem
à quo
dum accipit Clavem Auream
Sibi aperit portam mortis ferream;
verum
Per hanc veluti præliminarem
ſibi reſerat
Portam margaritis nitentem & auro fulgidam
Quam viator precare, ſequere, intra.
J. M. I.

Rurſus ejusdem Gentilitia ex adverſa parte muri, & duo vexilla ſupra portam Sacriſtiæ ſuſpenſa cernuntur. Sub Gentilitiis eſt lapis cum inſcriptione ſeu Elogio Comitis Willhelmi a Gall, cujus ſupra mentio facta eſt; corpus autem illius jacet prope Altare SS. 41. Auxil. ubi prius erectum ſterit altare SS. oo. cujus ante meminimus. Inſcriptio lapidis ſic ſe habet:

Hic jacet
Illmus DD. Willhelmus S. R. I. Comes a Gall
Lib. Baro de Burgo, Dominus de Balmontin, & Galſton,
Hæreditarius Dominus in Holſtein, Kürchleben, & Giersdorff &c.
S. C. M. Ferdinandi II Camerarius, & ſuper Legiones
Cataphractorum, ac Dragonûm Colonellus
Qui toto Vitæ decurſu
pro
DEO, Fide Catholica, & Cæſare
Pius, Fidelis & Bellicoſus
ſtetit.
Mortuus nona Auguſti Anno 1655.
requieſcat in pace.

Conſignatio S. Reliquiarum, quæ ad Eccleſiam Griſſovienſem ſactandam illatæ ſunt è diverſis locis, præcipue petente Reverendiſſimo Domino Bernardo Abb.

Reliquiæ de S. Exuperantio M. & Socio S. Candidi.
de S. Gerbantia V. & M.
de S. Pantula V. & M. fuerunt allatæ Anno 1670 menſe Oct.

ex Monaſterio Woltingenrodenſi, ubi virgines ord. Ciſt.

Reliquiæ de S. Generoſo M. dono datæ à Joanne Baptiſta Fechtner Proto-Notario Apoſtolico. 1666. 15. Feb.

Reliquiæ ex Societate S. Urſulæ. Tria Capita & unum os, allata ex veteri Monte Monaſterio Ord. Ciſt. 1685 translata ſolemniter 2, Julii ejusdem anni.

Item ex Societate S. Urſulæ Tria Capita & Fragmen Brachii, item Fragmen Brachii de S. Adriano M. procurata per R. P. Ferdinandum Fabium Ord. Ciſt. Paradiſi in Polonia Profeſſum, ex Monaſterio Coronovienſi ejusdem Ord. & allata 1689, 13 Auguſti.

Item ex Soc. S. Urſulæ unum Caput à citato P. Ferdinando in propria perſona allatum. Eodem anno 6 Novemb.

Reliquiæ S. Fortunati, videlicet totum Corpus ad inſtantiam P. Ludovici Zwiner Ord. S. Fran. procuratum per A. R. P. Amandum Herman, ejusdem Ord. Ref. Fran. Boemiæ Provincialem tunc Romæ degentem, allatum 1689 in Auguſto.

Reliquiæ quas procuravit & attulit P. Joannes Fabri Juliacenſis S. Ord. Ciſt. Profeſſus in Palude Comitis, ſeu Gravenbruch 1695 in Febr.

Ex ſede Mariana Monaſterio Ord. Ciſt.

Dens S. M. Magdalenæ, de Terra Domus S. M. Magdalenæ pars parva. S. Achatii unius de 14 Auxil. pars bona. S. Annæ modicum quid. S. Cyriaci unius ex Aux. pars parva. de Innocentibus pars una. Dens alicujus Sancti. Reliquiarum Verarum pars bona. Unius Sancti pars parva. Caput parvum ex Soc. S. Urſulæ.

Ex *Gravenbruch.*

S. Floriani pars bona. Ex Soc. S. Urſulæ partes multæ cum atteſtato. Item aliæ partes ex Eadem Soc.

Ex *Altenberg.*

Duo Capita Majora ex Soc. S. Urſulæ cum atteſtato.

Ob tot reliquias ex Soc. S. Urſulæ, ejusdem Feſtivitatem 21 Octobr. celebrat Griſſovium ſolemniter ſub ritu duplicis.

Eccleſia Nova S. Joſephi in area Griſſ. Monaſterii.

Hæc à Capite ad calcem, à ſummo usque deorſum picturis D. Michaelis Willman præ cæteris Sileſiæ Eccleſiis facile nominanda, dignum tanti artificis Emolumentum.

Anno 1692, 27 Maji poſuit D. Bernardus Abb. cum Ceremoniis in Pontificali præſcriptis lapidem, ut vocamus, Fundamentalem, cui inſculpta fuere ſequentia:

Anno M. DC. XC. cœpit Reverendiſſimus Dominus Bernardus *Roſa*, præſentis Cœnobii Griſſovienſis Abbas, & per Sileſiam Viſitator ac Vicarius Generalis, anno Regiminis ſui XXX ædificare intra muros dicti Cœnobii hanc Eccleſiam in honorem J. M. J. totiusque Sacræ Chriſti Familiæ ſub Pont. Max. Alexandro VIII. Imperatore Leopoldo I Auſtriaco, Ejusque Filio Joſepho I Romanorum Rege, Franciſco Neoburgico Epiſcopo Vratislavienſi, Joanne Petit S. O. C. Generali, poſuitque in ea Lapidem hunc Fundamentalem Feria 3tia Pent. quæ erat 27 Maji Anno 1692 Fundationis ſæpe dicti Cœnobii quarto Sæculari, Pontificatum gerente Innocentio XII. cæterisque Principibus & Præſulibus memoratis, durante in decimum annum bello Germano-Turcico, viventibus tunc hujus Cœnobii Profeſſis numero LXI.

Supra Lapidem hunc requieſcit nova ſedes Joſephina, Eccleſia quoad interiorem longitudinem 33, quoad interiorem latitudinem 31, quoad altitudinem 36. ulnarum; nil aliud continens in Myſteriis, niſi Familiam, dolores & gaudia S. Joſephi, & quidquid immediate ad eundem Sanctum referri poteſt.

In Frontiſpicio exteriori viſitur Increata Trias, Pater, Filius & Spiritus S. & Creata J. M. I. in ſtatuis, ſupremitatem tenet Nuntius Arch. Gabriel.

Interius mox ſupra chorum depicti 4 Evangeliſtæ, ſcriptores Hiſtoriæ Sacræ, in quorum medio hæc dedicationis inſcriptio:

HæC eſt ConſtrVCta pro gLorIa aC VeneratIone
JeſV MarIæ Joſeph IpſIVsq Ve beatæ Conſan-
gVInItatIs ChrIſtI.

In fornice Eccleſiæ rutilat Stemma Regium ac Sacerdotale S. *Joſephi*, quævis areola tenet tres diviſas partes: latus dextrum, medium, *ſiniſtrum* latus, hoc ordine.

Dextera.	*Medium.*	*Siniſtra.*
	1.	
Aaron.	Abraham. Iſaac. Jacob. Judas.	David.
	2.	
Mathan.	Cleophas. Maria. Simeon. Joſeph. Zebedæus. Salome. Maria.	Matathias.

3.

S. Sobe. S. Joannes Baptiſta. S. Jacob.
Zacharias. Elizabeth.

Dextera. 4. *Siniſtra.*

S. Jacobus Minor. S. Joachim. Anna. S. Judas. Thadæus.
Stolanus. Emerentiana.

5.

S. Joannes Evang. JESUS. S. Jacobus Major.
Maria. Joſeph.

Ordo Altarium eſt ſequens, quodlibet tenet tres Imagines Myſterio convenientes;

Imago Superior. *Media.* *Imago inferior.*

1. *altare Majus.*

Cœleſtis gloria. Adoratio Trium Regum. Inquiſitio apud Herodem.

Abbatiale inſigne: 2.

Mariæ VIrgInIs ſponſo hVIus
tVteLarI Ioſepho BernarDVs Deſponſatio Votum B. Joſephi
abbas ConſtrVXIt. Joſephi cum V. Maria. Servandæ Virginitatis.

3. *Altare.*

Inſigne Conventus: S. Joſeph.
Meus Decor ex Patrono Vita Contemplativa Vir Juſtus.
S. Joſepho eſt ortus. S. Joſephi.

4. *Altare.*

S. Joſeph recipit Mariam in ſuam protectionem. S. Joſeph ab Angelo de Incarnatione certificatur. S. Joſeph viſitat cum DEipara Elizabeth.

5. *Altare.*

S. Joſeph cum ſponſa in Bethleem profitetur. S. Joſeph quærens Hoſpitium in Bethleem, non invenit. S. Joſeph cum prægn. Virgine divertit in ſtabulum.

6. *Altare.*

Angelus ad Paſtores. S. Joſeph adorat JEſum neonatum. J. M. I. Nocturna quies.

7. *Altare.*

Miracula in ortu Christi.	S. Joseph gaudet in adoratione Pastorum.	S. Joseph *Nutritius* Christi.

8. *Altare.*

S. Joseph portat J. ad Circumcisionem.	S. Joseph imponit Nomen JESUS.	S. Joseph curat vulnus Christi.

9. *Altare.*

S. Joseph fert J. in Jerusalem.	S. Joseph offert J. in templo.	S. Joseph habitat in Nazareth.

10.

Occisio Innocentum.	S. Joseph fuga in Ægyptum.	J. M. I. lassi à via

11.

S. Joseph timet reverti in Judæam.	S. Joseph dolet super innocentium crudeli cæde.	S. Joseph consolatur in exilio Jesulum in sinu suo.

Sub Choro, juxta Januas, visuntur aliæ classes Imaginum, ubi & Confessionalia visenda.

1.

S. Joseph JEsum perdit.	S. Joseph quærit triduo.	S. Joseph J. invenit in templo.

2.

S. Joseph reducit J. in Nazareth.	S. Joseph resignatus in Dei Voluntatem.	S. Joseph *moritur feliciter.*

3.

S. Joseph Nuntius bonus in Limbo.	S. Joseph apparet B. V. in Resurr.	S. Joseph ingreditur Cœlum.

Anno 1696, 7 Maji in primaria Solemnitate Congregationis S. Josephi Reverendissimus DD. Abb. Henricus Henrichovien sis, ad hoc speciaiter invitatus, in dicta Ecclesia habuit primam Missam Pontificalem. Interfuere eidem Solemnitati D. Josephus Abb. Raudensis, & Reverendissimus D. Abbas à S. Vincentio Wratisl, ad Concionem, quæ prima fuit, dixit Professus Monasterii G.

Solet

Solet in eadem Ecclesia Congregatio *S.* Josephi certis menstrue Festis absolvere suos Conventus; hæc autem Fraternitas erecta est Anno 1669, 19 Martii ab Abbate Bernardo & 13 Julii eodem anno per Clementem IX. Pont. Max. confirmata. In majoribus Festivitatibus tantus est sodalium ad hanc Congregationem & Conventum concursus, ut sæpe Communicantium numerus excedat 3000. Albo Inscriptorum universim plures sunt quam quadraginta millia.

In proximo ad orientem sito Monte invisitur Ecclesiola S. Annæ dedicata, hisce annis novissimis erectæ sunt stationes in via ad Montem ducente, repræsentantes Gaudia S. Matris Annæ. In hoc monte singulis Feriis tertiis toto anno legitur Missa, & 16 Julii solemnis ex Monasterio ad Eundem ducitur Processio, cum Missa solemni & Concione, habentur deinde per octavam indies Missæ ibi mane, & meridie Litaniæ, cum solatio magno Amantium hanc magnam Matrem; in quorum consolationem introducta est pia consuetudo, ut plurimi ad Congregationem S. Annæ, quæ Viennæ erecta est, hic recipiantur, cum iis participantes.

Ad hujus devotionis Annianæ parvuli Schömbergenses, à DEO inspirati, ut fieret quod ait Propheta: ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, duobus forsan abhinc annis ex collectis hinc inde eleemosynis, ligneum satis amplum excitarunt Sacellum, in quo S. M. Anna in imagine tum ab ipsis tum ab adultioribus frequenter processionaliter invisitur, & Litaniis honoratur.

Versus Occidentem parvo milliari à Grissovio in amœna inter montes & colles sita valle, cui adjacet villa Ullersdorff dicta, extat Ecclesia SS. 14 Auxiliatoribus dicata 22 Junii Anno 1687. Notabilis est ad hunc locum infirmorum ac tribulatorum recursus, recipiuntque plurimi sanitatem & gratias admirandas, ut patet ex gratiarum actionibus, quas singulis festis per sacerdotem publice fieri speciatim petunt, in quavis Eorum Festivitate habetur ibidem Missa, & si in Dominicam incidant, etiam Concio, Festa *S.* Catharinæ, Barbaræ, Christophori, Margarithæ &c. semper suas habent cum sacrificiis Conciones. Per viam ex Monasterio usque ad præfatam Ecclesiam erectæ sunt ex lapidibus coctis 14 Columnæ, quarum singulæ præsentant singulos in Imagine picta Auxiliatores. In principali Festo quod huc usque in Festo S. Christophori celebrari consvevit, ducitur ex Monasterio illuc solemnis Processio, quo ea ipsa die & aliæ Processiones ex diversis locis, ut Schömberg, Libau, Marschendorff, Schatzel, & aliunde advenire solent.

In

In ſylva adjacente prope Monaſterium, vulgo Kühpuſch, originem ſuam deſumit limpidiſſimus rivulus, clauſtro aquas ſubminiſtrans, ubi plures ſcaturigines unam quaſi piſcinam conficiunt; juxta ædificata eſt ædicula ſacra, in quâ cunabula Chriſti naſcentis, vulgo Bethleem, viſitantibus devotionis materiam ſubminiſtrant; hic nocte Nativitatis Domini, & poſtea per octavam habetur miſſa.

Eſt & præterea ſingulare devotionis Incrementum Populo Griſſeno, via dolorosa S. Crucis, per ſuas ſtationes laborioſe a D. Bernardo Abb. juxta accuratam paſſuum dimenſionem erecta, opus ſibi, ut Amatori patientis Chriſti, plurimum dilectum, quod & moribundus ſingulariter curæ Succeſſoris cogitavit recommendare. Solet via hæc cum precibus aſſignatis, ab ipſo Autore typis divulgatis, tam per adventitios quam inquilinos frequentiſſime viſitari cum notabili Animarum profectu.

PRÆPOSITURA HIRSCHBERGENSIS ſeu im Warm-Brunn.

In ſalutaribus Sileſiæ Thermis, Ducatus Jaurovienſis, quas a vicino opido Hirſchberg Hirſchbergenſes appellamus, ubi duo exiliunt latentes fontes, quorum alter ad Comitem de SCHAFFGOTSCH, alter ad Griſſovienſe Cœnobium pertinet, Præpoſituram olim anno 1403 pro Ciſtercienſibus perpetuo è Griſſovio evocandis fundaverat Nobilis Miles Gotſche-Schaff / (ſic habet Jongelinus) cujus poſteri hodie inverſo vocabulo ſub illuſtriſſimo charactere ſupereſſe videntur COMITES DE SCHAFFGOTSCH. Fundationis primitiæ pro quatuor Religioſis, & quinto, qui ſub Præpoſiti nomine cæteris præſideret, inſtitutæ ſunt. Hodie, quod ſciam, auctiori numero Religioſi duodecim ſub Priore locum incolunt, ſinguli per vices è Griſſovio aſſumti. Situs loci perquam amœnus eſt, atque ob aëris innoxii prærogativam ſaluber, alluiturque a piſcifero amne Zacke. In propinquo ad jactum lapidis celeberrimi illi montes, quos *Ripheos* vulgo Rieſen-Gebürge appellamus, vaſtiſſima mole ſeſe in ſublime erigunt, atque ingenti dorſo longiſſime ſe extendunt. Famoſum in iis ſpectrum, vulgo Rieben-Zahl / Protei inſtar varia ſcena ac figura, aut terret, aut fallit, luditque illac tranſeuntes.

§. 180.

RAUDENSE AC JEMELNICENSE COENOBIUM.

Raudenſe

Raudenſe deniqueac em Jelnicenſe in Ducatu Oppolienſi.

Horum ſtatum hodiernum ex Ciſtercio bis-tertio iterum mutuamur:

Raudam *Cœnobium Ciſtercienſium apud Sileſios pone aquam* Raudam (*à qua & nomen hauſit*) *Anno Domini 1253 conſtruxit fundavitque Illuſtriſſimus Princeps Wladislaus Oppolienſium Dux, qua de cauſa etiam antiquitus à fundatore dictum* WLADISLAW, *primis Coloniis adductis ex Andreovia. Anno 1258 Dux Fundator ſuper erectione ac dotatione Cœnobii diploma ſolemne confecit, cujus vigore multa noſtris Juriſdictionalia privilegiaque conceſſa lego, & quidem ea omnino dederat Princeps optimus pro ſpe retributionis aeternæ, & pro remedio animæ ſuæ ac ſuorum, nec non pro redemptione animarum Anteceſſorum & Succeſſorum ſuorum. Confirmavit Cœnobii immunitates Gregorius Papa X peculiari diplomate anno Pontificatus ſui tertio, quod in Notit. Abbat. Ciſterc. lib. 5. p. 55 recitat Jongelinus, ubi Pontifex inter reliqua hæc:* Omnes libertates & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris, Romanis Pontificibus, per privilegia ſeu alias indulgentias, vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemtiones ſæcularium exactionum, à Regibus & Principibus, & aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis indultas, ſicut eas juſte & pacifice obtinetis, vobis & per vos eidem Monaſterio autoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. *Idem Papa Gregorius eodem anno in alteris Apoſtolicis litteris Lugduni datis in favorem Raudenſium hæc:* Ea propter perſonas veſtras, & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. *Simile confirmationis robur Raudenſi cœnobio contulere Illuſtriſſimi Principes: Caſimirus Dux de Oppol, Wladislai fundatoris filius, anno 1283: Valentinus Dux Sileſiæ, Ratiborienſis & Oppavienſis Dominus, anno 1520: Joannes Princeps Sileſiæ, Oppolienſis & Ratiborienſis, ſuperioris Glogopiæ & Ribnicenſis Dominus, anno 1525, & anno 1534 Ferdinandus I, Bohemiæ Rex, ſubinde Romanorum Imperator.*

Rauda mater Gemelnici, hodie ſub dignisſimis gubernaculis viget Reverendiſſimi DD. BERNARDI, nuperrime in Ciſtercio Capituli Generalis Notarii, cui utpote mellei Parentis & nominis hæredi cœlites aurem molleam, aculeis cladibusque expertem, indulgeant.

Nomina DD. Abbatum Monaſterii Raudenſis collecta per Reverendiſſimum Dominum Andream Emmanuelem Pospelium ab *Anno Domini*

1263. F. Petrus Abbas.
1282. F. Bartholomæus Abbas.
1296. F. Nicolaus Abbas.
1301. F. Petrus Abbas.
1303. F. Joannes Abbas.
1310. F. B. Abbas.
1337. F. Joannes Wolnel Abbas.
1339. F. Nicolaus Abbas.
2385. F. Petrus Abbas.
1407. F. Nicolaus Abbas.
1421. F. Joannes Abbas.
1456. F. Martinus Abbas.
1471. F. Petrus Abbas.
1492. F. Joannes Abbas.
1509. F. Mathias Abbas.
1510. F. Nicolaus Tobolius Abb.
1552. F. Emericus Abbas.
1560. F. Martinus Andreovienſis Profeſſus, Abbas.
1578 F. Leonardus Tworzianski Sulejovienſis Profeſſus, Abbas.
1586. F. Michael Walterus Altovadenſis Profeſſus, Abbas.
1591. F. Jacobus Zuretius Decanus Oppolienſis, Adminiſtrator Abbatiæ ab Epiſcopo Wratislavienſi datus.
1595. F. Petrus Sebitius ex Decano Rattiborienſi Abbas poſtulatus habitum Ordinis Ciſtercienſis profeſſus eſt.
1608. F. Joannes Dorn Abbas.
1616. F. Laurentius Menkelius Abbas.
1623. F. Franciſcus Stezechius Abbas.
1625. F. Blaſius Rachwald Abbas.
1648. Reverendiſſimus Dominus Andreas Emmanuel Poſpelius Sileſius Schönvvaldenſis Profeſſus & Abbas hujus Monaſterii in Capitulo Generali Ciſtercii in Galliis (ubi trina vice aderat) confirmatus, infulatus, & Diffinitor in Linea Morimundenſi Ordinis Ciſtercienſis renunciatus, rexit Gemelnicii 3 Annis, Raudæ vero 30 Annis & ultra, coram Principibus, Regibus & Imperatoribus glorioſe & feliciter

citer in graviſſimis negotiis multoties parere coactus. Obiit in Domino 9 Februarii anno 1679.

1679. Reverendiſsimus Dominus Joſephus Franciſcus Heringk Sileſius Oppolienſis Abbas electus 6 Martii, Profeſſus hujus Monaſterii, poſtquam gubernaſſet ſeptemdecim annis.

Anno 1696, 7 Julii dignitate Abbatiali ultro ſeſe abdicavit.

Anno 1696 Reverendiſſimus Dominus Bernardus Laurentius Czernek Abbas electus 9 Julii fuit in Capitulo Generali Ciſtercii Anno 1699, ibidem Infulatus & in Capitulo Notarii officio functus inde feliciter redux, ſalvus hodie & incolumis Monaſterio præeſt, & prodeſt.

Gemielnicium (filia Randæ) exortum mundo anno 1280. Fundatores habuit Illuſtriſſimos Sileſiæ Duces Oppolienſes, in quorum terris ſitum eſt, injuria temporum tam plagis afflictum, ut earundem cicatrices hodiedum plene obducere nequeat, proventu modicum, adhuc tamen intra Ciſtercii compagem: cui Superi Domus reique familiaris incrementa ampliora! Digniſſime eidem nunc præeſt Reverendiſſimus DD. MALACHIAS, cui Prophetici nominis hæredi, ambo Malachiæ, Vates ſancti, & ille Iſraeliticus, & alter Ciſtercius, non tam vaticinio, quam patrocinio è cœlis fortunam omnia.

Abbatum Gemielnicenſium Series.

1. *Germanus.*
2. *Gerhardus*, vir devotus & zeloſus, ac diſciplinæ monaſticæ propagandæ intentus.
3. *Sebaldus.*
4. *Hermannus*, qui ob humilitatem animi ad capeſſendam animæ ſuæ quietem Præſulatus dignitate ſe abdicavit.
5. *Arnoldus*, vir ſtrenuus, zeloſus, & fundationis promovendæ ſtudioſus,
6. *Simon.*
7. *Hilarius.*
8. *Mauritius.*
9. *Güntherus.*
10. *Eraſmus.*
11. *Bernardus.*
12. *Robertus.*
13. *Michael.*
14. *Georgius.*
15. *Matthias.*
16. *Joannes.*

17. *Nicolaus.*
18. *Simon.*
19. *Stanislaus.*
20. *Joannes II* cognom. *Rawiſch.*
21. *Martinus.*
22. *Leonardus Tworzansky*, qui poſtquam Regularis obſervantiæ ſtudioſus hic Abbatem cum laude geſſiſſet, aſſumtus eſt in Præſulem Raudenſis Monaſterii.
23. *Joannes Bogulawsky*, qui abdicato Præſulatu in Poloniam reverſus 1580.
24. *Georgius Stoyan*, bonus Oeconomus, & ſedulus in procurandis Monaſterii proventibus.
25. *Joannes Nuncius*, Patria Gorlicenſis, profeſſione Raudenſis, ex Diacono factus Præſul. Hic fuit inſignis Muſicus & Poeta, vixit in Regimine triginta & aliquot annis, felix fuit in omnibus, hoc unico excepto, quod ſub ipſius præſidio anno 1617 Monaſterium, Templum cum organis, immo & prædium ac molendinum conflagraverint.
26. *Matthæus Drycovius*, patria Gymmelwicenſis.
27. *Matthias Verſius*, patria Wanſovienſis, profeſſione Camencienſis, cujus inter alia merita numeratur, quod flammis conſumtam domum reſtauraverit. Fuit zeloſus concionator, qui licet Germanus, ſic tamen idioma Polonicum aſſecutus eſt, ut in illo verba fecerit ad populum in Eccleſia non ſine auditorum fructu. Sub ejus regimine exorta eſt tempeſtas Mansfeldiana, quæ nonnullas partes Sileſiæ, etiam majus Strelicium usque pervenit; cui aliqui civium ſe aſſociarunt, & Monaſterium per violentiam omni ſupellectile & facultatibus, præcipue vero Bibliotheca ſpoliarunt.
28. *Adamus Wolfgangus*, patria Monſterbergenſis, profeſſione *Grillovienſis*, ibi electus Abbas, quieti ſuæ conſulens ea dignitate ſe abdicavit: ſed à Gimelnicenſibus in Præſulem aſſumtus. Vir erat pius & bonus, pater pauperum, qui hanc ipſam domum plurima ex parte reſtauravit. In Monaſterii negotiis pedes profectus eſt in Bohemiam, apud Appellationem cauſſam Monaſterii acturus; ſed quia ſtatura erat procerus & corpulentus, hinc laſſatis viribus ſubſtitit in Oſſecenſi Monaſterio, ibidem in Domino defunctus.
29. *Bartholomæus Securis*, Monaſterii Camencienſis Profeſſus, electus Anno 1634. patria Wanſovienſis. Camencii Priorem egit per multos

annos,

annos, podagræ doloribus dirum in modum cruciatus, in qua tamen miram exercuit patientiam, Religionis vere norma & exemplar virtutum. Inter multa quæ perpessus est adversa, non minimum fuit, quod à milite Saxonico, Oppolium tunc temporis obsidente, & ipse captus, luisque rebus spoliatus, Monasterium direptum & adeo devastatum fuerit, ut tuto cum fratribus suis habitare non potuerit, sed in diversis locis per triennium in exilio, etiam in nemoribus, coactus sit delitescere.

30. *Andreas Emmanuel Posselius*, Schönwaldensis, Professus Raudensis, electus d. 25 Januarii, anno 1645. Præfuit & profuit Monasterio per triennium laudabiliter, postea in Abbatem Raudensem electus anno 1648.

31. *Matthæus Franciscus Schlegelius*, electus anno 1648, 5 Martii, patria Cülcensis, professione Lubensis, in observantia regulari promovenda strenuus, in re familiari augenda industrius, & licet parvus corpore, animo tamen magnus. Tandem ut animæ suæ quieti indulgeret, dignitate cessit anno 1656, d. 6 Maji.

32. *Bernardus Bogaczynsky*, natus hic Gimmelwitzii Anno 1618, post exustum Monasterium, vir eximiæ prudentiæ & singularium talentorum, fervens zelator disciplinæ & observantiæ Religiosæ, qui multa olim per injurias temporum neglecta, sacra exercitia ad pristinam observantiam reduxit. Præsulatus honorem labore, scientia & pietate adeptus anno 1655, dirutum & vehementer devastatum Monasterium majori ex parte jam vacillans restauravit. Cæterum pro incolumitate Monasterii strenue laborans omnem impendit operam, ut major Dei gloria, emolumentum Ecclesiæ & hujus sacri instituti pro viribus procuraretur, exemplum suis præbens fratribus bonorum operum, & cum boni pastoris sit animam ponere pro ovibus suis, pro incremento Cœnobii periculosissima adiit itinera cum summo vitæ discrimine.

33. *Andreas Secundus.*

34. *R. D. Casparus.*

35. *R. D. Malachias*, hodie feliciter gubernans. Penes templum minor est structura templi, quæ, ut antiqua monstrant monumenta & majores nostri tradiderunt, fanum fuit gentilitium, à D. Adalberto Pragensi Archiepiscopo consecratum, in quo adhuc locus Idoli ibidem olim repositi ac culti, occidentem versus, apparet.

§. 181.

CZARNOVVANSENSE.

Ad Malpondam fluvium, (a) qui Viadro in vicinia miſcetur, ſanctimoniales habet Ordinis Præmonſtratenſium, quas Ribnico huc adductas à Caſimiro Oppolienſium Duce jam ante monuimus.

(a) Uno milliari ab Oppoliô ſitum.

§. 182.

COSTENTHALENSE.

Fœminarum ibidem Cœnobium ad Ducatum pertinet Rattiborienſem. (a)

(a) Locus iſte, nî fallamur, non ad ſanctimoniales, ſed ad R. R. P. P. Paulinos ſive Eremitas S. Pauli ſpectat.

§. 183.

COMMENDÆ MELITENSIUM.

Atque hoc loco minime etiam omittendæ ſunt extra urbes ſitæ Commendæ, quas vocant, Germani corrupte Conteoriam adpellant, Militum D. Joannis Hieroſolymitani, qui Melitam hodie tenent, & Hoſpitalarii, id eſt Xenodochi olim nuncupati fuerunt. Ut in Olsna Minore, Tintz, Loſſen, Greibnick &c.

Quid controverſiarum anno 1590 & præcedentibus annis in Loſſenſi Commenda circa religionis exercitium motum fuerit, & quam nihil non tentaverint Principes Brigenſes pro Lutheraniſmo (qui ſicut alibi, ita hic quoque jam circa annum 1523 irrepſerat) conſervando, in Buckiſchianis MSS. Vol. 1. cap. 13. memb. 1 legitur: quam ſancte vero in Catholicæ religionis favorem ſacra Cæſarea Majeſtas judicaverit, ex Decreto, cujus copiam ſubjungimus, colligitur:

Die Röm. Käyſerl. auch zu Hungarn und Behaim Königl. Mayeſt. unſerm allergnädigſten Herrn / iſt der Nothdurfft nach referirt und vorbracht

bracht worden/ was an Ihr Maytt. die Hochgebohrnen Fürſten und Herren/Herren Joachim Friedrich und Hans Georgen / Gebrüder in Schleſien/ Herzogen zur Lignitz und Brieg / durch deroſelben Rath und Diener/ Joachim Specht/Innhalt einer inſonderheit hierüber gefertigten Inſtruction der Pfarreth zu Loſſen / und derſelbigen ſtrittigen Erſetzung halber neben der Fürſten und Stände in Schleſien Interceſſion-Schrifft gehorſamlich mit mehrerm gelangen laſſen/haben auch darauf gnädigſt nicht unterlaſſen/ daſſelbe alles ſamt demjenigen/ was der Ritterl. St. Johannis Hierololymitani Orden darwider eingewendet/ nothdürfftige fleiſſige Erwegung und Berathſchlagung nehmen zu laſſen / und geben hierauff ihme Abgeſandten folgenden Beſcheid:

Alldt weil vorgemeldtem Orden das Exercitium Auguſtanæ Confeſſionis ſolcher maſſen/ wie es von ihnen den Herzogen angezogen/nicht geſtanden / ſondern mit ſtarcken Argumenten widerleget wird / indem auch der Anno 52 aufgerichtete und von weil. Käyſer Ferdinando hochlöblichſter ſeligſter Gedächtniß confirmirte Vertrag an ihm ſelbſt lauter / und darinnen das Jus Patronatus in ſpecie ausgedruckt iſt / daß demnach Ihro Käyſerl. Maytt. gnädigſt nicht ſehen können/ wie ihrer der Herzogen Suchen in dieſem Fall ſtatt finden / noch auch der Religions-Fried von ihnen hierzu füglich angezogen werden könne. Und dieweil es dann dieſe Beſchaffenheit hat / daß offtgedachte Herzogen gleichwol den Catholiſchen Prieſter eigenmächtig abgeſetzt/ welches Ihro Maytt. ihnen hievor mehr als eines/ wie auch hiemit abermal in Ernſt verwieſen haben wollen; Als ſey dieſem allen nach/ nochmalen Ihro Maytt. endlicher Will und Befehlich/ daß ſie ſich in künfftig aller dergleichen Thätigkeit bey Ihrer Maytt. ſonderbaren Straff und Ungnade enthalten / auch vörderers hin dem Commendator die Kirchen altem Gebrauch nach zu beſtellen/ einige Beſchwer- und Verhinderung nit beyfügen / ſondern gedachten Orden bey ihrem Poſſeſs und Rechten üblich und unperturbiret verbleiben laſſen / auch dawider das wenigſte zur Ungebühr attentiren noch vornehmen ſollen. Wolten Ihr Maytt. ihme Abgeſandten zur Nachricht und Beſcheid gnädigſt nicht verhalten/ es vollbringen auch die Herzogen hieran Ihro Maytt. endlichen Willen und Meynung. Decretum per Imperatoriam Majeſtatem in Conſilio Bohemico Pragæ penultima die Menſis Julii Anno 1590.

Adam von Neuhaus.

Sebaſt. Heugel.

Neque

Neque minus pia celebrandum memoria ſimile ſacræ Cæſareæ Majeſtatis Decretum, quod anno 1593 pro Commenda Micro-Oelſnenſi tulit, cujus vis ex ſequentibus Buckiſchianis MSS. vol. primi, cap. 13. Membri 7 conjicitur: Wir ſchreiten nun zu folgendem 1594ſten Jahre/darinnen oberwehnter Commendator, Hans Mettich / nachdem er drey Commenden/Loſſen/Großtintz und Klein-Oels zuſammen/und von Ihro Kayſ. Mayſt. expreſſen Befehl bekommen / die Commendæ-Güter mit Catholiſchen Prieſtern vermöge dem Orden von Herzog Georgen freygelaſſenen Juris Patronatûs zu beſetzen / ſolchem beſtens nachkommen / und zu Loſſen und Großtintz zwar den Prædicanten die dimiſſion angekündiget/ in ſeiner Reſidenz Klein-Oels Gütern aber die wirckliche remotion derſelben vorgenommen; darüber denn die Unterthanen ſo erbittert worden/ daß Sie den zu Niemen und Güntersdorff eingeſetzten Cathol. Prieſter auffgeladen / und wieder weg geführet / auch allerhand anzögerliche Worte wider ihn und die Obrigkeit evomiret und debacchiret / mit Vermeſſung keinen andern/als der Augſpurg. Confeſſion zugethanen Worts-Diener zu leiden / und zu ſolchem Ende einen Prædicanten Namens Balzer Höß auffgeſtellt / welcher aber kurtz hierauff nebſt noch drey Perſonen von der Gemeine gefänglich eingezogen / und er zwar gegen Caution, den Pfarrhof innerhalb acht Tagen zu räumen/ wieder dimittiret / die andern aber über Jahr und Tag in Verhafftung behalten worden.

Et quamvis Lutherano dogmati addictæ Communitates, Loſſenſis, Micro-Oelſnenſis, & Magno-Tintzenſis Duci Brigenſi, imo ipſis Principibus & Ordinibus Sileſiæ: hi vero Imperatori pro Miniſtris Lutheranis, ad has Commendas reducendis, ſupplices facti fuerint; nihil tamen contra fidem orthodoxam evinci potuit, prout fuſe in laudatis MSS. Buckiſchianis deducitur, ad quæ lectorem remittimus.

Sunt autem hodierna die Communitates illæ ab omni *heterodoxo*rum fermento adeo expurgatæ, ut in Micro-Oelſnenſi præſertim (quod ſcimus) & magno Tintzenſi Commenda nec unicam animam ſit reperire, quæ fidem non profiteatur Catholicam: & quod nobis magno fuit ſæpe ſolatio, ſunt homines illi in religione ſua adeo ferventes, devoti, & conſtantes, nec non in fidei ſalvificæ articulis tam accurate informati, ut dubitemus, an alibi per totam Sileſiam plebem ruſticam in Romanæ Eccleſiæ dogmatibus & ritibus inſtructiorem ſis auditurus: id quod, poſt Deum, zelo DD. Commendatorum merito acceptum refertur.

Micro-

Micro-Olſnenſis duobus Briga milliaribus diſtat; amplum habet Caſtrum, ab Excellentiſsimo D. Commendatore Comite de Thun fel. recordationis reſtaurari cœptum.

Eccleſiam habet Caſtro incluſam D. Laurentio muncupatam.

Quo ſeculo cœperit, aut à quo fundatore ſuam traxerit originem, ob nimiam antiquitatem hactenus reſciri non potuit. Ut veterum Commendatorum monumenta, ibidem depicta, fidem faciunt, jam anno 1243 ad Melitenſes pertinuit: ac proinde falſam eſſe, probatur, opinionem illorum, qui hunc locum ad Templarios olim ſpectaſſe, his vero exſtinctis ad Melitenſes primo perveniſſe, ſine ratione ſomniant.

Qua de re forſan fuſius agendi dabitur occaſio in ſequentibus capitibus, ubi de Illarum Commendatoribus fiet mentio.

Commendam Gröbnick in urbe quondam Leobſchützenſi fuiſſe, colligitur ex illis, quæ D. Naſo de Lövvenfels pro illius urbis deſcriptione in hæc verba annotavit:

Eine Kirche iſt in der Stadt mit zwey von Grund auffgeführten Ziegel-Thürnen / welcher einer ziemlichen Höhe / mit Glocken-Geläut und einer Glocken-Uhr verſehen / der andere aber / ſo nicht in gleicher Höhe / anietzo öde und wüſt. In gedachter Kirchen wird der gewöhnliche Gottesdienſt gehalten / liegt nechſt dem Ober-Thor / ſonſten den Ordens-Rittern S. Joan. Hieroſol. gehörig: Wie dann Cunegundis, Königin zu Böheimb / laut Privilegii de dato Grätz / 3. Idus Octobris 1297 gedachtem Orden Jus Patronatus conferiret; geſtalten ſelbter Orden vor Alters von 7 biß 8 Prieſtern und dem Decano beſtande / denen die Commenda Leobſchütz vor Alters alſo genannt zuſtändig geweſen. Wie aber das Lutherthum eingeriſſen / ſeynd gedachte Ordens-Prieſter unerſetzt nach und nach abgeſtorben / der letztere aber ſeine Lebens-Lauff ohngefehr Anno 1540/41 oder 42allhie beſchloſſen / nach dieſem haben die Lutheriſche Prædicanten die Kirche occupiret / und die Ordens-Cavaglier auf einem Dorffe der Commenda Gröbnig genannt / 1. Viertel Meil von der Stadt gelegen / ein Schloß erbauet / und alſo den Ordens-Prieſtern ſuccediret; immaſſen annoch ſelbte Commenda Gröbnig / vor Alters Leobſchütz intituliret / gedachte Cavaglier und zwar dato Herr Graff von Wratislaw poſſidiret.

Bonis vero ad Commendam GROEBNICK ſpectantibus primo donatos fuiſſe Melitenſes à Ferdinando II glorioſiſſimæ recordationis, dum ſua, quæ in Comitatu Glacenſi quondam poſſederunt, Patribus Societatis JESU ceſſerunt, colligitur ex ſacris Pulveribus R. P. Crugerii: hoc enim

indicant verba, quibus Jesuitarum in urbem Glacensem, ex qua exturbati fuerant, reductionem describit: *Sed Divinam providentiam!* inquit *ille* ultima Octobris, *omni illo molimine, ac maleficio effecerunt, ut Jesuitæ Ferdinandi II Victoris gratia, & justitia incomparabili Glacium reinducerentur, pro diruta Basilica omnino in medio Civitatis sita B. MARIÆ pariter, uti præfuerat altera, redonarentur, ac restitutis Regularibus*, Crucigerorum insuper Melitensium ditionibus, *in duplum, vel triplum redotarentur, non tantum amplius, sed plane augustius. Cessit hæc commutatio in bonum etiam ultimorum, quia Cæsar aliis notabilioribus ditionibus*, erecta nova GREBNICII Commenda, *gratam sibi vehementer Cessionem Glacensium redhostivit.*

§. 184.

ARCES ET CASTELLA.

Neque vero desunt Silesiæ qua Principum qua aliorum Toparcharum atque Nobilium Arces & Castella, extra urbes item, Opidaque vel altissimis jugis ac rupibus imposita, vel in planitie opportune exstructa: & qua suopte ingenio loci, qua arte & industria hominum adversus hostiles insultus valide munita: qualia sunt verbi gratia *Castrum montis Gradecii*, Grätsberg/ fortalitium præeminens rotunde exstructum ad defensionem Patriæ commodissimum (*a*) Goldbergæ vicinum: *Fürstensteinium* antiquitate, & Principum olim sede clarum, Hohbergiorum possessio: *Kienast*, & *Greiffensteinium*, Baronis Schaffgotschii: *Künigsberga*, Comitis Hohenzollerani: *Carolatum* Schönaichianum: *Gracium* prope Oppaviam Proskavianum: & quæ præterea longa referre mora est.

(*a*) Hujus Castri jam supra mentio facta fuit.

Nimis breviter de ARCIBUS, CASTELLIS, & MUNIMENTIS

Silesiæ

Sileſiæ tractat Henelius: ac proinde Indicem aliquem prolixiorem, ordine litterario diſpoſitum, patriæ noſtræ CASTRA, SEDES nobiliores, & alia quædam loca memoratu digniora ſummatim complexurum adſcribemus, aliis, quibus plus otii, & notitia plenior, occaſionem relicturi hæc eadem penitius & accuratius referendi.

N. I. *ALTENDORFFIUM,*

Sedes nobilis Ducatûs Suidnicenſis, Domus Genethliaca Illuſtrium D. D. *de Logau*, poſtea L. Baronum, quam ortu ſuo nobilitavit *Caſpar à Logau* Epiſcopus Wratislavienſis, qui (ut verba mutuemur ex Sileſiæ Togatæ Henelianæ Lib. I. No. 22.) *Majorum ſuorum pace belloque clariſſimorum gloriam ex nobiliſſima familia Domus ALTENDORFF Ducatus Suidnicenſis oriundus, illuſtrat Sileſiæ Decus, non æquavit modo, ſed & ſuperavit longiſſime: ingenii quippe cultu, doctrinarumque ſtudio ad id bonorum culmen, cum ſe ſacris addixiſſet, provectus, ut ex Novæ Civitatis in Auſtria Epiſcopatu ad Wratislavienſem pleno illorum conſenſu, qui ea poteſtate ſunt, ut deliberato, quem velint, eligant &c. - - - - - - Nec Eccleſiæ modo ſuæ, ſed & univerſæ Provinciæ, cujus ſupremam Præfecturam Imperiali autoritate geſſit, quantam omnino potuit operam, ſedulo impendit. Princeps ſane ingenii acumine, ſcientiarum varietate, ac multarum linguarum peritia inſigniter ornatus, nec minus manu, quam lingua promptus, atque ad quosvis caſus in utramque partem tam paratum habens animum, ut, ſicut pacis & tranquillitatis amans erat, ita nec dubiam belli fortunam, cui juvenis adſueverat, ullo modo formidaret. Laudes ejus, cum primisque eruditionem ſingularem veris ac vivis coloribus Joannes Seckerwitzius depinxit in Elegia Gratulatoria, quam ſub nomine Sileſiæ virorum, ingeniorum, & Muſarum Altricis ad novum Præſulem ſcripſit: unde quidem illud quoque diſcere licet, fuiſſe aliquando Ferdinandi I Imperatoris Filiorum Regia Inſtitutioni præfectum. - - - Cum variis morbis conflictatus è vita exiit Anno æræ Chriſtianæ 1544; at corpus (in cujus exenteratione poſt intempeſtivum uſum magiſterii perlarum tunicas ventriculi nigras repertas fuiſſe teſtatur Joannes Crato in Epiſtolis à Scholtzio collectis) Niſſam devectum, & in Parœchialis templi ſacello honorifice conditum.*

Natus eques, Vatesque bonus, ſit Epiſcopus, arte
Omnimoda excellens, & pietate LOGIUS.

Plura de hoc, ubi de Wratislavienſibus Epiſcopis in Breslographia tractabimus: de aliis autem Logis ex eadem Illuſtr. proſapia oriundis ſequenti capite, quo Sileſiæ Nobilitatem celebrabimus.

No. II. ALTGROTGAU,

Vicus prope Grotgoviam ædificio magnifico, & Vivario annis superioribus ornatus à piæ record. Reverendiſſimo Domino Haymannio &c. Canonico Wratislavienſi ad S. Joannem &c.

No. III. ALTSCHOENAU,

Caſtrum prope Schönaviam in Jarovienſi Ducatu, loco læto ſitum, commodiſſimis inſtructum conclavibus.

No. IV. ALTSTADIUM,

Locus in Ducatu Niſſenſi, argentifodinis quondam celebris.

No. V. ALTWASSER,

Pagus duorum milliarium ab urbe Suidnicio, ſemimilliaris autem ſpatio à Wallenburgo diſſitus in Ducatu Suidnicenſi, ubi amantiſſima patria ad inſtar matris, duos Acidularum fontes, velut ubera duo, à doctis medicis approbata, filiis ægritudine langventibus porrigit.

No. VI. BEUTHENITZA vel BEUTHEN,

Arx fuit opido cognomini in Ducatu Glogovienſi imminens, ſed jam anno 1477 à Joanne Saganenſi Principe exuſta & vaſtata.

No. VII. BIELITIUM.

Caſtrum in Teſchinenſi quondam Ducatu, cujus in opido cognomine meminimus.

No. VIII. BOBERSTEINIUM,

Locus à PP. Societatis JESU Hirſchbergæ reſidentibus ante paucos annos emptus, ab amœnitate celebratus, arcem quidem habens, ſed ejus antiquitatis, quæ ruinam quotidie minatur.

No. IX. BOLCKENHAUSIUM,

Arx Ducatus Jaurovienſis à Bulcone quodam, ut ex etymo apparet, erectum, Anno 1428, ne Huſſitis per Sileſiam graſſantibus ſerviret, à propriis poſſeſſoribus dirutum, ruderibus, magnam loci amplitudinem notantibus, ſolum hodie reſiduis.

No. X. BOLCKENHAINIUM,

Cujus arcis antiquiſſimæ in opido cognomine mentio facta.

No. XI. BOLCKENSTEINIUM,

Caſtrum in Ducatu Jaurovienſi prope Schmidebergam in altiori rupe ſitum, in bello terdecennali multorum à milite fugientium aſylum, ſed à Torſtenſohnio Suecorum Archiſtratego direptum, & funditus dirutum.

No. XII. BRANITIUM

Morawitzkiorum ſedes, prope Moraviam ſita, multorum ore celebris.

No. XIII.

No. XIII. BRIESE,

Vicus in Brigenſi Ducatu à piſcina magna, quadrantem milliaris excedente, & arce, quam *Rubram* nuncupant, notabilis.

No. XIV. CANTERSDORFFIUM,

Pagus in Brigenſi, arcem habens bene & ornatam & munitam, Principes olim Brigenſes, hodie Comitem de Zerotin agnoſcens Dominum.

No. XV. CARLATUM,

Caſtrum amœnum & validum in dextra Viadri ripa ſuper colle elevatiori ſitum, milliari dimidio Bethania remotum, ab Illmis Schonaichiis hujus loci Dynaſtis rara ornatum magnificentia: quod circa annos 1640 & 41 opportunum Suecis præbuit receptaculum, unde excurrentes plures alias in Occidentali Sileſia ſitas urbes Suedici juris fecerunt. Anno tamen 1642 à Principe Lauenburgico, Suecico præſidio interfecto, in Cæſaris poteſtatem redactum.

No. XVI. CONTOP.

Arx eſt in Ducatu Glogovienſi in ſiniſtra Oderæ ripa, Zabeltiziorum olim, nunc Kottwiziorum ſedes, à Joanne Saganenſi Principe direpta & ſpoliata.

No. XVII. CRANUM vel CRAINA.

Sedes perilluſtris proſapiæ de Schweinitz, ubi ante hos viginti quaſi annos urnæ ferales, ab ethnicis olim ibi defoſſæ, fuerunt inventæ. Excuſus eſt Zittaviæ anno 1685 fol. libellus, cui titulus: *Vrnæ Schweinitzio-Cranenſes*, oder etlicher aus dem hochlöblichen Schweinitziſchen Stammhauſe Kran von einigen Jahren her nacheinander ſel. abgeſchiedener merckwürdige Leichen- und Ehren-Gedächtniſſe ꝛc. ex cujus præfatione ſequentia verbotenus inſerere placuit: Es iſt nicht lange / daß an unterſchiedlichen Stellen / und ſelbſt in dem Hofe des Schweinitziſchen Ritter-Gutes und Stammhauſe Kran / eine Anzahl Leichen-Krüge / wie ſie das von Chriſtlichen Gewonheiten noch entfernete Alterthumb ihrer Verſtorbenen Aſche darinnen zu verwahren im Brauch gehabt / unvermuthet entdecket worden. Sie ſtunden groß und klein biß zehen oder zwölff an iedem Orte beyſammen. Die Form derſelben / ſo viel die theils im erſten Herausnehmen zertrümmerten Stücke / und etlicher wenigen aus unverſtändigen Händen annoch gerettete Uberbleibung zugelaſſen / iſt in vorangeſtelltem Kupffer entworffen. Innwendig war nichts als Aſche / und etwas von noch

nicht gar verbrandtem Gebeine/ nebst einer metallinen Nadel und dergleichen Hafftringlein / wie auch ein paar Knöpfflein in einem der gröſten Krüge anzutreffen. Man verwahret diesen mehr in Curiosität als Kostbarkeit bestehenden Schatz aufs beste / und beklagte doch darbey die Unwissenheit und Finsterniß voriger Zeiten / welche theils aus Mangel / theils aus Verachtung derer Mittel / wodurch man auch Tode redend machen und ihr Gedächtniß verlängern kan / keine Spur der Nachricht hinterlassen / was vor Leute diese Gegend ihnen zur Wohnung und Ruhe ihrer Gebeine auserseh'n. Ob es Sarmaten gewesen / wie aus der meisten Beschaffenheit dieser Gefässe / und dem jenigen / was uns die Geschicht-Schreiber von den alten Innwohnern des Landes Schlesien nachrichtlich mitgetheilet / am glaublichsten zu muthmassen? Oder ob die Welt-bezwingenden Römer auch biß dahin gekommen / und an diesem Ort / welcher wegen seiner Wohlgelegenheit an den Gräntzen des Gebürges und ebenen Landes / wie auch der frischen Quellen und zweyfachen Flüsse halber nicht unbequem hierzu sich ansehen lässet / ein Lager geschlagen haben möchten / zumahl auch die an einem dieser Orte bey den abgebrochenen Stücklein vermerckte goldflammichte Materie eine was geschicktere Faust / als derer in Zierathen wenig geübten Sarmatier / an Tag zu geben scheinet? Und wo keines von beiden / ob nicht einige von den alten Deutschen Quaden / welche diese Lande vor der Sarmatischen Uberschwemmung bewohnet / auch nach derselben gegen dem Gebürge / wie aus der daselbst stets verbliebenen deutschen Sprache * und anderen zu schlüssen / sich noch zum Theil erhalten haben / in dieser Gegend zu Felde gelegen / und den Rest ihrer streitbaren Gliedmassen derselben zur Verwahrung hinterlassen haben könten? kan man so eigentlich nicht erörtern / &c. Confer infra pag. ejus libelli 96 seqq. ubi Generosissimi Herois, Jo. CHRISTOPHORI de SCHWEINITZ, Gedancken über die zu Kran gefundene Begräbniß-Krüge / elegia Germanica elegantissime expressæ leguntur, qui idem & præfationem composuisse, & librum edidisse, ex initialibus litteris haud dubie colligitur. Atque hæc de urnis Cranensibus monenda hoc loco nostri officii duximus, eam maxime ob caussam, quod, cum supra Cap. III. §. 51 tum ab Auctore Henelio,

* vid. Genealog. Schweinitz. p. 14.

tum

tum à nobis quoque in Scholiis de urnis Sileſiticis ageretur, Cranenſes ob defectum libelli modo laudati memoriam noſtram ſubterfugerint.

No. XVIII. CUNTZENDORFFIUM,

Arx Ducatus Oppavienſis, ſedes olim Dominorum de Roſenhayn, quorum major quidam fax & tuba fuiſſe ſcribitur Statuum Oppavienſis Ducatûs, quæ ſeparationem ſui à Sileſia, & conjunctionem cum Moravia tam ſedulo non tantùm meditati, ſed & moliti fuerunt.

No. XIX. DOMANTIUM,

Caſtellum Ducatus Suidnicenſis in ſaxo elevatiori, duobus Suidnicio milliaribus ſitum. Foſſis & muris ex una, profunda valle ex altera parte firmatum, palatia habens, ſacellum domeſticum, Cœnacula, & dormitoria hoſpitibus pluribus, & honoratioribus accommodandis ſufficientia. Ludovicum Liberum Baronem de Monteverques ante annos triginta, & aliquot, poſtea Comitem ab Oppersdorff, ſupremæ Sileſiarum Curiæ Conſiliarium, hodie hujus filium Comitem Carolum Joſephum ab Oppersdorff agnoſcens Dominum.

No. XX. EICHHOLTZ,

Illuſtris Zedliziorum familiæ quondam ſedes in Ducatu Lignicenſi.

No. XXI. Elſenberg/

Kitliziorum quondam, poſtea Hohenſauſiorum domicilium.

No. XXII. E L E N D

Reverendiſſimi D. Prælati Lubenſis Eremus ad pagum Wilxen in loco peramœno juxta ſylvam ſita.

No. XXIII. Eulenberg.

Caſtrum montanum juxta Ducatum Oppavienſem, ſed juris Moravici, ſitu & arte validum, Dominii Freudenthalenſis portio. Suecos a fruſtranea Brunenſi obſidione Anno 1643 redeuntes, & hunc locum acriter tentantes ſub Comitis de Lichtenſtein ſacri Teutonici Ordinis equitis directione ſtrenue tamdiu repreſſit, donec a Suecis aquæ ductus deſtrueretur, & præſidii præfectus trilibri pila plumbea ex Caſtris Suecicis vibrata, læderetur, atque adeo hujus læſione periculoſa, illiusque penuria non ſufferenda præſidiarii pacifici cogerentur, ut accepta ab oppugnantibus fide, armatis militari more cum tribus oneratis curribus exire, & Niſſam abire liceret. Opimis deinde gaviſi Sueci fuere ſpoliis, quorum pretium millionem exceſſiſſe ſcribit Frid. Lucæ: rebus ad munitionem requiſitis, & frumentis eo comportatis, quorum (ſi dicto ſcriptori fides) ducenta modiorum millia fuere, non in numerum venientibus Moletrina Martaria, unde papyrus munda mittitur & candida, celebratur. No. XXIV.

No. XXIV. FALCKENSTEINIUM,

Castrum olim Ducatus Suidnicensis ab Henrico Barbato circa Annum 1207 exstructum, sed Anno 1427 à Bohemis adeo dirutum, ut præter vestigia hodie nihil appareat.

No. XXV. FISCHBACHIUM,

Castrum haud procul Cervimontio in loco perquam læto exstructum, Canitziorum quondam sedes, hodie vero Domini de Hayn, viri fidei integerrimæ, habitaculum.

No. XXVI. Freudenstadt/

Arx quondam Montana prope Zigenhalsium, loco, ut nominis docet ratio, peramœno sita, in ruderibus suis hac tempestate tantum conspicua & ruinis.

No. XXVII. FULSTEIN,

Arx in Oppaviensi Ducatu, vetustate celebris, Dominis olim cognominibus parens.

No. XXVIII. FURSTENAU,

Cantiensis territorii Castrum a Serenissimo Principe Holsteinio nostra ætate egregie reparatum & ornatum; paret hodie Dominæ Principi Juliusburgensi.

No. XXIX. FURSTENSTEINIUM,

Castrum horridis hærens rupibus, & aliorum montium Corona cinctum, natura adeo munitum & arte, ut valido, numeroſoque hosti reprimendo sufficere possit: jam anno Christi 1168 a Boleslao Crispo exstructum scribitur, ab Henelio nostro Capite secundo jam satis descriptum.

In alio monte sibi viciniſſimo firma etiamnum monstrantur vestigia pervetustæ illius arcis, ab Ethnicis olim erectæ, quod latronum *subinde*, prædonumque colluviem excepit, ut alibi indicavimus.

Super ipso arcis saxo horti miræ amœnitatis constructi *sunt*, quorum alter in 330, alter vero in 95 passuum longitudinem extenditur.

Anno 1509 a Cunrado de Hohberg empta, posteros illius hodie S. R. J. Comites agnoscens Dominos, ad quos epigramma hac super re scripsit Naso Silesius:

Convenit hoc Castrum, quod in alto monte locatum,
Nominis augmento, nobile stemma, tui.
Principis est saxum Crispi Bolconis, habetur
Nunc Comitum sedes, quæ fuit ante Ducis.
Jure quidem: nam stemma, Ducem tum rite sequaris,
Hos Comites, Comites Dux vovet esse suos.

No. XXX.

No. XXX. GAFRON.

Nobile & amœnum domicilium in territorio Raudenſi quondam fuit illuſtris Gafronianæ Proſapiæ, â qua in Melchioris de Spiegel Svecici exercitus Tribuni per matrimonium cum filia Gafroniana contractum venit poteſtatem: poſt hujus mortem Canitzios accepit Dominos.

No. XXXI. GEYERSBERG.

Mons Ducatus Lignicenſis, lapides ædificiis peridoneos & in quadrum cæſu polituque faciles ferens, quibus Collegio RR. PP. Societatis Jesu Lignicii exſtrui cœpto commode ſervitur.

No. XXXII. GIREN.

Locus Jarovienſis Ducatus prope Boberi fontes, Acidulis, vario morborum generi medentibus, olim celebris: quæ tamen hodie virtute ſua priſtina non vigent amplius.

No. XXXIII. GLÆSERSDORFF.

Illuſtris Glaubitzianæ Proſapiæ in Ducatu Glogovienſi quondam domicilium, antiquitate & amœnitate celebre.

No. XXXIV. GOEBERSDORFF.

Gotsdorff nonnullis, Oppavienſis Ducatus nobile & munitum habitaculum, ad Epiſcopos olim ſpectans Wratislavienſes, de cujus jure ſæculo decimo quinto non verbis tantum, ſed & armis fuit diſputatum.

No. XXXV. GRAMSCHÜTZ.

In Ducatu Glogovienſi ſedes nobilis, quam Hieronymus Epiſcopus Brandeburg. & Havelberg. orru ſuo illuſtravit.

Cujus encomium ex Henelii noſtri Sileſiæ Togatæ lib. 1 lector habe ſeqq.

Neque vero degener incola mundi vixit, aut inficiandum ſeculo patriæve nomen exſtitit HIERONYMUS hic noſter, humili equidem genere (Sculteti quippe filius) in pago Grambſchitz prope Glogoviam natus; ſed ingenio, eloquentia, conſilio, ac dexteritate rerum gerendarum nulli ſecundus. Quem ob id tanto in honore ac pretio habuit Illuſtriſſimus Elector Brandeburgenſis Joachimus, ut non ſolum Joachimo de Bredau Epiſcopo Brandenburgico è vivis ſublato, Anno Chriſti ſupra mille quingentos ſexto ad Epiſcopalem titulum eveheret, ſed & poſt obitum Joannis Havelbergenſis - - in Epiſcopam illam, toto Aulico Comitatu ſtipatus, Conſiliarium hunc ſuum, ac Compatrem ſibi familiariſſimum introduceret, &c. - - - - - - - -

Exſtat ad illum epiſtola Martini Lutheri de Indulgentiis, cui qui-

dem per literas & Abbatem quendam Præsul respondit: Optare *se,* & petere, ut paulatim differat editiones probationum suarum, de *indulgentiis* etiam sermonem vulgarem editum valde nolle. *Ad quæ Lutherus:* Bene, sum contentus: malo obedire, quam miracula facere, etsi possem. *Et erat hic sane mandato Præsulis pariturus, acquieturusque, nisi pennam acuissent novi Adversarii. Mortuus est anno 1522. Summatim de illo Conradus ex Poëtis nostris quidam:*

Stirpe humili cretus, genioq; & pectore celsus,
Excelsum meruit Præsul habere locum.

No. XXXVI. GRÆTZ,

Castellum in Oppaviensi pervetustum.

No. XXXVII. GRETSBERG

Castrum hodie dirutum, de quo supra inter Civitates jam egimus.

No. XXXVIII. GREIFFENSTEIN

Etiam castrum, de quo similiter jam actum, cum de Gryphimontio sermo esset.

No. XXXIX. GROSBURGUM.

BORCUM Cromero, & opidum dicitur: Castrum Lebusiensis Episcopatûs olim portio, una cum bonis ad illud spectantibus (der Großburgische Halt/) Regem Prussiæ, sive Electorem Brandeburgicum agnoscens Dominum: cujus ususfructus (ut vocant) Illustri Canitziorum Familiæ certis sub conditionibus conceditur. Unicum hic in Wratislaviensi Ducatu restat Templum Lutherano dogmati serviens. Quid negotii hic locus Conventui publico Inclytorum Silesiæ Principum & Ordinum facessiverit, jam retulimus capite secundo.

Castrum istud, das Halt Großburg/ una cum pago pertinet *ad Episcopum Lebussensem, cui illud à Duce Henrico Barbato A. 1234 donatum* fuit. Cromeri verba de Rebus Polonorum lib. 8 hæc sunt: *Quin* & in Silesia Borcum oppidum, & territorium, & in majore Polonia postea Casimiriam cum 14 pagis atque Decimis eidem Episcopo donavit. Unde cum hodie Episcopatus Lebussensis Lebuß pertineat ad Illustrissimos Marchiones Brandenburgenses, possessores Borci oppidi tam quoad leges Silesiæ, quam quoad contributiones se voluerunt eximere. Cum enim controversia de illo Castro Patrum nostrorum memoria incideret, utrum nimirum illud subjectum esset Legibus Saxonicis, & iis, quæ in Silesia receptæ sunt, an vero Legibus Marchicis uti deberet? Priorem sententiam defendit Thomasius Decis. 42 per totum, secundum quam etiam pronuntiatum

tiatum fuit, & quæ etiam hodie obtinet; posteriorem vero latissime conatus est defendere Schraderus nominatim super hoc negotio edito consilio, quod Consilium reperitur inter Consilia Schraderi lib. 1 eoque pertinent, quæ ipse pertractavit in tract. feudali p. 9. pr. 2. Sect. 3 n. 152, usque ad n. 168.

Sic ejusdem Pagi Possessores eximere voluerunt se à Contributionibus in Silesia, sed conatu irrito, ut planum facere possum ex decreto Principum & Statuum Silesiæ Anno 1578, quo tempore Successores & Possessores istius Castri repulsam passi sunt, neque se subducere potuerunt contributionibus.

No. XL. GROSHEINTZENDORFF.

Castrum in territorio Bolcovicensi Ducatus Glogovienſis ad Sprottam fluviolum situm, & adeo firmiter munitum, ut centum etiam præsidiarii, prout F. Lucæ scribit, decem oppugnantium millibus reprimendis sufficiant: cujus fortitudinis suæ specimina in turbis tam Bohemicis sive Hussiticis, quam Succicis, dedit sæpius.

Anno tamen 1641 à Succico Stalhansio interceptum fuit, & eodem anno à Principe Francisco Adalberto Cæsareo Archistratego recuperatum; anno vero 1642 à Suecis obsidione cinctum paucos post dies ad deditionem coactum fuit, & dirutum: quamvis munitione naturali, vallis nimirum & fossis palustribus, quibus circumdatur, privari haud unquam potuerit. Spectat ad Reverendissimum & Illustrissimum Comitem è Braida, Canon. Olom. & Vratisl.

No. XLI. GROSKOTZENAU.

Castrum in Lignicensi Ducatu à Boleslao Suidnicensium Principe circiter annum 1286 conditum, anno 1640 Cæsareum habuit militem præsidiarium, qui Suecis equini pabuli caussâ vagantibus frequentes clades intulit: anno vero 1641, Cæsareæ militiæ Generalis Goltzius istic moratus coercuit militem Suecicum Bethania excurrentem, ne latius evagando magis noceret patriæ. In sylvis huc spectantibus per aliquot milliaria protensis alcem ceperunt venatores anno 1675, uti cap. 3 jam memoratum.

No. XLII. GROSPETERWITZ.

Feudum Burgense sive Castrense liberum, Illustris olim Niemitziorum Familiæ domicilium, quod paucis abhinc annis in Illustrissimi Domini L. B. de Pein &c. potestatem emptionis jure pervenit, qui novum hodie & quidem nobilissimum castrum molitur ad patriæ ornamentum.

No. XLIII. GROSPETERWITZ.

Aliud in Francoſteinenſi territorio caſtellum non invalidum, *Lib.* Baron. de Suertz habitaculum.

No. XLIV. GROSPETERWITZ.

Tertium hujus nominis caſtrum nobiliſſimum in Ducatu Oelſnenſi, ab Illuſtriſſimo Dynaſta Maltzanio hodierna, eaque rara, qua ſuperbiâ, magnificentiâ ornatum.

No. XLV. GROSWANDRITSH.

In Ducatu Lignicenſi domus magnifica officio Magno-Baudiſſenſi deputata, in qua Anno 1687 Sereniſſima Regina Poloniæ, ad Thermas Hirſchbergenſes proficiſcens, prandio excepta.

No. XLVI. GROEBCOWITZ.

Pagus Territorii Olavienſis pari duorum milliarium ſpatio Bresla diſtans & Olavia, ad Hoſpitale S. Matthiæ Wratislavienſe pertinens, ideo memoratu dignus, quod Anno 1469 Rex Matthias Hunniades, cum Wratislaviam proficiſceretur, iſthic cœnare & pernoctare dignatus fuerit.

No. XLVII. HARPERSDORFF.

Ducatus Lignicenſis Illuſtrium Dominorum de Mauſchwitz præteritis temporibus habitaculum, ubi Schwenckfeldiana hæreſis tam profundas egit radices, ut paucis abhinc annis peſſimæ illius reliquiæ fuerint deprehenſæ.

No. XLVIII. HERMSDORFFIUM.

In eodem Ducatu ſedes nobilis antiquitate & amœnitate celebri Dominorum de Schindel.

No. XLIX. HARTMANNSDORFF.

Pagus in territorio Boleslavienſi, à Lapidicina laudatus, unde *tabulæ* lapideæ grandes, & plures in epitaphia aliumque uſum varium *formandæ*, avehuntur.

No. L. HAYNWALD.

Amplam in Goldbergenſi territorio Sylvam denotat Anno 1393 urbi illi venditam.

No. LI. HAUDE.

Sedes nobilis in Brigenſi Ducatu, vetuſtate magis quam venuſtate conſpicua, Oppersdorffiis olim, poſtea aliis parens Dominis.

N. LII. HOHEKIRCH.

Ducatûs Glogovienſis Vicus, duobus paſſuum millibus, ideo memorabilis,

rabilis, quod anno 1480 inclytorum Principum & Statuum Sileſiæ Deputati Conventum publicum celebrantes iſthic loci conſultarint, qua ratione Joannem Principem patriæ quieti officientem ad ea, quæ pacis ſunt, disponerent; ſed ſanctiori hodie ſigno locus iſte notatur, imagine nimirum Beatiſſimæ Virginis MARIÆ gratioſa, ad quam Catholicorum, Glogovienſium præſertim, devotio publicas ex Urbe ſupplicationes ſemel quotannis, pridie videlicet Nativitatis Marianæ, ducere ſolet per viam, quindecim DEI Hominis in terra converſantis & patientis Myſteriis inſignem. Sacella vero, in quibus dicta ſalutis noſtræ Symbola piæ ſupplicantium meditationi proponuntur, ante triginta circiter, & quod excedit, annos pia munificentia Illuſtr. Lib. Baronis de Dihr, Ducatus illius pro eo tempore Capitanei, erecta fuerunt.

No. LIII. HOHWALD.

Nemus Ducatus Brigenſis prope territorium Grotgovienſe, in quo duæ quondam Cedri pinos inter & abietes inventæ fuiſſe traduntur.

No. LIV. HOLLSTEIN.

Caſtrum in rupe elevatiori ſemimilliari Leoberga ſitum, à lapidibus cavis, qui infra rupem inveniuntur, denominatum, anno 1426 ab Huſſitis obſidione cinctum, & non tantum expugnatum, ſed & potiori ſui parte dirutum: quod tamen A. 1513 à Perilluſtri D. Adamo de Leſt quadantenus reſuſcitatum: à Leſtiis ad Illuſtriſsimum D. Wilhelmum S.R.I. Comitem de Gall, in Sac. Cæſ. Maj. Ferdinandi II militari exercitu Chiliarcham, capite ſequenti celebrandum, pervenit, in cujus poſterorum Illuſtriſſimorum poteſtate etiamnum perſevera.

No. LV. HERALTITZIUM, Heraltitz.

Caſtrum prævalidum mille paſſibus Oppavia diſſitum, Comitum Oppersdorffiorum, poſtea Comitum à Würben, jam vero Cœnobii Welleradenſis in Moravia, Ord. Ciſterc.

No. LVI. HÖSTITZ.

Ejusdem Ducatus ſedes nobilis antiquitate celebris.

No. LVII. HÜNERN.

In Olavienſi territorio caſtellum ab Illmo L.B. Joanne Adriano de Plencken, S. Cæſ. Majeſtatis apud Inclytam Curiam utriusque Sileſiæ Cancellario, erectum, & exquiſita elegantia donatum, atque amœniſsimo Viridario, exoticis arboribus & fructibus inſtructo, circumdatum.

No. LVIII. Jacobs-Kirch/ ECCLESIA S. JACOBI.

Pagus in Ducatu Glogovienſi, Henrico cognomento Ferreo Prin-

cipi Saganensi fatalis, quod à Nobilibus Ducatus in tetricam cellam *hic* præcipitatus fuerit, in cujus squalore vitam miseram agere debuisset, *nisi* à civibus Glogovienſibus in libertatem fuisset vindicatus.

No. LIX. JELTSCHIUM, Jeltsch.

Breslam inter & Brigam fuit castellum duobus Viadri ramis cinctum, quod durante triginta annorum bello tam Cæsari, quam hosti multum negotii fecit. Anno enim 1634 à Saxonicis interceptum, sed Anno 1641 à supremo exercitus Cæsarei Præfecto Goltzio recuperatum, quo tempore ipse D. de Saverma loci possessor, quod militi Cæsareo equum suum cedere recusaret, plumbea glande trajectus fuit.

Anno postmodum 1646 à Suecis Olavia excurrentibus denuo captum novis loci possessoribus occasionem opportunam præbuit omnem Breslam inter & Brigam communicationem mutuam impediendi. Quamvis enim à Cæsareo Generali Buchheimio ao. 1647 armatis viribus tentaretur, re tamen infecta iste recedere coactus est, castrum autem in hostili mansit potestate usque ad pacis anno sequenti consecuta tempora. Spectat ad Illmum L. Baronem Wolffgangum de Saverma, de cujus Illustrissimæ prosapiæ præclaris erga patriam nostram meritis sequenti capite nonnihil adferemus.

No. LX. Johannsberg / JOHANNIMONTIUM.

Castrum ditionis Episcopalis, cujus mentio facta, dum de *Jauernig* opido ageremus.

No. LXI. JULIUSBURGUM.

Sedes Ducalis in Ducatu Oelsnensi, quod nomen obtinuit à Julio Sigismundo Principe, qui cum anno 1673 Ducatu illo inter tres Olsnenses Principes diviso hunc locum, qui Neu-Dreske prius audiit, & *domus* tantum fuit Officialium Ducalium, obtineret, in habitaculum *Principe* dignum commutavit. Illo autem viam universæ carnis ineunte ad Serenissimam Viduam Annam Sophiam pervenit, quam etiamnum habet Dominam.

No. LXII. KAUDER.

In Suidnicensi Ducatu egregium Schweinitziorum memoria nostra domicilium.

No. LXIII. KAUBITZIUM.

KAUBITZ locus prope Francosteinum, Imagine Gratiosa celebris, de qua supra jam egimus.

No. LXIV.

No. LXIV. KEMNITZIUM.

Caſtrum Ducatûs Jaurovienſis, profundis foſſis, & muris firmis validum, à Slavis olim, cum longius illi excurrerent, erigi cœptum, & poſtmodum ſub annum 1241 à Boleslao Calvo conſummatum, commodisque cubiculis & cœnaculis adornatum.

Frideberga ſemialtero diſtat milliari in læto latifundio minoribus montibus coronatum. Eccleſiam habet aliquot disjunctam paſſibus, anno 1626 honori ſancti Joannis Baptiſtæ ædificatam, & altari decenti, Schaffgotſchiano inſigni, aliisque monumentis exornatam.

Anno 1640 durante Hirſchbergenſi obſidione Suecicæ legionis tribunus Stalhanſius præſidium huc impoſuit; quod autem brevi poſt ejecerunt Cæſarei, & Stalhanſianas excurſiones exinde feliciter repreſſerunt.

Feudum olim fuit Schaffgotſchianorum, paucis autem abhinc annis Comitis Palfy de Erdath.

Ex hoc caſtro, aut ex vicino vico cognomine, prodiit Venerabilis ille vir ordinis S. Dominici, *P. Joannes de Kemnitz*, qui orthodoxæ fidei lumine, & prædicationis Evangelicæ zelo patriam noſtram ſancte illuſtravit, præcipue vero Marianum cultum indefeſſo atque laudabili conatu promovit, cujus vir ejusdem ſacri Prædicatorum ordinis eximii P. Abrahamus Bzovius S. T. D. *in Tutelari Sileſia*, ſeu in vita; rebusque præclare geſtis *B. Ceslai Odrovanzii* &c. in hæc verba meminit:

Fr. Joannes de Kempnik Lector, & quod ſcribitur, gratioſus Prædicator: Hic fuit primus, qui Wratislaviæ, & in potioribus Civitatibus Sileſiæ ac Bohemiæ prædicavit Fraternitatem de Roſario ſeu Pſalterio ſanctiſſimæ virginis MARIÆ. Scripſit plurimos ſermones optimos de Tempore & Sanctis: Item ſcripſit, & prædicavit ſermones contra vitia, quæ jam regnant in mundo, incipiens ſemper: Væ væ væ habitantibus in terra, qui modo per errorem adſcribuntur cuidam Morgenſtern.

Niſſæ Sileſiorum adhuc Eccleſia extat vetuſtiſſima ſanctiſſimi Roſarii B. Virginis, ejusdem in ſacello penes Portam exteriorem Imagine olim miraculoſa inſignis. Multa ob eam propagationem cultus virginei paſſus eſt ab aliquibus ex Clero apud Rudolphum Epiſcopum Wratislavienſem Anno Domini 1481. Hæc Bzovius.

No. LXV. KETZERNDORFF.

Caſtrum validum & vetuſtum tribus Briga milliaribus in Sylvarum meditullio ſitum; cereviſia coquitur ibi ad multorum guſtum & ſanitatem, quæ & alio vecta in Suidnicenſi, ut vocant, cellario venditur.

Ferri-

Ferricudina præterea gaudet non contemnenda. *Monasterium* hic olim Franciscanorum fuisse, ipsi admodum RR. PP. ex *Archivis suis* docere possunt.

No. LXVI. KINSBERG vel KÖNIGSBERGA.

Latine Regiomontium, castrum montanum duobus passuum millibus Suidnicio, saxo celsiori superstructum, ab Ethnicis, ut creditur, erigiceptum, à Boleslao Procero Anno 1148 consummatum, & novorum murorum ambitu firmatum. Paucos quidem caperet Præsidiarios loci angustia, quos tamen hosti numerosiori opponere propter situm posset defendendi opportunitas.

Incolatum olim arx ista latronibus præbuit anno 1476 ejectis, à quibus magnum isthic thesaurum relictum, à Suecis autem anno 1633 in secretiori loco repertum fuisse traditur.

Dominum nostra memoria agnovit Illustrissimum Lib. Baronem de Eben, genus suum & nomen à *Petra piana*, nobili castro ultra Tridentum posito, trahentem; cujus vero Prosapia isthic locorum in Bohemia nimirum & Silesia feliciter hodie dilatatur.

No. LXVII. KLEINJANOWITZ.

Sedes nobilis Ducatus Lignicensis, ad D. Comitem Christophorum Wenceslaum de Nostitz nostra memoria spectavit: ubi circa annum 1669 aurifodina frustraneo conatu quæsita, Terra tamen, quam sigillatam vocant, Strigensi quadantenus affinis, inventa fuit.

No. LXVIII. KLEIN-KOTZENAU

Nobile Domicilium in eodem Ducatu.

No. LXIX. KLEIN-LIGNITZ.

In ducatu Brigensi Ritschnensem inter & Leupuschensem *sylvas sita*, Domus venatoria, ob singulares loci amœnitates, raras imagines, *quibus* à Principe Joanne Christiano sub annum 1614 donata fuit, *perquam* celebris.

No. LXX. KLEIN-SCHWEINITZ.

Domus vetustissima Dominorum de Schweinitz vel Schwentz Genethliaca in Ducatu Lignicensi; quam Perillustris illa Prosapia ex Merania originem suam trahere, & jam tempore S. Hedwigis una cum illa in hanc nostram provinciam advenisse credatur.

No. LXXI. KLITSHDORFF.

Castrum celebre uno Boleslavia milliari ad Lusatiæ confinia juxta Boberum in loco plano & amœno situm, vallis & propugnaculis olim munitum;

munitum; ſed temporum, bellorumque injuriis decore priſtino privatum, & potiori ſui parte dirutum. De hac arce & ejus origine ſcribit Cromerus de Reb. Polon. Lib. XI. in Loctico. Spectat ad Illuſtres Barones de Schöllendorff, quorum Cap. ſeq. erimus memores.

Anno 1628 den 30 May iſt im Buntzlauiſchen auff der Herrſchafft Klitſchdorff gefangen und erſchlagen worden ein groſſer Menſchen-freſſender Bärwoiff vier Ellen weniger zwey zwergfinger lang/ dritthalbe Ellen hoch/ am Halſe anderthalbe Ellen dicke/ der den Tag zuvor eine Magd von Mühlback (wie auch vormals andere Perſonen) angegriffen/ umgebracht/ die eine Helffte auffgefreſſen/ die übrige zur künfftigen Mahlzeit vorbehalten/ und verſcharret. Welches ein Hammer-Meiſter verſpürt/ ein Fuß-Eiſen an eine Ketten geſtellet/ darein ſich der wiederkommende Bärwolf am rechten förder Schenckel gefangen/ anderthalb Viertel Meilweges mit dem Eiſen fortgelauffen/ aber im weiſſen Vorwercke von Hunden auffgeſuchet/ mit allerhand Wald-Inſtrumenten geknüllet und umbracht worden. An den Schenckeln hat er 3 Kugeln ſtecken gehabt. Bey der Ausweidung hat man viel Stücke von Hirnſchädeln/ viel Menſchen-Haare/ ja ein gantz Gehirn in ſeinem Magen unverdaut gefunden. *J. H. Cunrad. Sileſ. Pol. MS.*

No. LXXII. KOISCHWITZ,

Pagus in Ducatu Lignicenſi a lacu cognomine celebris.

No. LXXIII. KOZLE,

Caſtrum verſus Moravica confinia, loco magis, quam arte munitum. (Odera enim fluvius illud ſtagnis robuſtum fecit) Cum ſubito diffagraſſet circa A. C. 1107 à Boleslao Poloniæ Duce inſtauratum fuiſſe teſtatur Dlugoſſus Hiſtor. Polon. tom. 1. l. 4.

No. LXXIV. KRATZIG vel KRATZGAU.

Sedes magnifica Illuſtris Familiæ de Seidlitz Domantio ſemimilliari diſſita, ex una ſui parte Suidnicium verſus ſylva, ex altera montibus jucunda. Rupes habet vicinas, in quarum rimis fulgentes lapilli leguntur adamantibus haud multum diſſimiles, quibus Illm. Sigismundus L. Baro de Zedlitz, Præſes Cæſ. Cameræ, cum Anno 1611 d. 18 Sept. Regi Mathiæ magna ſtipatus nobilitate Wratislavia procederet obviam, equeſtrem ſuum apparatum mire adornatum habuit.

No. LXXV. KREPPELHOF.

In Ducatu Suidnicenſi, Domus honorifica, Schaffgotſchiorum olim, noſtra vero memoria Promnitziorum Comitum.

No. LXXVI. KRICHEN.

Vicus semialtero Bresla milliari dissitus ab amœnissimo horto celebris, quem Illmus L. B. de Nidhard, Cameræ Cæsareæ Vice-Præses dignissimus, rarissimis ex Italia, & aliunde petitis arboribus conseri, ad miram elegantiam disponi, magnis sumptibus curavit, ut dignus haberetur, qui non Possessoris tantum sui, sed & Principum animis relaxandis & recreandis sæpe serviret. Domicilium juxta hortum exstruxit Nidhardiani ingenii dexteritas eo compendio, ut licet parvum illud sit, gratiosum tamen, & non Domino duntaxat suo, sed & pluribus hospitibus honoratioribus accommodandis sufficiat.

Eremum habet in Pomario inter arbusta amœne absconditam, cum decenti apparatu ad celebrandum SS. Missæ sacrificium requisito. Ingeniosas inscriptiones ab ipso Illmo D. Barone Juniore Joanne Bapt. de Nidhard, supremæ Curiæ Utr. Silef. Consiliario, pro læto facilique quo pollet genio, & ingenio extemporanea quasi Musa composita.

No. LXXVII. KRIPPITSCH.

Sedes nobilis Dominorum de Tschech olim, nostra ætate Dominorum de Wentzky in Duc. Brig. sita.

No. LXXVIII. KROITSCH.

Duc. Lig. nobile quondam domicilium Dominorum de Schweinitz ex Domo Cranensi oriundorum, quemadmodum ex docto colligitur epitaphio, ad Schweidnizianum monumentum in Ecclesia hæc in verba apposito:

Siste oculum, qui Alta lustras: Qua infra lateant disce,
Hac sub turri,
Generosa Schweidnitziorum Familia, Domus Cranensis,
Dormitorium sibi, consentiente loci Patrono, elegit,
Ubi suorum Ossa, post exantlatos vitæ labores, quieti traderet
Ad magni illius DIEI exortum tanto alacrius evigilatura.
PRIMUS
Extremo suorum cum luctu huc intravit
JOANNES CHRISTOPHORUS de SCHWEINITZ,
Quem
Post exultam gnaviter domi & penes exteros Juventutem, strenua bello dextra
Pedestris sub Cæsare & Elector. Saxon. Cohortis Ducem, judicii dexteritas
Trium ex Piastea prosapia Ducum Consiliarium, Judicem Aulæum. Et

Et Ducatus Lignicensis Seniorem,
Rarus hoc seculo Candor,
Nomini, nisi qui dolis delectantur, ingratum,
Praceps vero Apoplexia ictus,
Quid d. 28 Maji, Anno æræ salutiferæ 1668, ætatis supra II septimanas & 3 dies LXIIdo,
Non imparatum tamen è vivis rapuit,
vel potius ad veram vitam transvexit,
Universæ Patriæ desiderabilem reddidit.
Plura ex mœstissimæ post 25 & quod excedit annorum dulcissimum Conjugium, vidua
EVÆ de POLSNITZ, Decemque liberorum
Patris vultum aut animum exprimentium, vivis Imaginibus,
Et quæ in Bonorum omnium mentibus reliquit,
Piæ Recordationis monumentis,
licèat cognoscere.

Est & alia lectu digna in hoc templo sepulchralis inscriptio Perillustris Domini Georgii de Polsnitz, quæ sic habet:

Adesto
Quisquis Honestatem, Artes, virtutem æstimas,
GEORGIUS de POLSNITZ
hic quiescit.
Cognitum non solum Patriæ sed & exteris Nomen,
Apud quos post viginti fere annorum itinera,
Non hospitari, sed habitare visus est.
Quiescere miraris illum,
Cujus sciendi aviditatem explere non potuit
Nec Germanorum profunditas,
Nec Gallorum vivacitas,
Nec Hispanorum sublimitas,
Nec Italorum subtilitas,
Nec Anglorum sagacitas,
Sed hoc in eo produxit totius orbis Vanitas
Quam inter raros, quibus instructus erat, ingenii & experientiæ Thesauros
æqua Judicii lance intelligere cœpit,
cum intelligere paullatim desineret,
ita, ut paucis ante obitum diebus,

Hoc unum se scire, quod nihil sciat, professus sit.
Atque ideo Terræ hujus pertæsus
Pro illa, quæ tandem exhauritur, profunditate
DIVINITATIS Abyssum,
Pro illa, quæ cito extingvitur, vivacitate
VERAM VIVENTIUM RELIGIONEM,
Pro illa, quæ non raro labitur, sublimitate
SUMMUM PERFECTIONIS CULMEN,
Pro illa, quæ sæpe cacutit, subtilitate
JESUM SAPIENTIÆ SOLEM,
Pro illa, quæ facile errat, sagacitate
ANGELORUM ACADEMIAM
sibi eligeret
Ad sanctas has sedes,
Cum post resoluta sinistri Lateris membra ad alia itinera impeditus
Biennio, & quod excedit, Craina ut plurimum hæsisset,
Beata morte transiens 11 Sept. An. 1671.
Exacto in hoc vitæ stadio 42 annorum & 5, si unum largiaris diem,
mensium Curriculo,
Brevi quidem, si ætatem spectas,
Si virtutem & labores, satis longo.
Tu ossibus quietem gratulare,
Patria ob ereptos tantæ spei fructus, ingemisce,
Prater vitam hanc Peregrinationem cogita,
Qua absoluta domum aliquando est redeundum.
Et quo felicitèr redeas,
Inter omnes vivendi Artes, & scientias, hanc unam maxime extolito
BENE MORIENDI.

No. LXXIX. KUNITZ.

In Ducatu Lignicensi nobile Kunitziorum nostra memoria habitaculum, a lacu cognomine & latissimo Silesiæ ponte celebratum.

No. LXXX. KURTWITZ.

In Brig. Duc. magnificum domicilium quondam Dominorum de Gregorsdorff: hodie, ni fallor, Priborniani Dominii portio.

No. LXXXI. KUNAST.

Castrum montanum, excelsis rupibus inhærens ad pedes montis Gigantæi, dimidio circiter milliari a calidis fontibus, semialtero Hirschberga

berga remotum. Domus olim fuit venatoria, quam Bolco Bellicosus anno 1292 munivit, & celeberrimo atque nobilissimo Equiti Gothardo Schaffio in virtutis & generositatis præmium donavit. Spatium quidem ipsum non est magnæ capacitatis aut amplitudinis, in tres tamen dividitur areas, quarum unaquæque propugnaculis necessariis, superior vero elevatiori insuper & validiori turri atque duplici armamentario, in quibus arma ad defensionem requisita, variæ variorum Heroum cataphractæ asservantur, adeo firmatum fuit, ut neque ab Hussitis, illuc anno 1426 transeuntibus, neque ab ullo hostium alio hactenus occupari potuerit, sequenti propterea carmine à Nasone nostro in Castri columnam lapideam, in secunda area positam, scripto celebratum:

Hæc est virgineo fundata columna decori
In petra, id meruit nobile virgo decus.
Vi nulla potuit violarier integra Castri
Virginitas, statuit gloria pyramidem.
Virgineum quicunque vovet spectare decorem,
Torquatus *debet* Manlius *esse prius.*
Applicat huic jugulum suspensa numella columnæ,
Hunc torquem sponso sponsa litare solet.

Hujus tamen spectabilis castri pristinum decus, imo & munimen, partim fulmen, quo bina vice tactum fuit, partim ipsa vetustas nostra ætate vehementer imminuit. No. LXXXII. LASCOWITZ,

Sedes magnifica Illm. L. Baronis de Sauerma in Olavienſi territorio: quæ hac ipsa, dum hæc scribimus, septimana fulmine tacta, magna sui parte per incendium inde exortum, non sine gravissimo rei familiaris damno, in cineres redacta fuit.

No. LXXXIII. LANGE WIESE,

Pagus in Ducatu Olsnensi propter Sacellum Corporis Christi, miracula ibidem divinitus patrata, & magnum Indulgentiarum thesaurum Christi fidelibus, eundem locum devote visitantibus, concessum, celebris. In quibus vero festis, & quales indulgentiæ, & quibus concessæ quondam fuerint? sequentes litteræ per Hieronymum Archi Episcopum Cretensem, & per regna Poloniæ & Bohemiæ & terram Silesiæ Nuncium Apostolicum jam anno 1460 datæ docent: *Universis & singulis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis Hieronymus DEI & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Cretensis, sanctissimi in Christo Patris & Domini Dñi nostri Pii divina providentia Papæ secundi, prefataque sedis in regnis Bohe-*

mia & Polonia, nec non terris Silesiæ & Prussiæ cum potestate Legati de Latere Nuncius & Orator salutem in Domino sempiternam: Licet is de cujus munere venit, ut sibi à fidelibus suis digne & laudabiliter serviatur de abundantia pietatis suæ, quæ merita supplicum excedit & vota, tamen servientibus sibi multo majora retribuat. Desiderantes populum Domino reddere acceptabilem, & bonorum operum Sectatorem populum ipsum ad complacendum, quasi quibusdam allectivis muneribus Indulgentiis videlicet & remissionibus invitamus, ut exinde divina gratia capacior efficiatur. Cupientes igitur, ut Capella sub honore Sacratissimi Domini nostri JESU Christi Corporis fundata ville in longo prato alias Langenwiese *Wratisl. Diœceseos infra nostræ legationis terminos constitutæ, construi, & ædificari inceptæ*, in qua, ut accepimus, multa miracula facta fuerunt, & fiunt indies, *& ad quam propterea devotionis causa ingens pro tempore populi multitudo confluit, in suis & structura, & ædificio, quantocyus perficiatur & compleatur, hujusmodi quoque devotio pro illius ad salutem animarum suarum ædificatione salubri frequenter vigeat atque crescat: Ipsi Christi fideles eo libentius ad eandem Capellam devotionis causa confluant, & ad illius perfectionem & complementum de bonis sibi à DEO collatis manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ uberius conspexerint se refectos de Omnipotentis DEI misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, eorumque autoritati confisi, omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, & Ascensionis, & ejusdem Corporis Domini nostri JESU Christi, Pentecostes, nec non Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis B. MARIÆ Virginis, & Nativitatis Joannis Baptistæ; dictorum Petri & Pauli, & omnium aliorum Apostolorum: Nec non S. Hedwigis & S. Michaelis Archang-li Patroni Parochialis Ecclesiæ dictæ ville, festivitatibus atque celebritate omnium sanctorum: ac per ipsorum Nativitatis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis & Corporis Christi, nec non Nativitatis & Assumptionis B. MARIÆ, ac Nativitatis B. Johannis Baptistæ, & Apostolorum Petri & Pauli prædictorum, festivitatum earundem octavas, & per sex dies dictam festivitatem Pentecostes immediate sequentes, eandem Capellam devote visitaverint, annuatim & ad perfectionem, & complementum hujusmodi manus adjutrices porrexerint, ut præfertur singulis festivitatum & celebritatis, ac Octavarum earundem, & aliis diebus prædictis, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxamus. Datum Wratislaviæ sub nostri magni Sigilli, quo in his utimur, appensione Anno à Nativitatis Domi-*

ni

ni milleſimo, quadringenteſimo ſexageſimo, Indictione octava, die vero quinta menſis Februarii, Pontificatus dicti Domini noſtri, Domini Pii Papa ſecundi, anno ſecundo.

Et nos Rudolphus DEI gratia Epiſcopus Wratislavienſis &c. pramiſſas Reverendiſſimi in Chriſto Patris, ac Domini Domini Hieronymi Archiepiſcopi Cretenſis &c. Indulgentias Capella Corporis Chriſti in Langewieſe conceſſas, quatenus de jure proceſſerunt, ratas & gratas habemus, quas præſentis ſcripti patrocinio ex certa noſtra ſcientia acceptamus. Noſtrasque & conſuetas quadraginta dierum Indulgentias, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus confeſſis & contritis, qui pradictas conceſſiones adimpleverint toties, quoties de injunctis pœnitentiis miſericorditer in Domino adjicimus per præſentes perpetuis temporibus daturus. Dat. Wratisl. die ultima menſis Aprilis Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo octavo. Noſtro ſub appenſo Sigillo.

No. LXXXIV. LEHNHUSIUM. Lähnhauß.

Caſtrum in Jarovienſi in præcelſa rupe ſitum, de quo ſupra, dum de Læhno opido egimus.

No. LXXXV. LOBRIS,

In Jarovienſi habitaculum præclariſſimum ab Excellentiſſimo Comite de Noſtitz (cujus dominatum agnoſcit) Viridariis peramœnis & precioſis adornatum. No. LXXXVI. Liebendorff/

Habitaculum nobile Duc. Lign. vel ideo celebre, quod celeberrimus Doctor, & Polyhiſtor Joannes Jonſtonius incolatu ſuo & morte illud magis nobilitaverit.

No. LXXXVII. MALNITZ,

In Glogovienſi Ducatu Dominorum de Kitlitz paucis retro annis nobile Domicilium, hodie Comitis à Redern.

No. LXXXVIII. MASLAU,

Pagus in Trebnicenſi diſtrictu à colle celebris, in quo ferales urnæ fuerunt effoſſæ. Non incongruum erit hoc loco ipſam Georgii Uberi ad And. Aurifabrum Med. epiſtolam inſerere: *De collibus Trebnizianis paucis, quæ ipſe ego vidi, quibus denique interfui, accipe. Eſt locus extra Trebnizium apprime arenoſus, inſtar monticuli prope villam Maſſel, noſtri vocant* den Töppelberg/ *cujus hæres eſt Dominus Maslowſky, ab eadem villa nominatus, ut Polonorum Nobiles plerique conſuevere. Huc ſub feriis Pentecoſtes, ſi quando cives tadium & ſatietas urbis ceperit, animi recreandi gratia ſeſe conferunt, agricolis nummos aliquot numerant,*

qui

qui ligone & palo accincti scrobem in modum circuli effodiunt, ex qua eandem ollulam prope madidam, mollem & tenerrimam, cum arenosa terra & variis instrumentis educunt, quae si paullulum in aerem sublata & extensa fuerit, indurescit, & ex molli subdurior redditur. Vidi ego nonnunquam carbones, ligna, ossa, instrumenta anea & ferrea, erugine subducta, quae ego hinc inde aurifabris & serariis exhibui, ut si qui talium instrumentorum vel potius fragmentorum usum noviſſent, referrent; atqui nemo illorum repertus, qui saltem divinare recte de ejusmodi fragmentis potuisset, adeo antiquitate & ferrugine contrita. Puto ego istic quandam sepulturam Gentilium fuisse, qui cum urnis carerent, ollas interim cum cinere, igne, favilla, & reliquis instrumentis ex rogo relictis in signum pietatis collegerunt, condentes tumulo, mediaque inhumarunt arena. Unde longinquitate temporis factum, quod madente terra assiduo humore olla liquescant, & in naturam priorem, ex qua facta, revertantur; & si parum caute exempta fuerint, lutum & argillam pro olla retinebis. Si cautius & diligentius rem agas in eximendis urnis, aeris siccitate indurescunt, & naturam pristinam, qua à figulo formata, retinent. Si quippiam inde E. T. melius & rectius elicere poterit, non repugnabo, imo si gratum fore intellexero, operam dabo sedulo, ut ab incolis circa Trebnitzium, si non hac hieme, certe verndi tempore tale quippiam collectum & conservatum ex sepultura gentilium, vel ut nostri vocant Töppelberge/ *ad T. H. mittam. His optime valere T. H. cum conjuge & tota Familia cupio. Data Vratislavia ultimo Januarii 1544.* vid. Laur. Scholtzii Epistolarum Philosophicarum, Medicinalium ac Chymicarum volumen (Frf. 1598 fol.) num LXXXII. col. 120

No. LXXXIX. MECHWITZ,

Sedes nobilis in Duc. Brigensi olim Panwitziorum, memoria nostra Kitlitziorum.

No. XC. MERTZSCHUTZ.

Ducat. Lign. nobile Palatium, quod Comitibus etiam decenter accommodandis sufficeret: ubi domicilium nostra memoria Domini de Schweinichen fixerunt.

No. XCI. MICHELWITZ,

Pagus in Brigensi, juxta quem fatalis illa prope Viadrum Lacuna, in qua anno 1653 duo nobiles cum uno famulo aulici Junioris Principis Joannis Georgii Anhalt-Dessavienſis, quando cum Ducibus Brigensibus venatum exiverunt, misere in Principum conspectu submersi sunt.

No. XCII. MILCKAU,

Nobile domicilium in Glogovienſi Ducatu, Schönaichiorum olim, hodie RR. PP. Societatis JESU.

No. XCIII.

No. XCIII. NARTAU.

Locus olim munitus in Ducatu Glogovienſi, qui octiduanam obſidionem Anno 1480 à Joanne Saganenſium Duce ſuſtinuit; expugnatus vero tandem, vaſtatus & dirutus fuit ab eodem Principe.

No. XCIV. NEPLACHOWITZ

in Oppavienſi Ducatu nobile habitaculum.

No. XCV. NEUSALTZ.

Locus Ducatûs Glogov. immœnitus, à coctura ſalis, ad Cameram Cæſaream ſpectante, celebris.

N. XCVI. NEUSORGE.

Spectabile Domicilium in Ducatu Jägerndorff.

No. XCVII. NIMMERSAT.

In Duc. Suidnicenſi Caſtellum altiori & amœniori ſitu poſitum, Perilluſtris Proſapiæ Zedlitziorum.

No. XCVIII. NIMPKA.

Sedes nobilis miræ amœnitatis in Ducatu Wratislavienſi Wengerskiorum quondam, hodie Collegii Soc. Jeſu Wratisl.

No. XCIX. OELSE vel OELSNA.

Magnificum ædificium dimidio milliari Strigavia ſitum, ad omnem commoditatem œconomicam diſpoſitum, in conclavia, cœnacula, & cubicula ordinate diſtributum. Illuſtriſſimo D. Leopoldo Comiti de Nympſch familiaribus conſecratum Laribus.

No. C. OSSIG ſeu Ossiga nonnullis.

Sedes nobilis in Ducatu Lignicenſi tribus Lignicio milliaribus poſita: in qua Penates ſuos olim coluit famoſus Hæreſiarcha *Caſparus de Schwenckfeld*, à Luthero & Melanchthone *Stenckfeld* cognominatus, cujus quidem ſtemma noſtris diebus emortuum, nomen tamen remanet abominandum, & hæreſis licet in perſonis paucis etiammum viget deteſtanda. Hujus loci dominatus poſtea ad Bibranios, ab his ad Maltzanios pervenit, à quibus poſtliminio ad Bibranios rediiſſe ſcribitur.

No. CI. PANTHSEN.

Domus ſpectabilis in Ducatu Lignicenſi ad Dominos olim de Rotkirch, poſtea ad Cameram Ducalem ſpectans, & Officialibus Principis præbens habitationem.

No. CII. PEISTERWITZ.

Domus Venatoria Principum Brigenſium ſitu nemoroſo & amœno poſita.

No. CIII. PETERSWALDA.

Castrum præ cæteris Ducatus Suidnicensis longe magnificentissimum, loco jucundissimo tribus Suidnicio milliaribus dissitum: Comitum de Gelhorn longo tempore tulit Dominatum, modo Illmo Com. Hamiltoni venditum. Præter alia honorifica conclavia, sumptuosa cœnacula, splendida cubicula, palatium habet in contignatione secunda, ulnarum octo supra quadraginta longum. Hortos exhibet fructibus tam nostratibus, quam exoticis, instructissimos, statuis raris, floribus, aquæ ductibus, solariis, & variis ædiculis aliis ad omnem elegantiam dispositos, quorum major ulnarum tercentum nonaginta quatuor longitudinem, ducentarum vero & octuaginta duarum latitudinem complectitur, in quo verno tempore Chloridem inter flores, autumnali Pomonam inter arbores, Lycéum vero inter vites deliciari non inepte dixeris. In arcis propylæo Elysium est videre meras vel ex Italia, vel aliis regionibus longinquis petitas arbores etiam ubertate fœcundas ostentans: Rivulus trutarum ferax, in ponte, quo stratus est, amœnissimum sustinet solarium, in cœnaculum æstivo tempore transmutari solitum.

Supra castri portam Insignia Gelhorniana lustrantur sub textu adscripto: *Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram.* Ædificio Turris supereminet quadrangularis, in qua fortitudo cum columna, spes cum anchora affabre pictæ Laconico loquuntur lemmate: *FERENDO & SPERANDO.* Ferre vero ferrea quoque bellorum tempora debuit hoc castrum, dum Anno 1648 à Suecici militis Chiliarcha Wittenbergio improvise interceptum, & expilatum, sexus autem mollior isque honoratior vestibus spoliatus fuit, & Viri multi Illustris prosapiæ capti, & Olaviam in vinculis tracti fuerunt.

In cœnaculo arcis primario varia imaginum genera conspiciuntur, quarum prima super columna stantem mulierem exhibet decore ornatam, dextra catenam auream, sinistra flavum Leonem tenentem cum *Epigraphe*: SPARTAM ORNA. Secunda aureos pacis fructus sub viridi arbore, & è regione sub ramis arefactis horridum belli omnia devastantis monstrat abortum. Tertia Pyramidem continet, & in ea heroicum genium cum inscriptione symbolica: *Doctrina, Fide & Pietate.* Quarta Venerem nudam ostendit Bacche stipatam & Cerere, notam explicans paræmiam: *Sine Cerere & Bacche friget Venus*; & alia hujusmodi plura. Placet hoc loco integrum inserere Arcis Gelhorniæ anastalium monimentū, prout id ab Ignatio Nasone versibus elegiacis descriptum sqq. legitur:

CASTA.

CASTALIUM MONIMENTUM
ARCIS GELLHORNIANÆ,
ELYSII TOTIUS SILESIÆ,

Cujus ex aſſe Poſſeſſor,
Erneſtus, Sacri Romani Imperii Comes à Gellhorn.

Anagramma I.

I, cor lene triumphans in gloria, merces es amoris.

Anagramma II.

Heros animi glorioſi, ſic mens per munera claret.

Anagramma III.

Sit virens meri roris palmes: hanc elige coronam.

Anagramma IV.

Is è regno meriti honoris clareſcens palmarium.

Anagramma V.

Per merita Sol es: ros regni, in hoc amaris culmine.

Anagramma VI.

Hic nitens per munera, meri amoris collige roſas.

Anagramma VII.

I lenis, mira ſeris, te per hanc gloriam coronemus.

Anagramma VIII.

Hic ingenio, ac armis pollens, meretur res amoris.

Anagramma IX.

Sic ſacratum generi mereris honorem Apollinis.

in Anno votivo

VT sIs CoLVMna DeI.

STat famoſa domus, lambit qua vertice nubes,
Vaſta periſtylis, Principe digna viro:
Stemmatis auguſti columen Fridericus, *avorum*
Sanguine clareſcens, nobilitatis honor,
Delicium quondam populi, Gellhornius heros,
Hanc proprio magnam condidit ære domum.
Introitum vallant armati concio Martis,
Ad Magni Comitis juſſa ferenda valent;

Area laxa fores prenſat, quam mœnia firmant,
Alluit & celeri vitreus amnis aqua.
A dextra ſtabulatur equûm generoſa propago,
Lava manus viridis ſyrmata Veris amat.
Nec minus Elyſios monſtrat tibi dextera campos,
Annuit & praſina Chloridis eſſe vias.
Nil vulgare fovent ſpatioſa palatia, poſtes
*Præſidium dictant, *auxiliumq; DEI.*
At Poſſeſſorem *perbibet frons ipſa Penatum,*
*Qui** ſperando, levat, lava ferendo, viret.*
Spes animos nutrit, dum mens erecta columnam ***
E pario ſectam marmore ferre ſolet,
Indolis heroa typus eſt. Plus tendimus ultra,
Si lubet illuſtres arcis adire lares.
Sed prius externa faciem ſcrutaberis aula,
Quæ ſit obarmata forma venuſta Domûs.
Ordine diſpoſitas cernes fulgere feneſtras,
Invitat medii ſaxea porta fori.
Enthea ſublimem quod virtus incolat arcem,
Geſtiat & Charitum ſe ſociare genus,
Obvia teſtatur famulantum turma, ſereno
Lumine, diſcreta mente, manuq; favet.
Regis ad exemplum veluti componitur Orbis,
Regis ad exemplar ſic nitet aula ſui.
Humanam morum dices hanc forte paleſtram,
Vel docta Aonium Palladis eſſe forum:
Nam, velut ingenio floreſcit Pallas, & armis,
Vernat in humanis hoc ad utrumq; decus.
Itur ad heroi trabeata palatia ritu,
Quadrifores reſernnt limina prima lares.
Porticus aſcenſum facilem lunata coronat,
Et jubet ulterius latior ire gradus.
Stant ampla pedem pictis tentoria ſignis,
Et tabulæ, varium quas comitatur opus.
Obviat ingentis, qui primus in ordine, tervus
Corporis, & vaſti mole ſequuntur apri.

* Auxilium meum a Domino. ** ferendo & ſperando. *** ex inſignibus Gellhorn.

In brutis celebres lubeat ſpectare colores,
Ramoq; formato membra recepta typo.
Undiq; ſe prabent oculis conclavia noſtris,
Et pretio faſtus conveniente nitent.
Aulais intecta tument delubra Penatum,
Conſtat & Aſſyrio menſa parata ſitu.
Perſica compoſitos exornant ſtragula lectos,
E Samio celant ſtamine vela toros:
Ampla ſeges oculis, jubeat qua corda morari,
Sed monet inveſtes Muſa movere pedes.
Symbola me pulchris animant inſtructa figuris,
Culta periſtyliis aula, ſecundat opem.
In medio ſtadii vaſtum conclave ſerenat,
Dant genio graciles oſtia picta notas:
Hic juvat Ungarico vires revocare falerno,
Perque requiſitas ſe recreare dapes;
Ut paſcas animum, refici dum corporis artus,
Quadratum ſapiet per monimenta latus.
Invenis hic Spartam, propriis quam dotibus ornes,
Hic belli ſegetem, donaq; pacis habes.
Una tabella docet, quod, non praſente Lyaeo,
Et Cerere optata, frigeat alma Venus.
Inferius pragnans abacus pretioſa miniſtrat
Pondera, quos cenſus aurifodina tulit.
Mixta coronatis cyathis cryſtallina candent
Vina, peregrinis nobilitata ſtrophis.
Undiq; magnificas ſociant aulaa figuras,
Cuncta vigent tanti pro ratione Status:
Indolis heroa ſpirant ſimulacra vigorem,
Vivit & infuſo ſpiritus are virûm,
Dum ſape ingeminat tubicen tarantara, latus
Ominis exulti nuntius eſſe ſolet;
Umbriferi reſonant ſaltus, Echoq; recantat,
Qua juvat arguta voce ciere melos.
Latitia ſatis eſt, adamant alterna Camana,
Ad Domini *proprius jam lubet ire Lares.*

Magne Comes, *cui magna domus, ſed major in ipſa*
Indolis auguſta ſpiritus, urget opus,
Cui Comites lateris Charites, virtusq; gubernat
Munia, quem Pallas ducit, Apollo fovet,
Muſarumq; Chorus ſequitur, concede voventi,
Muſeum ingrediar, conſpiciamq; Tuum:
Sed monet introitus, Tua non arcana revelem,
Mirari liceat, non imitanda gradu;
Primas ante fores, volucrum variam propago
Penſilis ex omni parte coronat ebur:
Candet ebur Muri, volucres quoque ſidera tranant,
Indicium genii ſuſpicor eſſe Tui;
Dum propero, quatuor greſſum monimenta morantur,
Pictoris celebri penſiculata manu.
Simſonem video, fœdi qui ſervus amoris,
Attenuat Dalila (ſe magis ipſe) colum.
E regione, placet Veneris contemnere luxum,
Et bene Virtuti velificare Duci:
Tertia ſacrata declarat Palladis auſus
Effigies, genium commonet eſſe Tuum:
Quarta docet memores lethi nos usque ferendi,
Nilque putare leves debilis Orbis opes.
Iter ad archivum, quanti reverentia Phœbi
Eminet, Aonias hoc coluiſſe Deas?
Inſtrumenta probant libris immixta, dioptram,
Et varios libeat connumerare globos.
Hiſtoricos volvit Tua Clio laurea libros,
Comica ſublimis geſta Thalia legit.
Terpſichore cytharis, Eratoque domeſtica plectro
Gaudet, & hac curas ambitione fugat.
Uraniæ grandis ſcrutatur ſidera ſphæra,
Euterpe graciles ſtillat ab ore ſales,
Heroum tractat commercia tradita faſtis
Calliope, genium qua venerata Tuum;
Dirigit illuſtres faciles Polyhymnia geſtus,
Melpomene Tragicos novit amare ſatus.

Vix eſt ulla tuis ſacrata ſcientia libris,
Quæ non ingenio ſit manifeſta Tuo.
Organa vicinum ſociat Conclave Camenis,
Et quæ ſigna Regens *muſica*, Phœbus amat.
Muſica dulce ſonat, quando concordia vocum
Concordes animos ſub pietate fovet.
Non procul inde vigent fortia munimina Martis,
Armaque ſanguineis ante probata notis.
Ingenio Pallas vivit, ſe munit & armis.
Evehit ingenium, non minus arma levant.
Nunc aſcendo gradus, me contignatio vultus
Altera cunctantis lumina ferre jubet.
Præſentant oculis ſe vaſta cubilia noſtris,
Atque aulæa novo vermiculata typo.
Hîc dotata tument variis conclavia formis,
Et non exigui ſigna decoris habent.
Hos reor artificis genium formâſſe penates,
Mercuriumq; ſitu diſpoſuiſſe domum;
Omnia connexis ad amuſſim claſſibus aulæ
Ornamenta, viri principis eſſe docent.
Mœnia deſerimus facilis deſcenſus ad imas
Delicias florum, * *Numen, & aura favet.*
Hinc animi cura, Zephyri dum turgida conjux
Egreditur thalamum Chloris, & arva novat,
Chryſolitis ornat Phœbus flammantibus Orbem,
Et viridis genios arboris umbra vocat.
At greſſum retrahit geminarum *forma* Dearum,
Pulchra Gynæcei gloria, nupta polo:
Intrarem, niſi me tanti reverentia ſexus
Iſteret, & clauſos diceret eſſe lares;
Omnia quis numeret firma granaria petra,
Et loca diſtinctis clavibus apta domûs?
Limina prenſanti, læva cellaria palma
Obveniunt dulci plena liquore veri.
Nec procul hinc niveas video diſtare columnas,
Quas inter nemorum pendet aprina cavo.

Imus

* Symbolum Ernesti, Ducis Carinthiæ.

Imus ad Elysium, *quo non pretiosius ullum*
Slêsia sub gremio possidet aucta suo.
Agger erat quondam præcingens Pergama valli,
Per metamorphosin jam nova Flora viret;
Austria quas nutrit, quas parturit Itala tellus,
Progenerat fruges, deliciasq; satûs.
Vernat in exiguo majestas *inclyta saltu,*
Undiq; saxosæ mœnibus arcta domûs.
Semita per planam facilis te ducet arenam,
Qua blando Zephyrus flamine mulcet opes;
Ambitos in medio monimentum monstrat, & amplos
Italiæ fructus cærula vasa gerunt,
Alter at inflexo spelæum cortice: Fanum
Chloridis hoc dices, deliciumve Jovis.
Læva manus vitreo conjurat in amne sitarum
Agmina trutarum, squamigerasq; nurus.
Hic prope parva domus formoso fornice turget,
Quam referant celebri limina picta manu.
Ex auro radiant postes, intusq; tabellæ
Italicas numerant (munera verna) rosas.
Omnia gustus habet, concinnant omnia gustum,
Si saturanda fames, vel satianda sitis.
Cætera mirari poterit spectator, ad hortos
Majoris stadii jam properare libet.
Emporium præbent gemmata perisyla, ramis
Implicitas cerasus porrigit ampla dapes.
Ambitus hic quarias tectus traducit in ulnas,
Atq; oculis offert se spatiosa seges.
Pleraque naturæ sunt indita munera, partem,
Sicut dives alit Flora, Lyæus amat.
Protendit virides laurus Parnassia ramos,
Pandit adornatos Myrtus odora sinus.
Eminus Assyriæ rident poma aurea mali,
Atq; suos fructus pulla cypressus habet.
Progenerat pingues ficus densissima census,
Frondiferum fatiant Punica mala situm.
Singula quis memoret? nimium Pomona fatigat,
Spectator Latias enumerabit opes.

Nemus

Nomen ab Elysiis desumpsit Silesia campis
(Scriptorum referunt ut monimenta) suum:
Hic spectare licet veteris vestigia floris,
Italiæ, Petri Sylva, *cibamen alit.*
Affundit gracili Nereus de flumine lymphas,
Et * rotat *in placidi gramina ruris* aquas.
Vivida per tennes horti meat unda canales,
Humectatq; suo Nympha liquore satus.
Saxea trutarum potant tentoria flumen,
Dulcia Naiadum stagna quis esse neget?
Non procul à vitreis Bacchi vindemia stagnis
Et varie torquet dulcia vina botro.
Elysios unà campos ex parte coronat
Liber, & electâ fronde ministrat opes;
Tempus adest cœnæ: vireant Gellhornia Tempe!
Materies olim posteritatis erunt:
Et Te Fama canet, Comes Illustrissime Sacri
Imperii, tantæ magna columna Domûs,
Floreat Ernestus *sano* Gellhornius Heros
Corpore, nestoreas compleat, opto, dies!

Ita vovet animitùs
Illustrissimi Herois

Devotus Cliens
EPHRAIM IGNATIUS NASO,
Poëta L. C. Adv. J. S.

* Rota eructat aquam in canalem.

No. CIV. PLAGWITZ,

Castrum campestre quadrangulare prope Leobergam fossis lacustribus & vallis firmatum, montibus eminus cinctum, fastigiis quibus superne coronatur exterius conspicuum, intus vero superbum ambitu lapideo, sedecim columnis sustentato. Initium suum Anno 1550 à Domino de Falkenberg accepit, post annos tredecim primo consummatum: Schaffgotschiorum ætate nostra Dominio subjecta.

No. CV. PRAUS.

In Ducatu Brigensi sedes magnifica Illustr. Baronis de Lilgenau vetustate celebris, & horto ad raram elegantiam & jucunditatem apparo, atque hortulani industria ita culto, ut in media hyeme in domo, quam ejusmod. culturæ hybernæ habet peridoneam, admisso calore tempore varii fructus, æstate alioquin tantum matureſcentes, ad perfectam maturitatem perveniant: Cujus oculi noſtri ſunt teſtes, quibus Anno præterito 1702 in ſacro pervigilio Nativitatis Domini in Cœnaculo Sereniſſimi noſtri & Reverendiſſimi DD. Principis, magni Teutonicorum Equitum Magiſtri, Epiſcopi Wratisl. D. Clementiſſimi, tam felicibus eſſe licuit, ut raphanellos & aſparagos recentiſſime ab ipſo Illmo Barone pridie evulſos & abſciſſos videre potuerint. At vero non viſu duntaxat, ſed & guſtu raritatem probavimus, admirati, quod ſapore illo præditi fuerint, quo pollere vel Majo menſe, vel æſtivo ſolent tempore. Quin & frondem parvulam dimidia vix ulna longam ex citro putatam, & ex præfato loco à Barone laudato ſimul apportatam ſtupuimus, quod citria mala duodecim jam matura & aureo colore & odore gratiſſimo prædita ſuſtinuerit, parvula quidem, ſed fœcunda mater tot ferendis prolibus ſufficiens.

No. CVI. PREICHAU,

Locus à vetuſtate & amœnitate celebris in Wolavienſi Ducatu in diſtrictu ſitus Steinavienſi, Antiſtitem Wratislavienſem habens Dominum, quo quondam Epiſcopi animi relaxandi gratia frequenter excurrerunt: quemadmodum de Laurentio Epiſcopo ſcribitur, quod hic plurimum moratus colendis hortis, plantandisque pomariis & Florialibus multam operam navaverit: quæ tamen cura funeſta eidem fuit, dum nimio roſarum ſpiritu attracto deliquium paſſus ultimum ipſe reddidit ſpiritum.

No. CVII. PRIBORN,

Antiquiſſima ſedes nobilis Czirniorum olim feudum, quorum familia per mortem deſinente ad Principes Bregenſes rediit. Anno 1664 poſt mortem Principis Georgii tanquam legatum ad Auguſtum Lignicenſem Comitem pervenit, hoc autem An. 1677 mortem oppetente ad Regem Bohemiæ ſive ad Cameram Cæſaream jure caducitatis devoluta fuit: An. 1687 Joanni Ludovico Wettermeyero de Waffenberg pro mutuo centies florenorum millium oppignorata.

A marmore, quod hic in copia cæditur & politur, locus iſte multum celebratur.

No. CVIII.

No. CVIII. PRIDOM.

Ducatus Glogovienſis locus magni nominis, ubi Princeps Conradus olim ſuum fixit Domicilium, quem etiam anno 1253, dum bellum cum Boleslao Calvo fratre ſuo gereret, firmius munivit. Sed & Suecos Anno 1641 habuit hoſpites, qui hoſpitium iſthoc ſuum validiori vallo cinxerunt, & inde crebro excurrentes multum negotii faceſſerunt Cæſareis.

No. CIX. PROFEN,

Nobiliſſimum in Jarovienſi Ducatu Excellmi Comitis de Noſtitz ædificium, mira prædium habitandi commoditate, hortum habens magna ſumptuum vi ad exquiſitam amœnitatem comparatum, & omnigena cum arborum, tum aliarum rerum hortenſium, præſertim exoticarum, raritate ſuperbum: ſed quem inſolens anni præteriti aquarum exundatio ad eam proſtravit humilitatem, ut vix dimidiam decoris ſui partem hodie oſtentare valeat.

At vero longe præſtantiſſima & homine ratione prædito digniſſima, non tam corporis, quam mentis oculos paſcentia Floralia locus hic laudatus his annis obtinuit, dum nimirum ab Excellentiſſimo Poſſeſſore rara illa, & pretioſa Bibliotheca, quæ Jarovienſe Caſtrum aliquamdiu ornarat, huc transportata, epigraphen illam meretur ingenioſam, quam Magdalenæ Wratislavienſi inſcriptam legimus:

Salve, quisquis ades: pratum tibi nobile monſtro,
Quot FLORES, totidem cernis in arte libros.
Hic animum paſce: atque hic mella liquentia fuge:
At nocitura tibi, quæſo, venena fuge.
Noſce Deum, mentis fontem, tuque excole mentem:
Me, ſi vis auge, ſed ſpoliare cave.

No. CX. RADUN.

Caſtellum in Oppavienſi Ducatu.

No. CXI. RANSERN,

Pagus in Wratislavienſi Ducatu, quem ollæ Ethnicorum mortuales ibidem effoſſæ fecere memorabilem, de quibus ſupra cap. III actum.

No. CXII. REICHENAVIA,

Vicus acidulis celebris Ducatus Suidnicenſis.

No. CXIII. RITSCHNERWALD.

Vaſta Ducatus Brigenſis nemora, quorum latitudo ad tria, longitudo ad quinque milliaria protenduntur; Caſtrum olim, Ritſchen nuncu-

patum, in ſuo meditullio habuere, ubi lucus etiam Ethnicorum, & *in lu*co idolum fuiſſe traditur, Fani quoque rudera oſtenduntur.

No. CXIV. ROECHLITZ,

Lignicenſis Ducatus celebre habitaculum, à S. Hedwige animelaxandi gratia frequentius iſthic habitante nobilitatum: ubi fontem oſtendunt aquis ſalubribus ſcatentem, cujus originem à ſanctæ Duciſſæ benedictione trahi devota tradidit antiquitas. Pagus ille à longo abhinc tempore quotidie vel caponem vel pretium illius menſæ Principis tribuere tenetur.

No. CXV. RONSTOCK,

Ducatus Swidnicenſis geminum, foſſis profundis cinctum ædificium, quorum alterum Chriſtophorus, alterum Conradus, uterque Baro ab Hohberg anno 1667 inhabitavit.

No. CXVI. RORAU.

Sedes nobilis in Territorio Olavienſi, anno 1669 Illuſtr. D. Caſpari de Poſadowsky ferens dominatum, hodie Prænobilis Domini de Fürſt, Vicini noſtri Honorandiſſimi, habitaculum.

No. CXVII. ROTENSIRBEN.

Ducatus Wratisl. locus, qui jure gaudet Civitatis: habitationem habet anguſtiorem, ſacello tamen, in quo Parochus divinis ordinarie fungitur officiis, ornatam Illuſtriſſimum L. Baronem de Fornau hodie agnoſcit Dominum.

No. CXVIII. ROTHE SCHLOS,

Ducatus Brigenſis Caſtellum campeſtre juxta magnam piſcinam ſitum, quod Officiales œconomici à Cæſare conſtituti hodie inhabitant.

No. CXX. ROTHKIRCH,

Pagus in Lignicenſi Ducatu à clade memorabilis, quam 1216 Princeps Conradus ab Henrico Pio accepit.

No. CXX. RUPPERSDORFF,

Sedes nobilis antiquitate celebris in Brigenſi Ducatu, *Wenzkiorum* anno 1668 habitatio.

No. CXXI. RUTZEN vel RITZEN,

Nobilius & veteſtius in Wolavienſi Ducatu Domicilium, à quo territorium peculiare ſuam traxit denominationem. Anno 1628 à Ferdinando II fortius munitum, cum ancipiti belli alea poſtea varie jactum, jam Cæſareum, jam hoſtilem militem excepit hoſpitem, nihil tamen præter ruinam hoſpitio relinquentem.

No. CXXII. SANDOVIA,

Celebre & vetuſtum in Croſnenſi Ducatu Francofurtum inter & Croſ-

nam

nam ſitum Caſtellum Dominorum de Winterfeld / à quo Jablunckam usque longitudinem Sileſiæ metiuntur Geometræ, quam ſexaginta milliarium faciunt.

No. CXXIII. SASTERHAUSEN,

Nobile Domicilium in agro Schwidnicenſi, annis ſuperioribus à Reverendiſſimo Prælato Griſſovienſi emptum: olim ad Perilluſtrem Schindelianam proſapiam ſpectans, quæ ædes illas ſequenti inſcriptione ornaſſat:

DEO OPT. MAX.
Cujus eſt terra, & omnis plenitudo
Ejus
Sacr.
Has Ædes
non
ad perpetuæ habitationis
voluptatem,
ſed
ad hoſpitii neceſſarii, donec in his
terris peregrinand. eſt,
Commoditatem,
ſibi, & ſuis, grataque
Poſteritati
ſic exſtruebat,
ut potius
Ad æternas Beator. ſedes
Anhelaret,
Earumque poſt hanc vitam
Occupandar. certiſſ.
ſpe
Domicil. vel potius diverſor.
iſtud ſibi putaret
inhabitandum:
Itaque & hoc ipſum
DEO MUNDI DOMINO
Dedicat,
Seque, ſuos, & omnia ſua
Illius immenſa miſericordiæ

& bonitati
Conſecrat, & commendat
JONAS A SCHINDEL
ANNO CHRISTI
MDXCIII.

No. CXXIV. SCHÆTZLAR.

Caſtrum celebre Ducatus olim Schwidnicenſis portio, quemadmodum ex Schwidnicenſium & Jarovienſium Privilegiis, anno 1369 à Rege Wenceslao datis, doceri poteſt; quod tamen hodie Geographi & hos inter Scultetus noſter è Sileſia eliminant, & juris eſſe Bohemici patiuntur. Zettritziorum olim peculium.

No. CXXV. SCHEIBSDORFF,

Ducatus Lignicenſis vicus memorabilis à fatali caſu, quem F. Lucæ pag. 2225 refert.

No. CXXVI. Schellenberg/

Caſtellum juxta Jägerndorffium ſeu Carnoviam, validum olim & Dominorum cognominum ſedes, ſed hodie in ruinas collapſum.

No. CXXVII. Schildau/

Caſtellum firmum in Ducatu Jarovienſi ad Boberi ripas ſitum, quod anno 1603 è ruinis, in quas Huſſitarum tempore conſederat, Illmus Nicolaus Baro de Zedlitz reſuſcitavit, bello deinde Succico rurſus vaſtatum, ab Illmo Chriſtophoro Barone de Zedlitz reſtauratum, & ſplendore hodierno donatum.

No. CXXVIII. Schönborn/

Sedes nobilis in Brigenſi Ducatu Domini de Bock noſtra memoria Domicilium.

No. CXXIX. Schönborn/

Locus alius in Wratislavienſi Ducatu Illmi L. Baronis de *Sternberg*, dicti Ducatus Vice-Capitanei, viri prudentia œconomica peculiariter celebrati, Domicilium perquam commode diſpoſitum.

No. CXXX. Schönjohnsdorff/

Caſtrum magnificum in Monſterbergenſi Ducatu, Zerotinorum annis ſuperioribus, hodie Comitis de Gallas habitaculum, eleganter ab eodem exornatum.

No. CXXXI. Schönwaldau/

In territorio Franckenſteinenſi Reverendiſſimi D. Prælati Henrichovienſis Tuſculanum, magnifico ex lapide Domicilio, & nova Eccleſia ſimiliter

lapides,

lapidea, paucis abhinc annis decoratum, in cujus cœmeterio, cum nuper Warta redeuntes hunc locum ſalutaremus, lapidi illi baptismali, ex cujus ſacro fonte olim ab originali labe abluti ſumus, pii affectus oſculum in gratam ſacramentalis gratiæ memoriam impreſſimus.

No. CXXXII. Schwanowitz /

Ducatus Brigenſis nobile Domicilium antiquitate celebre, memoria noſtra ad Dominos de Waldau ſpectans.

No. CXXXIII. Schweinhauß /

Suidnicenſis Ducatus ſedes nobilis Dominorum de Schweinichen.

No. CXXXIV. SCHWENTNIG.

Domus peramœna in eodem Ducatu, Baronum de Leipe prius, poſtea Ducis alicujus de Holſtein.

No. CXXXV. SIEBENAICHEN,

Domicilium nobile Ducatus Jarov.

No. CXXXVI. SIEBENHUBEN,

Ad pedem montis, quem Rummelsberg nominant, Caſtellum ſpectabile, amplum habens pomarium muro cinctum, Dominii Pribornenſis portio in Ducatu Brig.

No. CXXXVII. SMOGRA,

Vicus Namislavienſis territorii, qui præ cæteris Sileſiæ locis immortalem ſui meretur memoriam, quod primam primis quatuor Sileſiorum Præſulibus ſive Epiſcopis ſedem & ſepulchrum præbuerit, ſacrumque fuerit candelabrum, ex quo ſacerrimum Divinæ fidei lumen majorum noſtrorum in gentilitatis tenebris & umbra mortis ſedentium mentibus felicissimo illuxit auſpicio. Quæ ſancta fidei noſtræ incunabula cum paucis abhinc annis exitinere Cruciburgenſi reduces cum admodum Reverendiſſimis DD. Commiſſariis Epiſcopalibus, quorum autoritate Eccleſia Cruciburgenſis ad orthodoxa ſacra rediit, ſalutaremus, ſacellum rudi quidem aſcia formatum, ſed vetuſtate venerabile ſpectavimus; parvum illud eſt, & viginti paſſuum ſpacium longitudine ſua, decem latitudine vix excedens, ex ligno quercino, ea prædito duritie, ut cultris vix aliquid exſcindi valeat, conſtructum: & (ſi fides loci illius incolis & veteri traditioni habenda) illud ipſum adhuc eſt, quod primæ Sileſiæ Chriſtiani ante ſeptingentos, triginta & octo annos erexerunt: dignum proinde, imò propter venerandas primorum patriæ noſtræ Apoſtolorum reliquias in eo conditas digniſſimum, quod magnificentiori inſigniatur monumento, & ornamento.

No. CXXXVIII.

CXXXVIII. Sophienthal/

Prope Lignicium Principe digna Domus, Anno 1657 situ peramœno ab Anna Sophia Serenissimi Principis Ludovici Serenissima conjux extructa & nomen sortita.

No. CXXXIX. SIBYLLENORTH,

Principale quoque Domicilium in Ducatu Olsnensi semialtero Wratislavia, Olsna semitertio distans milliari Serenissimæ (ut opinamur) Ducissæ Sibyllæ Mariæ, Serenissimi Christiani Udalrici Olsnensium Principis Conjugis secundæ honori & nomini nuncupatum.

No. CXL. STRODOM,

Ratiborienſis Ducatus locus Vladislao Poloniæ Principi funestus, qui cum Vladislai Sputatoris persecutionem fugeret, præ animi amaritudine mortem, quam vitare voluit, hic oppetiit.

No. CXLI. Stiebendorff/

Prope Ottmochoviam sedes nobilis à Reverendissimo D. Canonico Wratislaviensi Haymanno fel. record. ornata, & Illustr. Ejusdem ex fratre nepoti ex ultima voluntate legata.

No. CXLII. Stephansdorff/

Nobilissimum in Neoforensi territorio Domicilium, ab Illmo Comite de Schlegenberg/supremæ Curiæ utriusque Silesiæ Cancellario, magnifico splendore decoratum, & varia raritate, eremo præsertim sacra, mire & pretiose adornatum.

No. CXLIII. STOLTZ,

Comitum de Burghauß in territorio Francosteinensi magnificum Domicilium, gemina turri conspicuum & antiquitate celebre.

No. CXLIV. Tannhausen/

Pagus in Schvvidnicensi Ducatu acidulis, quibus scatet, memorabilis.

No. CXLV. TEPLAWODA,

In Mönsterbergensi territorio vicus, jure tamen gaudens Civitatis, ab Aqua tepida (quam lingva Slavica Tschplavvodam significare dicunt idiomatis periti) nomen suum sortitur: nec procul inde Lavum (die Law) fluviolum fontem suum habere ostendit tabula geographica: an vero dictus fluviolus in fonte saltem suo tepida fluat aqua, necdum experiri, aut ab aliis rescire potuimus.

No. CXLVI. TARNAU,

Domus olim venatoria Principum Glogovienſium, Cunradi Henrici

rici Barbati filio fatalis, qui, cum poſt cladem à fratre ſuo Henrico Pio acceptam anno 1213 animi turbati reparandi gratia venatum exiviſſet Tarnaviam, prope pagum ex equo ceſpitante dejectus, collo fracto vitam finiit.

No. CXLVII. TSCHIRNDORFF.

Domus itidem venatoria in Ducatu Saganenſi, loco ſita peramœno, quæ circiter annum 1547 Auguſto & Mauritio Principibus ad honeſtam animi voluptatem in venatione ſæpius ſervivit.

No. CXLVIII. VIELGUTT.

Ædificium perquam egregium, & ſitu jucundiſſimo poſitum, dimidio milliari circiter Bernſtadio diſtans, quod fuit Principum Bernſtadienſium diverticulum, & aliquot Duciſſarum viduarum habitaculum, eo adornatum apparatu, qui Principes decet.

No. CXLIX. VESCHITZ.

Pagus in Glogovienſi Ducatu prope Oderam ſanguinea clade notatus, quam anno 1588 Poloni à Principe Rapoldo acceperunt.

No. CL. URSCHKA.

In Principatu Wolavienſi, Canitziorum noſtra memoria ſedes nobiliſſima, bibliotheca ſimul & amœno horto decorata.

No. CLI. WAGENDEISTEL.

Caſtrum quondam fuit juxta Neoſtadium Opidum Ducatus Oppolienſis colli impoſitum, qua natura loci, qua latis profundisque foſſis, etſi aquæ tamen expertibus, nec non turri craſſiſſima ſatis validum.

No. CLII. WALLSTADT vel WOHLSTADT.

In ducatu Lignicenſi, fatalis ille locus, ubi Henricus vere Pius Princeps anno 1241, pro ſacris Chriſtianorum & focis civium heroice certans contra Tartaros, glorioſiſſima morte occubuit. Cujus piam memoriam dignamque memoratu pietatem alibi celebratam invenies.

No. CLIII. WALDAW.

Pagus Ligoicio diſtans milliaris dimidii intercapedine, Valedictione Principali notabilis, de qua ſup. in LIGNICRO.

No. CLIV. WEDERAU.

In Suidnicenſi caſtrum muris & foſſis validum, hortis, rivulis & ſitu perquam amœnum, quod anno 1668 in Tſchirniorum erat poteſtate.

Num. CLV. WÆTTERISCH.

Caſtellum in ducatu Bregenſi Illuſtriſſimi Baronis de Pein, S. C. M. Conſiliarii Intimi & Referend. ſplendide paucis abhinc annis exſtructum,

& præter alia domus decora, ſacello honori S. Joannis Baptiſtæ nuncupato exornatum.

Num. CLVI. WEISWASSER.

Pagus à gratioſa Imagine celebris in Niſſenſi diſtrictu, de qua ſupra.

Num. CLVII. WINDISCHBORAW.

In ducatu Glogovienſi, colli elevatiori ſuperſtructa ſedes nobilis, ſua altiori conſpicua, & vetuſtate celebris.

Num. CLVIII. WIRBENTHAL.

Opidulum metallifodinis olim præditum, ad Freudenthalenſem ditionem pertinens.

Num. CLIX. ZAUDITZ.

Opidulum Carnovienſis ducatus, ab agri fœcunditate, ſecalis præſertim fertilitate, celebratum.

No. CLX. ZEISKENBERG.

Caſtrum olim montanum in Schwidnicenſi ſub Huſſiticorum motuum initia, ne latrocinanti hoſti præberet diverticulum, ab ipſis accolis Sileſiis provide dirutum.

No. CLXI. ZÜLCH.

Arx valida in ducatu Oppolienſi juxta opidum cognomine, ad Comites Proskowskios pertinens.

Atque hæc de Sileſiæ Caſtris, Caſtellis, & Arcibus ſufficiant: Plures autem olim arces, easque ſat validas fuiſſe, ex Breslographia Renovata Henelii noſtri colligitur; ubi, poſtquam de Huſſitarum factis in Sileſia viribus, nec non de nobilium quorundam poſt hæc direptionibus & latrociniis, atque de conatu Epiſcopi & urbium nonnullarum præcipuarum prædones illos tam Bohemos, quam Polonos & Sileſios exſtirpandi, multa diſſeruiſſet, hæc tandem verba addit:

Sed cum ne ſic quidem finis depradationum, ſed plures adhuc Sileſiæ arces in prædonum manibus eſſent, publice expedire viſum eſt, militem de novo conſcribi, quo & arces reciperentur, & effrenis hæc Nobilium *licentia ſufflaminaretur. Potiſſimam exercitus partem Wratislavia ſubminiſtravit: dux autem belli conſtitutus* Gulielmus Oppavienſis Dux, *qui & Monſterbergenſem principatum tunc tenebat, teſtantibus id ipſum litteris non unis, ſed compluribus, quibus incolarum illius ducatus acta & actitata confirmavit. Hujus ergo opera & auxilio multa latrunculis arces adempta: quas inter* Karpfenſteinum *arcem perpetuis denſiſq; ſylvis cinctam, & monti excelſo ad fines Bojemiæ impoſitam, quam præſidio tenebat* Paulus Storch, *nobilis*

nobilis prædo, Neuhusium, *è cujus præsidiariis tredecim nobiles ad laqueum condemnati suspendio vitam cum arce reliquerunt*, Tepliwodam, Warkazium & Rabsbergam (*nonnulli* Romisbergam *vocant*) & *jam quidem* Gulielmi *jussu solo æquatam fuisse, annales prodiderunt.* Et paulo post: *Anno 1449 Principes Silesiæ, ac bina illa civitates, Wratislavia & Suidnicium, magnam pecuniæ vim collegerunt: si fortean reliquas arces prædatorias, in quas latrunculi, vulturum instar & corvorum, viciniam omnem populaturi, involarant, auro magis quam ferro redimere, atque hunc in modum provinciæ post longam depradationum patientiam tempestivo otio vel fomento indigenti, quietem comparare liceret. Prudenti sane consilio: quod exitum habuit satis felicem: & arces quidem ipsæ funditus eversæ, pagi autem & possessiones Dominis suis relictæ.* Atque hinc quidem passim in Silesia tot dirutarum arcium rudera videmus & demolitiones earundem miramur.

§. 185.

PAGI Silesiæ.

Pagorum in Silesia magna est frequentia. *Helvvigius* & *Schvvenckfeldius* ad novemdecim millia numerarunt, quos & *Schickfusius* noster secutus: Sed magno & pernicioso errore; quippe cum nuperrime habita inquisitione diligentissima vix quater mille, septingenti, unusque & sexaginta (*a*) comparuerint. Cujusmodi quidem errorem illi quoque errarunt, qui Bojemiæ vicinæ Urbes & Opida septingenta triginta duo, castra ducenta & triginta, pagos tricies quater mille, ac septingentos; Moraviæ autem Urbes centum, κωμοπόλεις quadringentas ac decem, pagos tricies mille trecentos ac sexaginta adsignarunt. Sunt autem Pagi Silesiæ duplici fere Ordine, ita quidem, ut in medio pagi spacium, quam Græam (*b*) die Ow/oder Aw/ alicubi Anger vocant, ut & jus ipsum ad villæ Domi-

num plerumque pertinens, das Awe- oder Anger-Recht relinquatur, dispositi: ipsis agrestium domiciliis, quæ ligno, lutoque, nonnullibi etiam Lapide è terra educta, præter stubas trabibus firmissimis invicem commissis, sive aliis super aliis locatis, ut plurimum compactas: Arundinibus pleraque culmis, & stramentis (quod primum fuisse in Romanorum quoque casis tegumentum Vitruvius testatur) nonnulla scindulis intecta sunt, non connexis & cohærentibus, sed disjectis, ad eam nimirum faciem, quam Tacitus in Germania repræsentat. Vicos locant, inquiens, non in nostrum morem connexis & cohærentibus ædificiis, suam quisque domum spacio circumdat, sive adversus ignes remedium, sive insciția ædificandi. Et sic hodieque in plurima parte Germaniæ habitatur, maxime in Vestafalia, & Bremensi Episcopatu, ducatuque Luneburgensi: quæ terræ in aliis quoque rebus multum ex priscis gentis moribus retinuisse videntur. In Silesia hujusmodi vicos repertos fisti ad tria millia passuum extensos, Auctor est *Cluverius*. Villæ Dominorum ampliores plerumque sunt & cultiores: nec non Dynastarum & Nobilium prætoria, cum elegantia & nitore perpolita: quibus mirum dictu, quantopere ornetur & illustretur Silesia. In universum autem cultiores illi pagi, quos inhabitant Germani. Plebs rustica Polonici sermonis potationi plus dedita est: indeque domus eorum & agri pariter

minus

minus culti, ſed neglecti; Viles, leves, & male conſtructas caſas habitare amant.

In Urbium, caſtellorum, & pagorum Sileſiticorum numero enormem exceſſum, erroremque committit Autor libelli, das Welt-berühmte Ertz-Haus Oeſterreich nach deſſen Ländern ꝛc. proxime Norimbergæ impreſſi, ubi de Sileſia leguntur ſequentia: Sonſten ſoll es über 400 groſſe und kleine Städte / bey neunthalb hundert Schlöſſer und 5111 Dörffer haben.

Sed nec Henelianus quidem hic citatus, quia nimis parvus, nec eorum computus, qui novem circiter pagorum millia in Sileſia hodie reperiri aſſerunt, nobis probatur, eo quod nuper ſex præcipuorum Ducatuum pagos obiter tantum computantes vix duo pagorum millia in illis numeraverimus, ut proinde numerum cæteris juſtiorem non vane judicemus eorum, qui non multum ſupra, vel infra ſex millia pagorum eſſe ſtatuunt: quem tamen tanquam omnino accuratum nulli obtrudimus, ſed tamdiu tantum approbamus, donec de accuratiori facti certiores fuerimus.

De Gæa, von dem Awrecht / quid hoc nomine in Sileſia comprehendatur? quid villa ſit, & in ſe contineat? Gæam eſſe partem Jurisdictionis ein Erb- oder Grund-Recht / adeoque locum eſſe particularem, cujus Dominium directum ſit penes Dominum Villæ. Locum hunc fuiſſe olim incultum, ac idcirco ab initio eum ad Dominum villæ pertinuiſſe, quem ex poſtfacto ruſtici ſibi acquirere non potuerunt propter continuationem Dominii & poſſeſſionis in Succeſſore.

Præterea hodie in Sileſia ruſticos ex conceſſione Dominorum in Gæa habere commoditatem percipiendi fructus, pro qua annuum cenſum ſolvant; ipſum vero jus eos præſcriptione adquirere non poſſe: ſubditos nil poſſidere poſſe, quod ad Jurisdictionem & Dominium villæ pertinet, ſubditos aliquando eſſe in naturali poſſeſſione hujus Juris, quæ ad præſcriptionem non ſit ſufficiens. Locum hunc particularem das Awrecht eſſe de utilitate publica villæ, tanquam univerſitatis, in quibus ceſſat præſcriptio exemplo oppidi, urbis. Plus deferendum eſſe Domino Villæ, quam uni ex ſubditis: Quidquid in Jurisdictione ſeritur, illud eſſe Domini. In conceſſione Jurisdictionis venire omnia jura utilia: quid uſus in Sileſia circa hoc Jus cuſtodiat? ſcite oſtendit, & probat *Caſparus Schiferdeckerus Tractatu 29, Queſtionibus 7 & 8, ad quem Lectorem dirigimus.*

* * *

APPENDIX.

MOnendus est Lector benevolus, obtigisse nobis vitas Silesiorum rotundam, natalibus tamen locis haud expresse memoratis, quas ideo ad septimi capitis calcem, appendicis nomine, subjungere placuit. Cumque ad § 21. p. 80, ubi Cantium describitur, mentio facta fuerit THOMÆ CANTIENSIS, qui non THOMAS, sed JOANNES vero nomine dicitur, placuit memoriam ejus ex Simonis Starovolscii Hecatontade seu Centuria illustrium Poloniæ Scriptorum (libro jam dum apud nostrates valde raro) Francof. 1625, 4. num. 16, p. 33-35 integram inserere.

Ab oppido CANTI, in quo natus, cognomen B. JOANNES induit, qui à puero, mente in assidua divinarum rerum meditatione defixa, totam ætatem in innocentia morumque sanctitate transegit, & ut primum per ætatem licuit, Cracoviam excolendi ingenii causa ad Academiam se contulit, Philosophicisque ac Theologicis rebus sedulam operam impendit ita, ut, quod aliis sciendum aut faciendum altiore ex loco dictaret, id totum ipse in exemplum re ipsa præstaret. Doctor renunciatus Epistolas D. Pauli, postea Libros Sententiarum Petri Lombardi, atque tandem Summam D. Thomæ multos annos magno discipulorum concursu explanavit: illoque sane doctrinam sacram nemo aut in scholis doctius interpretatus est, aut copiosius in concionibus, addam & efficacius enarravit; siquidem & Turci ipsi atque impii Saraceni eum prædicantem Christum crucifixum patienter audire non abhorrerent, qui martyrii corona flagrans, quaqua sese Hierosolymitano itinere vertit, iis, neque vitæ neque rerum suarum metuens, exprobrabat mentis cæcitatem, falsumq; vatem Mahometem, verum Servatorem Christum prædicabat. Adiit & urbium dominam quater, ut corpus majoribus manus faceret afflictionibus, flagris insuper solitis horis in seipsum sæviens. Unde quæsitus aliquando, cur sepius frequentaret urbem, cum nullum in Curia beneficium procuraret, quinimo Hasiensem Parochiam suæ curæ ab Universitate commissam, consequenti se ultro resignaret? respondit se istud feciisse, gravi onere curæ Pastoralis perpenso, quod officium ejusmodi assidua pastoris præsentia indigeat, & Academica similiter statio, cui prius nomen dederit, integrum non vero dimidiatum hominem requirat, se autem non posse neque etiam velle per substitutas personas satisfacere utrique officio, sed uni rei unum semper intentum esse oportere. Illud vero propter expianda piacula facere; quo enim frequentioribus esset peregrinationibus

afflictus

afflictus & turbatus, eò feliciorem in cœlis quietem sibi promeruisset. Cui bono & castitatem à puero usque ad extremum spiritum inviolate servavit, & ut vomitem concupiscentiæ domaret, à quo tempore nomen Theologi publice est adeptus, carnibus semper abstinuit, utque omnes concupiscentiæ nervos ex animo elideret, atque usui carnium sibi interdiceret, jussit carnes sibi assatas & statim ab igne dare, quibus calentibus os vultumque sibi percutiens & adurens in talia ad sui correctionem prorupisse traditur: Carnes caro expetivisti cupida, vescere igitur illis ferventibus & ab igne! *Atque simul dicto in orationem provolutus petiit ejusmodi tentationibus liberari, quæ pruritum libidinis ex se excitarent. Exauditus est suppetiante Deipara virgine, quæ cum puero dulcissimo Jesu comparens, sertum sibi candidum conservatæ virginitatis præmium futuraque tesseram gloriæ porrexit, atque deinceps multoties orantem in atrio Collegii per imaginem allocuta est, quæ sacra imago in hodiernum quoque eodem in loco asservatur venerandа. Mendacium autem adeo abhorruit, ut & à prædonibus per viam spoliatus veniam postularit, quod reconditiore vestis in parte nummorum oblitus, dixerit perterritus, se plus pecuniarum non habere; ac proinde fugam properantes ultro ipse revocavit, rogavitque ut asportarent & reliquum, modo se mendacii vellent excusatum habere, quod non ita cito timore excusso sese recollegisset: mirati illi candorem viri sancti, & numine quodammodo inspirante perculsi, non modo pecuniam ablatam restituunt, sed vitæ etiam emendationem provoluti ad genua pollicentur. Domi in consultationibus publicis inque tota conversatione rectitudinis amans, semper illud tritum præ oculis habere solitus erat:*

Obsequium amicos, veritas odium parit;

quam propter si quando dicto acerbiore læsus ab aliquo fuerat, hæc secum cogitare tacitus consuerat:

Conturbare cave, non est placare suave,
Infamare cave, nam revocare grave.

Quod Symbolum & mensæ suæ, sedilibus, parietibus atque libris ad extremum inscriptum habuerat. Quæ vero miracula in vita, aut defunctus gesserit, hæc vide apud Petrum Scargam Societatis Jesu Theologum in Vitis sanctorum, cum apud alios fide dignos viros. Scripta autem sua præcipue Libros III super Matthæum & Sermonum Lib. I Communitas Academica in Archivo tanquam thesaurum pretiosissimum asservat: simul & Togam *illius* Philosophicam, *quam indutus Artisticæ Facultatis Decanus (namque & Divus ipse, dum viveret, ter istum honorem gessit) singulis semestribus commu-*

commutationibus, jumentum ſuum Univerſitati præſtare ſolet, alius atque alius electus: qua nihilominus in tam frequenti uſu illacera manet. Ipſe morti vicinus & jam in limine fati, nimio patriæ cœleſtis deſiderio flagrans, in hæc prorupiſſe verba dicitur: Heu mihi! quam incolatus meus prolongatus eſt! *Atque ſimul dicto revertentem ſpiritum Chriſto Servatori ſu commendavit anno 1473, cujus corpus ſacrum in D. Annæ ædibus repoſitum, ſexageſimo ſexto ab obitu ſuo anno, illæſum ac integrum ſtanneo capulo Jacobus Clepardienſis Canonicus Cracov. impoſuit, ac tumulum marmore pulcherrimo exornavit, quem cum anno tertio ſupra milleſimum & ſexteneſimum aperuiſſent illi, quibus id negocii demandatum erat, extemplo fragrantia odoris prorupit, & univerſam ædem implevit ſuavitate olente à Deo, ut multos in ſui admirationem ac venerationem ſimul raperet, atque inprimis ipſum Cardinalem Macieiovium, qui tum languidus ex morbo, voto ad Divi ſepulchrum facto priſtinam ſanitatem repente obtinuit, donaria obtulit, & Miſſa ſacroſancto ſacrificio ad illius altare peracto, inſcribi calici, quem dedit, hoc factum juſſit, quod magnificavit Dominus facere cum illo in perpetuam memoriam.*

JACOBI VITELLII.

Lucidum Muſis decus atque ſanctæ
Veræ aſſertor probitatis olim,
Quem ſerenati tenet aula cœli
Inclute Canti!
Rebus afflictis, Pater alme, veni
Sarmatum, quos ipſe tua magiſtra
Voce formabas, in eos ab alto
Reſpice Olympo.

NICOLAUS BLASCOVITIUS,
Epiſcopus Premiſlienſis.

Cum egregia rerum divinarum ſcientia, tum eximia prudentia, acrisque ingenii vis, per diverſos procurationum gradus ſpectata *Nicolaum Blaſcovitium* ad ampliſſimum honorem extulit: Petro quippe Cranſtovio Epiſcopo Premiſlienſi ſub initium anni à nato Chriſto ſupra mille quadringentos ſecundi ac quadrageſimi defuncto in Cathedra illa ſuccenturiatum. Quæ quidem res, licet magnos in Polonia excitaret motus ob Epiſcopam Sileſio delatam, plerisque in Caſimirum Regem frementibus: haud eo minus tamen mitram ille Epiſcopalem retinuit atque

eum in modum gessit, ut omnia, quæ sunt ejus muneris, sancte ac diligenter perageret. Enimvero Polonorum legibus jam inde à Casimiro Magno usque peregrini à sacerdotiis procul arcentur, prout in Statutis Poloniæ cautum est, quæ selecta edidit Choppinus: idemque alicubi Bodinus quoque attestatur, sed quod tamen haut quaquam tam stricte semper observatum fuisse Silesiæ Ducum Henrici Lignicensis, ac Joannis Cropidlo, Oppolienſis, exemplis constat: quorum utrumque Ecclesiæ Vladislavienſis fasces tenuisse ex Annalibus constat. At quidquid sit, præter insignem autoritatem, & existimationem eximia utique fuisse merita necesse est, propter quæ Serenissimus Rex vel contra Regni leges hominem extraneum tuendum suscepit. Præfuit Ecclesiæ cum laude annis tribus ac viginti: Sub initium anni 1474 cum sacris eo die operatus in lectum sese, quod langvorem experiretur, composuisset, mortalitatis vinculo exsolutus.

Sil. Tog. Lib. I. No. X.

JOANNES MUSCATA, Episcopus Cracovienſis.

Quamvis à nostra memoria longe remotus, prætereri tamen ideo haudquaquam debet, quod toti Silesiæ magnum decus & ornamentum ex se præbuerit: ex quo nimirum singularis doctrinæ ac virtutis merito Cracovienſem in Polonia Cathedram obtinuit Vir clari nominis, magnaque fortuna, nisi quod, cum Civitas Cracovienſis Alberto Advocato Autore Boleslao Oppolienſium Duci sese subjecisset, cumque accitum in urbem recepisset, rebus mutatis non deessent, qui ipsum quoque defectionis illius conscium fuisse dicerent. Falsum id quidem, uti testatur Matth. de Michovia, sed eo tamen proniori fide, quod Silesius esset, adeo quidem, ut ob hoc ipsum Vladislaus Loctícus Brecense Territorium Episcopo adimeret: quod ex eo tempore in Regum potestate manſit. Reliqua Præsulis vita nobis ignota: ut nulla mihi cul-

pa

pæ nota metuenda ſit, quaſi in illo ſuis laudibus defraudando parum æquus ejus memoriæ fuerim. Sil. Tog. Lib. 1. No. 2.

R. P. SEBASTIANUS MENZEL, SILESIUS, S. J.

In Bohemica depopulatione, qua pernix morbus depopulator in urbes graſſatus eſt, Brunæ XXVIII Auguſti eripuit SEBASTIANUM MENZEL, Sileſium, e vitæ annis XXXVI, quindenos in Societate verſatum. Is præcipua de miſſionis, accurationisque laude pharmacevticen apud ægros noſtros coadjutor maluit exercere, quam eb eam, quam in Scholis hauſerat, politioris literaturæ peritiam Scholaſticis adſcribi. Duo in illo amanter ſuſpexere domeſtici, alterum quod fluxæ, quæ rudiorum latinienſium animos titillare amat, vanitatis oſor latine loqui nunquam, niſi vehemens urgeret neceſsitas, voluerit, æque ac ſi latinitatis omnis expers eſſet, atque ignarus; alterum quod ita providenter, perite ac dextre ſuis ægris per tot ſui famulatus annos providerit, ut nullum per ſuam inconſiderantiam, deſidiam vel aliam ob cauſam ad arctum adeo extremi morbi ſpatium redigi permiſerit, ut Sacramentis rite muniri non poſſet. Eum quoque ſpiritum e ſincera Societatis germanitate combiberat, ut præclaram illam filiorum DEI notam nunquam dimitteret, qua tranquille ferebat, ſi corriperetur, tametſi eſſet ingenii acrioris. Jam cum peſtifero langvore domi proſtratum quendam periclitari videret, Sebaſtianus perennatura æternæ vitæ diuturnitate ad hujus vitæ deſpectionem incitatius animatus, & ſponte ipſe ſua, & pariter obedientiæ invitatu perlibenter ſe in capitis periculum dedit; perſtititque fidelis fratri amicus, & ſervus, usque dum alterum illum peſtilens virus extingveret. Mox & ipſe eodem diſcrimine involutus, poſt ſuprema ſacramentorum adjumenta, inſtauratis fervido animo religioſis votis inter pulchra oſcula Crucifixi, & repetita JESU, ac *Mariæ* nomina, eadem, qua prædixerat, hora plenus gaudii animam pro fratre in periculum

lum datam posuit, cum diceret se illa cogitatione immortaliter exhilarari, quod vitam obedienter ultroque gratis venalem charitati, breviaret hoc extremi amoris officio. P. Alegambe.

R. P. GEORGIUS AQVITANUS.

Ortu Silesius, duodequinquaginta natus annos ætatis, undetriginta Societatis, cui se quatuor votorum professione illigarat; Vir Xaveriana virtutis, atque ardoris æmulator. Hæreticos ille & Judæos pia insectatione vexare, illos indagare solertia, suisque è latebris protrahere; horum insolentiam, fraudesque retegere, & ab eorum malis artibus vindicare Christianos. Per omnia fere nostri ordinis munia suam egregie commendavit industriam, laborum periculorumque contemptor impavidus. Per Silesiam, perque Moraviam expeditiones Christianas invicto suscepit animo, tametsi ab hæresi, qua tunc omnia late vexabat, multa capiti ejus struerentur insidiæ. Indefessus in adeundis solandisque, quos ut inopia premeret, aut vis in custodia retineret, aut urgeret alia cuicuimodi calamitas. Et quanquam erat ille quidem alias durioris ingenii; sed eum ita molliebat, demitigabatque blanda charitas, ut hæc ab illa duritie solum acciperet impetum salutarem. Dederat ille jam etiam Glogovia pestiferis operam; sed in hæc tempora sospes evaserat; ut ab ægris lue conducta, simul calculi, colicisque doloribus exerceretur ad præmium. In hac ultima vitæ periodo mirum dictu est, quam omnem illam natura derisisset acerbitatem; tanta in verbis suavitas, in moribus mansvetudo. Sciscitanti Præposito num suis ingratiis DEO conditori suo vitam redbiberet? Ego vero, inquit ore renidente, atque insolita vultus suavitate, unam hanc DEO vitam? O si milliones millionum suppeterent, universas, sicut unam, profunderem. Itaque sacramentis ex officio Christiano rite perceptis lætus edidit unam animam, quam habebat. Funus ipsius lacrymis de-

seravere carceres, Nosocomia, taberna Pauperum, quibus erogare, quæ à locupletibus, quorum valebat gratia, corrogaret, vitæ subsidia consveviſſet. P. Alegambe.

MELCHIOR HOFFMANN

Patria Sileſius, Coadjutor temporalis, annorum ætatis tricenum, denum Societatis vir ad omnem bonitatem & morum Religioſorum elegantiam formatus; multa pietate, multaque modeſtia, peramans inſtituti ſui, & ad omne officium quam verbo promptus, tam manu fortis. Interim ipſe cum præſtaret omnia diligenter, laudareturque ab omnibus ejus induſtria, ſuam deprecari ſocordiam atque inertiam. In familiari congreſſu ſi quid cuipiam excidiſſet aſperius, ut percomis erat, & bonarum facetiarum abunde plenus, joco molliter injecto ſtomachum temperabat. Nunquam illi ullum tempus otioſum eſſe, dies noctibus continuare pervigiles, id ægris noſtris, quorum agebat curam ſi ſolatio vel uſui foret: diurna pietatis officia ſi multitudo negotiorum præpediret, nocturnæ quietis ea, ſomnique diſpendio farciebat. Igitur adulta Cœlo virtus cito vindicanda fuit. Ab uno Sociorum P. Georgio Aquitano, quem infra memorabo, cuique operam præſtitit, virus hauſit & horis non amplius quadraginta, ſacramentis perceptis, extinctus eſt. Secundum illum ad diem alterum & vigeſimum Octobris mortem obiit. Ita P. Alegambe.

P. JOANNES NEROVIUS

Societatis JESU, vir valde nominatus; ita de eo P. Crugerius in Sacr. Pulv. in 22 Octob.

JOHANNES COPPUS, DOCTOR.

Simplex & rudis antiquitas, cum morbos curare, & corpus malæ valetudine afflictum, non humanæ opis eſſe exiſtimaret, Æſculapium, Machaonem, Podalirium, & quotquot præſtantes erant

in

in arte medica, velut divina Numina colebat & venerabatur. Eundem honorem tametsi Christiani medicis non habent; in pretio tamen vel maxime habenbos ideo contendant, quoniam Hippocratis verbis: ἀξία ἡ τέχνη θεῷ προσθῆκα, *hoc est, digna est ars, quæ ad Deum referatur, tanquam ad auctorem. Cui quidem geminum germanum est (ut scripturæ loca modo omittam) illud Herophiti, inter maximos quondam medicos censiti, qui Scribanio Largo attestante fertur dixisse, medicamenta Deorum immortalium manus esse. Ad hanc ergo tam nobilem ac divinam artem cum animum appulisset Joannes Coppus, non domestico & umbratili studio artis peritiam profiteri satis habuit; sed opere, quod didicisset, omnino experiri statuit: & in id adeo dies, noctesque occupatus fuit, ut non tam docte de arte sua dissereret, (nec enim medicum eloquentem æger quærit, sed sanantem) quam ut rebus ipsis sufficeret: ac remediis rite ac recte compositis, aut præsentem bonam valetudinem conservaret, aut dubiæ, & periclitanti mederetur, aut amissam ægrotis restitueret. Eo nomine commendatum sibi Serenissimus Silesiarum Pro-Rex Carolus I. Dux Mönsterberg. cum sibi, suaque familiæ Medicum proposito annuo stipendio addixisset, ac talem omnino expertus fuisset, qualem Seneca describit,* pro me, non pro fama artis extimuit: interea solicitus adsedit: ad suspecta tempora accurrit: nullum Ministerium oneri illi, nullum fastidio fuit: gemitus meos non secure excepit: in turba multorum invocantium, ego illi potissima cura fui: tantum aliis vacavit, quantum mea valetudo permiserat, *& eximio fervore hominem complexus fuit; & multis eundem prærogativis donavit. Quibus quidem fretus ille non modo Pharmacopolium publicis usibus Francosteina adornavit; sed & ædes construxit elegantes, in quas sequens Epigramma scripsit Georgius Logius:*

Quam lepide ornata est modo, quæ deserta jacebat!
Aque illa quantum dissidet ista domus.

Areaque immundo nuper quæ sordida fimo,
Delicias urbi nunc facit, & Domino.
Dum gravida autumni est, teneri dum veris honore,
Floribus, & pomis, & viridante solo.

Sil. Togata.

M. DAVID ORIGANUS.

In Almam Patriam Silesiam injustus ipse fuero, si, qui Silesium sese professus fuit, Silesiorum numero eum excludere, ac tantum genti meæ decus invidere voluero, *Davidem* intelligo *Origanum*, Professorem Publicum Francofortanum optime meritum, Mathematicum passim terrarum celebrem: cujus urbs Natalis Glacium, quamvis Bojemiæ hodie adscribatur: olim tamen sicut tota in Silesiam ultra Bojemiæ montes prominet, inter Silesiaca opida numeratum fuisse, non dubia habentur indicia: idque ipsum Joannes Dubravius Episcopus Olomucensis, rerum Bojemicarum Scriptor, haudquaquam infitetur. Hinc ergo Glacensium plerique Silesios sese quam Bojemos indigitare malunt. Quos quidem inter, velut inter ignes luna minores, nostra ætate effulsit, quem dixi, Origanus, vir cum scientiis aliis, ingeniique ornamentis præclaris maxime conspicuus, tum in studiis Mathematicis per omnem ætatem suam ita exercitatus, ut in isto laudis stadio palmam cederet nemini. Laborioſum certe, ac plane divinum illud Ephemeridum opus per omnes Europæ Regiones diffusum id effecit, ut Origani memoria non nisi cum siderum & cœli motu cessatura videatur. Vivit nimirum harum tabularum usu, vivit Origanus noster apud Italos, Hispanos, Gallos, & ipsos adeo, ut fama non dubia, Indos, & Americos. Vivit in Cæsarum, Regum, Ducum, Principum non Bibliophyla-

ciis

ciis tantum, ſed manibus & animis. Vivit ille, & victurus eſt in Ephemeridibus ſuis, non ephemeridum vitam, ut in libris ſuis plerique; vivet in laboribus ſuis quamdiu proderunt, proderunt, quamdiu erunt, erunt autem, quamdiu Solis erunt, Lunæque labores. Laudes hominis plenius proſecutus eſt oratione funebri collega ejus Tobias Magirus, peculiariter quidem commendata Origani in regendis, idque quater faſcibus Academicis fidelitate: diſciplina, quæ Reip. anima eſt, in protervos: conſtantia in adverſitate: ſedulitate in gerendo, idque novies, Decanatu: in ornandis dignioribus (quinque enim & triginta Candidatis magiſtralem ipſe lauream manu ſua impoſuit) promptitudine: indefeſſa in docendo induſtria, à qua ipſum nec peſtilitatis metus, nec oneroſa corporis ex corpore defluentis moles, & moleſtiæ, nec (ferme ut Archimedem alterum) Syracuſarum Francofurtenſium turbæ, & exceptæ incurſiones deflectere, retardare, ſufflaminareque quiverunt unquam: adeo quidem, ut nemo Profeſſorum Publicorum prælectionum annuarum numero Origano facile par inveniretur, antecederet certe nemo: ea denique nominis celebritate, ut vix quisquam Literator inſalutato hoc viro Francofurtum tranſierit: Principesque adeo ipſi, & meliori metallo poſthymias ſuæ ſymbola, in quibus haud immerito æſtimandum illud metationis privilegium, ultro ei obtulerint, indulſerintque. Natus in urbe, quam dixi, ſeptimo Eidus Aug. anno ſuperioris ſeculi octavo, & quinquageſimo, cum vixiſſet annos ſeptuaginta ac menſes undecim, Profeſſioni

Aca-

Academicæ præfuiſſet laudabiliter duos pene ac quadraginta annos, tertio Eidus Junii anno hujus ſeculi undetrigeſimo, tam non modo placide, ut cum ſummo ſeu tempore, non morte, vitam commutare viſus ſit ſed & ita deceſſit, ut minime omnium dubitari oporteat; quin haud ſolum Cœliſiderei, de cujus heic circulatione ambigere licitum erat, certam indeptus ſit ſcientiam, verum infinito intervallo excelſioris Paullini illius tertii, unde caput ſuum in corpore exſpectabat, ſecuram impetravit poſſeſſionem.

Ita Henelius in Sil. Tog.

CAPUT

XX V.83
XXX (2 Bde.) VI 83

XX V.83
XXX (2 Bde.) VI 8?

Digitized by Google

Digitized by Google

XX V.88
XXX (2 Bde) VI 88



Digitized by Google

Digitized by Google